DIVI

CYRILLI

ALEXANDRINI EPISCOPI

THEOLOGI CLARISSIMI OPERVM, QVÆ

HACTENVS SVMMA DILIGENTIA REPERIRI

potuêre,

TOMVS SECVNDVS.

Quorum seriem vide sequenti pagina.

PARISIIS.

Apud Michaelem Sonnium, via Iacobæa, sub scuto Basiliẽsi.

1573.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

DIVI

CYRILLI

ALEXANDRINI EPISCOPI

THEOLOGI CLARISSIMI OPERVM, QVÆ HACTENVS SVMMA DILIGENTIA REPERIRI potuêre,

TOMVS SECVNDVS.

Quorum seriem vide sequenti pagina.

PARISIIS.

Apud Michaelem Sonnium, via Iacobæa, sub scuto Basiliẽsi.

1573.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

SECVNDVS TOMVS CONTINET.

1 Epistolas xxxix.
2 Homilias x
3 Apologiam ad Imperatorem Theodosium.
4 Declarationem xij. capitum, aliàs Anathematismorum.
5 Librum apologeticum ad defensionem eorundem duodecim capitum, contra orientales.
6 Alium librum ad Euoptium pro defensione eorundem xij. capitum, contra reprehensiones Theodoreti episcopi Cyri
7 Expositionem Symboli Nicæni.
8 Scholia de incarnatione vnigeniti
9 Synodales epistolas xij.
10 Dogmata Nestorii à Cyrillo primum impugnata: deinde ab Ephesina Synodo condemnata
Opus insigne quod THESAVRVS inscribitur, de consubstantialitate Filii & Spiritus Sancti cum Deo patre, aduersus hæreticos
Dialogorum cum Hermia de Trinitate libri septem, cum appendice argumentorum, quod spiritus Sanctus est Deus
Quod consubstantialis & coeternus sit Deo, & Patri Filius. lib. 1.
Quod coeternus Deo Patri, & ex ipso secundum naturam genitus, sit Filius. lib. 2.
Quod Deus verus sit Filius, sicut & Pater. lib. 3.
Quod non creatura, neque factura sit Filius. lib. 4.
Quod deitatis proprietates ac gloria naturaliter in Filio sint, sicut & in Patre. lib. 5.
Quod humanitates proprietatis, & quæ non valde diuinè dicta de Filio cõueniant magis dispensationi cum carne, & non naturæ verbi, secundum quod intelligitur, & est Deus lib. 6.
De Spiritu Sancto, quod & Deus, & ex Deo sit, secundum naturam lib. 7.
De adoratione & cultu in spiritu & veritate lib. 1.
Contra Iulianum apostatam pro religione Christiana. lib. 10.
De recta fide in christum ad Theodosium, & ad Reginas. lib. 3.
Cum duplici indice hactenus desiderato.

SEQVVNTVR ORDINE EPISTOLAE QVAEDAM DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, NVMERO XXXIX.

CYRILLVS PRESBITERIS, DIACONIS PATRIBVS, MONACHIS, ET IIS

qui solitariam nobiscum vitam exercent, & in fide Dei firmi persistunt, dilectis ac desideratissimis, salutem in Christo

Epistola Prima.

REDIERVNT nostrorum quidam ad nos Alexandriam. Hi mihi, cum rogarem & admodum cupide scisciterer, an maiorum episciæ vestigiis vos quoque inhæreatis, an & perseueranter rectam & inculpatã seruare fidem satagatis, & honestæ vitæ conuersationi operam detis, exercitationisque laboribus delectemini, veras arbitrati delicias, si quid molestiæ sit veritatis gratia fortiter ferendũ: ad hunc modum comparatos vos esse indicarunt, adiecerúntque quod cum maiorum probè factis contentiosa æmulatione certeris. Non potui igitur non gaudere, & animus mihi in lætitiam effundebatur. Gloriosam siquidem filiorum meorum mihi deputo, idque valde meritò. Absurdum enim esset, cum pædotribæ plurimum in eo gaudeant, si quid roboris & nominis adolescentes suos acquirere cernant, & si quid artis industria perficiant, quod laudem promereatur, idque mox veluti coronam quãdam suis ipsorum capitibus adaptent, & de illorum fortitudine glorientur, si nos non magis quàm illi pia quadam animi voluptate afficiamur, qui spiritales patres sumus, & doctrinis vos ad bonam ac piam animositatem faciẽtibus instructos reddimus, & vt contra carnis motus certantes, & peccatorum lapsus vitantes, vtvt Satan in eo sit, vt tentationibus suis vos vincat, brabium reportetis. Quemadmodũ igitur discipulus Christi dicit: Omni adhibito studio subministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute verò scientiã: in scientia temperantiã, in temperantia patiẽtiam: rursus in patientia pietatẽ, in pietate fraternã charitatẽ: in fraterna vera charitate dilectionem. Hæc enim si vobis adsint & exuberent, haud ociosos aut infrugiferos in Domini nostri Iesu Christi cognitionem constituent. Necessarium enim illis esse dico, qui vitam in Christo ex destinato institutam eligunt, vt celebrem viam & dignam quæ ametur, percurrant. Principio vt simplici & illæsa fide grauiter se gerant, atque ita virtutem sibi acquirant. Deinde conentur efficere, vt in scientia mysterij Christi diteſcant, & ad intelligentiæ perfectionem admodum scitè ascendant. Hoc siquidem, opinor est in virum perfectum occurrere, & ad mensuram plenitudinis illius venire. Competenti itaque sobrietate, quæ solitarios deceat, lumbos commodum succincti fortes estote contra passiones cum animi tum corporis. Nam eritis, inquit, hoc pacto splendidi & celebres, inque bono spei constituti, quæ sanctis conuenit. Est autem in nobis præ cæteris fides recta & quæ prorsus sit irreprehensibilis. Nam & vos ita ad patrũ pietatem eueſtigiò cõtendentes, in supernis mansionibus vnà cum ipsis morabimini & cœlestia tabernacula inhabitabitis, quorum diuinus etiam Esaias meminit, dicens: Oculi mei videbunt Hierusalem, ciuitatem opulentam, cuius tabernacula haud quaquam mouebũtur. Vita itaque vobis splendida quidem est, & admiratione digna, & fides etiam indita est recta & incorrupta, attamen perturbor haud modice, licet ignorem quibus de causis. Audiui rumores quosdam graues & pernicioſos apud vos esse sparsos, & oberrare quosdam, qui sýnceram vestram fidem destruant, &

1. Pet. 1.

A inania verba apud turbas eblaterent, ac percontentur, dicentes: An beata virgo Deipara nominari debeat, nec ne. Præstiterat quidem prorsus huiusmodi quæstionibus abstinere. & quæ veluti in speculo & ænigmate contemplatu difficilia sunt, omnino non inquirere, ne eos quidem qui mente sunt integra, & intellectu prouectiore. (Simpliciorum nanque mentem etiam, minutiora theoremata transcendunt) quoniam verò factũ est, vt talium verborum haud permanseritis expertes, & verosimile est futuros inter vos, qui perniciem ex illis, veluti clauos quosdam imbecilliorum mentibus infigant: necessarium duxi, pauca quædam de his rebus ad vos proferre, non vt hoc amplius contendatis, sed vt si quidam vos his nugis adoriantur, veritati repugnantes, ipsi & perniciem quæ ex errore est, effugiatis, & alios competẽtibus rationibus, tanquam fratres iuuetis, persuadeatisque vt ab antiquo in Ecclesiis seruatam, & ab apostolis traditam fidem, tanquam prætiosam quandam margaritam, animis suis inditam retineant. Admiratus itaque sum, an sint qui plane dubitent, num beata virgo Deipara dicatur alicubi, aut nõ dicatur. Si nãque Deus est, Dominus noster Iesus Christus, quomodo virgo quæ illum peperit, Deipara non est? Hãc nobis fidem diuini tradidêre discipuli. Et licet nullam fecerint dictionis huius mentionem, ita tamen sentire à sanctis patribus edocti sumus. Etenim celebris memoriæ pater noster Athanasius, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedem integros quadraginta sex annos cum decoro moderatus est, & loquacibus impiorum hęreticorum nugis inexpugnabili quadam & apostolica prudentia restitit, quasique fragrantissimo quodam vnguento ipsum cœlum scriptis suis exhilarauit, & ob dogmatum rectitudinem & integritatem optimum ab omnibus sortitus est testimoniũ, in libro quem de sancta & homousia triade conscripsit, sermone tertio, passim beatã virginem deiparam vocat. Vtar autẽ necessariò illius vocibus cũ ipsæ illius dictiones ad hunc modũ habeãt: Hic itaq; scopus est, inquit & character diuinę scripturę, sicuti sępe monuimus, duplicẽ illi inesse de seruatore prędicationẽ. Vnã, quod semper deus fuerit & sit, filius & sermo Dei splẽdor quoq; & sapientia patris. Alterã, quod tandẽ nostri gratia, ex Maria Deipara virgine carnẽ assumpserit, & homo factus sit. Et aliquanto post iterũ: Sunt igitur, inquit, multi sancti ab omni peccato repurgati, Hieremias verò ex vtero quoque sanctificatus est, & Ioannes, cum adhuc in vtero esset, cum gaudio ad vocem Deiparæ Mariæ exultauit. Fide reuera dignus est hic vir & quem non dedeceat confidenter loqui vt qui nihil eorũ quę sacris sermonibus non conueniunt, loquutus sit. Quomodo enim, à vero aberraret, vir adeò illustris, ac celebris, & in ipsa sancta & magna synodo Niceæ tum temporis congregata, omnibus admirationi habitus? Nondum quidem Episcopatus sedem accesserat, sed inter clericos censeri malebat: verum propter industriam, & epiiciam, ac mentem vehementer & incõparabiliter arguram, tum temporis à beatæ memoriæ Alexandro Episcopo in administrandi muneris consortiũ assumptus fuerat. Aderat autem seni tanquam filius patri, ad quæuis vtiliter gerẽda ducens, & in quibuslibet agendis rebus admodũ scite viam monstrans. Quoniã verò credibile est opinari quosdam necessariũ esse, vt quę dicimus, sacris etiã ac diuinis scripturis corroboremus: deinde nec hoc videri, quod sancta illa ac magna Synodus, vel Deiparam Domini nostri matrẽ vocauit,

Fides trasdita ab Apostolis.

Θεοτοκος.

vel omnino quicquã huiuſmodi ſtatuerit,age, age inquã,& hic quoque quod ſit conſiderandæ in Chriſto diſpenſationis myſterium oſtendamus. Quomodo videlicet illud per diuinam nobis deprædicatum ſit ſcripturam, & quid ipſi patres dixerint, qui inculpatæ fidei determinationem,loquente in illis quod verum eſt in ſpiritu ſancto, protulerunt. Non enim ipſi loquebãtur,iuxta Seruatoris vocem,ſed ipſe ſpiritus Dei ac patris loquebatur in ipſis. Cùm enim illis declaratum ſit, quod ſecundum naturam Deus ſit is,qui ex beata Virgine natus eſt,nemo prorſus opinor, inficias ibit,& ſentiendum & confitendũ eſſe,quod Deipara ſit beata Virgo,idque valde meritò. Habet autem fidei noſtræ ſymbolum,ad hunc modum.

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem,omniũ tam viſibilium,quàm inuiſibilium factorem. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum ex patre natum, hoc eſt, ex illius eſſentia Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum, eiuſdem cum patre eſſentiæ, per quẽ omnia facta ſunt, cùm quæ in cœlo tum quæ in terra, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutẽ deſcendit,& incarnatus eſt, & homo factus, paſſus eſt, & tertia die reſurrexit, & in cœlos aſcendit, venturus ad iudicandũ,viuos ac mortuos. Et in ſanctum ſpiritũ.

Hæreſum inuentores, cùm ſibi ipſis tum aliis perditionis foueas effodientes, eo prolapſi ſunt opinionum vanitate, vt opinentur,& dicant etiam,recenter natum eſſe filium, & ſimul cũ creaturis ad ſubſtantiã à Deo & patre veniſſe, & eũ eũ qui ante omnia ſecula & tẽpora fuit, imò qui ſecula condidit, temporũ principio circũſcribant, nullo tamen miſeri rubore tanguntur. Et cũ eum prout ipſis videtur,æqualitate & gloria quã cũ patre, & Deo habet,priuẽt,ægrè permittũt,vt ſupra reliquos emineat: mediatorẽ vero, inter Deum & homines eſſe dicunt,qui tamen neque eſſentiæ diuinæ ſortitus ſit,eminentiam & gloriam: neque creaturæ finibus ac dimenſionibus incluſus viuat. Quis igitur tandem eſt,qui & inferior eſt diuina excellentia, & creaturę dimenſionibus & mediocritate ſuperior? Nulla poteſt cogitatione res iſta comprehendi. Nec loci,nec rationis quicquam inter factorem, & facturam cõſiderari poteſt. Deiiciunt eũ quantum in ipſis eſt de diuinitatis ſedibus, & tamen filium & Deum nominant, & adorandum arbitrantur:cum tamen lex manifeſte proclamet, ac dicat:Dominum Deum tuum adorabis,& illum ſolum coles:& per Dauidis vocem Iſraelitis Deus dicat:nõ erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. At iſti plana veritate, tanquam regia via relicta, in foueas & petroſa loca feruntur,& vt Salomon dicit: agriculturæ ſuæ axonas peruertunt, & manibus ſuis ſterilitatem colligunt. Nos vero, quorum mentibus diuinum illud numen illuxit, qui incomparabiliter meliora quàm illorum amẽtia, ſentire cœpimus,& ſanctorum patrum fidem ſequimur, verè ex Dei ac patris eſſentia filium,modo Deo competenti & inenarrabili,natum,& in priora quidem ſubſiſtentia conſiderandum, identitate verò eſſentię patri coadunatum, & in patre quidem exiſtentem, viciſſim tamen patrem in ſe habentem dicimus. Confitemur illum quidem lumen eſſe ex lumine, & Deum ex deo, pari ſecundũ naturam & gloria & potentia,characterem etiam & ſplendorem & vbique æqualem,nec vllo pacto diminutum. Ad hunc enim modum, adnumerato ſancto ſpiritu, ſancta & coeſſentialis trinitas, in vnam diuinitatis coadunatur naturam. Verum diuina ſcriptura Verbum hoc, quod ex Deo eſt carnem factum, hoc eſt naturam, Verbi cum carne animam habente coniunctam eſſe dicit. Sancta verò & magna Synodus,euangelica præconia ſequuta eundem, qui vnigenitus eſt rex Dei & patris eſſentia genitus, per quem,& in quo ſunt omnia,propter nos homines, & propter noſtram ſalutem,è cœlis deſcendiſſe dixit, & aſſumpta carne hominem factum,paſſum eſſe ac reſurrexiſſe,& quod ſuo tempore iudex ſit venturus. Verbũ autem quod ex Deo eſt, vnum Dominũ Ieſum Chriſtum nominauit. Vide igitur quomodo vnum dicentes filium,eundémque Dominum,& Chriſtum Ieſum nominantes,ex Deo & patre genitum eſſe, & vnigenitum & Deum ex Deo. ac lumen de lumine, genitum non factum, & coeſſentialem patri, dicant. Verùm quod Chriſtus dicitur, id cognominis, dixerit quiſpiam non Emmanueli tantum competere, quandoquidem illud & aliis impoſitum deprehendimus.

De electis nanque, & per ſpiritũ ſanctificatis, alicubi Deus dicit: Ne tangite Chriſtos meos: & contra prophetas meos,ne agatis malicioſe. Preterea & diuinus Dauid Saulem in regem à Deo, per manum Samuelis vnctum, Chriſtum Domini vocauit. Et quid hoc dico, cum facile queam, iis qui videre cupiunt, oſtendere, quod qui fide in Chriſtum iuſtificantur & per ſpiritum ſanctificantur, hac ſint appellatione honorati. Propheta ſiquidem Abacuc,de myſterio Chriſti,& aduentu illius clamauit, dicens: Egreſſus es ad ſalutem populi tui, vt ſerues Chriſtos tuos. Itaque cognomen hoc,Chriſtus,Emmanueli, vt dixi,nec ſoli, nec proprie competit, ſed & aliis omnibus, quotquot ſpiritus ſancti gratia ſunt inuncti. Ab ipſa nanque re deducta eſt hæc vox: & ab vngendo dicti ſunt Chriſti. Quod verò & nos ipſi celebris huius & acceptabilis gratiæ diuitias poſſideamus, ſapiens ille Ioannes confirmat, dicens: Et vos vnctionem habetis à ſancto. Et iterum: Non eſt vobis neceſſe, vt ab aliquo doceamini,ſed vnctio illius vos docet. De Emmanuele autem ſcriptum eſt, quomodo Ieſum à Nazareth, vnxerit Deus ſpiritu ſancto, & virtute. Et ipſe quoque diuinus Dauid, alicubi ad eum ita dicit: Dilexiſti iuſticiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus,oleo læticiæ, præ cõſortibus tuis.

Quid igitur amplius in beata Virgine præ aliis mulieribus obſeruauerit quiſquam, etiam ſi illam Emmanuelem peperiſſe dicat. Nihil enim fuerit abſurdi, etiamſi quãuis vnctorum matrem Chriſtotocon, appellare volueris. Et tamen multa ſunt, quæ incomparabili nos diſcrimine à Seruatoris noſtri gloria & excellentia ſe iungunt.

Id eſt Chriſti parentẽ.

Nos enim domeſtici ſumus, ille verò ſecundum naturam, Dominus ac Deus eſt, etiam nobiſcum in rebus humanis, diſpenſationem conuerſatus ſit. Quapropter & beatus Paulus, Chriſtum ipſum ac Deum nominauit, cum dixit: Hoc enim ſcitis, quod nullus ſcortator, aut immundus, aut auarus,qui eſt idolorum cultor,partem habet in regno Chriſti ac Dei.

Sunt igitur reliqui omnes, vt dixi, propterea quod vncti ſunt, Chriſti, ſolus verò Emmanuel & Chriſtus eſt, & Deus. Nec aberrauerit à vero quiſquam, ſi reliquorum matres Chriſtiparas quidem,verum non etiam Deiparas vocet: ſolam autem beatam Virginem,& Chriſtiparam ſimul & Deiparam eſſe intelligat ac dicat. Non enim illa nudum hominem noſtro more, ſed magis incarnatum & hominem factum: Verbum illud, quod ex Deo patre eſt peperit. Nam & nos quidem, ſecundum gratiam Dij nominati ſumus, Caro factum eſt. At dices forſan: Dic igitur mihi, an per diuinitatem Virgo facta ſit mater? Iam antea diximus, quod ſine controuerſia ex ipſa ſit eſſentia Dei ac patris genitum Verbum illud eius viuum & ſubſtantiale,quod eſſentiam habet ſine principio, ſemper eiuſdem cum genitore principatus, quod in ipſo, & cum ipſo exiſtit,& intelligitur. Quoniam verò poſtremis huius ſeculi temporibus caro factum, hoc eſt carni rationalem animam habenti vnitum eſt,& genitum eſſe, & incarnatum per mulierem dicitur. Aſſimulatur autem quodammodo humano partui myſterium Chriſti.

Terreſtrium enim hominum,matres naturę ad generandum famulantes in vtero quidem carnem habent paulatim coagulatam, quæ & arcanis quibuſdam operationibus Dei creſcat,& in humanam formam abſoluatur. Fœtui autem Deus ſpiritum modo, quem nouit, immittit, ſpiritum quippe hominis in ipſo fingit, iuxta prophetæ vocem.

Eſt autẽ alia carnis,& alia animę ratio. Veruntamen licet corporum tantum quæ ex terra ſunt matres fiant, attamen totum hominem parientes,qui ex anima videlicet & corpore conſtat, non partem illius parere dicuntur.

σαρκοτόκον. ψυχοτόκον.

Neque enim quiſpiam, vt exempli gratia dicam, Eliſabeth carnis tantum, & non etiam animæ parentem dixerit. Animatum ſiquidem Baptiſtam, & ex vtriſque exiſtentem anima dico & corpore hominem peperit. Tale quid & in Emmanuelis natiuitate factum eſſe, vtique fatebimur. Genitum nanque eſt, vt dixi, ex Dei quidem & patris eſſentia, vnigenitum illius Verbum: quoniam vero carne accepta, quam & propriam ſibi fecit, filius hominis appellatum, & ſimile nobis factum eſt, nihil abſurdi futurum eſt, ſi dicamus, imò neceſſarium arbitror, vt confiteamur,genitum id eſſe ſecundum carnem per mulierem: quemadmodum videlicet & anima hominis vita,cum ſuo corpore

pore naſcitur, & velut vnum cum illo reputatur, licet ſecundũ naturam alia intelligatur ab illo, & propria ratione ſubſiſtat. Quod ſi alicuius quiſquam matrem, vt quidem eſt,carniparam, at non etiam animæparam dicere voluerit, plane periſſologiam committet. Peperit enim,ſicuti dixi,ſcite ex diſſimilibus compoſitum, & ex duobus quidem,attamen vnum hominem,ita vt licet vnumquodque,id quod eſt maneat: ambo tanquam in naturalem vnitatem coniungantur, & veluti alterum ab altero, quid vtrique quaſi proprium adſit, diſcernatur. Quod autem ſumme neceſſaria ſit in Chriſto hæc vnitas, facilime poteſt colligi,& omnino ſine moleſtia,idque ex multis aliis: vetum ſi placet beati Pauli ſententias inueſtigemus,animum illis diligenter, & quantum licet acute, intendentes.

philip. 2.

Dixit itaque de vnigenito: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt,quod Deo æqualis eſſet,ſed ſemetipſum inaniuit forma ſerui accepta,in ſimilitudine hominum conſtitutus,& figura repertus vt homo,humiliauit ſemetipſum.

Quis igitur ille eſt, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt quod Deo æqualis eſſet? Aut quomodo inanitus eſt, & quomodo ad humilitatem ſeſe & formam ſerui demiſit? Qui vnum Dominum Ieſum Chriſtum bipartiti ſunt, in hominem videlicet, & Verbum, quod ex Deo patre eſt, eum qui ex beata Virgine eſt, inanitionem ferre dicunt, ſeparantes ab eo Verbum,quod ex Deo eſt,de quo præmonſtratum eſt quod in forma & æqualitate patris intelligatur & fuerit.

Quomodo igitur inanitus eſt, ſi ſecundum naturam homo exiſtens noſtro more ex muliere natus eſt? Qua quæſo relicta excellentia, homine maiore, ad hoc vt homo fieret deſcendit? Aut quomodo intelligetur veluti quam in principio nõ habuit, formam accepiſſe ſerui, qui natura inter ſeruos & ſub iugum ſeruitutis poſitus eſt? At certe,inquis,qui & naturalis & verus ac genuinus filius eſt,Verbum illud ex patre,in forma genitoris,illique æqualis exiſtens,habitauit in homine per mulierem genito,& hoc eſt,quod inanitionis & humiliationis Verbum exprimit,& quod in formam ſerui deſcendiſſe dicitur. Itáne,ô optime,ad inanitionem Verbi Dei ſufficere putas,ſi tantum habitet in homine, & nihil eſt periculi ſi dicamus quod formam ſerui ſubierit,& quod hic ſit modus illi factus iſtius inanitionis? Atqui Dominum ſanctis Apoſtolis dicentem audio: Si quis me dilexerit,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Audis quomodo in diligentibus ſe vnà cum patre habitet? Eundem autem & Deum & patrem dixit. Dabimus ne igitur & patrem quoque inanitum,atque eãdem ferre cum filio humiliationem, ac ſerui in ſe formam ſuſcipere, propterea quod ſanctas diligentium ſe animas,ſuas facit habitationes? Quid ſpiritus,qui & ipſe habitat nobis? An hic quoque ſuſcepti hominis diſpenſationem adimplet, quam ſolum filium propter omnium ſalutem, ac vitam exequutum eſſe dicimus? Apage cum tam inanibus, & prorſus abſurdis nugis. Humiliauit itaque ſemetipſum Verbum illud,in forma & æqualitate Dei ac patris exiſtens, quando caro factum,ſicuti Ioannes loquitur, natum eſt per mulierem, & generationem ex Deo patre habens,humanam quoque aſſumpſit, & pati pro nobis ſuſtinuit. Alioqui doceant nos ipſi, ad quem modum, Verbum quod ex Deo patre eſt, noſtro ſenſu Chriſtus intelligatur,ac dicatur. Si ab eo quod vnctus eſt Chriſtus nominatur, quemnam pater vnxerit oleo exultationis, videlicet ſpiritu ſancto,an quod ex ipſo propriè ac ſolum genitum eſt,Verbum,quod Deus eſt? Et hoc verum eſſe dicimus. Illi verò ignorant quomodo & vnigeniti naturam iniuria afficiunt, & diſpenſationis in carne factæ myſterium adulterant. Si enim vnctus eſt ſancto ſpiritu,cum Deus ſit,hic ſermo,vtique & omnimoda ſanctimonia,& haud ſuapte ſpõte fatebuntur, ſuperioribus etiam illum fuiſſe temporibus,in quibus nondum vnctus, expers etiam doni erat,quod ipſi poſtea datum eſt. Poſita autem ſanctimoniæ priuatione, amotum eſt etiam id quod ſecundum naturam eſt: nec omnino intelligitur quomodo expers fuerit peccati, ita videlicet, vt peccare nequiuerit. Mutationem itaque paſſum eſt Verbum Dei, progreſſum ad meliora ſortitum. Quomodo igitur idem eſt,& non mutatus? Et ſi cum Deus ſit,& in forma & æqualitate patris, vnctum eſt & ſanctificatum,dixerit forte quiſquam,tãquam à re ipſa in euanidas cogitationes abductus, ipſum quoque patrem opus habere ſanctificatione,manſiſſe verò in quibus erat ſemper & eſt, & futurus eſt,nondum incrementa ad meliora ad ſimilitudinẽ filij per vnctionem adeptum. Dixerit idem, ſpiritum eos ſanctificãtem, maiorem videri vtriſque: ſiquidem abſque omni contradictione indubitatum eſt, id quod minus eſt benedici à maiori. Sed nugæ ſunt hæc,& præſtigia verborum,& ſtupidarum mentium reprehenſionem habentia. Sancta quippe coeſſentialis ſecundum naturam trias eſt,ſanctus pater, ſanctus etiam filius ſecundum eſſentiam & pari modo,ſimiliter & ſpiritus. Non eſt igitur ſeparatim ſanctificatum verbũ quod ex Deo patre eſt,quatenus propriam naturam cõcernit. Si verò quiſquam eum, qui ex ſancta Virgine natus eſt, ſolum vnctum & ſanctificatum eſſe, & huius quoque gratia Chriſtum illum nominari putauerit, prodeat in mediũ,ac dicat: ac ſufficiat vnctio ad hoc, vt qui vnctus eſt,eadem cum omnium Deo gloria præditus, pariſque throno excelſus pronuncietur. Et ſiquidem ſuffecerit, dicent & hoc,ſicuti verum eſt,quod nos quoque vncti ſumus. Et de hoc teſtabitur diuinus Ioannes, dicens: Et vos vnctionem habetis à ſancto. Etimus igitur & nos forſitan æquales Deo. (Arbitror nihil eſſe prorſus, quod impediat) & vnà cum eo præſidebimus, perinde videlicet, atque ipſe Emanuel. Dictum enim ad illum eſt: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: & nos quoque ſancta ſupernorum ſpirituum multitudo adoret. Cum enim,inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Sed nos etiamſi ſpiritu ſancto inuncti ſumus,& adoptionis gratia locupletati, Dij quoque vocamur,naturæ tamen noſtrę mediocritatem haud ignoramus. Sumus enim ex terra, & inter domeſticos ſeruos cenſemur:ille verò non eſt in eadẽ nobiſcum conditione,ſed naturalis,ac verus filius, omniúmque etiam cæleſtium Dominus. Et nequaquam rectè ſapere dicemur,ſi carnem ſine Deo natam eſſe,aut diuinitatis naturam, humana nõdum accepta,genitam eſſe per mulierem ſenſerimus. Potius autem vnitate coniunctum, verbum quod ex Deo, & hominem qui perfectè ex virgine natus eſt, vnũ Chriſtum Ieſum ac Dominum adorabimus:neque diuinitatis illum conditionibus carnis gratia eijcientes, neque in nudam humanitatem, propterea quod ſimilis nobis factus eſt, deprimentes. Ad hunc modum cogitabis Verbum ex Deo natum ſpontaneam ſubijſſe inanitionem. Ad hunc modum ſemetipſum humiliauit,forma ſerui accepta, qui ſecundum propriam naturam liber eſt. Ad hunc, inquam, modum ſemen Abrahæ ſuſcepit, & carnis & ſanguinis particeps factus eſt. Si nanque nudus homo noſtro more intelligatur,quomodo ſemen Abrahæ, quod natura alienum à ſe eſt, accepit? Quomodò propriæ carnis particeps, & per omnia fratribus ſimilis factus dicitur? Si enim quibuſdam tantum propter diſſimilitudinem quandam, ſimilis factus diceretur, ideò tenderet, vt non eſſe ſimilis, ſed videri duntaxat putaretur. Suſcepit itaque verbum ex Deo ſemen Abrahæ, & carnis ac ſanguinis communionem,appropriato ſibi,quod ex muliere eſt corpore, vt non ſolum Deus, ſed iam & homo ſecundum nos factum, propter vnitatem, intelligatur. Igitur ex duabus quidem rebus, diuinitate videlicet,& humanitate,indubitato conſiſtit Emmanuel:vnus tamen eſt Dominus Ieſus Chriſtus,vnus etiam & verus filius, Deus pariter& homo:non homo diuinus, par illis qui ex gratia ſunt,ſed potius Deus verus in humana forma,propter nos manifeſtatus.

Heb. 1.

Confirmat autem hoc nobis diuinus quoque Paulus, dicens: Vbi verò plenitudo temporis venit, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege,vt eos qui ſub lege erant redimeret,vt adoptionem reciperemus.

Quis tandem ille eſt, qui & ſub legem miſſus, & ex muliere, vt inquit, factus eſt, niſi idem ipſe qui vt Deus, ſupra: vt verò homo quoque appellatur, ſub legem factus eſt, vt fratribus per omnia ſimilis redderetur? Etenim & didrachmum vnà cum Petro, iuxta legem Moſaicam ſoluit. Quod autem liber ſit vt filius,& ſupra legem vt Deus,& ſub legem factus tanquam homo, ipſe docet, dicens: Reges terræ à quibus accipiunt cenſum, aut vectigal? A filiis ne ſuis, an ab alienis? Petro verò reſpondente ab alienis, ſubiunxit: Ergo liberi ſunt filij. Quum igitur perſpicuum ſit,quod extra carnem exiſtens,& veluti ſeparatum verbum quod ex Deo eſt, non dicatur Chriſtus, conueniat autem illi id nominis potius,vbi homo factũ eſt. Age,age inquam,

ostendamus ex ipsis sacrisScripturis ductis probationibus,quod natura Deus sit, & in vnitatem, eam inquam, quæ est ad propriam carnem coadunatum, quod vbi manifestum fuerit, nostro iudicio admodum meritò Deipara beata Virgo dicetur.

Propheta igitur Esaias tãtum non hominem futurum filium, & propemodum adfuturum præmonstrauit, dicens:Corroborate manus remissas,& genua luxata, consolationem admittite, qui animo pusillo estis,corroboramini, & nolite timere. Ecce Deus veniet,& saluabit vos.Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet instar cerui claudus,& di-
καὶ σαφὴς ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. serta erit lingua eorum,qui oris sunt impediti. Vide igitur quomodo & Dominum vocet, & Deum nominet, & quidem in spiritu loquens, quod Emmanuelem non simpliciter numine adflatum hominem,neque instrumenti loco susceptum,sed verè Deum & hominem futurum crediderit.Tunc enim,tunc inquam, & aperti sunt oculi cæcorum, & audierunt aures surdorum, tunc instar cerui claudus exiliit, & diserta facta est lingua eorum,qui oris sunt impediti.Ad hunc modum illum prædicare Euãgelistis præcepit spiritus,dicens:Supra montem excelsum
Esa. 40. ascende,qui euangelizas Sioni:extolle fortiter vocem tuam,qui euãgelizas ciuitati Hierusalem, extolle,ne timeas,dic ciuitatibus Iudah:Ecce Deus noster,ecce Dominus cum potentia venit, & brachiũ eius cum dominatu. Ecce merces eius cum eo,& opus eius ante eum. Sicut pastor gregem suũ pascet,& agnos in brachium suum colliget.Apparuit enim nobis Dominus noster Iesus Christus, potentiam Deo competentem, & brachium cum
Matth. 8. Lucæ 7. dominatu habens,hoc est,in potestate & authoritate. Vnde & leproso dicebat:Volo,mundus esto. Ad loculum etiam accessit, & filium viduę suscitauit.Agnos quoque congregauit.Est enim
Ioan. 10. pastor bonus,qui animam suã posuit pro ouibus. Quapropter & dixit:Sicut cognoscit me pater,& ego cognosco patrem,& animam meam pono pro ouibus. Et alias oues habeo,quæ non sunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere,& vocem meam audiẽt,& erit vnus grex,& vnus pastor. Diuinus etiam Baptista Ioannes,cum præconia sua de Christo ordiretur,neque organũ diuinitatis illum, neque simpliciter hominem numine adflatũ, vt quidam volunt,sed magis Deum cum carne,hominem videlicet factum,iis qui per vniuersam Iudæam habitabant,euange-
Matth. 3. Marc. 1. Lucæ 3. lizabat, dicẽs:Parate viam Domini,rectas facite semitas Dei nostri. Cuius igitur,quæso,vias parare iussit,nisi Christi: hoc est, verbi, quod in humana forma apparuit? Arbitror autem argumentum hoc sufficere ad faciendam fidem. Præterea & beatus
Rom. 8. Paulus attestatur,dicens: Quid itaque dicemus?si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis illum tradidit, & quomodo non omnia nobis simul cum illo largietur? Dic tandem mihi quomodo proprius Dei filius intelligatur, qui ex beata Virgine natus est? Quemadmodum enim homini,& vnicuique animanti,propriũ est quod ex ipso secundum naturam natum est:ita propriũ Dei est,quod ex ipsius essentia esse intelligitur, ac dicitur. Quomodo igitur Christus proprius Dei filius nominatus est,qui pro omnium salute ac vita à Deo, ac seruatore sit traditus? Traditus enim est propter delicta nostra: Et ipse multorum iniquitates in corpore suo supra lignum tulit,sicuti de illo beata vox testatur.

Est itaque manifestum,quod vnitatis verbum vsurpatum,necessariò proprium Dei filium pronunciet eum, qui ex sancta Virgine natus est. Corpus enim ex ea prodiit, non cuiusquam alterius ex nobis: sed proprium ipsius verbi, quod ex patre est, & postea ex virgine natum. Quod si quis nudum illi & solum organicum ministerium tribuerit,auferet illi, etiamsi nolit,veri quoque essentiam filij. Ponatur enim,vt exempli gratia dicam, homo quisquam,cui pater sit lyræ artificio præditus,& qui exactè psallere sciat. An qui talis est secundum lyram & organum cantici,loco filij cum filio censebitur?

Verum quomodo nõ admodum stultum fuerit, si quisquam hoc dicat? Lyra quippe in argumẽtum artis assumpta est,hic verò etiam sine organo parẽtis est filius.Si verò dixerint,eum qui ex muliere est in ministerium ad hoc esse assumptum, vt miracula per eum, vnà cum euangelico illo diuinorum dogmatum præconio perficerentur,dicatur etiam quisque sanctorum prophetarum diuinitatis organũ, idque præ omnibus reliquis hierophantes ille Moses, qui leuata virga Ægypti fluuios vertit in sanguinem,ipsóque etiã mari diuiso, per medios fluctus Israeli-

E tas transire præcepit,percussas quoque petras aquarum profluuio reddidit inundantes,& è dura rupe fontem exhibuit.

Mediator etiam inter Deum & homines constitutus,legis factus est minister,& populorum instructor.Nihil erit igitur amplius in Christo, & nequaquam meliore cõditione,eos qui ante ipsum fuerunt, excellit: vt qui pari modo in ministerium, & ordinem organorum assumptus sit, & nugatus est diuinus Dauid,sicuti consequens est,cum dixit: Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?similis erit Domino inter filios Dei? At aliter sapientissimus Paulus, Mosen quidem inter domesticos cẽseri pronũciat: Deum verò Dominum vocat ex muliere per dispensationem genitum,hoc est,Christum. Scriptum est quippe ab illo ad hunc modum: Itaque fratres sancti,cœlestis vocationis participes,considerate Apostolum,& Pontificem confessionis nostrę Iesum,quod fidelis sit ei,qui ipsum fecit,sicuti & Moses in tota domo ipsius. Tãto quippe maiore gloria,quàm Moses,hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem is, qui construxit domum,quàm ipsa domus. Omnis nanque domus construitur ab aliquo. Qui autem omnia construxit Deus
F est.Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius,tanquã minister in testimonium eorum,quæ dicenda erant.Christus verò tãquam filius supra domum ipsius,cuius domus sumus nos. Vide itaque quomodo & humanitatis illi mediocritatem seruauerit,& simul supremæ,Deóque competentis dignitatis excellentiam attribueret. Cum enim Põtificem illum & Apostolum dixit,deinde & fidelem factũ ei, qui ipsum fecit:admodum commodè asseruit,quod tãto maiore sit gloria dignus habitus,quàm Moyses,quanto maiorem habet honorem is,qui domum construxit,quàm domus ipsa,& subiecit:Omnis enim domus construitur ab aliquo,qui autem omnia construxit, Deus est.

Itaque diuinus quidem Moyses inter facturas, & structuras positus,omnium verò constructor declaratus est Christus. Atqui Dei esse addit omnia construere. Verus igitur absque vlla hæsitatione Deus est. Et Moses quidẽ in tota domo fidelis fuit veluti minister: Christus verò tanquam filius supra domum ipsius,cuius domus sumus nos. Et quidem Deus per prophetarũ vocem dicit:Quoniam habitabo in illis,& ambulabo in illis,& ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Sed dicet fortè
G quisquam,hãc inter Christum & Moysen differentiam quis intelliget? siquidem vterque ex muliere geniti sunt, quomodo ille seruus,& tanquã fidelis in domo fuerit:iste verò & natura Dominus sit ac filius & supra domũ ipsius,hoc est,supra nos. Ego verò rem hanc nemini non esse perspicuã,nisi sensu sit ac mente Christi,iuxta beatum Paulum,destitutus. Nam ille quidem homo & sub iugo seruitutis erat,iste verò natura liber, tãquam Deus & opifex omnium, volũtariam quidem propter nos inanitionem subiit, verum non ita, vt illius gratia Deo competentem gloriam, aut eminentissimã illam supra vniuersos vllo modo amiserit excellentiam. Quemadmodum nos enim eiusdem spiritus nacti diuitias (habitat enim in cordibus) loco quidem filiorum Dei habemur,attamen licet in hac dignitate sumus,nõ tamẽ id quod sumus abiecimus. Sumus enim natura homines, etiam si Deo dicamus:Abba pater.Eadem ratione & Deus verbum illud ineffabili modo ex Dei ac patris essentia genitũ, humana natura accepta, honore quidem illum affecit, propriã tamen excellentiam non amisit, & nihilominus in assumpta humanitate mãsit Deus.Non dicimus igitur templum illud,quod
H ex virgine est organi vice assumptum, sed magis fidei sacrarum inhærentes Scripturarum, & sanctorum vocibus iuxta sententias iam antea nobis sæpenumero traditas, verbum incarnatum esse sentimus.Hoc quippe modo animam suam pro nobis posuit. Quoniam enim mors ipsius mundo salutaris erat, pudore contempto crucem pertulit, licet natura vita esset & Deus. Quomodo igitur vita mortua esse dicitur? Mortem videlicet in propria carne passa, vt illam vitæ restituendo vita esse manifestaretur. Etenim, dic quæso, si & in nobis ipsis moriendi inuestigetur ratio, an non intelligentiam quisque non corrumpi animas,vnà cum terrenis corporibus, dicturus est? Sed arbitror hoc nemini mortalium esse dubium. Et tamẽ mors hominis,id quod accidit,nominatur. Ad eum modum & de ipso Emanuele cogitabis. Erat enim verbum in proprio suo corpore, quod ex muliere est,& hoc morti tradidit secũdum tempus,nihil quidem in sua natura passum,verum quæ carnis sunt,ita sibi

approprians

approprians,vt & ipsius fuisse dicatur passio. Et vnus dignitate
A vniuersos superans pro omnibus mortuus est,& quæcũque sub cœlo sunt sanguine suo redemit, Deóque & patri eos,qui supra vniuersam terrã habitant,acquisiuit. Et hoc propheta Esaias tãquam certum in spiritu prædicat dicens: Quapropter ipse multos hæreditabit, & fortium spolia diuidet, propterea quod in mortem tradita est anima eius,& inter iniquos reputatus est,& propter illorum peccata traditus. Is igitur qui vnus omnibus est præstantior, animam suam pro omnibus posuit, permisitq; carnem suam per dispensationem modico quidem tempore morte premi, verum mortem vicissim, tanquam vita passioni, quod ad propriam naturam attinet, haud obnoxia confecit,vt & in omnium corporibus debilitaretur corruptio,& mortis infringeretur potentia.

Sicut enim in Adam omnes morimur: ita in Christo viuificabimur. Nisi enim humanitus pro nobis esset passus, neque salutem nostram diuinitus esset operatus.Dicitur enim primum quidem vt homo mortuus esse:postea verò virtute propriæ naturæ reuixisse. Itaque si non est mortem in carne secundũ Scripturas passus,neque etiã spiritu viuificatus est,id est non reuixit.
B Quod si hoc verum est inanis est fides nostra, & adhuc sumus in peccatis nostris. (Sumus enim secundum apostoli Pauli verba in mortem eius baptizati, & peccatorum nostrorum remissionem per sanguinem eius adepti)& si Christus neque verè filius est, neque natura Deus, sed secundum nostram conditionẽ nudus homo, & diuinitatis organum, haud quaquam per Deũ saluati sumus,sed per eum potius, qui vnus ex nobis,pro omnibus est mortuus, & per alienam potentiam resuscitatus. Quomodo igitur per Christum destructa est mors? Atqui manifeste illum de anima sua dicentem, audio: Nemo auferet illam à me, sed ego pono eam. A meipso potestatem habeo ponendi eam, & potestatem etiam habeo iterum sumendi eam. Nobiscum enim per carnem in mortem descendit, qui mortem non nouit, vt & nos cum ipso ad vitam ascenderemus. Reuixit enim spoliatis inferis, non vt nostræ conditionis homo sed vt Deus nobiscum & supra nos in carne. Lucrifecit autem natura carnis in illo primum incorruptionem, & contrita est mors per corpus illud vitę,in pœnã hosti competentẽ prolapsa.

Quemadmodum enim in Adam victoriam obtinuit, ita in
C Christo victa cecidit. Diuinus itaque Psaltes Christo propter nos & pro nobis ad patrẽ ac Deum in cœlos, vt habitatoribus terræ peruium exibeat cœlum ascendenti, triumphales odas accini suasit, dicens: Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ:psallite Deo nostro psallite,psallite regi nostro psallite,psallite intelligenter.Regnauit Deus super omnes gentes.

Et Paulus alicubi de illo ad hunc modum loquutus est:Qui descendit,idem ipse est qui & supra cœlos ascendit, vt adimpleret omnia. Tunc igitur & verè Deus est, & rex iuxta naturam. Dictus est autem & Dominus gloriæ, crucifixus ille. Quo igitur pacto quisquam beatam Virginem vocare Deiparam dubitauerit? Adora Christum, tanquam vnum, nec in duos illum post vnionem diuidas. Tunc frustra ridebit insanus Iudæus,tũc reuera reus erit occisi Domini,deprehendetúrque deliquisse nõ in eum, qui nostræ sit conditionis: sed in ipsum omnium seruatorem Deum, & certò audiet: Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam, filiis iniquis, reliquistis Dominum, & irritastis sanctum Israelis. Nec gentium posteri Christianorum vllo modo subsannabunt fidem. Adoramus enim
D non nudum hominem, absit: sed eum potius qui natura Deus est, non ignorantes illius gloriam, qui licet nobis factus sit similis,quod tamen erat permansit, hoc est Deus, per quem & cum quo sit Deo patri cum sancto spiritu gloria in secula, Amen.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOpi Alexandrini ad Nestorium.

Religiosissimo ac piissimo sacrorum comministro Nestorio, Cyrillus in Domino.

S. P. D.

Epist. 2. ADFVERVNT hic Alexandriæ viri quidam venerabiles & fide digni, qui significarunt nobis pietatem tuã vehementer indignari, & omnem lædendi mei venari occasionem. Cum autem cognoscere cuperem, quanam in re læsa esset tua pietas, epistolam quandam ad sanctos monachos conscriptam, à nonnullis Alexandrinorum circumferri:& hanc odij & iniuriæ causam esse factam, responderunt. Admiratus itaque sum, an non illud potius apud seipsam reputauerit pietas tua. Non enim primum per scriptam hanc meam epistolã tumultuatio ista in fide cœpit, sed per quædã pietatis tuæ dicta. Aut non etiam antequam chartæ illæ, siue exegeses circumferrentur molestiam hanc tulimus, eos qui peruersi sunt corrigere volentes? Propè nanque vsque adeò quidam seducti sunt,vt nõ sustineant amplius confiteri, quod deus sit Christus, sed quod sit magis organum & instrumentum diuinitatis, & homo numine afflatus, & quid non vltra etiam talium ineptiarũ? Quod igitur indignati sumus, eorum est gratia factum, quæ pietas tua dixit, aut non dixit: chartis enim quæ circumferuntur,nõ multum fidei tribuo.Cum itaque fides læderetur,& tam multi peruerterentur, quomodo tacendum nobis fuit? An non sistemur ad tribunal Christi? Non reddemus intempestiui silentij rationem,cum simus ab illo ad hoc ordinati,vt quæ dicenda sunt dicamus? Quid autem nunc faciam? Siquidem cũ tua mihi pietate consultandum est. Significa quid sentias de religiosissimo & pientissimo Romanæ Ecclesiæ Episcopo Celestino: & his qui cum illo sunt Deo dilectissimis Episcopis, déque chartis ad eos, nescio quo pacto delatis, an illæ pietatis tuæ sint, aut non sint. Scribunt enim tanquam vehementer offensi. Quomodo autem illis, qui ex omnibus orientis Ecclesiis ad nos veniunt,& contra has chartas inter se commurmurant, medebimur? Aut forsitan pietas tua parum tumultus Ecclesiis ex talibus homiliis obortum esse putat. Luctamur omnes, & laboramus, eos qui nescio quomodo vt aliud sentiant,inducti sunt ad veritatem reducere cupientes. Cum igitur omnibus obmurmurandi necessitatem pietas tua induxerit, quæso quo me iure accusat? quomodo me odit,& sine causa contra me vociferatur,& non magis suum ipsius sermonem emendat, vt totius orbis sedetur offensio? Licet rumor iste ita effluxerit, vt ad populum quoque peruenerit, corrigatur tamẽ visitandi diligentia. Dignare iis qui offensi sunt dictionem hanc largiri, vt beatam Virginem Deiparam voces, vt his qui contristati sunt medentes, & rectam vbique sententiam habentes in pace & concordia populorum Ecclesiasticos conuentus celebremus. Ne dubitet autem pietas tua, nos omnes ad hoc paratos, vt patiamur, & carceres quoque, ipsam etiam mortem experiamur. Dico autem in veritate, quod adhuc beatæ memoriæ Attico superstite liber mihi de sancta,& coessentiali Triade conscriptus est,in quo & de incarnatione vnigeniti facta est mentio,iis quę nũc scripsi cõsona. Et hunc seorsum quidem ipsi & episcopis ac clero, & iis qui è plebe studiosi erãt auditores legi,hactenus verò nemini tradidi. verisimile itaq; est,iã iterũ edito hoc sermone accusari me,quod ante pietatis tuę ordinationẽ oratiunculã hanc cõposuerim.

EPISTOLA NESTORII AD CYrillum Alexandrinum, per Lamponem presbyterum & monachum.

Domino meo pientissimo & sanctissimo sacrorum comministro Cyrilli Nestoris in Domino.

S. P. D.

CHRISTIANA moderatione nihil est robustius. *Epist. 3.*
Hac iam per religiosissimum presbyterum Lamponem ad scribẽdum impulsi sumus,qui nobis de pietate tua multa retulit, multa etiam audiuit, nec destitit, donec istas à nobis exigeret literas,atque ita per huius viri impulsum deuicti sumus. Multum enim timoris mihi,fateor, per cuiusque Christiani viri moderationem incutitur, vt quæ Deum ipsum in se manentem possidet.Et ad hunc modum nos quidem comparati sumus (quanquam multa abs pietate tua fraternæ charitati non conuenientia: oportet enim me minus petulanter dicere, committantur) vt animi lenitatem & amicũ per literas salutandi officium retineamus. Verùm ipsa docebit experientia, quem sit iste religiosissimi presbyteri Lamponis vehemens impulsus allaturus fructum. Vniuersam quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt, saluere iubemus.

Sacra pientissima Theodosij regis ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ.

Epist. 4. NOBIS quidem plurimum est cordi pietas illa, propter quam qui deliquerunt ignoſci ſibi petunt, iis tamen E ille parum adfert laudis, qui à nobis extolli & præcipuæ religionis gratia honore affici debebant. Sacerdotes verò, cùm propter morum probitatem, tum exactæ fidei gratia ſuſpiciendos eſſe, & per omnem vitam animi ſyncericatem oſtendere, ac ſcire oportet, cuiuſque rei naturam, præſertim quæ pietatis doctrinam concernunt, moderato potius quærendi ſtudio quam præfracta pertinacia inueniri. Etenim ab initio nobis illam non dominantis cuiuſquam, aut qui dominari ſe putaret, comminationes, ſed ſanctorum patrum ac ſacræ ſynodi ſententia conſtituit. Quamuis nemini non manifeſtum eſt, religionem mandato potius firmam conſiſtere, quàm conſenſu. Nunc igitur doceat nos pietas tua quanam ratione, & nobis, qui religione tantopere ſemper delectati ſumus, & ſacerdotibus qui circũquaque ſunt, quos in vnum coactos ſatius fuerat quæſtionem hanc dirimere, contemptis perturbationem iſtam ac ſeparationem, quantum in te eſt, Eccleſiis inieceris, vtpote qui doctrinæ pietatis plus temerarij impetus quàm cautionis adhibueris, quaſi apud nos non plus poſſit ſollicita diligentia quàm audacia & verſutia, & non præ iſtis arrideat nobis animi ſimplicitas. Quanquam non ita magnum nobis futurum honorem duximus, ſi abs pietate tua obſeruemur, neque quod omnia conturbarentur, ſi indignationem quandam oſtendere videremur. Iam verò hoc nobis curæ eſt, quomodo ſacra reſtituatur tranquillitas. Scias autem omnia te non vt oportebat, commouiſſe. Nec mirum eſt, eum qui modum exceſſit, conatus ſuos non in iis quæ Eccleſiam & conſacerdotes concernunt terminaſſe, ſed & de nobis ipſis indignum quid pietate noſtra credidiſſe. Aut quam rationem habet, quod alia ad nos & ad piétiſſimam Auguſtam Eudociam, coniugem meam, & alia ad ſororem meam pientiſſimam Auguſtam Pulcheriam ſcribis? An putaſti inter nos eſſe diſſenſionem, aut futurum ſperaſti vt propter literas pietatis tuæ diſſentiamus, quod tamen, etiamſi factum eſſet, & ita comparati eſſemus, culpabile tamen eſſet eum qui adeò procul abeſt curioſe res noſtras cognoſcere, ſi factum non eſt, velle vt fieret, quaſi nulla ſit alia occaſio, qua celebris reddi poſſis. Vt itaque cognoſcas, quo in ſtatu ſint res noſtræ, & eccleſias ſcias & regnum noſtrum eſſe vnitum, & adhuc amplius noſtro iuſſu G adſpirante Dei ſeruatoris noſtri prouidentia vniendum: ad hæc & pietati tuæ ignotũ eſſe, ne prætextus quis relinquatur, vt propter pietatis doctrinam adfligi te dicere poſsis. Volumus enim illam coacta ſacra Synodo vẽtilari, & hactenus prævalere, quatenus decere videbitur. Siue autem veniæ participes futuri ſint, ſiue non ſint, qui à patribus victi fuerint, nos ſanè nõ patiemur, vt ſimul & vrbes, & Eccleſiæ turbentur, neque vt inexcuſſa nobis ſit ea doctrina, cui diiudicandæ præfici oportet eos, qui circunquaque ſacerdotio præſident, & per quos in ſententia veritatis firmiores & ſumus, & poſt hac erimus. Prorſus autem nemo, vel modicè ad rempublicam pertinens tanti ſe faciat, vt cõfidenter agat, aut qualicunque fiducia fretus ſententiã condemnationis euaſurum ſe ſperet. Id enim etiamſi conſilio tentetur, repugnante tamen noſtro numine, haud licebit: quod de talibus præcipere mauult, quàm vel conſulere, vel aliorum admittere conſultationem. Oportet itaque pietatem tuam comparere ad præſcriptũ tempus, quod aliis literis ad vniuerſos Metropolitanos Epiſcopos ſcriptis, ſignificatur: nec vllo modo ſperare noſtrum recuperari poſſe fauorẽ, niſi vniuerſa moleſtia & per- H turbatione ſublata, ad examinationem motarum quæſtionum vltrò accurras. Etenim ita videberis nec priuato implicitus dolore, nec hoſtile quiddam ſpirans quæ iam commiſſa ſunt, acerbè quidem & præter rationem, omnino tamen pro tuẽda opinione feciſſe, & quæ ſequentur iure tranſigi velle. Neque enim aliter animatos feremus.

Epiſtola Cyrilli ad eos ſcripta, quorum fuerat literis ob id accuſatus, quod ad impiam Neſtorij doctrinam quam in peius ſerpere audierat, haud tacuiſſet.

Epiſt. 5. QVoniam mihi pietas veſtra ſcripſit religioſiſſimum Nestorium offenſum eſſe ex eo quod literas ad ſolitarios dedi, retrahere volens eos qui ex rumore iſto offenſaculum eſſent paſſi: neceſsitate ãdigor, vt dicam hoc non tam à me, quàm ab ipſius eſſe pietate factũ. Nam iis ego hominibus, qui offendiculum ex ipſius paſsi ſunt expoſitione, rectę fidei doctrinam expoſui, ipſe verò in eccleſia catholica & orthodoxorum: Dorotheum epiſcopum tulit manifeſtè dicentem, anathema eſſe ſi quis Mariam dicat eſſe deiparam. Nec ſolum tacuit, cũ hoc illum audiebat dicentem, ſed mox eum in myſticam quoque communionem accepit, & myſteriorum participem reddidit. Sumus itaque ipſo præſidente, ne dicam interea ab ipſo anathemate percuſsi. Neque enim ille præter huius ſententiam talia prolocutus eſt in eccleſia. Ergo lata eſt anathematis ſententia, cum in nos qui adhuc ſuperſtites ſumus & totius orbis epiſcopos, tum in patres noſtros, qui hinc ac deum migrarũt. Quid igitur prohibebat, ne & nos vocibus illius contraria ſcriberemus, anathema dicentes, ſi quis Mariam dicat non eſſe deiparã. Verum id hactenus illius gratia non feci, ne ſint qui dicant, percuſsit illum anathemate Epiſcopus Alexandrinus, Synodus videlicet Ægyptiaca. Vbi verò qui in occidẽte ſunt & oriente religioſiſſimi epiſcopi, omnes ſe anathemate percuſſos eſſe cognouerint (nã omnes ſanctam Mariam deiparam eſſe dicunt) quomodo animati erunt? Aut quomodo non omnes offendentur? idque etſi nõ propter ſe ipſos certè propter ſanctos patres, in quorum commentariis perpetuò ſanctam virginem deiparam nominatam deprehendimus. Niſi moleſtum futurum videretur, multa ſane multorum ſanctorum patrum volumina mitterem, in quibus reperire licet haud ſemel, ſed multoties vocem hanc poſitam qua beatam virginem deiparam eſſe confitentur.

Alia epiſtola Cyrilli ad quendam Neſtorij ſectatorem.

Epiſt. 6. NOui dilectionis tuæ ſyncericatem, nec me latet quo ſis diligẽtiæ ſerio pręditus. Etſi ad eos ſcribere quibus non innotuit ingenium meum multis vtique verbis huc conarer, vt perſuaderẽ me vehemẽter eſſe pacis ſtudioſum, & nec cõtentionis, nec litium amãtem, ſed & amare quod vis & ab omnibus amari cupientẽ. Quoniam verò ad eũ ſcribo cui ignotus non ſum, paucis hoc patefacio, quod ſi rerum & facultatum amiſsione fratris poſſet componi offenſio, hoc me facturum fuiſſe percupide, ne quid dilectioni præponere viderer: verum quoniã fidei habenda eſt ratio, & offendiculũ paſſæ ſunt quotquot per vniuerſum, vt paucis dicã, Romanorum principatum ſparſæ ſunt eccleſiæ. (Neque enim quiſquam eſt, ex quacunque tandẽ ciuitate aut regione veniat, qui non interroget, qui nam iſti ſint rumores & quę noua doctrina eccleſiis inferatur) ad iſta quid faciemus quibus myſterij huius ſermo coram Deo concreditus eſt, quos initiati in die iudicij in ius vocabunt? Nam omnino ita ſe fidem ſeruaſſe dicturi ſunt, quẽadmodum à nobis imbuti ſint. Quod ſi hoc recte exequuti ſumus, recipiemus mercedẽ, imò & laudem conſequemur, ſi verò aliter & peruerſe, quæ nobis flammæ ad ſuppliciũ ſufficient? Audiemus enim illud: Terram meam perdidiſti, & populum meum occidiſti, ſicut ſcriptum eſt. Et laicorũ quidem pro ſua quiſque vita rationem redder: nos verò, quibus ſacerdotalium munerum onus incumbit, non pro nobis ipſis duntaxat, ſed ſimul & pro vniuerſis in Chriſtum credentibus, cauſam dicemus. Me itaque non offendit vlla iniuria vel contumelia, nec quamuis multa illa cõuicia, quibus me petunt quidam, de quibus nihil tale ſuſpicabar, ſed in obliuionem abeant hæc omnia. Iudicabit autem eos Deus qui talia nugati ſunt. Modo ſalua ſint quæ fidem concernunt, & amicus ero & dilectus, nec cuiquam concedam, vt me religioſiſsimum epiſcopum Neſtorium diligendo ſuperet, quem etiam (coram deo loquor) in Chriſto celebrem eſſe cupio, & probrum hoc quod ex iis quæ commiſſa iam ſunt, ortum eſt, è medio tollere, & oſtendere ſycophantiam eſſe, non veritatem, quæ à nonnullis in cauſa fidei vulgata ſunt. Si eos etiam à Chriſto, qui nos odiunt diligere præcipimur, quomodo non conſequens eſt, multo magis & fratribus & conſacerdotibus hoc eſſe faciendum? Si verò fides deſtruatur à quopiam, noſtras ipſorum animas non trademus? Etſi patienda ſit ipſa quoque mors, nulla erit hæſitatio. Si nãque veritatem pro gloria Dei fateri non audebimus, ne in moleſtias aliquas incidamus, qua fronte ſanctorum martyrum encomia coram populis celebrabimus, quos ob id laudamus, quod ad mortem vſque pro veritate certamen ſuſtinuerunt.

Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ ad Clericos Conſtantinopolitanos diſsidiis laborantes.

LEGI

Epiſt. 7. LEGI commentarium, quod miſsum eſt à vobis, ex quo cognoui Anaſtaſium preſbyterum, qui nobiſcum conuerſatur, ſtudium amicitię & pacis ſimulaſſe, ac dixiſſe, Ita nos ſentimus, ſicut ille ad ſolitarios ſcripſit: deinde ad proprium ſcopum reſpicientem ita de me loquutum eſſe. Et ipſe dixit ſanctam Synodum vocis huius Deiparæ vi- *Intelligit Cyrillum,* delicet, nullam feciſſe mentionem. Ego verò ad hunc modum ſcripſi. Etiamſi Synodus vocis huius non meminit, rectè id fecit. Neque enim tum temporis tale quid in quæſtionem venerat, vnde neceſſe non erat in medium adferre quæ nunc controuertuntur. Quanquam ſi ſenſuum vim diligenter expendas, non ignorauit beatam virginem eſſe deiparam. Genitum enim ex patre, per quem facta ſunt omnia, hunc ipſum dicit incarnatum, hominem factum ac paſſum, reſurrexiſſe ex mortuis, aſcendiſſe in cœlos, & reuerſurum iudicem viuorum ac mortuorũ. Non eſt autem omnino verbum illud quod ſecundũ naturã ex Deo natum eſt, mortuũ aut lancea in latere percuſſum. Nam quale latus habet, dic quæſo, quod in corporeum eſt? Aut quomodo mortua eſt ipſa vita? Verũ quoniam carni vnitũ eſt verbum, factum eſt vt illa patiente, velut proprio patiente corpore, ſibi ipſi verbum paſſionem illius appropriárit. Fallunt itaque ac ſeducunt ſeipſos iſta dicentes. Quod enim mentiantur, & proprium virus corde conditum habeant, vel ex eo videre eſt, quod Buphæ Martyrio diacono rerum eccleſiaſticarum curam gerenti duas chartas miſerunt: vnam à Photio autalio quopiam contra epiſtolam meam, quam ad ſolitarios ſcripſi compoſitam: alteram tanquam incomprehenſibilem in ſpecie, quod ad inſcriptionem attinet, quaternionem. Habet autem ad hunc modum: Aduerſum eos, qui propter coniunctionem interimunt diuinitatem vnigeniti, aut humanitatem illius deificant. Procemium verò in maledicta ab hæreticis tanquam acerbe facta inuehitur, & velut oſtendere conatur, corpus eſſe quod paſſum eſt, non Deus verbum, quaſi ſint qui dicant verbum Dei, quod nulli eſt paſſioni obnoxium, paſſioni eſſe ſubiectum. Sed nemo vſque adeò inſanit, vt hoc dicat. At, vt ſæpenumero diximus, ſacroſancta Synodus ipſum Dei verbum, per quod facta ſunt omnia paſſum eſſe dixit, paſſum videlicet in carne, ſecundum ſcripturas. Cum enim corpus eius paſſum ſit, ipſum quoque verbum paſſum eſſe dicitur. Nam & ipſa hominis anima, etiamſi paſſioni non ſit obnoxia, in ſua tamen natura pati dicitur, cum corpus ipſius patitur. Verum quoniã ſcopus illis eſt, vt duos Chriſtos faciant, & duos filios: vnum qui ſeparatim ſit homo, alterum qui ſeparatim ſit Deus: deinde & perſonarum duntaxat vnitatem conſtituant, eam ob cauſam aſtute variant, & prætextus in peccatis ſicuti ſcriptum eſt, quærunt. Itaque ſi quando cum illis miſcendum eſt colloquium, hæc ad eos dicite: Malicioſe quidem facitis, quod quoſdam ſubornatis, qui contra Epiſcopũ noſtrũ nugentur, quos foros à vobis & applauſibus veſtris adiutos inſtrumenta maliciæ veſtræ facitis, attamen non hic eſt offenſionis prætextus, imò omnino non eſt Epiſcopus noſter inimicus eius quem hic habetis. Offendit autem vniuerſos cum Orientis tum Occidentis Epiſcopos, propterea quòd non recte de Chriſto, ſed peruerſe loquitur. Ad euidentem enim probationem ac deprehenſionem eius ſufficit quod iſta à nemine vnquam in Eccleſiis ſunt dicta, quale videlicet eſt quod in illius poſitum eſt exegeſibus, ad hunc modum: Beneuolentiam erga me non metior clamoribus, ſed deſiderio erga dogmata, ſi mentio fiat diuinitatis Domini pariter & humanitatis. Et paulò poſt: Et rationem habeo populorum noſtrorum qui multum quidem religionis, & ardentiſſimam nacti ſunt pietatem, in doctrina verò & ſcientia Dei, pleni ſunt ignorãtia. Hoc autẽ non ad culpandũ laicos dixerim, ſed, vt modeſte quodammodo dicam, hoc taxãrim, quod doctoribus tãtum non eſt opportunitatis, vt de exactioribus dogmatis aliquid vobis proponant. Quomodo qui ipſum anteceſſerunt operã doctrinæ nõ dederunt? An eloquẽtior eſt Ioãne? Forſan & beato Attico eſt intelligẽtior? Quid hoc ſupercilij eſt? Quin potius quomodo non perſpicuè cõfeſſus eſt doctrinã induxiſſe ſe peregrinam & inuſitatam, nec maioribus propter illius abſurditatem ſiue in concilio ſiue in ſanctis Eccleſiis probatam. Nihil itaque mihi cum eo de his rebus hactenus eſt commercij. Contingat hoc potius, vt reſipiſcat, & rectam fidem cõfiteatur. Hoc ſi fecerit, quæ in me irritãdo, & inimicos contra me armando commiſit, coram deo excuſata erunt. Mirum verò non eſt, quod nobis maledicũt ciuitatis illius ſtercora, Charemon, Victor, Sophronas, & fermẽtati Flauiani Pædarillion. Semper mali fuerunt, cum erga ſeipſos, tum erga vniuerſos. Sciat autem qui hos cõtra nos excitat, non eſſe nos vſque adeò meticuloſos, vt vel peregre proficiſci, vel actorum noſtrorum rationem cõtra eos reddere detrectemus, ſi qua illius aliquãdo dabitur opportunitas. Accidit enim, vt modicarum & viliſſimarum rerum occaſione Synodum cogat ſeruatoris noſtri diſpenſatio, vt Eccleſiam ſuam, immaculatam & inconfuſam ac generoſam fidem habentem repurget. Nec ſperet miſer ille futurum, vt rerum noſtrarum ſit iudex, idque ex Amphitione, etiamſi plures nos & qui autoritate quoque valeant ſint accuſaturi. Expetemus enim vt illuc euntibus, volente Deo, comparẽre liceat, illiúſque reſpõdere maledictis. Nequaquàm ob id pacem fugimus, ſed hanc magis arripimus, modo fiat rectæ fidei confeſſio, ceſſẽntque talia dicere, quæ tãquàm peregrina & inſolita adferentes mortem hanc prouocãt. *Diſsidium hic mortem vocat.* Habet autem maledictorum ipſorum quaternio quem miſe- B runt, tantùm peruerſitatis, vt inficiat lectorem. Quoniam verò culpat, tanquàm lectionem ſcripturæ inuſitatam dixerit ſancta Synodus, vbi B. virginem Theotocon nominauit, rogentur ipſi vbi Chriſtotocon aut Theodochon ſcriptum repererint. Præterea & illud ad verbũ ſic inſeruit. De virgine Theodocha non *id eſt, quæ dei capax fuit.* perinde cõmentemur theologicè atque de Deo, neſciens prorſus quid dicat. Nam ſi Deum non peperit, nec in vtero Chriſtũ, exiſtentem Deum habuit, quomodo Theodochos eſt? Et patrẽ ipſe Theotocon eſſe dixit. Vbi omnes has voces legerit, ignoro. Verum quoniam & pleræque aliæ reprehẽſiones ex illius narrationibus excerpuntur, ſeruabuntur ſuo tempori, niſi harum illum pœniteat. Libellum autem precatorium miſſum à vobis, quemadmodum Regi quidem haud præter noſtram ſententiã portigi oportuit acceptum legi: quoniã verò vel ad ipſum vel ad fratrem, vel quoquo mittendum dixerim, prolixam exigebat excurſionem, hactenus illum retinui ne contingat vt nobis dicat, accuſaſtis me apud Regem, velut hæreticum. Proteſtati tamen interea ſumus, quod poſthac iudicium ipſius aſſignata inimicitiæ ratione, recuſaturi ſimus, & cauſam hanc, ſi illi omnino C inſteterint, ad alios principes tranſlaturi. Cum itaque libellum hũc legeritis, tradite illi, ſi neceſſitas poposcerit, & ſi videritis eũ in his perſeuerare inſidiis, & certè omnem aduerſum nos mouere lapidem ſcribite diligenter. Eligam viros religioſos & prudentes, cum Epiſcopos tum ſolitarios, mittámque illos primo quoque tempore. Neque enim oculis meis, ſicut ſcriptum eſt, ſomnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, nec requiem temporibus meis, donec certamen hoc, quod omnium ſalutem concernit, decertauero. Itaque cum didiceritis nũc noſtram ſententiam, viri eſtote. Iam enim aderunt à nobis literæ, & quæ, & ad quos oportet. Eſt. n. ſcopus mihi, propter fidem in Chriſtum quemcũque ſubire laborem, & ferre quoſuis cruciatus, etiam eos qui in tormentis acerbi putãtur, donec ob hãc cauſam mortem etiam, mihi iucundam, pertulero.

Religioſiſſimo ac pientiſſimo ſacrorum comminiſtro Neſtorio, Cyrillus in Domino ſalutem.

Epiſt. 8. NVGANTVR quidam coram pietate tua, ſicuti cognouimus, cõtra exiſtimationem meam, idque abſque intermiſſione, eorum, qui in magiſtratu ſunt conuentus occaſionem obſeruantes, præſertim cum forſan auribus tuis delectationem aliquàm adferre ſe putant. Et voces etiam inconſultas ſactant, cum nulla ſint iniuria adfecti, ſed reprehenſi tantum, atque id benigne ille, quod cęcis & pauperibus iniuriã intulerim, alius quod enſem in matrem vibrauerim: rurſum alius quod auri alieni furto ablati reus ſeruierim, talíque perpetuo ſuſpicione laborauerim, quàm ne inimiciſſimo quidem contingere optauerit quiſquam. Veruntamen eorum qui tales ſunt non multam habeo rationem, ne vltra præceptorem ac dominũ, imò ne vltra patres, tenuitatis meę menſuram extẽdam. Fieri enim nequit, vt malorum improbitatem, vtut vitam inſtituas, effugias. At illi os maledictione & acerbitate refertum habẽtes, omnium iudici ſunt reddituri rationem. Ego verò rurſus huc tendam, vt quod me potiſſimũ decet præſtem, admoneboque te etiamnum tãquàm fratrem in Chriſto, vt doctrinę ſermonem ac fidei ſenſum cum omni cautione po-

pulis dispēses ac cogites, quàm intolerabili sit indignationi Dei obnoxius, qui vel vnum eúmque ex modicis in Christum credentibus offenderit. Iam verò cum tanta sit eorum multitudo, qui offensi sunt, quomodo non eo deuenimus, vt opus sit omni diligentia, cum ad hoc, vt, sicut oportet, offensiones amputemus, tum vt his qui veritatem quærunt, sanum fidei sermonem inuestigemus? Et hoc admodum recte faciemus etiamsi in excutiendis sanctorum patrum sermonibus seduli, & eos magnifacere studuerimus, & nos ipsos in fide probatos reddiderimus, & ad formam, quæ in eorum rectis & irreprehensibilibus sententiis cōscripta est, nostras cogitationes scitè composuerimus.

Nicena Synodus. Dixit itaque sacra & magna Synodus, ipsum ex deo & patre secundum naturam genitum, filium vnigenitum, Deum verum ex Deo vero, lumen è lumine, per quem pater omnia condidit, descendisse, incarnatum, hominem factum, passum, resurrexisse tertia die, & ad cœlos ascēdisse. Istis sermonibus ac dogmatis & nos adhærere oportet, cogitātes quid sit, sermonem qui ex Deo est, incarnatum esse & hominem factum. Non enim verbi naturam mutatam, carnem esse factam, neq; in totum hominem qui ex anima est & corpore, mutatam esse, sed hoc potius dicimus, quod verbum sibiipsi carnem anima rationali viuificatam, secundum subsistentiam, modo qui nec edici nec inuestigari queat, adunârit, homóque factum ac filius hominis appellatum sit, idque non solum secundum voluntatem ac placitum, neque tanquam in personati hominis assumptione. Et licet differentes inter se naturæ, in veram sint vnitatem cōiunctæ, quod vnus tamen ex vtrisque sit Christus ac filius, interim non sublata differentia naturarum quæ potissimum nobis vnum, dominum, & Christum, & filium propter coadunationem arcano & inenarrabili diuinitatis & humanitatis ad vnitatem cōcursu absoluūt. *Differentia naturarum in Christo non sublata.* Atque ita tametsi essentiam suam habuerit ante secula, ex patre genitus, natus etiam esse dicitur ex muliere, non quòd naturæ suæ diuinæ principium, vt esset, ex S. sit virgine primum nactus, neque. n. illa post paternam generationem necessariò propter seipsam vt denuò gigneretur opus habebat. Stultum enim fuerit & ineptum, si dicamus eum, qui ante omnia secula fuit, & patri coëternus est, ad hoc vt esset, secunda opus habuisse generatione. Quoniam verò propter nos & propter nostram salutem vnita sibi natura humana ex muliere prodiit eā ob causam carnaliter esse natus dicitur. Non. n. vulgariter primū natus est homo ex S. virgine, atq; ita demum verbum illi accessit, sed ex ipsa matre genitus, carnis generationē sustinuisse dicitur, vt qui propriæ sibi carnis natiuitatem appropriârit. Ad hūc modum illum & passum esse & resurrexisse dicimus, non quòd in propria natura verbum illud Dei vel plagas vel clauorum fossuras, vel quę alia sunt huiusmodi pertulerit. Est enim numē, vtpote incorporeum, expers passionis. verum quoniam corpus illud quod proprium illius est factum, ista perpessum est, dicitur & ipsum pro nobis esse passum. Erat enim in corpore passionibus obnoxio verbum illud omnis expers passionis. Ad eūdem modum & de eo sentimus quod mortuus est. Est enim verbum dei natura immortale & incorruptibile, & vita & viuificans. Quoniam verò proprium ipsius corpus pro omnibus, vt Paulus inquit, mortem gustauit, ipsum mortem pro nobis passum esse dicitur, nō quod in mortis experientiam venerit, quod attinet ad ipsius naturam, quod præter insaniam nec dici poterit nec cogitari, sed quòd, vt paulò ante dixi, caro ipsius mortem gustauit. Eodem etiam modo, quoniam caro ipsius excitata est, adscribitur illi resurrectio, non quod inciderit in corruptionem, absit, sed quod corpus ipsius excitatum est. Christum ita ac Dominum vnum confitebimur, non hominem vnà cum verbo, ne diuisionis imaginatio subintroducatur, si dicamus, cum verbo, sed vnum & eundem adorātes. quoniam à verbo alienum non est ipsius corpus, cum quo & ipsi patri assidet non ita, vt velut duo filij assideant, sed vt vnus, secundum adunationem, cum carne sua assideat. Quod si vnitatem illam quæ secundum subsistentiam est, tanquam incomprehensibilem aut indecentem, negabimus, in id impietatis incidemus, vt duos esse filios dicamus. Omnino quippe necesse erit, vt diuidamus, & hominem quidem separatim appellatione filij cohonestatum, verbū verò ex Deo rursus separatim, & nomen & appellationem filij naturaliter habere dicamus. Cauendum itaque est, ne vnum dominum Iesum Christum in duos filios diuidamus. Nihil autē rectè fidei doctrinæ proderit, si ita

E sensetimus, etiamsi personarū adunationem quidam prędicent. Neque enim scriptura hoc dixit, quod hominis sibi personam verbum Dei adunârit, sed quod caro sit factum. Verbū autem factum esse carnem, *Verbū caro factum est.* nihil est aliud, quàm quod in carne ac sanguine nobiscum similiter communicauit, ac nostrum corpus sibi proprium fecit, & homo prodiit ex muliere, interim non abiecto, quod Deus est & ex patre genitum, sed, etiam in ipsa carnis assumptione, quod erat, retento. Hoc nusquam non contēdit exactæ fidei doctrina. Hac fuisse sententia sanctos patres inuenimus. Et ob eam causam sanctam virginem ausi sunt vocare Deiparam, non quod verbi natura aut ipsius diuinitas ex sancta virgine sortita sit principium, sed quoniam ex illa natum est sanctum illud corpus, rationaliter animatum, cui etiam secundū subsistentiam adunatum est verbum, natum esse dicitur secundum carnem. Ista etiamnū ex charitate, quæ est in Christo, scribo, obsecrās vt fratrem, & coram Christo & electis angelis cōtestans, vt hæc nobiscum & sentias ac doceas, quo & pax ecclesiarum seruetur, & concordiæ ac dilectionis vinculum sacerdotibus Dei infractum permaneat.

F *Religiosissimo ac pientissimo sacrorum comministro Cyrillo, Nestorius in Domino salutem.*

CONTVMELIAS quidem celebrium tuarum literarum, quas contra nos effudisti, tāquam medica lenitate, & responsione, quæ suo tempore rebus ipsis detur, dignas, omitto, *Epist. 9.* quod verò citra magnum periculum silentio transiri nequit, de eo, quoad eius contra multiloquium tuum fieri poterit, contractam declarationem obscuri & indigesti multiloquij fastidium cauens, facere conabor. Ordiar autem ab acutis admodum doctrinæ tuæ vocibus, quas ad verbum adducam. Quæ sunt igitur celebris tuę doctrinę, quam habent tuæ literæ, voces? Sancta inquis, & magna Synodus, ipsum ex Deo ac patre, secundum naturam, genitum filium, vnigenitum, Deum verum ex Deo vero, lumen è lumine, per quem pater omnia fecit, descendisse, incarnatum, hominem factū, passum esse ac resurrexisse tradit. Hęc sunt pietatis tuę verba, & fortè quæ tua sunt agnoscis. Audi igitur & à nobis fraternā de causa pietatis admonitionem, nempe eam, de qua magnus ille Paulus dilectum sibi Timotheum, contestatus est, dicens: Attēde lectioni, G adhortationi, & doctrinę. Hoc enim si feceris seruabis & teipsum, & eos qui te audiunt. Quid quæso vult illud attende? Quod, quia sanctorum illorum traditionem superficietenus legisti, ignorantiam imbibisti venia dignam, eum ipsum qui patri coëternus est, passibilem ab ipsis esse dictum arbitratus. Inspice autem, si videtur, illorū verba diligentius, & diuinum illum patrum chorum inuenies, eiusdem essentię diuinitatem non dixisse pasibilem, nec recens eum esse natum, qui coëternus est patri, neque resurrexisse eum, qui templū solutum excitauit. Quod si mihi ad fraternam medelam aures accommodaueris, ipsas tibi sanctorum voces adferam, & te ab hac sycophantia, quæ illis aduersatur, & per eos diuinis scripturis repugnat liberum reddā. Credimus igitur, inquiunt, & in Dominū nostrum Iesum Christum, filium eius vnigenitum. Vide, Dominum, Iesum, Christū, vnigenitum & filiū. Primum illa diuinitatis & humanitatis nomina veluti fundamenta quædam ponunt, tum demum incarnationis, passionis ac resurrectionis traditionem superstruunt, vt communibus quibusdam vtriusque naturæ ac significatiuis nominibus præpositis, neq; scindantur quæ diuinitatis sunt ac pro- H prietatis, neque quæ naturarum sunt inducta propter vnicæ filiationis confusionem, obscuratione periclitentur. Præceptor enim illis hac in re Paulus fuit, qui cū diuinæ incarnationis mentionem fecisset, essētq; iam de passione illaturus, primum Christi nomen ponit, tāquam, sicut paulò ante dixi, commune: túmque sermonem adducit, vtrique naturæ competentem. Quid enim dicit? Is sit affectus, inquit, in vobis, qui & in Christo Iesu fuit. Qui cum esset in forma Dei, non est rapinam arbitratus, *Phil. 2.* Deo esse se æqualem, sed (ne singula recēseam) obediens factus est vsq; ad mortem, mortem verò crucis. Quoniam enim mortis facturus erat mētionem, ne Deum verbum pasibilem quisquam ex eo suspicetur, Christi nomen ponit, tanquam appellationem vtriusque, cum impasibilis, tum pasibilis essentiæ in vnica persona significationem habentem, vt Christus & impasibilis & pasibilis citra periculum intelligatur: impasibilis propter diuinitatis, pasibilis propter corporis naturam. Cum hac de re

de re multa differere queam, & primū, quod sancti illi patres de dispensatione Christi loquentes non generationis, sed incarnationis meminerunt, breuiloquentiæ tamen pol citationē initio Epistolæ factam, sermonis cursum cohibere. & ad secundum caput à dictione tua inductum tendere sentio: in quo quidem naturarum diuisionem secundum incarnationis & diuinitatis rationem & harum in vnam personam cōiunctionē prædicas, ac Deum uerbum secunda, quæ ex muliere facta est opus non habuisse generatione, nec diuinitatem passionis fuisse capacem, confiteris. Sunt enim ista verè orthodoxa, & peruersis omnium hæresum circa Dominicas naturas, dogmatis contraria. Reliqua verò an reconditam aliquam sapientiam legentium auribus incomprehensibilem inferant, diligentiæ tuæ fuerit cognoscere. Mihi sane viderunt quæ præmisisti subuertere. Nam verbum Dei, quod in prioribus impāssibile, & secundæ generationis capax non esse prędicatur: rursus nescio quo pacto pasibile & recens natum inducunt, quasi quę secundum naturam. Deo verbo accedunt, templi cōiunctione corrupta sint, aut modico apud homines æstimetur, templum illud nullo peccato pollutum, & à diuina natura inseparabile, pro peccatoribus & nasci sustinuisse & mori, vel credi non debeat Dominicæ voci, ad Iudæos clamanti: Soluite templum hoc, & in tribus diebus illud excitabo. Non dicit: Soluite diuinitatem meam, & in tribus diebus exitabi ur. Rursus sermonem dilatare volens, promissionis memoria cohibeor. Dicendum itaque, sed ita vt breuiloquentia vtar, Quocunque sanctarum scripturarum loco Dominicæ dispentationis fit mentio, generatio nobis & passio non diuinitatis, sed Christi traditur, vt beata virgo exactione appellatiore non deipara. sed Christipara sit vocanda. Audi autem quomodo ista ipsa vociferantur Euangelia. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abrahæ. Manifestū verò est, quod Deus verbum non fuerit filius Dauidis. Accipe si videtur & aliud testimonium: Iacob verò genuit Iosephum, virum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Considera rursus & aliam vocem nos contestantem. Iesus verò Christi generatio, inquit, sic erat. Cum esset mater eius Maria despōsata Iosepho, inuēta est habens in vtero, ex spiritu sancto Quis nam vnigeniti diuinitatem, spiritus sancti crediderit esse creaturam? Quid dicemus & illud? Et erat mater Iesu ibi. Et iterū Cum Maria matre Iesu: Et illud: Quod in ea natum est, ex sancto est spiritu. Et iterum: Accipe puerum ac matrem eius, & fuge in Ægyptum. Et de ipso filio, Qui natus est, inquit ex semine Dauid secundum carnem. Et de passione eius: Quoniam Deus, inquit, misso filio suo in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne. Et iterum. Christus mortuus est, inquit, pro peccatis nostris. Et: Christo in carne passo. Et: Hoc est, inquit, non diuinitas mea, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur. Sunt & innumeræ aliæ voces, quæ mortalium genus contestantur, ne diuinitatem recēs natam, aut corporalis passionis capacem, sed carnem, naturæ diuinitatis coniunctam, arbitrentur. Vnde nā & seipsum Christus Dauidis & Dominum & filium nominat? Quid vobis, inquit, videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei, Dauidis. Respondit Iesus ac dixit eis: Quomodo igitur Dauid in spiritu vocat eum Dominum, cum dixit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Ex eo videlicet, quod omnino secundum carnem filius est Dauidis: secundum diuinitatem verò, Dominus. Itaque, quod diuinitatis filij templum sit cor- *Apollinarium & Arrium notat.* pus, & templum absoluta ac diuina copulatione coadunatum natura sibi diuinitatis veluti proprium coniunxerit, bonum est vt confiteamur, & euangelicis traditionibus dignum at appropriationis nomini carnis proprietates, natiuitatem dico, & passionem, & mortem, adscribere, id demum mentis est, frater, vere gentili more errātis, aut insani Apollinarij & Arij, & aliorum similium hæresi, imò illis etiam grauius laborantis. Necesse est enim eos qui appropriationis nomen ita vexant, & in diuersum trahunt, Deum verbum participem constituere lactationis, & incrementi paulatim accepti, timiditatísque tempore passionis declaratę, & indignum facere auxilii angelici, vt circuncisionem taceam, sacrificium & sudores, & esuriem, quæ carni quidem tributa, vt quæ illi propter nos acciderunt, adoranda sunt, diuinitati verò adscripta, & falsa sunt, & nobis

E tanquam calumniatoribus iustæ condemnationis causam adferunt. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones, & diuinarum scripturarum denunciationes. Ad hunc modum quæ diuinæ sunt cum humanitatis tum potestatis theologicè sunt explicāda. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus fiat omnibus, quod Paulus omnibus dicit. Quod verò curam eorum qui offenduntur amplecteris, hoc quidem recte facis, & gratiam habeo animo tuo quæ diuina sunt curanti, & de rebus nostris sollicito. Verum interea agnosce teipsum, seductum ab illis qui hic sunt à sancta Synodo depositi, quod cum Manichæis sentirent, vel ab ipsis clericis qui eadem tecum affectione laborant. Quæ namque Ecclesiam concernunt, quotidie proficiunt, & quæ plebes attinent, in tanto sunt propter gratiam Christi incremento, vt qui multitudinem vident cum propheta clament: Replebitur terra cognitione Domini, sicut aqua multa, quæ valeat operire maria. Et quod Reges concernit, in excellenti sunt illi gaudio, propter dogmatis huius illustrationem. Et vt contractim scribam, contra omnes Deo repugnantes hæreses, & pro recta Ecclesiæ doctrina quotidie apud F nos inuenias vocem illam adimpleri, qua domus Saulis dilabi & infirmari, Dauidis vero progredi & cōfirmari dicta est. Scribuntur hæc à nobis hoc animo, vt frater fratri consulat. Si verò quisquam contentiosus esse volet, vociferabitur per nos aduersus eum, qui huiusmodi est beatus Paulus dicens, nos consuetudinem istam non habemus, neque Ecclesiæ Dei. Vniuersam quæ tecum est fraternitatem, ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

CYRILLI AD NESTORIVM DE Excommuuicatione.

Religiosissimo ac pientissimo sacrorum comministro Nestorio, Cyrillus, & quæ Alexandriæ ÆEgypti collecta est Synodus in domino salutem.

CVm Seruator noster perspicue dicat: Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus, & qui diligit filium aut filiam plus quàm me, non est me dignus, quid G nobis accidet, à quibus pietas tua petit, vt se plus amemus quā omnium nostrum seruatorem dominum Iesum? Quis nobis in die iudicii succurrere poterit? aut quam inueniemus excusationem, vbi de tam prolixo silentio, quo maledictis tuis contra ipsum pepercimus, graues admodū pœnas dabimus? Quod si tibi ipsi duntaxat, talia sentiendo ac docendo noxius esses, minus esset curæ, quoniam verò vniuersam offendisti Ecclesiam, & nouum ac insuetæ hæreseos populo obiecisti fermentum idque non illis duntaxat qui isthic sunt, sed & vbique constitutis. (Sunt enim circumlati expositionum tuarum libelli) quam nunc sufficientem dabimus silētij nostri rationem? Aut quomodo non est necesse meminisse Christi, dicētis: Ne puteris quod venerim, vt pacem mittā in terram, sed gladium? Veni nanque vt dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. Siquidem vbi fides læditur, valeat tanquam inanis & periculosa, quæ erga parentes est reuerentia, quiescat lex illa amoris erga liberos & fratres, & iam piis melius sit mori quàm viuere, vt sicut scriptum est meliorem acquirant resurrectionem. Ecce igitur præsidente san- H ctæ Synodo in magna Romana vrbe collectæ, sanctissimo ac pientissimo fratre & comministro Celestino Episcopo: & nos iam tertiò hisce te contestamur literis, consulentes, vt à tam malis istis ac peruersis dogmatibus quæ tenes ac doces, abstineas, malisque rectam amplecti fidem, quæ tradita est Ecclesiis ab initio, per sanctos Apostolos, & Euangelistas, qui ipsi spectatores fuerunt & ministri huius doctrinæ Quod si hoc pietas tua intra terminū, in literis memorati sanctissimi comministri, nostri Romanorum Episcopi Celestini præfixum, molita non fuerit, scias te nihil habere nobiscum consortii, nec locum tibi futurum, aut vllum sermonis commercium, inter Sacerdotes Dei & Episcopos. Neque enim ferri potest, vt Ecclesias à deo turbatas & populos offensos, & rectam fidem reprobatam, ac greges Dominicos laceratos contemnamus. idque abs te, qui illos seruare debebas, siquidem sanctorum patrum pietatem nobiscum fuisses imitatus.

Cum omnibus autẽ qui à pierate tua propter fidẽ separati sunt
ta laicis quàm clericis vniuersi cõmunicamus. Neque enim in- E
ſtũ eſt, vt quos recta ſapere cognouimus, propter tuas in ipſos
ſentẽtias lædamus propterea quod recte faciẽtes dogmatibus
tuis cõtradixerũt. Nã hoc ſignificaſti in epiſtola quã ad ſanctiſ-
ſimũ epiſcopũ Celeſtinũ ſcripſiſti. Non ſufficiet autem pietati
tuæ ſi ſymbolũ tantũ fidei, quod olim à ſancta Synodo Nicea
in ſpiritu Sãcto congregata eſt, expoſitũ nobiſcũ confiteare. Nõ
enim recte illud interpretaris, ſed magis peruerſe, licet dictio-
nẽ illius voce cõfitearis: ſed cõueniet vt & ſcripto & iureiuran-
do cõfiteare, cum quod ſceleſtatua & prophana dogmata ana-
thematizes, ſi quod ſenſurus ſis, & docturus eadẽ quæ in Orié-
te ſũr, & Occidẽte Epiſcopi & doctores & populorũ præſides
Cõſenſit autẽ & ſancta Romana Synodus, & nos vniuerſi. tã-
quã recte habentibus epiſtolis illis quę ad pietatem tuãab Ale-
xãdrina ſunt ſcriptæ Eccleſia. Subiecimus verò hiſce literis no-
ſtris, cũ quæ ſentire debeas ac docere, tũ à quibus abſtinere cõ-
ueniat. Eſt enim hæc Catholicæ & Apoſtolicæ eccleſiæ fides
quã probant omnes tã Occidẽtis quàm Orientis orthodoxi Epi-
ſcopi. Credimus in vnũ Deũ patrẽ omnipotentem, omniũ tam F
viſibilium quàm inuiſibilium factorem. Et in vnum Dominũ
Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, genitum ex patre,
hoc eſt, ex ſubſtantia patris, Deum ex Deo, lumen è lumine, ve-
rum Deum ex Deo vero, genitum non factum, conſubſtantia-
lem patri, per quẽ omnia facta ſunt, qui propter nos homines
& propter noſtrã ſalutem deſcendit & incarnatus eſt, & homo
factus, paſſus eſt ac reſurrexit tertia die, aſcendit in cœlum, ven-
turuſq; eſt ad iudicandum viuos ac mortuos. Et in ſanctum
ſpiritum. Eos verò qui dicunt, erat tempus cum non eſſet, &
antequam naſceretur non erat, & ex non exiſtẽtibus eſt factus
aut ex alia quadam hypoſtaſi aut eſſentia, conuertibilem aut
mutabilem dicunt eſſe filium Dei, iſtos anathematizat ſancta
& Apoſtolica eccleſia. Adhærentes autem vbique ſanctorum
patrum confeſſionibus, quæ ſpiritu ſancto in ipſis ſunt loquen-
te factæ, & ſcopum ſenſuum qui in illis ſunt ſpectãtes, ac veluti
regia via ambulãtes dicimus: quod ipſe vnigenitus Dei ſermo,
ex ipſa patris ſubſtãtia genitus, verus Deus ex Deo vero, lumen
è lumine per quẽ omnia ſunt facta, ſalutis noſtræ gratia deſcẽ-
derit, ſeq; ipſũ exinaniuerit, & incarnatus & homo factus ſit, G
hoc eſt, ex vtero naſci carne ex ſãcta virgine ſumpta ſibiq; ap.
propriata, humano more ſuſtinuerit, & homo è muliere prodi-
erit, nõ abiecto quod erat, ſed licet carnem ac ſanguinẽ aſſump-
ſerit, manẽs quod erat, Deus videlicet & natura, & veritate. Ne-
que verò carnẽ in diuinitatis mutari naturam, neque inenarra-
bilẽ verbi Dei naturã, in naturam carnis transferri dicimus. Eſt
enim omnino immobilis, & immutabilis, eadem perpetuo, ſe-
cundum ſcripturas, permanens. Et cum viſibilis factus infans ad
huc & cunabilis ac ſinu genitricis virginis eſſet omnem im-
pleuit creaturam, tanquam Deus, & genitori aſſedit. Numen
enim & ſine quantitate & ſine magnitudine eſt, nec circũſcri-
bi poteſt. Cum verò verbum carni ſecundum hypoſtaſim vni-
tum eſſe confitemur, vnum adoramus filium, ac Dominum Ie-
ſum Chriſtum: neque in partes ſecantes ac diuidentes homi-
nem ac Deum, quaſi dignitatis tantum & authoritatis inter ſe
ſint vnitate coniuncti (hoc enim nihil eſſet aliud quàm vani
loquium) neque ſeparatim verbum quod ex Deo eſt, & pari ra
tione alrerum qui ex muliere eſt, tanquam Chriſtum nomi-
nãtes, ſed vnum duntaxat ſcientes eſſe Chriſtum, quod ex Deo H
patre eſt verbum, cum carne quam ſibi appropriauit. Tunc
enim, quamuis ſpiritum ipſe iis qui vt acciperent digni erant,
dabat humanitus tamen nobiſcum eſt inunctus, idq; ẽe præter
menſuram, ſicut beatus Euangeliſta Ioannes dicit. Sed neque
hoc dicimus, quod verbũ ex Deo, ei qui ex ſancta eſt virgine
natus, tanquam communi homini cohabitãrit. Nam etiam ſi
habitauit in nobis verbum dictum tamen etiam hoc eſt, quod
in Chriſto habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
Sed cum ſentimus, quod caro factum ſit, non eodem modo
ſicut in ſanctis habitare dicitur, & in Chriſto iſtam factam eſſe
habitationem definimus: ſed quod ſecundum naturam vnitũ
non tamen in carnem conuerſum, talem effecerit cohabitatio-
nem, qualem & hominis anima cum proprio dicitur habere
corpore. Vnus eſt itaque Chriſtus, & filius & Dominus, non
ita quaſi coniunctionem ad Deum habeat homo, quæ ſimpli-
citer dignitatis ſiue authoritatis vnitate conſtet. Naturas enim
non vnit honoris æqualitas. Siquidem & Petrus & Ioannes
æquales inter ſe ſunt honore, quemadmodum & reliqui Apo
ſtoli & ſancti diſcipuli, vnus tamen hi cuncti ſint. Neque
ſecundum appoſitionem coniunctionis huius modum intel-
ligimus: etenim nec illa ad naturalem ſufficit vnitatem. Neque
ſecundum participationem habitus, ad quem modum & nos
Domino adhæremus, ſicuti ſcriptum eſt, Vnus autem ſpiritus
cum illo ſumus. Imò & coniunctionis nomen recuſamus,
vt quod ſufficientem vnionis ſignificationem non habet.
Sed & nec Deum aut Dominum omnium verbum quod
ex patre eſt nominamus, ne rurſus aperte vnum Chriſtum &
filium ac Dominum in duos ſcindamus, atque ita in crimen
incidamus blaſphemiæ, eundem ipſum ſuum ipſius Deum ac
Dominum facientes. Verbũ enim Dei, ſicut iam prędiximus
carni ſecundum hypoſtaſim vnitum omnium quidem Deus
eſt, omnibus que dominatur: at ſuiipſius nec ſeruus eſt nec do-
minus Stultum enim eſt imò & impium, ad hunc modum ſen
tire aut dicere. Nam patrem quidem Deum ſuum eſſe dixit,
tametſi Deus ſit natura & ex ipſius ſubſtantia: at haud ignota-
uimus, quod cum deus ſit & homo, ſub Deo ſit factus, ſecun-
dum legem humanitatis naturæ competentem, ſuiipſius verò
quomodo vel Deus erit vel Dominus? Igitur vt homo, & quã-
tum exinanitionis menſuris conuenit, ſub Deo ſe nobiſcum
eſſe dicit, & ad hunc modum etiam ſub lege factus eſt, tametſi
legem ipſe proloquutus ſit ac legiſlator fuerit tanquam Deus.
Recuſamus autem & hoc, vt de chriſto quiſquam dicat pro-
pter eum qui hominem induit, eum qui indutus eſt veneror,
propter inuiſibilem adoro viſibilem. Præterea horrendum &
hoc eſt vt dicamus, qui aſſumptus eſt vnà cum eo quod aſſum-
pſit, Deus dicitur Qui nanque ad hunc modum loquitur, ite-
rum in duas partes Chriſtum diuidit, & hominem ſeparatum
ſeorſum, & Deum ſimiliter, ſtatuit. Sine controuerſia namque
vnitatem negat, ſecundum quam non alter ſin ul adoratur. ne-
que ſimul Deus dicitur cum altero, ſed vnus intelligitur Chri-
ſtus Ieſus filius vnigenitus, qui vna adoratione propria cũ car-
ne adoratur. Confitemur autem, quod idem ipſe, qui ex Deo
patre genitus filius eſt ac Deus vnigenitus, tametſi ſecundum
propriam ſit naturam impaſſibilis: carne tamen paſſus ſit pro
nobis ſecundum ſcripturas, & propriæ carnis paſſiones in cor-
pore crucifixo. impaſſibilis ipſe ſibi appropriauerit, & gratia
Dei pro omnibus guſtauerit mortem proprio illi dato corpore
licet ſecundum naturam ſuam ipſe vita ſit & reſurrectio. Ete-
nim vt morte inenarrabili virtute calcata tanquam in carne
ſua, prima quidem certe primogenitus fieret ex mortuis, & pri-
mitiæ dormientium, viamque humanæ naturæ & recurſum ad
incorruptionem aperiret, gratia Dei, ſicut iam dixi, pro omni-
bus guſtauit mortem, ac triduanus ſpoliatis inferis reuixit. Ita-
que etiam ſi per hominem reſurrectio mortuorum fieri dici-
tur, intelligimus tamen hominem, qui verbum quod ex Deo
eſt, factum eſt, per quem & mortis deſtructum eſt imperium,
quique ſuo tempore tanquam vnus filius ac Dominus in glo-
ria patris ventuus eſt, vt orbem iudicet in iuſticia, ſicut ſcriptũ
eſt, neceſſarium verò eſt, vt & illud adiiciamus. Dum vnigeni-
ti filij Dei, hoc eſt. Ieſu Chriſti, mortem ſecundum carnem
& reſurrectionem ex mortuis annunciamus, aſſumptionẽm-
que in cœlos confitemur, incruentum in Eccleſiis perficimus
cultum, atque ita ad myſticas accedimus benedictiones ac ſan-
ctificamur, participes facti ſanctæ carnis prectoſique ſanguinis
ſeruatoris noſtri omnium Ieſu Chriſti nec vt cõmunem carnẽ
accipimus. abſit, neque tanquam viri ſanctificati, & verbo ſe-
cundum dignitatis vnitatem coniuncti vt pote velut diuinam
inhabitationem adepti, ſed vt verè viuificatricem, & ipſius ver-
bi propriam. Cum enim vita ſit ſecundum naturam, vt Deus,
quoniam vnum cum carne ſua viuificatricem eam oſtendit.
Itaque etiamſi ad nos dicat: Amen amen dico vobis, niſi man-
ducetis carnem filij hominis, & bibatis eius ſanguinem, non ta-
men illam velut hominis cuiuſdam ex nobis, eſſe arbitran ur
qnomodo enim hominis caro ſecũdũ naturã ſuã viuifica erit?)
ſed tanquã proprie illius factã, qui propter nos filius hominis
& factus eſt & appellatus. Seruatoris verò noſtri voces quas in
Euãgelijs legimus, neque duabus hypoſtaſib. neque duabus
etiam perſonis diuiſas adſcribimus. (Neque. n. duplex eſt. ſed
vnus ac ſolus Chriſtus, etiãſi ex duabus ac differẽtibus rebus in

vnitatem

vnitatem quæ diuidi nequeat, coierit, quemadmodum verbi
gratia, & homo ex anima intelligitur & corpore, non duplex, A
ſed vnus ex vtriſque) ſed tam humanas quàm diuinas ad vnum
pertinentes dici ſentientes, recte animati etimus. Quando nan-
que de ſeipſo diuinæ maieſtati competenter loquitur, vt cum
dicit: Qui videt me, videt & patrem. Et: Ego & pater vnum
ſumus, diuinam eius & inenarrabilem intelligimus naturã, ſe-
cundum quam cum patre ſuo vnum eſt, propter eãdem quam
cum illo habet eſſentiam, & imago, & character, & ſplendor
gloriæ eius. Quando verò Iudæis non ad dehonestandam hu-
manitatis menſuram loquitur, dicens: Nunc verò me quæritis
occidere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum: ite-
rum nihilominus eundem Deum verbum in æqualitate ac ſi-
militudine patris etiam ex humanitatis ipſius menſuris agno-
ſcimus. Etenim ſi neceſſarium eſt, vt natura Deum exiſtẽ-
tem, carnem, id eſt hominem, rationali anima animatum fa-
ctum eſſe credamus, quam nam rationem quiſquam habebit,
vt pudeat eum vocum ejus, quod homini competentes ſunt
emiſſæ? Si nanque ſermones eos qui homini conueniunt de-
trectaſſet, quis nam eum hominem noſtro more fieri coẽgiſſet?
Qui verò ſeipſe in ſpontaneam hanc exinanitionem noſtri gra-
tia demiſit, qua ratione ſermones eos recuſaret qui exinaniti-
oni competunt? Vni itaque perſonæ, hoc eſt, vni hypoſtaſi ver-
bi incarnati, omnes ſunt euangelicæ voces adſcribendæ. Vnus
enim ſecundum ſcripturas eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Si ve-
rò & Apoſtolus vocatur, & pontifex confeſſionis noſtræ, tan-
quam ſacrificans Deo & patri, oblatam pro nobis & ſibi & per
ſe Deo ac patri, adde & ſancto ſpiritui, confeſſionem iterum
tamen ipſum ſecundum naturam ex deo filium vnigenitum
eſſe dicimus, nec præter ipſum alteri cuipiam homini ſiue ſa-
cerdotij nomen, ſiue rem ipſam adſcribimus: factus eſt enim
mediator inter Deum & homines, & reconciliator ad faciẽ-
dam pacem ſeipſum Deo & patri in odorem bonæ fragrantiæ
obtulit. Quocirca & dixit, Sacrificium & oblationem noluiſ-
ti, holocautomata & pro peccato non approbaſti, corpus ve-
rò aptaſti mihi: tunc dixi ecce venio, in capite libri ſcriptum
eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Obtulit enim
pro nobis in odorem bonæ fragrantiæ proprium corpus, &
non pro ſe ipſo. Qua nanque oblatione aut victima pro ſeip- C
ſo opus habuiſſet, cum tanquam Deus, ſuperior ſit omni pec-
cato. Si enim omnes peccauerunt & deſtituuntur gloria Dei,
quemadmodum ad errandum proni ſumus & per peccatum
infirmata eſt humana natura, ipſe verò non ita, atque ob eam
cauſam gloriam eius æquare nõ poſſumus, quomodo dubium
eſſe poterit, quod propter nos ac pro nobis oblatus, ſit agnus
ille verus? Ideo ſi quis dicat, quod ſe ipſum pro ſe & pro no-
bis obtulerit, nullo modo expers erit criminum, quæ impie-
tatem reſipiunt. Neque enim vllo modo deliquit, nec aliquod
peccatum fecit. Qua igitur oblatione opus habuiſſet, cum nul-
lum in ipſo ſit peccatum, pro quo fieri poſſet oblatio? Et val-
de conuenienter. Quando verò de ſpiritu dicit: Ille me glo-
rificabit recte ſentientes, non dicimus vnum dominum ac fi-
lium, quaſi opus habeat vt aliunde glorificetur gloriam à ſpi-
ritu ſancto accipere: neque enim melior ipſo aut ſublimior eſt
ſpiritus ipſius, ſed quoniam ſpiritu ſuo ad oſtenſionem diuini-
tatis ſuæ, in mirabilium patratione eſt vſus, glorificari ſe ab eo
dicit: perinde ac ſi quiſquam ex nobis, vel de virtute quæ in ip-
ſo eſt, vel de ſcientia, quacunque in re, dicat virtus mea, vel D
ſcientia mea glorificabit me. Tametſi enim ſpiritus proprium
habeat hypoſtaſim, & in ſeipſo, quatenus ſpiritus eſt & non fi-
lius conſideretur, alienus tamen ab eo non eſt. Eſt enim ſpiri-
tus veritatis nominatus, & Chriſtus veritas eſt, emittitur ab eo,
quemadmodum & ex Deo & patre. Cum ergo per manus a-
poſtolorum ſpiritus poſtquam in cœlum dominus noſter Ieſus
Chriſtus aſcendiſſet mirabilia operatus eſt, glorificauit etm.
Creditus enim eſt Deus eſſe ſecundum naturam, qui denuò
ipſe operaretur per proprium ſpiritum. Quapropter & dixit,
quoniam de meo accipiet & annunciabit vobis. Nequaquam
verò ſpiritum tanquam participando ſapientem ac potentem
eſſe dicimus. Eſt enim omnino perfectus, nec vllius boni in-
digus. Quoniam verò virtutis ac ſapientiæ patris, hoc eſt filij,
ſpiritus eſt, reipſa ſapientia eſt virtus. Quia verò Deum carni
ſecundum hypoſtaſim vnitum ſancta virgo carnaliter genuit,
ob eam cauſam & deiparam illum eſſe dicimus: non quod ver-
bi natura eſſentiæ ſuæ principium ex carne habeat (erat enim
in principio, & Deus erat verbum, & verbũ erat apud Deum,
& ipſum ſecula fecit, coæternum patri, & omnium opifex) ſed,
ſicuti iam prædiximus: propteream quod ſecundum hypoſtaſim
humanam ſibi naturã coadunauit, & ex ipſius vtero carnalem
ſuſtinuit natiuitatem, non quòd ea neceſſaria illi, ob propriam
videlicet naturam, fuerit, & ea generatione quæ in tempore
& poſtremis huius ſeculi momentis fieret opus habuerit, ſed
vt ipſe eſſentiæ noſtræ principium beneditceret, & dum eum
carni vnitum pareret mulier, ceſſaret in poſterum ea, quæ vni-
verſi generis noſtri terrena corpora morti deſtinat, & illud: In
doloribus paries filios, per ipſum caſſatum. Verum oſtende-
ret quod per prophetæ vocem dictum eſt: Abſorpſit mors præ-
ualens. Et iterum: Abſtulit Deus omnem lachrymam ab om-
ni facie. Ob hanc cauſam illum dicimus diſpenſatorie ipſas
benedixiſſe nuptias, & ad illas in Cana Galilææ vnà cum ſan-
ctis acceſſiſſe apoſtolis. Vt iſta verò ſentiamus, & à ſanctis A-
poſtolis & Euangeliſtis, & vniuerſa diuina ſcriptura, & vera- B
ci beatorum patrum confeſſione docti ſumus. His omnibus &
tuam pietatem conſentire oportet, & conuenire, omni dolo
ſepoſito. Quæ verò pietati tuæ neceſſariò ſint anathematizan-
da, epiſtolæ huic noſtræ ſubiecta ſunt.

Quomodo ſpiritus ſanctus Chriſtũ glorificauerit.

ANATHEMATISMVS I.

Si quis Emmanuẽlem non confitetur ſecundum veritatem
eſſe Deum, ideoq; B. Virginem eſſe deiparam (carnaliter enim
verbum quòd ex Deo eſt genuit) anathema ſit.

ALTER.

Si quis verbum quod ex Deo eſt, non confitetur ſecundum
hypoſtaſim carni eſſe vnitum, & Chriſtum eſſe vnum cum
propria ſua carne, eundem videlicet Deum ſimul & hominem,
anathema ſit.

III.

Si quis in vno Chriſto hypoſtaſes poſt vnionem diuidit, ſola
illas, quæ ſecundum dignitatem, vel authoritatem, aut potenta-
tum eſt coniunctione, & nõ magis coitione, quæ ſecundum na-
turalem eſt vnitatem, coniungens, anathema ſit.

IIII.

Si quis duabus perſonis aut hypoſtaſib⁹ voces illas diſtribuit,
quæ in Euangelicis & Apoſtolicis ſunt ſcripturis, aut quę à ſan-
ctis de Chriſto, aut à Chriſto ipſo de ſeipſo ſunt dictæ, & alias
quidem tanquam homini ſeorſum à verbo quod ex Deo eſt,
conſiderato, alias verò tanquam diuinæ maieſtati cõuenientes,
ſoli verbo quod ex Deo patre eſt adaptat, anathema eſto.

V.

Si quiſquam Chriſtum deiferum hominem audet dicere, &
non magis Deum ſecundum veritatem, tãquam vnicum & na-
turalem filium, quemadmodum verbum caro, & carnis ac ſan-
guinis, perinde atque nos particeps eſt factum, anathema eſto.

VI.

Si quiſquam verbum quod ex Deo patre eſt Deum aut do-
minum Chriſti eſſe dicit, & non magis eundem illum & deum
ſimul & hominem, quemadmodum verbum caro ſecundum
ſcripturas eſt factum, confitetur, anathema eſto.

VII.

Si quis Ieſum à verbo Dei tanquam hominem actum & im-
pulſum eſſe, & vnigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à
ſe diuerſo, acceſſiſſe dicit, anathema ſit.

VIII.

Si quiſquam audet dicere aſſumptum hominem, vnà cum
Deo verbo adorandum & glorificandum, & Deum, tanquam
alterum cum altero appellandũ eſſe (illud enim particula, cum,
perpetuo, ſi adiungatur, intelligere cogit) & nõ magis vnã ado-
ratione Emmanuẽlem honorat, & vnam illi glorificationem, ſi-
cuti verbum caro eſt factum, adaptat, anathema ſit.

IX.

Si quis vnum dominum Ieſum Chriſtum à ſpiritu. tanquam
aliena virtute, qua per ipſum ſit vſus, glorificatum eſſe, & ab il-
lo accepiſſe, quæ contra ſpiritus immundos operatus eſt, & quę
diuinitatis ſigna inter homines præſtitit, & nõ magis proprium
ipſius eſſe ſpiritum dicit, per quem diuinitatis ſigna operatus
eſt, anathema ſit.

X.

Pontificem & Apostolum confessionis nostræ sanctum esse Christum, scriptura dicit. Obtulit autem pro nobis semetipsum in odorem bonæ fragrantiæ deo ac patri. Si quis igitur Pontificem & Apostolum nostrum, non ipsum quod ex deo est verbum & caro, & homo, nobis similis est factum, sed tanquam alium quendã hominem præter ipsum seperatim ab eo ex muliere natum, factum esse dicit: aut si quis Christum etiam pro se ipso oblationem & non magis pro nobis obtulisse dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum non nouit) anathema sit.

XI.

Si quis carnem Domini non confitetur esse viuificam & ipsius verbi quod ex Deo patre est propriam, sed tanquam alterius cuiuspiam præter ipsum, secundum dignitatem quidem, aut tãquam qui diuinam duntaxat inhabitationem sit adeptus, cum ipso coniuncti, & non magis viuificam, sicut diximus, propterea quòd propria facta est verbi, quod omnia viuificare potest, anathema sit.

XII.

Si quis non confitetur verbum dei carne esse passum, carne crucifixum, & mortem carne gustasse, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum & vita est & viuificans sicut deus, anathema esto.

Dilectissimis ac desideratissimis Presbyteris, Diaconis & populo & Constantinopolitano, Cyrillus Episcopus & Synodus, quæ Alexandria Ægypti conuenit, in Domino salutem.

Epist.11. SEro quidem ac difficile ad id peruenimus, ad quod melius fuerat venisse ab initio: nempe vt curã omnium vestræ salutis habeamus, nec necesse sit perturbationem hanc in fidei causa ferre. Omnium autem vestrum tristitiæ, quam ex hoc negocio accepistis rationem reddimus. Præteritum enim tempus nõ sine lachrymis cõsumpsimus. Sperabamus verò religiosissimum Episcopum Nestorium consultationibus & admonitionibus Ecclesiasticis, aut quæ à nobis omnibus sunt factæ reprehensionibus inductum, absona sua dogmata deserturũ, & eam fidem nobiscum cum honore amplexurũ, quæ ecclesiis à sanctis Apostolis & Euangelistis, & vniuerso sacro ordine, apostolicisque ac propheticis vocibus est tradita, vt hanc recte obsignatam haberet. Quoniam verò non cessat apud vos loqui ecclesiæ, & ex scriptis illius expositionibus seductum eum, & haud mediocriter circa fidem impie sentientem deprehendimus: iam necessariò eo deuenimus, vt opus sit illum synodicis literis contestari, quod nisi quàm ocyssime, & ad terminũ à sanctissimo ac pientissimo Romanæ Ecclesiæ episcopo Celestino præfixum nouis suis dogmatibus abstineat, & scripto anathemate detestetur, quæ apud vos & locutus est, & libellis inseruit, siue vt insereretur subornauit, nihil cum sacerdotibus Dei habiturus commercij, sed omnino futurus sit alienus. Nemo verò cũctationis nos accuset. Non enim dormitauimus, vrbe tam magna perturbata, imò turbatis omnibus quæ vspiam sunt ecclesiis ac plebibus. Sumus autem hac in re eos imitati, qui medendi habent experientiam, qui passiones in corporibus obtinentes nõ statim ferri aut ignis subiiciunt violentiæ, sed mitioribus primũ pharmacis emoliunt, cõuenientem expectantes incidendi opportunitatem. Agite itaque in domino viriliter, & fidem vestram immotam seruantes, Christo vni, soli, ac vero Dei filio placere satagite, memores sanctorũ patrum vestrorum, qui sacerdotio apud vos rectè ac sanctè sunt functi, qui & ipsi cum adhuc in viuis essent Deiparam sanctam virginem nominarunt. Peperit enim Emmanuëlem, qui verus Deus est. Est nanque verbum caro factum, & carnaliter è muliere natum, vt fratres eius inueniamur, qui omnem excellit creaturam. Prædicarunt autem apud vos non duos Christos, sed vnum eundem ipsum Deum, verbum & hominem secundum carnem, & ex muliere, non tenui quadam coniunctione & tanquam sola dignitatum æqualitate coniunctum Deo hominem (sunt enim ista frigida illius & inutilia, aniliáque dogmata) sed eundem ipsum omnium iudicem passum esse pro nobis dixerunt. Hanc vobis ipsis fidem indesinenter exuscitantes, neque memorato iam communicantes, neque illi tanquam doctori attendentes, si lupus in loco pastoris manserit, & post hanc nostram admonitionem ad ipsum factam, quæ peruersa sunt sapere voluerit, immaculatos reseruabitis. Clericis autem & laicis, qui propter rectam fidem ab illo sunt separati aut depositi, nos communicamus, non iniustam illius sententiam confirmantes, sed magis eos qui ista sunt passi, laudantes, illúdque eis dicentes: Si propter dominum probris afficimini beati estis, quoniam virtutis ac Dei spiritus in vobis requieuit.

Ad Cyrillum Celestinus Romanus Episcopus.

QVæ à sanctitate tua per filium nostrum Posidonium diaconum mœstitiæ nostræ sunt missæ literæ, lætitiam nobis exhibuerunt. Quanquam quod iucundum in iis erat, tristitia denuo commutauimus. Respicientes enim & considerãtes quæ dixerit, qui Constantinopolitanam Ecclesiam peruersis sermonibus turbare conatur, haud modico in ipso animo dolore perplexi, variis deliberationum stimulis torquemur, dum cogitamus quomodo fidelibus succurratur, vt in fide persistant. Vbi verò cogitationem ad fraternitatis tuæ scripta transferimus, obtulit se nobis confestim paratissimum remedium, quo pestilens morbus quasi salubri pharmaco pellatur. Loquor autem de puri fontis fluento, quòd è dilectionis tuę doctrina emanat, per quam omnis aufertur male perstrepentis fluenti materia, & omnibus aperitur modus necessarij circa fidem nostram intellectus. Quemadmodum igitur illum notamus & reprehẽdimus, ita tuam sanctitatẽ tanquam in scriptis tuis præsentem dilectionem domini complectimur, vnum nos & idem de domino sentire videntes. Nec mirum est prouidentissimum domini sacerdotem pro amore fidei tanta cum virtute pugnare, vt & insolenti aduersariorum audaciæ resistere, & sibi concreditos talibus admonitionibus confirmare queat: vt igitur illa nobis acerba, ita ista sunt pura ac dulcia. Et gaudemus, tantum pietati tuæ vigilantiæ inesse videntes, vt iam maiorum tuorum exempla viceris, qui & ipsi perpetuo orthodoxi dogmatis assertores fuerunt, ac verè tibi euãgelicum illud testimonium competere deprehendatur, quo bonus pastor animam suam pro ouibus suis ponere dicitur. Sed quemadmodum tu bonus es pastor, ita ille dignus est, qui vt malus mercenarius, accusetur, qui non ob id male audit, quod oues suas deserat, sed quod ipse eas despergere sit inuentus. Eramus autem & nos, dilecte frater, adiecturi quædam, nisi omnia ea sentire te videremus quæ nos sentimus, & in confirmanda fide fortissimum esse vindicem probaremus. Sunt enim omnia nobis ex ordine à filio nostro Posidonio diacono tradita, quæ sanctitas tua hac de causa scripsit. Omnes illas fraudulentæ prædicationis tendiculas in apertum produxisti, & fidem ita corroborasti, vt nequeant corda Christo ac Deo nostro credentium, in alteram pertrahi partem. Magnus est hic fidei nostræ triumphus, quod nostra tam potenter aduersaria per diuinarum scripturarum testimonium victisse demonstratur. Quid iam efficiet ille? aut quo se vertet? qui impiæ nouitatis factus amator, dum maluit suis seruire cogitationibus, deprehensus est magis suiipsius esse, quàm Christi assectator, & concreditum sibi populum prædicationis suæ veneno studiose inficere conatus, eum & legere debuerit ac retinere, quo inanes quæstiones, & non ad fidei sanitatem proficientes, sed ad animarum perditionem desinentes, fugiendæ magis sint, quàm inquirendæ. Verum id nobis iam incumbit, vt si quidem poterimus, in præcipitia inductum, imò magis in præcipitio, vnde cadat, iam agentem reuocemus, ne non succurrendo casum illius impellamus. Christus Deus noster, cui de generatione ipsius infertur quæstio, pro vna nos oue laborare docuit, propriis etiam humeris eam imponi volens, ne lupo ad rapinam exponatur. Iam qui pro vnius ouiculæ salute nos adeò currere docuit, quantum nos laboris pro ipso ouium pastore insumere volet? qui & nominis sui & mandati huius oblitus, seipse in rapacem mutauit lupum, gregem perdere cupiens quem ipse potissimum seruare debebat? Hunc itaque & nos à caulis agnorum arcere debemus, nisi illũ, vt volumus, corrigere satagamus, si adhuc aliqua corrigendi spes sit reliqua. Volumus enim hoc, vt conuertatur & viuat, nisi ipse concreditorum sibi vitam perdiderit. Alioqui manifesta

manifesta erit in illum, si perdurauerit, sententia. Est enim huiusmodi vulnus excidendum, quod non vnum duntaxat membrum lædit, sed & vniuersum Ecclesiæ corpus vulnerat. Quid enim cum illis habere poterit cõmercij, qui inter se consentiũt, is qui se solum quæ optima sint sentire putat, atq; à fide nostra dissentit? Quapropter sciant vniuersi, in nostra se communione permanere, quos ipse tanquam sibi contradicentes, vt putauit, à communione reiecit. Et hoc cognoscant quoque non posse illum nostram habere communionem, si in ista peruersitatis via apostolicæ constitutioni contrarius permanserit. Itaque adiuncta tibi sedis nostræ autoritate, & vicis nostræ successione & potestate vsus, istã exacta cum seueritate exequẽris sententiam vt nisi intra decem dies, ab huius admonitionis die numeratos, prauas suas prædicationes scripta confessione anathematizauerit, & hanc se de Christi ac Dei nostri generatione fidem retinere affirmauerit, quam & Romana & tuæ sanctitatis, & vniuersalis religio prædicat, confestim sanctitas tua Ecclesiæ illius prouideat, vt sciat se quouis modo à nostro esse corpore remouendum, qui & curantium medicinam susçipere noluit, & ad tam suiipsius, quàm omnium sibi concreditorum perditionem improbus, & tanquam pestifer morbus, per vniuersum Ecclesiæ corpus concito cursu pertigit.

Domino meo fratri & comministro Ioanni patriarchæ Antiocheno, Cyrillus in domino S.

Epist.13. PLanè pietas tua & multorum relatione sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ statũ, qui nunc est, cognouit quod admodum sit turbatus, & multi eorum qui vehementer sunt religiosi ac probi, sine synaxi manserint, non vulgarem in ipsa fide perturbationem passi, ex iis quæ à pientissimo episcopo Nestorio in ipsorum ecclesia dicuntur, cui & per literas consului, vt ab ineptis istis & peruersis quæstionibus abstineat, & sanctorũ patrum fidem sectetur. Verũ ista me scribẽtem hostem esse putauit, támque abfuit, vt animaduerterit hæc ex charitate erga ipsius facta esse pietatem, vt &, cum talia sentiat ac dicat: Romanorum quoque aures corripere se & occupare posse arbitretur. Scripsit enim enormia quædam, congerens in epistola prolixa ad dominum meum pientissimũ Romanæ ecclesiæ episcopum Celestinũ, & scriptis etiam suis hoc inseruit contra eos qui à se diuersa sentiunt, quod non horrescant, cum S. Virginem deiparam esse dicũt. Deinde & quaterniones expositionum suarum misit, quibus lectis, qui in magna Roma pij reperiũtur Episcopi, multis habitis consessibus reclamarunt disserte, dicentes eum omnino periculosam renouare hæresim, quæ à nemine eorum qui olim fuerunt sit inuenta. Quoniam verò adegit me, scribẽte illius pietate, vt dicam quæ ibi facta sunt omnia, mittámque literarum, quas ad illum scripsi exemplaria, necessariò profectionem hanc susçepit dilectus Alexandrinæ ecclesiæ clericus Posidonius diaconus. Lectis itaque in concilio cum expositionibus tum epistolis eius, præsertim in quibus non est sycophantiæ locus (Habent enim illius subscriptionem) S. Romana synodus, quæ manifesta sunt notauit. Quanquam & ad tuam pietatem scripsit, quibus etiam obediẽdum est, necessariò ab illis qui vniuersæ occidentis communioni adhærent. Exemplaria nanque scripserunt ad pientissimum Rufum Thessalonicensem Episcopum, & alios quosdam pientissimorum, qui in Macedonia sunt, episcoporũ, qui & sæpe illius adhesere sententiis. Scripserunt autem nihilominus & ad Iuuenalem pientissimũ Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopum. Est itaque pietatis tuæ, considerare quid conducat. Nos enim illius sequemur iudicia, veriti ne à tantorum virorum communione deficiamus, qui nullis aliis de causis indignantur, neque ob res minutas, sed propter ipsam fidem, & quæ vbilibet sunt ecclesias, populique ædificationem motus istos excitarunt. Saluta quæ apud te est fraternitatem, quæ nobiscum est in Domino te salutat.

EPISTOLA CYRILLI AD ACACIVM.

Domino meo dilecto fratri & comministro Acacio Beroënsi Episcopo, Cyrillus in domino S. P. D.

Epist.14. QVi vehementer contristati sunt, & corda curis habent saucia, haud parum ex eo refocillantur, si eodem sensu præditis, causas mœsticiæ suæ aperiant. Ad hũc modum & ego iam comparatus sum. Quapropter integritati tuæ causas scribendas esse duxi, quarum gratia meritò sicut opinor, mœrore sui affectus imò adhuc mœstus sum. Non enim satis fuit religiosissimo ac pientissimo Episcopo Nestorio, vt in Ecclesiis diceret quæ Ecclesiis offensaculo essent, ac fidem in omnium nostrũ seruatorem Christum destruerẽt: sed & Dorotheum quendam Episcopum audenter ac manifeste coram Ecclesia & synaxi dicere passus est: Si quis Mariã deiparam esse dicit, anathema sit. Quid igitur in Ecclesiis orthodoxorum cum sanctis patribus anathemate percussi, faciemus? Inuenio nanque in cõmentariis, etiam celebertimæ memoriæ Athanasium Episcopum, sæpenumero eam nominasse deiparam. Nec hunc solum, sed & beatum patrem nostrum Theophilum, & multos alios ex sanctis patribus, illorum temporũ Episcopos, tam Basilium quoque, quàm Gregorium, & ipsum etiam beatum Atticum. Arbitror autẽ neminem fuisse orthodoxorum, qui deiparam eam vocare sit veritus. Est enim verè deipara, quia Deus est Emmanuel. Sunt ergo anathemate percussi sancti Patres, qui iam apud Deum sunt, & quotquot rectis veritatis dogmatibus adhærentes Christum Deum esse confitentur. Neque huc tantum causæ huius pernicies peruenit, sed & populorum mentes peruertuntur. Cum lamentatione siquidem quosdam in eam prolapsos esse iam perfidiam ac stupiditatẽ audio, vt Christum quoq; deum esse non confiteantur: nonnullos verò etiam si ompino Deum illum esse confiteantur, hoc tamen ipsum non syncere sentire, sed beneuolentia & gratia Dei ad hoc illum nobiscum esse vocatum dicere. Digna sunt hæc lamentatione ac fletu. Quæ nam omnino vtilitas est, tam subtilia & abscondita in medium adducere? Quare non potius moralibus expositionibus populo prosumus, nisi admodum sufficienter simus ad cautam docendi diligentiam instructi? Quoniam verò monachis per Ægyptum & Alexandriam, huiusmodi lectionibus aut expositionibus perturbatis, rectam fidei rationem exposuimus, in hostem & inimicum cõuersus est, ita vt circulatores quosdam ac deploratos homines collegerit, & ad hoc subornarit, vt quædam apud multos aduersum me mentiantur. Et fortè haud iniuste. Etenim si zelum Dei habuissemus, & amorem erga Deum, quo præditi fuerunt patres, imitati essemus, iam olim obuiam illis essemus, qui & contra Christum nugari, & nos qui adhuc viuimus, & sanctos patres, qui cum Deo iam sunt, anathematizare sunt ausi, sanctámque contra eos sententiam protulissemus, per quam & ij, qui è plebe in fide sunt offensi, curati essent. Saluta fraternitatem quæ tecum est. Salutat te quæ mecum est in Domino.

RESPONSIO ACACII AD Cyrillum.

Domino meo, per omnia sanctissimo ac deo dilectissimo Episcopo Cyrillo, Acacius in Domino S.

Epist.15. PIetatis tuæ literas iam recens mihi redditas propter ea quæ Constantinopoli sunt inuulgata, deprecandis lachrymis ac lamentationibus plenas, legi: in quibus & fidei nostræ in Christum profunditas memoratur, quantum necesse est illius consortibus, quòd videlicet superfluum fuerit de illa etiam ab initio in medium aliquid induci. Quid enim vtilitatis Apolinarius Laodicæus attulit, vnus ex primoribus, magnus ille agonista, qui cum pro recta fide adeò fortiter contra inimicos, de sua ipsius sapientia fretus, dimicaret, vellétque in puram ac synceram Christi fidem ex perplexis & inuiis meatus quosdam subintroducere, an non hoc effecit, vt inter schismaticos à catholica reputetur Ecclesia? An non dictum est à quodam ex iis, qui ante nos fuerunt: Episcopis, cum eos qui rectè sunt animati, & sana mente ac integro sensu prædiri, ne quæ humanum captum excedunt, curiosè perscrutarentur, retrahere veller, in hanc vocem erumpente ac dicente: Quomodo pater vnigenitum genuerit, cum silentio honoretur. Deinde & sermonis progressu recensuit, quomodo huius exquisitio propè vniuersas simul cœlestes virtutes, nedũ homines, & humanum intellectum lateat. Quomodo autem nõ necessaria est admonitio illa sacrarum scripturarũ, quę idem docẽs, dicit: Altiora te neq; quęsieris, & fortiora te ne scruteris, quæ præcepta tibi sunt, hæc cogita. Nõ enim necessaria tibi sunt, quæ absc̃dita sunt. Eos autẽ

qui quomodo talia & intelligere, & eloqui conatos defenderent inquisierunt, simile quidam passos esse dixit ei quòd B. Paulino Episcopo accidit, qui detrectabat tres dicere hypostases, diserte cum virtute ac veritate, eadem sentiens ac tractans. Adhæsit autē Occidentalibus Deo dilectissimis Episcopis, propterea quod angustior est Romana lingua, quàm quæ iuxta nostram Græcorum phrasim tres hypostases dicere queat. Verùm quoniā nos omnes qui Ecclesiæ Dei & condolere & compati possumus magno æstimare debemus, si vox illa expresse pronunciata reprimi possit, ne occasio detur iis qui ad hoc parati sunt, vt Ecclesiam Dei diuidant ac scindant. Quapropter oportet integram tuam & absolutam prudentiam, etiamsi initio tale quid dictum est, quod multos religiosos & Christi amantes contristare ac perturbare potest, motum hunc reprimere, licet multi, vt prædixi, ex Constantinopolitanis qui Antiochiam proficiscuntur cum clerici, tum laici etiam coram nobis dicto sermoni patrocinari videntur, quòd nihil habeat in intellectu, quod Apostolicæ fidei aduersetur. Præterea neque quod sanctorum Patrum, qui Niceæ conuenerunt de homousio sancitæ, & in omnem Catholicam Ecclesiam traditæ fidei repugnet. Itaque prudentiam, compassionem, & integritatem sacerdotij tui, tempore ad hoc vocante, ostendere dignare interponente se tua sanctitate in reprimendo dicto sermone, ergà eos qui illam audierunt & rumpuntur, ita vt sanctitas tua ea curet ac perficiat, quæ possint in præsenti catholicā Ecclesiam tempestate correptam magis atque magis in sublime erigere, voce quadam dominica vtens, & cogitans de spirituali marti quod in præsenti turbari videtur, & illud proferens: Tace, obmutesce. Curaui autem, vt epistola pietatis tuæ à sanctissimo & pientissimo Ioanne Antiochano Episcopo legeretur, qui vbi hæc audiuit multa cum consensione ac compassione eadem affectat, quæ & nos senilem agentes ætatem, cum ipse recens ad Episcopatum venerit, qui per gratiam Dei in certaminibus ad episcopatum pertinentibus ita floret, vt præclarè de illo sentiant, ac glorientur, quoquot per orientalem administrationem sunt Deo dilectissimi Episcopi. Is pietatem tuam, vt traditur, obsecrat, vt sanctitas tua prudentia, quam habet, vsa, intolerabile illud verbum, quod prorupit ita in manus sumat, vt per ea quæ loqueris ac facis Apostolicum illud, exigente id ipso tempore, ostendas, quo Apostolus dicit: Etenim si potestate vti voluero, quàm Deus mihi ad ædificationem non ad destructionem dedit, haud pudebit. Desideratissimum verò literarum nostrarum latorem fidelem, & ex progenitoribus Christianum pro affecta tuo, quem erga bonos habes admittere dignare, & sicubi opus habet prouidentiam tibi competentem illi impende. Omnem eam fraternitatem, quæ tecum est, ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

De B. Paulino episcopo, quòd hypostases dicere noluerit.

CYRILLVS IVVENALI HIEROSOLYMORUM Episcopo.

Domino meo desideratissimo fratri & comministro Iuuenali, Cyrillus in Domino S. D.

Epistola 16. OPtarim quidem religiosissimum Episcopum Nestorium probatorum virorum vestigia & rectā fidem sectari. Quis nam enim eorum, qui rectè sapiunt non optet probatissimos esse eos qui munus hoc sortiti sunt, vt seruatoris nostri greges instituant? Quoniam verò præter spem accidit, vt fines suos rerum nobis transgressa sit natura. (Quem enim sperabamus syncerum fore pastorem, hunc rectè fidei deprehendimus esse persequutorem) necessarium est in posterum, vt memores simus seruatoris nostri omnium dicētis: Non veni vt pacem mittam in terram, sed gladium. Veni enim separare hominē contra patrem suum. Iam si bellum nobis aduersus parentes irreprehensibile est & inculpatum, imò & omni laude plenum, quando pro gloria Christi certare dinoscimur: quomodo non omnino necessarium est, vt, etiamsi lachrymantes tanquam fratrem admittentes, amantem Dei zelum seruemus, & tātum non totius orbis incolis dicamus illud: Si quis Domini est, veniat ad me? Ego quidem illum vnis & alteris literis tanquam fratrem adhortatus sum ne proprias cogitationes sectetur, sed habitare rectæ & Apostolicæ, Ecclesiisque traditæ fidei ratione ab hac se stultitia liberet. Verum nihil profuit adhibitū animi pharmacum, fuitque inefficax datum consilium, ac tantum abfuit, vt voluerit veritaris adhærere dogmatibus vt & epistolam ad me scripserit, cum propria subscriptione, in qua obiurgat quidem, tanquam offensus, clare tamen S. Virginem non esse deiparā profitetur, id quod diserte est dicere, non esse vere Deum Emmanuelem, in quo salutis spem habemus. Ratus autē quod & Romanorum Ecclesiam in suam sententiā pertrahere queat, scripsit ad Dominum meum religiosissimum ac pientissimum fratrem ac comministrum Celestinum Romanum Episcopum, inserens epistolis dogmatum suorum peruersitatem. Misit autem & multas expositiones, ex quibus peruersa sapere deprehēsus, ac iam cum execratione tanquam hæreticus condemnatus est. Quoniam igitur memoratus religiosissimus ac pietissimus Celestinus Romanæ Ecclesiæ Episcopus diserte de illo scripsit, & ad me epistolas misit, necessarium duxi, vt eas ad te darem, quo pium illum zelum, quem sponte alioqui pietas tua exacuit, literis istis excitem, quatenus vno animo & irremisso proposito dilectionem in Christum viuidam reddamus, & populum periclitantem cōseruemus, ecclesiámque adeò illustrem firmemus vtpote si concordes vniuersi inter nos facti, iuxta determinatā formam, & illi & populo scripserimus. Quod si profecerimus, illúmque reuera ab iis quæ sensit auerterimus, lucrati sumus fratrē & seruauimus pastorem. Si verò consiliam nostrum fuerit inefficax, sibiipsi quod subsequetur adscribens, laborum suorum fructus comederit ipse. Necessarium autem erit, vt Christi amāti ac religiosissimo Regi, & vniuersis Magistratibus scribamus, consulamúsque, ne pietari in Christum hominem præponant, sed largiantur orbi rectæ fidei firmitudinem ac greges domini à malo pastore liberent, nisi vniuersorum consiliis obtemperauerit. Saluta quæ tecum est fraternitatem. Salutant te qui nobiscum sunt in Domino.

SACRA REGIA AD CYRILLVM.

Imperatores Cæsares, Theodosius & Valentinianus victores ac triumphatores maximi, religiosissimi, Augusti, Cyrillo Episcopo Alexandriæ.

Epistola 17. APietate quæ in Deū est reipublicæ nostræ constitutio pendet, & multa vtrinque est cognatio & societas. Cohærent enim inter se, & altera alterius crescit incremento, ita vt vera religio iustitiæ studio, respublica verò ab vtrisque adiuta resplēdeat. In regnum itaque à Deo constituti, & connectio pietatis ac prosperitatis subditorum existentes, societatem harum perpetuo indiuulsam custodimus, ac prouidentia nostra pacem inter homines procurantes, hactenus quidem reipublicæ augendæ ministramus: per omnia verò subditis, vt ita dicamus, seruiētes, vt pie viuant & conuersentur sicuti pios decet, adornamus, vtriusque vt conuenit, curam gerentes (Neq; enim fieri potest, vt alteri studentes, non similiter & alterius curam geramus) præcæteris in hoc incumbimus, vt Ecclesiasticus status, & qui Deum deceat, & nostris temporibus conueniat, firmus permaneat: tranquillitatémque ex omnium consensu retineat: sitque per Ecclesiasticarum rerum pacem, quietus, & pia religio seruetur irreprehensibilis, eorúmque vita qui ad clericatum & magnum sacerdotiū dilecti sunt, ab omni sit culpa libera. Cum autem ista intelligeremus cum per dilectionem erga Deum, tum per animū veritatis amantem in iis qui pij sunt, obtinere posse, iam quidem sæpenumero eorum gratia, quæ commodum inciderunt Deo dilectissimam omnium eorum qui vbique sunt sanctissimorum Episcoporum Synodum necessariam esse duximus: verùm cunctatores per molestiam pietatis ipsorum improbitatem facti sumus. At vrgens iam necessitatem cum Ecclesiasticarum, tum publicarum disceptatio, & summe profuturam & irrecusabilem illam esse ostendit. Quapropter neque tam vtilium rerum quæstionem concernunt, si negligantur in peius dilabantur, id quod à temporum nostrorum est pietate alienum, curabit pietas tua, vt post imminens sanctum Pascha, volente Deo, circa S. Pentecostes diem ad Ephesiorum Asiæ ciuitatem adueniat, & paucos, quos probauerit, ex prouincia sibi subiecta, sanctissimos Episcopos, ad eādem ciuitatem conuenire faciat, vt nec qui sanctissimis prouinciæ tuæ, Ecclesiis sufficiant, nec qui concilio sint accommodi, desint. Sunt enim exemplaria à nostra maiestate de prædicta sanctissima

Nota quid magistratus subditus esse debeat.

sanctissima Synodo Deo dilectis per vniuersas Metropoles Episcopis scripta, vt hoc facto, & perturbatio, quæ ex controuersiis istis accidit, secundum ecclesiasticos canones dissoluatur, & quæ indecenter committuntur corrigantur, sistáque & pietati erga Deum, & publicis rebus commoda firmitudo, nec aliquid quacunque in re ante sanctissimam Synodum, & futuram illius communem sententiam, à quoquam separatim innouetur. Et persuasi quidem sumus, vnumquenque Deo dilectissimorum sacerdotum, vbi resciuerint, cum Ecclesiasticarū tum publicarum rerum gratia, hac nostra sanctione percitum ad sanctissimam Synodum diligenti studio properanter accursurum, & rebus ita necessariis atque ad beneplacitum Dei pertinentibus pro viribus consulturum. Nos autem multam harum rerum curam gerentes, neminem desiderari leuiter patiemur, nec vllam siue apud Deum, siue apud nos excusationē habebit, si quisquam non confestim ad prædictum tempus loco determinato segulus comparuerit. Quisquis enim ad sacerdotalem vocatus Synodum non prompte accurrit, esse se conscientia non bona declarat. Deus te multo tempore custodiat pater sanctissime ac religiosissime.

EPISTOLA CYRILLI AD CELESTINUM Episcopum Romanum.

Sanctissimo ac Deo dilectissimo patri Celestino Cyrillus in Domino S. P. D.

Epist. 18. SIquidem silere licuisset, vt non omnia quæ agitantur pietati tuæ scriberem, potuissemque extra querelas esse, & quod molestum videtur effugere: præsertim in rebus ita necessariis, vbi & ipsa fidei rectitudo à quibusdam distorquetur, sanè mihi ipsi dixissem, bonum est & securum, vt sileam, & vt quiescam melius est, quàm vt perturber: quoniam verò & Deus sobrietatem à nobis in hisce rebus exigit, & mores iniqui longe dissident ab Ecclesiis hoc suadent, vt sanctitati tuæ ista communicem, iterum necessariò scribo, illud significans, quod satan etiamnum omnia perturbat, contra Ecclesias Dei insanit, atque omnes vbique populos rectè in fide ambulantes peruertere conatur. Non enim quiescit fera illa omnibus nominibus malitiosa, & impietatis gratia intolerabilis. Silui itaque præterito tempore, & nihil omnino, nec ad tuam pietatem, nec ad alium quempiam ex comministris, de eo qui nunc Cōstantinopoli est, & Ecclesiam illam gubernat, scripsi: reprehensioni obnoxium futurum ratus, si quid in his rebus temerè præcipitarem. Quoniam verò velut ad summum mali huius peruenimus, necessarium iam dixi, vt soluta lingua omnia quæ sunt agitata edicam. Memoratus enim Episcopus simul atque electus fuit, cum adhortationibus ad ea quæ bona sunt, populo illic, & peregre in eam vrbem venientibus (qui vt verisimile est, multi sunt à quibuslibet ciuitatibus ac regionibus in id loci proficiscentes) prodesse deberet, studiosè absurda quædam & ratione carentia, & quæ procul absunt ab apostolica & euangelica fide, quam sancti patres perpetuo custodierunt, & nobis tanquam pretiosam margaritam tradiderunt, loquutus est. Et homilias, quas coram Ecclesia dixit, idque sæpenumero, quas ne iam quidem dicere cessat, pietati tuæ, tanquam certum quoddam argumentum misit. Ego hoc affirmo, paratus etiam synodicis id literis manifestum reddere, quod talia dicenti ac sentienti communicare non poterimus. Hoc quidem nondum feci, verùm arbitratus manum esse labentibus porrigendam, & cadentes tanquam fratres erigendos, hortatus sum eum literis, vt se à tam praua opinione cohibeat, sed nihil profecimus. Quoniam verò tam abesse cognouit, vt eadem sentiamus quæ ipse obiurgemus etiam, & vt ab inuentionibus suis (dogmatibus enim non dixerim) desistat admoneamus, omnem insidiandi modum tentauit, nec hactenus mouere non cessat. Cum autem speraremus eum medelam admittere, & à doctrinis quæ Christo aduersantur abstinere, cognouimus hac spe nos esse frustratos. Itaque cum talis esset factus, accidit vt Episcopus quidam Constantinopoli esset, nomine Dorotheus, eadem cum ipso sentiens, vir, commodi sui gratia assentator, & sicut scriptum est, labiis proteruis. Hic cum in synaxi throno Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui religiosissimi Nestorij est, insideret, erectus magna cum voce ausus est dicere: Si quis Mariam Deiparam esse dixerit, anathema sit. Clamor quidem oritur magnus & excursus ab omni plebe. Neq; enim illis amplius cum talia sentirent, communicare volebant, ita vt populus Constantinopolitanus à Synaxi abstineat, dempt is paucis leuioris momenti hominibus, ipsíque assentantibus. Monasteria verò propè omnia, & illorum Archimandritæ, mulríque è Senatu, non conueniunt, veriti ne in ipsa fide lędantur. Sunt præterea apud eum & alij quidam, quos ab Antiochia cum in eam vrbem ascēdisset secum abduxit, quæ-uis peruersa loquentes. Quoniam verò homilias eius in Ægyprum allatis leuiores quosdam in errorem abreptos hæsitantes hæc inter se: an rectè loquitur? ad seductus est? dicere cognoui, veritus morbi huius contagia in animis simpliciorum radices agant. Monasterijs quæ per Ægyptum sunt catholicam epistolam scripsi, confirmans eos in fide recta. Huius postea exemplaria Constantinopolim quidam asportarunt, è quibus multi quidem legentes adiuti sunt, ita vt quamplurimi ex proceribus rescribentes gratias nobis egerint. Verùm etiā hoc illi offensionis contra me fomentum est factum, vt me tanquam inimicum impugnet, nihil aliud habens quod accuset, nisi vnum hoc, quod non sustineo eadem sentire quæ ipse, imò & multos in viam reduxi, suadens illis vt fidem quam à patribus accepimus, & quæ ex diuinis scripturis didicimus, sapiant. Simul etiam non admodum curans, quæ contra me machinatur, sed Deo omnia & scienti & potenti commendans: iterum aliam memorato Episcopo epistolam velut compendio rectæ fidei expositionem habentem scripsi pariter illum hortans & contestans, vt ad eum modum sentiret ac loqueretur, sed etiam hac vice nihil profeci. Verùm denuò quæ ab initio probat, nec peruersa loqui cessat. Sciat & hoc pietas tua, quòd quæ ille dicit omnibus per Orientem Episcopis conueniunt, nec ægre ferunt omnino nec contristantur, præsertim qui per Macedoniam sunt religiosissimi Episcopi. Et quoniam hoc intelligit, arbitratur se omnibus esse sapientiorem, qui solus diuinæ Scripturæ scopum, & Christi mysterium cognoscat. At quomodo non magis debebat persuasissimus esse, quod vniuersis per totum orbem orthodoxis Episcopis ac laicis & Christum Deum, & genetricem eius virginem esse Deiparam confitentibus, solus ipse hoc negans erret? Verùm insolescit ac putat se, quoniam vi throni omnibus insidiatur, & nobis & reliquis vniuersis, vt eadem sentiamus quæ ipse, posse persuadere. Quid itaque faciemus, neque illi persuadentes, neque ferre valentes, vt talibus quotidie homiliis populus Constantinopolitanus corrumpatur: qui licet molestè ista ferat, expectat tamen ut ab orthodoxis ipsi doctoribus succurratur, idque non de vulgaribus loquimur. Non autem periculo caret, si tacuerimus. Cum enim Christus male audiat, quomodo nos tacebimus, cum Paulus scribat, accidicat? Siquidem volens hoc facio, mercedem habeo: si verò inuitus, dispensatio mihi concredita est? Itaque quibus verbi dispensatio, & fidei custodia concredita est, quid in die iudicij dicemus, si quando ad ista tacuerimus? Veruntamen nos ipsi ab illius communione cum fiducia non eximimus, donec ista pietati tuæ communicemus. Quapropter quid videatur exprimere dignare, an aliquando debeamus-ne communicare, aut in posterum confidenter edicere quod talia & sentienti & docenti nemo nostrùm communicet. Scopum verò integritatis tuæ perspicuum oportebit fieri per literas etiam religiosissimis ac Deo dilectissimis qui per Macedoniam sunt Episcopis, & simul omnibus per Orientem. Occasiones enim illis hoc à nobis fieri cupientibus dabimus, vt vniuersi vno animo, & vna sententia persistant, & pro recta fide quæ impugnatur decertent. Quantum enim in ipso est, & patres nostri magni illi & admirabiles ac celebres qui sanctam virginem Deiparam esse dixerunt, anathemate percussi sunt, & nos qui ad huc in viuis sumus, simul cum illis. Et quoniam hoc propria voce facere nolunt, alium substituit, memoratum videlicet Dorotheum, quem ipse sedēs & audiens, vt hoc diceret, subornauit, cui etiam confestim throno descendens in diuinorum mysteriorum celebratione communicauit. Vt verò sanctitas tua dilucide cum q æ

ille sentiat & dicat, tum quæ beati ac magni patres nostri docuerint, cognoscat, tomos missi, habentes capitum pericopas. Curaui verò vt exponerentur, quantum id per eas qui Alexandriæ agunt fieri potuit. Et epistolas quoque à me scriptas dilecto Posidonio dedi, mandans illi vt & has tuæ sanctitati exhibeat.

CYRILLVS PATRIBVS MONASTERIORVM Constantinopol.

Religiosissimis ac pientissimis Patribus Monasteriorum, qui in magna sunt Constantinopoli, Cyrillus in Domino salutem.

Epist. 19. PIetatis vestræ zelum quem pro Christo infamato, idq; in Ecclesia orthodoxa ostendistis, exacte cognouimus, illumque vehementer quidem laudauimus, in lachrymis verò perseuerauimus, obsecrantes omnium seruatorem Christum, vt nunc diaboli laqueum infringat, & offensaculum hoc Ecclesiis adimat, cessaréque faciat blasphemias gloriam ipsius obscurantes. Quoniam verò pariens est, abunde satis temporis religiosissimo Episcopo Nestorio scienter permisit, silentibus interea omnibus, & abs illo, quod in votis erat vniuersis expectantibus vt seipse à prophana illa vocum inanitate auerteret, ac nobiscum quæ recta sunt & decentia, diuinisque Scripturis conuenientia sentiret, fidémque amplecteretur Ecclesiis iam inde ab initio à sanctis Apostolis & Euangelistis traditam, qui & synceri mysteriorum Christi dispensatores fuerunt, & id in mandatis habuerunt à Domino, vt euangelium ipsius vniuerso orbi qui sub cœlo est administrarent. Quoniam verò in iisdem mansit, & forsan ad peiora quoque dilapsus est, blasphemias adiiciens blasphemiis, peregrinámque & omnino aliena tradens dogmata, quæ sancta & catholica Ecclesia prorsus ignorat. Iam tribus literis, his videlicet quæ iam à vobis & præterea quæ à sanctissimo ac pientissimo fratre & comministro nostro Celestino magnæ Romæ Episcopo, missæ sunt admoniti, exigendum censuimus, vt si resipiscere, ac super iis quæ dixit illachrymando peruersa sua dogmata scripto anathemati, & recto ac inculpate catholicæ Ecclesiæ fidem confiteri velit, veniam, si hanc petat, & quæ oportet discat, expectat: si verò iste facere nolit, alienum esse se, & exortem ab Episcoporum choro, & docendi dignitate sciat. Periculo nanque non caret, si lupus in specie pastoris perniciem possit Seruatoris inferre gregibus. Estote itaque viri tanquam serui Dei, & pro animabus vestris curam gerite, omnia pro gloria Christi facientes, ad hoc vt fides in ipsum vbique recta & inculpata prædicetur. Hoc enim vos & à futuris periculis liberabit, & coronis coram tribunali dei dignos efficiet, omnium nostrum seruatore Christo, vniuersa hæc, propter dilectionem qua in ipsum estis, agnituro ac probaturo.

CYRILLVS ARCHIEPISCOPVS

Alexandrinus Comario & Potamoni Episcopis ac Domino Dalmatio Monasteriorum Archimanditæ, Timotheóque & Eulogio Presbyteris, dilectis & desideratissimis, ac in Christo sanctificatis, plurimam salutem.

Epist. 20. EXpectauimus quidem venerãdissimi Nestorij aduentum vt ab iis quæ blasphemauit ab eo tempore quo primum electus est, resipisceret, & veniam à sancta synodo peteret, licet etiam sic maximè periculosum sit veniam illi dare. Non enim vsuuenit vnquam vt viro, qui talia prædicâret. (vniuersum enim peruertit orbem, & religiose seruatam Ecclesiarum fidem luxauit) venia sit data. Si enim qui vel vnam contra religiosissimos & Christi amantissimos Reges nostros blasphemiam ausus fuerit emittere vocem, meritò quam leges præscribunt patitur indignationé l, non magis impius ille eam patietur, qui sacrum nostrũ mysterium vniuersum subuertit, & dispensationem è medio tollit, quã sanctus ac benignus dei patris vnigenitus filius homo fieri dignatus nostri gratia adimpleuit, vt nos omnes seruaret, & vniuersum orbem qui sub cœlo est, & à peccatis & morte liberaret? Verum obstinationem viri huius admirati sumus. Non enim resipuit, neque super iis quæ contra omnium nostrum seruatorem Christum dicere est ausus plorauit: immò Ephesi coram constitutus, iisdem vsus est sermonibus, iterúmque se peruersa sentire declarauit, ita vt cum insignes Metropolitani pientissimi Episcopi illi loquerentur, ac postea eum è diuina scriptura concluderent ac probarent, Deum esse, qui sacra est virgine secundum carnem natus, sceleste voce vsus dixerit: Bimestrem ego & trimestrem Deum non dico, & alia præterea, quibus vnigeniti incarnationem sustollebat. Itaque præfixus quidem à pientissimis Regibus sancta Synodo terminus fuit sancta Pentecostes. (Nam priores literæ quibus vocati sumus, eam formam habebant) occurrimus verò ad Ephesiorum vrbem ante præfinitũ diem. Non enim licebat regiam contemnere Maiestatem. Quoniam autem religiosissimum ac pientissimum Ioannem Antiochenum Episcopum aduenire audiebamus, expectauimus adhuc sedecim dies, quamuis vniuersa Synodus reclamaret ac diceret: Non vult ille accurrere. Metuit enim ne depositionem religiosissimus Episcopus, ex ipsius Ecclesia ad Episcopatum susceptus, patiatur, & hac forsan de causa verecundatur, id quod & ipsa experientia postea verè ostendit. Etenim venire distulit. Nam nonnulli religiosissimi Episcopi ex Oriẽte qui cum ipso sunt, dixerunt: Præcepit nobis dominus Ioannes Episcopus, vt pietati vestræ dicamus: Si tardauero, quod facitis facite. Itaq; sancta Synodus vicesima octaua mẽsis Payni, more Alexãdrino, in magna Ecclesia quæ Maria vocatur, congregata, misso religiosissimo quodam episcopo Nestorium vocauit, vt veniret, sibíque ipsi adesset ac rationem eorum quæ dixit & fecit redderet. Ipse verò primum quidem respondit, dicens: Considerabo & videbo. Vocatus est secunda recognitione missis iterum ad ipsum à sancta Synodo pientissimis Episcopis. Ipsa autem rem commisit absurdam, acceptos à magnificentissimo comite Candidiano milites ædibus in quibus erat ad hoc præstituens vt fustibus prohiberent, ne quisquam ad se ingrederetur. Cum autem sanctissimi Episcopi qui missi fuerant perseuerarent, dicentes: Nihil mali vel dicturi vel audituri venimus, sed sancta Synodus ipsum vocat, variis vsus est prætextibus, vt qui venire nollet. Accusabat enim ipsum conscientia. Vsi sumus postea tertia quoque recognitione, missi iterum ad ipsum variarum prouinciarum Episcopi. At ille rursus militum vsus est violentia, nec venire voluit. Considens itaque sancta Synodus & Ecclesiasticas constitutiones sequens, cum epistolas ipsius & exegeses legisset, inuenisséque illas blasphemiis plenas, testarentúrque religiosissimi Metropolitani Episcopi, quod in ipsa Ephesiorum vrbe ad ipsos differens dilucidè Iesum non esse Deum, dixerit, disposuit eum, iustámque ac legitimam aduersus eum sententiam tulit. Quoniam verò necesse est, vt pietas vestra cognita hæc eos doceat, quorum potissimum interest ea scire ne vel ipse vos, vel qui ipsi studiose adhærent aliò pertrahant, necessariò vobis ista significaui. Habemus autem & religiosissimi ac pientissimi Ioannis Episcopi epistolam ad ipsum scriptam, qua eum vehementer increpat, quòd inania & impia dogmata in Ecclesia induxerit, prædicationémque Ecclesiis à sanctis patribus & Apostolis datam destruxerit. Quoniam autem nihil potest ad blasphemias suas tuendas dicere, prætextum quæsiuit, dicens: quatuor dierum dilationem petij, donec veniat Antiochenus Episcopus. Verum non concesserunt, quanquam memoratus Episcopus Ioannes aduenire detrectauit. Etenim si adesse voluisset, vt quid per Episcopos quos sub se habet nunciasset, dicens: Si tardauero quod facitis facite? vt enim dixi, adesse noluit, sciens omnino futurum vt sancta Synodus Nestorij depositionem decernat, vtpote qui impia & blasphema contra omnium nostrum seruatorem Christum loquutus sit. Cum itaque, sicuti cognoui, allatæ sint à magnificentissimo Comite Candidiano relationes istæ, Vigilate qui docetis: quoniã in rerum depositione Nestorij gestarum commentarij in chartas nõdum sunt absolutè relati, ne relationem quidẽ quæ meritò mitti debebat, ad religiosos ac victores Reges nostros mittere non potuimus. Comprehenderetur autem volente Deo relatio vnà cum commentariis, si nobis quisquam talem permisserit, qui perferre queat.

Videtur esse mensis Iunius.

queat. Quapropter si commentariorum ac relationis aduentus tardior fuerit, scitote quod citius mittere concessum non sit. Valete.

Sanctus Dalmatius suggestum ascendit ac dixit: Si vultis audire, quiescite ac cognoscite, nec iis quæ dicentur obstrepere velitis, sed patientes estote, vt verba exacte audiatis. Epistolam quæ iam est religioni vestræ lecta religiosissimus Rex legit & persuasus est. Nam ego illi cum ad me veniret quid sanctæ Synodo scribere deberet dixeram, nec plura quàm quæ dixerim sunt scripta. Misit autem ad me, & sunt lecta. Et ne contristarem eum, sequentia præmisi, quæ relatores non ostenderant, sed eorum loco alias submonstrauerant literas. Itaque decentia illi & consentanea locutus sum, quæ iam coram vestra religione dicenda non sunt, ne putetis me elatum aut iactatorem esse. Conteret enim Deus ossa hypocritarum. Audiuit Dominus quæ facta sunt ex ordine omnia, gauisúsque est cum gratiarum actione ad Deum, ac verbis seriei sanctæ Synodi sicuti regiæ ipsius maiestati competit, consensit, non meis verbis, sed fide auorum ac patrum suorum inductus. Verum sicuti decebat scripta suscepit, & legit, persuasúsque est atque hoc dixit: Si ita est, mitte, vt veniant, qui adfuerunt Episcopi. Et dixit ei: Nemo illis vt veniant permittit, & respondit: Nemo prohibet. Ego verò dixi, quod detenti sint, ac ne veniant, prohibiti. Iterúmque dixi, quod ex Nestorij parte veniant, & abeant turmatim multi: quæ verò à sancta Synodo sunt gesta, nemo ad vestram pietatem referre permittitur. At de parte altera, hoc est Cyrilli, dixi Regi coram omnibus, vtrum malit, an sex millia, numero, Episcoporum audire, vel vnum hominem impium: sex millia verò Episcoporum, de illis dixi qui sub potestate sunt Metropolitanorum sanctorum episcoporum. Hoc itaque factum est, vt mittatur, ac veniant, qui aduenturi sunt, qui & ea quæ gesserunt, manifesta faciant. Loquor autem de sanctissimis Episcopis, qui è Synodo nunc sunt venturi. Et dixit: Rectè quæsiuisti, adiecítque rursus verbum vnum ac dixit: Ora pro me, Et scio Regem magis Deo obsequuturum, ac sanctæ Synodo quàm peruersis hominibus. Orate itaque pro Rege & nobis. Populus Constantinopolitanus vna simul voce clamet, Anathema Nestorio.

CYRILLVS PATRIBVS MONACHORVM.

Cyrillus religiosissimis ac pientissimis Monachorum patribus, & monasticam vitam vobiscum in fide Dei exercentibus, dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.

Epist. 21. DOminus noster Iesus Christus, cum à Iudæis probris affectus ac flagellatus, tandémque propter nos, & pro nobis cruci affixus contumelias sustineret, viderétque omnes impios in se delinquẽtes capita aduersum se mouere, dixit: Et expectaui, num quis simul contristaretur, & non erat: & qui consolarentur, & non inueni. Tale quid etiamnum factum esse videmus. Imò ne fidelium ac syncerorum zelum iniuria afficiam, in blasphemiis Nestorij multos habuit contristatos: etiamsi nonnulli qui simul sunt ad sacerdotium ordinati, conspirantes cum hæretico, & his qui illi repugnant aduersantes, ipsum reprobarint. At irritam facit Christus istorum procacitatem, imò iam irritam fecit. Sedatum est enim os blasphemum, filétque lingua sceleratissima, non amplius blasphemias contra Christum in præceptoria sacerdotalíque dignitate proferens, & qui magis sunt ipsius amicitia quàm dilectionis erga Christum cura moti, facies habent ignominia plenas. Hoc enim illis prodest. Attamen etiamsi iam victus est inimicus, & sumus in reliquiis solicitudinis etiam, sic vestris ad Deum supplicationibus opus habemus, & necessarium est vt vos, qui vestrã Deo vitam obtulistis, sanctas extollatis manus, idque continuo pro nobis faciatis. Cogitabitis enim quod cum Iesus Naue cum electis ex Israel in acie contra Amelec dimicaret, beatus Moses sublatis manibus à Deo petebat, vt qui in bello ac pugna erant vincerent. Confortetur itaque pietas vestra ad orandum, & tanquam germani filij patres adiuuate, qui prauam Nestorij opinionem instar pestiferi cuiusdam morbi exciderunt, vt & immaculatam & inculpatam, & quæ nullo pacto accusari queat, habentes fidem, Christo omnia propter nos, & pro nobis perpesso placere valeamus. Exhilarate nos etiam per literas. Amplexabimur enim illas tanquam sufficientissimam consolationem. Opto vt salui sitis, dilecti ac desideratissimi fratres.

Cyrillus ad clerum populúmque Constantinopolitanum.

TVrbata est admodum sancta Synodus, vbi magnificentissimum ac glorioſissimum Comitem Ioannem non recte omnia retulisse audiuit, ita vt & de nostro exilio qui illic sunt consultent, quasi sancta Synodus irregularem & nefandam depositionem à Ioanne & hæreticis qui cum eo sunt factam, acceptarit. En altera igitur facta est à Synodo relatio, qua se literis Principis contristatam esse docet, & quod non acceptauerimus trium depositiones, quódque præsertim irrita sint quæ ab illis impie & illegitime firma verò, quæ à nobis sunt gesta. Etenim & priore relatione docuerunt quod irrita quidem fecerint, quæ ab illis irregulariter sunt facta, nos verò pro consortibus & coepiscopis habeant, & quod huiusmodi sententiam haud mutent. Cum verò innumera memoratus magnificentissimus vir tentarit, vt in communionem sanctæ Synodi Ioannes, & qui cum eo sunt recipiantur, in hodiernum tamen vsque diem huiusmodi vocem ne audire quidem sustinuerunt, sed instant omnino, dicentes, Impossibile est vt huc impellamur, nisi etiam quod ab istis irregulariter est factum dissoluatur, & sanctæ Synodo tanquam qui deliquerunt, supplices fiat, & Nestorium illiúsque dogmata scripto anathematizent. In his videlicet est vniuersa Synodi contentio. Cum autem hanc rem memoratus magnificentissimus vir non esset assequutus, etiam hoc excogitauit, & à sancta Synodo petiit, vt sibi scripto daretur fidei expositio, vt & illos consentire ac subscribere faceret, & reuersus diceret, Conciliari eos ad amicitiam, humanis inter se offensis dissidentes: vbi hoc sancta Synodus intellexit, rursus omnino instetit, dicens: Non exponimus nos ipsos contumeliæ. Non enim tanquam hæretici vocati sumus, sed ad hoc venimus, vt fidem reiectam restituamus, quam & restituimus: nec opus est Regi vt fidem discat, cum hanc sciat, in que illa baptizatus sit. Itaque ne hoc quidem Orientalibus processit. Illud autem scirote, quod cum fidei expositionem componerent, inter se contenderunt, & adhuc in contentione tenentur. Nam alij quidem admittunt vt sancta virgo Dei para dicatur, cum eo, vt & homini para dicatur: alij verò prorsus hoc negant, paratósque esse se dicunt, vt manus suas amputandas præbeant, potius quàm vt huiusmodi voci subscribant. Vbique autem turpiter se gerunt, hæretici declarati. Hæc à vestra pietate doceantur omnes, præsertim pientissimi & sanctissimi Archimandritæ, ne forte prædictus ad vos reuersus, alia pro aliis dicat aut doceat vt quorundam aures oblectet. Ne pigrescat verò pietas vestra, neque laborando pro nobis defatigetur, sciens quod seipsam & Deo, & hominibus commendet. Et hic propter Seruatoris gratiam, Deo amantissimi Episcopi, qui nos nunquam viderunt animas suas ponere pro nobis parati sunt, accedúntque nos cum lachrimis dicentes, Et ad exulandum vnà, & ad commoriẽdum parati sumus. Sumus autem omnes in multa tribulatione quod excubiis militum custodimur, etiam ante lectos eos dum dormimus habentes, maxime verò nos. Alia verò vniuersa Synodus defatigata laborat, pluréque mortui sunt. Multi etiam iam res suas sumptibus destituti, diuendunt.

Nota.

θεότοκον ἀνθρωποτόκον παρθένον.

Religiosissimis Theopempto Potamoni, & Danieli Constantinopolitanis episcopis dilectis & comministris Cyrillus in Domino salutem.

Epist. 23. MVltæ illic contra nos struuntur calumniæ, cum quod multi ab Alexandria, è balneis nos sequuti sint, tum quod Canonicæ quoque nobiscum sint egressæ, ita vt à delatoribus dictum esse dicant, depositionem passum esse Nestorium per meam subornationem, & non secundum propositum sancti Concilij. Sed benedictus Seruator, qui talia dicentes redarguit. Vt enim Dominus meus magnificentissimus ac glorioſissimus comes Ioannes, qui regalibus largitionibus præfe-

ctus est Ephesum venit, animaduertit in eos qui talia deliquerunt. Cum autem nihil veri deprehenderet, sanctam Synodum fidei causa instare, & Nestorium neque mihi gratificando, neque alio quodam zelo quàm diuino commotam, quod blasphemias eius ferre non posset, condemnasse cognouit. Postquam verò religiosissimorum & Christi amantium Regum lectę sunt literæ, quibus trium depositiones acceptandæ dicebantur, custoditi interea fumus, non videtes, quis huius rei futurus sit exitus. Veruntamen gratias agimus Christo, si pro nomine eius digni habeamur non solum vinciri, sed & reliqua omnia perpeti. Non enim res ista mercede caret. Non sustinuit autem sancta Synodus communicare Ioanni, sed instat, dicens: Ecce corpora, ecce Ecclesias, ecce ciuitates, potestatem habetis, nobis imposibile est communicare Orientalibus nisi dissoluantur, quæ per ipsorum sycophantiam contra comministros nostros sunt instructa, rectámque fidem confiteantur. Deprehenduntur enim Nestorij dogmata & loqui, & sentire & confiteri. In his itaque vniuersa est contentio. Precentur pro nobis omnes orthodoxi. Sicut enim beatꝰ Dauid dicit: Ego verò ad flagella paratus sum. E Deo ac patri obtulit, & precium pro vita nostra proprium sanguinem dedit. Erat enim dignior omnibus, imò & vniuersam creaturam excellens, licet vnigenitus, Dei sermo, nobis similis perfectus homo sit factus: non versionem, non alterationem, non vulgatam confusionem, non inquinationem, nec mutationem in id quod non erat, passus: sed id potius, etiam in humana nostræ simili, natura, quod erat permanens, & verè viuens & subsistens patris sermo creditus. Age igitur confessionem illi rectæ fidei, lingua vna, & mente Dei amante offeramus, dicentes cum beato Baruch 3. Hic est Deus noster, non reputabitur ad eum alius. Omnem scientiæ viam adinuenit, & dedit eam Iacob puero suo, & Israëli dilecto suo, & postea in terra apparuit, & cum hominibus conuersatus est. Non enim alius erat filius Dei & patris, qui ante omne seculum ac tempus fuit, per quem omnia ad generationem sunt producta: & alius, qui nouissimis huius seculi temporibus, per sanctam virginem secundum carnem est natus, sed potius idem ipse semine Abrahæ secundum beati Pauli vocem assumpto, & carnis ac sanguinis perinde atque nos particeps factus, & fratribus, hoc est nobis, per omnia, F solo dempto peccato, assimilatus. Corpus verò ipsi vnitum, anima intellectuali animatum esse confitemur. Non enim vesani Apollinarij opinionibus affines sumus, sed magis recta sentientes anathematizamus & Apollinarium, & Arium, & Anomium, & cum illis etiam Nestorium. Fidem enim initio nobis tanquam certam ac firmã animæ nostræ, sicut scriptum est, traditam anchoram habemus. Confitemur itaque, sicut dixi, Vnum & solum ac verè filium Dei & patris Dominũ nostrum Iesum Christum, scientes illum eundem esse & Deum, verbum ex patre, & hominem è muliere, & supra legem tanquã deum, & sub lege, propter humanitatem, in dignitate Dominica secundum naturam, & in forma serui propter dispensationem. Hanc nobis traditionem commendarunt & verba Mosaica & prænunciationes propheticæ, & ipsi præterea qui verbi huius ab initio cùm spectatores tum ministri fuerũt, adhuc etiam qui ante nos extiterunt sancti patres, qui sermonem vitæ habentes facti sunt luminaria in mundo: quorum fidem imitamur in cõuersationis ipsorum exitum intendentes, hoc est, eadem cum ipsis & sentire & loqui satagimus, nullo pacto sustinentes vt à recto tramite exorbitemus. Memores nanq; sumus diuinæ scripturæ clamantis: Rectas fac semitas pedibus tuis, & vias tuas dirige. Etenim qui rectas semitas in precio habent, ad scopum supernæ vocationis in Christo currunt: qui verò nulla habita apostolicæ & euangelicæ sedis ratione inconsideratam, inutilem, & verè ridiculam mentis suæ adinuentionem magni æstimant, audiant ab omnibus: Ne terminos perpetuos, quos patres vestri locarunt, transferatis. Nam via talium non ad ciuitatem ducit, sed flexuosæ magis sunt ipsorum orbitæ, in barathrũ inferni & laqueum mortis deducentes. Et videtur mihi Salomon ille admodum sapienter hæreticorum personam singulariter impudenti conferre mulieri, ac deinde admonere, quomodo sit vitanda ac fugienda hæc mulier, quæ bestia quædam est, cuius cor sagena est, & manus vincula, & peccator illaqueabitur in ea. Sed nos quidem è venatoris huius inexplebili laqueo erepti, & per nostri omnium seruatorem Christum seruati sumus, quem & Deum esse credentes, & simul genitricem eius secundum carnem Deiparam esse confitentes, accedimus ad eum dicentes: Viuificabis nos, & non deficiemus à te, & nomini tuo confitebimur in seculo. Omnia autem ista optatissima bona diuina nobis arcanáque & cœlestis sententia conciliauit, & cœlesti nutui consentiens religiosissimi ac Christi amantis Regis animus. Decuit enim illius serenitatem non modo cõtra visibiles, sed præterea & contra inuisibiles hostes pugnare, & barbaricas quidem confringere phalanges, verum simul & inefficacem reddere diaboli improbitatẽ, & per pietatem tuam eorum qui in Christum credunt moderari securitatem. Qui nanque temerè in Ecclesiis nugabatur, & blasphemiis contra Christum os intemperans aperiebat à sacra & diuina discessit aula: vicissim verò integritas tua tanquam plantula pacis, sicut scriptum est, prodiit & germinauit. Et hoc verò splendidum est pij Regni, præsertim cœlestis, vt dixi sententiæ munus. Consentimus itaque vobis rectam & inculpatam habẽtibus fidem. Surrexit enim vir, Sacrorum minister, quem & diuturnum nobis tempus commendauit, & ipsa rerum experientia coronauit: vir, qui

Deo dilectissimo & sanctissimo ministro Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino Maximianus in Domino salutem.

Epistol. 24. Maximianus iste post depositionẽ Nestorij episcopus Constantinopoli constitutus est.

ADimpleta sunt tibi quæ desiderabas. Perfectum est tibi propositum quod pro pietate cœperas. Ad finem peruenit pietatis desiderium. Theatrum factus es angelis & homin bus, & vniuersis Christi sacerdotibus. Non solũ credidisti in Christum, sed & pro ipso passus es. Solus passionibus Christi dignus es iudicatus. Dignus es habitus, qui stigmata ipsius in corpore tuo portes. Confessus ipsum coram hominibus, confessionem nactus es à patre & angelis. Ornatus est coronis quæ pietati debentur. Potuisti omnia in Christo qui te potentem reddit. Humiliasti Satanam per patientiam. Contempsisti tribunalia, conculcasti iram principum, famem floccifecisti: panem enim habes, qui de cœlo descẽdit, & cœlestem vitam hominibus dedit. Quoniam igitur nos nullius horum expertes fuimus, aliis quidem sensibiliter eruditi, aliis verò hic agentes per auditum vestræ tribulationis quam tulistis principatibus & potestatibus, G ac mundi dominis, rectoribus tenebrarum huius seculi, spiritalibus astutiis resistentes, promoti fumus ad Archiepiscopatum magnæ huius ciuitatis. Dignare itaq; nos Deo dilectissime cum precibus tuis suffulcire, tum consiliis dirigere, & omni intellectu erga nos vti, vt & in nobis scripturæ dictum adimpleatur, Frater à fratre adiutus perinde est atque ciuitas munita. Vere nanque spiritalis dilectio ciuitas est munita, quæ neque cuniculis neq; gradibus debellari aut expugnari potest à diabolo. Non enim bellicis Satanæ machinis obnoxia est eo quod à Domino Christo custoditur, Christo inquam, qui mundum hunc deuicit, & sempiterna tibi bona præparauit, quique dixit: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Cum itaque dignus sis domino Christo, propterea quod crucem tuam sustulisti, & sectator ipsius es factus, intercessionem pro nobis ad Christum ne negligas, fraternas virtutes, proprias esse prerogatiuas ratus. Vale in domino, & ora pro me Deo dilectissime, & sanctissime frater ac comminister.

RESPONSIO CYRILLI.

Religiosissimo ac Deo dilectissimo comministro Maximiano Cyrillus episcopus in Domino salutem.

Epistol. 25.

COnueniens arbitror vt & nunc dum integritas tua sacerdotium illud admodum nobis optatum sortita est iuxta prophetæ vocem dicamus: Lætetur cœlũ desuper, gaudeat terra simul vniuersa, ac vociferetur cum lætitia. Os nanque quod superba loquutum est, non amplius cõtra seruatoris nostri gloriam extolliturne que quod facere solebat, cornu in altum erigit, & iniustitiam contra Deum, Domino qui nos redemit negato, loquitur. Redemit enim nos Iesus Christus & vnus & solus, ac verè filius Dei & patris, non corruptibilibus argento aut auro, sed magis anima sua, quam pro nobis posuit, & tanquam inculpatum sacrificium seipsum in odorem bonæ fragrantiæ

vir, qui bonis erga vos curis multum temporis insumpsit, & honestissimam illam caniciem velut quibusdam floribus ornauit. Oportebat enim, oportebat inquam selectis Seruatoris nostri gregibus & sapientem & intelligẽtem dari præsidem, cui mens sit pastorali industria plena & pabulo bono locóque pascuoso pascere sciat, & qui rebus ipsis probatus sit, tanquam fidelis & syncerus œconomus. Eos enim qui ad hunc modum viuere consuerunt & recipit Christus, & quauis re dignos habet: diuersos verò à ministerio ipsis concredito reiicit. Et hoc verum esse ex ipsis sacris est cernere literis. Dixit enim alicubi Deus ad beatum prophetam Esaiam: Vade ad tabernaculum ad Sobnam œconomum, & dic ei: Quid tibi hic negocij est? Et quid tu hic agis? Ecce dominus eiiciet & conteret virum, & auferet stolam tuam & coronam tuam gloriosam illam, & abiiciet te in regionem latam & immensam, ibique morieris, & abripieris à dispensatione tua, & statione tua. Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim filium Helchiæ, & induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei, & œconomiam tuam dabo in manus eius, & erit tanquam pater omnibus habitantibus in Hierusalem, & qui habitant in Iuda. Et dabo illi B gloriam Dauidis, & principatum geret, & non erit qui contradicat. Et ponam eum principem in loco tuto. Et erit in thronum gloriæ domui patris ipsius. Et fiduciam in eum habebit quisquis gloriosus est in domo patris sui, à modico vsque ad magnum, & pendebunt ab eo in die illa. Hæc verò dicit Dominus exercituum: Amouebitur homo, qui iam in loco tuto confirmatus est, & cadet & auferetur ab eo gloria eius, quia Dominus loquutus est. Diligit itaque omnium Deus vere fidelem & syncerum œconomum. Diuersum verò, tãquam prophanum auersatur. Auxiliabitur autem sanctitatem tuam, & cœlestibus illam donis diuite manu exhilarabit, ideoque bona sumus fiducia, futurum vt recte secet veritatis sermonem, & euestigiò sanctorum patrum fidem sectetur, ac probata permaneat, per misericordiam & beneuolentiam Christi seruatoris nostri omnium, per quem & cum quo Deo & patri cum sancto spiritu sit gloria in secula, Amen. Saluta fraternitatem quæ tecum est, salutat te quæ mecum est in Domino. Valere te & apud Dominum in memoria esse opto religiosissime, & Deo dilectissime frater.

Esaiæ 22. Exẽplar locũ hunc ita habebat, sex locis mutilum.

ALIA EIVSDEM AD EVNdem Maximianum.

Reuerendissimo & Deo dilectissimo comministro Maximiano Cyrillus in Domino salutem.

Epist. 26.

NIhil erat dubij quin omnino & semper efficaces essent sanctitatis tuę præces. Paratissime siquidem nostri omnium Seruator diligentibus se annuit, vt etiam in hoc vnusquisque gaudens & exultans, dicat: Exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Etenim ecce, ecce inquam, rursus inter se coadunata sunt dispersa ecclesiastici corporis membra, & iam nihil est, quod prædicatores euangelij Christi ad discordandum à se inuicem separet, sed vnà omnes fide ornamur sceleratorum dogmatum inuentorem Nestorium extra sacra septa eiicientes, & à grege insigni falsum pastorem remouentes. Etiam illud precum tuarum interuentu contigit, vt pientissimis principibus necessaria sit indita cura de procuranda sanctarum Ecclesiarũ pace. Optauimus autem & nos vt quæ nos diuidebant, & ad discordiam D seiungebant è medio tollerentur, & splẽdor ille pacis Deo gratissimæ, lucis instar, pacis professoribus restitueretur. Sancto, & Deo dilectissimo, religiosissimoque Ioanni Antiocheno episcopo & reuerẽdissimis qui cum eo sunt episcopis Nestorium pro damnato habentibus, & execrandissimas illius blasphemias anathematizantibus, literas communionem cum ipsius beatitudine, & reliquis pollicentes, misimus, & ad concordiam iam coniuncti sumus, annuente ad hoc etiam tua sanctitate, & aliis vniuersis, ex quibus S. Synodi plenitudo cõstat. Concertatio siquidem & contentio apud nos non prævalet, sed vnam vniuersi habuimus intentionem, ad pacem prospicientem. Etsi qui primum contentiosi fuerunt, seque ipsi à nobis separarunt, ita voluissent, nulla prorsus fuisset Ecclesiarum contentio nec discordia. Attamen benedictus Seruator qui tempestatem hanc sedauit, & vnanimitatis serenitatem nobis explicuit, interuentu

A orationum & intercessionum sanctitatis tuæ, & omnium reliquorum qui rectam & synceram fidem habentes, in spiritu & veritate illum adorant & colunt.

Sanctissimo & deo dilectissimo archiepiscopo Cyrillo, Ioannes in Domino salutem.

Epist. 27.

DEcreto religiosissimorum Regum nostrorum iussum pridem est Deo dilectissimorum Episcoporum ad metropolim Ephesiorum ciuitatem, Ecclesiastcarum rerum & rectæ fidei gratia congregari consilium. Cum autem ad prædictam ciuitatem peruenissemus, & absque mutuo colloquio postea reuersi essemus (fuerit autem superfluum pacis tempore de neglecti colloquij causis inquirere) Ecclesiæ verò eam ob causam in dissidia diremptæ essent, & iam oporteret quosuis hoc potissimum curare, vt omni discordiæ medio sublata coniungeren tur, ipsiq; religiosissimi ac Christi amantes reges hoc ipsum fieri præciperent, vt Christi vnirentur Ecclesię, & huius gratia dominum meum celeberrimum ac circumscriptum tribunum & notarium Aristolaum amandassent, pias ipsorum literas adferentem, quę ob eam causam cõuenire nos, & offensacula è medio tollere, omnemque perturbationem & offensam consopire iubebant: piis illis obedientes literis, recta & confestim dominum meum, deo per omnia dilectissimum ac sanctissimum episcopum Paulum misimus, quod etiam sanctissimo patri nostro Acacio, & iis qui nobiscum erant deo dilectissimis episcopis placuit. Propter maiorem autem cautionem ac certitudinem hoc fecimus, propterea quod non licebat nobis quæ à religiosissimis regibus nostris sancita erant personaliter congregares ad finem reducere. Mandauimus autem ei vt vicem nostram sustinens pro nobis, & persona nostra obsignaret ea quæ pacis essent, id quod præcipuum duximus: & simul pietati tuæ concorditer à nobis de incarnatione domini nostri Iesu Christi factam expositionem exhiberet, quam pietati tuę per memoratum iam pientissimum virum misimus, quæ quidem hæc est: De Virgine deipara quomodo sentiamus & loquamur, & de modo incarnationis vnigeniti filij dei, necessario nõ veluti pro anterioris partis sententia, sed in specie satisfactionis, quemadmodum initio ex diuinis scripturis & sanctorum patrum traditione accepimus, breuiter dicemus, nihil omnino fidei in Nicea à sanctis patribus expositæ addentes. Quemadmodũ enim prędiximus, sufficiens illa est, cum ad omnem pietatis cognitionem, tum ad cuiusuis hæreticæ peruersitatis abdicationem. Dicemus autem non temere in iis quæ cõprehendi nequeunt audentes, sed proprię infirmitatis cõfessione eos qui iis incumbũt, quæ humanum captum excedere perspicimus, excludentes.

hoc est, non vt cuiquã præscribamus.

Confitemur itaque Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, deum esse perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre secundum diuinitatem: postremis verò diebus eundẽ ipsum propter nos, & propter nostram salutẽ ex Maria virgine secundum humanitatem natum. Duarum siquidem naturarum facta est vnio. Quapropter & vnum Christum, vnum filium & vnum dominum confitemur. Et secundum hoc inconfusę vnitatis intellectum, sanctam Virginem Deiparam esse cõfitemur: propterea quod deus verbum incarnatus & homo factus est, & ex ipsa cõceptione acceptum ex ea templum sibiipsi adunauit. Euangelicas verò & apostolicas de domino voces scimus viros theologos tanquam ad vnam personam retinẽtes ratione duarum naturarum diuidere: & alias quidem vtpote diuinitati cõpetentes ad diuinitatem Christi, alias verò humiles ad illius humanitatem referre. Hoc suscepto complacuit nobis ad amolitionem omnis cõtentionis, & vt per orbem sanctis ecclesiis dei pax constituatur, tollanturq; è medio repullulantia offensacula. Nestorium olim Constantinopolitanum episcopum pro deposito habere. Anathematizamus etiam prauas ipsius & prophanas vocum nouitates, vt ecclesiæ dei apud nos rectam habeant ac sanam fidem, illamque custodiamus: & sicut vestra sanctitas facit, populis tradamus. Consentimus quoque ordinationi sanctissimi ac pientissimi Maximiani S. Constantinopol tanæ ecclesiæ episcopi, communicamusque pientissimis per vniuersum orbem episcopis, quotquot rectam & inculpatam habent ac retinent fidem. Vale perseueranter pro nobis orans, domi-

ne pientiſsimè & ſanctiſsime, omniumque mihi ſynceriſsime frater.

RESPONSIO CYRILLI.

Domino meo dilecto fratri & comministro Ioanni, Cyrillus in Domino ſalutem.

Epiſt 28.

LÆtentur cœli, & exultet terra: dirutum nanque eſt interſtitium maceriæ, & quod offendebat ceſſauit, omníque diſcordiæ ſublatus eſt modus. Chriſto quidem omnium noſtri ſeruatore pacem eccleſiis ſuis procurante, religioſiſsimis tamen ac Deo dilectiſsimis Regibus ad hoc nos vocantibus qui & auitæ pietatis optimi zelotæ facti, rectam fidem in animis ſuis firmam & immotam cuſtodiunt, & præcipuam curam S. eccleſiis impendunt, vt & gloriam habeant inſigné, & regnum ſuum celeberrimum conſtituant, quibus & ipſe Dominus exercituum bona ſua opulenta manu impertit, & dat vt aduerſarios ſuperent, victoriámque largitur. Non enim mentitur, dicens: Viuo ego dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo. Cum itaque Alexandriam Dominus meus piétiſsimus Paulus, comminiſter noſter veniſſet: animi repletus ſum voluptate, idque vehementer meritò, vtpote tali viro mediatione quærente, & inſtantia maiore, quàm vires ferebant colloqui & congredi cupiente, vt diaboli inuidiam vinceret, & diuiſa coniungeret, & offenſaculis quæ in medium fuerant coniecta ſublatis cõcordia & pace & noſtras & veſtras coronaret eccleſias. Quibus autem modis illæ fuerint diuiſæ, ſuperfluum fuerit hic commemorare: ſed neceſſarium magis arbitror, vt quæ pacis tẽpori conueniunt, & ſentiamus & loquamur. Delectatus itaq; ſum cõgreſſu & colloquio memorati viri, qui quidé ſe forte haud modica ſuſpicabatur obiturũ certamina quo nobis neceſſarium fore perſuaderet, vt in pace coniugantur eccleſiæ, & aliena ſentientium deſtruatur ludificatio, obtũdaturque præterea diabolicæ improbitatis ſtimulus: veruntamen ita nos ad hanc cauſam paratos deprehendit, vt nullum omnino laboré ſuſtinuerit. Memores nanque ſumus ſeruatoris noſtri dicentis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Docti autem ſumus vt in precationibus dicamus: Domine Deus noſter pacem da nobis. Itaque ſi pacis quíſquã quæ à Deo ſuppeditatur fuerit particeps, nullo bono carebit. Quod verò temerè & præter cauſam facta ſit eccleſiarum diuiſio, nunc potiſsimum perſuaſi ſumus Domino meo pientiſsimo Epiſcopo Paulo chartam proferente, quæ inculpatam habet fidei confeſsionem, & hanc à ſanctitate tua & pientiſsimis qui illic ſunt Epiſcopis compoſitam eſſe affirmante, quam & ad verbũ huic noſtræ epiſtolæ inſeri voluit. Habet autem ad hunc modum: De virgine Deipara quomodo ſentiamus & loquamur, & de modo incarnationis vnigeniti filij Dei, neceſſariò non veluti pro anterioris partis ſententia, ſed & in ſpecie ſatisfactionis, quemadmodum & initio ex diuinis ſcripturis, & ſanctorum patrum traditione accepimus, breuiter dicemus, nihil omnino fidei in Nicea à pientiſſimis patribus expoſitæ addentes Quemadmodum enim prædiximus ſufficiens illa eſt, cùm ad omnem pietatis cognitionem, tum ad cuiuſuis hæreticæ prauitatis abdicationem. Dicemus autem non temerè audéres in iis, quæ comprehendi nequeunt, ſed propriæ infirmitatis confeſsione eos qui iis incumbunt quæ captum humanum excedere perſpicimus, excludentes.

Confitemur itaque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum Deum eſſe perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante ſecula quidem ex patre ſecundum diuinitatem poſtremis verò diebus eundem ipſum propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine ſecundum humanitatem natum. Duarum ſiquidem naturarum facta eſt vnio. Quapropter & vnum Chriſtum, vnum filium, & vnum Dominum confitemur. Et ſecundum hunc inconfuſæ vnitatis intellectum ſanctam virginem Deiparam eſſe confitemur: propterea quod Deus verbum incarnatus & homo factus eſt, & ex ipſa conceptione acceptum ex ea templum ſibiipſi adunauit. Euangelicas verò & apoſtolicas de Domino voces ſcimus viros Theologos, tanquam ad vnam perſonam pertinentes, ratione duarum naturarum diuidere: & alias quidem, vtpote diuinitati competentes ad diuinitatem Chriſti: alias verò humiles, ad illius humanitatem referre. Cum ſacras iſtas veſtras voces legiſſemus, nóſque ipſos etiam ad hunc modum ſentire deprehendiſſemus (Vnus enim Dominus, vna fides & vnum baptiſma) glorificauimus omnium ſeruatorem Deum, mutuo nobis congratulantes, quod Eccleſiæ cùm noſtræ tũ veſtræ fidem habent diuinis ſcripturis & traditioni ſanctorum patrum conuenientem. Quoniam vero quoſdam eorum quibus voluptati eſſe ſoler, vt cauillentur, in modum veſparum agreſtium circunſtrepere, & flagitioſos contra me ſermones eructare cognoui, quaſi ſacrum Chriſti corpus non ex ſancta Virgine aſſumptum, ſed è cœlo deportatum eſſe dicam neceſſarium arbitratus ſum vt pauca contra iſtos hac de re loquar. O inſenſati, & calumniari tantũ ſcientes, quomodo in iſtam obrepti eſtis ſententiam, & in tantæ ſtultitiæ morbum incidiſtis? Oportebat enim, oportebat inquam manifeſte cognoſcere, quod vniuerſum pro fide certamen ob eã cauſam in nos iruit, quod ſanctam Virginem Deiparam eſſe conſtanter affirmamus. At ſi ſanctiſsimũ noſtri omnium ſeruatoris corpus nõ ex virgine natum, ſed cœlo delatum eſſe dicimus, quomodo potetit illa Deipara intelligi? Quem nanque omnino peperit, ſi verum non eſt, quod ſecundum carnem Emmanuelem genuit? Ridẽdi itaque ſunt qui talia contra me nugantur. Non enim mentitur propheta Eſaias, dicens: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod ſonat, ſi interpreteris, nobiſcum Deus. Et angelus Gabriel omnino quod verum eſt ad beatam Virginem loquitur, dicens: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum. Et ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ipſorum. Cum verò Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ è cœlo, & è ſupernis eſſe dicimus, non ita hoc loquimur, quod ſancta ipſius caro è cœlo ſit allata, ſed magis diuinum Paulum ſequimur, clare vociferantem, ac dicentem: Primus homo è terra terrenus, ſecundus homo Dominus eſt de cœlo. Sumus autẽ & ipſius ſeruatoris memores, dicentes: Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis. Quanquam enim ex ſancta Virgine, ſicuti iam dixi, ſecundum carnem eſt natus: quia verò Deus verbum, qui è ſupernis cœlitus deſcendit formam ſerui quam aſſumpſit conſortem ſibi reddidit, vocatúſque eſt filius hominis, manens ſimul quod erat, nempe Deus (Immutabilis enim eſt, & minimè alterabilis ſecundum naturam) iam tanquã vnus cum carne propria conſideratus è cœlo deſcẽdiſſe dicitur. Nominatus autẽ & homo de cœlo eſt, ob id quod & in diuinitate & in humanitate perfectus eſt, & tanquã inyna perſona cõſideratur. Vnus em̃ dominus eſt Ieſus Chriſtus. Quamuis nõ ignoratur naturarũ differẽtia, è quibus inenatrabilem iſtam vnitatem factam eſſe dicimus. Ora verò eorum qui vel temperaturam, vel confuſionem, vel commixtionem verbi Dei cum carne factam eſſe dicunt, dignetur ſanctitas tua obſtruere. Eſt enim veriſimile & iſta quoſdam de me ſpargere, quaſi talia vel ſenſerimus, vel dixerimus. Ego verò tantum abſum ab eo, vt tale quid ſentiam, vt etiam inſanire arbitrer eos, qui quouis modo conuerſionis adumbrationem in diuina verbi natura contingere poſſe, putant. Manet enim illa quod ſemper eſt, nec alterata eſt, imò nec alterabitur vnquã, nec capax mutationis erit. Præterea & impaſſibile eſſe verbum Dei confitemur omnes, etiam ſi ſapientiſſime myſterium hoc diſpenſans ſibiipſi, quæ propriæ carni acciderũt, paſſiones adſcribere videatur. Hactenus & ſapientiſſimus Petrus, Chriſto igitur, inquit, in carne pro nobis paſſo: non dicit, in natura inenarrabilis diuinitatis. Vt enim ipſe omnium credatur eſſe ſeruator, ſecundum diſpenſatoriam appropriationem propriæ carnis paſſiones, ſicut dixi, ad ſeipſum refert. Quale illud eſt, quod velut in ipſius perſona prophetica voce prædictum eſt: Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapam. Faciem verò meam à turpitudine ſputorum non auerti. Quoniam verò vbique ſanctorum patrum ſententiis adhæremus, maxime ſancti ac celeberrimi patris noſtri Athanaſij, omnino nuſquam extra illorum orbitam auferri ſuſtinentes, id quod ſanctitas tua perſuaſum habeat, ne quiſquam reliquorum dubitet: multa illorum teſtimonia appoſuiſſem, vt ex ipſis fidem ſermonibus meis conciliarem, niſi literarum prolixitatem vitaſſem

taſſem, ne hoc pacto faſtidioſæ redderentur. Non ferimus autem, vt vllo pacto cõcutiatur à quoquam fides illa, aut ſymbolum fidei à ſanctis patribus in Nicea olim congregatis, determinatum: neq; nobis etiam nec aliis permittimus, vt aliquod poſitorum ibi verborum alteretur, aut vna ſaltem ſyllaba diuaricetur, memores eius qui dixit: Terminos antiquos, quos patres tui poſuerunt, ne transferas. Nõ enim ipſi loquuti ſunt, ſed ſpiritus Dei ac patris, qui egreditur quidem ex ipſo, alienus verò à filio, ſecũdum eſſentiæ rationem, non eſt. Et huius nobis fidem etiam ſanctorum myſtagogorum verba faciunt. In Actibus enim apoſtolorum ſcriptum eſt: Myſiam autem profecti tentabant ire in Bythiniam, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Scribit autem & diuinus Paulus, dicẽs: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſiquidem ſpiritus Dei habitat in vobis. At ſi quis ſpiritũ Chriſti non habet, hic non eſt eius. quod ſi quando autem nõnulli eorum qui quæ recta ſunt peruertere ſolent, rectas voces pro libidine ſua peruertunt, ne miretur tua ſanctitas, quum videat cuiuſuis hæreſis ſectatores ex diuina ſcriptura hæreſis ſuæ cauſas colligere, & quæ bene ſunt à ſpiritu ſancto dicta, prauis ſuis opinionibus corrumpere, atque ita in ſua ipſorum capita inextinguibilem flammam excitare. Quoniam verò & hoc cognouimus, quod ceberrimi patris noſtri Athanaſij ad beatũ Epictetum epiſtolam, orthodoxe loquentem, nõnulli à ſe corruptam ediderunt, ita vt hinc multi lædantur, vtile hoc ac neceſſarium fratribus rati, ex veruſtis exẽplaribus quæ ſincera apud nos ſunt, tranſſumpta ſanctitati tuæ miſimus. Vale.

Act. 16.

EPISTOLA CYRILLI AD ACACIUM Melitenenſem Epiſcopum ſcripta à quo per literas reprehendebatur, quaſi cum Orientalibus paciſceretur.

Domino meo dilecto fratri ac comministro Acacio, Cyrillus in Domino ſalutem.

Epiſt. 29.

RES quidé dulcis eſt admiranda, & plurimi facienda fratribus ſalutatio & cõpellatio, etiã apud eos, qui verè cõtradicũt. Verum neceſſarium eſſe dico, vt qui eiuſdé ſunt fidei & honoris, indeſinẽter ſatagant, vt nihil ſit quod impediat, aut feruentem in hanc inclinationem & propenſionem amputet. Verum ſæpenumero contingit, vt nobis inuitis etiam indignationem moueat, vel interuallorum longitudo, vel eorum, qui literas perferant raritas. Occaſione verò ſalutandi iam, & colloquendi copiam adferente, & commodum inſperatum & iucundum, vt deſideratiſſimis literis prompte inuolare liceat exhibẽte: delectatus ſum admodum iis rebus quæ à ſanctitate tua ſcriptæ ſunt, & affectum ſapiunt admirandum. Neceſſarium ſimul duxi, vt cõditionem pacatarum Eccleſiarum ſignificem. Vt autem ſingula, ſicuti geſta ſunt perſequar: Pientiſſimus & Chriſti amans Rex ſanctarum Eccleſiarum curam, vt neceſſariam ita plurimam in ſe ſuſcipiens, intolerabilem illarum fore diſcordiam iudicauit. Aduocans itaque ad ſe religioſiſſimum ac pientiſſimum ſanctæ Conſtantinopolitanę Eccleſiæ Epiſcopum Maximianum, & reliquos plurimos ex iis, qui ibi ſunt relicti, mandauit illis, vt quo nam pacto diſſidium eccleſiarum è medio tolleretur, diuinorúmq; myſteriorum miniſtri ad pacem vocarentur, diſpicerent. Illi verò dixerunt, nõ poſſe hoc aliter vnquam fieri, nec in concordiã aliquando inter ſe venturos eos qui in diſceptatione ſunt, niſi primum oriatur, & veluti offeratur illis concordiæ & conſonæ fidei vinculum, adiecerúntque oportere pientiſſimum Ioannem Antiochenum Epiſcopum anatematizare Neſtorij dogmata, & ſcripto confiteri; & agnoſcere illius depoſitionem: & Alexandrinum Epiſcopum, quoad eius fieri poſſit, ſi hoc fiat, acceptas iniurias, obliuioni traditurum, & propter dilectionem nihil factũrum, quas Epheſi paſſus eſt contumelias, vtut peſſimæ fuerint & inferendæ. Cum ergo pientiſſimus Rex iſtis conſentiret & admodum delectaretur, miſſus eſt qui hoc ipſum curaret, Dominus meus celeberrimus tribunus & notarius Ariſtolaus. Vt verò Orientalibus regia ſanctio innotuit, & quod illa conſentientibus eſſet Epiſcopis, qui in magna ſunt Conſtantinopoli, facta, neſcio quid ſpectantes: congregati quidem ſunt ad ſanctiſsimum ac ſyncheriſsimum Beroenſem Epiſcopum Acacium, ſcribíque ad me cutarunt, concordiæ ſiue pacis ſanctarũ Eccleſiarum modum aliter fieri non licere, niſi iuxta ipſorum placita. Erat itaque iſta petitio moleſta & grauis. Volebant ſiquidem obliterari omnia quæ à me vel in epiſtolis, vel Tomis vel libris ſunt ſcripta, & in ſola fide, quæ Niceæ à ſanctis eſt patribus determinata paciſci. Ego verò ad iſta reſcripſi, expoſitioni quidem fidei, quæ Niceæ à ſanctis eſt determinata partibus adhæremus omnes, nihil ex omnibus quæ in illa ſunt poſita loco mouentes. Sunt enim omnia illius rectè, & ſine reprehenſione conſtituta, & tutum non eſt poſt eam quicquam adhuc curioſe tractare. Quæ verò rectè contra Neſtorij blaſphemias ſcripſimus, omnino nemo nobis, vt non rectè ſcripta dicamus, perſuadebit. Opus autem magis eſſe, vt ipſi ſecundũ ſententiam cum pientiſſimi ac Chriſti amantis regis, tum ipſius ſanctæ Synodi Niceæ collectæ, eum quæ contra ſeruatoris Chriſti gloriam pugnauit abdicarent, & impias illius voces anatematizarent, ac ordinationi ſanctiſſimi ac pientiſſimi Maximiani epiſcopi conſentirent. His itaque literis redditis miſerunt Alexandriam religioſiſſimum Epiſcopum Paulum Emeſenum, cum quoplurimum quidem ac prolixè de iis rebus, quæ Epheſi illegitimè & incompetenter dictæ ſunt & factæ, loquuti ſumus: quoniam verò iſtarum oblitis, adhærendum erat magis neceſſariis conatibus, interrogaui illum, an pientiſſimi Ioannis Epiſcopi literas adferret. Sub hæc epiſtolã protulit, quæ habere debebat non habentem, nec quomodo conueniebat narrantem. Habebat enim non conſolationis, ſed irritationis virtutem. Hanc itaque non acceptaui, quaſi enim offenſa, quam Epheſi ex ipſorum dictis ac factis paſſus fueram apologiis eſſet eludenda, dicebant ſe bona fuiſſe contra me ratione irritatos, videlicet propter ſacrorum dogmatum zelum. Verum audiebant à me, quod neque diuinus ipſos zelus mouerit, neque vt pro veritatis dogmatis pugnarent, aduerſum me conſpirauerint, ſed quod hominum aſſentationibus locum dediſſent, & vt eorum qui tunc potentes erant, amicitias ſibi conciliarent. Verum quum pientiſſimus Paulus paratum ſe diceret, anatematizare Neſtorij blaſphemias, & ſcripto depoſitionem illius agnoſcere, ídque factum ſe pro omnibus, & tanquam in perſona omnium, qui per Orientem ſunt pientiſſimorum Epiſcoporum. Regerebam dicens: Chartam ab ipſo propoſitam, ipſi ſoli ad hoc ſufficere, vt communionis eſſet particeps: affirmabam verò prorſus & omnino cõuenire, vt religioſiſſimus ac piétiſſimus Ioãnes Antiochenus Epiſcop. ſcriptã de his rebus confeſsionẽ exponat, quod & factum eſt, & ceſſauit quod Eccleſias diſiungebat, & à ſe inuicem recedere perſuadebat. Verum nullatenus in dubio erat, ſi pax Eccleſiarum obtineretur, fore vt deſinerent qui Neſtorij blaſphemias propugnabant, quibus tale quid accidere videtur, quod vſuuenire ſolet natare neſcientibus, ſimul atque præter opinionem defluunt. Hi quoniam ſuffocantur pedes & manus hac arque illac inordinate diſficientes, temerè quicquid occurrit retinendæ vitæ cupidi ac malitioſi arripiunt. An non verè dici poteſt, quod vehementer perturbati ac conſternati ſunt, quod electi, deſolati, & extra Eccleſias ſunt pulſi, quas adiumento ſibi futuras putabant? An non animo ſunt deiecto, idque haud leuiter, eos à ſe, quos ſeduxerant, reſilire, & iam ad veritatis ſobrietatem redire videntes, qui ab ipſis fuerant prophanis vocum nouitatibus, veluti temulenti facti? Atqui dixerit quiſpiam ad eos, idque admodum opportune, quod prophetica voce dictum eſt: Congregamini, & confœderamini gens indocta, antequam efficiamini ſicut flos tranſiens. Vt quid enim alienorum facti ſunt vomituum paraſiti, nec pudefiunt alieno cœno ſua ipſorum corda deſœdantes: Surdi audite, & cæci, vt videatis, ſuſcipite, ſentite de Domino, quæ vera ſunt, & in ſimplicitate cordis quærite eũ. Quæ nanque nobis eſt variarum adinuentionum, & opinionum vtilitas? Vt quid rectam vituperantes ſemitam incuruas facitis veſtras ipſorum orbitas? Nouate vobis ipſis noualia, nec ſerite inter ſpinas. Animum nanque, ſicut dixi, propter ſanctarum Eccleſiarum pacem deſpondentes, eos qui cum

ipſis eadem ſentire non ſuſtinuerunt,flagitioſiſſime dilacerant, E
& ſanctorum Epiſcoporum apologiam (de Orientalibus loquor acerbe proſcindunt. Deinde detorquentes eam pro ipſorum libidine, ad ea quæ lubet, & non rectè ſentientes, dicunt eam à Neſtorij vocum nouitatibus non abludere. Simul autem & nos vituperant, quaſi olim iis,quæ nunc ſcripſimus, contraria ſenſerimus.Intelligo verò,quod & hoc dicant,quod nouam fidei expoſitionem,ſymbolum videlicet,iam receperimus, forſan veterem illam, ac venerandam aſpernati. At ſtultus ſtulta loquitur, & cor ipſius vana meditatur. Verum illud dicimus, expoſitionem fidei, quam videlicet à nobis quæſitam quidam, & ab aliis innouatam dederint, non accepimus. Sufficit enim nobis diuina ſcriptura,& ſanctorum patrum ſobrietas, & ſymbolum illud fidei, quod ad omnia rectè habentia ritè concinnatum eſt.Quoniam verò ſanctiſſimi orientales Epiſcopi à nobis diſſentientes cum Epheſi eſſent, contemptui erant admodum obnoxij, quaſi blaſphemarum Neſtorij laqueis eſſent capti,eam ob cauſam,& valde cum ratione,vt hac ſe culpa liberarent, & inculpatæ fidei amatoribus ſtudioſe ſatisfacerent, vt nugas illius contemnere cognoſcerentur, apologiam adornarunt. F Et hoc illorum factum procul eſt ab omni vituperio, ac reprehenſione. Etenim ſi ipſe Neſtorius eo tempore,quo ille à nobis proponebatur neceſſarium eſſe, vt ſua ipſius dogmata condemnaret, & veritatem præferret, ſcriptam de iſtis confeſſionem exibuiſſet, dixeritne & hunc quiſquam fidei nobis innouaſſe ſymbolum?vt quid igitur fruſtra conuiciantur,nouam vocantes fidei expoſitionem conſenſum illum pientiſſimorum epiſcoporum,quem in Phœnicia vtiliter,& neceſſariò inſtituerunt,vt & ſe excuſarent,& illis mederentur,qui putabãt, quod Neſtorij vocibus adhęrerent,ſancta quippe,& œcumenica Synodus Epheſi congregata hoc neceſſariò prouidit,non oportere Eccleſiis dei aliam inſinuare fidei expoſitionem,præter eam quæ apud ipſas eſt, quam beatiſſimi patres noſtri in ſancto ſpiritu loquuti determinarunt. Illi itaque ab hac ſemel, neſcio quam ob cauſam diſſidentes, & in contemptum rapti, quod non rectè ſentiant,nec apoſtolicis,nec euangelicis dogmatibus adhærentes, ſilendo ne ab hac liberati ſunt moleſtia, vel potius reddita ratione,& ſententiæ, quam habent facta declaratione? Cum ſcripſerit diuinus Chriſti diſcipulus, Semper parati ad G reddendam rationem, cuiuis illam de ſpe quæ in vobis eſt petenti. Qui hoc ipſum facere voluit,nihil noui molitur,nec nouare videtur fidei expoſitionem, ſed perſpicuam eam interrogantibus,quam de Chriſto fidem habeat,reddit. Cognoui præterea,quod pientiſſimorum Epiſcoporum concordiam veritatis hoſtes immoderate ęgreferentes ſurſum ac deorſum tumultuentur, & impiis ſuis nugis conſentire dicant ſenſum factæ ab illis confeſſionis, quam ſuper recta fide nihil, ſicut dixi innouantes:hoc eſt, ad ea quæ olim determinata ſunt nihil omnino ſuperaddentes, ſed potius inculpatis ſanctorum patrum dogmatis adhærentes,dederunt. Vt verò mendacij eos arguamus, age adferamus in medium Neſtorij nugas, & iſtorum voces. Palàm enim hic fiet,& non aliter,quod verè laborent inuidentia.Neſtorius itaque prorſus è medio vnigeniti filij Dei,quæ ſecundum carnem eſt,natiuitatem,tollere deprehenditur. Non enim illum è muliere ſecundum ſcripturas natum eſſe dicit. Etenim ſic dixit,Deum ex Chriſtipara virgine prodiiſſe,ex diuina ſcriptura ſumus edocti: Deum verò ex ipſa eſſe genitum nuſquam edocti ſumus.Rurſus in alia quadam exegeſi: Nuſquam H igitur,inquit,diuina ſcriptura Deum ex Chriſtipara virgine genitum eſſe dicit,ſed Ieſum Chriſtum filium ac Dominũ.Quod autem iſta dicens eum qui vnus eſt in duos filios diuidat, & alium faciat diuiſim ac ſeparatim filium, & Chriſtum ac Dominum,verbum quod ex patre eſt genitum: alium verò rurſus diuiſim ac ſeparatim filium, Chriſtum ac Dominum, eum qui è ſancta Virgine natus eſt,quomodo poterit quiſquam dubitare, cum hoc ipſum ille manifeſte tantum non proclamet? Illi verò ſanctam Virginem Deiparam nominant,vnúmque dicunt eſſe filium,& Chriſtum & Dominum,perfectum in diuinitate,perfectum in humanitate, vtpote quod caro illius anima rationali ſit animata. Quod enim non alium filium eſſe dicant, verbum quod ex Deo patre eſt: & alium rurſus, eum qui ex ſancta eſt Virgine, ſicut Neſtorio videtur, ſed magis vnum & eundem, admodum facile per ſequentia manifeſtum redditur. Subiungunt enim,quis nam ille ſit,ſignificantes. Qui perfectus eſt, vt Deus perfectus etiam ſecundum humanitatem.Poſtremis verò ſeculis propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria ſancta Virgine ſecundum humanitatem natum, eundem patri conſubſtantialem ſecundum diuinitatem, & nobis conſubſtantialem ſecundum humanitatem confitemur. Minime itaque vnum filium, Chriſtum ac Dominum Ieſum in duos diuidunt,ſed eũdem eſſe dicunt, & ante ſecula & poſtremis temporibus, videlicet ex Deo patre, vt Deum, & è muliere ſecundum carnem,vt hominem. Quomodo nanque conſubſtantialis nobis eſſe ſecundum humanitatem intelligetur, quanquam ex patre, ſecundum diuinitatem inquam, genitus, niſi idem Deus pariter homo intelligatur ac dicatur? Hæc verò aliter habere videntur Neſtorio. Imò ſcopus illi per omnia alius eſt, & peruerſus. Ad Eccleſiam nanq; differens dixit: Propterea Deus verbum Chriſtus nominatur, quod continuam cum Chriſto coniunctionem habet. Et iterum: Inconfuſam igitur naturarum coniunctionem retinentes,confitemur in homine Deum, & propter diuinam cum omnipotenti Deo coniunctionem, ſimul colendum,& adorandum hominem. Vides quantum illius verba diſſonent? Sunt enim ſuprema impietate referta. Deum quidem ſeparatim verbum Dei nominari dicit: habere tamen continuam cum Chriſto coniunctionem. An non itaque manifeſtiſſime duos eſſe Chriſtos dicit? An non hominem cum Deo adorandum, neſcio quomodo colendum eſſe,confitetur? An iſta cognata, & ſimilia videntur iis, quæ ab illis ſunt poſita? An non contrarium inter ſe ſententiarum vim habent? Ille ſiquidem perſpicuè duos dicit: iſti verò Chriſtum vnũ,& filium & Dominum ac Deum adorandum eſſe confitentur, eundem ex patre ſecundum diuinitatem, & ex ſancta Virgine ſecũdum humanitatem. Nam duarum quidem naturarum vnitatem factam eſſe dicimus. Verum ſimul vnum Chriſtum, vnum filium & vnum Dominum manifeſte confitemur. Eſt enim verbum caro factum ſecundum ſcripturas. Et conuenientiam diſpenſatoriam, & inenarrabilem rerum inæqualium in vnitatem indiuulſam verè factam eſſe dicimus. Non enim ſubintelligimus,ſicut quidam ex priſcis hæreticis,verbum Dei corpus ſibi ex propria,hoc eſt,diuina natura acceptum paraſſe: ſed per omnia diuinis ſcripturis adhærentes,ex ſancta illum Virgine carnem accepiſſe affirmamus. *Nota.* Quapropter ex quibus vnus eſt & ſolus filius ac Dominus Ieſus Chriſtus cogitationibus complexi, duas quidem naturas vnitas eſſe dicimus. Verum poſthanc adunationem ſublata iam in duas ſectione, vnam eſſe credimus filij naturam,tãquam vnius,verum inhumanati & incarnati. *Nota.* Cum verò incarnatus & inhumanatus dicitur, cũ ſit Deus verbum, procul abiiciatur conuerſionis ſuſpicio,manſit enim quod erat. Confiteamur verò omnino inconfuſam vnitatem. Verum dicent fortè aduerſarij: Ecce manifeſte, qui rectæ fidei confeſſionem fecerunt, duas quidem naturas nominant, at Theologorum voces diuidunt, & ſecundum illarum differentiam applicant. Quomodo iſta non ſunt tuis verbis contraria? Non enim pateris,vt duabus perſonis, hoc eſt, ſubſiſtentiis, voces illorum adſcribantur. At ô vir optime,vt ita dicam,in duodecim capitibus ſcripſimus. Si quis duabus perſonis,hoc eſt ſubſiſtentiis,voces illas adſcribit,& alias tãquam homini,præter verbum quod ex Deo patre eſt,ſeparatim cõſiderato:alias verò, vt Deo competentes, ſoli Dei patris verbo adaptat, damnationi obnoxius eſt. Vocum verò differentiam nullo modo ſuſtulimus, licet reprobandum eſſe ſtatuerimus, ſi quis eas diuidat, & alias filio ſeparatim, tanquam Dei verbo: & rurſum alias ſeparatim filio tanquam ex muliere cõſiderato adſcripſerit. Vna nanq; incon feſſo eſt verbi Dei natura. Scimus autem quod incarnata ſit & inhumanata. Quod ſi quis anxiè inquirat, religioſe vtiq; verbum quod ex deo eſt,colet,quod formam ſerui accepit in ſimilitudine hominum factum, ſicut ſcriptum eſt, & ſecũdum hoc ipſam ſolum naturarum, hoc eſt, ſubſiſtentiarum differentia conſiderabitur. Non enim idem ſunt in naturali qualitate diuinitas & humanitas. Alioqui quomodo exinanitũ eſſet verbum, quod deus eſt,ſeipſum in diminutionem,hoc eſt,in noſtrã conditionem demittens? Cum itaque incarnationis modus ſtudioſe inquiritur, duo illa quæ inenarrabili modo vnita ſunt, mens humana nequaquam ſeiunget:ſed vnum ex vtriſq; & Deum,& filium & Dominum eſſe credet,& arcano modo admittet. Eſt autem & alia circa hanc Neſtorij cenodoxia. Nam ſimulat quidem

dem confiteri ſe quod verbum, cum Deus ſit,incarnatum ſit & inhumanatum:incarnationis verò virtutem ignorans duas quidem naturas nominat, at illas à ſe inuicem diſiungit, Deum ſeorſum ponens, & hominem ſimiliter ſeparatum deo habitualiter, ſecundum ſolam honoris æqualitatem, hoc eſt, authoritatem, coniunctum. *σχετικῶς.* Dixit enim ad hunc modum: Inſeparabilis eſt Deus ab eo qui apparuit. Propterea honorem ab eo qui nõ ſeparatur,nõ ſeparo. Separo naturas,ſed celebro adorationem. Antiocheni verò fratres ea quidem ex quibus Chriſtus intelligitur,tanquã nudis ac ſolis cogitationibus intuẽtes naturarum quidem differentiam ponunt, eo quod, vt dixi, non idem ſunt in qualitate naturali diuinitas & humanitas: attamen vnum filium & dominũ & Chriſtum, eo quod verè vnus ſit, & vnam ipſius perſonam eſſe dicunt. Quæ verò vnita ſunt nullo pacto diuidunt, neque naturalem diuiſionem agnoſcunt, ſicut miſerandarum adinuentionum autori viſi ſunt ſentire. Solas verò de domino voces diuidendas eſſe contendunt. Competere autem eas dicunt, non alias filio tanquam Dei patris verbo ſeparatim,alias tanquam alteri filio, qui è muliere ſit: ſed alias diuinitati eius,alias verò humanitati eiuſdẽ. Idem enim ipſe & deus eſt & homo. *κοινωνηθείσας.* Dicunt autem & alias eſſe quodam modo communicatiuas,ac veluti ad vtranque,diuinitatem inquam,& humanitatem,vt ita dicam,reſpicientes. Nam aliæ quidem ita ſunt comparatæ, vt diuinitati potiſſimum competent,aliæ verò magis ad humanitatem pertinent. At aliæ medij ſunt ordinis eadem ſententia filium & deum eſſe declarantes, ſimul & hominem. Etenim cum Philippo dicit: Tantum temporis vobiſcum ſum, & non cognouiſti me Philippe? Non credis, quod ego in patre ſum, & pater in me eſt? Qui videt me videt & patrem. Ego & pater vnum ſumus. Hanc vocem competentiſſimam eſſe diuinitati affirmamus. Cum verò Iudæorũ populum increpat,dicens: Si filij Abrahæ eſſetis, vtique opera Abrahæ faceretis. Nunc verò quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis ſum locutus. Hoc Abraham non fecit. Talia tanquam homini competentia dicta eſſe dicimus. Attamen ita, vt & diuinitati & humanitati competentes voces, vni adſcribantur filio. Cum enim deus ſit,homo factus eſt,non amiſſo,quod deus eſt, ſed magis propter carnis ac ſanguinis aſſumptionem. Quoniã verò vnus eſt filius, & deus & dominus, in eadem illum eſſe C perſona & nos dicimus & ipſi. Medias autem voces illas eſſe aſſeueramus, vt quando beatus Paulus ſcribit: Ieſus Chriſtus heri & hodie,idem ipſe & in ſecula. Et iterum: Siquidem ſunt dij multi & domini multi in cœlo & in terra: at nobis vnus eſt dominus, deus pater,ex quo omnia,& nos ex ipſo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus,per quẽ omnia, & nos per ipſum. Et rurſus: Optabã enim ipſe ego anathema eſſe à Chriſto pro fratrib[9] meis cognatis meis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum eſt adoptio,& legis poſitio & teſtamentũ & gloria,quorũ ſunt patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia benedictus deus in ſecula, Amen. Ecce enim, ecce inquam, cum Chriſtum Ieſum nominaſſet heri & hodie illum, & in ſecula eſſe, & per ipſum omnia eſſe facta dixit, & eum qui ſecundum carnem ex Iudæis eſt, deum ſuper omnia nominat, & benedictũ eſſe in ſecula dicit. Ne dirimas igitur in iſtis voces haſce de domino dictas:ſimul enim cõplectuntur,& quod deo & quod homini cõpetat: ſed adapta eas potius vni filio,hoc eſt,deo verbo incarnato. Aliud itaq; eſt naturas dirimere,idque poſt adunationem & ſecundum ſolam honoris æqualitatem hominem deo coniunctũ dicere,& aliud vocum agnoſcere differentiam. D Vbi igitur quæ illi dixerunt, Neſtorij vocum nouitatibus conueniunt? Nam etiamſi id quibuſdam videtur, dictionum ſtructura & ſenſuum pronunciatio talis eſt, vt mirum in modum multæ ſit diligentiæ non impingere. Sunt enim talia admodum pronunciatu difficilia. Et ob eam cauſam diuinus Paulus ſermonem à deo quæſiuit in apertione oris ipſius. Quod enim non diuidant in duos vnum dominum Ieſum Chriſtum,cum vocum alias diuinitati ipſius,vt quæ illi cõpetunt: alias humanitati eius,quæ homini videlicet conueniũt, adaptandas eſſe dicunt, quomodo non eſt omnibus conſpicuum? Affirmant enim ſicut dixi, quod idem ipſe, qui ex deo patre, vt ipſius verbum ante ſecula genitus eſt, poſtremis temporibus ex ſancta virgine ſecundum carnem ſit natus. Adiungunt autem, quod & ſanctam virginem propter inenarrabilem A & incõfuſam vnitatem, Deiparam eſſe credant,& vnum Chriſtum & filium, & Dominum manifeſte confiteantur. Eſt autem omnino incredibile, vt vnum dicant, & quem vnum nominant in duos diuidant. Non enim ad eam progreſſi ſunt ſtupiditatem,vt tranſgreſſores ſeipſi conſtituant,quæ recte deſtruxerunt inconſulte reædificantes. ſi enim Neſtorij opinionibus conſentiunt, quomodo illas tanquam prophanas & deteſtandas anathematizant? Arbitror autem & cauſas eſſe aſſignandas, propter quas ad exquiſitam iſtam verborum diligentiam venerunt. Quoniam qui Arij impietatem propugnant, veritatis vim impie cauponantes, verbum quidem genitum eſſe dicunt, ſed ex muliere, corpore tamen vſurpato inanimi. Faciunt autem hoc maliciæ ſtudio vt humanas illi voces aſſignantes, vt in diminutione infra patris excellentiam conſtitutum à ſe deceptis oſtendant. Dicunt autem eum verè alterius eſſe naturæ. Eam ob cauſam qui ex Oriẽte ſunt,veriti ne quo pacto verbi dei gloria,& natura ab iis quę humanitus propter ſuſceptam cum carne diſpenſationem ſunt geſta diminuatur, voces diſcriminant, non in duos ſicut dixi, filium ac Dominum ſecantes:ſed alias diuinitati ipſius,alias ipſius humanitati,omnes tamẽ vni aſſignantes. B Audiui autem religioſiſſimum & pientiſſimum Ioannem Antiochenum epiſcopum quibuſdam ex neceſſariis ſcripſiſſe, quod manifeſte doceam & clara voce cõfitear naturarum quidem eſſe differentiam, voces verò diuidam pro naturarum inter ſe differentia. Et ob eam cauſam offenduntur nonnulli. Eſt itaque neceſſarium vt & hac de re loquamur. Non fugit integritatem tuam, quod qui epiſtolis meis Apollinarianæ opinionis maculam impegerunt, opinati ſunt quod ſanctum corpus Chriſti inanimatum eſſe dicã, & quod temperatura vel confuſio, vel mixtio, aut mutatio verbi Dei in carnem ſit facta, vel quod caro tranſlata ſit in naturam diuinitatis, ita vt nihil purè ſeruetur, neq; ſit quod eſt. *Apolinarij opinio.* Opinati ſunt autem & Arij me conſentire blaſphemiis, propterea quod nolim vocum agnoſcere differentiam, & alias diuinitati, alias humanitati competentes dicere, vt qui magis diſpenſationi cum carne conueniant. Ego verò, quod liber ſim à talibus, teſtificabitur aliis tua integritas Veruntamen opus erat vt ratio illis redderetur, qui ſunt offenſi. Quapropter ad pietatem ipſius ſcripſi, quod neque cum Ario neque cum Apolinario ſenſerim, neque verbum Dei in carnem mutari,ſed neque carnem in naturam diuinitatis tranſformari dicam: propterea quod immutabile & inalterabile, & incomprehenſibile ſit & aliud Dei verbum, neque vnquam vocum differentias negauerim, ſed ſciam Dominum diuinitus ſimul & humanitus differere, quoniam idem ipſe & Deus eſt & homo. Hoc itaque ipſum ſignificare volens ſcripſit,quod oportuerit nunc naturarum conſiderare differentiam, & voces pro naturarum inter ſe conditione diſtinguere. Iſtæ verò loquutiones meæ quidem non ſunt, ſed ab ipſo ſunt pronunciatæ. Arbitror autem operæprecium vt & illud iam dictis addam. Venit ad me pientiſſimus epiſcopus Paulus Emeſenus, qui poſtquam de recta & inculpata fide colloquuti eſſemus, percontatus eſt à me an iis conſentiam quæ à celebris memoriæ beatiſſimo patre noſtro Athanaſio ad Epictetum Corinthiorum epiſcopum ſunt ſcripta. Ego verò reſpondi quod conſentiam prorſus & per omnia, ſi apud ipſos ſeruentur literæ non adulteratæ, eo quod in illis multa ſint ab inimicis veritatis corrupta. Ad hoc ille dicebat, & ſe ipſam habere epiſtolam, velle D verò etiam ex iis quæ apud nos ſunt exemplaribus certior fieri & cognoſcere, vtrum ipſorum corrupti ſint libelli vel ſecus. Et cum vetuſta exemplaria accepiſſet, ſuíſque quæ ſecum attulerat contuliſſet, inuenit ipſa eſſe adulterata. petiítque ex noſtris dari ſibi exẽplar quod Antiochenæ eccleſiæ mitteret, quod & factum eſt. Et hoc eſt, quod religioſiſſimus ac pientiſſimus epiſcopus Ioannes Carreno de me ſcripſit, quod quæ de incarnatione Chriſti ſunt expoſuerit, paternámque nobiſcum traditionem quæ prope, vt ita dicam, è cognitione hominum ſuerat expuncta, refecerit. Quod ſi epiſtolam nonnulli circumtulerint, tanquam à religioſiſſimo Philippo Romanæ eccleſiæ presbytero ſcripta, quaſi ſanctiſſimus epiſcopus Sixtus depoſitionem Neſtorij moleſte ferat, ipſiq; bene loquatur, ne credat hoc ſanctitas tua. Scripſit enim conſona ſanctæ Synodo, & omnia illius geſta confirmauit,ac nobiſcum cõſentit. Si verò à quibuſdam circunlata fuerit epiſtola, tanquam à me ſcripta, quaſi

eorum me quæ Ephesi gessimus pœniteat, cōtemnatur & hoc. Sumus enim per Seruatoris nostri gratiam adhuc sana mente, & competenti ratione nondum destituti. Saluta fraternitatem quæ tecum est. Quæ nobiscum est in Domino te salutat.

COMMONITORIA CHARTA

Eulogio presbytero Constantinopoli agenti à Cyrillo data.

Epistol. 30. EXpositionem quā Orientales fecerunt, reprehendunt nonnulli, dicúntque quod duas naturas nominent, & quod istos Alexādrinos tolerauerit, imò & laudauerit. Qui verò Nestorij sunt, & hunc ita sapere dicunt, corripientes ad se eos, qui exactam veritatem ignorant: accusantibus autem nos illud dicendum est, non esse omnia quæ hæretici dicunt, fugienda & recusanda. Nam multi ex illis ea confitentur, quæ & nos confitemur, vtpote Ariani, cum patrem omnium conditorem ac Dominum esse dicunt. An consentaneum erit, vt ob eam causam tales confessiones fugiamus? Ita & de Nestorio sentiendum. Is etiamsi duas esse naturas dicat, carnis & Dei differentiam significans (est enim alia carnis natura) hoc tamen non secundum vnitatem nobiscum confitetur. Nos enim illas adunantes vnum Christum, vnum filium, eundemq; vnum dominum confitemur: deinde, & vnā Dei naturam incarnatā, quod & de cōmuni est homine dicendum. Nam & ille diuersis naturis constat, de corpore loquor & anima. Et isti quidem ratio est & virtus contemplatiua. At istis naturarū differentia est, vnum Christum secare in duos. Quoniam verò vniuersi Orientales putant nos orthodoxos Apollinarij opinionibus adhærere, ac sentire, quod commixtio vel confusio naturarum sit facta (talibus enim ipsi vocibus vtuntur) quasi Deus verbum in naturam carnis descenderit, & carnis natura conuersa sit in naturam diuinitatis: consensi ipsis, non vt vnum filium in duos diuidant, absit: sed confitendum esse tantum, quod neque confusio sit facta, neque commixtio, sed quod caro sit, vt est è muliere assumpta caro: Verbum verò, vt est ex patre genitum Verbum, veruntamen vnus Christus, & vnus filius ac Dominus, quod secundum vocem Ioannis, Verbum caro est factum. Instituendi verò sunt, vt lectioni epistolæ beati papæ Athanasij attendant. Quoniam enim nonnullis tum contendentibus ac dicentibus, Deum verbum corpus sibi ex sua ipsius vendicasse natura sursum ac deorsum confirmat, corpus Christi non esse verbo consubstantiale. Si consubstantiale non est, alia omnino atque alia est vtriusque natura, ex quibus vnus ac solus intelligitur Christus. Nec illud ignorent, Vbicunque vnitas nominatur, non vnius tantum rei coniunctio significatur: sed vel duarum, vel plurium, idque secundum naturam inter se differentium. Itaque cum vnitatem dicimus, de carne rationaliter animata & verbo confitemur. Atque ita intelligunt, qui duas esse naturas dicunt. Attamen dum vnitatem confitemur, non separantur amplius, quæ sunt vnita, sed vnus iam est Christus, & vna est ipsius tanquam incarnati verbi natura. Hæc sunt confessi qui sunt ex Oriente, licet circa dictionem tenebras parumper sint passi. Qui nanque confitentur quod verbum ex deo patre genitum ac vnigenitum, idem ipsum secundum carnem è muliere sit natum, & quod sancta virgo Deipara sit, & quod vna sit Christo persona, quódque non duo sint filij nec duo Christi, sed vnus, quomodo Nestorij opinionibus consentiunt? Nam Nestorius simulat quidem in exegesibus suis dicere se, quod vnus filius, & vnus Dominus, sed filiationem ac dominationem ad solum Dei verbum refert. Postquam verò in dispensationem venit, rursus alium Dominum hominem ex muliere separatum dicit, verbo æqualis honoris dignitate coniunctum. Cum enim dicit: Propterea Deus verbum Christus nominatur: quod coniunctionem habet cum Christo quomodo non perspicuum est, quod duos esse Christos dicat? Si enim Christus cum Christo coniungitur tanquam alius cum alio coniunctionem habet. Orientales verò nihil tale dixerunt, sed voces duntaxat discriminant: discriminant autem ad hunc modum, vt alias diuinitati, alias humanitati competere, alias verò communicatiuas esse dicant, quod simul habeant, & Deo & homini conuenientia: ita tamen, vt de vno & eodem sunt dictæ, & non sicut Nestorius, qui

E alias deo verbo separatim, alias ei qui ex muliere sit, tanquam alteri filio adscribit. Aliud autem est vocum agnoscere differentiam, & aliud illas duabus admetiri personis tanquam alteri atque alteri. Epistola verò ad Acacium, cuius initium est, Rei quidem dulcis est, admiranda & plurimi facienda fratribus salutatio & compellatio, & cætera. bonam habet de omnibus excusationem. Habes autem plurimas tales epistolas in capsula, quas magno præposito Prepestato dare debes, & duos à me missos libellos: vnum contra blasphemias Nestorij, alterum gesta habentem Synodi contra Nestorium, & illi consentiens. Deinde & contradictiones à me contra eos factas qui aduersum capitula Synodi ea scripserunt. Sunt autem duo Episcopi qui hoc fecerunt, Andreas & Theodoretus. Habet verò idem libellus circa calcem, breues expositiones de Christi dispensatione, admodum bonas & prodesse valentes. Offer illi similiter ex illis quæ pelliculas habet, quinque epistolas, vnam beati papæ Athanasij ad Epictetum, & alteram quæ à nobis ad Ioannem est scripta. Et duas ad Nestorium: exiguam vnam, prolixam alteram, & quintam quæ est ad Acacium. Nam istas à
F nobis petiit.

Epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum episcopum, & Synodum, quæ apud hunc erat congregata.

NOn quieuit Draco apostata, fera verè pessima, & Deo rebellis, neque vnquam ab improbitate quam insitam habet, destitit, sed damnabilem illam inuidentiam quam contra Ecclesias concepit sibiipsi parturit, incontinentes impiorum ac scelestorum hominum cauterio notatam habentium conscientiam, linguas contra veritatis ausus est excitare dogmata. Plurimi quidem, qui ante nos fuerunt sanctos patres nostros impugnârunt, & contra inenarrabilem Christi dispensationem impudentis oris arma mouerunt: sed deprehensi sunt tanquam temerarij & indocti, & magis noua quædam inferre quàm aliquid eorum quæ secundum veritatem ex ipsa sunt veritate testimonia cognouisse, quàm videlicet illa sint recta & inculpata, & omnem accusationem superantia. Quoniam verò post illos omnis impietatis inuentor ac doctor Nestorij nobis cœnophoniam excitauit: ecce per Dei gratiam & datam nobis ab ipso intelligentiam omnes illum vno ore tanquam apostatam anathematizamus, illustrem patrum zelum imitati, & contra inimicos crucis Christi viriliter animati, verámque fidem colentes, & in Ecclesia docentes, non accedendum esse illius blasphemiis, vt duos potius Christos & filios dicamus. Vnum quidem quod natura, & vere ex Deo patre est verbum: alterum verò adoptione & gratia, ex semine Dauidis, quam secundum synceram & irreprehensibilem, iam inde ab initio datam nobis fidem, vnum filium & Dominum Iesum Christum, verbum ex Deo patre, incarnatum & inhumanatum, secundum sanctorum patrum confessionem, ita vt idem & sit, & esse dicatur ex Deo patre diuinitus, vt verbum ipsius, & ex substantia ipsius naturaliter progressum, & ex semine Dauidis secundum carnem, hoc est, ex sancta ac Deipara Maria. Non enim alium atque alium, sicut dixi, tradiderunt, qui initio verbi spectatores ac ministri fuerunt: sed vnum & eundem Deum simul & hominem, vnigenitum ac primogenitum, vt illud quidem diuinitus, istud verò humanitus habeat, quod inter multos fratres est factus nostri similitudine suscepta, & non alio sibi adiuncto homine, sicuti quibusdam sentiendum esse videtur, sed idem ipse homo factus, nec quod erat esse desinens. Cum enim Deus sit natura & impassibilis ob eam causam in propria est carne voluntarie passus. Non enim alterius cuiuspiam corpus pro nobis dedit, sed ipsum vnigenitum Dei verbum, homo factum, seipsum inculpatum sacrificium Deo & patri obtulit. Erat itaque nobis in istis studiosissime feriandum à Nestorij videlicet cœnophonia quasi coactis copiis irruente, & quacunque alia cuiuscunque lingua, nec mendaciis illorum accedendum. Progressum enim, vel ad pugnam contra omnes est, qui cum illo sentiunt, vel talia senserunt vnquam quod & nos & sanctitas vestra absolute dicimus, anathematizare nos eos qui duos filios, & duos Christos dicunt. Vnus enim sicut dixi, cùm apud nos tum apud vos prædicatur & Christus, & filius

Epist. 31. — id est, vocū nouitatem. — G — θεϊκῶς. — H — συμφ. ἐλλήνης τῆς πί- εἰς χαο φωνίας.

& filius, & Dominus, & vnigenitus, verbum videlicet Dei, in similitudine hominum factum, & habitu, secundum sapientissimi Pauli vocem, vt homo inuentum. Quod autem Christi carnem anima rationali animatam esse dicimus, sæpenumero demōstratum est. Ista etiam in epistola ad Armenios sanctissimus ac pientissimus frater noster episcopus Proclus veritatis sermonem rectè secans manifeste declarauit, vir pius & diligentissimus impugnator eorum, que recta sunt peruertunt. Est enim illi consuetum vincere eo quod veritatem colat. Loquor autem de infamibus Diodori ac Theodori, & aliorum quorundam opinionibus, quos melius erat nō laudare, ne quid durius dicam, propterea quod omnibus veluti velis aduersus Christi feruntur gloriam. Nemo non astipuletur, obsecramus, sanctis & orthodoxis patribus nostris, Athanasio inquā, Basilio, Gregorio, Theophilo, & reliquis, ne quo pacto res ista scādali quibusdam fiat occasio, qui ita secundum veritatem sentire putant, & docere omnis rectæ fidei curatores, qui non solum contra Nestorij cœnodoxias erectos post se libros reliquerunt, sed & contra aliorum, qui Nestorij opiniones ante ipsum & habuerunt & scripserunt. Optamus autem vt omnes quæ sua sint agant, nec turbas Ecclesiis iam per Christi gratiam & eorum qui vbique sunt mystagogorum sobrietatem sedatas excitent, neque tam sibiipsis quàm aliis negocia facessant. Oportet autem eos qui cum Nestorio senserunt, aliquando secundum veritatem resipiscere, & à nugis illius descendentes immutari inculpatámque ac rectam velle fidem eligere, ac placidos esse, nec cuiquam præteritorum gratia conuiciari, ne quo pacto res ista cunctandi quibusdam occasionem quo minus ad meliora properent, exhibeat. Si enim eos qui corporalibus infirmitatibus detinentur liberari optamus, & congratulamur eis si hoc contingat, quomodo non magis gaudebimus si qui seductus fuit conuertatur, & ad præstātem veræ cognitionis lucem prosiliat? Quod enim super talibus etiam ab ipsis angelis festa soleat celebrari lætitia, nihil addubitat vestra sanctitas, quæ ista docet, & in omnibus Ecclesiis exponit, neque Seruatoris nostri voces ignorat. Illud sane obsecramus, tanquam fratres & simul docendi munere præditos, vt cleris denuncietis, ne alia loquantur, præsertim in Ecclesiis, præter ea quæ recta & probata sunt, & rectè habere videntur, sed magis firmi sint in rectæ fidei confessione, & maxime, non facile ad docendum ista prosiliant. Si verò necessitas aliquando hoc postulauerit, propterea quod in fide nonnulli sint initiandi, nullo modo quæ de fide dicenda sunt à rectissimo tramite exorbitare ac præuaricari sinant. Sunt enim tumultuationum occasiones per sanctitatis vestræ sobrietatem amputandæ. Quod arbitrati sumus vtile futurum, hoc scripsimus. Itaque siquidem vel clericorum vel monachorum à quibusdam accusantur, quod cum in Ecclesia communicauerint, denuo quæ Nestorij sunt sapiant, adhibeatur illis auscultatio in Ecclesiis, imò & apud vos illas colligentes, fiátque diligens eorum quæ dicta sunt inquisitio. Non enim mirum est, eos qui tales accusare volunt, si nemo sit qui de istis dicentes audire sustineat apud extera tribunalia tumultuari. Est autem multo melius ac iustius, vt Ecclesiasticæ quæstiones in Ecclesiis agitentur ac formentur, & non apud alios, quibus sane prorsus inconueniens est huiusmodi causarum diæta. Salutate fraternitatem quæ apud vos est, salutat vos quæ nobiscum est in Domino.

Proclus episcopus. — Nota.

EPISTOLA CYRILLI QVAM

Rhodi in itinere ad Synodum proficiscens ad Clerum, Presbyteros ac populum Alexandrinæ ecclesiæ scripsit.

Cyrillus Presbyteris, Diaconis, ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis, ac desideratissimis fratribus in domino salutem.

Epist. 32. GRAtia & benignitate nostri omnium seruatoris Christi amplum illud & magnum traiecimus æquor, lenibus ac placidissimis flatibus vsi, ita vt absque omni metu & periculo nauigationem hanc exequuti ad Rhodiorum ciuitatem appulerimus, glorificantes Deum, ac cum Psalmistæ voce dicentes: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum

A eius tu mitigas. Quia verò necessarium est, vt quoniam corpore absumus, spiritu autem præsentes literis vos tanquam filios complectamur, ista vobis interea scribenda ac manifestanda putaui. Credo siquidem Deum & quæ reliqua sunt adiecturum, idque omnium vestrum precibus obsecratus. Ostendite itaque præsenti potissimum tempore tanquam fructum dilectionis vestras pro nobis precationes. (Nam & ego hoc ipsum facere non desino.) Vt qui omne bellum conterit, Dominus exercituum, quæ in hac causa accident interuentu suo componens & omnem tumultuationem destruens, gaudētes gaudentibus vobis tanquam filiis restituat. Omnia quippe potest, sicut scriptum est. Est autem illi nihil prorsus impossibile. Cōsuetam vobis & competentem probitatem retinete. Hoc enim potissimum vos probatissimos ostendit, si & absentes & præsentes per spiritum patris ingenuam & laudabilem in precio habueritis vitæ conuersationem. Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos, qui mecum sunt fratres. Opto vos in Domino valere dilecti ac desideratissimi.

B

ALTERA AD EOSDEM epistola.

Cyrillus Presbyteris, Diaconis, ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis ac desideratissimis in Christo salutem.

AFfectanti mihi probitatis vestrę salutationem scribendi occasionem exhibent & tempus & locus. Sumus enim Ephesi propter omnium vestrum preces in bona valetudine constituti, quod reliquum est Synodi tempus à vicino expectantes. Credimus autem Christum omnium seruatorem ecclesias suas à peruersis opinionibus repurgaturum, & rectam fidem omnibus illustrissimam exhibiturum, ita vt omnes vbique mundi & inculpati, synceram illam habentes, puras manus ad precandum extollant, illud beati Dauidis voce dicentes: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinū. Circuit enim malus ille, fera insomnis gloriæ Christi insidias struens. Poterit autem prorsus nihil, inani existente ipsius feritate, & malicia inefficacia. Insidiatur autem non homini vulgari, neque vni simpliciter ex nobis, sicuti nouis istis dogmatistis videtur, sed Deo, omnia potenti. Audiat igitur à quouis Christum amante, Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Seipsum enim miser percutit, & simul propriis fœtibus in perditionem ruit. Non enim ad illius partem pertinent, qui recta Ecclesiarum dogmata peruertunt. Non effugient autem iudicium Dei. Orate itaque pro nobis, vt Deus omnium seruator largiatur, quo gaudentes gaudentibus restituamur. Omnia nanque potest, nec est illi quicquam impossibile. Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos, qui mecum sunt fratres. Opto vos valere in Domino, dilecti ac desideratissimi.

Epist. 33. — C

TERTIA AD EOSDEM.

Cyrillus Presbyteris & Diaconis ac populo Alexandrinæ ecclesiæ dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.

D

ETsi fusius pietati vestræ quæ gesta sunt significanda erant, vrgentibus tamē tabellariis, breuius scripsi. Scitote itaq; S. Synodum vicesima octaua mensis Payni, Ephesi, in magna eius ciuitatis ecclesia quæ Maria deipara vocatur, celebrari cœpisse. Cum autem integrum diem consumpsissemus, tādem impium Nestorium sancto Concilio adesse & conferre non sustinentes condemnauimus eum, depositioníque subiecimus, & ab Episcopatu exclusimus. Sumus autem hic congregati Episcopi vltra ducentos ferè plus minus trecenti. Perdurauit autem vniuersus ciuitatis populus, à mane vsque ad vesperam sanctæ Synodi iudicium expectans. Vt autem audierunt infelicem illum esse depositum, cœperunt omnes vna voce sanctam prædicare Synodum, & Deum glorificare, quod cecidisset fidei inimicus. Cum autem Ecclesiam egrederemur, comitabantur nos cum lampadibus vsque ad diuersorium. Erat enim vespera, &

Epist. 34.

passim multa lætitia & tedarum accensio in ciuitate, ita vt & mulieres acceptis thuribulis nos præcederent. Et ostendit pater contra blasphemos istos gloriam suam, quod omnia posit. Expectamus itaque donec, quibus hoc mandatum est, chartas depositionis illius perficiant, deinceps ad vos volente deo perrecturi. Sumus omnes per Christi seruatoris gratiam bona & animi & corporis valetudine. Opto vos valere in Domino dilecti ac desideratissimi.

QVARTA AD EOSDEM.

Cyrillus Presbyterii, Diaconis, ac populo ecclesiæ Alexandrinæ, dilectis ac desideratissimis in Domino salutem.

Epist. 35. QVæ in recte factis præclara sunt, & magna non sine labore transiguntur. Est autem omnino ita comparatum, vt quodcunque bonum labor præcedat. Nec mirum est quod in magnis hoc rebus accidere videmus, cum & vulgaria, & quæ nutu diuino aguntur, & curis sint referta, & laboribus acquirantur. Verum etiam dum laboramus, docemur vt dicamus: viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Confidimus enim conatus ad virtutem tendentes celebrem sequuturum fructum, & munusculum spiritalis fortitudinis præmium à Deo reperiendum. Hæresim itaque spurcissimam, quæ se contra vniuersum orbem qui sub cœlo est erigere conata est, & cornu in sublime extulit contráque Deũ iniustitiã loquuta est, ac recta Ecclesiæ dogmata flãmæ instar comburere voluit, ipsum vnigeniti Dei verbum deiecit, authore ac patre illius inanito simul & à sacerdotio per sanctæ Synodi sententiam reiecto, vt cum gaudio dicamus: magnificauit dominus facere nobiscũ, facti sumus lætantes. Sunt enim in gaudio cum doctores tũ qui populo præsunt, quod recta fides obtinuit, & vbique omniũ seruator Christus celebratur, Satana pessundato, & quæ per ipsum inducta fuerant offensaculis è medio sublatis, ac veritatis dogmatibus contra mendacia confirmatis, vt omnes ex vno ore concorditer dicamus: vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Ista etiamnum tanquam filiis scribo, Seruatoris nostri mirabilia facta prædicans, vt intensiores precationes facias, vt volente deo gaudentes gaudentibus, cum bona valetudine restitui valeamus. Opto vos valere in domino.

CYRILLO ALYPIVS.

Sanctissimo ac pientissimo Archiepiscopo Cyrillo, Alypius Apostolorum presbyter in Domino salutem.

Epistola 36. FElix homo ille censendus est, cui deus hoc largitur, vt dilectionis oculis pium ac sanctum caput tuum confessionis ac martyrij corona redimitum quamprimum videat. Tu nanque sanctissime pater, vigilantibus oculis sanctorum patrum viam perambulasti, & vtroque poplite claudicantes vt recta ad veritatem ingrediantur docuisti. Tu confidentiam Eliæ induisti, & solus zelum Phinees in te fuscepisti. Tu impium virulenti Draconis os obturasti, & voracem Bel destruxisti, vanámque illius spem, præsidentiam videlicet ac principatum pecuniis acquisitum, infirmasti, structurámque aureæ imaginis cadaueros am reddidisti. Et quodnam ita spiritali vnguento refertum os fuerit, quod zeli tui encomia eloqui poterit, qui beati Theophili quondam auunculi tui imitator es factus, imò & beatissimi Athanasij martirio coronatus. Et quemadmodum ille fraudulentos iniquorum hæreticorum conatus, orationibus repulsos euasit, ita & sanctitas tua insidias iniqui illius instar imbecillis cuiusdam procellæ puræ conscientiæ vita consopiuit. Ad eum nãque modum & beatissimus Athanasius postquam multas falsas accusationes ab hæreticis illatas friuolas esse ostendit, extoris eorum decreto qui cum potentes essent hoc subornabant fieri sustinuit, & quanto studiosius mendacia illa ora falsas accusationes concinnabant, tanto ipse & purior & illustrior declaratus, lenitate præclarus, & ex talibus victoriis & certaminibus coronam sibi martyrij nectẽs, homousion statuit, prauámque Arij opinionem proculcauit, & rectam doctrinam erexit, atque sancti Marci euangelistæ sedem in sublime extulit, quibus & ipse vsus vestigia sancti huius insequutus es. Opto itaque sanctissime pater dignus haberi, qui hisce meis oculis sanctam tuam personam videam, ac genua tua pronus contingam, præsentiáque martyris fruar, qui in pacis tempore coronis est ornatus. Cæterũ de rebus nostris omnibus, quomodo sumpta precum tuarum ac sanctarum patrum interuentu fiducia confidẽter, & quæ egerimus dilectus diaconus Candidianus narrabit, qui & literas tenuitatis meæ sanctitati tuæ reddet. Saluto vniuersam Synodum martyrij corona, cum sanctitate tua redimitam, ipse saluus, bono animo in Domino perseuerans, ac pro veritate à Deo nobis donata decertans.

CYRILLVS ALYPIO.

Quæ ad hunc scripsit, iam antea Epheſi in Concilio antequam à Comite caperetur, & à militibus custodiretur, dixerat.

BEatus propheta Dauid eos qui fiduciam in Deo habent animatos reddens dicit: Viriliter agite & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum. Vt enim plãtæ in hortis largis aquarum riuulis crescunt ac virent, ínque magnum eriguntur sublimitatem: ita anima viri spiritus sancti consolationibus ad pietatem irrigatur, ad fidem confirmatur, & infractam acquirit patientiã, quam inter omnes alias virtutes potissimum celebrauit beatus Paulus, dicẽs: Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio spem, spes autem non pudefacit. Patientia itaq; nobis omne bonum conciliat, & veluti pronuba viam ad probationem parat, ac spem in futurum seculum nutrit. Quomodo autem hanc acquiramus, diuina scriptura docet, dicens: Fili si accesseris ad seruiendum Domino, præpara animum tuum ad tentationem & dirige cor tuum, & esto tolerans. Sed forte dicet quispiam: An fieri nequit vt alio modo probetur homo, & quod bonum est sine laboribus acquirere possit? Nequaquam, inquit. Ob quam causam? Quia admodum multi sunt qui sanctis insidiẽtur, & graue illis bellũ infertur. Quapropter & ipse seruator dixit: Tribulationẽ in mundo habebitis, sed confidite ego vici mũdum. Quoniam itaq; magnum vndiq; bellum sanctis cum ferocia infertur, necessariũ est vt dum tentationibus impetuntur, discipuli Domini recondentur dicentis, B. homo qui suffert tẽtationem: quia cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam promisit Deus diligentibus se. Placet autẽ aliquid de rebus vetustioribus narrare, vt spiritalis fortitudinis finem cognoscatis. Babyloniorum tyranni & qui regni illorum thronos gubernarunt, vehemẽter perpetuo ad crudelitatem & fastum proni, & humanitatis metas transcendentes, maiestatẽ soli omnium deo cõpetenti ad se rapuerunt. Execrandus itaque Nabuchodonosor auream erexit imaginẽ. Cum autem vocalissima instrumenta insonarent, populis subiectis mãdauit vt imaginẽ adorarent. Quibus quidem non insuetum erat creaturam adorare potius quàm creatorem Deũ, promptissimi accesserunt. Mutauerunt autem gloriam incorruptibilis Dei in imaginem corruptibilis hominis. Vbi verò Hebræorũ pueros in mediũ adduxerunt Babylonij (erant autem Ananias & Zacharias & Misael) iusserunt eos adorare imaginẽ auream, coegeruntq; generationẽ nobilissimã ac dei amantẽ, vt in idẽ cum ipsis peccatũ delaberentur, & imaginẽ illã auream adorarent. Verũ nihil perfecerũt. Victi autẽ illorũ pietate, ignis illis suppliciũ intulerũt. Erat autem victis criminis loco, quod isti in fide firmi, & in pietate solidi, hominẽ adorare recusabant, nec quicquã eorũ sapere volebãt, quod naturæ diuinæ esset ignominiosum. Vt autẽ in caminũ ignis cõiecti sunt, tũ sane tũ inquam magna facta est inenarrabilis diuinæ virtutis demonstratio. Est enim elementorũ mutata vis in naturæ contraria operationem, cessitque ignis creatoris sui nutibus, & flãma in flatũ roris molliter sibilantẽ est alterata. Cũ autem adolescẽtes supernũ sentirent auxiliũ, cecinerũt in camino ignis & hymnorũ concentu vim ignis consopierunt. Erat hic caminus Ecclesiæ typus sanctos habens tripudiantes, non homines tantum, sed & angelos. Admiratus es virorum istorum virtutem, probasti patientiam, & amoris erga deum magnitudinem?

Videamus

Videamus iam quædam ex his quæ nobis accidunt. Erant illi sub barbaris tyrannis, nos verò sub sceptris piis piissimos habemus rerum Dominos, Quomodo cedemus hostibus? Nam etiamsi caminum insidiarum incendant, etiamsi flammas excitẽt, inacceptam nobis hominis adorationem inferentes, habemus tamen in cœlo Deum, hunc adorabimus. Cum enim Deus sit natura, nobis tamen factus est similis, non abiecto, quod deus est: naturam humanam cohonestans ac potens ad eripiẽdum nos. Etenim pientissimorum Regum fidei adhærentes, & quæ illis ineſt mansuetudinis magnitudinem sciẽtes aduersariorum improbitatem non feremus, sed confitebimur Emmanuelem secundum naturam esse Deum. Et hoc dicentes atque ita affecti plurimam lucrifaciemus retributionem. Quæ autem illa sit ipse nos Christus docet, dicens: Qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo in cœlis. Confiteur autem eum qui verũ eum Deum esse dicit, non qui confitẽtibus repugnat. Negabit itaque illos, nos verò confitebitur omnium seruator, per quem & cum quo Deo & patri cũ sancto spiritu sit gloria in secula.

CYRILLVS DYNATO EPISCOPO Nicopolensi veteris Epiri.

Domino meo dilecto fratri, ac comministro Dynato Cyrillus in Domino salutem.

Epist. 38. PIetati tuæ quę pacẽ Ecclesiarũ, quam sectatur concernunt, significãda duxi. Antiochiam itaq; Dominus meus celeberrimus Tribunus, & notarius Aristolaus venit, adferens secum regias literas, quæ religiosissimo Antiochenæ Ecclesiæ Episcopo Ioanni mandarunt, vt scelesta Nestorij dogmata anathematizaret, & depositionem eius pro conformitate sanctę Synodi decerneret, atque ita communionem à nobis quæreret. Et hæc quidẽ continebant illæ literæ. Cæterum quidam ex Orientalibus Episcopis, qui forte Nestorium nondũ condemnârunt, & illis patrocinãtur, qui rectã nostrã fidem sollicitant, & gloriam omniũ nostri Seruatoris adorantibus haud mediocriter insidiati sunt, vt pientissimus ac sanctissimus Acacius Beroeensis Episcopus ad me scriberet curârunt: quanquam ita tã- C quam ipsi quæ scripsit, à me petant, nempe, opus esse vt quæ contra Nestorium à nobis sunt scripta, deleantur, & tanquam irrita abiiciantur omnia, & pacisc amur in solo symbolo fide, à sanctis patribus Niceæ determinatæ. Nouit autem sanctitas tua quod tales olim ipsorum in Nicena synodo propositiones fuerint. Ego verò ad ista rescripsi, petere eas impossibilia, eo quod quæ scripsimus, rectæ scripserimus, rectæ & inculpatæ fidei patrocinantes, nec quicquam omnino scriptorũ nostrorum negaturi simus. Neque enim quicquam sicut ipsi dicunt, temere esse dictum, sed vbiq; nos rectitudini fidei adhærere, & veritatis virtuti consentire: oportere magis eos talibus ambagibus ac dilationibus non vti, nec extra ea quæ necessaria sunt elabi, sed secundũ id quod & ipsi piétissimo ac deo dilectissimo Regi ac sanctę Synodo rectũ videtur, Nestorij nugas & blasphemias contra Christum factas anathematizare, depositionemque illius confiteri, ac ordinationi sanctissimi ac pientissimi Episcopi Maximiniani consentire. Cum istas itaque literas ad eos misissem, considerarẽtque fieri non posse vt cómunionem reciperent, nisi ad finem quæ ipsis facienda erant perductis, miserunt D Alexandriam religiosissimum ac pientissimũ Paulũ Emesenum Episcopum adferentẽ quidem ad me communionem concernentia: verũ talia quæ non admodũ decentia quædam narrarent. Nã & quærimonias habere se simulabant, tanquã in sancta Synodo quædã non sint rectè dicta & facta. Et huiusmodi quidẽ epistolas non acceptaui, sed respõdi, quomodo qui præteritorum gestorũ gratia veniã petere debebant, iã denuo iniuriam nobis inferunt? Cum autẽ ista memoratus pientissimus Episcopus excusaret, iuramentoq; affirmaret, non esse hunc illorum scopum, sed magis simplici eos animo ista scripsisse, dilectionis gratia & hoc recepi. Verũ ad Synaxim eũ non admisi nisi vbi dato primũ libello Nestorij dogmata scripto anatematizauit, próque depositio illũ habere se confessus est, ac ordinationi religiosissimi ac pientissimi Maximiani Episcopi consensit. Petiit autem vt iſtis à se loco omniũ qui per Orientem sunt pietíssimorum Episcoporũ receptis libellis nihil exigerem amplius. Verum nullo modo acquieui, sed Domino meo celeberrimo Tribuno & notario chartam misi & exhibui, significãs ei, si pientissimus Ioãnes Antiochenus Episcopus illi subscripserit, tum demum communionem illis esse reddendam. Cunctationem autem eorũ celeberrimus Tribunus ac notarius Aristolaus moleste tulit. Cum itaque pientissimus Episcopus Ioannes subscripsisset, & qui cũ eo erant Nestorij dogmata manifestius anathematizassent, confessique essent illum se pro depósito habere, ac ordinationi religiosiſs. ac pientiſs. Maximiani Episcopi consensissent, cõmunionem illis reddidimus. Hęc nãque illis & Ephesi à sancta Synodo proponebantur. Notum & illud sit sanctitati tuæ: instabat initio religiosiſs. ac pientiſs. Episcopus Paulus depositorum (Eladij dico, & Eutherij, & Emeri & Dorothei) gratia obsecrans ac petens, vt quæ contra eos decreta sunt abrogentur, contendénsque fieri non posse, vt pax Ecclesiarum ad finem deducatur, nisi etiam hæc particula addatur. Ego verò respondebam, rem eum conari impossibilẽ, nec vnquam nos hoc permissuros. Manserunt itaque in eo sta- B tu, in quo etiamnum sunt, nec vlla eorum in pactionibus de pace Ecclesiarum facta est mentio. Scripserunt autem eandem epistolam quam miserunt & ad me, & reliquos pientissimos & sanctissimos Episcopos, & ad Syxtum magnæ Romæ Episcopum, & ad sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcop. Maximianum, id quod necessarium est integritatẽ tuam cognoscere, ne ab iis qui alia pro aliis nugari solent, nonnulli ex fratribus perturbentur, quasi quæ contra Nestorij blasphemias scripsimus, negemus. Misi autem & exemplaria epistolarũ, cũ eius quæ à me ad religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum, tum eius quæ ab illo ad me de anathematismo blasphemiarum Nestorij, deque illius depositione est scripta, vt ista integritas tua diligenter cognoscat, nec est, vt quisquã alias præter istas proferat epistolas. Saluta fraternitatem quæ tecum est, salutat te quæ mecum est, in Domino.

Cyrillus ad Acacium Episcopum de Apopompæo, id est, capro emissario, de quo Levit. 16.

Epist. 39. LEctis quæ à sanctitate tua pridem sunt scripta admodum gauisus, imò tantum non complexus & osculatus illa sum. Animo nanque eousq; prorupi, vt iam corã esse viderer. Tantæ siquidem virtutis sunt syncerorum amicorũ salutationes vt huiusmodi generent affectum. Ita quidẽ ego animatus sum, confido autem, nec tuam pietatem aliter esse comparatã. Quoniã verò significare dignatus es, quomodo necesse sit, vt de Apopõpæo nonnulla differam, per quæ quid illi insit mysterij, perspicuum fiat: illud necessariò dixerim cum prudentia tua sufficiẽtem habeat eruditionem, & ingeniosam admirandãq; sacrarũ scripturarũ scientiã, supersluum forsan fuerit, si per alium quẽpiam de quæstionib. istis differatur: quoniã verò nihil habet molestiæ, si quæ in mentẽ veniũt dicam, scripsi quidẽ (non eũ quod iniunctũ est, recusare licebat) verùm si à constanti diligẽtia parũper aberrauerimus, tuũ erit ignoscere. Quæ nanq; contemplatu sunt difficilia, difficilia quoq; sunt declaratu, nec facile comprehendũtur. Verũtamen haud procul à spe sumus futurũ vt & hac in re, per pietatis tuę preces, dirigat nos Christus, qui profunda è tenebris reuelat, & cæcos instruit, sermone émque, vt scriptũ est, largitur. Est itaq; de capro emissario scriptũ ad hunc modũ: Et accipiet duos capros, sistetq; eos corã Domino ad ostiũ tabernaculi testimonij. Et ponet Aaron super duos hosce capros sortes: sortem vnam Domino, & sortem alteram capro emissario, & applicabit Aaron caprum, super quẽ sors Domini cecidit, offerétque illum pro peccato: alterum verò caprum, super quem sors capri emissarij cecidit, viuum sistet coram Domino, vt preces pro eo fiant, vt emittatur in depulsionem dimittetq; eũ in solitudinem. Et postea: Et mactabit caprum pro peccato, pro populo corã Domino, & inferet de sanguine eius intra velũ, & faciet cũ sanguine eius perinde atque fecit cum sanguine vituli, & asperget sanguinem eius ad propitiatoriũ, in conspectu propitiatorij, & expiabitur sanctum ab immundiciis filiorũ Israel, & ab iniustitiis & omnibus peccatis eorũ. Atque ita faciet tabernaculo testimonij, quod extensum est inter eos in medio immundicię ipsorum. Et hæc quidem de

mactato capro, ſanctum tabernaculum ſanguine ſuo ſanctificante. De viuente verò ac dimiſſo, rurſus ſic dicit: Et adducet caprum viuentem & imponet Aaron manus ſuas ſupra caput capri viuentis, & confitebitur ſuper ipſo omnes iniquitates filiorum Iſrael, & imponet eas ſupra caput capri viuentis, & dimittet eum in manu hominis parati ad hoc in ſolitudinem, & accipiet caper in ſe iniuſticias ipſorũ, portabitq; in terram auiã & dimittet caprum in ſolitudinem. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata & vtilis eſt. Quicquid enim Deus loquitur, id prorſus ſalutare eſt. Et his quidem, qui veritatis poſſunt contemplari virtutem, venuſtas ipſius lucis inſtar occurrit, mentemque ad myſterij Chriſti cognitionem illuſtrat: qui verò nondum rectè progrediuntur, illi adhuc puerili more vacillant, etiam circa ſelecta ſæpenumero ſcripturæ theoremata. Et iſta dixerim, his, quæ à pietate tua ſunt ſcripta, non ſine animaduerſione lectis. Putarunt enim quidam ex his iſtic ſunt, vnum quidem ex capris, vel hircis omnium Deo ad conſecrationem & ſacrificium deputari: alterum verò emiſſario cuidam malo, & immundo dæmoni in ſolitudinem mitti, idque ſacra manu & conſtitutione legali: quę ſententia per ſe quàm ſit ſtulta, & ridiculæ patet. Dixerit autem quiſquam his, qui iſta ſuſpicatur, quomodo non magis oportuerit illud conſiderare quod omnium conditor, cum vltra omne tempus, & ſupra omnẽ cogitationem ſolus ſit natura Deus ac Dominus, nunquã paſſus ſit ſatanam apoſtatam, quaſi quendam regni ſui ac glorię conſortem aſſumere: cum audiamus eum manifeſtè per vnũ ex prophetis ſuis dicentem: Gloriã meã alteri non dabo, nec fieri potuerit, vt quum lex per ſapientiſſimum Moyſen præceperit, quę conſecrare quis velit, ſoli Deo eſſe conſecranda: poſtea idem ipſe, qui legem hanc tulit, oraculum hoc ediderit, gloriam hanc ſoli Deo competentem, etiam malis eſſe ſpiritibus exhibẽdam: atque ita ſuis ipſius verbis contrarius fuerit, vt qui quod fieri vetuit, rurſus faciendum eſſe præceperit. At omnium abſurdiſſimum eſt, ſi quis omnipotentem Deum honoris ac gloriæ ſuæ negligentem eſſe & tamen interea illam & aliis communicare velle putet, cum manifeſte per Moſen dicat: Dominum Deum tuum adorabis, & illum ſolum coles. Item: Et non erũt tibi dij alij præter me. Quapropter & diuinus Moſes admodũ bene ſupernis, & à Deo datis decretis ſeſe conformat. Etenim ad eos qui ex ſanguine ſunt Iſraelis dicit: Et hæc ſunt præcepta & iudicia quæ cuſtodire debetis, vt faciatis ea in terra, quam Dominus Deus patrum noſtrorum ſorte nobis dabit, omnibus diebus quibus viuetis ſuper terram. Perditione perdetis omnia ea loca in quibus gentes deos ſuos coluerunt, vt vos eos hæreditario accipiatis, ſiue in montibus ſublimibus, ſiue in collibus, ſiue in arbuſtis ſyluoſis, & euertetis aras eorum, & conteretis ſtatuas eorum & excindetis lucos eorum, ac ſculptilia deorum illorum igne comburetis, nominaq́ue eorum è quolibet illorum loco perdetis. Quomodo denique veriſimile fuerit, eum qui ſuos ab vniuerſo gentilitatis errore ad veritatis lucem per Moſen transfert præcipientem, vnà cum ſimulachris & delubra comburantur, aræ ſubuertantur, & luci excindantur, vt nihil ex iſtorũ abominatione reliquum permaneat, gloriam ſuam quemadmodum iam dixi, iſtis impertiat, & hũc animum induat, vt capros ipſi ad ſacrificandum deſtinatos dæmonibus ſacrificare: altero ex ipſis in ſolitudinẽ dimiſſo, præcipiat, cum Iſraelem, quod vitulum in ſolitudine erexiſſet, vehementer reprehenderit, ſpectatiſſimo Moſi dicens: Vade deſcende hinc velociter, peccauit enim populus tuus, quem eduxiſti ex Ægypto, fecerunt ſibi ſimulacrum. Præterea & iis qui Beelphegor initati fuerant, quãdo cum mulieribus Moabitarũ corporali venuſtate ad defectionem permoti implicabantur, acerbam videtur intuliſſe vindictam. Perierunt enim haud pauci numero propter eam culpam. Fuerit autem diuina illa & inculpata voluntas non parum condemnabilis, ſi cum nonnulli alienorum deorum adoratores ob eam culpam perierint, ipſe Deus qui defectoribus illis ſuccenſuit, honore & ſacrificiis prauam & aduerſariam potentiam dignari præcepit: quam quidam ſacrarũ literarum virtutem interioribus, & occultis mentis oculis non præcipientes, emiſſariam forte nominatam eſſe dicent. Nos verò animũ diuinis oraculis adhibentes nec negligentem nec ſegnem, ſed magis diligentem, & quantũ fieri poteſt, vigilantem, admirandã veritatis venuſtatẽ aſſequi ſtudemus. Dicimus itaq; omnium Deum cum ad euerſionem gẽtilis multorum deorũ erroris, & ad illuminationem eorũ, qui in tenebris ſunt legem ſuam veteribus olim per Moſen ſanciret, nũquam paſſurũ fuiſſe, vt via fieret, & oſtium, imò & doctor huius erroris, quod honorandi ſint immundi dæmones. Sollicite verò quæ in diuinis ſcripturis abſcondita ſunt inueſtigãtes, veritatẽ deprehendemus. Conuenit autem vt legales vmbras intuẽtes, quod per vnũ ex S. prophetis rectè dictum eſt, dicamus: Quis ſapiens & intelliget hæc? & intelligens, & cognoſcet iſta? Lex enim futurorũ bonorum vmbrã habet, & non ipſam rerũ imaginem, ſicut ſcriptũ eſt: verum vmbrę veritatẽ parturierunt, ipſa verò veritas nullo modo exiſtit. Quapropter & diuinus Moſes, faciei ſuæ velamen impoſuit, atq; ita locutus eſt filiis Iſrael tantum hac re non clamitans, oraculorum per ſe datorum, venuſtatẽ non in exteriorib. locis ſed interioribus videri poſſe contemplationibus. Age itaq; ablato legis periculo, & externis velaminib. Moſi facié liberantes, nudam inſpicimus vetitatem. Duos capros adferri, & duas illis ſortes inſcribi præcepit, ita vt vnus ex ipſis Dominus, alter emiſſarius nominaretur. Sunt itaque capris iſtis impoſita nomina, Dominus & emiſſarius. Per vtrunque autem ſignificatur vnus & ſolus filius ac dominus Ieſus Chriſtus. Quomodo id fiat, contemplationũ diligẽtiæ quãtum fieri licet intendentes, dicemus. Caper itaque, vel hircus vel hœdus pro peccato erat. Miranda res, ſi legis mentem inſpicias. Iuſtum nanque diuina ſcriptura ſæpenumero oui, capro verò peccati amantem comparat. Quam ob cauſam: Quia iuſtus plenus eſt confidentiæ ad virtutem, & propterea merirò frugifer cenſetur: ouis autem lanigera eſt, ideò rectè oui aſſimilatur. Peccatoris verò animam nudam, & infrugiferam omníque bono opere deſtitutam videre eſt. Eſt itaque caper illius typus, animal ignauum, & oui in precio poſtpoſitum. Quapropter Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quando filius hominis, inquit, ſederit in throno maieſtatis ſuæ, ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos verò à ſiniſtris. Et his quia à dextris erũt, vtpote iuſticiæ fructus habentibus paratum ipſis regnum tradet: à ſiniſtris verò conſtitutis, ignem & ſupplicium ac pœnas diabolo competentes inferet. Hœdus itaque pro peccato mactatur. Et hoc cognoſces lege perſpicue dicente: Si verò princeps peccauerit, & fecerit aliquid ex omnibus quæ legi Domini Dei ipſius prohibentur, aut non fecerit prudenter, & peccauerit ac deliquerit, & notum illi factum fuerit peccatũ quod peccauit, offeret donum ſuum hircum ex capris, maſculũ, immaculatum. Dixit autem alicubi ipſe omnium Deus de iis qui ſacerdotium ſecundum legem ſortiti ſunt, peccata populi mei comedunt: hoc eſt, ſacrificia pro peccatis. Erat enim portio ac ſors ſacerdotum, oblatio quæ Domino offerebatur, ſicut ſcriptum eſt. Eſt itaque Chriſtus victima pro peccatis noſtris, ſecũdum ſcripturas factus. Hac ratione peccatum ipſum nominatũ eſſe dicimus. Scribit igitur ſapientiſſimus Paulus ad hunc modum: Quoniam eum qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis fecit, Deus videlicet & pater. Non enim Chriſtum peccatorem eſſe factum dicimus: abſit, ſed iuſtum, imò prorſus ipſam iuſticiã exiſtentem (peccatũ enim non nouit) victimã pater pro peccatis huius mundi fecit. Et inter iniquos reputatus eſt, ſententiã paſſus iniquis competentẽ. Confirmat hoc Eſaias diuinus propheta, dicens: Quoniam omnes inſtar ouium erauimus, quiſque in viam ſuã declinauimus, & Dominus tradidit eum peccatis noſtris. Et ipſe dolore adflictus eſt, & nos liuore eius ſanati ſumus. Scribit & ſanctiſſimus Petrus, dicens: Peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſuper ligno. Incumbebat itaque ſuper eos, qui in hac terra viuunt ſors iſta, vt mortem paterentur propter tranſgreſſionẽ Adæ, & propter peccatũ quod ab eo ad nos vſque ad tyrannidẽ egit: verum verbum Dei mãſuetudine ac benignitate plenũ, caro, id eſt, homo factum eſt, nobis qui ſub peccato ſumus conformis, ſortémque noſtram ſubiit. Sicut enim optimus Paulus ſcribit: Gratia Dei pro omnibus guſtauit mortem, & animam ſuam pro omniũ vita in redemptionem dedit, proque omnibus eſt mortuus, vt omnes Deo viuant, per ſanguinem eius ſanctificati & viuificati, gratiſque per ipſius gratiam iuſtificati. Quemadmodum enim beatus Euangeliſta Ioannes dixit: Sanguis Ieſu Chriſti mundat nos ad omni peccato. Eſt itaque mactato capro nomen, Dominus, & ſorte mactationem accepit factúſque eſt ſacra victima, & ſacrificium, vt eſſet typus Chriſti, qui non propter ſeipſum, ſed pro nobis eſt mortuus, & Eccleſiam ſanguine ſuo ſanctificauit. Mactabit enim inquit, caprum pro peccato pro populo, corã Domino, & inferet de ſanguine eius intra velum, & aſperget ſanguinem eius ad propiciatorium, ante faciem propiciatorij, & expiabitur ſanctuarium ab immũdiciis filiorum Iſrael, & ab iniuſticiis eorum, & ab omnibus peccatis eorum, atque ita faciet tabernaculo teſtimonij, quod extenſum eſt inter eos, in medio immunditiæ eorum. Ingreſſus eſt enim Chriſtus in ſancta ſanctorum, non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, æterna redemptione inuẽta, & ſanctificans, vt dixi, verius tabernaculum, id eſt, Eccleſiam, & quotquot in ea ſunt. Diuinus atque Paulus alicubi ſcribit ad hunc modum: Quapropter & Ieſus vt populum proprio ſanguine ſanctificaret, extra portã paſſus eſt. Rurſus alibi: Sitis itaque imitatores Dei, ſicut filij dilecti, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem ac victimam in odorem bonæ fragrantiæ. Conſideremus itaque in mactato capro Emmanuelem mortem quidem carnis paſſum, verum ad deſtructionem mortis & peccati. Erat enim inter mortuos liber, hoc eſt, immunis à peccato, nec obnoxius nobiſcum mortis ſententiæ. Videamus eundem etiam in altero capro, viuente videlicet ac dimiſſo, etſi humanitus paſſum, diuinitus tamen non paſſum, interea dum in carne moritur, mortis victorem, nec nobiſcum ſecundum Iudæorum opinionem in monumento permanentem, nec perinde atque alij à portis inferorum detentum. Sicut enim idem diſcipulus dicit: non derelicta eſt anima eius in inferno, neque caro eius corruptionem vidit. Reuixit enim ſpoliatis inferis, & his qui in vinculis erant, dixit: Exite, & in tenebris ſedentibus, reuelamini, & ad ſupernum ac cœleſtem patrem, & in regionem mortalibus in acceſſum profectus eſt, aſſumptis in ſeipſum peccatis noſtris, propiciatióque pro ipſis exiſtens. Scribit itaque diuinus Ioannes in ipſum credentibus: Filioli, hæc ſcribo vobis ne peccetis. Quod ſi quiſquam peccauerit aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris: non ſolum autem pro noſtris, ſed & pro totius mundi peccatis. Arbitror autem & de legalibus ſcripturis quædam, admonendi auditoris gratia, adducenda. Habent autem ad hunc modum: Et adducet hircum viuentem, & imponet Aaron manus ſuas ſuper caput hirci viuentis, & emittet eum in manu hominis ad hoc parati in ſolitudinem. Vide itaque quomodo priore hirco mactato, alterum ſæpenumero viuentem vocet. Erat enim, ſicut dixi, in vtróque depictus, vnus ac ſolus filius ac Dominus Ieſus Chriſtus, quomodo ille & in paſſione propriæ carnis extra paſſionem, & in morte ſupra mortem fuerit. Viuebat enim verbum Dei interea dum ſacroſancta ipſius caro mortem guſtabat, manebátque impaſſibilis, etiam cum proprij ſibi corporis paſſionem appropriaret, inq; ſeipſum transferret. Videre eſt autem magnum hoc, & profundum myſterium & alio modo in Leuitico nobis eſſe delineatum. Leproſum enim lex per Moſen data, coinquinatum eſſe pronunciat, & tãquam immundum caſtris excludi præcipit: ſi verò morbum hunc deſinere contigerit, tum demum in caſtra recipi iubet. Nam ita lex iſta leproſi, dicit: Quacunque die mundatus fuerit, adducetur ad ſacerdotem, & egredietur ad eum ſacerdos extra caſtra, & inſpiciet eum ſacerdos, & ecce ſi ſanata fuerit cutis lepræ, à leproſo, præcipiet ſacerdos, & accipient mundato duos paſſeres viuos, & mandabit ſacerdos, & mactabunt paſſerem vnum in vaſe fictili, ſuper aquam viuam, & alterum paſſerem viuum accipiet, & tinget in ſanguine mactati ſuper aquam viuam, & aſperget mundandum à lepra ſepties, & mundus erit, & dimittet paſſerem viuum vt auolet in agrum. Duæ itaque ſunt hic auiculæ integræ, id eſt puræ nihil habentes vitij, quod à lege notetur: & vna quidem ſuper aquam viuam occiditur: altera verò ab occiſione libera occiſæ ſanguinæ, ſuper aquam viuam, tincta ad exemplum hirci, in ſolitudinem dimittitur. Et hic itaque typus iterum nobis magnum illud ac venerandum ſeruatoris noſtri myſterium ſubaperuit. Eſt enim verbum è ſupernis, hoc eſt, ex patre & è cœlo: quapropter & admodum recte volucri aſſimulatur. Deſcẽdit autem per diſpenſationem hactenus, vt nobis ſimile fieret, & formam ſerui accepit, & tamen etiam hoc pacto è ſupernis eſt. Diſerte nanque ad Iudæos dixit: Vos ab infetis eſtis, ego verò è ſupernis ſum. Ego non ſum ex hoc mundo. Et iterum: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis. Sicut enim paulo ante dixi: Etiam caro, hoc eſt perfectus homo factus, non eſt terrenus, ſicut nos, ſed cœleſtis ac ſuperamundanus, iuxta quod intelligitur Deus. Videre autem eſt in paſſeribus iſtis, quemadmodum & in hircis, carne quidem paſſum, ſecundum ſcripturas: interea tamen paſſionibus exemptum permanentem, & humanitus quidem mortuum, diuinitus verò viuentem, vita nanque verbum eſt. Ecquidem ſapientiſſimus diſcipulus mortificatum eſſe dicit carne, viuificatum verò ſpiritu. Veruntamen etiam ſi verbum ſecundum propriam naturam paſſionis ac mortis eſt expers, carnis tamen ſuæ, ſicut iam dixi, paſſionem ſibi appropriat. Tingitur enim paſſer viuus in ſanguine occiſi, & ſanguine quidem illius imbutus tantum, paſſionis verò expers, in ſolitudinem dimittitur. In cœlos nanque vnigenitus Dei cum carne ſibi vnita reuerſus eſt, erátq; nouum in cœlis hoc ſpectaculum. Obſtupuit itaq; ſanctorum angelorum multitudo, regem gloriæ, & dominum exercituum in forma humana videntium ac dicentium: Quis iſte eſt qui venit ex Edom, hoc eſt, ex terra, & rubrum veſtimentum eius ex Boſor (Boſor autem ſi interpreteris, carnem, vel anguſtiam ac tribulationem ſignificat) deinde ſimul interrogãtium: Quæ ſunt iſtæ in medio manuum tuarum? Ille verò viciſſim, hiſce percuſſus ſum, inquit, in domo dilecti mei. Quemadmodum enim Thomæ ea quæ admodum ſalubre fuerant diſpẽſata non credenti, poſt reſurrectionem ex mortui manus ſuas, & in manibus clauorum figuras oſtendit, iuſſitque etiam vulnera lateris palpare: ita & in cœlo conſtitutus ſanctis angelis ſatisfecit, quod merito ex ipſorum amicitia ſit eiectus dilectus Iſrael. Quapropter & veſtimentum ſuum ſanguine aſperſum, & plagas in manibus, quas indiuulſas retiner, oſtendit. Ex mortuis nanque excitatus corruptionem quidem, & quæ ex illa ſunt omnia exuit: verum figuras iſtas retinuit, vt, ſicut dixit, diſpenſatorie per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, quam in Chriſto ſecundum æternum propoſitum oſtendit, principibus ac poteſtatibus in cœleſtibus innoteſceret. Ita nanque quibuſdam ſacratiſsimus Paulus ſcribit: Quemadmodum enim in hircis manifeſte delineatum eſt Chriſti myſterium, ita & in duobus paſſeribus. Dicet autem quiſquam: Quomodo vnum & eundem dicis eſſe filium ac Dominum Ieſum Chriſtum, cum duo oblati ſint hirci, & duo paſſeres? An forte haud obſcure lex oſtendit, omnino duos eſſe filios ac Chriſtos? Et in hanc quidem impietatem iam aliqui prolapſi ſunt, vt & ſentiant ac dicant alium eſſe Chriſtum ſeparatim, verbum quod ex Deo patre eſt: & rurſus alium, qui ſit ex ſemine Dauidis. His verò qui ex inſcitia iſta ita habere ſuſpicantur, dicimus: Diuinus Paulus ſcribit, quod vnus ſit Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Itaque ſi duos dicunt eſſe filios, duo etiam prorſus erunt Domini, & duæ fides, & totidem baptiſmata. Mentitur itaque qui Chriſtum habet in ſe loquentem, ſicut ipſe dicit. Sed abſit, vt horum aliquid ſit. Vnus itaque Dominus, vna fides, vnúmque baptiſma. Credimus enim in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, hoc eſt, in vnigenitum Dei verbũ, inhumanatum, & incarnatum. Quapropter & in mortem eius baptizamur, & ipſum ſolum Dominum, vt & Deum, ſcimus: non ſeparantes hominẽ & Deum, ſed ipſum idem, vt dixi, ex Deo patre verbum, hominem factum (ita tamen vt Deus manſerit. Eſt enim natura immutabilis, & inalterabilis) confitentes. Alioqui reſpondeant aduerſarij, qui duos eſſe filios dicunt. Vnum quidem ſeparatim qui ſit ex ſemine Dauidis: alterum verò & hunc ſeparatim, verbum ex Deo patre, an non natura melior ſit is, qui verbum eſt ex Deo patre, quàm is qui eſt ex ſemine Dauidis, ſidque incomparabilibus differentiis. Quid enim hominis natura eſt diuinæ & excellentiſsimæ comparata? Arbitror autem quod inuiti etiam verbum ex Deo patre natura melius eſſe dicturi ſint. Deinde quid faciemus, ſi conſideremus hircos, non diuerſæ inter ſe naturæ exiſtentes, ſed magis eiuſdem ſpeciei, nec vlla re inter ſe differentes, in eo quod ſunt. Eadem vtique ratio eſt & duorum paſſerum. Concedant itaque propter eandẽm hircorum, vel paſſerum ſpeciem Deum verbum nihil differre ab homine. Eſt enim omnino plurimum diſcriminis in-

ter diuinitatem, & humanitatem. Sunt itaque ista paradigmata secundum competentem ipsis rationem intelligenda. Multum enim imparia sunt rebus veris, & partem tantum aliquam eorum, quæ significant ostendunt. Legem autem vmbram & figuram fuisse dicimus, perinde ac si quis spectandi gratia res ali quas subinducat. Vmbræ verò prima sunt in tabulis pictorum delineamenta, quibus si colorum accesserint flosculi, tum demum picturæ illustris est venustas. Oportebat igitur eum qui per Mosaicam legem Christi delineare voluerit mysterium, nō in vno illum simul & mortuum & viuetem, siue hirco siue passere spectandum proponere, ne scenica quædam portenta proponi viderentur. Poterat autem in vno quidem occisionem pati sus, idemuerò in altero viuus ac dimissus ostēdi. Vt verò huius rei declarationem consentaneam non excedere rationem demonstrem, arbitror & aliam iis de quibus locutus sum, adiicien dam esse imaginem. Scriptum est igitur in libro de creatione mundi: Et factum est post hæc verba, tentauit Deus Abraham & dixit ad eum: Abraham Abraham. Ille verò dixit: Ecce ego. Et dixit: Accipe filium tuum dilectum, quem diligis Isaac, & proficiscere in terram sublimem, & offer eum ibi in holocaustum super vnum montium quem tibi monstrabo. Surgens itaque mane, strauit asinum suum, sumpsitque secum duos famulos & Isaac filium suum, & fissis ad holocaustum lignis, profectus est & tertia die venit ad locum, quem dixerat ei Deus. Et suscipiens Abraham oculis suis vidit eum locum procul. Et dixit Abrahā famulis suis: Sedete hic cum asino, ego verò & puer transibimus ad illum vsque locum, & postquam adorauimus reuertemur ad vos. Sūpta verò ligna holocausti imposuit Isaac filio suo, & gladium ac ignem in manus suas accepit, atque ita duo isti simul sunt profecti. Et paulo post: Et constituxit in eo loco Abraham altare, illiq; ligna imposuit, & ligatum Isaac filium suum imposuit altari supra struem lignorum. Et extendit Abraham manum suam, vt arrepto gladio mactaret filiū suum. Iam igitur si quisquam nostrūm hanc Abrahæ historiam in tabella quadam depictam videre cupiat, quomodo nam illum depinget pictor? An in vna tabella lineabit omnia ea quæ iam sunt dicta, vel per partes aliter, id est alternatis formis, eundem sæpenumero depinget? vtpote iam asino, puero assumpto famulisque sequentibus, insidentem: in alia rursus tabella, quomodo asino cum famulis in campestri loco relictis, ligna Isaaco imposuerit, ipse verò gladium & ignem manibus suis portauerit. Et iterum in alia eundem & tabella & forma, adolescentulum supra lignorum struem ligantem, ac gladio dexteram ad mactandum armantem? Verum non erat Abraham alius atque alius, etiam aliis formis multoties in pictura visatur: sed vbique idem, rerum vsibus sese vbique pictoris, arte adaptāte. Non enim fieri potest, vt in vna forma ac tabella omnia ista, quæ dicta sunt, gerere conspiciatur. Erat igitur lex pictura quędam ac typi rerum parturiētes veritatem. Itaque etiam si res ipsa postulabat, vt duo hirci, ac duo passeres ad declarandum Christi mysterium inducerentur: vnus tamen in vtrisque Christus erat, cum in passione, tum extra passionem, tam in morte, quàm supra mortem, & in cœlos ascendēs, velut alteræ quædam primitiæ, ad incorruptionem renouatæ humanitatis. Nam ipse nobis viam ad cœlestia renouauit. Vado enim, inquit, vt locum vobis parem, & iterum veniam, & assumam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, ibi & vos mecum sitis. Veras hasce spes habemus. Itaque ego quidem quæ scio scripsi: pietatis verò tuæ fuerit, exactioré scriptis istis adhibere examinationem, vt si quid melius inueniri contigerit, & nobis & qui isthic sunt populis profit. Christus enim est, qui & profunda & abscondita reuelat, & intelligentiam cordi inserit. In ipso nanque & ab ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

Per ipsum & cum ipso sit deo ac patri & sancto spiritui gloria & imperium in secula, Amen.

DIVI CYRILLI EPISCOPI EPISTOLARVM FINIS.

SEQVVN-

SEQVVNTVR HOMILIAE QVAEDAM CYRILLI ALEXANdrini Archiepiscopi.

BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANdrini, Homilia de incarnatione verbi Dei.

RECTVS diuinæ scripturæ sensus sanctorum mentibus illatus animas eorum ornare cōsueuit, quas sanctus spiritus in pelagus illud scientiæ ac sapientiæ Christi inducit: vnde omnium pater glorificatur deus. Thesauros itaque absconditos & inuisibiles ti bi sicut scriptū est, aperiam. Thesauros autem dico, mentis oculos rectam scientiam syncere & inculpate videntes. Non enim imperfecta charismata deus, neque humanæ mentis terminis circunscripta, his largitur, qui se cognouerūt. Cum enim perfectus sit Deus nostri omnium dominus, perfecte quoque charismatum suorum abundantiam iis largitur, qui se digne conuersantur. Amator nanque eorum est, qui corde puro ipsi sine hypocrisi seruiūt. Quisquis itaque rectè sentire cupit, ad Christum fontem perennem veniat, audiēs illum per euangelium proclamantem: Si quis sitit veniat ad me & bibat. Est enim inconueniens nondum cognito pietatis mysterio temerè de Christo Deo scrutari & cognoscere velle. Putant itaque nonnulli auditorum animos esse fallendos, hominem à deo verbo susceptū esse dicentes, & ob eam causam progressum esse per sanctam virginem factum, eumque admirandum hominem à deo verbo in diuinitatem esse assumptum, nō intelligentes pietatis mysterium, & gratiam dispensationis vnigeniti in carne paruifacientes. Nos verò non ita edocti sumus: vnum & eundem scimus fratres ex Maria virgine Deipara natum deum verum, & hominem rationaliter animatum. Et ob eam etiam causam sanctam virginem deiparam, & verbum essentialiter in ea habitasse, nō opinione, sed operatione, eūdémque dicimus bimestrem ac trimestrem filium Dei simul & filium hominis. Quin & voces illas quas diuinæ nobis scripturæ, cum de humanitate ipsius, tum de diuina potestate prædicant, in vnam contractas esse personam dicimus. Scimus nanque eundem esse, qui super ceruicali dormiuit: & eundem qui mare ac ventos cum potestate increpauit: & eundem qui in itinere ambulando fessus est factus: eundémque qui supra mare propria cum potestate, non secus quàm supra solidam tellurem ambulauit. In confesso itaque est, eundem ipsum esse deum & hominem. Quid enim miraculi fuerit, si homo quispiam nobis similis in potestate ac virtute Dei operari quicquam dicatur? Verum vt ipsum deum verbum exinanitum esse, diuinæ nobis scripturæ ostendant, non opinione. sed operatione vnū & eundem cum propheticis, tum apostolicis prędicationibus & deum & hominem pronunciantes, dixerunt. Dei itaque virginalis erat conceptio, dei erat illa natiuitatis, dei est similitudo illa, qua nobis & propter nos dispensatorie per omnia factus est conformis: Dei erat passio, dei erat in carcere (post mortem) ac tenebris prædicatio, dei erat resurrectio, Dei assumptio. Qui incomprehensibilis est ad hoc seipsum propter nos tradidit, vt in vtero virginis cum carne sua quam ex illa sumpsit comprehenderetur. Qui in comprehensibilis est, in carne comprehensus est. Qui inalterabilis est, formam hominis induit. Qui impassibilis est, in carne sua voluntate propter nos & pro nobis passus est. Qui à deo & patre separari non potest, in terra, sicut scriptum est, visus & inter homines conuersatus est. Qui palpari nequit, lancea ab iniquis cōfossus est. Qui impassibilis est, voluntariam propter nos crucem sustinuit. Lumen illud immortale morti seipsum tradidit, morti verò crucis. Qui in sinu patris est, assumptionem in propria carne sustinuit. Eos verò qui deum verbum hominem quendam nobis similem assumpsisse dicunt, & non magis ipsum filium subsistentem, potentem ac viuētem hominem factum, & humana perinde atque nos dispensatorie nostri gratia factum, sancta synodus Ephesi collecta exterminat. Dicet quisquam: Quomodo qui comprehendi nequit in vtero virginis comprehensus est? Respondeo, Quoniam redimere ac liberare genus humanum placuit. Rursus: Quomodo qui principio caret, per mulierem nasci sustinuit? Respondeo, Quoniam omnis homo sub maledictione erat (peccati nāque regno subiecti eramus) ob eam causam principium cœpisse, nostro visus est iudicio, vt congenitorum natiuitatem & vterum sanctificaret. Quomodo immutabile & inalterabile dei verbum, homo factum, & inter homines reputatum est? Respōdeo: Quoniam genus humanum seruare volebat placuit illi, vt dispensatorie in rebus humanis esset nostri gratia, nobísque per omnia, dempto peccato, similis fieret. Quomodo impassibili somnū, laborem, esuriem, crucem, & omnia quæ corruptioni seruiunt, attribuere audetis? Respondeō: Bona verba, quæso ô homo. Iam antea dixi verbum dei carne passiuè, sicuti diuinæ nobis scripturæ tradiderunt, indutum illíque vnitum esse, & per ipsam & cum ipsa filium dei, deum verbum laborem, somnum, & omnia humana secluso peccato, sustinuisse manifestum est. Corruptioni subiectus non est (est enim incorruptibile ac viuificum Dei verbum supra corruptionem ac mortem) sed corruptionem à genere humano repulit. Non arbitror culpam adhæsisse Regi, quod formam serui, cum nos seruare vellet, induit. Et quomodo audet quisquam culpam ei, qui natura liber est, tribuere, quod homo propter nos factus est, & humana dispensatoriè assumpsit? Complectere potius patris benignitatem, quod proprium filium propter nos dedit. Causam hanc, obsecro, nolis curiose inuestigare. Non enim è gentili sapiētia, aut mundano intellectu cognitio ista acquiritur. Est enim ab vtrisq; aliena. Beatus es, inquit Dominus Petro, Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Cœleste donum est, & diuini afflatus cognitio ista filij Dei. Rursus dicis: Quomodo Deus verbum omnium conditor, impalpabilis, inuisibilis inalterabilisque & circūscriptionem nō sustinens in vili ligno crucem passus est & mortem? Respondeo. Verbum Dei mortem & crucē in propria carne passum esse dicimus, vt nos à morte & corruptione liberaret. Animam enim suam pro nobis posuit, non alienam aut peregrinam à verbo existentem, est quippe inenarrabilis facta vnio. Nam ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo resumendi eam. Huius proprium est angustiari, mœrorem sustinere, è corpore migrare, quemadmodum & carnis proprium est, laborare, crucifigi, resurgere, ac cœlestem sustinere locationem. Ve-

runtamen omnia hæc Dei dicuntur & sunt. Nam & anima Dei est & corpus. Adhuc dicis: Quomodo verbum illud omnipotens resurrexit, & corruptione ac morte occupari potuit? Respondeo. Corruptionem caro verbi Dei nullo modo sustinuit: illegitime nanque colligitis, & illegitime interrogatis. Iam enim antea vociferatus est de eo propheta dicens: Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Voluntariam quidem passionem sustinuit filius dei incomprehensibilem in se continẽs patrem, comprehensus, & in sinu patris constitutus, indicendo modo & in carne sua continetur. Resurrexit verò triduanus spoliatis inferis, & apparuit nobis in carne sua Dei filius, vt nos & à morte, & à corruptione liberaret. Dei itaque passio fuit, Dei & resurrectio, Dei assumptio, Dei etiã omnimoda illa nostrę naturę dempto peccato conformitas. Sunt autem omnia hæc in illo non opinione, sed in veritate facta. Ipsi sit gloria cum patre & sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Exegesis beati Cyrilli Ephesi, in die sancti Ioannis Euangelistæ dicta.

Homilia 2. CElebritatem & gloriam sanctorum nullus sermo assequitur. Fuerunt enim luminaria in mundo verbum vitæ, sicut scriptũ est, continentes. Quãdo diuina loquuntur mysteria, conuenit vt ad eos dicatur ab omnib. Vos non estis loquentes. sed spiritus patris loquitur in vobis. prædicarũt enim inter nos Iesum, lucem veram, & vitam æternam, cui & nos iuxta beati Dauidis vocem dicimus: Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psallant nomini tuo altissime. Dum enim lex per Mosen euangelicis prædicationibus nondum illatis obtineret, notus erat in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Erat enim Moses voce hæsitantiore ac lingua tardiore, quapropter & per solam auditus est Iudęam Deus. Postquam autem lux vera nobis illuxit, & verbum cum Deus esset nobis cõformiter carnis ac sanguinis factum est particeps, sunt illius omnia plena facta. Vbique templa & altaria, vbique tripudiantes & adoratores, & boni pastores rationaliũmq; pecudum greges, augusta reddunt sacra stabula. Priusquam enim Seruator noster aduenire tur super terram errabat genus humanum. Colebant creaturam præ creatore, adorabãt opera manuum suarum, & cuique errãtium quod videbatur Deus erat. Sed apparuit nobis, sicut dixi, vnigenitus Dei sermo, pastor ille bonus & agnus verus, quem sancta Deipara nuptiarum expers ex virginalibus lumbis viuificum nobis germẽ peperit, inhumanatum videlicet Deum: eũ qui liber est, in forma serui: eum qui super vniuersam est creaturã, nobis propter nos similem: eũ qui in nostra est natura & simul in gloria Deo cõpetenti: eũ qui seipsum humiliauit, cũ coeternus sit patri: eum qui cum seipsum exinaniuerit, de sua plenitudine bona iis qui digni sunt communicat: & eum qui vt Deus non in terra solum, sed & in cœlis adoratur. Cum enim, inquit, induceret primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Quis igitur est, qui orbem terrarum ingressus? Quomodo autem omnino inductus est? Mysterium hoc doce nos ô Euangelista. Loquere etiamnũ ô beate Ioannes. Vocatus es filius tonitrui, totum orbem qui sub cœlo est, magna quadam & singulari doctrina perfonuisti, voces habes immortales, verbis tuis cedunt & obliuio & tempus.
Ecce tanta pastorum congregatio ad te venit, remoue nobis lapidẽ, sicut beatus Iacob pastorib. olim adiumento fuit, refera nobis puteum vitę, da vt etiamnum hauriamus è fontibus Seruatoris. Imò adhibe nobis fontem tuum. Audiamus itaque dicentem: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum patrẽ. Verum quod vnigenitum Dei Verbum inenarrabilem habeat ex patre essentiam, iam credidimus, adde nobis quod reliquum est, ô Euangelista. Audi rursus dicentem: Et Verbum caro, id est homo, factum est. Est autem vnigenitum Dei Verbum homo factum, non abiecto quod Deus erat, sed assumpta carne manens quod erat. Est enim immutabilis & inalterabilis Verbi natura, nec nouit mutationis pati adumbrationem. Hęc nos sentire docuit beatus Euangelista, astrum reuera magnum & illustrissimum astrum vtilissimum non iis qui sensibile illud mare transeunt, sed iis qui in pietate acquirenda negociantur, qui veritatis sunt amantes, qui rectam & erroris expertem cupiunt habere fidem. Si quis itaque ad hunc modum negociari cupit, theologi huius voces velut astrum quoddam mẽti suę adhibeat, atque ita amarulentos hæreticorum fluctus superabit, ita in serenum portũ euadet, venietque ad ipsam veritatem, id est, Christum, cum quo patri sit gloria & imperium cũ sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Homilia Cyrilli contra Ioannem Antiochenum Episcopum Ephesi dicta.

Homilia 3. QVÆ dilectionis in Christum sit virtus per diuinam sumus edocti scripturam. Nihilo tamen secius, & ipse nos Seruator de eadem instruxit, dicens: Qui me diligit, me sequatur, & vbi ego sum, ibi sit & minister meus. Oportet enim nos illi semper adesse, semper diligere ac sequi, omniũ seruatorẽ Christũ, nec vllo modo ab eo secedere. Et hoc seruabimꝰ si quæ illius sunt quæsierimus. Adimpleuit hoc illustris iste & magnus Sacerdotum chorus, de quibus dixerit quisquã, & valde meritò, quod prophetica voce dictum est: Ibi ceruæ conuenerũt, & viri facies earum inter se, recensuique numerum, & vna ex eis non periit, nec altera alteram quæ fuit. Præceperat enim eis Dominus, & spiritus eius congregauit eas. Non enim ob vulgarem aliquam causam spiritualium factus est hic ceruarũ concursus. Quoniam nanque veluti in speciosо & viridi horto (de Seruatoris nostri loquor Ecclesia) terribilis quidam ac seuissimus Draco, non vnum, sed multa habens capita visus est, vtilissima ista & necessaria facta est spiritaliũ ceruarum cõgregatio & præsentia, vt à virulentarum bestiarum malicia Dominicus liberetur hortus. Spiritus itaque Dei congregauit eas, & Dominus præcepit eis. Quid autem præcepit? Vbi ego sum, inquit, ibi sit & minister meus. Itaque (ad te nanque mihi sermo nunc est, qui elatum aduersus omnes supercilium erigis, & ex Orientalibus regionibus huc venisti) si vniuersi Seruatoris nostri omnium ministri sumus, & concreditum nobis est prædicationum ipsius ministerium, ob quam causam non omnes cum illo sumus, vt quæ illius sunt velimus? Erexit, vt vides Draco ille multorum capitum, caput prophanum ac sceleſtum, vt in Ecclesiæ filios impietatis suæ venenum expuat. Occurro illi, nudatam habens sancti spiritus machæram, pugnóque aduersus hanc bestiam propter Christum. Quamobrem non collaboras cum eo, qui quod bonum est facere conatur? Quare nõ simul & ipse consistis in acie? Sternatur omnium manu. Commune reputemus hoc certamen, vt & simul vincentes, gratias referamus Seruatori, dicentes: Contriuisti capita Draconis.
Sed nos quidem, germani Seruatoris sacerdotes bellicosissimi mysteriorum eius dispensatores, superamus eos qui cõtra gloriam eius nugantur, tu verò non ita. Quod enim non syncere accedas, res ipsa conuincit. Vides nos veluti in bello certasse & adhuc pugnæ stillare sudorem, adeóque refocillatione spiritali & consolatione opus habere, ac iam vicisse: tu verò cùm sis ordinatus inter fratres, & Christo Domino nomen dederis, debeásque nobiscum armari ad pugnam, aduersus veritatis dogmata arma moues, ô rem inauditam manum cum hoste non conseruisti, cum his qui certarunt, non concertasti, tempus belli tarditate aduentus tui declinasti, à longe steristi spectator eorum qui viriliter certarunt, hostem prostratum, linguámque blasphemam repressam & punitam vidisti, ac doluisti. Dic quę so quam ob causam? Quod Christus vicit? Quod contra aduersarios inualuit? Quod obmutuit os magniloquum? Quod sedatus est morbus, qui inter filios Ecclesiæ grassabatur? Verum satius fuerat viriliter nobiscum agere, & illud cum Dauide dicere: Nónne qui oderunt te Domine oderam, & contra inimicos tuos tabescebam, & inimici facti sunt mihi? Verum horũ tibi nulla prorsus est ratio, sed è cõtrario eos qui vicerũt iaculo petis, & inuidentiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debebas. At etiamsi ipse nos acerbe petas, nihil tamen veriti dicemus: sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Et tametsi externis armis teipsum circundans bellum aduersus Synagogam Domini moliris: arma tamen nostra sicut scriptũ est, non sunt carnalia, sed potentia Deo, potentia inquam ad destructionem munitionum. Inuenies autem Christi milites,

iis qui tecum sunt fortiores. Scutum fidei & † animi spontanei arma, id est Christum habent, habent thoracem iusticiam, galeam salutis & gladium spiritus. Itaque etiam audax ac vehemens, multóque cum fastu incedas, & ad morem iactabũdi Goliath barbarica contra nos arrogantia & insolentia intumescas, vincet tamen Christus. Vincet autem per satellites suos, sicut Dauid quinque lapides in pera habens vicit. Erant autẽ leues illius lapides, id quod ad typum Christi faciebat. Quę est autem Christi pera? Ecclesia illius quæ in terra est, multos habens preciosos & selectos lapides, de quibus & propheta dicit quod lapides sancti voluantur super terram. Per hos sanctos lapides vincet Christus. Etant autem lapides isti, sicut dixi, leues. Leuitas verò ista lapidum, significat, quod sancti Christi lapides comprehendi nequeãt. Est enim leuitas lapidum admodũ incomprehensibilis. Et sanctorum conuersatio incomprehensibilis est. Vincet igitur Christus, etiamsi vulnerare queas, atque ita ego vici, etsi malicioſe lædis, nos coronasti non volens. Datum enim nobis est à Christo, vt non solum in ipsum credamus, sed & pro ipso patiamur. Qui nanque in ipsum credit, non iudicatur: qui verò non credit, iam iudicatus est. Ipsi nanque competit gloria, imperium, honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Alia Cyrilli homilia Ephesi contra Nestorium dicta.

Homilia 4. OPortebat quidem contentos esse eorum qui iam docuerunt instructionibus, & sacris fluentis saturatos satietatẽ istam honore prosequi: quoniam verò audiendi vos studio absque vlla satietate affectos video, age & nos pauca quædam, iis quæ dicta iam sunt consentanea loquamur. Est itaque nullatenus dubium, quod illustris iste sanctorum chorus in eo glorietur, quod Christum celebret, deque eo sese iactet quod illum syncere diligat. Et beatus quoque Esaias propheta alicubi dicit Domine Deus meus glorificabo te, laudabo nomẽ tuũ, quoniam fecisti res admirandas. Et beatus propheta Dauid: Lingua mea, inquit, meditabitur iusticiam tuam, tota die laudem tuam. Et hic quidem sanctorum scopus est. Mali verò ac sceleſti, magnum illud, venerandum ac profundum inhumanationis vnigeniti Dei ignorantes mysterium temerè blasphemant, os aperientes incontinens ac futile. Audiant igitur prophetam Esaiam, ad ipsos dicentem: Vos verò accedite huc filij iniqui, semen adulterorum ac scorti. Cui illusistis? & contra quem aperuistis os vestrum? An non estis filij perditionis, semen iniquum? Reuera nanque filij perditionis sunt & semen iniquum, qui Dominum à quo sunt empti negant. Empti nanque sumus precio, & non corruptibilibus argento aut auro, sed precioso sanguine tãquam agni immaculati & incõtaminati Christi. Quomodo fuisset autem sanguis vulgaris hominis, nobis similis, orbis redemptio? Quomodo pro omnibus mortuus esset Dominus, vt quosuis locupletaret? Quomodo ipsius facti essemus, qui vero & è natura Deo nomina dedimus? Quomodo ipsum adoraremus qui creaturã pro creatore adorare detractamus? verũ, vt iam dixi, sunt quidam ingrati mansuetudini Seruatoris nostri, negantq; dominũ, ac iugum seruitutis excutiũt, vt & de ipsis dicat Christus, quod per Oseã est dictum: Væ ipsis, quoniã resilierunt à me. Miseri sunt, quoniam impiè contra me egerunt. Ego verò redemi eos, ipsi verò loquuti sunt contra me mendacia. Mentiuntur enim contra celebritatem & excellentiam Seruatoris nostri, qui Phariſæorum maliciam & impietatem imitantur, & Christianã quidem personam prætexunt, mentem verò habent Iudaicã, linguamq; amaram & virulentam exercuerunt, & vt ad hanc dominus per vocem Hieremiæ prophetæ dicat: Ecce ego contra te calumniatrix. Iudæi quidem prisci illi, omnium nostri seruatorem Christum adoriebantur irruentes in illum tanquam feræ, ac lapidibus petebant benefactorẽ ac Seruatorem, ad quos ita loquutus est Seruator: Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, propter quod illorũ me lapidatis? Qui responderũt dicentes: Lapidamus te, nõ propter bonũ opus, sed propter blasphemiã, quod teipse cũ homo sis, Deũ facis. O insensate ac detestande, nõ intelligis mysterium? An non cũ homo sit, immutabiliter & inconfuse inenarrabilẽ habẽs ex Deo patre generationẽ, è muliere secundũ carnẽ nasci sustinuit, ac filius hominis appellatus est, vt nos seruaret? Factus est tibi similis propter te, & mansit propter seipsum quod erat. Agnosce itaque vnigenitum factum in carne, confitere Deum esse eum qui propter nos inhumanatus seipsum tibi exhibet, dicens: Ego ipse qui loquor adsum. Priori quidem seculo legem loquutus sum per Mosen, iam verò adsum in carne. Testes accipe sanctos prophetas. Quid Baruch dicit, Emmanuelem tantum non digito demonstrans? Hic est Deus noster, inquit, & non reputabitur alius ad ipsum. Adinuenit omnem scientiæ viam, & dedit eam Iacob seruo suo, & Israel dilecto suo. Et post hæc super terram visus est, & cum hominibus conuersatus est. Canit de eo & beatus Dauid, dicens: Deus manifeste venit. Vis vt & noui Testamenti præcones tibi testificentur? Audi Ioannem præconem, ac baptistam dicentem: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei. Vis præterea vt & aliunde tibi satisfiat? Pollicitus est Deus beato Dauidi, quod de fructu lumborum eius sessurus esset rex super thronum eius. Ipse verò quanquam admodum hoc nomine gauderet, modum tamen generationis huius sedulo inquirebat. Audiatur itaque, dicens: Si ascendero super lectum strati mei, si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob. Sollicite modum huius inquiris beate Dauid? Laudo animi propositum, Probo patientiam. Verum si quid huius nosti annuncia & nobis. Vbi erit huius generatio? Et in quo loco nascetur? Audi manifeste dicentem: Ecce, audiuimus eam in Euphrata, inuenimus eam in campis syluę: Euphrata verò dicens, Bethleẽ significat. Et hoc testatur Deus per vnum ex sanctis prophetis, dicens: Et tu Bethleem, domus Euphrata, parum abes ab eo vt sis in millibus Iudah. Ex te nanq; egredietur, qui futurus est princeps in Israel. Et egressus eius à principio, à diebus seculi. Audis quomodo Bethleemitam hunc, quatenus homo factus est, egressus à principio, à diebus seculi habere affirmat? Erat enim verbum in principio. Sed pudet, inquis, Deum cõfiteri eum qui è muliere est natus. Reprehendis itaq; dic quæso, diuina consilia? Reprobas dispensationem? Consilia Domini castigas? Ad hunc modum orbem seruare voluit. Es ne sapientia ipsa sapientior? O rem inauditam. Lychnus cum sole contendit. Nouit omnium Dominus operum suorum rationem. Amplectere itaque dispensationem illius. Honora mysterium in fide. Ne frustra labores in iis quæ mentem nostram excedunt. Ne curiosè scrutẽris, quæ ratione comprehendi nequeunt. Crede nobiscum. Si uerò incredulus permanes, ille fidelis manet, & seipsum abnegare non potest. Ipsi sit gloria & imperium nunc & semper, & cætera.

Alij Cyrilli homilia Ephesi dicta.

Homilia 5. QVi sacris literis attendunt cor habent sapienter institutum bonorum operum gnarum, ac recta fide illustratũ. Amor autem veræ cognitionis finem habet ipsam vitam. Et huius nos certos reddit ipse Seruator ad patrem cœlestem ac Deum ad hunc modum dicens: Hæc est autem vita æterna vt te cognoscant solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Connexa itaque est cognitioni patris cognitio filij, atque eo pacto cognitio Dei viuifica est. Si verò altera separatur ab altera, claudicabit scientia Dei. Ita & Dominus noster Iesus Christus Iudæorum populis acclamauit, dicens: Neque me scitis, neque patrem meum: si me cognouisseris, cognouisseris & patrem meum. Iudæi verò contra, patres suos in monte Deum natura & veritate, cum supra montem Sina in specie ignis descendisset, vidisse putabant, arbitrabantúrque quod vocem eius verè audissent: & ob eam causam sacrorum monstratorem Mosen admirabantur. Dominum verò nostrum Iesum Christum propter humanam naturam paruifacientes, impiè dicebant: Nos scimus Deum loquutum esse Mosi, hunc verò nescimus, vnde sit. Quid ad hæc Christus? Amen amen, inquit, dico vobis: Neque speciem eius vidistis vn-

quam, neque vocem eius audiuistis, & sermonem eius non habetis manentem in vobis. Quem enim ille misit, huic vos non creditis. Veritas autem omnino vera dicit. Non enim erat natura Dei quod in monte Sina videbatur, sed magis ignis. Factæ sunt autem & voces tubarum, & fumi circa montem succensi. Hi typi erant veritatis, quam & prænunciabant. Descenderat enim omnium Deus supra mõtem Sina in specie ignis. Et quam ob causam in specie ignis? Quoniam determinaturus illis legem erat, tum sane potissimum conuenienter in specie ignis descendisse visus est, vt scirent illius transgressores negocium esse sibi cum igne. Ita & beatus Moses, vt peccantes ad resipiscentiam metu impelleret, sæpenumero clamauit, dicens: Deus noster ignis consumens est. Fiebant autem & fumi & tenebræ. Per tenebras eleganter significabatur, cognitionem Dei comprehendi non posse: per fumum verò ænigmatice docebatur, quod omnino legem Dei contemnere volentes lachrymæ sequuturæ essent. Est enim necesse vt corporis oculus in fumo illachrymetur. Itaque Iudæi speciem patris non spectarunt, nos verò illam spectauimus in Christo. Est enim ipse syncerissima genitoris sui venustas, character ac splendor. Licet enim verbum Dei cum Deus sit carnem assumpserit ac sanguinem, appellatúsque sit filius hominis non inanimi, vel mente destituto accepto corpore, sicuti demens & hæreticus Apollinarius dicit, & sic tamen Deus mansit, & sic olim sanctis patribus mysterium suum reuelauit. Et horum admodum multa est in sanctis prophetis demonstratio. Quia verò in aliud tempus ista reseruare cogor, age ostendamus ex libro Genesis, hominem visibilem & Deum esse vocatum ac filium. Beatus itaque Iacob, in Mesopotamiam missus, cum in reditu ad domum patris properaret, ac duas filias Laban, cum liberis qui ipsi fuerant ex illis nati sustulisset, traduxit eos vltra torrentem. Ipse verò, sicut diuina scriptura memorat, transmissis liberis & vxoribus relictus est solus, & luctatus est cum eo homo vsque mane. Is cum vidisset, quod contra eum nihil posset, tetigit neruum fœmoris eius, & emarcuit neruus fœmoris Iacob, cum luctaretur cum eo. Et dixit homo ille, qui cum Iacob luctatus fuerat: Dimitte me. Ascendit enim aurora. Ille verò dixit: Non dimitram te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Et vocauit Iacob nomen loci illius, visio Dei. Vidi enim Deum, inquit, facie ad faciem, & seruata est anima mea. Mox enim intellexerat inhumanationis mysterium, per reuelationem spiritus sancti. Illud verò obserua. Totam noctem fuerat cum eo luctatus. Vbi verò diluculum factum est, Dimitte me inquit, ascendit enim aurora. Quidnam significet hoc ænigma? Cum his qui in tenebris ac nocte agunt, & ignorantiæ caliginẽ in mente ac corde habent, luctatur ac pugnat Christus. Habet enim eos pro inimicis. Vt verò mentibus ipsorum spiritalis lucifer oritur, & quasi dies quędam veræ cognitionis Dei lux splendet, tum pugnam soluit. Luctatur enim & pugnat quidem cum illis, qui velut in nocte ac tenebris agunt, & caliginoso obscuróque sunt corde: cum illis verò nõ pugnat, qui sunt in luce, qui spiritalem auroram in mente habent. Complectere itaque, ô homo, spiritalem auroram. Splẽdeat tibi lux veritatis, desine pugnare cum Christo. Non potest vinci, vincit autem semper & omnino: licet enim cum vnigenitum verbum Dei sit, factus sit filius hominis, non desiit tamen esse natura Deus, cum sit immutabilis & inalterabilis. Idem itaque est ex patre tanquam verbum, & ex muliere secundum carnem tanquam homo. Est enim vnus Deus pater, ex quo sunt omnia, & vnus Dominus Iesus Christus per quem sunt omnia, & vnus spiritus sanctus in quo sunt omnia. Ipsi sit gloria in secula, Amen.

Apollinari⁹ — *Genes. 32.*

Alia Cyrilli homilia Ephesi contra Nestorium dicta.

Homilia 6. ALacrem video congregationem sanctorum omnium, qui hic prompte à sancta deipara Maria virgine vocati conuenerunt, ideóque licet in multa degam tristicia, in gaudium tamen me ista sanctorum patrum præsentia conuertit. Adimpletum nũc apud nos est dulce illud verbum quod psalmista Dauid dixit: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in idipsum. Salue itaque per nos sancta ac mystica Trias, quæ nos omnes ad ecclesiam sanctæ Mariæ deiparæ conuocasti. Salue per nos sancta deipara preciosus totius orbis thesaurus, lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum insolubile, locus eius qui loco capi nequit, mater & virgo per quam in euangeliis benedictus nominatur, qui venit in nomine Domini. Salue, qui incomprehensibilem in sancta virginali vtero comprehẽdisti: per quam sancta Trias per vniuersum orbem glorificatur & adoratur: per quam cœlum exultat: per quam angeli & archangeli lætantur: per quam dæmones fugantur: per quam Diabolus tentator cœlo decidit: per quam prolapsum plasma in cœlum recipitur: per quam vniuersa creatura idolorum vesania detenta ad cognitionem veritatis venit: per quam sanctum contingit baptisma credentibus: per quam oleum est exultationis: per totum orbem fundatæ sunt Ecclesiæ: per quam gentes ducuntur ad pœnitentiam. Et quid multa connumero? per quam vnigenitus Dei filius iis, qui in tenebris & vmbra mortis sedebant lux resplenduit: per quam prophetæ prænunciarunt: per quam Apostoli salutem gentibus prædicârunt: per quam mortui excitantur: per quam reges regnant, per sanctam videlicet trinitatem. Et quis adeo valet eloquio vt plurimum laudatam Mariam satis celebret? Ipsa & mater est & virgo, ô rem admirandam. Miraculum hoc me stupidum reddit. Quis vnquam de architecto audiuit, qui suum ipsius templum construxerit, & in eo habitare prohibitus sit? Quis nam ob id vituperatur quod propriam famulam in matrem asciuerit? Ecce igitur omnia gaudent, & mare conseruis suis, agnoscẽs eos, subditum fuit: & cum insultarent feroces procellæ, transitu sanctorum in tranquillitatem conuersum est. Meminit enim vocis Seruatoris seruile elementum, cum in sublime esset erectum, qua olim dixit: Tace, obmutesce. Terram etiam in qua latrones quondam grassabantur, ista sanctorum profectio pacificatam reddit. Sunt enim admodum speciosi pedes euangelizantium pacem. Quam pacem? Dominum nostrum Iesum Christum, quem peperit Maria, sicut ipse voluit. Quid enim necesse est scripturam curiose scrutari? At obiicies mihi Iudæorum negationem? Prophetæ illos ab initio prodiderunt ac reprobârunt, quod essent apud se Christo molituri necem, ídque facinus iam antea abnegationem vocarunt. An acerbam illam Arij luem Ambitiosum episcopalis præsidentiæ desiderium erat. An obscurum & impium gentilis obscœnitatis sensum? Studium erat ignorãtiæ. Et quid refert hic ista recensere? Gens vniuersa infandis lasciuiis indulsit, ita videlicet obtinuerat malicia. Gentes enim plerunque, cùm scripturam ignorarent, Deum imprudenter blasphemarunt. Tu verò, qui vniuersam assequutus es scripturam, ausum dicere, fortè & magicæ illusioni operam dedisti, diuinam scripturam non syncere inspexisti, sed inspexisti argentum & aurũ, vesania circa res infames inflatus & elatus, à sede Episcopali teipsum alienare volens, etiam à catalogo te fratrum separasti, non considerata, quæ data tibi fuerat, summi sacerdotij sorte. Credis ne Paulo dicenti: Et si angelus & cœlo euangelizauerit aliud, præterquam quod nos euangelizauimus, anathema sit. Paulus non sedauit istam sententiæ tuæ vanitatem? sedet eam Esaias, dicens: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod sonat, si interpreteris, nobiscum Deus. Quod si nec iste hanc tibi prauæ opinionis mentem resoluerit, audi vel dæmones, dicentes: Quid nobis & tibi filij Dei? Venisti ante tempus, torquere nos. Quis nam hoc tibi consilij dedit, vt inanem hanc cogitationem prædicares? Quis tecum in hoc importuno morbo collaborauit? Non es veritus Deum regno adæquare Persico. Non erubuisti patrum, euangelistarum & prophetarum demoliri traditiones. Putasti te omnibus dominaturum Ecclesiis. Nõ es recordatus eius qui tę è stercore ad cœlestem sublimitatem euexit: & cum attenderes ipsius opera, nõ agnouisti opificem, cum orbem velles fraudulentis sermonibus turbatum reddere, contumeliámque templo Dei inferre, & eum qui ex Maria virgine genitus est diuidere, mundo huic dogma suscitasti prauum & insanum, nec recipiendũ nec manifestandum. Verum nõ quæsitus, ante tempus, Belial imitatus, putasti te iniquarum cogitationum tuarum retinaculis persuasurum Regi rectæ doctrinæ studioso, coessentialísque Triadis adoratori: per quam constanter regnat: per quam gentes hostiles cõtriuit: per quam virginum chorus perpetuò regnat: per quam mundo pacem restituit. Hunc fraudu-

lentis sermonibus tuis putasti te redditurum apostatam, ac populum Deo dilectum, patrumq; multitudinem temeritate tua perditurum, & eos qui in recreatione erãt lacerasti. Non es contentus quod teipsum, Deum blasphemando, perdidisti, sed & blasphemias tuas per vniuersum orbem inuulgasti. Sed ecce, adimpletum illud & in te est: In operibus manuum suarũ comprehensus est peccator, sanctum Presbyterorum ac Diaconorum clerum è communione eiecisti, qui importunam tuam vesaniam arguerunt, ne sentires cum Arrio. Et nunc prolapsum non adobruo, neque fluctuantem demergo, sed inanem vanorum consiliorum sycophantiam frango. Quis nauem in portu sereno & tranquillitate constitutam naufragium perpeti vidit? Quis athletam ad caueam certaminis prolapsum non erigi vidit? Sed quæso, manum tibi cum circa fidem caderes, naufragiúmque faceres, non porreximus? Testem accipe honorãdum & sanctum Archiepiscopum magnæ Romæ Celestinum, qui tibi sedulo scripsit, vt ab inani hoc, & inutili sibiq; minime constanti dogmate abstineres. Præterea & nostra tenuitas breuibus literis ad eundẽ modum hortata est, vt nos de deo loquentes audires. Tu verò nullam habuisti nostri rationem, duriciem quandam & arrogantiam indutus, & in malicia gloriatus, vt qui quod impossibile est animo versabas. Et factus es nouacula contra teipsum exacuata, dolumq; factura. Propterea & deus, cui imponere volebas, deiecit te, & euulsit radicẽ tuam à terra viuentium, propterea quod rationem Dei non habuisti. Et hæc quidem à nobis sint dicta. Quæ illum concernunt: Deus iudicabit qui vnicuique reddet secundum facta sua. Detur autem nobis, vt vnitatem reuereamur & adoremus, & pientissimo Regi obediamus principibúsque ac potestatibus subiiciamur, inseparabilem verò Trinitatem veneremur & colamus, semper virginem Mariam, & sanctam Ecclesiam, & illius filium huius sponsum immaculatum laudibus celebrantes. Ipsi sit gloria in secula, Amen.

Homelia Pauli episcopi Emeseni de incarnatione Christi Alexandriæ, præsente Cyrillo, ad illius quoque laudem dicta.

Home. 7. OPportune nobis hodie religionem vestram adhortari datum est, vt sacrum quendam chorum cõstituamus, & cum sanctis angelis exclamemus: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax, inter homines bona voluntas. Nam hodie nobis puerulus natus est, in quo vniuersa cum visibilis tum inuisibilis creatura firmas salutis spes acquisiuit. Hodie supernaturalis solutus est partus, & virginis, nuptiarum expertis, soluti sunt parturiendi dolores. O rem admirandam! Parit virgo, & manet virgo. Fit mater, & tamen non omnia patitur exacte, quæ matribus competunt. Peperit enim secundum morem mulierum. Miraculum hoc Esaias propheta quondam præuidens exclamauit, dicens: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuël: quod declarãs Euangelista idem esse dixit, si interpreteris atque nobiscum Deus. Peperit itaque deipara Maria Emmanuëlem. Populus acclamauit: Ecce fides eadem est. Donum Dei Cyrille orthodoxe. Hoc audire cupiebamus. Qui non ita loquitur, anathema sit. Prosequutus episcopus Paulus: Qui non, inquit, ita loquitur, intelligit ac sentit, anathema sit ab Ecclesia. Peperit itaq; nobis deipara Maria Emmanuëlem: Emmanuëlem verò, Deum inhumanatum. Deus nanque verbum, ante secula ex patre arcano & indicẽdo modo genitus, nouissimis diebus natus est ex muliere. Natura nanque nostra perfecte assumpta & humanitate ex prima conceptione sibi appropriata, & corpore nostro in templum sibi constructo, ex Deipara progressus est, perfectus Deus & idem perfectus homo. Coitio nanque duarum perfectarum naturarum diuinitatis videlicet & humanitatis, vnum nobis filium, vnum Dominum, & vnum Christum perfecit. Populus acclamauit: Recte venisti orthodoxe Episcope, dignus ad dignum. Christiani dicunt: Dei donum Cyrille orthodoxe. Paulus episcopus dixit: Sciebam & ego dilecti, venire me ad orthodoxum patrem. Quapropter Trinitatem, non quaternitatem adoramus, patrem & filium & sanctum spiritum. Anathematizamus verò eos qui duos esse filios dicunt, éque Ecclesiæ septis eiicimus. Neque igitur duos filios dicimus, neque nudum hominem Emmanuëlem ex Deipara natum: neque gratia tanquam prophetam aut iustum aliquem, plus aliis donatum. Placuit enim in illo habitare omnẽ diuinitatis plenitudinem corporaliter, hoc est, tanquam in proprio corpore. Nostrum enim corpus proprium sibi fecit. In hac fide fundata est Ecclesia Dei. Hac spe supra petram fundamẽta illius Dominus Deus posuit. Cum proficisceretur Dominus Hierosolyma, interrogabat discipulos, dicens: Quem filij hominum me filium hominis esse dicunt? Dicebant Apostoli: Alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnũ ex prophetis. Dicit eis: Vos verò, hoc est, mea electio, quid? Illi falsas dicunt opiniones, alij me Eliam, alij Hieremiam, alij vnum ex prophetis dicentes. At vos, qui me iam tres annos assectati estis, ac virtutem meam & portẽta vidistis. Vidistis etiam me supra mare ambulantem, & commensales mei estis, quem me esse dicitis? Confestim Petrus, coryphæus & os Apostolorũ: Tu es, inquit, filius Dei viuentis. Tu es Christus, natura duplex, homo factus. Tu es Christus. Non dixit, filius, sed filius Dei viuentis. Agnouit vnicam personam. Orabimus iam patrem, vt consuetam nobis mensam preciosaque & varia spiritus sancti esculenta paret, doctrinæque cratera coronet, & nos ebrietate sobrietatis matre inebriet. Dicamus, Exurge pater, exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara sancti spiritus, cui sit gloria & imperium per secula, Amen.

Homelia eiusdem, Alexandriæ in magna Ecclesia de incarnatione Seruatoris nostri, déque encomiis Cyrilli dicta.

Homel. 8. CVm hodie ad solicitissimam vestram dilectionem manè dissereremus, sermoni finem imponere nõ valebamus, sed fratrum nostrorum frequentia è suggesto nos pellebat. Age igitur, licet hodie repulsi, rursus tamen eadem certamina aggrediamur. Strenuus autem ille vir & pædotriba, quod tum fecit, denuo faciat. Iudicet de certamine. Nam tunc læta facie, alacriter arridendo, gratulari se pueri certamini declarabat, ac oliuæ germine beneuolum nobis iudicium ostendens, conspicue significabat assentiri se nobis, cupereque puerum suo præconio coronatum ac victorem pronunciare. Populus acclamauit:

Donum Dei Cyrille. Omnes reddidisti tibi similes. Dignus venit ad dignum. Populus tuus dixit: Patrem episcoporum, serua Domine. Recte venisti Episcope orthodoxe orbis doctor. Qui ad hunc modum credit, diligitur. Magna doctrina. Magnus illius laudator. Paulus episcopus dixit: Redeamus igitur ad deiparam Mariam, & natum ex ea Emmanuëlem, deum hominẽ factum. Emmanuëlem enim nobis virgo peperit secũdum diuinitatem patri coessentialem, secundum humanitatem verò eundem nobis coessentialem. Alioqui quomodo dicetur virga è radice Iesse? Quomodo semẽ Abrahæ? Quomodo filius Dauidis? Quomodo intelligetur illud, ex quib⁹ Christus est secundum carnem, qui est super omnia Deus? Et illud diuini Pauli quomodo intelligemus, cum dicit: De filio suo qui factus est ex semine Dauidis secundum carnem, qui declaratus est filius Dei in virtute, secundum spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi dei nostri. Peperit itaq; sancta Maria Emmanuëlem, sicut iam diximus, secundum diuinitatem patri coëssentialem, secundum humanitatem verò nobis coessentialem: secundum diuinitatem impassibilem, secundum humanitatem passibilem. Nam etiamsi proprij sibi corporis passiones Deus verbũ appropriat, inq; seipsum transfert, ipse tamen idem in terminis impassibilitatis permansit. Et si audias eum dicentẽ: Dorsum meum dedi ad flagellandum, & genas meas ad alapas, faciem meam nõ auerti à fęditate sputorum. Ne suspiceris eum ista in propria passum esse natura, sed magis proprij corporis appropriasse sibi flagella. Mansit enim deus verbũ impassibilis. dicent autẽ nobis, qui diuinis scripturis, ac rectis sententiis aduersantur: Si impassibilis dicitur deus & immutabilis & inalterabilis, quomodo verbum caro factũ est? Audi dilecte: Verbum caro factum est, nõ ita vt mutatum sit in carnem. Deus enim verbum nõ mutatum est in carnem, neque vt caro assumpta cesserit in naturam eius à quo est assumpta. Quid ergo est illud, Verbum caro factum est? Hoc est verbum carnem assumpsit, & carnem non nudam, sed vna cum anima rationali & intellectuali, quæ est perfecta nostra natura. Ita caro factum est verbum.

Volebam autẽ, vt & magniloquentissimi Ioannis sententiam intelligeretis, vt cognosceretis verbi iam dicti virtutem. Ioãnes

Theologus,tonitrui filius, cui diuina dignatione concessum, vt
supra dominicum pectus recubuerit, indeque nobis sublimio-
ra ac diuina hauserit dogmata : cum excellentem erga nos Dei
benignitatem commendare vellet, primúmque quæ diuiniora
sunt dixisset,vt pote ista : In principio erat verbum , & verbum
erat apud Deum,& Deus erat verbum. Hoc erat in principio
apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum
est nihil, quod factum est, ostendissetque illum patri coæter-
num. (Nihil enim antiquius eo quod dicit: In principio reperi-
mus. Nam etiamsi mente ad anteriora recurras, præcurret tibi
illud erat. Huius enim nullus terminus reperitur) cum hæc, in-
quam, dixisset, declarassetque eum, vt dixi, patri coæternum,
& omnium opificem,tum subiúxit:Et verbum caro factum est,
tantum non dicens: Qui patri coæternus,omniumq; dominus
est,& opifex, vsque adeo semetipsum propter nos nostramque
salutem humiliauit, vt caro sit factus,vt à viliore naturæ nostræ
parte excellentes erga nos dei miserationes ostenderet.Verbum
igitur inquit,caro factum est. Nec hic consistit,sed subdit,Et ha
bitauit in nobis.Posterius prioris est interpretatio.Quid est ver-
bum caro factum est? Habitauit in nobis, hoc est,in nostra na-
tura. Vide & Ioannem duas prædicantem naturas,& vnum fi
lium. Aliud est habitaculũ,& aliud quod in illo habitat. Aliud
templum, & aliud habitans in illo Deus. Attende quid dicat.
Non dicit, alius atque alius, tanquam de duabus personis, aut
duobus Christis,vel duobus filiis: sed aliud atque aliud tanquã
de duabus naturis. Postquam itaque dixit, Et habitauit in no
bis,prædicauitque duas naturas,tum subdidit : & vidimus glo-
riam eius,gloriam tanquam vnigeniti.Non dixit,duorum filio-
rum,sed vnigeniti.Esaias igitur prędicat Emmanuëlem,hoc est,
deum hominem factum.Petrus verò dicit:Tu es Christus filius
Dei viuentis, duplicem significans naturam,& vnicam filij per-
sonam.Et Ioannes Theologus,cum dicit:Et habitauit in nobis,
duas naturas,& vnam vnigeniti personam innuit. Mansit au-
tem Deus verbum impassibilis. Ad eam enim particulam reuer
timur. Attende quid dicatur.Diuiniora quidem assumptæ na
turæ dedit, eorum verò quæ humanitatis sunt, nihil assumpsit.
Ambulauit supra mare, sed cũ proprio corpore. Increpauit
ventos ac mare, sed per proprium corpus. Occurrit illi lepro-
sus,dicens: Domine, si vis potes me mundare. Dicit ei: Volo,
mundus esto. Et tetigit eum, corpus videlicet dominicum, &
cessit morbus, ablataque est lepra. Pauit quinque millia ho-
minum quinque panibus, sed per proprium corpus. Acceptis
nanque panibus, gratias egit patri, & fractos dedit discipulis,
discipuli verò multitudini,ac superfuerunt duodecim fragmen
torum cophini. Solius Dei est remittere peccata. Dicit au-
tem,Vt sciatis potestatem habere filium hominis remittẽdi pec-
cata. Iterum dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit
de cœlo filius hominis qui est in cœlo.Vides eum quæ diuinio-
ra sunt humanitati dedisse. Quum autem vides eum esurien-
tem,sitientem,laborantem,sudantem,traditum Pilato, tractum
à lictoribus, circumductum, angustiatum, orantem, Eli Eli la-
masabathani,hoc est: Deus meus Deus meus, quare dereliqui-
sti me. Et iterum: Pater, si fieri potest, transeat à me poculum
istud: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Cum vi-
des eum in cruce suspensum, quum vides clauos in manibus ac
pedibus eius, & latus eius punctum: tum cogita quod Deus
verbum passionis quidem manserit expers, verum hæc omnia
proprio corpori facta sibi appropriârit. Vt autem ostenderet
se ne passionis quidem tempore templo suo deesse, quum Iu-
dæi ista contra dominum molirentur, radios solares, tanquam
Deus extinxit, tenebras mundo infudit, velum templi scidit,
petras rupit, mortuos excitauit. Hæc omnia ob id operatus
est,vt scias eum patiẽti adfuisse, & passiones quidem sibi appro-
priasse,ipsum verò impassibilem omnia operatum esse. Quæ
vestra sunt vobis proposuimus. Est enim patris vestri hæc do-
ctrina. Est vobis hic thesaurus auitus, beati Athanasij dogma-
ta, magni Theophili doctrinæ, columnarum videlicet rectæ
doctrinæ. Verum quoniam patienter nostram tulistis balbu-
tiem, expectate patris vestri sapientiam. Audistis calamum pa-
storalem, audite etiam tubam magniloquentissimam. Popu-
lus acclamauit: Fili Theophili & Athanasij, Cyrilli sapientiam
audiamus.Paulus episcopus dixit:Quæ nostros quidem ortho-
doxorum sensus excitat, aduersariorum verò Ecclesiæ acies di-
siicit.Deo itaque gloriam destinemus nunc & semper,&c.

E

Homelia Cyrilli Alexandrini, de incarnatione Domini, & prædicto Episcopo Paulo Emiseno, dicta.

Esaias propheta,doctorum in Christo prędicans eloquium, *Homel.9.*
dixit:Haurite aquam cum lętitia ex fontibus seruatoris.Ec-
ce igitur aquam vobis ex sacro doctoris huius fonte hausimus,
qui ante nos iam loquutus est, qui & spiritu sancti facibus illu-
stratus, magnum illud ac venerandum seruatoris nostri myste-
rium vobis declarauit, per quem credentes in ipsum seruati,&
à molesto quo grauati eramus,exonerati sumus peccato:& prę-
terea ruptis mortis vinculis propheticum illud dicimus:Vbi est
mors victoria tua? vbi est stimulus tuus inferne? Itaque Deus
verbum, quod in principio in sinu patris erat, per quod & in
quo omnia sponte propter nos exinaniri sustinuit, factúmque
caro, id est homo, seipsum humiliauit propter nos ac filius ho-
minis appellatum est, vt & nos propter ipsum Deum patrem
acquiramus. Ita nanque docti sumus, vt orantes dicamus:Pa-
F ter noster qui es in cœlis. Propter hoc itaque vnigenitus factus
est primogenitus,vt nos,sicut dixi,quæ ipsius sunt acquiramus.
Crucem sustinuit, probro illius contempto, corpúsque suum
sponte in mortem dedit: non vt nobiscum sub mortis potesta-
te mortuus maneret, sed vt nos secum calcato mortis imperio
excitaret. Gratias agamus verbo pro nobis incarnato, nunc &
semper & in secula, &c.

CYRILLI ALEXANDRIÆ ARchiepiscopi, oratio de exitu animi, & de secundo aduentu.

METVO mortem, quoniam acerba mihi
est. Metuo gehennam, quoniam æterna
est.Metuo tartarum,quoniam nihil habet
caloris. Metuo tenebras, quoniam nihil
G habent lucis. Metuo vermem venenife-
rum,quoniam æternus est. Metuo genios
iudicio præficiendos, quoniam sunt im-
misericordes. Metuo cũ cogito illius diei
terribile & muneribus inexpugnabile consilium, tribunal hor-
ribile, iudicem incorruptum. Metuo flumen ignis ante tribu-
nal illud fluens, vehementissimaque flamma torrens, & acutos
enses.Metuo seuerissimas pœnas.Metuo supplicium finem non
habens.Metuo tetram illam caliginem.Metuo profundas tene-
bras.Metuo infracta vincula,stridorem dentium, fletum incon
solabilem. Metuo ineuitabiles probationes. Nihil enim accu-
satoribus eget iudex ille,neque testibus,neque demonstrationi-
bus,neque probationibus. Sed quæcunque fecimus, diximus,
decreuimus, ea in medium adfert ob oculos nocentum. Tum
nullus est qui adsit, & pœnis eripiat: non pater, non mater,
non filius, non filia, non alius quisquam cognatorum, non
vicinus, non amicus, non defensor, non pecuniarum largitio,
non diuitiarum abundantia,non potentiæ fastus:quin hæc om-
nia cineris ritu in puluerem abeunt, solúsque reus ex suis fa-
H ctis absoluentem, aut condemnantem sustinet sententiam.
Heu mihi, heu mihi, quem conscientia redarguit, & scripta
clamantia docent, ô anime cui tot nefaria fœdaque patrata
sunt facinora. Heu mihi qui corporis templum corrupi,& san-
cto tuo spiritui dolorem feci. O deus, æqua sunt opera tua, &
iustum iudicium, & rectæ viæ & obscurissima consilia pro-
pter breuem peccati fruitionem in æternum torqueor. Pro-
pter corporis voluptatem igni trador. Iustum est dei iudicium:
vocabar,& non obtemperabam: docebar,& non attendebam:
admonebar, & deridebam: legens & agnoscens, neque non
credens, sed in negligentia, ignauia, socordia, variis occupa-
tionibus, turbis & procellis petulanter, & lasciuia exultans, &
voluptatibus atque lætitiæ indulgens: consumpsi meos annos,
menses & dies in res breues, caducas,& terrenas, laborem, stu-
dium atque operam impendens:neq; in animum reuocans,aut
considerans,quantus animorum metus,terror,certamen, æstus
sit susti-

sit sustinendus,cum à corpore separatur. Præsto sunt enim no- A
bis exercitus & potestates cœlestes, & cõtrariarum potestatum
tenebrarum principes,improbitatis præpotentes,mancipes pu-
blicani,rationum exactores,& actionum cẽsores aerei, & cum
eis ille homicida diabolus, in malitia potens, cuius lingua acu-
tior est nouacula,de quo sic ait vates: Tela potentis acuta,cum
carbonibus perniciosis,qui insideatur vt leo in antro suo, dra-
co magnus, defector, orcus, qui fauces aperit, qui tenebrarum
potestati præsidet,qui mortis habet imperium,& quodammo-
do iudicium,retinens animum, obiiciens, & sententia sua con-
demnans omnia quæ re,quæ verbis, quæ scienter, quæ inpru-
denter commisi,deliqui,peccaui:quæque deinceps à pueris vs-
que ad diem exitus feci,ea omnia perscrutans.
Quanto metu & terrore putas animum conflictari in illa die,
cum videt terribiles illos,truces,immites,immisericordes & sæ-
uos dæmones, tanquam atros quosdam Æthiopas, præsentes
adesse,quorũ vel sola facies quouis cruciatu molestior est?quos
aspiciens animus tumultuatur,pauet,dolet,turbatur & contra-
hitur,ad Dei genios confugiens? Tenetur igitur animus à san-
ctis geniis, per aerem sublimis præteriẽs, inuenítque quosdam B
quasi publicanos ascensum custodientes, & ascendentes ani-
mos prehendentes, prohibentésque. nam quisque publicano-
rum propria habet peccata, quæ illis obiiciat. alius peperã di-
cta,quæcunque ore & lingua commissa sunt mentiendo, iurã-
do,& periurando:quũ superflua,nugatoria,& vana verba,tum
helluationes,viníque abusum,& luxum, & immodicos inde-
corósque risus,leuia & inhonesta oscula, & impudica cantica.
At sancti genij animũ ducentes proferunt, & ipsi quæcunque
ore linguáque locuti sumus bona, supplicationes,gratiarum a-
ctiones,psalmos,carmina,laudes, diuinos cantus, scriptorúmq;
lectiones, & quæcunq; per os & linguam bona Deo præmisi-
mus. Secundum telonium est oculorum visus, quæcunque in
decoro aspectu,curiosóque, & effrenato intuitu & fallaci nutu
committuntur.Tertium telonium est auditionis, & quæcunq;
per hunc sensum impuros spiritus accipiunt.Quartum est olfa-
ctus odoriferorum vnguentorũ,& suauium odorum,quæ mi-
mas & impudicas decent mulieres.Quintum est eorũ quę ma-
nuũ tactu peruerse & improbè facta sunt, & cæteræ vitiorum
tabernæ,inuidiæ,& æmulationis,inanis gloriæ,& superbiæ: a- C
cerbitatis & iræ:iracundiæ & furoris:scortationis & adulterij &
mollitiæ: homicidij, & veneficij, cæterorúmque impiorum,&
peruersorũ factorũ,quæ in præsentia minutatim persequi non
licet,& in aliud tempus differantur. Breuiter eodem modo de-
inceps suos quisquis animi morbus & peccatũ publicanos ha-
ber,& tributi quæstores. Animus igitur qui hæc,& his maiora,
pluráque cernit,quanto putas in metu & terrore ac trepidatio-
ne est,donec sententia feratur,& eius libertas veniat?Illa est ho-
ra doloris,periculi,gemitúsque plena,atq; incõsolabilis, donec
videat quid futurum sit.Nam & diuinæ potestates & impuro-
rum facies spirituum astat:quorum hi prauè,illi rectè facta,pro-
ferunt,siue quid verbis,siue opere,aut cogitatione,atque men-
te factum est: cum interim medius astans animus, hæc trepide
& pauide considerat, donec ex suis actionibus, factísque & di-
ctis aut condemnatus vinciatur, aut absolutus liberetur. Nam
suorum quisq; peccatorũ catenis cõstringitur. Quod si dignus
fuerit,pie & ad Dei voluntaté traducta vita,assumunt eum ge-
nij,& deinceps securus pergit,comites habens sanctas potesta-
tes,vt habet scriptum illud: Lætorum omnium habitatio apud D
te est. Tunc comprobatur dictum illud:Aufugit dolor,mœror,
& gemitus.Tunc à prauis,improbis & horrendis illis spiritibus
liberatus,vadit in illud ineffabile gaudium. Sin autem inuen-
tus fuerit dissolute & luxuriose vixisse, audit grauissimã illam
vocem:Tollatur impius,ne domini gloriam videat.Tunc eum
inuadunt dies iræ,afflictionis,angoris,& angustiæ:dies tenebra-
rum,& caliginis. Tunc à sanctis Dei geniis derelictum prehen-
dunt Æthiopes illi dæmones, & eum crudeliter verberantes
deferunt ad terram, eáque diffisa infractis colligatum vinculis
præcipitãt in tenebricosam,& terrã terrã,ad infima loca in sub-
terraneos orci carceres, atque custodias, vbi conclusi sunt no-
centum animi, qui iam diu obdormiuerunt, vt ait Iacobus: in
terram tenebricosam, atque terram: in terram caliginis æter-
næ, vbi lux nulla, neque mortalium vita est, sed dolor sempi-
ternus, mœror infinitus, fletus perennis, dentium stridor, per-
petuus & nunquam sopiendi gemitus. Illic væ væ perpetuo, il-
lic eheu, illic vociferantur, nec est qui succurrat: clamant, nec
vllus est qui liberet, non potest illa rerum angustia explicari:
non possunt lingua dici dolores illic iacentium & cõclusorum
animorum. Non posset vllum hominis os metum illum terro-
rémque declarare: nulla hominis labia satis magnam vim ha-
bent ad dicendum illorũ statum,atque ploratum.Gemunt con-
tinenter,& sine intermissione,sed nullus est qui misereatur.Vo-
ciferantur ex profundo,sed nullus est qui exaudiat: lamentan-
tur,sed nullus est qui liberet. Exclamãt, & plangunt,sed nullus
est qui cõmoueatur.Tunc vbi huius mundi iactãtia? vbi inanis
gloria?vbi delitiæ?vbi voluptas?vbi petulantia?vbi apparatus?v-
bi requies?vbi ornatus?vbi pecuniæ? vbi nobilitas? vbi tunc de-
lectatio?vbi corporis virilitas?vbi falsa illa,& inutilis mulierum
pulchritudo? vbi tunc impudens & effrenata audacia? vbi tunc
vestimentorum comptus? vbi peccandi impura & friuola de-
lectatio? vbi qui nefarium virorum concubitum voluptatem
ducit? vbi qui vnguentis & odoribus perfunduntur atque suf-
fiuntur? qui cum tympanis & cythara vinum potant? vbi
tunc contemptus viuentium sine metu? vbi auaritia & haben-
di cupiditas, atque inde nascens immisericordia? vbi tunc in-
humana superbia, omnia fastidiens,& se aliquid esse putans?v-
bi tunc inanis, & vana hominum gloria? vbi libido & nequi-
tia? vbi potentia & tyrannis?vbi tunc rex?vbi princeps?vbi dux?
vbi potestate præditi? vbi diuitiarum multitudine insolentes,
& egentium non miserentes, deúmque contemnentes? vbi
theatra & venationes? vbi tunc elati intemperatè & secure vi-
uentes? vbi mollia indumenta? vbi tenera stragula? vbi excel-
sa ædificia, & porticuum amplitudo? vbi qui sine metu vixe-
runt?Tunc cum illa videbunt, mirabuntur, & horrebunt, at-
tonitíque eiulabũt turbati labefactabuntur. Tremor eos corri-
piet,& dolores quales sunt parturientium, ac vehementi spiri-
tu perfracti delebuntur.Vbi tunc sapientum sapientia? vbi ora-
torum eloquentia,atque imposturæ? Væ væ turbati sunt,& e-
briorum ritu titubant,consumpta omni eorum sapiẽtia.Vbi sa-
piens?vbi literatus?vbi humani generis quæsitor?O fratres cõ-
siderate quales nos esse oporteat, dum rationẽ singillatim red-
demus eorum,quæ fecerimus, siue magna sint,siue parua.nam
etiam otiosorum verborum causam apud iustum iudicem di-
cemus.Quales nos esse oportet in illa hora?Quod si propitium
habuerimus deum,quale percipiemus lætitiã ad regis dextram
segregati? Quales nos esse decet ad illam inenarrabilem læti-
tiam, cum dicit ille regnantium rex, eis qui ad illius erunt dex-
tram cum hilaritate: Adeste felices patris mei, possidete para-
tum vobis ab orbe condito regnum. Tunc inuademus in illo-
rum possessionem bonorũ, quæ nec oculus vidit, nec auris au-
diuit,nec hominis cor cogitatione comprehẽdit, quæ Deus sui
amantibus præparauit.Tunc deinceps securi futuri sumus,nul-
lo amplius pauore corripiendi. Consideremus autem & hæc
& nocentum sempiternum cruciatum, cum ad illud horren-
dum tribunal sistentur,quãto pudore afficiẽtur coram iusto il-
lo iudice,causam dicere nõ valẽtes?Quãtus eos pudor inuadet
ad regis sinistrã separatos? Quæ tenebræ eis incident, cum eos
ira inflãmatus suis verbis perturbabit,cum eis dicet: Facessite à
me vos execrabiles in ignem æternũ,diabolo eiúsque geniis pa-
ratum.Heu,heu quãta afflictio,dolor,angor, metus,tremor in-
stat eorum animis, cum fiet clamor omnium cœlestiũ potesta-
tum,dicentiũ:Discedant improbi in orcũ. Eheu,quem cantum
edunt lamentantes,plorantes,eiulantes atque plangentes,cum
abducentur acriter in sempiterna secula cruciandi? Eheu qua-
lis est locus vbi fletus & stridor dẽtium,qui tartarus appellatur,
quem vel ipse diabolus horret.Heu heu qualis est gehẽna ignis
inextincti,vrentis neque lucentis?heu heu qualis est nunquam
dormiẽs venenatus vermis? heu quã terræ sunt profundæ: illæ
semperq; manentes tenebræ? heu mihi quales sunt illi genij in
cruciatibus immites atque immisericordes? Exprobrant enim,
grauiterq; increpant.Tunc qui torquentur longũ clamant,nec
est qui succurrat: clamabunt enim ad dominum,nec eos exau-
diet.Tunc cognoscent omnia sibi,quæ sunt in vita, ad nihilum
redacta esse:& quæ hic bona esse,gaudiique plena videbantur,
ea felle, amaróque veneno amariora reperientur. Væ fonti-
bus, cum insontes ad dexteram stabunt,& illi vexabũtur: cum
sontes flebunt, & insontes gaudebunt: cum insontes læticiam

agitabunt,& fontes lamentabuntur: cum insontes in tranquillitate,& fontes in tempestate ac calamitate versabũtur:væ fontibus,cum insontes gloria afficientur, & illi condemnabuntur: væ fontibus cum insontes omni bono satiabuntur,& fontes eo carentes ingemiscent. Væ fontibus,cum insontes gloria, & illi ignominia afficientur. Insontes sanctitate,fontes flammis. Insontes laudibus efferentur,fontes miseri ferentur. Insontes in sanctorum mansionibus, fontes in exilio sempiterno. Insontes audient: venite felices patris mei, possidete paratum vobis ab orbe condito regnum. Sontes autem audient illud: facessite à me detestabiles in ignem æternum, diabolo eiúsque geniis destinatum. Insontes in paradisum, fontes in ignem inextinctum: insontes deliciabuntur,fontes afflictabuntur. Insontes saltabũt, fontes vincientur. Insontes cantabunt,fontes lugebunt. Insontes ter sanctum, fontes ter miserum. Insontes cantum, fontes voraginem. Insontes in sinum Abrahami, fontes in Belialis torrentes. Insontes in requietem, fontes in supplicium, Insontes rore, fontes flamma conspergentur. Insontes delectabuntur, fontes mœrore consenescent. Insontes extollentur, fontes tabescẽt, Insontes efferentur, fontes deprimentur. Insontes fouebuntur, fontes denigrabuntur. Insontes bonis saturabuntur, fontes diuexabũtur, insontes aspectus alet Dei, fontes torquebit ignis aspectus. Insontes vas sunt electionis, fontes vas gehennæ. Insontes aurum igne probatum,& argentum probum,& lapides pretiosi: fontes ligna,culmus, fœnum, ignis alimentum. Insontes frumentum regni, fontes perdenda palea. Insontes semen electum, fontes ignis zizania. Insontes sal diuinum, fontes virus atque fœtor. Insontes intemerata templa Dei, fontes polluta templa dæmonum. Insontes in aula nuptiali, fontes in chaos infinitum. Insontes in splendore lucis, fontes in procellæ caligine. Insontes cum geniis, fontes cum dæmonibus. Insontes cum geniis saltantibus, fontes cum dæmonibus lugẽtibus. Insontes lucis, fontes tenebrarum medium tenebunt. Insontes consolator solabitur, fontes cum dæmonibus plectentur. Insontes dominico solio astant, fontes pœnali caligini. Insontes Domini faciem semper aspiciunt, fontes in diaboli conspectu semper astãt. Insontes geniis, fontes dæmonibus initiantur. Insontes supplicationem, fontes ploratum libãt sempiternum. Insontes supra, fontes infra. Insontes in cœlo, fontes in profundo. Insontes in vitam æternam, fontes in mortem exitiabilem. Insontes in manu Dei, fontes in loco diaboli. Insontes cum deo, fontes cum satana. Væ fontibus, cum ab insontibus separabũtur. væ fontibus, cum eorum & actiones nudabuntur, & mentis consilia patefient. Væ fontibus cum mẽtis agitationes arguentur, & prauarum cogitationum conspirationes trutinabũtur, & mens expẽdetur. Væ fontibus cum sanctis geniis odio, & sanctis testibus erunt execrationi. Væ fontibus cum ex aula nuptiarum exigentur: heu quæ tum pœnitentia, quæ afflictatio, quis angor, quæ iactatio futura est? Graue est à sanctis separari: durius à Deo separari. Ignominiosum est manibus pedibúsque colligari, & in ignem coniici. Molestum est in imas detrudi tenebras, tetrum dentibus stridere, atque tabescere: odiosum nullo fine cruciari: malum linguam inflammari funestam aquæ guttam petere, neque obtinere. Acerbum in igne esse, & clamare, neq; subueniri. Insuperabiles fauces: immẽsus gurges: vbi inclusus quis & detentus euadere, aut ausugere nequeat: insuperabilis custodiæ murus: immites custodes: tenebricosus carcer: infracta vincula: incõuulsæ catenę: diri ferique flãmæ illius ministri: graues illæ, quæ ad supplicium adhibẽtur, scuticæ: firmi vngues & infracti: duri nerui: turbida pix, atque torrens: fœtens sulphur ignea illa cubicula: inextincta pyra: putidus viroſúsque vermis: inexorabile cõsilium: inuictus gratia iudex: inexcusalis defensio: noctis compuncti magnatum vultus: exoleti optimates: mendici reges: imperiti sapientes: fatui & reiecticij oratores: dementes diuites: non auditæ falsa scribentium assentationes: manifestæ malitiosorum versutiæ: perspicuæ fraudatorum calliditates: viroſus auarorum odor: apta personarum simulatio: verberones: impostores: omnia apud illos nuda atque patefacta. Væ improbis, profani, scelerati, & impuri sunt in Dei cõspectu. Quam contaminati sunt eorum animi? Quam putent eorum corpora ex libidine, atque nequitia? Quàm fœda labe & corpora & animos suos coinquinarũt, non seruato sacræ vestitu lotionis? Quã turpiter & impudẽter crapulæ & ebrietati indulgentes, ventri corporis latrinæ, & abdomini per luxum seruierũt, & à frugalitate & continentia alieni, felicitatemque, sibi in ventre reponẽtes, séque molliter in voluptatibus tãquam porci, volutãtes: dies & annos suos cõsumpserunt in sordidis cogitationibus atque ineptis vanisque verbis, & mimicis cantibus insolescentes. Quanta animi cæcitate alienati sunt, neque Christi ordinis, neque diaboli cõfusionis habita ratione? Quàm à recta via deflexerunt, dum per ignorãtiæ tenebras ingressi, & socordiæ somno dediti, in gehennæ barathrum seipsos immerserunt? Quàm alienati sunt à lumine virtutum, amandis peccatis tenebris, quoniã lata & ampla tritæ improbitatis via grassati sunt? Quam obliti sunt domini & Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi peregrinationem, ac tot támque imperuestigata eius beneficia, qui diuinæ lotionis aqua, sacróque spiritu purificati, & læticiæ vnguento delibuti, ob paruam eámque odiosam & friuolam voluptatem talia tantáque dona irrita fecerunt, & libidinum atque adulteriorum imperio paruerunt. Væ qui relicta adoptione, secuti sunt huius vitæ voluptates. Væ sequentibus huius vitæ fortunas. Væ peccati tenebras amantibus. Væ veritatis lucem relinquentibus. Væ per noctem peccati gradientibus. Væ relinquentibus diem cognitionis Dei. Væ mala ridendi consuetudine expletis. Væ qui fucantur, vt animos ad impuræ nequitiæ coniunctionem, libidinémque vulnerent: cum re ipsa hamus sit diaboli, non fucus, ideóque cupientibus, conantibúsque & volentibus seruari odio habendus. Væ qui inter se calumniantur. Væ contumacibus, contentiosis atque turbulentis. Væ iurantibus delectationis gratia. Væ periuris, væ helluonibus quorum Deus venter est. Væ ebriosis. Beatus autem qui hic seipsum despicatur, deprimítque propter Deum, contemnítque, atque damnat: hic & à Deo supremo extollitur, & à geniis laudatur, neque in iudicio inter siniſtros astabit. B homo qui in supplicationibus perseuerat: in ieiuniis durat: in vigiliis gaudet: somno reluctans, eúmque arcens & genua ad Dei prædicandas laudes flectens, pectus tundens, faciem feriens, manus in aerem efferens, aspectum in cœlum attollens ad Dominum, cogitans illum, qui in solio gloriæ sedet, & corda scrutatur, & renes peruadit. Hic enim fruitur æternis bonis, filius & frater, & amicus, & hæres sit dei. Huius facies solis instar splẽdebit in die iudicij in quo cœleste regnum patefiet. Qui verũ amat, is amicus Dei reperitur: qui autẽ mendacia perpetuat, amicus est dæmonum. Qui dolum odit, miseria liberatur. Qui res aduersas perfert, is tanquã confessor ante Christi solium coronatur. Qui murmurat, & molestè fert aduersos casus, quíque tædio rerum molestarũ maledicta iacit, is errat, & animo surdus est. Qui mitis est & humanus modestúsque, is à deo laudatur, à geniis beatus prædicatur & ab hominibus celebratur. Ille autem amarus, iracũdus, & ad bilem propẽsus Deo detestabilis est, eius & cibus racemus est amarulẽtiæ dæmonum, & vinum fel draconũ, & potio venenum aspidum irremediabile. Qui puro sunt corde Dei gloriam videbunt. At qui mente sunt sordida diabolum aspicient. Qui vitiosa faciunt & praua cogitant & mala aliis moliũtur, à diuina cõmunione seipsos prohibent. Qui sibi purpurisso vultus humectant, & cerussa genas illinunt, dealbántq; & ad speculum comantur, vt homines ad nequitiam & prauas cupiditates, amorésque satanicos incitent, atque implicent, ij in die iudicij non pij reperientur, sed vt Dei præceptorum cõtemptores torquebuntur. Qui pulchritudinem ascíscunt alienam, H paradisi pulchritudine priuabuntur. Qui aliorũ lapsu gaudent, seipsos præcipitant. Qui aliena concupiscunt, sua produnt perdúntque. Glorioſi, superbi & hominibus placere studentes cum diabolo damnabũtur. Simulatores cum satana plectentur. Qui corpus supra modum nutriunt, animum fame necant. Qui scientes, & nulla vi adhibita peccant, neque ad sanitatem reuertuntur, cum infidelibus torquebuntur. Qui dicunt, Peccemus in iuuentute, & in senectute ad saniorem mentem redibimus, ij à dæmonibus illuduntur, atque deridentur, quoniámq; vltrò peccant, eis ad sanitatem redire non datur, sed in iuuentute mortis falce demetũtur: vt Ammon Israelitarum rex, qui etiam Deum suis prauis conatibus, profanísque cogitationibus irritauit. Nam qui dicunt, Hodie peccemus, cras facturi saniora, ij ob consiliorum suorum vanitatem, & insipientis animi caliginem, dum & corpus corrumpunt, atque conspurcant, & animum contaminant, & mentem caligine inuoluunt, & rationem turbidam

bidam efficiunt, & conscientiam cœno inficiunt; & illud hodie amiserunt, & cras perdiderunt. Qui enim neque propter A lapsum scortationis plorant: neq; propter adulterij cœnũ lugẽt: neque propter masculi concubitus sentinã lamentantur: neq; propter mollitiem eiulant, ij neque toto pectore præteritorum possunt peccatorum agere pœnitentiam neque futura corrigere. Etenim qui quæ amisere non quærunt, ij non ea quidem retinent quæ superſunt. Qui expensorũ rationem non subducunt, etiam capitis iacturã faciunt. Qui non prudenter laborãt, & in supplicationib. sobrij sunt, à prauis cogitationib. subiungũtur: subacti seruiunt prauæ consuetudini initiati atq; recusantes. Qui non sobrie deo celebrando inuigilant abripiũtur. Qui nõ inuigilant audiendis diuinis scriptis, sed seipsos inertiæ somno dederunt, ij cum quinq; fatuis virginibus excludentur. Qui sobrietatis arma abiiciunt à liguritione supplãtantur, & ab adultera peccati libidine perimuntur. Qui Dei præcepta non seruarunt, à dæmonibus vulnerantur, & ad ignis gehennam damnantur. Qui ab ecclesia & communione seipsos procul habent Dei sunt hostes, & dæmonum amici. Pudefiat omnis impiorum hæreticorum secta: operiatur genus infidelium: B pereat Iudæorum collegium: obturentur impura ora Deum negantium Hebræorum, tum cum ille animorum probator, rerum vestigator quouis ancipiti ense acũtior, penetrans vsque ad diuisionem carnis & spiritus, commissuratúmque, & medullarum, & mentis cogitationes diiudicans, iudex sedebit. Tunc tunc, inquam, non paucos nescio quos de multis, sed omnes detectos inspiciet, neque pellis oũina lupum tegere poterit, neque operum tectorium interiorem occultare cogitationem. Non enim vlla rerum natura abdita iudicanti, sed nuda omnia, & eius oculis exposita. Quamobrem ne contra Dei præcepta humanis pugnemus affectionibus, sed inanium gloriolarum spiritus summittamus: consurgamus ad dimicandum cum diabolo: acuamus animum ad sobrietatem: sopiamus peccati cogitationes: comparemus non oscitantem supplicationem, sobriam mentem, erectam rationem, limpidam conscientiam, perpetuam continentiam, non fictum ieiunium, patentem omnibus amorem, germanam castitatem, intemeratam fragilitatem, non simulatam modestiam, perpetuam Dei laudationem; alienam ab inani gloria lectionem; genuum flectionem non superbam; obsecrationem assiduam, vitam puram, orationem veram, hospitalitatem non mussantem, gratam tolerantiam, neque iactatricem beneficentiam: Amandemus iracundiam: expellamus iram: ignauiam aboleamus: furorem perimamus: mœstitiam deleamus: tollamus auariciam. Ne formidemus communẽ hunc generis humani messorem mortẽ, sed illam hominum perditricẽ. mors enim proprie non est ea quæ animum à corpore, sed quæ animũ â deo separat. Deus vita est: qui à Deo separatur mortuus est, amissa priore libertate, sicuti vita. Et quia mortis pater diabolus instat, sicut robustus quidã hostis armatus vt nos diebus sacris debellet, atq; frãgat, dicatq;: Vici Christi milites, ostendenda mulierũ pulchritudine, eósq; auribus suspendi, & inani gloria, popinationibúsque demersos, virtutum coma prehensos, & cupiditatibus irretitos, vinique potione titillatos, præcipites in scortationis foueam deturbaui, ne inquam, impuris illis dæmonibus gratificemur, quandoquidem Deus noster omnium salus est, dæmonum perditor. Quoniam igitur corporibus implicati, mortique sumus obnoxij, certemus strenuè, vt impuros dæmonas superemus. Nam si metum in corde habemus, & mortis recordationem in animo circumferimus, omnes cõtra nos armãtur dæmones: sed hi nos, tanquam arietibus quatientes, muro firmiores inuenient: quoniam nobis adest Dominus noster, cui gloria, honos, imperium in omnem conuenit æternitatem, Amen.

* * *

FINIS.

APOLOGIA CYRILLI ALEXANdrini Episcopi ad imperatorem Theodosium.

RELIGIOSISSIMO AC PIENTISSIMO, CHRISTIque amanti Regi nostro Theodosio, victori ac triumphatori, semper Augusto, Cyrillus in Domino Salutem.

DIVINA & incorrupta natura omnium potestatem habés, & lucem quidem inaccessam inhabitat, & thronum habet supremum, cùm ipsi tum soli competentissimum quem circumstant principatus, dominationes ac potestates, & ipsa sancta Seraphim. Et quemadmodum spiritussanctus dicit, omnia illã opera horrent ac tremunt: verum tametsi ad hunc modum glorificata sit, & omnem admirationem superet, parem tamen ac correspondentem excellentis huius & inenarrabilis potentiæ magnitudini mansuetudinem habet. Generata siquidem natura fortissimam illam & immensam, vim ac potestatem non sustinuisset, nisi mansuetudine mixtam. Quapropter & beatus propheta Dauid cum pro se, tum pro reliquis omnibus supplicans, nunc dicit memento Domine, quod puluis sumus: nunc verò si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Præterea & beatus Iob à diabolo acerbis & indicendis flagellationibus tentatus, voce interrupta & singultanti ad Deum, vociferans dicit: Quare non feci sti obliuionem iniquitatis meæ, & mundationem peccati mei? verum obsignasti iniquitates meas, velut in crumena, notastique, si quid inuitus etiam præuaricatus sum. Sed mox, opinor, dicet ad hoc quisquam: Quid igitur ô generosissimè athletarum? Criminis ne loco Deo impingis, quod eius qui deliquit, non misereatur? culpas ne confestim legislatorem quod peccatorum meminit? Etiam inquit: Qui enim misereri consuevit, nec vulgarem ex eo gloriam habet, ob quam causam, cum talis sit, non & mei rationem habet? Etenim si fieri potest vt nullo pacto mens humana præuaricetur, inquirat exactissimè Iudex, obsignet iniquitates, velut in crumenta, deneget obliuionem iis qui ipsum, idque aliquando inopinato, offenderunt. Si verò plurimum impingimus omnes, & prorsus inculpabilem esse ipsi competit soli, delictorum obliuionem largiatur iis, qui imbecilles esse consueuerunt. Decet itaque supremas excellentias, vt sereno sint & placido animo. Applicat. Habet autem hunc singulari modo diuina & suprema natura, Dominatio verò vestra Christi amantes Reges illo secundum huius imitationem est prædita. Est enim illa imago quædam & velut imitatio regni cœlestis inter eos qui terram incolunt. Vos nanque soli vniuersale sortiti imperium, timore ac mansuetudine obedientiam seruantes, veluti illustrem ac pacificam prosperitatem, per vniuersum orbem extenditis. Quapropter ad hoc iam necessariò permotus sum, vt læsam vestram pietatem competentibus apologiis placandam esse duxerim. Quod verò mihi potissimum hoc facere volenti, & commodum erat & necessarium prætermitto, idque inuitus, propter debitam ab omnibus imperio vestro reuerentiam. Etenim si dixero me non fuisse temerarium, aut negligentem, aut non admodum magnam decori rationem habentem, vt qui nihil deliquerim, idque aduersum vos fuerit id mihi forte haud impune, & valdè meritò, vt qui hoc dicendo, decretis vestris repugnarem. Cauendum itaque, ne tale quid mihi accidat, quod Israeli accidit. Non enim prorsum ab eo liber sum, vt & ipse aliquando delinquam. Plurimum enim impingimus omnes, & humana natura hoc, veluti morbo laborat, vt facile labatur. Israel tanquam diligens legis custos aliquando se nullo pacto Deum offendisse putabat. Sed audiuit hunc sibi dicentem: Ecce ego iudicio tecum contendam, propterea quod dicis: Non peccaui. Melius itaque est & consultius, vt potentibus cedamus, & super iis quibus sunt offensi veniam petamus. Habet enim hoc vestra Dominatio, vt dixi, vt ad imitationem Dei offensurata obliuiscatur. Scripsi itaque cùm vestræ pietati, tum etiam inclitissimis Reginis, non vt dissensionem ac perturbationem sacratissimæ vestræ aulæ alicunde excitem. Non enim ita sum bona mente ac decenti ratione destitutus, sed potius bona præditus intelligentia. Conuenit enim iis, qui ad hoc sunt ordinati, vt in sacerdotio sanctissimo Deo seruiant, vt sobrij sint ac vigilantes, dispiciantque quid illi probetur, & hoc sedulo faciant, paratum illis alioqui veriti exitium, si in ista functione omnino fuerint in socordiam prolapsi. Oportet enim vt eos in fide reddamus firmiores, qui iam in Dominum nostrum Iesum Christum crediderũt, quos sanguine suo acquisiuit, & synceros constituit adoratores, genúsque vocauit regale ac sacerdotale, & gentem sanctum & populum peculiarem, vt virtutes eius annuncient, qui vniuersos in admirabilem suam lucem vocauit. Præterea, vbi de his præcipit, quæ sacerdotium sortitos concernunt, ad Ezechielem prophetam sic dicit: Fili hominis, loquere filiis populi tui, & dic ad eos: Si quando gladium induxero super terram, & populus terræ illius, hominem aliquem ex ipsis nactus constituerit eũ inter se speculatorem, atque is gladium in eam terram venientem viderit, tubaque ebuccinauerit, ac populo meo significauerit: is autem qui tubæ vocem audiuit, seipse non custodiuerit, ideóque gladius veniens ipsum abripuerit, sanguis ipsius super caput eius erit, eo quod cum tubæ vocem audisset, seipse non custodierit: si verò animam suam custodierit: eripietur. Et speculator si viderit venientem gladium, & tuba non significauerit, nec populus se custodierit, venerítque gladius & animam ex ipsis abripuerit, ipsa quidem propter suam ipsius abrepta est iniquitatem, sanguinem tamen eius de manu speculatoris requiram. Opus est autem declarandi gratia, eorum quæ dicta sunt mentem & latiorem inquirere considerationem. Est itaque id moris, vbi barbarica expectatur irruptio, vt qui ciuitati præsunt, curámque illius gerunt, in speculis aut turribus sublimioribus quosdam collocent, qui directo in agrum prospectu indesinenter hac atque illac oculos circumferant, vigilanter obseruantes, ne quis hostium irrumpat.

pat. Quod si hostilem incursum ciuitati prænunciauerint, haud mediocriter digni sunt qui honore afficiantur: si verò oscitantes fuerint, si ciuitas capitur & hostilia patitur, ipsi pœnas propriis capitibus luent, omnium extremo affecti supplicio. Ad hunc opinor modum & quisque sacerdotum, quoniam speculator à Deo constitutus est, si quidem populis sibi concreditis malum quod lædere solet annunciauerit, hac sibi vigilantia coronam conciliabit. Rursus verò incidet in mala quæ per iram Dei accidunt, si tacuerit, haud mediocri damno afficiens eos, quos inclamationibus suis ad rectam viam inducere debebat. Erat itaque bellum, non aduersus vulgarem aliquem similem nobis hominem, sed magis aduersus ipsum omnium nostri seruatorem Christum motum. Scriptum namque est, neminem dicere anathema Iesum, nisi ex Beelzebul: hoc est, neminem negaturum Christum, nisi Satanam habeat ad hoc instigantem. De hoc vtique quod verum sit nemo dubitabit. Draco igitur, apostata ille, hoc est, Satanas, virum sacerdotem, incautum, imò mente seductum nactus, & linguam assequutus acerbissime, & sine circumspectione veritatis dogmata calumniantem, Seruatorisque nostri gloriam diminuentem. (Erat enim temeraria, & effrenato impetu quæuis etiam absurdissima audacter aggrediens) tumultuatione vniuersas adimpleuit Ecclesias. Obsessa autem ad hunc modum recta fide, vbique oriebantur dissensiones, & multa dicebantur, ab iis qui iam crediderant, videlicet, seducti ne essent quod Deum esse Christum secundum veritatem cogitassent. Et quid inde sequutum est? Pestifera quædam lues orbem depasta est, mendacium radicis loco habens, ac patrem Satanam. Cum itaque positi simus à Deo in locum speculatoris, vt curam populorum geramus, quomodo non incumbebat nobis vt admodum alacriter sacra & Ecclesiastica tuba arrepta, his qui pieratem seruare cupiunt, diabolici gladij incursum significaremus? Quam enim pœnam Deus tacentibus parauit? Sanguinem eius, inquit, de manu tua requiram. Sed erat, ô Christi amans rex cautum & immotum cor tuum: Erat certe, & hoc ipse confirmo. Imò res ipsæ hoc clamant. Et præterea longus retro temporum tractus hoc testificatur, quo erga pietatem probati, cum maiorum gloria certatis. Et quoniam illis gloriosum est, quod à vestra serenitate superantur, meritò dixerim, nihil veritus, meliorem vos & commodiorem *tulisse sententiam. Noui quàm insit vobis immota fides, quàm firma in Christum dilectio. Scripsi verò non inutiliter, ad hoc, vt alios ipsi, præsertim Ecclesiis omnibus adeò turbatis, succurreretis. Est enim vobis in consueto, vt seruetis. Tuba quæ Barbaricos incursus annunciat, robustissimum quidem & pugnacissimum quenque de competenti sibi dexteritate admonet, solum verò eum qui non admodum acri est animo neque belli habet experientiam, cautum reddit, ne quo pacto in hostium acies per imprudentiam incidens, crudelitatis ipsorum rapina fiat. Ad istum itaque modum quæ de Christo dixi, stimulum quidem pietati vestræ aduersus Diaboli laqueum admouerunt, cautos verò in fide reddiderunt eos qui leui sunt & mobili mente. Christi mysterium non ita facile à multis capitur. Est enim vehementer profunda illius doctrina etiam illis, qui potissimum mente valent, & diuinas scripturas exquisite versant, ægrè tanquam in ænigmate, & veluti in speculo cognoscibilis. Sicut autem sacratissimus Paulus dicit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Et præterea secundum Salomonis dictum, gutta destillans cauat petram. Quapropter si sermones illi qui nocere solent, in humanam mentem indesinenter instar guttæ destillauerint, non mediocre, imò aliquando & omnimodum adferunt nocumentum. Facta est itaque à me perneccessaria & vtilis admonitio, cum ad eum ipsum, qui præter omnem opinionem Christo bellum intulit, tum ad alios qui mysterij huius cognitionem non admodum exactam assequuti, seductoris verbis veluti tempestate quadam plurimũ adobruebantur. Quod autem necessariò scripserim, ipsa quoque rerum vis affirmat. Superioribus quidẽ ac præterlapsis tẽporibus, res humanæ à Deo dissidebant. Errabat enim vniuersa terra, sicut B. Dauid dicit: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sed visitauit nos oriẽs ex alto. Apparuit nobis vnigenitus dei verbum, & cum his qui terram incolunt conuersatum est, homo nobis similis factum, & cũ eo quod natura Deus mansit, per seipsum nos Deo & patri interstitio sublato coniunxit, & à peccato nos per quod à Deo dirimebamur liberauit, ac fide iustificauit. Est enim ipse pax nostra secundum scripturas. Erat itaque futurum vt violata fide vinculum illud pacis nostra quo Deo connectimur, rumperetur: & iusticiæ via mentibus nostris abrepta obscuraretur, ne quid durius dicam. Iustificamur enim per sanctum baptisma, mortem Christi annunciantes, & simul resurrectionem eius confitẽtes. Veruntamen, ô Christi amans Rex, mortem annunciamus non communis hominis, sed inhumanati Dei, & passi quidem pro nobis carne, secundum scripturas: viuentis verò, tanquam Dei, & in sua natura impassibilis manentis. Cum itaque periclitaretur spes Christianorum, quantum aduersum seductoris verba & linguam imperitam & futilem conueniebat, admodum necessarium & Regi irrecusabile erat, vt veritatis armaturam habentes eos qui recte credunt defenderemus. Quod autem me potissimum, vt hoc facerem incitauit, hoc est beati patres nostri confidenter sacerdotium à Deo acceptum ab hæreticorum peruersitatibus suis temporibus liberarunt, præsertim impiorum Arianorum: quanquam qui tum humanarum rerum dominium obtinebant, veritatem ignorabant, imò magis cum illis sentiebant, ac dentibus aduersus Ecclesiæ doctores fremebant. Verum hi omni metu reiecto rectam & irreprehensibilem fidei doctrinam prædicabant. Sciebant enim Dominum nostrum Iesum Christum dixisse: Ne timeatis vobis ab illis qui corpus occidunt, animam verò occidere nequeunt. Timete autem potius eum qui & animam & corpus in gehennam perdere potest. Cum igitur illi tametsi infensissimos hostes haberent eos, qui temporibus vniuersale habebant imperium, nihilominus non siluerint, vt Seruatoris nostri omnium, iniuria affecti gloriam tuerentur, quomodo non erat necesse vt & nos epiciæ ipsorum & synceritatis erga Christum vestigia insequeremur? Quomodo non erat aduersum blasphemi voces eructanda veritas? Sciebam, sicut dixi, pietatis vestræ firmitudinem. Persuasus eram exacte, illum vobis non placere plus quàm me, propterea quod nõ silebam. Erat illud ineptum, quod me cunctatio prope decori transgressorem constituisset, & eo duxisset, vt Deum offenderem. verum dicebam ad meipsum, inexcusabile habes, ô mute, silentium, & graues aduersum te culpas cumapud Deum tum apud homines contrahis. Pius est & Christi amans Rex, regia à Deo ornatus gloria: & præterea ipsa quoque, quæ iisdem conspicitur honoribus insignis, pientissimarum Reginarum dyas eodem nobiscum est erga venerandum, & admiratione dignum Virginis fœtum affectu. Quique ordine vicino & dignitatum excellentia illustres in recta & inculpata fide perseuerant, contristati sunt & ipsi propter spretam Seruatoris nostri gloriam: & quomodo non intrepide quæ Deo probantur exequeris? An non imbecillis nauta, quando ex animi sententia ventum habet adspirantem funium vsum aspernatur? Et qui debilis bellíque minime cupidus est, si in militia constituto succurente præstantiorum manu vincere liceat, nec fugere abiecto clypeo, nec meticulosus esse videtur. Talibus meipse cogitationibus exacuens, & dominationis vestræ pietate fretus impigerrime in medium prodij, necessarium ratus vt Christo ignominia affecto patrocinarer. Verùm quomodo necessarium fuisse dicam, arbitror ad ea quæ dicta sunt & hoc adiiciendum. Electus erat Nestorius, tanquam qui Apostolicis esset prædicationibus exercitatus, & ad pietatem promouendam artifex, quíque rectam, & omnino inculpatam fidem haberet. Et talem esse hunc hominem cupiebat etiam vestra Dominatio, & omnes simul sanctarum Ecclesiarum præsides, & ego ipse. Etenim cum de illius ordinatione à pientissimis episcopis, ad hoc adhibitis, missæ essent literæ, rescripsi sine cura gaudens ac laudans, optánsque tanquam fratri & comministro vt illi quæque selectissima bona per diuinam darentur sententiam. Quæ verò postea sequutæ sunt accusationes non nostræ sunt deputandæ philadelphiæ, sed magis illius improbitati. Electus erat veluti ouis, sed inuentus est lupus: velut fidelis ac synceruus famulus, sed dilexit contrarium: velut vuarum ferax vinea, sed protulit spinas, sicut scriptum est: velut industrius agricola, sed infidiatus est agro: velut bonus pastor, sed feris agrestibus factus est immanior. Deinde nescio quomodo prauis opinionibus laborans, admonitus est sæpenumero, idque à

*al. ornasse.

Disserit de incarnatione Christi.

multis. Num igitur per admonitiones est emendatus? Num consilia in melius mutauit? Num boni aliquid animo cõcepit? Num mendacium odio prosequutus est? Num veritatẽ dilexit? Num inscitiæ caliginem est aspernatus? Num lucem quæsiuit? Num nugari aduersum Deum desiit? Num cõtradicentium reueritus est multitudinem? Num abstinuit ac pepercit, cum multos & innumeros offendi videret? Nequaquam. Sicut & ipse rerum exitus declarauit. Cum enim sancta Synodus ad Ephesiorum metropolim dominationis vestræ decreto congregata esset, venit & ipse. Tum quoque, tum inquam, cum super præteritis lamentari ploraréque deberet, non secus quàm si neminem in iis quæ cum adhuc in magna illa ciuitate conuersaretur, ausus fuerat dicere offendisset, peiora adiecit, ac turpiora nugatus contráque Seruatoris nostri gloriam est ausus, paruipendens omnino, imò prorsus nihili, commissum in ipsum blasphemiæ crimen. Quæ nanq; ausus sit dicere, satius est tacere. Quapropter, cum loqueretur sanctis Episcopis decentissimum habentibus ab omnibus bonis testimonium & existimationem, diuinarum etiam scripturarum expertissimis & gnaris, qui & plerunque plurimũ blasphemiis ipsius contra Christum offensi, incontinentémque & futilem eius detestati linguam, lotis contra ipsum manibus, quæ audierant sanctæ Synodo illachymantes renunciârunt, non abscondite ac latenter, sed cõfidenter ita dicentes: vt quod in acta quæ fidei gratia signabantur, referretur, parati etiam ad conuincendum ipsum super his quæ cum illicita sint cogitatu, contra Christum loquutus erat. Fecerunt autem hoc, diuini tribunalis veriti iudicium. Non enim indulgentes erant, sed magis amantes Dei, & dilectionis erga Christũ synceri obseruatores. Quemadmodum enim, qui sacri vestri Imperij sceptris subiecti sunt, siue generosi duces, siue alii in dignitatibus & excellentiis constituti, illustres & amicissimi vobis redduntur, si competenti modo succenseant, sicuti quidã vel petulantem & intemperantem contra vestrã Dominationem linguam mouerint, vel aliquid absurdi committere voluerint: ita & diuinum sacerdotem omni laude dignum reddit, cùm apud Deum tum apud homines, si non patiatur quenquam cõtra diuinam nugari gloriam, sed omnino tales pro summis hostibus ducere studeat. Etenim & beatus Dauid hoc sibi pro illustri gloria ducens vociferatus est: An nõ qui oderunt te Domine oderam, & contra inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Quod si Christum diligunt, qui illum blasphemant, à recta ratione aberrant, qui eos impugnant. Si verò Christum odiunt, iam manifestum est nec vllo modo dubium, admodum esse suspiciendos, ac deo dilectos qui nugis illorum syncera ac Deo grata doctrina repugnant. Erat autem & alia ratione, & vtile & necessariũ vestro Imperio, vt à diuinis arceretur altaribus is qui illa contaminauit. Si quomodo hoc sit intelligẽdum rogauerit quisquam, declarationem illius satis faciendi gratia ex diuina scriptura adferam. Israëlitæ quondam neglectis quę per sapientissimum Mosen fuerant constituta, spretóque mandato quod ipsis fuerat datum vsque adeo sunt aduersi, vt à Deo defecerint, ac simulacra, militiámque cœli, sicut scriptum est adorauerint. In eam autem miseri iam improbitatem deuenerant, vt & ipsum diuinum templum contaminârint. Succensuit istis Deus, tradiditq; eos in manus inimicorum. Vt autem Ezechias, vir sanctus ac bonus, regnum est adeptus, quæ collapsa fuerant restituit, repurgatoq; sacro templo omnipotenti Deo quæ conueniebãt, obtulit. Est autem de illo ad hunc modum scriptum: Et regnauit Ezechias cum annorum esset viginti quinque, alloquutúsque est Leuitas, dicens: Audite Leuitæ, Mundate nunc & sanctificate domum Dei patrum nostrorum, & quæ in sanctuario est, immundiciam eiicite. Defecerunt enim patres nostri, feceruntque quod malum est coram Domino, & reliquerunt ipsum. Cum autem istis & alia quædam audientibus vtilia adiecisset, subintulit iterum, dicens: Et nunc ne differatis. Domino nanque placuit, vt vos in cõspectu ipsius ministretis, sitísque ipsius ministri, ac incensum ipsi offeratis. Et surrexerunt, inquit, Leuitæ, ac congregauerunt fratres suos, sanctificatíque sunt secundum præceptum Regis, vt ex mandato Domini domum Domini sanctificarẽt. Et ingressi sunt sacerdotes domum Domini, & in tentorium domus Domini, Deinde subdit sancta scriptura: Et sextadecima die primi mensis quod cœperant cõpleuerunt, ingressíque sunt ad regem Ezechiam, ac dixerunt:

Sanctificauimus omnia quæ sunt in domo domini. Deinde & hoc scriptum est: Et mane surrexit Ezechias rex, & congregatis ad se primoribus ciuitatis, ascendit in domum domini, & obtulit tauros septem, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, & pro Hierusalem. Intelligis hinc ô Christi amans Rex, quomodo optimus ille Ezechias cum Deo sacrificare institueret, in templum Dei non ascenderit, nec quod cupiebat perfecerit, priusquam sacerdotibus Dei domum domini repurgare, & omnem immundiciam eiicere præcepisset: quo facto adolebat splendide, gaudebatque, idque vehementer meritò vt qui acceptum iam deo sacrificium offerret, propterea quod templum ab immundicia quam habuerat liberasset. Tale quid & à vestro factum est Imperio ad gloriam Christi. Est enim vobis in consueto, vt in Ecclesiis sacrificetis, & largissima manu quæ sint ad gloriam Christi offeratis. Verum necessarium erat, vt primum mundaretur templum, & ab omni macula & inquinamento liberaretur, ac tum demum suo tempore sacrificaretur. Superat autem quamuis indignationem blasphemia contra Christum ad calumniam prolata. Sed, vt iam dixi, præcepistis Sacerdotibus, ac prępurgârunt vobis templum, sanctificaueruntque illud imperitam & impiam compescentes linguam, vt vos illustriores sitis & coram deo & angelis & hominibus. Sancta itaque & œcumenica Synodus, vt & omniũ seruatori Christo gratificaretur, & fidei, quæ in ipsum est, patrocinaretur, tantum non dicens: Zelo zelata sum pro Domino, sicut scriptum est, vt scandali occasio è medio tolleretur curauit, & vt decebat, imò & necessarium erat, cum his qui laborabant, & fortiter vnà pugnauit, & cupide certauit honorúmque qui generositati erga Christum debentur, nobiscum facta est particeps. Qui eundem nobiscum sunt zelum amplexi, & deo grata alacritate abunde animati, hi facti sunt duri & immisericordes. Qui verò nullius momenti blasphemam illam improbitatem faciũt, offensi quidem sunt ac doluerunt & ipsi. Verum non tam propter Christi gloriam quàm propter eum qui sæpenumero & impiè contra Christum est nugatus, ideoque & eos qui generose pugnabant ipsi impugnabant: & his qui quæ Christi sunt sapere volebant, per ea quæ ausi sunt aduersabantur, tantum non vociferantes, Vt qui petulantem & infrenem linguam compescuistis? & lupum ouilla pelle detracta, omnibus vbique constitutis cognobilẽ reddidistis? Quod enim reprehẽsum illũ esse ægreferũt, nihil aliud esse opinor quàm hoc ipsum, quod dixi, clamãtium: Qui enim Antiochenæ præest ecclesiæ à sancta Synodo abfuit, licet à vestro Imperio ad præscriptum diem adesse iussus. Detrectauit autem aduentum suum, vt cunctando improbitati eius qui contra Christum nugatus est gratificaretur, imò ob id quod, vt verisimile, vel certe verum & indubitatum est, eadem cum illo sentiret. Nam cum sextus decimus dies ageretur, vix tandem aliqui ex iis qui cum ipso erant præcipui, & ipsi Metropolitani, venerunt, ipsiúsque nomine sanctæ Synodo annunciârunt, omnino non esse aduentum eius expectandum, sed maturandum vt decreta vestra perficerentur. Tum tandem ægrè sancta Synodus in sancta Ecclesia, quæ Mariana vocatur, congregata est, Christumque, assessorem, capitis loco, adiunxit. Venerandum enim euangelion in sancto Hirono collocauit, tantum non in aures sanctorum sacerdotum clamans, iustum iudicium iudicate, iudicabitis inter sanctos Euangelistas & Nestorij voces. Communi itaque omnium sentẽtia, quæ illius sunt condemnauit. Euangelicæ verò & apostolicæ traditionis venustatem declarauit, atque ita veritatis potẽtia obtinuit. Asserta est enim ab omnibus recta & inculpata fides, quod & vobis probatur, ô Christi amans Rex. Omnis enim vester scopus cum ad id quod deo probatur, tum ad pietatem prospicit. Nunquã enim aliquid veritati præposuistis. Ioannes verò Antiochenæ ecclesiæ præsulatum sortitus, negligens quidem est, segnis ac patiens, vbi Christus iniuria afficitur: acer verò & auersator malorum, vbi nugarum condemnatur is qui illas contra Christum euomit. Nullius tamẽ iudicium hoc Ephesinum duxit, & quasi liberũ ipsi esset in subiectis sibi Ecclesiis facere quidlibet prorsus nemine reprehendẽte, quasi in vniuersum sublatæ sint Ecclesiæ leges, nec inspiciat Deus res humanas, & negligentia magis quàm prudentia gubernet, ireq; indulgens potius quàm sobriæ rationi dominatum permittens, cum vix iam curru desiliisset, cubiculumque ingressus esset adhuc puluerulentus, senten-

tiam

tiam putidam & stultam cum iis tulit, quos consentientes habebat. Erant autem viri agrestes & Celestiani, depositi, & qui Nestorij dementiam tuebãtur, ex vehementi stupiditate in blasphemiæ contra Christum culpa cum illo communicabãt. Vniuersam quidem Synodum cõtumelia afficit, exclusionis nomine inuoluens quotquot ex vniuerso orbe veniunt, viros venerandos, & vestro Imperio notissimos, plurimum etiam celebritatem apud optimum quęque sortitos: me verò & Ephesiorũ sacerdotem grauiori contumelia inuoluit, mentiens ac dicens, quod cum impio Apollinario sentiamus, Ariique & Eunomij friuola & impia dogmata approbemus. Fecit autem hoc, vt dixi, omnia mouens, & cõcutiens indomitis iræ impulsibus, ac veluti omnibus habenis impiis furoris & arrogãtiæ motibus permissis, quod sane admiror. Cum enim semper fuerit amicus & dilectus, nec vnquam sermones meos reprehenderit, quin & alacriter ad me scripserit, & literas meas receperit, atque ante ipsas me Ephesi portas dilectionis affatibus tantum non complexus sit, suísque ad me literis ita scripserit: Domino meo pientissimo ac sanctissimo comministro Cyrillo in domino salutem. Nec me mediocriter adfligit, quod cum omnino sanctitas vestra Ephesum aduenerit, paucis hisce diebus impeditus tardior aduenio. Desideriũ enim sanctitatis tuæ maius mihi inest quàm sit necessitas, iter hoc compendio absoluendi. Et post alia: Ora igitur, inquit, Domine vt hosce quinque aut sex dies sine molestia in hoc itinere absoluamus, accurramúsque & sacrum nobis ac diuinum caput complectamur. Qui cum Domino meo pientissimo Ioanne Damascenorum episcopo & Paulo & Macario sunt, sanctitatem tuam salutant, vniuersam quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus. Vale, & orando pro nobis perseuera, Domine piẽtissime ac sanctissime. Quomodo igitur comministrum me ac fratrem nominauit? Audio verò quod putet astute se dicere, vt commissi in me delicti culpam repellat, quod inimicitiam adhuc celans, manifestationémque illius ad oportunum vsque tempus reseruans scripserit. Deinde si hæreticus sum, & impiæ Apollinarij, præterea & Arij & Eunomij improbitatis consors, quomodo me comministrum vocat? Vt quid etiam caput meum sanctum, ad hoc & sacrum appellat? An nõ omnibus perspicuum est, quod si quisquam sit qui barbarice cupiat esse animatus, hic futurus sit omnino sacerrimi regni vestri inimicus? Sed occuluit, vt inquit, inimicitiã, & dulcis quidem fuit, quantum sermone fieri potuit, cor verò dolo & acerbitate refertum habet. Adhæc, quis eum ausit laudare qui ad hunc modum viuere consueuit? An vult nos in scrutandis Græcorum sapientibus esse curiosos? Sed illi oderunt eum qui & alterius est linguæ & alterius sententiæ. Inquiramus diuinæ scripturæ scopum. Deum audiuimus clare de his qui eodem cum illo sunt ingenio dicentem: Iaculum vulnerans est lingua eorum, dolosa sunt verba oris eorum: cum proximo suo loquitur pacem, at in seipso continet inimicitiam. An super his non visitabo dicit Dominus? Aut de tali gente non sumet vltionem anima mea? Fraus enim & seductio, & abscondita amarulentia, detestabiles sunt coram Deo. Et pacifica quidem loqui, inimice verò affectum esse, res intolerabilis coram eo reputatur. Quapropter & iniuria me afficere nunciatur, excusationes forsan, sicut scriptum est, in peccatis prætexens. Temerarius enim ad conuiciandum & artifex ad calumniandum, sermonem aliquem faciet quo respondeat fortè, sicut putat, & clamat etiam, non inertem. Dicit enim: Et ego pro Domino zelatus sum sicut & sancta Synodus, offendique vos meis sententiis tanquam hæreticos. Ista verò dicens, similis est illis quos Esaias propheta intulit, dicentes: Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio obtecti sumus. Quod si quisquam hoc fortè neget, res ipsa proclamat. Primum enim superciliosus & arrogans deprehẽdetur, quotquot per vniuersum orbem sunt, sanctos sacerdotes, & contumelia inuoluens, & eadem virga feriens. E cõmunione nanque exclusos esse iussit, qua re non magis illos læsit, quàm seipsum è communione eorum exemit. Est enim id parum sensatis in consueto, vt putent se quosdam ferire, facere conantes, quæ forte nefas quidem ipsis est facere, & quibus aliquando semetipsos magis lædunt quàm alios. Quomodo autem rationi consentaneum erat & primores obiurgare, & meliorem sortitis ordinem imprudenter insultare, & Ecclesiasticarum legum disciplinam, pacis conciliatricem, desere-

ἀκοινωνησίας

re? Ne eorum quidem qui in mundo sunt scientiam imitari cupit. Mensuras dignitatibus pia vestra definiuit Dominatio. Quisque autem eorum, qui honorati sunt, & ordinem suum haud ignorat, & præposito cedit, nec cum paribus contendit. Hic autem ne hoc quidem, quod admodum friuolum est, omisit: sed contempto decoro, velut infrenatis ac incircũspectis affectibus aduersus omnes contendit, & cum semetipsum omnium communione priuauerit, putat se rebus suis prope cõsuluisse. Verum si certo me & Ephesiorum sacerdotem hæreticos esse persuasus erat, quid prohibebat, antequam venissent ad ciuitatem Ephesiorum, literis nos accusare, manifestaque facere de quibus aduersum nos conquerendum sibi putarent. Deinde vbi Ephesum venerunt, quid impediebat quo minus congrederentur nobiscum, accusarentq; cum fiducia & ad apologiam nos vocarent, atque ita simul cum aliis vel culpa liberarent rectè sentientes ac loquentes, vel iustę condemnationi subiicerẽt, ab Ecclesiasticis dogmatis discrepantia sentire deprehẽsos? Postquam verò sensit se frustra nos accusasse, & impie cõtra orthodoxos struxisse calumniam, nihilominus vt reuerentię & amicitiæ Nestorij nos oppugnando gratificaretur abscondite læsit, ac veluti in nocturna quadam pugna non visus iaculo nos petiit, chartam falsis accusationibus refertam concinnauit, & ad pias vestras aures referre ausus est, ne hoc quidem animo perpendens quod in diuina positum est scriptura: Neque mendacium coram Rege per linguam proferatur. Nos verò vbi hoc cognouimus, libellos sanctæ & œcumenicæ Synodo exhibuimus, cùm rectam ac firmam Ecclesiæ fidem confitentes, tum eos qui Arij, & Apolinarij & Eunomij dogmata probant anathematizantes. Sumus autem illum hortati vt iuxta Ecclesiasticas leges in medium prodiret, suis ipsius adfuturus sermonibus, nósque conuinceret. Erant, opinor, quæ egimus, legitima. Ipse verò in eam prolapsus est insolentiam, imò magis timiditatem ac desperationem, vt aduentum suum ad nos neglexerit, & sanctam Synodum ne videre quidem ausus sit, cum diligẽter magis ac fortiter instare debuerit, & non morari vocationem, sed sponte & vltro accurrere & diserte reprehendere, ac condemnatos pronunciare, proque suis ipsius certare sententiis. Verùm non accurrit, mala hac in re vsus conscientia. Aduentum autem suum ad sanctam Synodum vsque adeo timide detractauit, vt ex ædibus ne prospicere quidem ausus sit. Atqui quomodo verisimile erat electos Sacerdotes, memores dei dicẽtis: Iustum iudicium iudicate, nec personam in iudicio recipite. Dei nãque iudicium est, non omnino nos ac prorsus tanquam deprehensos hęreticos condemnationis fuisse subiecturos sententiis? Erat enim admodum necessarium vt actorum commentarij vobis sisterentur & hæc manifestarentur. Regionibus etenim & magnis ciuitatibus vnus quidem iudex Imperij vestri nutu designatur, qui & confidenter etiam in sanguinis & vitæ iudiciis pronunciat, ac vos tanquam legislatores reueretur, vestrísque decretis iustitiæ inquisitionem moderatur. Et quomodo qui à Deo sunt ad sacerdotium electi cum tanto sint numero, & existimatione haud vulgari, propter vitæ inquam splẽdorem conspicui, nos potius reuerituri fuissent, quàm diuinũ præceptum? Quod autem animus illius ad arrogantiam & contumeliam sit infrenis, etiam aliunde facile videre est. Iam enim fere triennio nouorum dogmatum inuentor Nestorius blasphemias suas coram Ecclesia euomit. Postquam verò suis etiam literis sanctissimo Romanæ ecclesiæ episcopo Celestino animi sui morbum manifestauit, non est passus durum ac seuerum iudicium, sed admonitus potius, vt à praua qua laboraret opinione discederet, inque locum huius rectam & inculpatam fidem eligeret. Admonitus est autem non semel tantum, sed & sæpenumero. Ipse verò tanquam diligens, vt arbitratur diuinorum dogmatum scrutator, ne quid durius dicamus, ac iactabundus propter diuinarum legum cognitionem, cum nunquam eos quos læsit, commonefecerit, nec rationem reddiderit, imò neque temeritatem suam tueri ausus sit, impia tamen sententia sua contumeliam intulit. Et forte hac in re sese magnifice iactauit, vt & beatum Dauidem, dicentem audiat: Quid gloriaris in malicia, qui potens es iniquitate? Toto die iniusticiam cogitauit lingua tua, & sicut nouacula acuta struxisti dolum. Dilexisti maliciam magis quàm bonitatem, iniusticiam potius quàm loqui iusticiam. Dilexisti omnia verba subuersionis, linguã dolosam. Propterea

destruet te Deus in finem, euellet te, & transferet tabernaculum tuum, & radicem tuam de terra viuentium. Audio autē quod eum nonnulli à delicto in nos commisso liberare conentur, asserentes eum iustè nobis esse infensum, propterea quod sine ipsius præsentia contra blasphemum Nestorium Concilio coegerimus. Verum satius erat non nos hic accusare, sed magis suam ipsius cunctationem in ius vocare, deinde & illis culpam assignare, qui aduentum suum præuenerunt, ac sanctæ Synodo prænunciarunt, non expectandum esse ipsius aduentum nec hoc nobis tribuere, quod proditorie Concilium coegerimus, cum in eo simus ipsius obsequuti vocibus. Quare non magis mendaces ac seductores exosos reddidit? At hos inter syncerissimos reputat. Sed esto forsan offensus est. Debebat ne ob eam causam, diuinas negligere leges, Deique obliuisci dicentis: Insontem ac iustum ne occidas? Debebat ne condemnare eos qui de nulla dum absurditate conuicti sunt? Debebat ne fratres gladio impietatis conficere? Ecclesiasticas leges contemnere? calumniari? mentiri? idque in pientissimis vestris auribus? Debebat ne nihili facere rectitudinem fidei, eóq; animo esse, vt inculpatum habeat neminem, interea patrocinium ei largiri qui contra Christum blasphemias effudit, atque hoc quærere vt mendacium erigatur, veritas verò subuertatur? Dabit ne quisquam hæc esse sanctæ mentis fructum? hæc esse sacerdotalis consilij inuenta? Atqui Deum audio dicentem: Labia sacerdotis custodiunt iudicium & legem requirent ex ore eius. Est itaque manifestum, quod per ea quibus se arrogantiæ aduersum nos declaratæ causas refellere putat, per ea ipsa magis impiè egisse deprehendatur. Ego verò ô Christi amans Rex, gaudebam quidem, quum à patria discederem, & Alexandria vestra relicta, Ephesum proficiscerer. Tametsi magna vis venti velis infunderetur, ac nauem instar tonitrui personaret, fluctúsque in sublime sublatus circum gubernatorum capita æstuaret, etiam hic tamen alacri animo in isto tempestatis periculo perduraui, futurum sperans, vt optatissimo mihi Dominationis vestræ aspectu potiri daretur. Et præterea cum relicta Epheso ad illustrem illam ciuitatem deportarentur, qui ad hoc erant à sancta Synodo odinati, vt iis quæ apud eam acta fuerant, patrocinarētur, cupiebā viris illis adnumerari. Primum quidem ob eam causam, vt Dominationem vestrā viderem: deinde vt coram vobis contra ipsum Antiochenum Episcopum iure agerem, ostenderémque eum sycophantem egisse, & iniquè insaniuisse, impotentibúsque feriis esse superatum, propter quod capita blasphemia Nestorij anathematizaui. Fidei nanque meæ rectitudinis testimonium dedit Romana Ecclesia: & præterea sacra Synodus, ex vniuerso orbe qui sub cœlo est, vt ita dicam, congregata. Quod enim nullo pacto alienus ab euangelica & apostolica traditione deprehensus sim, & quod rectam ac minimè obliquam sacrorum dogmatum semitam percurram, communi sententia confessi sunt, idque scripto in commentarios qui leguntur, quique à me scribentur, fidei gratia relatum est, & in epistolas quoque, quæ ad Nestorium sunt scriptæ. Optabam autem non horum tantum gratia illic esse, sed vt & reliquorum delationes contra me & meos factas, falsas esse declaratem. Propugnatores enim dogmatum Nestorij, arcum contra me ex liuore & inuidentia tendentes, & quæ ipsorum intemperantia & insania dictat, variis modis struentes, viros quosdam emptitios nacti accusatores statuerunt, quorum Deus venter est, & gloria in confusionem ipsorum, sicuti beatus Paulus dicit: vt per hos vestro imperio turbas excitēt, idq; multoties tentarūt, cum nihil absoni sint passi. Nullā enim prorsus aduersum me causam habebant. Hi verò qui insidiatoribus meis nugas suas mercede locarunt, frustra nugari sunt, nihil non incunctanter tentātes: nihil enim non audent, qui huiusmodi sunt. Consuetam nāque maliciam habent, nec alicuius faciunt, etiamsi calumniæ arguantur, ac sæpenumero contra quosuis mentiti deprehendantur, etiamsi sit preclarus quisquam inter eos quos accusant: Sciunt autem eos tales esse, atque ita viuere consueros, quotquot vestram incolunt Alexandriam. Nugati sunt itaque illi materiam ad hoc concitatis præbantes, & mercedem tāquam specimen quoddam largitionis ad nugandum contra me statuerunt. Tuli autem ista quidem admodum ægrè. Quomodo enim id non accideret? Veruntamen recordatus sum seruatoris nostri omnium, dicentis: Beati estis cum probris vos affecerint & insectati fuerint, & dixerint omne malum verbum aduersum vos, propter me, mentientes: gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Sic enim & prophetas persequuti sunt, qui ante vos fuerunt. Quando enim iniquitatis patet Satanas Ecclesiis & iis, qui rectam fidē habēt, laqueum subструere conatur, & apostolicæ & euāgelicæ fidei traditionem per suos satellites adultetare audet, vbi qui seruantes sunt rectæ fidei, veritatem illi opponunt, & iis qui quę recta sunt peruertunt, resistunt, Christum habentes belli socium & auxiliatorem qui ipsa veritas est: tum scilicet omnis mendacij pater, multos qui mentiātur excitat, tum ferox illa sycophantarum multitudo iis qui pie viuere volunt, aduersatur. Et ipsos etiam prophetas hoc passos esse inuenimus. Prophetauit nanque suo tempore beatus Amos, atque Israelitas vehementer reprehendit, quod dilectionem erga Deum neglexissent, & leges sibi datas contemnerent. Verum in medium prodiit, & restitit illi Pashur. Erat autem hic pseudopropheta, & cultor dęmoniorum detulitque ad regem Israel s virum verè sanctum ac prophetam, ad hunc modum illum accusans: Factiones contra te, molitur Amos. Terra non poterit sustinere omnes sermones eius. Consimiliter & beatus Hieremias propheta peccantem Israelem vias suas corrigere iussit. Verum non defuerunt delatores. Incitarunt autem contra eum Sedechiam & reliquos qui regni sedem administrarūt. Erat hæc causa grauis quidem ac verè molesta: verum Deo probari & amicum esse pluris ducebant, quàm suam ipsorum vitam, atque ita permanebant in eo quod studiose agebant, scriptum scientes: Cor regis est in manu Dei, quocunque volet inclinabit illud. Reddidit enim Iudaicarum rerum gubernatores clementes, ac misericordiæ studiosos, vtut sæpenumero exacerbati sint. Sed omittamus quę illis acciderunt, tanquam omnibus nota, mentionémque faciamus celebertrimi ac beatissimi patris nostri Athanasij, qui olim Alexandrię vestræ Episcopus fuit. Impugnabat ille peruersam Arij opinionem. Nugacitatis verò illius assentatores perseueranter illum calumniabantur, petulantem & infrenem linguam aduersus eū exerentes. Nec contēti mendaciis, brachium hominis cuiusdam absciderāt quod circūferentes horrendum videntibus spectaculum obiiciebāt, dicentes illud ipsum abscidisse Athanasium, contendebātque Arsenium quendam nomine crudelitatem hanc esse perpessum. Perseuerarunt autem hoc pacto seducētes multo tempore, donec Arsenius ille qui absconditus fuerat, adhuc viuus deprehenderetur, atque ita vix tandem improbitatis ipsorum deprehensus est conatus. Erat sycophātia ista animis liberis, bonámque conscientiam habentibus, molesta & acerba concideratóque vehementer animus eorum, quibus ista acciderāt, & molestissimum erat indubitato frustra his qui nihil læserant, insidiatos esse.

Verum quod ista iis accidant, qui veritatem administrant, diuina scriptura prænunciauit. Dixit enim: Ad mortem vsque certa pro veritate, & Dominus pugnabit pro te. Præterea & ipse Dominus noster Iesus Christus discipulos suos ad bonam instruens confidentiam, suadensque vt quoduis mendacium, & labores in persecutionibus ferēdos contemnerēt: Si me, inquit, persequuti sunt, & vos persequentur. Si patremfamiliās Beelzebub vocarunt, quanto magis domesticos eius? Pudore autem eos affecit, idque valde vtiliter inculcans illud: Non est discipulus supra magistrum, nec seruus supra Dominum suum. Si nanque Christo contradixerunt, quæ nostri erit habenda ratio? Et si contra quemuis sanctum structæ sunt calūniæ, quomodo minimi nos effugeremus? Intemperās quidem est impiorum lingua, sed velut ad decliuia fertur, maledicta & odibilis coram Deo. Psallit igitur beatus prophera Dauid, dicēs: Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa & linguā magniloquam. Expertus est mecum infrenatæ linguæ iacula dilectus quoque solitarius Victor. Prædicarant enim de ipso quidam ex his fortè, qui mētiri cōsueuerunt, quod & ipse absurda quædā sit cōtra me nugatus, ita vt cùm Ephesum ad me veniisset, vehemēter illum nōnulli ex sancta Synodo accusarint imò vniuersi vnum esse ex impiorum numero, vociferārtes auersati sint, cōstanterque parricidam & homicidam, & quæ alia sunt

Constantinopolim intelligit.

Fecit hoc Amasius sacerdos Bethel. vide Amos 7

De Athanasio.

sunt huiusmodi, nominarint. Et cum hoc senex intellexisset, admodum multis ipsum sanctis Episcopis circūstantibus, sublatis in cœlum manibus prēter morē per sacrosanctum baptisma & veneranda Christi mysteria, nullius horum scelerum se conscium esse iurauit, atque vix tandem offensorum animos ego & ipse pacare potuimus. Verum tametsi plurimi mendaciis studentes, imò à Nestorij studiosis ad hoc incitati, irruerent ac frustra insultarent, suffecit tamen ad succurrendum seruatoris nostri gratia, & pietatis vestræ odium, contra malicioſos.

Ereptos enim veluti ex ardenti camino placidissimis vestris nutibus seruastis, vt vnà cum aliis qui per vniuersam vestram Ægyptum sunt sanctis Episcopis indesinentes pro imperij vestri victoria, & perpetuitate gratiarum actiones sanctissimo Christo offeramus, per quem & cum quo Deo ac patri sit gloria, cum sancto spiritu in secula, Amen.

FINIS.

DECLARATIO DVODECIM
capitum & Anathematismorum, à Cyrillo
Archiepiscopo Alexandrino, Ephesi sacra Synodo latiorem illorum explicationem petente dicta.

CONSPICVA sunt intelligentibus omnia, & recta scientiam inuenientibus, sicut scriptum est. Hi nanque qui sacra diuinæ scripturæ verba acuto & puro oculo introspiciunt, vtilitatis loco diuinum quendam & cœlestem ex illis thesaurum in animos suos recondunt. Qui verò mentem habent ad mendacium propēdentem, & quorundam dicacitate deuictum, vanæque sciētiæ amantem, consortes illorum erunt, de quibus beatus Paulus dicit: In quibus Deus huius seculi, sensus infidelium excæcauit, vt non splendeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi. Sunt enim cæci, & duces cæcorum. Quapropter & in foueam perditionis incidunt. Sicut nanque seruator ipse alicubi dicit: Si cæcus cæco ducatum præstiterit, ambo in foueam cadent. Nugantur itaque nonnulli contra veritatis dogmata, ac mentem diabolica improbitate refertam habentes, veritatis mysterium vrgenti studio adulterare conantur, incarnationisque vnigeniti, dispensationi haud mediocriter derogant, non intelligentes, neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant, sicut scriptum est. Sunt autem huiusmodi impietatis inuentores multi quidem, & alij superioribus, & iam elapsis temporibus facti: nunc autem illorum impietate minimè inferiores. Nestorius & qui cum illo faciunt, ad exemplum priscorum pharisæorum Christo aduersantur, impudenter vociferantes: Quamobrem tu, cum homo sis teipsum Deum facis? Est itaque necessarium, vt aduersus illorum sermones accingamur, & impura ac prophana eorum dogmat anathematizemus, memores Dei per vocem prophetæ, dicentis: Audite sacerdotes, & contestamini domum Israel, dicit Dominus omnipotens. Et iterum: Ingredimini per portas meas, & lapides à via abiicite. Oportet enim nos qui pro veritatis certamus dogmatibus, è medio submouere offendicula, ne vllo pacto populi ad illa impingentes, veluti per planam semitam ad sacra & diuina stabula veniant fere quotidie dicentes: Hæc est porta Domini, iusti intrabunt per eam. Cum itaque Nestorius ad excitandas turbas peregrina & impia dogmata libris suis inseruerit, necessariò salutis eorum, qui illa lecturi sunt, rationem habentes, anathematismos constituximus, non statim quicquid in mentem incidisset admonitoriæ, quam ad ipsum scripsimus epistolæ inserentes: sed vt iam dixi, peregrina & aliena esse à pietatis dogmatibus dementiæ ipsius demonstrantes conuicia. Molestè verò nonnulli forsan quæ à nobis dicta sunt, ferunt, vel non verè intelligentes vim eorum quæ scripta sunt, vel impuræ Nestorij hæreseos propugnatores, & impietatis illius, eadem sentientes participes facti. Latet itaque veritas neminem eorum qui rectè sapere consueuerunt. Quoniam autem verisimile est futuros quosdam, qui non intelligant quomodo anathematismi isti aduersus illorum sint inducti nugas: necesse existimaui, vt singulos breuiter exponam, & quantum fieri potest vim illorum perspicuè doceam. futurum est enim, vt arbitror, hoc institutum conducibile ad vtilitatem legentium.

ANATHEMATISMVS primus.

SI quis non confitetur Emmanuelem secundum veritatem esse Deum, ideóque sanctam virginem esse Deiparam (carnaliter enim verbum ex Deo patre carnem factum, genuit) anathema sit.

DECLARATIO.

Beati patres olim Niceæ congregati, cum rectæ & irreprehensibilis fidei determinationem exponerent: credere se dixerunt in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium eius. Et in spiritum sanctum. Ipsum verbum quod ex Deo est, per quod omnia facta sunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero incarnatum esse, & inhumanatum, passumque & excitatum dixerunt. Cum enim vnigenitum patris verbum secundum naturam Deus esset, semen Abrahæ assumpsit, sicut beatus Paulus dicit: Et nobis simile factum de carne ac sanguine participauit. Natum est enim secundum carnem è sancta virgine, & homo nobis similis apparuit: non destitutis eo, quod deus est, absit: sed existens quod erat, & in diuinitatis natura & gloria permanens. Dicimus igitur ipsum verbum hominem esse factum, nec conuersionem aut alterationem sui in id quod non erat passum. Idem enim semper est, nec mutationis obscurationem pati sustinet. Sed & neq; commixtionem, neque confusionem, nec temperaturam aliquam essentiæ eius cum carne factam esse statuimus. Dicimus autem verbum carni, rationalem habenti animam, modo nobis, nec intelligibili, nec dicendo, quem solum ipsum nouit esse vnitum. Mansit itaque Deus in assumptione quoque carnis, & est vnus Dei ac patris filius, Dominus noster Iesus Christus, idem cum ante omnia secula & tempora, quatenus intelligitur verbum esse Dei, & caracter subsistentiæ eius, tum in nouissimis temporibus per dispensationem homo propter nos factus. Quoniam verò nonnulli natiuitatem eius secundum carnem ex S. Virgine ad omnium salutem factam tollunt, quæ non hoc illi contulit, vt primum esse inciperet, sed vt nobis similis factus à morte nos & corruptione liberaret. Ob hanc causam primus noster anathematismus, partim contra peruersam illorum fidem vociferatus est, partim id quod rectè habet confitetur, Emanuelem secundum veritatem deum, & ob id sanctam virginem Deiparam esse dicens.

ANATHEMATISMVS II.

Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam vnitum esse, quod ex Deo est verbum atque vnum esse Christum, cum carne sua, eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

DECLARATIO.

Scribit diuinus Paulus, sacer diuinorum mysteriorum minister. In confesso magnum est pietatis mysterium. Deus apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est inter gentes, fides illi habita est in mundo, assumptus est in gloria. Quid igitur est, quod dicit: Deus apparuit in carne? Hoc est: Verbum ex Deo patre caro factum est, non secundum trãsmutationem, aut conuersionem in carnem mutatum, sicuti iam diximus: sed magis quod carnem ex sancta Virgine sumptam propriam sic fecerit, vnus & idem appellatus filius, ante incarnationem, tanquam carnis expers, & verbum tantum, post incarnationem verò idem existens in corpore. Propterea dicimus eum simul & Deum esse & hominem non diuidentes illum in hominem separatim & seorsim considerandum, & in Deum verbum separatum, ne duos cogitemus esse filios, sed vnum confitentes & Christum esse & filium & Dominum. Eos verò qui causam hanc non ad hunc modum habere suspicantur, aut non sic credere volunt, sed eum qui vnus est in duos filios diuidunt, & quæ secundum veritatem sunt coniuncta à se inuicem separant, dicúntque hominis cum Deo coniunctionem duntaxat, secundum dignitatem, vel autoritatem esse factam, à recta & inculpata fide alienos esse dicimus. Itaque licet Apostolus nominetur, & vnctus, inque filium designatus dicatur, non tamen erubescimus hanc dispensationem, sed seipsum Dei patris verbum, quando pro nobis homo factum est, tum sanè & Apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem vnctum esse dicimus. Cum enim nobis sit simile factum, licet quod erat manserit, quæ humana tamen sunt non est auersatum: sed admittit potius simul cum humanitatis mensuris quæ sunt humana propter dispensationem, nihil ex eo in propria vel gloria, vel natura diminutum. Est enim, est inquam, etiam hoc pacto Deus ac Dominus omnium.

ANATHEMATISMVS III.

Si quis in vno Christo subsistentias post factam illarum vnionem diuidit, coniunctione tantum illas, quæ sit secundum dignitatem, vel autoritatem, & non magis coitione secundum naturam vnionem connectens, anathema sit.

DECLARATIO.

Dispensationis vnigeniti cum carne mysterium studiose cõsiderantes, admirabili & inenarrabili modo verbum Dei patris sancto corpori rationalem animam habenti adunatum esse dicimus, atq; ita vnum esse filium intelligimus, quemadmodum videlicet in nobis ipsis cernere licet. Est quidem anima diuersæ à corpore naturæ, & tamen vtraque coniuncta vnum animal efficiunt. Verum sunt qui ista non ad hunc modum habere suspicantur, sed hominem nobis seorsim ac separatim statuentes Dei patris illum verbo secundum solam dignitatem vel autoritatem non naturali, id est, vera vnione, & sicut nos credimus, coniunctum esse dicunt. Nam ita & diuina scriptura alicubi dicit: Et eramus natura filij iræ sicut & cæteri, dictionem naturæ, pro verè vsurpans. Itaque qui subsistentias post vnionem diuidunt, & singulas, hoc est, Deum & hominem separatim ponunt, & coniunctionem illarum eam intelligunt, quæ secundum solam sit dignitatem duos omnino filios statuunt, cum diuina scriptura, & filium & dominum esse dicat. Proinde post inenarrabilem illam vnionem, quum Deum nominat Emanuelem incarnatum, & humanatum verbum, nos quod ex deo ac patre est intelligimus: & cum hominem eum esse dicit, nihilominus illud ipsum verbum per dispensationem in humanitatis mensuris constitutum esse cognoscimus. Dicimus itaque eundem palpabilem cum sit impalpabilis, visibilem cum sit inuisibilis. Non enim alienum ab eo corpus est, quod illi coniunctum est, quod & palpabile, & visibile esse dicimus. Eos verò, qui ad hunc modum non credunt, sed quemadmodum dixi, subsistentias post vnionem diuidunt, nudámque coniunctionem, quæ secundum solam sit dignitatem, vel autoritatem confingunt, propositus hic anathematismus alienos ab iis esse iudicat, qui quæ recta sunt sentire consueuerunt.

ANATHEMATISMVS IIII.

Si quis voces illas, quæ in Euangelicis & Apostolicis habentur literis, siue de Christo à sanctis, siue ab ipso de ipso dictas, duabus personis vel subsistentiis assignat, & alias tanquam homini separatim à dei patris verbo intellecto: alius verò tãquam Deo competentes, soli Dei patris verbo adaptat, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum verbum Dei, ac patris in ipsius esset forma & æqualitate, non est rapinam arbitratum, quod Deo esset æquale, sicut scriptum est: sed magis seipsum ad spontaneam exinanitionem demisit, & in nostram naturam descendit, non amittens quod erat, sed magis etiam hoc pacto deus permanens, & tamen humanitatis mensuram non despiciens. Sunt itaque ipsius omnia tam diuina, quàm humana. Etenim vbi seipsum exinaniuit, si in humanitatis sese mensuras dimittere erubuit? Et si humana detrectauit, quis illum necessitate ac vi aliqua ad hoc impulit, vt nobis similis fieret? Vniuersas igitur euangelicas voces, tam quæ humanitatem, quàm quæ diuinitatem concernunt, vni personæ adaptamus. Nam & vnum credimus esse filium Christum Iesum, hoc est, inhumanatum & incarnatum Dei verbũ. Itaque etiamsi humanum quid scriptura de Christo dicat, humanitatis eius mensuris hoc deputamus (est enim ipsius & humanitas, etiamsi Deus esse dicatur) Deum qui humanatus est, esse credentes. Rursus & quæ de humana natura sonant euangelicæ

gelicę voces vni Christo & filio assignamus. Qui verò illum in duas personas diuidunt, omnino duos comminiscuntur esse filios. Quemadmodum enim hominem, quales nos sumus, nõ in duas diuidimus personas, licet ex anima esse, & corpore intelligatur, sed vnus & idem homo est, ita & in Emanuele sentiendum est. Quoniam enim vnus est filius & Dominus, verbum illud Dei incarnatum & inhumanatum, omnino etiam vna est illius persona. Et huic adscribimus tam humana, propter dispensationem illius cum carne susceptam, quàm diuina propter inenarrabilem illius quam ex patre habet generationem. Qui verò illum diuidunt & partiuntur in hominem separatim, tanquam alium præter Dei verbum existentem filium, & in Deum separatim tanquam rursus alium existentem filium, meritò tanquam duos dicentes esse filios virtuti propositi huius anathematismi subiiciuntur.

ANATHEMATISMVS V.

Si quis Christum Deiferum hominem audet dicere, & non potius Deum secundum veritatem, tanquam vnicum & naturalem filium, quemadmodum verbum caro, & carnis ac sanguinis, perinde atqué nos particeps est factum, anathema esto.

DECLARATIO.

Verbum Dei diuinus Euangelista Ioannes carnem esse factum dicit, non secundum transmutationem aut conuersionem propriæ naturæ in carnem mutatũ, sicut iam prædiximus (est enim inalterabile tanquam Deus) sed quia consimiliter nobiscum in carne ac sanguine communicauit, homóque factum est. Est enim in consueto diuinæ scripturæ, vt hominem carnem vocet. Scriptum enim est: Et videbit omnis caro salutare Dei. Sed impiorum dogmatum inuẽtores Nestorius, & qui cum illo faciunt, eadem videlicet cum illo sentientes, simulant quidem confiteri se incarnationis vocem: verum non simul dicunt verbum Dei secũdum veritatem esse incarnatum, hoc est, hominem ad nostri similitudinem factum, ita vt quod erat mãserit: sed velut in homine vno ex sanctis, ex sancta virgine nato, vnigenitum Dei verbum habitare affirmant, vt iam non confiteantur, quod vnus sit filius & dominus adorandus: sed quod tanquam homo seorsum ac separatim intellectus, sola coniunctione secundum dignitatis vnionem honoratus simul adoretur, & glorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus, per sanctum spiritum. Nam & per vnum ex sanctis prophetis dixit: Quoniã habitabo, & inambulabo in eis, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Scribit & beatus Paulus, dicens: An ignoratis, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Et ipse Christus de sanctis prophetis, vel reliquis sanctis, qui ante ipsum fuerunt, dixit: Si & illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & in mundum misit: vos dicitis quod blasphemẽ, quia dixi, filius sum Dei: verum non ita Deus in Christo, sicut in nobis habitat. Erat enim natura Deus, etiam cum nobis similis fieret, vnus ac solus filius, etiam cum caro fieret. Itaque qui Deiferum illum hominem dicere audent, & non magis inhumanatum Deum, meritò proposito subiacent anathematismo.

ANATHEMATISMVS VI.

Si quis verbum quod ex Deo patre est, Deum ac dominum Christi esse dicit, & non magis illum eundem confitetur esse Deum simul & hominem, sicut verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

DECLARATIO.

Dominus noster Iesus Christus, vnus & solus & secundum veritatem filius Dei ac patris existens, cum verbum illius sit, caro factus est, & simul omnibus vnà cum genitore suo dominatur, flectitúrque illi omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum, & confitetur omnis lingua, quod dominus noster Iesus Christus sit in gloria Dei patris. Est itaque idem ipse Dominus omnium, iuxta quod & intelligitur, & est Deus licet non sine carne post inhumanationem. Ipse verò sit ipsius nec Deus est, nec Dominus. Est enim hoc omnium absurdissimum, imò omni impietate reuera refertum, si ita sentias aut dicas. Itaque meritò contra hanc impietatem propositus est hic anathematismus.

ANATHEMATISMVS VII.

Si quis Iesum à verbo dei tanquam hominem actum & impulsum esse, & vnigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à se diuerso accessisse dicit, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum vnigeniti filij Dei generationem secũdum carnem sanctæ virgini beatus Gabriel euangelizaret: paries, inquiebat, filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse namque saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nominatus autem & Christus est, propterea quod nobiscum humanitus vnctus est secundum Psalmistæ vocem dicentis: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Quanquam enim cum ipse sit spiritus sancti suppeditator, illúmque non mẽsuratè det, his qui digni sunt. Est enim plenus, & de plenitudine eius omnes accepimus, sicut scriptum est: per dispensationem tamen, vt homo vnctus est. Dicitur & spiritaliter spiritus sanctus, non humaniter per omnia supra ipsum venisse, vt & in nobis permaneat, licet propter transgressionem Adæ principio à nobis fugerit. Ipsum itaque vnigenitum Dei verbum, caro factus Christus vocatum est: & cum propriam habeat potentiam, deo competentem, miranda operatur. Proinde qui Christi potẽtiæ vnigeniti gloriam accessisse dicũt, quasi aliter sit propter Christũ vnigenitus dei, duos sentiunt esse filios: alterum operantem, alterum verò illius operatione, tanquam hominem nobis similem, impulsum, ob eam causam virtuti huius anathematismi subiiciuntur.

ANATHEMATISMVS VIII.

Si quisquam assumptum hominem audet dicere vnà cum deo verbo adorandum & glorificandum, deúmque tanquam alterum cum altero appellandum esse, & non magis vna adoratione Emmanuelem honorat, & vnam illi glorificationem sicuti verbum caro est factum deputat, anathema sit.

DECLARATIO.

Baptizati sumus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum filium, & præterea in vnum quoque spiritũ sanctum. Denique beatus Paulus dicit: An ignoratis quotquot in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus. Sumus itaque illi consepulti per baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus excitatus est ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Credidimus itaque & baptizati sumus in vnum, sicut dixi, filium, Dominum nostrum Iesum Christum: hoc est, incarnatum & inhumanatum Dei verbum, simũlque vnum adorare Deum edocti, & nobiscũ etiam cœlestes virtutes. Scriptum est autem: Cum induceret primogenitum in orbem, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Factus est autem vnigenitus primogenitus, quando homo nobis similis est factus. Tunc etenim & frater diligentium ipsum est appellatus. Si quis igitur adorari eum tanquam hominem, vna cum altero præter ipsum existente, videlicet dei patris verbo dicit, & non secundum veram vnionem in vnum Christum, & filium & Dominum coniunctum vna adoratione honorat, iuste virtuti anathematismi huius subiicitur.

ANATHEMATISMVS IX.

Si quis dicit vnum dominum Iesum Christum à spiritu tanquam aliena virtute, qua per ipsum sit vsus, glorificatum esse, & ab illo accepisse, quæ contra spiritus immundos operatus est & quæ diuinitatis signa inter homines perfecit, & non magis proprium ipsius esse spiritum, per quem diuinitatis signa operatus est, anathema sit.

DECLARATIO.

Cum homo factum sit vnigenitum dei verbum, etiam sic tamen deus mansit, omnia existens quæ pater est, solo hoc dempto, quod ille pater est, & proprium habens, quod ex patre est. Et essentialiter inhærens illi spiritussanctus signa illa diuinę potentiæ operatus est. Itaque etiam homo factum deus mansit, atque ita propria virtute spiritus miracula perfecit. Qui verò dicunt, quod tanquam vnus ex nobis, sanctis videlicet, spiritus sit glorificatus efficacia, qua sit non propria, sed aliena magis & non quomodo deum decet, vsus, & quod gratiæ loco à spiritu sancto assumptionem in cœlos acceperit, iuste virtuti huius anathematismi subiacebunt.

ANATHEMATISMVS X.

Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum scriptura dicit. Obtulit autem pro nobis semetipsum in odorem bonæ fragrantiæ, deo ac patri. Si quis igitur pontificem & apostolum nostrum, non ipsum quod ex deo est verbum, & caro & homo, nobis similis est factum: sed tanquam quendam hominem præter ipsum, separatim ab eo, ex muliere natum factum esse dicit: aut si quis Christum etiam pro seipso oblationem, & non magis pro nobis obtulisse dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum nō nouit) anathema sit.

DECLARATIO.

Modici quidem momenti indubiè verbo ex deo patre genito sunt, quæ humana sunt: verum tamen ab illo non contempta, propter dispensationem. Cum enim secundum naturam dominus esset omnium, demisit semetipsum in nostram naturā forma serui accepta, appellatúsque est noster pontifex & apostolus, humanitatis mensuris ad hoc illum vocantibus. Obtulit autem semetipsum pro nobis, in odorem bonæ fragrantiæ Deo ac patri. Vnica quippe oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos, sicut scriptum est. At ignoro, quomodo qui aliter sentiunt, non ipsum dei verbi hominem esse factum & apostolum ac pontificem confessionis nostræ appellatum, affirmant: sed tanquam alium quendam præter ipsum, separatim hominem ex sancta virgine natum, apostolum & pontificem appellari, * famulandiq; modo ad hoc muneris venisse, & non magis pro nobis, quàm pro seipso semetipsum Deo ac patri obtulisse, id quod omnino à recta est & inculpata fide alienū. Peccatum enim nō fecit. Qui verò superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Quoniā verò, vt apparet, præuaricātes duos iterum filios excogitant, qui aliter sentiunt, necessariò positus est hic anathematismus, vt veritatem perspicuam redderet.

* vel per modū supplicandi.

ANATHEMATISMVS XI.

Si quis carnem domini non cōfitetur esse viuificam, & ipsius verbi, quod ex deo patre est, propriam, sed tanquam alterius cuiuspiam præter ipsum, secundum dignitatem quidem, aut tanquam qui diuinam duntaxat inhabitationem sit adeptus, cum ipso coniuncti, & non magis viuificam, sicut diximus propterea quod propria facta est verbi, quod omnia viuificare potest, anathema sit.

DECLARATIO.

Sanctum ac viuificum incruentúmque in Ecclesiis celebramus sacrificium, non hominis alicuius nobis similis & communis corpus: cōsimiliter & preciosum sanguinem esse, quod proponitur credentes, sed magis tanquam proprium viuificantis verbi corpus & sanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non potest. Et hoc ipse Seruator testatur, dicens: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. Quoniam enim verbi facta est propria, ob eam causam intelligitur & est viuifica, sicut Seruator dicit: Sicut misit me viuēs pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, etiam ille viuet propter me. Quia verò Nestorius & qui cum illo sentiunt mysterij huius virtutem temerè dissoluunt, propterea, idque valde meritò, constitutus est hic anathematismus.

ANATHEMATISMVS XII.

Si quis non confitetur verbum Dei carne esse passum, carne crucifixum, & mortem carne gustasse, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum & vita est, & viuificās sicut Deus; anathema sit.

DECLARATIO.

Impassibile quidem & immortale est dei patris verbum. Vt enim excellentior est diuina & inenarrabilis natura, quàm quæ patiatur aliquid, ita & ipsa omnia viuificat, & corruptionem ac quicquid contristare solet, superat. Attamen licet verbum ex Deo patre essentialiter hæc habeat, nihilominus carnem mortis capacem sibi propriā fecit, vt per hoc quod passionibus est obnoxium, passiones illas pro nobis ac propter nos in sese susciperet, & nos omnes morte ac corruptione liberaret, suum ipsius corpus viuificans vt Deus, primitiæq; dormientium ac primogenitus ex mortuis. Non enim communis homo est, separatim ac seorsim, præter verbum Dei, intellectus qui propter nos preciosam passus est crucem, & mortem gustauit, sed ipse Dominus gloriæ carne passus est secundum scripturas. Quoniam verò, qui vana sua, & impia dogmata in rectam & inculpatam fidem insinuare conantur, communem pro nobis hominem crucem sustinuisse dicunt, necessario anathematismus hic constitutus est, vt latentis in illis impietatis magnitudinem demonstret.

FINIS.

BEATI

BEATI CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi, Liber Apologeticus pro duodecim Capitulis, ad Orientales episcopos, qui illa scriptis taxarant.

QVI suam mentem sanctissimo Deo dicarunt, & veritatis dogmata profiteri delegerunt, cauent & prophana irreligiosorum hæreticorum vaniloquia, confirmante internū & absconditum cordis oculum scriptura diuinitus inspirata bonis cogitationibus. His qui recta peruertunt obluctantur, ídque strenuè quasi dicentes: zelando zelati sumus Dominum. Itaque quum Nestorius multas & diuersas blasphemias contra Christum saluatorem nostri omnium effuderit, & quodammodo venerandum & magnum incarnationis sacramentum funditus remoueat, non ignoramus ad hæc velle silere, periculosum esse: cæterum cum sæpissimè consuluerimus illi, vt à talibus blasphemiis cessaret, nihil quàm penitus proficeremus, necessariò tamen ad defendenda pietatis dogmata accessimus, & selectis quibusdam illius dogmatibus, ea vtiliter anathematizauimus, hoc est, eos qui talia sentire nolunt, obtemperantes, in hoc beato Paulo dicenti: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit: sed etsi nos, vel angelus de cœlo euangelizauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id grauatim ferant plerique, vel sint eiusdem sententiæ ac opinionis cum illo: vel simulant quidem se vitare opinionis societatem, attentant autem modis omnibus ipsum adiuuare, & reddere exosos eos qui saluatorem Christum simul prædicare volunt. Verum tamen cogitandum erat, quod increpare diuersa docentes, conciliandis illis amoris in Christum synceritatem, officium fuerit: nunc autem, cum non faciant melius, vt oportebat, atque adeò multum in eis desideratur, immò facti sunt infensissimi his, quorum si fuissent imitatores, cum ipsis corona redimiti forent. Itaque anathematismos arripiunt, quasi non habeant bene, vnde & vnicuique suarum mentium adinuentiones scribendo apposuerunt, rati, sequi stultas quasdam ac friuolas fabulationes commenti sunt, attracturos etiam librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit, è diuerso veritatem tractare, & refellere obloquutionem, ostenderéque aduersarios esse dicacitatis studiosos, vel saltem veritatis indagatores. Proinde præordinabimus singulos anathematismos. Deinde his adiungemus quæ ab illis composita sunt. Postremum subdentes & nostra, ea diuinas Scripturas scientibus quasi iudicibus offeremus, petentes ab his qui veritatem sciunt sententiam rectam & inculpatam.

3. Reg. 9.

Gal. 1.

φιλοσκώμμονας.

Anathematismus primus.

SI quis non confitetur Deum esse secundum veritatem, Emmanuelem & propter hoc Dei genitricem, sanctam virginem: genuit enim carnaliter carnem factum Dei patris verbum, anathema sit.

Orientalium oppositio.

ET quis carnaliter carnem factum Dei verbum, natum esse simul confitebitur: Nam si carnaliter genuit, iam non vt Virgo. Et vbi ponemus hoc? Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, si carnaliter iuxta illius mentem Virgo, & non vt Deum decet genuerit: & quomodo hanc stella insolito modo apparens demonstrauit, Magi ex Perside illa duce aduenerunt natum quærentes, & inuento dona obtulerunt. Angeli qui descenderant de cœlo, cum pastoribus mixti, de natali tripudiarunt dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus beneuolentia? Hæc cuius indicia, carnalis vel eius quæ Deum decet natiuitatis? Et alioqui si absque examine & indicio in voces inciderimus, & conuersionem & commutationem verbi in carnem imaginabimur, & sic etiam peccatum & maledictum ipsum natum esse suspicabimur, siquidem minus ad sequentia, & præcedentia contextus sermonis, & ad ipsam consuetudinem scripturæ attenderimus. Cæterum carnem esse factum Verbum, rectè iuxta Euangeliorum mentem habitationem in carne exponimus.

Lucæ 1.
Matt. 2.
Lucæ 2.

Defensio Cyrilli.

DIspēsationis vnigeniti filij Dei in carne sacramentū sapientissimus Ioannes dei declarat, scribens: Et verbū caro factū est. & habitauit in nobis. Hæc rectè intelligentes beati patres, olim in Nicæa congregati, dixerunt ipsum verbum ex deo patre esse natum, per quem omnia fecit pater, lumen de lumine, Deum verū de deo vero, incarnatum & hominem factum esse, hoc est, vnitum carni, animam habēti rationalem, & hominem factū esse, & cum hoc etiam mansisse deum. Quod autem absq; conuersione & confusione vnionis opus factum est, manente, vt dixi, dei verbo: id quod est, tametsi facta si caro. Immutabilis enim secundum naturam est, id quod nulli dubium. Nam dum dicitur incarnari, non intelligitur, quod in carnis naturam vertatur, sed aliud quiddam ab illa sit, & vnitū sit ei. Sic sentientes beati patres, Dei genitricem nominauerunt, sanctam virginem. Crediderunt enim quod incarnatū, & hominem factū genuerit filium: per quē omnia fecit pater. Verum Nestorius nouellarum blasphemiarum inuentor, cum illa opinione pugnās, perstringit quidem vocem Dei genitricem, quasi nō sit verè dicta, dicebat autem sic: Interrogaui, inquit, sæpe eos, diuinitatem natā dicitis ex sancta virgine? Resiliunt statim ad verbum: Et quis, inquit, tanto blasphemiæ morbo laborat, vt illam quæ genuit, templum dicat à spiritu sancto deum in illa conditum esse. Deinde quando infero: Quid igitur absurdum nos dicimus consulentes fugiendam vocem, & eundem ad commune vtrasque naturas significans. Id nūc blasphemè dictum putant. Vel confitere manifeste Deitatem ex B. Maria natam esse, vel si fugis hanc vocem, dic quare ea vti non liceat. Igitur illo vrgente, imò

Ioan. 1.

persuadente impiè, vt ii qui sanctã virginem Dei genetricẽ dicunt, fateri debeant carnis fuisse ftuctum nudum, & seorsum deitatis naturã, & subsistentiæ initium ex muliere habuisse Dei verbum. Nos autem ab hac opinione alienos esse, qui certiores fieri volunt, audiat. Nõdum ita delirauimus, vt velimus sentire aliud, quàm sit sentiendum. Peperisse dicimus virginẽ, carnem factum secundum scripturas Dei Verbum, hoc est, hominẽ: peperisse autem illũ carnaliter, hoc est, secundum carnem. Nam Deus & pater secundum diuinitatem, genuit ex se Deum existentem filium. Quoniam autẽ quod natum ex carne caro est, genuit Virgo, vt caro existẽs, carnaliter. Carnaliter enim dicere, non est tollentis admirabilem natiuitatem, neque subuertentis spiritus sancti operationem, qua in vtero formauit partum, sed docentis potius, quòd sicut Deus gignit diuinè, hoc est, dignè Deo, secũdum suam naturam, & ita & homo humanè, hoc est, carnaliter.

θεϊκῶς ἀνθρωπίνως.

Deus autem existens secundum naturam verbum, quãuis caro factum processit, hoc est, vt decet eum, qui secundum rerum veritatem est Deus. Solus enim habuit matrẽ nuptias non expertam, & seruauit virginẽ eam, quæ ipsum peperit secundum carnem. Admiror autem quod grauantur dicere ipsam sanctam virginem, Dei genitricẽ, cum Deo digne ipsum genuisse faterentur: non enim homo communis gignitur Deo digne. Dona item allata esse dicunt à Magis, quæ & oblata, & ei qui intelligebatur, & ei qui videbatur.

Matt. 2.

Diuidentes in duos iterum post vnionem vnum dominum Iesum Christum. Qui enim intelligitur, factus est visibilis, non imitatione naturæ, sed vnitione cum corpore quod videbatur. Et profectò ipsos spectatores & ministros fuisse verbi sanctos Apostolos sacra scriptura ostendit: quamuis non vnicuique manifestum, quod sit incorporeum & intangibile, ac inuisibile dei verbum. Verum inuenio dicentes sanctos apostolos. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus, quod spectauimus oculis nostris, quod manus nostræ palpauerunt de verbo vitæ. Oblata igitur dona vni, hoc est, Christo. Etenim est in eodem Deus simul & homo, idem.

Luca 1.

Hac ratione nato ipso, tripudia quidem fuere sanctorum angelorum, exercitus autem spirituum dicentiũ ipsum saluatorem ac redemptorem. Porrò quum Euangelista dicat, Verbum caro factum est, formidandum dicunt, si dictio Factum est, propriam seruet significationem,

ἐγένετο.

versio quædam intelligatur, circa diuinam verbi naturam fuisse. Laudo quidem metum, miror autem quod cauentes dictionem, verámque & necessariam manifestationẽ, sic factum fuisse carnem Verbum dicunt, proinde ac si dicatur, factum fuisse maledictum & peccatum. Deinde quo pacto non vident mente præditi, quod B. Euangelista ponens dictionem Factum est, mox omnis cõuersionis suspicionẽ tollit, adiiciens: Et habitauit in nobis. Absurdũ autem & alioquin foret dicere, sic factum esse carnem verbum: vt factum esse dicitur maledictum & peccatum. Non enim ipsummet maledictum vel peccatum factum est,

αὐτοχρῆμος.

sed cum iniquis reputatus est, iustus existens, vt aboleat peccatum: & appellatus est maledictus, qui benedicit creaturam, vt soluat nostrum maledictum, & liberet à pœna credentes in ipsum. Igitur non est factus secundum veritatem maledictum & peccatum, appellatus autem illorum nominibus, vt aboleat maledictum & peccatum. Igitur si sic factum esset caro, aboleuisset vtique carnem, sicut & maledictum & peccatum, & neque factus esset homo, neque incarnatus esset secundum veritatem. Sed in hoc solo esset sacramentum, & in nudis nominibus inuenitur tropus. Tollitur autem omnino & resurrectionis spes. In cuius igitur mortem baptizati sumus? Vbi verbum fidei quod prædicamus? Confessi enim quod dominus Iesus, & credentes quod Deum ipsum excitauit è mortuis, saluamur. Igitur in vnum qui similis nobis, & communem hominem erit fides? nõ vltra autem verbum, quod in humana forma propter nos apparuit, adoramus: Non accepit serui formam liber vt Deus non humiliauit seipsum, qui diuinitatis excellentia conspicuus est? qui in forma & æqualitate patris non demisit se in exinanitionem? Quãuis distribuat de sua plenitudine creaturæ bona? Apage cum malo isto consilio, Aliter nos edocuerunt S. Patres, incarnatum esse: & hominem factum esse secundum veritatem ipsum dei patris verbum dixerunt, absque conuersione & confusione. Ineffabilis autem omnino est dispensationis modus. Testes autem eorum quæ dicta sunt sermones illorum erunt.

SENTENTIÆ.

PEtrus Martyr episcopus Alexãdrinus. Vnde & Euangelista verè loquitur, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tunc videlicet, quando angelus salutauit virginem, inquiens: Aue gratia plena, Dominus tecũ. Quod dicit Gabriel:

Ioan. 1.

Dominus tecum. Pro hoc est dictum, dominus verbum tecum, significat enim ipsius gigni in vtero, & fieri carnem, sicut scriptum est:

Luca 1.

Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Porrò & quod nascitur, sanctum vocabitur filius Dei. Athanasius episcopus Alexandrinus. Vnde & quũ nasceretur caro ex dei genitrice Maria, ipse dicitur natus esse, qui aliis natiuitatem vt essent exhibet, vt nostram in se transferret nãtiuitatem. Idem in epistola ad Epictetum: Quomodo & ambigere audent, qui vocantur Christiani. Dominus qui è Maria processit, filius quidem substantia & natura Dei est: quod autem secundum carnem ex semine est Dauid, carne autem sanctæ Mariæ. Qui autem tam audaces fuere, vt dicerent Christum carne passum & crucifixum, non esse dominum & saluatorem, & deum & filium patris? vel quo pacto volunt nominari Christiani, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in vnum Prophetarum venisse verbum? & non ipsum hominem factum, qui sumpsit ex Maria corpus. sed aliũ esse Christum, & aliũ dei verbum, eum qui ante Mariam & ante secula filium existẽtem patris? vel quomodo Christiani esse possunt, dicentes, alium esse filium, & alium dei verbum. Has nos sanctorum sequemur sententias. Si autem quis diuersum docet, & diuersum sapit extra rectam & regiam viam fertur. Quod autem & carnaliter dici natum esse Christum, non insolitum sit sanctis patribus. Est autem magis & in aliis tritum verbum. Nihilominus nobis verè dictum esse demonstrat, & quod subiungitur dictum. Habet autem sic. Amphilochius episcopus Iconij: Nisi enim ille natus esset, σαρκικῶς, carnaliter, neque tu natus esses spiritualiter: nisi ille portasset serui formam, neque tu ad gloriam adoptionis filiorum natus esses. Significat autem & hoc loco carnaliter, hoc est, secundum carnem, sicut scilicet θεϊκῶς diuine, hoc est, secundum diuinitatem.

Cyrilli anathematismus tertius.

SI quis in vno Christo diuidit subsistentias post vnitionẽ, sola cõiungens eas copulatione, quæ est secundũ dignitatem, hoc est, autoritatem vel potestatem, & non potius communem, qui secundum vnitionem naturalem factus est, anathema sit.

Orientalium obiectio.

ITerum illum suorum commonefecimus verborum, ostendentes ipsum duas subsistentias dixisse. dicit enim in primo tomo: Itaque quãtum ad suam naturam, non sanctificatum est solum dei patris verbum. Si autem quis putauerit eum qui ex sancta virgine genitus est, vnctum esse & sanctificatum solũ, hac ratione & nominatum Christum: quomodo igitur, quasi oblitus suorum verborum ad vnam hypostasin cogit naturas confundens, naturalem diuinam vnitionem nominans. Et quis vnquam ostendet naturalem diuinam vnitionem sacramenti dispensationes? Si enim naturalis vnitio, vbi gratia? vbi diuinum sacramentum? Naturæ enim vt edocti sumus, semel ab ordinãte deo ordinaræ, necessariis consequentiis seruiunt. Num etiam iterum erit, secundum reuolutionem & naturæ consequentiam, dispensationis opus, iuxta deliramenta fabulosáque mille annorum ignobilis Apollinarij dogmata.

[illegible]

Defensio Cyrilli.

DIuinus Paulus, quomodo factus sit homo, vnigenitus Dei verbum, vt fidelis dispensator sacramentorũ dei & ipsum habens in se loquentem Christum, manifestè omnibus ostendit. Non enim alicubi angelos apprehendit, inquit, sed semen Abrahæ apprehendit.

Hebr. 2.

Vnde oportebat eum per omnia fratribus similem fieri, vt misericors & fidelis fieret Pontifex in his quæ ad Deum. Nos verò rectissima sententia dictum laudamus

mus, sequentes vbique diuinitus inspiratas scripturas, & valde admirantes theologorum voces, imò & diuinas censentes leges,

θεηγόρος.

dicimus Dei patris verbum, non apprehendisse, neque sanctorum angelorum, neque suam naturam: credidimus autem, secundum quod sacris literis videtur, quod adumbrans sanctam virginem, vtpote & virtus existens altissimi patris, formauit sibi corpus ex illa, veruntamen per operationem sancti spiritus & factus est homo, appellatúsque & filius Abrahæ & Dauidis, non amittens propter humanitatem, quod sit filius Dei & patris secundũ veritatem, manens autem potius quãuis factus sit caro in natura & eminentia & gloria deitatis: immutabilis enim est, & conuersione melior vt Deus. Est igitur vnus & idem filius, & Dominus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Diuidere autem vnum in duos filios, & soluere veræ vnitionis opus, in distinctos seorsum & positos propriè hominem, & propriè Deum, impietatem habet nulla scriptura satis sugillabilem. Porrò Nestorius ista parum curans, audet istis verbis sic dicere:

Philip. 2.

Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exinaniuit, qui formam serui suscepit.) Non dixit: Hoc sentite in vobis, quod & in Deo verbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, vt duarum naturarum appellationem significatiuam, sine periculo ipsum & serui formam dicit suscepisse: & Deum nominat, dum ea quæ dicuntur, in duas naturas sine reprehensione diuiduntur.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium & terrenorũ, & subterraneorũ & omnis lingua cõfitebitur, quod Dominus Iesus Christus, propter quem ferentem quod fertur non erat. Inseparabilis est ab eo qui videtur Deus propter hoc, dum non separatur, honorem non separo: separo naturas, sed vnio adorationem. Et iterũ in alia explanatione: Dic eum qui suscepit quod sit Deus, appone susceptum, quia serui forma: adiice post hæc, connexionis dignitatem, quia duorum autoritas communis, quia duorum eadem dignitas, naturis manẽtibus fatere dignitatis vnitatem. Vides vbique separatim quidem inter se naturas viuentem autẽ vt dicit, adorationem, & communem autoritatem nominatim, iuxta solius dignitatis vnitatem. Quod autem commune, non vni si commune sit, sed duobus prorsus, vel pluribus, qui propriè & separatim considerantur. Itaque pro quo tãta facta est obiectio, quum sermo hoc rectè anathematizet? Quid absurdum si execrabilibus & absurdissimis Nestorij sermonibus pia dogmata ediuerso excitentur? necessaria securitatis fratrum cura habita? Quoniam autem dicunt, in ea verba secum pugnare, & afferunt ad demonstrationem partem epistolæ, quam scripsi ad sanctos Monachos: operæprecium arbitror, & ad hoc conuenientia dicere. Dicunt enim quod duos etiam ipse nominauit subsistentias, & sufficeret eis ad redarguendum, si nos ipsis idem eis renunciaremus. Isthuc ipsum scilicet putant.

αὐτὸ δὴ τοῦτο νομίζουσι.

Adposita igitur necessariò parte epistolæ, subinferam posthęc ea quibus vbique falso nugari velle demõstrentur. Habet autem sic. Itaque quantum ad suam naturam non sanctificatus est separatim, Dei patris verbum: si autẽ quis existimet eum qui ex sancta virgine natum vnctúmque esse & sanctificatum solum, hac ratione & nominari Christum, dicat pertractans, num sufficiat vnctio, ad hoc vt appareat quod vnctum est, æqualis gloriæ & throni cum eo qui super omnia est Deus. Quoniam enim Dei verbum propriè nominari Christũ non illarum nobis blasphemiarum inuentor continuo affirmat Nestorius: propriè autem & seorsim Christum alterum, qui ex sancta virgine genitus est, ne adulteremus gloriam quasi * minus pulchram contemptam, & à veritate alienatam, neq; verbum Dei patris quot seorsum intelligatur vnctum esse oleo exultationis, affirmamus: neq; seorsum & priuatim vt hominẽ, & alium filium ab eo qui verbum ex Deo eum qui ex sancta virgine, vnum autem ab omnibus oportere cõfiteri Christum asserimus, incarnatum & hominem factum vnigenitum Dei verbum: vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma. Igitur nulli qui rectè sentire solet obscurum est, quod vitiant sensum eorum quæ à me scripta sunt, & calũniantur etiam in hoc veritatem. Quin & alio modo culpa vacaret & omni reprehẽsione, idq; meritò, scire forsitan, quod alia quidẽ sunt secũ dum naturã propriã caro, à Verbo ex Deo patre nato, & vnigenitus verbum secundum suam naturã, sed scire hæc non est diuidere naturas post vnitionem: iam si quis voluerit sacramenti virtutem exacto mentis oculo considerare, videbit vtique, quod sicut dixi in principio, nõ suam naturam apprehendit Deus existens Verbum, sed semen Abrahæ, nõ consubstantialem autem verbo quod ex Deo natũ est, quod ex semine Abrahæ sanctum corpus, id quod ex sancta virgine sumpsit, procedens homo, vt fratribus similis esset vt appelletur primogenitus qui vnigenitus. Quamuis autem alterius naturæ à verbo Dei patris, vnus tamen est Christus & filius, & Deus & Dominus, tametsi facta sit caro. Non caret autem damno, dissoluere veræ vnitionis modum, & diuidere in duos filios subsistentias secedẽtes quidem inter se, vt priuatim & seorsum sint: habentes autem solum externam connexionem, quasi in ordine dignitatis. At si naturalem vnionem dixerimus, veram, dicemus. Habet enim scriptura diuinitus inspirata hunc morem, hac dictione vti. Scribit enim alicubi quibusdam diuinus Paulus: Et eramus filij natura iræ sicut & cæteri,

Ephes. 2.

& neutiquã dixerit quopiam subsistere secundum naturã diuinam iram, vt ita peccatores illius sint soboles, alioqui prorsus & omnibus modis cum errore & insania Manichæorum laboraremus. Vnde ibi natura idem est, quod verè. Non igitur confundentes naturas, neque ipsas inter se confermentantes, sicut dicunt aduersarij, naturalem dicimus factam esse vnitionem, sed ex duabus rebus dissimilibus, deitate inquam, & humanitate vnum factum esse Christum, & filium & Dominum, vbique affirmamus. Demum de Apollinarij dogmatis planè nullum sermonem facimus. Semel enim condemnata tanquam veritatem adulterantia, auersari oportet.

* deesse videtur aliquo.

Anathematismus quartus.

SI quis eas voces quæ in apostolicis & euangelicis scriptis de Christo vel à sanctis, vel ab ipso dicuntur, duabus personis, hoc est, subsistentiis distribuit, & alias quidem voces, velut homini quem seorsum sequestrato verbo Dei intelligit, alias autem, soli Dei patris Verbo, vtpote Deum ad decentes aptârit, anathema sit.

Orientalium obiectio.

Luc. 2.

DEinceps etiam hoc loco illi sua ipsius verba suggerenda sunt, dixit enim: Quamuis audias quod profecit ætate, & sapientia, & gratia, ne putes sapiens ex incremento factum esse verbum Dei, neque illud nugaciter ausus dicere, quia proficere in ætate & sapientia, & gratia, homini adaptabimus: tametsi neget hic scripturæ testimonium, profectus ille iuxta naturam carnis quæ videbatur, fuerit. Verum nunc non est tempus redarguendi hoc, festinantibus ad propositum capitulum. Nam vt ostenderemus eum dicere duas subsistentias, & sibiipsi cõtrarium, apposuimus ea quę olim ab ipso dicta sunt. Quod autẽ duabus personis, vel duobus subsistentiis, vel duobus filiis, diuidentes vnitionẽ, hoc est, vnum filium, voces adaptare non oportet. Indiuisibilis enim & inseparabilis est summa vnitio, & vnus filius, omnibus modis & sermonibus & cogitationibus est. Quum autem summa vnitio seruetur, & confiteamur vnum filium & Christum & Dominum, de vno & eodem filio accipienda sunt, quæ dicuntur. Etenim iuxta virtutem naturarum vnitarum, adaptare conuenit vni filio, quæ dicuntur. Cæterum quod non sint separandæ voces in euangelijs, quas vel ipse Dominus de se loquutus, vel apostolica scripta habent, quam hyperbolen non transcendit. Nam si voces non distinguimus, quomodo obsistemus Arrio & Eunomio, omnia in vnam naturam dicta confundentibus, & humilia humanitatis in summam perfectæ deitatis naturam referentibus: vel quomodo intelligemus Domini voces propter naturam carnis quæ videtur dicentis: Non veni meam voluntatem facere. & Ego à me ipso nihil facio. Et: Mandatum accepi, quid dicam, vel quid loquar? *Ioan. 6.* &: Vado ad patrem meum & patrem vestrum, *Ioan. 20.* & Dominum meum & Deum vestrum, & cætera quæcunq; talia sunt. *Ioan. 8.* Indiuisibilib. enim vocibus sicut & naturis manentib.

erit secundum illum vnigeniti Dei Deus pater, minister autem & seruus paternorum mãdatorum, filius secundum vnitatem. Et si humilia in deitatis naturam exposuerimus, cui adaptabimus? Ego & pater vnum, & similis erit patri, ipsum operari? Etenim quemadmodũ pater excitat mortuos, ita & filius quos vult: & non de quibus imperatur viuificat, sed est rectè secundum ipsius Domini vocem, pater & Deus pater. Deus quidem nouissimis temporibus ex semine Dauid carnis, pater autem eius qui ex se absque passione & æternè natus est, Dei verbi. Et si seruetur confiteamúrque filiationem intra vnitatis præscriptum, quomodo intelligemus hoc, Amen amen dico vobis, priusquam Abraham fieret ego sum. Et hoc: Omnia per ipsum facta sunt. Si inde secretæ maneant voces, vtique aptabimus vocem hanc naturæ quæ ex semine Dauid nouissimis temporibus facta est, quod sit ante Abraham & Dauid & omnia per ipsam facta? vel dicemus piè naturis inconfusis manentibus, & vnitione inseparabili posita, adaptantes voces secundũ vnitarum naturarum vim sicut prædictum est. In vnum quidem filium & Dominum & Christum, sed non in vnam naturam omnia contrahentes: sita & ex vno naturarum nomine aliãs intelligi propter incomprehensibilem vnitionis summi tatem, quemadmodum & hoc: Nullus ascendit in cœlum, nisi qui descendit, filius hominis qui est in cœlo. Et: Si igitur videritis filium hominis ascendentem vbi prius erat. Nónne ex appellatione filij hominis etiam ei inconfuse & inseparabiliter vnitum intelligimus? Nam quamuis & filium hominis nominarit, propter assumptæ & visibilis carnis naturam, sed per ea quæ ab ipso fiebant Deum ipsum demonstrabat. Et iterum Iesus Christus, per quem omnia. Et iterũ: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula? Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Si autem per ipsum omnia, quomodo heri & hodie? Præterea & hoc verũ est, omnia per ipsum. Et hoc heri & hodie, fide recipiendum. Et hoc, ipse in secula, credendum si secundum vnitarum inconfuse & inseparabiliter naturarum differentiam voces aptamus, intelligentes secundũ visibile. Heri & hodie: secundum intelligibile autem, In secula: secũdum autem filiationis vnitatem, vnum & eundem.

Ioan. 8.
Ioan. 1.
Ioan. 3.

Defensio Cyrilli.

VT apparet his qui Anathematismos à nobis vtilissimè & necessariò factos, imprudenter reprehendere volunt, vnicus ille scopus est, vt nihil verum vel sapiant, vel dicant, declarentque se solo calumniandi studio occupatos. Nónne si mentem suam studiosè ac diligenter scriptis adhibuissent, non ignorassent quod suis sententiis, & sermonibus quos faciunt stabiliant anathematismũ, ostendántque illum non ineruditè conditum. Et quomodo dicã. Bonus Nestorius dicebat tale quiddam in Ecclesiis enarrans. Vt autem ipsum manifestius, ita vt omnes capere possint dicam, Arrius & Eunomius & Apollinarius, & omnes societatis illorum chori, studebant inducere nomen Theotocos, Dei genitrix: vt si commixtio fieret, & natura non separentur, nihil humile in humilitate suscipiendum esset locúmque haberent ipsi cõtra deitatem, quasi omnia quæ dicebantur, de vno dicerentur. Hæc cum sic dicta sint, vtilissimè anathematismum fecimus, non permittentes in duas diuidi personas & subsistentias, vnum Dominum Iesum Christum.

Quod autem & ex nostris sermonibus vtilitaté capiant, notum est his qui capere poterunt, ex his quæ scripta sunt. Habét autem sic. Sicut autem personis duabus vel subsistentiis duabus, vel filiis duobus diuidẽdo vnitionem, hoc est vnum filium, voces adaptare non conuenit: indiuisibilis enim & inseparabilis est summa vnitio, & vnus filius est secundum omnem & sermonem & modum & vnitionem. Si autem summa vnitio seruetur, & vnus filius & Christus est Dominus ponatur, de vno & eodem filio accipere oportet quę dicuntur. Sane secundum vnitarum naturarum virtutem accommodare decet vni filio, quæ dicũtur. Igitur dum seruatur summa vnitas qualis, irreperet dualitas, vel saltẽ imaginatio sectionis adiudicaretur? Et qui audet diuidere, quomodo non extra rectam viam incedit, & à pietatis dogmatibus in vniuersum recedit? Quid igitur dicit anathematismus? Si quis diuidit voces secundum hunc modũ, vt alias quidem tanquam homini à Deo seorsim intellecto adaptet, alias verò vt Deo dignitas soli verbo Dei, anathema sit. Igitur separantes & distinguentes in homine propriè & seorsim, & in Verbum Dei propriè & seorsim non partiuntur vnũ Christum, non duos dicunt filios: succenseant nobis criminatores. Si autem sectio & separatio est, ita sentire secundum quẽ modum nostros sermones increpare potuerunt, quamuis & ipsi sicut dicunt, indiuisibilem & vnum, secundum summam vnitionem confiteãtur esse Emmanuelem. Itaque vnamquamque vocem de Christo à sanctis vel etiã ab ipso fortè dictam exponendã esse. Laudãrim etiam ego, & vt opinor quisque rectè sen serit: nam aliæ quidem sunt Deo dignæ, aliæ verò dispẽsationi cum carne congruentiores. Quoniam autẽ est vnus & idem Deus simul ac homo hac ratione rectè, aliquando diuinè aliquando humanè loquitur: verũtamen vnius Christi & has & illas voces esse asserimus, neq; vulgare dicẽtes tẽplum quod ex sancta virgine, neq; sine carne scientes dei patris Verbũ post ineffabilẽ vnitionem. Admiror autẽ quod quamuis curiose inquirentes, & vt arbitrantur subtiliter examinantes meas epistolas, quæcunq; in eis sunt vtilia & necessaria, ad demonstrandũ dogmatũ rectitudinẽ & diligentiã volentes prætereunt: apprehendunt supra modũ atrociter, si qua ipsis vel minimã coniecturam prębent, ex ipsis contra nos calũnias contexi posse. Cõmemorabo autẽ & mea verba quæ sic in prima ad Nestorium epistola scripsi: Voces autẽ saluatoris nostri in euangelijs, neque subsistẽtiis duabus, neq; certè duabus personis distribuimus. Nõ enim duplex est vnus & solus Christus, etiãsi ex duabus & diuersis reb. intelligatur in vnitatẽ indiuisibilẽ coadunatus, quẽadmodum scilicet & homo, & non duplex magis, sed vnus ex vtrisq;. Cęterum humanas & diuinas quoq; ab vno dictas esse, cognoscimus rectè sapiẽtes. Quando enim vt Deũ decet, de se loquitur: Qui vidit me, vidit patrẽ. Et ego & pater vnũ sumus, diuinã ipsius & ineffabilẽ intelligimus naturam, secundũ quã est apud suũ patrem, propter identitatem substantiæ, & imago, & character, & splendor gloriæ ipsius. Quando autẽ humanitatis mensuram obseruans Iudęis loquitur. Nunc autẽ me quęritis occidere hominẽ, qui veritatẽ vobis loquutus sum. Iterum nihilominus ipsum in æqualitate & similitudine patris Deum verbũ, & ex humanitatis suæ mẽsuris agnoscimus. Nã si necessarium est credere, quod deus existẽs natura factũ est caro, hoc est, homo anima prædituς rationali carnis: quomodo verisimile erubescere quempiã voces eius, si facti sunt homini congruẽtes. Nã si vitasset sermones qui hominib. congruit, quis cõpulisset, vt homo fieret similis nobis? Qui autem se demisit propter nos in volũtariam exinanitionem, propter quam causam vitaret sermones, suã exinanitionem docẽtes. Igitur vni personæ omnes voces in euangelijs, subsistẽtiæ vni verbo incarnatæ. Dominus enim vnus Iesus Christus, secundum scripturas. Igitur & sicut à iam præscriptis non ignorasse deprehendimur dispẽsationem, & suas vtriusq; naturæ voces, nõ permittere autem animalib. & spiritum non habẽtib. duos cogitare vel dicere filios vt diuidãt inter se subsistẽtias post indiuulsam vnitionẽ. Vbi autem vel parũ quid ex nostra epistola posuerũt in principio suorum sermonũ, minantur nobis quod in tempore sint redarguturi, quasi non mediocriter peccent. In verbũ ex Deo patre, & ipsius naturæ incrementũ & profectũ quæ ad carnẽ pertinent, insipientissimè distribuerint. Age, & ad hoc verisimilia dicamus adiiciendo tantã epistolæ partẽ. Ipsi enim metuẽtes veritatem, & auditores allicientes, partem quandã posuerunt, eam quæ ipsis vtilissima esse videtur, ad hoc vt inde viderentur iustè calumnias in nos struxisse. Habet autem sic quod dictum est: Etiã si audieris quod profecerit Iesus ætate, & sapientia, & gratia ne putes verbum Dei patris, sapiens profectu temporis effectũ esse: commemorabo autem magis, quod hic diuinus Paulus scripserit, Christus Dei virtus, & Dei sapientia, neque rursus illud nugaciter ausis dicere, quod proficere in ętate & sapientia & gratia homini attribuamus. Hoc enim, vt opinor, nihil aliud est, quam diuidere in duos vnum Christum: sed sicut dudum dixi, Filius qui est ante secula, in nouissimis seculi tẽporibus, in filium prædefinitus esse Dei dicitur, suæ carnis natiuitatem approprians dispensatiuè, sic & existens sapientia eius qui genuit, proficere in sapientia dicitur, quamuis perfectissimus sit, vtpote Deus, humanitatis proprietates per summam vnionem in se conuenienter suscepit. Sanè pro hoc quod Deus dicit: Iudicium

Ioan. 8.

Iudicium iustum iudicate, veritatem falsis rationibus adũbrant. Neque enim partitionem subsistentiarum post vnitionem dogmatizamus, neque deitatis naturam, augmento & profectu opus habuisse, dicimus: sed illud multò magis, quod secundum dispensatiuam appropriationem suas fecerit carnis proprietates, eo quod verbum caro factum est secundũ scripturas. Quod autem tali fidei & opinioni etiam sanctorum patrum concinat chorus, ostendere attentabo, adiiciens ad maiorem certitudinem, partem enarrationis olim ab Attico beatæ memoriæ episcopo factæ, ea sic habent.

Attici Constantinopolitani.

HOdie Dominus Christus humanitatis natiuitatem suscepit. Iuxta enim diuinam dignitatem prius extitit. Deinde illis iterum annectit: Humanitatis verbum exinanitur, natura non exinanibile existens. Seipsum enim exinaniuit, forma serui assumpta, qui absque carne propter te incarnatur. Verbum enim caro factum est, qui tactui non subiacet: propter incorpoream naturam palpatur. Qui principio caret, sub principio corporali fit: qui perfectus, crescit: qui inconuertibilis, proficit: qui diues, in diuersorio fit: qui operit cœlum nubibus, pannis inuoluitur: qui rex, in præsepio ponitur. At quod post vnitionem subsistentias diuidere, delicto non careat, & sit plane subuertere venerandum incarnationis sacramentum: nihilominus cognoscemus legentes sententias Iulij & Felicis, qui olim Romanæ Ecclesiæ doctores fuere.

SENTENTIÆ.

IVlij episcopi Romani. Prædicatur autem ad cõpletionem fidei, & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui & habitauit in hominibus, non in nomine energiam operans. Hoc enim in prophetis est, & in epistolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu, nõ duo filij vnus quidem germanus filius, qui susceptit hominẽ, alter verò mortalis homo assumptus est à Deo, sed vnus vnigenitus in cœlo, vnigenitus super terrã.

Felicis sanctissimi episcopi & Martyris Romani.

DE incarnatione verbi & fide credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, ex virgine Maria natum, quod hic est Dei æternus filius & verbum & non homo à Deo assumptus, vt alius sit ab illo. Neque enim hominem suscepit Dei filius, vt alius ab ipso: sed Deus existens perfectus factus est, simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

Cyrilli anathematismus septimus.

SI quis dicit Iesum tanquam hominem à Deo verbo habuisse vim operandi, ac gloria vnigeniti circundatum tanquam alter ab ipso sit, anathema sit.

Orientalium obiectio.

OPerandi vim habere Dominum nostrum Iesum Christum à spiritu, vt hominem simpliciter, vel vt propheram vel vt apostolum, nullus confiteretur. Quippe apostolicas voces de illo propter visibilis carnis naturam dictas, neque negabimus, neque expungemus aliquando, dicentes quidem secundum efficaciam roboris virtutis eius, quàm efficaciter operatus est in Christo. Suscitas ipsum ex mortuis, soluens dolores inferni. Et iterum virtute Dei exaltatus, & quæcunque talia. Quamuis & hæc adhæreant, propter visibilem nullus excipiat, velut hominum simpliciter operandi vim accepisse, vel vt iustum, vel vt prophetam, vel vt apostolum. Itaque diuinas voces neque delebimus, neque inficiabimur, neque imperitè simul & blasphemè, anathematizamus dictas & adiacentes propter visibilis carnis naturam, neque vt hominem simpliciter, vel vt iustum, vel prophetam, vel apostolum, operandi inde accepisse dicemus. Non enim dicebat, Hæc dixit Dominus: sed vt filius legislator, Ego autem dico vobis.

Cyrilli defensio

ET nũc quoque iisdem sermonibus, defensionis modus incedet. Nam vnus quidẽ est absque dubitatione, dominus noster Iesus Christus, qui idem creditus est esse, & ex deo patre verbum, perpetuum & ante secula, & in nouissimis seculi temporibus, homo ex muliere, qui admirabilem habuit secundum carnem, natiuitatem. Veruntamen quũ vnus erat filius & Deus & Dominus operabatur signa, per virtutem plus quam humanam: sufficientibus argumẽtis docens, quod quamuis factus sit caro, nihilominus tamen sit etiam sic Deus verus, & virtus patris. non enim destitit esse quod erat factus homo, faciebat igitur insolita, tum quod dæmonia increpabat, & satanam conterebat, tum quod cæcis lumen præstabat, mortuos resuscitabat, mare procellosum vno verbo sedabat, non sic hominem quendam, & alterum existẽtem seorsim Christum glorificari faciẽs, quemadmodum scilicet & vnum ex sanctis prophetis vel apostolis, sed sibi gloriã procurans, vt ab omnibus crederetur Deus existens natura, tametsi factus esset homo. Fuisset igitur absurdissimũ ferre Nestorium dicẽtem: Communes enim trinitatis sunt efficaciæ, & solis subsistentiis distinctionẽ habentes. Proinde vnigeniti gloria, interdum patri adaptatur, interdũ spiritui, interdum Christi potentiæ. Idcirco qui reprehendere volunt, ostẽdant nobis alium Christum, qui priuatim & seorsim exista, & intelligatur, cui suam potentiam applicuerit vnigenitus Dei verbum, quasi sit propriè ab ipso filius, vel nisi sit alius & alius, sed vnus & idem, & ex patre vnigenitus, & ex matre homo, secundum carnem: quomodo igitur silendi locus esset, & non magis debebat veritatis potẽtia, illius nugis obluctari, quæ pulchra pietatis dogmata obliterant. Itaque erat quidem, & est Deus filius. Quoniam autem semel subiit mensuram, dispensationem irrectaneam fecit. Sustinuit autem omnia voluntarius propter nos, ea propter quum sit secundum naturam vita, viuificari dicitur à patre: & quum sit gloriæ Dominus, dicitur gloriam accepisse. Hinc Paulus apostolus Hebræus ex Hebræis, verè doctus in lege, & ex tribu Beniamin, dicebat, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christũ, & Deum patrem, excitauit illum ex mortuis, & gloriam illi dedit. Verum quamuis dicatur gloriam accepisse à patre, quum transit res ad humanitatis mensuram, nouit seipsum habere dignitatem vltra creaturam, secundum quod intelligitur, & est deus. Proinde dicebat: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nullus cognoscit quis sit filius, nisi pater: neque patrẽ quis cognoscit, nisi filius, & cui filius reuelauerit. Fortasse quis studiosorum interrogabit: Si omnia tibi tradita sunt à patre, quasi ei qui gloria indiguerit, & debuerit habere datum robur contra omnes, propter humanitatem: quomodo humanis mentibus vltra comprehensibile esse dicis, scire te, quemadmodum scilicet & pater. Vtique dicit, cognitio enim non est coarctata in me, vsque ad visibilia. Nam nisi Deus in carne & sanguine secũdum carnem quidem cognosceretur, secundum naturam autem & gloriam diuinitatis, æqualem cum Deo & patre mensuram habere, omnium mentem & sermonem transcenderet. Proinde (amplector enim propositorum mentem) neque apostolicas voces negamus, absit: neque alia quædam minus probabilia, & ab incarnationis sermonibus auersa, vel sentimus, vel loquimur, vel tractamus. Sequimur autem, vbi sacras scripturas, & theologorum voces inuenimus, quas ratas esse debere concedentes obsistimus solis istis, qui recta Ecclesiæ dogmata subuertunt. Quod autẽ & pater ex mortuis resuscitare dominum nostrum Iesum Christum dicitur, quasi scilicet circa carnem eius operandi vis suscipiatur, nullus admiserit. Ipse autem, quum sit vita & viuificator, & efficax virtus patris, suum viuificat templum iuxta illud: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Itaque quod viuificabatur, non erat alienum, neque alicuius ex nobis hominibus similibus, sed propriũ ipsius verbi corpus.

Cyrilli anathematismus octauus.

SI quis audet dicere, assumptum hominem, coadorandum & conglorificandum & coappellandum cum Deo verbo, vt alterum cum altero, & non potius vna adoratione colit Emmanuelem, & vnam illi glorificationem adaptat, secundum quod verbum caro factum est, anathema sit.

Orientalium obiectio.

COadorare, & conglorificare, quasi de personis, vel subsistentiis, vel filiis duobus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio deo verbo, & aliter carni, sed vnam potius adorationē, & cætera vt in filio offerimus. Et quod coadoratur, sicut & ipse in primo libro. Nam quamuis semper vt verbum cum patre suo consideret, & ex ipso, & in ipso secundum naturam existat, iterum audit dicentem, & cum carne, Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Ita & adorari dicimus ipsum, & à nobis ipsis, & à sanctis angelis. Proinde ad hæc dicimus, quod valde eruditè prouidit his qui cum carne vnum & eundem filium adorare volunt: eo quod aliud quidem sit, σὺν & μετὰ cum id quod & ipse posuit, sicut prædictum est, dicens ipsum cum carne adorandum, negans autem coadorandum cum diuinitate carnem.

Cyrilli defensio

MEntis esse nos dominos, diuinus Paulus ostendit, dicens: Probate vosipsos, num sitis in fide. nam mens humana, licet nonnunquam propter amorem sui, si à recta via egrediatur, & à veris dogmatibus abducentem habeat motionem, fermè semper grauatur, & formidat suarum cogitationum absurditatem definire: quum se correxerit, & obiter labores scrutata fuerit sanctorum patrum, qui prę omnibus in rectitudine & certitudine dogmatum celebrantur, suam rectè fidem explorabit. Omnes enim quibus integrum cor est illorum sententias sequi non detrectant. Quia & ipsi apostolica, & euangelica traditione suam mentem quum impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum ac inculpatum prænunciarint, mundi fuêre luminaria, sermonem vitæ continentia. Itaque scribit reuerendæ memoriæ pater noster & episcopus Athanasius de nostri omnium saluatore Christo in libris de incarnatione. Confitemur etiam esse illum filium dei, & deum secūdum spiritum filium hominis secundum carnem, non duas naturas, vnum filium: vnā quæ adoretur. & alterā quæ non adoretur, sed vnam naturam dei verbi incarnatam & adorandam cum carne sua vna adoratione, non autem duos filios: alium quidem filium dei verum, & adorandum, alium verò ex Maria hominē non adorandum, scilicet secundum gratiam filium dei factum, sicut & homines. & post alia iterum: Igitur qui natus ex virgine Maria, filius dei natura, & deus verus, & non gratia ac participatione. Secundum carnem solam, ex Maria homo: secundum spiritum autem. ipse filius dei, & deus. Et iterum: Si autem quis præter hæc ex diuinis scripturis docet, alium docēs filium dei, & alium ex Maria secundum gratiam filium factum sicut nos, ita vt sint duo filij: vnus secundum naturam filius dei, qui ex deo, & vnus secundum graciam homo ex Maria: vel si quis domini nostri carnem supernè esse dicit, & non ex virgine Maria, vel conuersam diuinitatem in carnem, vel confusam, vel immutatam, vel passibilem domini deitatem, vel non adorandam domini nostri carnem vt hominis, & non adorandum vt domini & dei carnem, hunc anathematizat sancta & catholica ecclesia, diuino Apostolo obtemperans, qui dicit: si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Hæc cum senserit & scripserit nobis vir ille, nunc verò Nestorius gloriam Christi oppugnare volens, & impudentem linguam taxans iterum dicit: Confiteor quidem in homine deum, colo autem eum diuina connexione deo verbo coadorandum hominem. Nónne hic manifestè hominem deiferum nominat Christum, & connexionem simpliciter dicit hominis factam esse cum deo, secundum illud fortassis quod à Paulo dictum: Qui adhæret domino, vnus spiritus est. Quamuis quomodo non est verum, quod ipse fuerit potius deus simul & homo, & non homo quidam, qui seorsim ac propriè intellegatur, connexionem cum deo secundum habitudinem habens. Etenim post ineffabilem vnitionem, etiam si quis dicat deum Emmanuelem, hominē factum & incarnatum dei verbum intelligi conuenit. Quamuis hominem nomines, scimus tamen cum hoc & ipsum esse dei patris verbum. Est igitur aliud, vnum dicere filium, cum vnita sibi carne, dei patris verbum, & similiter aliud. In homine dicere esse deum, quemadmodum videlicet in prophetis erat, vel saltem etiam in nobis ipsis propter spiritum sanctum. Itaque vt mihi videtur citra periculum & culpam dixerit quis, quod incarnatum dei verbum, vtpote vnus existens filius nō absque sua carne: sed cum illa potius adorandum sit, quemadmodum scilicet etiam hominis anima cum suo corpore honoratur, vna autem appellatione, quod ex vtrisque constat, significatur anima. Igitur quando de omnium saluatore Christo, sermones facere paratus diuersis in duo vnum, & hominem propriè ac seorsim intelligendum declaraueris: denique illum coadorandum & coappellandum deum, quasi ille alius sit è Christo ex deo secundum naturam genito dicere fueris ausus, quis ferre poterit tam perspicuam contra illum criminationem silentio præterire? Potius enim dicendum erat, colo quidem verbum dei factum hominem, quod appellatur deus, & in humanitate adoratur, quia natura deus est, & ex deo patre apparuit. Eia dicunt aduersarij captus es, & in epistola scribens, quod sedeat filius cum patre cum propria carne: deinde quomodo intelligitis dicentē, quod cum deo verbo hominem coadorare, & coappellare oporteat. idem enim dicere & σὺν cum, μετὰ cum. Proinde redarguamus ignorantes dictorum virtutem, & rerum naturam non inspicientes. Etenim quando ab vna persona & natura, hoc est subsistentia vna examinat sermo, ea ex quibus est, hoc est, constat naturaliter, affert σὺν cum, hoc est μετὰ cum: seruauit etiam sic per significatum quod vnum sint secundum compositionē, & non inter duo distinctè discernit, quando autem ante distinctis subsistentiis in duo, & ad hoc quod oporteat seorsim alteram intelligi & propriè, si σὺν cum vel μετὰ cum, tunc eorum vel etiam plurium, & non vnius secundum compositionem factam manifestationem dicimus: vt exempli gratia, si diceré fortè cohonorari animam hominis cum suo corpore, qui honor certè fieret à quopiam erga vnum hominē, qui est ex vtrisque: vel si quis diceret animam cum suo corpore esse vnum animal, non propterea in duos homines vnum diuidit. Videtur autem potius non ignorari ea ex quibus sit, hoc est, compositum sit naturaliter. Quando verò dico Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel etiam σὺν cum Petro & Ioanne ascendit in templum, non iam σὺν vel μετὰ, id est, Cum, vnius cuiusdam manifestationem facit. Non enim Ioannes compositus est cum Petro, sed neque ad vnius hominis cōstitutionem vterque aliquid faciunt. Vnde veritati illudunt diuidētes imperiti in duos Christos vnum. Si autem putant quod dicendo, filium cum proprio corpore considere patri duos intelligendos filios cōfessemur, inquirant an non dicamus, vnum filium vnica confidentia honoratum esse & nō duabus, ita vt vna & propria tributa sit corpori, alia verò iterum & propria verbo. Verum hoc non poterint ostendere. Quomodo enim vel vnde? Nam vnum & eundem filium vnum propria carne esse deum simul & hominem vna confidentia apud patrem honestare affirmamus. Cæterum dicere hominem adorari cum deo, & coappellari deum, omnino est confiteri duos adorandos, vel etiam inter se appellandos. Atqui valde fatuus & alienus à rectis & veris cogitationib⁹ omnino est sermo ille: igitur factus est anathematismus cōtra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem propriè, & deum verbum proprie. Nobis enim vnum & eundem Theologorum sermo prædicauit, sacrarumque scripturarum inadulterata cognitio.

Cyrilli anathematismus nonus.

SI quis dicit vnum dominum Iesum Christum glorificari à spiritu, tanquam aliena per illum virtute vti, & accepisse ab ipsa faculratem, vt operari possit contra immundos spiritus, & adimplere in hominibus diuina signa, & non magis proprium eius spiritum dicit, per quem & diuina signa efficaciter operatus est, anathema sit.

Orientalium oppositio.

ITerum bonum fuerit, ea quæ ab illo dicta sunt & quorum ille fortassis oblitus fuit, in medium adducere, & ita commonefacere eum. Non enim solum dominū signa in spiritu fecisse demōstrauit, sed etiam ipsum mortuū viuificatum esse spiritu dixit in primo tomo, his verbis: Igitur, si nō passus moriendo carnaliter secundum scripturas nō viuificatus esset spiritu. Hic videre

videre licet, quantum secum ipse pugnet, cum in anathematismis suis negarit dominum in spiritu dæmones eiicere, & alia signa facere, & scriptam in euangeliis vocem, domini exprobrārit, dicentis: Si autem in spiritu dei ego eiicio dæmonia. At nos dominum nostrum Iesum Christum etiam sua virtute & spiritus operatione absoluisse signa confitemur. non enim quasi careat propria virtute vti dicimus virtute spiritus sancti, nō autem spiritum sanctum simul esse dicere, esset eorum qui scripturas sanctas negant. Nam quamuis alicubi scriptura dicat patrem perficere opera miraculorū, dum dicit: Pater qui manet in me, ipse facit opera quę ego facio, filius est qui facit omnia opera patris, licet ea filij spiritus dicatur facere, dum dicit: Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmonia, dominus est qui facit in spiritu. non enim alienus, & filius à patre vel spiritu. Neque separatæ & propriæ facta sunt trinitatis efficaciæ, sed propriè est trinitatis vniuscuiusque subsistentiæ, quæ in scriptura dicitur efficacia. Quia scriptura dicit aliquando omnem creaturam filij opus, dicens, Verbo domini cœli firmati sunt: aliquādo autem spiritus, dum dicit, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: sed non quasi pater non possit omnia facere, cōditor est & filius, & spiritus quoque assumitur ad creandum, nō quod ita infirmus sit filius. Verè enim dictum est, quod per ipsum facta sunt omnia, vt trinitatis nobis eadem substantia, idem honor, & eadem virtus cōmendetur. Dicit hæc interdum à patre, interdum à filio, interdum à spiritu sancto esse facta. Sic enim & ab vna substantia diuina perfecta esse omnia intelligimus. Non vt verbū est in substantia & in subsistentia vnigenitus, absque passione natus: ita & spiritus sanctus ex ipsa procedens, in propria subsistentia existit, ita vt in tribus subsistentiis, vna substantia effigietur, & multa ipsorum in substantiæ ratione aliena spectetur, solis autem proprietatibus, charâcterem referentibus, siue distinguentibus inter ipsas intelligātur. Quomodo igitur efficacia est alicui propriè cedens. Nam hęc omnia communia, vna penitus efficacia.

Cyrilli defensio.

NVnquid mihi testium voce opus erit ad commonstrādum aduersarios vana loqui voluisse, & aduersum nos incircunspectè blasphemiis vsos esse? Verum hoc solus illorum sermo, vt opinor, iudicabit. Nam in proposito anathematismo affirmamus manifestè, proprium esse filij spiritum sanctum, & quod per ipsum perfecerit diuina signa. At illi quamuis sæpe dicunt me oblitum esse meorum sermonum, in eam peruenisse dementiam, vt putent me dicere, quod Iesus dæmonia non eiecerit per spiritum. An non est manifesta calumnia hæc? Nam si non dignantur confiteri diuina signa esse, modum eiiciendi dæmonia, dum dicunt quæ volunt. Afferant cōtra me scripturam, accusent, quod non hoc dixi manifestè silentio præteritis diuinis signis. Si autem cum aliis diuinis signis, non caret miraculo, dæmonia eiicere: cur cum didicerint quàm inutile sit, eligere sonoram pronunciationem, & vitare tanquam rem inutilem, veritatis sermonem, suam contra impudentiam honorarunt, neque paucis dixerunt, quod apud deum & homines vituperatum est. Videntur mihi esse obliti Christi dicentis, Quomodo dices fratri tuo: Frater sine, eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes in tuo oculo. Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis, vt eiicias festucam de oculo fratris tui. Itaque quod sancta trinitas eiusdem sit substantiæ, eiusdem roboris & operationis, non per vestrum didicimus sermonem, sed sumus edocti potius ex sacris Scripturis. Iam quod propositus anathematismus nullo modo rectè fidei contrarius sit, & in sermonibus istis ne offendas, sed quod prosit potius, sine labore videre licet. Nam eos qui diuidūt vnum Dominum Iesum Christum, & diuidūt ipsum, vt iam sæpissime diximus, in hominem propriè, & in deum verbū propriè, ita vt duæ intelligantur personæ & subsistentiæ, inter se disiunctæ, hoc facere non sinit, neque permittit dicere, quod vnus communis homo Iesus operandi facultatem acceperit à spiritu sancto, vt possit scilicet diuina signa perficere, quia nullo modo differret à sanctis apostolis vel prophetis, qui per diuinam benignitatem diuinis impleti donis dixerint meritò: Gratia dei sumus quod sumus. Hæc vox sanctis quidem viris, sancti spiritus gratia distributa honestatis bene congruit, Christo autem non item. proprius enim est eius spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est dei patris. Operatur autem efficaciter, sicut pater per spiritum, ita & ipse. Cæterum quamuis dicens Iudæis: Multa bona opera ostēdi vobis à patre meo, & à meipso non loquor: pater autem in me manens, facit opera. Ipse dicebat iterum: Si autem ego eiicio dæmonia, operationem per spiritum referens in se & patrem propter identitatem substantiæ. Et plurimus quidem ac prolixus esset de illis sermo, qui tempore congruo his, qui voluerint examinandus erit. Itaque non quasi aliena virtute, per spiritum operandi facultatem accepisse dicimus Emmanuelem, sed propriam habuit consubstantialis spiritus virtutem, quam vt deus habuit. Nam beati quidem discipuli signa faciētes dicebant: Viri quid nobis attenditis, quasi propria virtute vel pietate feciſſemus ambulare portæ Speciosæ assidētem claudum. Proprius autem Christi est spiritus eius. Illis autem qui nostra cauillantur hoc dicimus. Quippe si quidem consonat cum illorum mentibus diuidendum indiuisibilem, & sicut communem hominem operandi facultatem accepisse per spiritum Iesum, haud magna ratio est eorum qui sic affecti sunt. Sin Christum vnum & filium dominum esse confitentur, eundemque esse simul deum ac hominem credant nobiscum, quod non operandi facultatem accipit, quasi meliore quadam & aliena ab illo virtute, ipse autem potius efficaciter diuina signa quasi per proprium spiritum, in quo & omnis genitorum virtus. nam sic cessabunt frustra nos irridere, & inuidiæ dentes in nobis confringere.

Cyrilli anathematismus decimus.

POntificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina dicit scriptura, obtulisseque se pro nobis in odorem suauitatis deo & patri. Si quis igitur pontificem & apostolum nostrum factum fuisse dicit, non ipsum ex deo patre verbum quando factum est caro, & homo nobis similis, sed vt alium ab ipso propriè hominem ex muliere. Vel si quis dicit, quod per se ipse obtulerit oblationem, & non magis pro solis nobis. Qui enim peccatum nescivit, oblationē opus non habuit, anathema sit.

Orientalium obiectio.

SI deus verbum est sacerdos, cui vel quali deo suo ministeriū suum offert? Sed adducit beatus Paulus, dicens: Non enim habemus pontificem, qui nō potest compati infirmitatibus nostris, sed tantum per omnia secundum similitudinem absq; peccato. Quis igitur est tentatus ille? num deus verbum, vel humana natura semen Dauidis? Et iterum: Nemo sibi assumit honorem, sed vocatus à deo, sicut & Aaron, ita & Christus non seipsum glorificauit vt fieret pontifex. Quis igitur ille qui comparatur secundum sacerdotij dignitatem Aaroni, & ei qui non à seipso honorē assumit, sed vocatur à deo in diuina natura, quæ patri cœterna? cui omnia patris sunt propria? & in quam dignitatem, se maiorem ascendit? Dicemus sacerdotium diuina natura dignius? ad quod non à seipso, sed à deo vocatur, pérque illum ascendit, & per istud glorificatur? vel natura ex semine Dauid facta & præfinita. Cui etiam iurauit deus, secundū Psalten daturum se sacerdotium in æternum. Iurauit enim, inquit, dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Num deitas vnigeniti promissiones, cum iuramento accepit suscepturam se sacerdotium in æternum à deo, per quod sit glorificanda? & quis nos feret talia dicentes vel cogitantes, quis non contemnet nos deum introducentes, qui pontifex ordinetur, & pacta cum iuramento recipiat, vocetúrque ad sacerdotium, & non sibiipsi accipit honorem, sed ad illum vocatur & comparatur, primo qui sacerdotium accepit. Et iterum dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek. Quis igitur qui comparatus est Melchisedek secundum sacerdotium, vt illud suscipiat sanctus Deus verbum vel caro ex nobis susceptus, secundum carnem sibi inseparabiliter & inconfuse vnitam? Et iterum dicit: Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes ad eum qui potest ipsum saluare de morte cum clamore valido, & lachrymis. Nunquid deus verbum supplicationes & preces, & cum clamore valido ad aliquem, qui potest saluare seipsum offerens exauditum

est præ reuerentia, & didicit exhis quæ passus est obedientiam. Si igitur Deus verbum pontifex, & didicit ex his, passus est ipse & consummatus est. Verum ne turbetur nostra mens audiens de eo qui passus est, quamuis existat filius: non enim duos filios ponimus, eum qui passus est, & qui mansit impassibilis. Neque enim deitas seorsim sequestrata ab eo qui ex semine Dauid filius nominata est, ita vt neq; deitas post vnitionem sine carne visibili filius appellatus sit. Nam filiatio post vnitionem vtrisque naturis vna est, inter se nõ separatis. Non enim post hanc vnitionem separatio facta est. Manet enim perpetuò vnitio. Quin & in passionibus carnis deitas inseparabilis, manet impassibilis, & quæ Deum addecet per carnem perficiuntur, vnde vnum & eundem filium confitemur, naturis inconfusis manentibus, non alium & alium dicentes, absit: sed vnum & eundem. Itaque pontificem & apostolum confessionis nostræ Iesum Christum, secundum diuinas scripturas factum esse, nullus non confitebitur. Itaq; non dicimus separatum propriè hominẽ ex muliere à dei patris verbo, ita vt quod ex semine Dauid vnitum, sit inconfuse ineffabiliter & inseparabiliter verbo quod ex Deo sacerdotem tentatũ per omnia absque peccato, & edoctum ex his quæ passus est, obedientiam obtulerit Deo & patri, non pro seipso, sed pro solis nobis suam carnem. Non enim imperitè dicimus Deum verbum pontificem & obtulisse seipsum Deo & patri, non enim vnigeniti deitatis Deus pater, sed pater.

Cyrilli defensio.

ITerum aduersariis tempestiuè dicemus: Vsquequo claudicatis ambobus poplitibus vestris? Oportebat enim nos habere sanam & validam ad agnoscendã rectæ fidei dogmata mentem, non duplicitate animæ claudicantem, valde imbecillè, & rectè incedere non valentẽ. Inconstans enim est duplex anima in omnibus viis suis, & non adiuuatur à Domino, quod dico valde admirans aduersarios tam effuse ac temerè propositum, etiamnum anathematismum perstringere velle, nec absurdum quod volunt Dei patris verbum à nobis nominari. Apostolũ & pontificem confessionis nostræ quando factus est homo: nã qui prorsus attentant natiuitatem eius secundum carnem calũniari, & reiectiuam, quasi non veram facere audent, non ferẽtes dici sanctam virginem Dei genitricẽ, quomodo non & dispensationis modos vitarent. Audiant igitur hoc quod Esaias dixit: Nisi crediderit is, non intelligetis. Etenim diuinus euangelista Ioannes magnum & præcipuum quiddam hominibus detonuit, dicens: Verbum carnem esse factum. Qui autem virtutem veritatis suffurantur, ita carnem ipsum factum esse dicunt, sicut & maledictum & peccatum esse fatentur, & de illis iampridem diximus, quæ probabilia erant, vtut possint sermones illorum falsi comprobari. At illis obiurgatoribus nũc illud dicimus: Discite audire angustiati, suscipite fundamentum sacramenti secundum Christum prima dispensationis exordia, & ipsum, vt ita dicam ingressum. Credite nobiscum, imò sacris scripturis. Date date veritatis calculum confitentes, quod ipse vnigenitus Dei verbum, qui est in sinu patris, per quem omnia, & in quo omnia factus sit caro, non ferendo conuersionem, vel contemperationem, sed existens hoc secundum naturam, id quod erat, & est, & erit: factus autem est caro natiuitatem ferens, ex sancta virgine, secundum carnem, inquam, & appellatus est filius hominis, & similiter vt nos, particeps fuit sanguinis & carnis. Hæc cognoscentibus & tam venerandam veramq; fidem amplexantibus, omnia deinceps apparebunt accessa & peruia, & planè nihil asperum vel obluctans. scriptum est enim quod perspicua sunt intelligentibus & recta inuenientibus scientiam. Opinor autem operæprecium, vt & nos causam nostram dicamus, propter quam factus est anathematismus. Nestorius enim qui omnia perturbat, & omnia susque deq; cõfundit, & tale quiddã de saluatore nostro Christo dicebat: Missus est ad prædicandum captiuis remissionem, hic fidelis Deo factus pontifex. factus est enim hic, non perpetuo erat: hic paulatim ad pontificis dignitatem peruenit hæretice? aliaque his consimilem parientia impietatem adducit multa. Quis igitur auditis tam fœdis sermonibus non mallet omnia pati, quàm silentium Deo exosum diligere. Mortuus est pro nobis Christus, confusionem cõtempsit, crucem & mortẽ tulit secundum carnem, & nos benefactori neq; benevolũ sermonẽ repẽdemus? sed quieti sedebimus iam absurdas audientes blasphemias etiã vel fortassis inter nos diuidentes crimina? Heus quid dicis? Profecit in sacerdotẽ paularim? Verbũ quamuis esset Deus, exinaniuit seipsum, liber secundum naturam accepit serui formam, & qui vltra omnem creaturam est, & diuinitatis eminet gloria, humiliauit seipsum. Si autem profecit quodammodo exinanitus est, vel quo pacto se demisit ad humiliationem? Vtique ante præcesserunt honor & gloria, dixerit quis, hi exinanitionem. Deinde quomodo ante rem est exinanitio? Eia, inquit: Si ipsum Dei patris verbum factus est põtifex, quis oro, maior est ille eius cui sacerdotali ministerio seruit? Igitur dicam iterum: Crede quod quamuis Deus secũdum naturam esset in forma patris filius, non rapinam arbitratus est se esse Deo æqualem, sed seipsum exinaniuit formam serui assumens. Si autem factus est homo, assumpsit autem serui formam, quomodo censebitur parum & dispensationis sermonibus incongruum appellari & apostolus & pontifex? & qui mensuram humanitatis nostræ nõ dedignatus quomodo repudiãda faceret humana? Forsitan haud difficile foret, id multis tractare sermonibus & prolixionem enarrationem protrahere: alterum illis tunc transitis ipsorum afferam sermones. scripserunt enim sic: Verùm ne turbetur vestra mens, audiens de eo qui passus est, quamuis sit filius. Non enim duos filios dicimus, eum qui passus est, & eum qui mansit impassibilis. Neque enim deitas seorsim sequestrata ab eo qui ex semine Dauid filius nominata est, ita vt neque deitas post vnitionem sine visibili carne filius appellatus est. Et iterum: vnde vnum & eundem filium confitemur inconfusis naturis manentibns, non alium & alium dicentes, absit: sed vnum & eundem pontificem & apostolũ factum esse, Dominum nostrum Iesum Christum secundum diuinas scripturas, nullus non confitebitur, nec seperatum proprie hominem ex muliere à Dei patris verbo. Itaque si vnum dicunt filium, nullo modo partientes in duos vnum ex semine Dauid, & alium ex Deo patre verbum, quomodo non lædunt sacramentum partientes dispensationem Deo & homini, & non potius vnum & eundem Deũ & hominem esse dicunt, vt sunt omnia eius quæ diuinè, vel humanè dicta. Nam quando aliquid quod decentissimè de ipso dicitur, hoc certè omnimodo & verum esse dicimus. Deum enim ipsum esse scimus. Etsi humani quidpiam dictum fuerit, etiam hoc admittemus: Confitemur, quod Deus est in carne & sanguine, & humanitatis mẽsuram per humana agnouimus. Mille enim millia sanctorum angelorum ministrant ei, & diuinum eius chorum circunstant Seraphin. Quando autem factus est homo, vocatus est & pontifex, non quod maiori Deo offerret sacrificium, sed sibiipsi & patri fidei nostræ confessionem procuraret. Audiens quod dictus est sacerdos, propter humanitatem, erubescísne? Deinde quomodo non admiratus es, quod non secundum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificij modum, sed sibiipsi, potius & patri, vt dixi. Quando dicis indignum esse Deo vt sacrificet, astipulor & ego, scilicet si solum sit, & absque carne verbum, dixeris rectè: quia autem factum est caro, inde & sacrificantem propter humanitatem & in dignitatibus vltra creaturam sicut Deum. Considet enim cum Deo & patre. Itaque inde ipsum sacrificantem secundum humanitatem, considẽtem autem vt Deum. Quid enim dicit beatus Paulus: Talem habemus pontificem, qui considit in dextra throni magnitudinis in excelsis. Igitur videntes quod factus est homo qui Deus sit. Est autem vnus & idem filius, illi omnia attribuimus vt vni, & dispensationis sermones non ignorabimus. Cogitationis vim semper proinde & sapienter ad obedientiam eius accommodantes.

VNDECIMO ET DVODECIMO
anathematismo eadem obiecta, & responsa sunt, his quæ à Theodorito reprehensionibus habes.

Post duodecimam responsionem adduntur sententiæ primæ.

Gregorij

GRegorij beati Episcopi Nyssæ) Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui quum esset in forma serui non est rapinam arbitratus, æqualé se esse Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quid pauperius sub Deo figura serui? Quid humilius sub rege omnium, quàm venire in communionẽ pauperis nostræ naturæ? Qui rex regnantium & dominus dominantiũ serui forma induitur, subditus fit potestatẽ gerentibus Dominus creaturæ in speluncam diuertit. Qui vniuersum palmo concludit, non inuenit locum in diuersorio, sed in præsepio brutorum reclinatur. Mundus & immaculatus humanæ naturæ suscipit sordes, & omni paupertate nostra perfunctus, vsque ad mortis finem peruenit. Videtis voluntariæ paupertatis mensuram? vita mortem gustat, iudex in iudicium trahitur. Dominus vitæ omnium quæ sunt sententiã tolerat iudicis, Rex omniũ vltra mundanæ virtutis, lictorum manus non repellit.

Basilij Episcopi Cæsariæ. Non enim tantum, & cœlum, ac terra, & marium magnitudines, & quæ in aquis versantur, & terrena animantia, & plantæ, & stellæ & aer, & hora, & varius mundi ornatus roboris eminentiam commendant, quantum posse Deum non capacem impassibiliter per carnem cum morte confligere, vt nobis sua passione impassibilitatem largiatur.

Athanasij Episcopi Alexandrini. Et ostendit quod non apparenter, sed verè habuerit corpus. Decebat enim Dominum humanam hanc carnem indutum, cum suis passionibus ipsam totam induere, vt sicut proprium ipsius esse dicimus corpus, ita & corporis passiones, propriæ tantum eius dicantur, etiamsi non contingant, secundum diuinitatẽ eius siquidem alterius esset corpus, alterius verò dicerentur passiones. Si autem verbi caro, verbum enim caro factum est, necessarium & carnis dici passiones, eius, cuius & caro est. Cuius enim dicuntur esse passiones, quales sant, maximè condemnari, flagellari, sitire, & crux & mors, & aliæ corporis infirmitates, eius & opera bona ac gratia sunt. Idcirco rectè nõ alterius, quam Domini dicuntur, esse tales passiones, vt & gratia ab ipso sit: & nõ fiamus idolatræ, sed verè pij. Quia nullam creaturam, nullum communem hominem, sed ex natura Dei & verum filium, hunc & factum hominem, & nihilominus Dominum ipsum ac Deum & saluatorẽ inuocamus. Sufficient igitur ad probationem, vel mediocriter doctis sentẽtiæ propositæ, diuina lege manifestè dicente: In ore duum vel trium testium stabit omne verbum. Quod si quis voluerit etiam posthac contendere, audiat ipse à vobis. Eas hanc contra teipsum, nos verò rectas scripturas & sanctorum patrum sequemur vestigia. Sic enim lucrabimur supernæ vocationis præmium in Christo, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum sancto spiritu in sempiterna secula, Amen.

Epistola Theodoreti ad Alexandrum.
Pars Homiliæ Theodoreti.
Homilia Ioannis Antiocheni.

EXEMPLAR EPISTOLÆ IOANNIS
Comitis Sacrensis, scripta ab Epheso, ad Reges qua docet, quid egerit, vbi Synodum conuenit.

SCiens conducibile pietati, si diuinis scripturis commendentur, omnia quæ iuxta purissimæ celsitudinis mẽtem, pro virili feci, hinc quæ sint acta discetis. Pridie quàm hæ literæ darentur, labore magno acceleratione q; mira in Ephesiorũ ciuitatem perueni: aduenissem autẽ citius, nisi maximis negotiis impeditus fuissem, quæ vestræ magnitudini affuturus deo propitio coram recensebo. Statimque sanctissimos Episcopos qui hinc & inde conuenerãt reuerenter salutaui. Propter discordiã autem quæ intercedebat inter eos, patres accersere conueniebat. Turbatis autẽ omnibus, Cyrilloq; & Memnone se munientibus, permeipsim iis qui conuenerant denunciaui, & iis qui aberant manifestaui, vt sequẽti die absque vlla mora omnes in diuersorio meo cõfluant. Porrò ne conflictus quidam fieret promiscuè ipsis conuenientib. (metuẽdum enim & hoc erat propter ferociam, quæ nescio vnde illis accidérat) ingressus, ordinem distribui. Præsente autem Nestorio, ferè cũ ipso aurora & Ioanne pientissimo Episcopo, aduenit etiam Cyrillus cũ omnibus pientissimis Episcopis, solo autẽ Memnone absente, magna turbatio tumultúsq; exorirí cœpit. Dicentib. iis qui cũ Cyrillo venerant, Nestorij, qui ab ipsis depositus esset, ne aspectum quidẽ ferendum esse, nihilominus tamen conuenientib. diuinarum scripturarum lectionem fieri volebãt. Affirmabant autem ij qui Cyrillo fauebant, lectionẽ diuinarum & terribilium scripturarũ absq; Cyrillo non habendam neque præsente Nestorio neq; his qui ab Oriente venerant sanctissimis Episcopis, & ob hoc magna facta seditio imò prælium & pugna. Eadem quoq; & sanctissimi episcopi, qui Ioanni pientissimo Episcopo astabant, contendebant dicẽtes: Cyrillum non oportere diuinarum literarũ lectioni, vtpote & illo cũ Memnone ab ipsis depositio interesse. Fiebat igitur super hac re contentio. Iam autem maximo diei interuallo exacto, operæpreciũ existimaui absq; Cyrillo & Nestorio, cæteris patefacere regias sententias, quandoquidem cõmemoratis illis, neq; scriptæ essent à mundi Dominis. Verũ renuebant & hoc pientissimi Episcopi, qui cum Cyrillo venerant, volebantq; etiam his qui cum Ioanne aduenerant præsentib. autes præbere, eo quod dicebant eos illegitime Cyrillum & Memnonẽ deposuisse. Vix igitur potui persuasione & vi (siquidem vera dicere oportet) sequestratis Nestorio & Cyrillo inducere omnem Synodum, vt Regium rescriptum audiretur, igitur congregatis omnibus Augustarũ literarum lectionem feci, in quibus depositi sunt Cyrillus & Nestorius & Memnon. Quum autẽ hi qui cum Ioanne pientissimo conuenerant lectionẽ amicè susciperent, & approbarent, audiuerunt à graui auditorio depositionẽ Cyrilli & Ioannis illegimè factã. Cæterùm ne maior fieret seditio Nestoriũ quidem custodiendum suscepit Cãdidianus Comes * conuiuarũ domesticorum, qui omnibus cõsiliis & operibus meis interfuit. Cyrillũ autem & ipsum custodiendum tradidi Iacobo circũspecto Comiti & præposito quartæ scholæ. Memnõ verò vt prædixi aberat. Vnde missis dispensatore & lictore ac Protodiacono sanctissimæ Ephesiorũ ecclesiæ, ei manifestaui quod depositus esset. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cum omni securitate Ecclesiasticis pecunias seruare. His in hunc modum actis, quoniã oportebat me & precibus vacare, descendi in sanctissimam Ecclesiam, cognoscens autẽ Memnonem agere in Episcopo, mitto ex ministris meis Primicerium nobilium Palatinorum ad ipsum, vt ad me veniret vt discerem num omnino me accedere renueret. Verum ipse, absque mora aduenit, & reprehensus à me, quare mane non venisset, Dixit, ægritudine se deprehensum esse, & propterea non affuisse. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel consilia, præuenit sermones meos, & in meam irrupit domum, traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto Comiti custodiẽdus, & à Scutariis nobilibus, & reuerendissimis Palatinis. Hæc pri-

* alias nobilium.

QVÆ AB ORIENTALIBVS EPISCOPIS ET IOANNE Antiocheno hinc inde scripta sunt.

IOANNIS Comitis ad Imperatorem, Orientales ad Imperatores de his quæ Ioannes Comes egerat.
Mandatum Synodi occidentalium, quod dedit Legatis euntibus Constantinopolim.
Synodus occidentalium ad Reges.
Mandatum Synodi Orientalium quod dedit suis Legatis.
Expositio fidei ab Orientalibus.
Petitio prima Orientalium legatorum à Regibus.
Petitio secunda eorundem à Regibus.
Petitio tertia eorundem à Regibus.
Epistola legatorum Orientalium ad suos in Epheso.
Epistola alia eorundem.
Epistola Orientalium in Epheso ad Legatos.
Epistola Orientalium in Epheso ad Reges.

mo die à me facta sunt. Quoniam autem & de pace pientissimis episcopis sermonem habere oportebat, ne hæreses & schismata in Orthodoxa religione fierent. Proinde quanta potui diligentia, ei negotio me accommodaui, & postha c operam daturus, modò placeat & melioribus & pietati consonum sit, & recta mens sit Domini mundi. Quod si pientissimos Episcopos vider o implacatos, & non reconciliabiles, nescio vnde in hanc rabiem & asperitatem venerint, etsi quid amplius factum fuerit, quám primum vestræ amplitudini significabo.

EXEMPLAR RELATIONIS ORIENTALIUM *ad Reges de his quæ Ioannes Comes egerat.*

Merito quis dixerit nostri seculi homines, qui tuo Imperio gubernentur, beatiores iis, qui ante nostram ætatem fuere. Vestra enim pietas inter innumeras totius orbis curas, eam quam religionis pietate gerit, omnibus aliis præposuit. Magis autem veneratur laudatissimum vestrum Imperiorum ea quæ Dei sunt, quàm omnia quæ super terram. Quoniam fides in illum vestras cogitationes & opera moderans, cũ vestra pietate in omnibus honestis cooperatur. Hæc ita certo se habere semper quidem ex his quę contingunt didicimus, isto autem tẽpore maximè certi sumus. Postquam enim inexpectata sacerdotum exorta sunt disturbia, singulis simul seab inuicem dissidentibus, & cõmune hoc nostrum consistorium cõmotum est, Ægyptio orbem (id quod semper solitus est) conturbante, vestræ pietatis oraculum per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem generalem largitionum Ioannem allatum omnium vanas choleras restinguere sufficiens est, siquidem modesti esse voluerimus. Illud autem maximum, quod vestra maiestas literis cauit tollenda offendicula à quibusdam excitata. Vtendum autem canone & regula, qua olim à patribus in Nicæa fides expositа est, quæ etiam nihil diminutum vel superfluum continens, compendiariam salutem concedit, verbis paucis comprehendens omnia, quodcunque diuinæ scripturæ tradiderunt, & eliminans seductorum & nouas nobis tradere volẽtium opiniones. Quapropter receptis literis vestris, quum vidissemus mentem vestræ Maiestatis recte patrum fidei conuenire, operam dedimus vt confestim eiicerentur capitula contra euangelicam & apostolicam doctrinam à Cyrillo exposita, in quibus omnes & qui nunc sunt, & qui olim fuere, sanctos anathematizare ausus est. Quam autem nupero tempore turbulenter Episcoporum præsentia conspirationem fecit multorum inexperientia, & aliquorum morbo olim quidem latente, nunc autem impudenti circumcursatione manifestatum, autoritate Synodali stabilire attentauit. Hæc autem sicut vestra Maiestas, etiam pientissimus sanctissimúsque pater noster & episcopus Acacius, scriptis sanctam Synodum docuit, quod Apollinarij impietate contingat. Optime enim scit vir ille decem & centum annos natus qui omnem ætatem in apostolicos sudores insumpsit, & plurimis Synodis interfuit, & Apollinarij assecl as vicinos semper habuit. Vnde facile deprehendere potuit, quod prædicta capita prauam illam opinionem saperent, & iam deceptos episcopos, & illi subscribere sinentes. Orauimus igitur vnà cum Ioanne magnificentissimo & gloriosissimo Comite, vt ab orthodoxa fide eiicerentur & alienarentur, & se subscriberent orthodoxæ fidei Patrum in Nicæa congregatorum: & quum non possent propter malam ipsorum præiudicationem factam, coacti sumus apud eos synceram illam rectam confiteri fidem, & illi subscribere, eiiceréque legitima confessione superfluã illam, impiis opinionibus refertam capitulorum expositionem. Sufficit enim paruorum illorum verborum rectæ fidei confessio ad redarguendum omnem hæreticorum errorem. Neque enim Prædicta Patrum fides contempsit ea quæ de vnigeniti Deitate recensetur, sed consubstantialem prædicans immobiles fidelium mentes seruauit, & Arrianorum hæresin sustulit, déque dispensatione exactas definitiones tradidit. Tunc inconuertibilem & incommutabilem Deitatem vnigeniti nos docuit, & non purum hominem esse, Dominum nostrum Iesum Christum: sed verè filium Dei credendum prædicauit, congrua diuinis sanctisque scripturis confirmans. Vnde & nos illos sequentes fidei & expositioni confessionis nihil adiecimus, nihilque ademimus contenti in omnibus sanctorum Patrum expositione. Quoniam autem ô pientissimi Reges præceptis post hanc firmæ fidei consonantiam, etiam de sancta ac Dei genitrice virgine, vestræ excellentissimæ pietati innotuisse. Hoc enim Ioannes ille magnificentissimus & gloriosissimus Comes annunciauit, idque diuino petito auxilio. Maius enim fuerat quàm vt talia homines attentent, nota faciamus vestræ pietati, quæ ex diuinis scripturis edocti sumus, confessione nostræ infirmitatis excludere, inferere volentes inter ea quæ super hominem esse considerauimus. Igitur fatemur Dominum nostrum Iesum Christum filiũ Dei vnigenitum Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre genitum, nouissimis autem diebus ex Maria virgine secundum humanitatem: consubstantialem ipsum patri secundum Deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarũ enim naturarum vnio facta est. Idcirco vnum Christum, vnũ filium vnum Dominum confitemur, iuxta hanc inconfusæ vnionis sententiam confitemur sanctam virginem Dei genitricem, eo quod Verbum incarnatum & inhumanatum est, & ex illius conceptione vniuit sibi tẽplum ex ipsa assumptum. Hæc quum didicerimus à Theologis viris, euangelistis & apostolis, & prophetis & præ fidei doctoribus sua tempestate claris, tanquam in compendio exposuimus. Oramus autem & obsecramus vestram Maiestatem, piam religionem quæ corrumpi videtur, morbo ab Ægyptiacis capitulis inuecto, more solito defendere, & omnibus præfectis sanctarum Ecclesiarum sacerdotibus edocere dignetur, vt explodant capitula à prædicto Cyrillo, magna Ecclesiarum iactura fidei catholicæ introducta, solíque subscribant sanctorum patrum in Nicæa congregatorum confessioni. Neque enim aliter pax in Ecclesiis Dei triumphabit, nisi eiecta fuerit impia illa expositio.

MANDATVM QVOD SYNODVS DEDIT Legatis Constantinopolim proficiscentibus, vt Orientales indicarent.

Philippo presbytero Dei & amantissimo & colendissimo, sanctissimi & pientissimi Archiepiscopi apostolicæ sedis, magnæ Romæ Cœlestini Vicario, & pientissimis & sanctissimis Episcopis, Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acacio, Euoptio, sancta & vniuersali Synodus, quæ gratia Dei & edicto pientissimorum Regum in Ephesinorum metropoli congregata, in Domino S.

Admoniti à pientissimis Christique amantissimis Regibus, vt mittantur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscum in Ephesiorum vrbe congregati sunt, anxius est, vnanimi calculo decreuimus, & legationis prouinciam, vt pro recta fide & pro sanctis fratribus, sanctissimo & Dei amantissimo Archiepiscopo Cyrillo, & Dei amantissimo coepiscopo Memnoni iniunximus. Vtrorúmque autem securitatis & vestrorum & nostrorum habentes curam, hoc mandatorium diploma instruximus, vt & scias propter quæ nos miserimus & vestra pietas cognoscat, quod nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sciat vestra sanctitas, quod cum Ioanne Antiocheno, & cum Apostatarum cõcilio communionem nullo modo habere debeatis, eo quod noluerunt nobiscũ deponere impietatis præconem Nestorium, sed illi vsque ad abitionem vestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones condemnare sanctissimum, Deíque amantissimum Archiepiscopum Cyrillum, & sanctissimum deíque amantissimũ episcopum Memnona. Præterea vsque ad id tempus in Nestorij dogmatis defendendis anxij sunt. Sunt item inter eos Cœlestiani & depositi, audéntque totius orbis Synodum hæreticam appellare. Iam si necessitas quædam se obtulerit, adeundi Regem pientissimum, quoniam edicto amatoris Christi & pientissimi, pro virili obediendum est, si noluerũt prædicti subscribere depositioni Nestorij, & per libellos veniam petere à sancta Synodo super iis quæ temerè in nostros præsides admiserunt, anathematizaréque & Nestorij dogmata & abiicere eos qui eadem cum illo, vel sapiunt, vel sapuere. Deniq; & laborare nobiscum, vt restituatur nobis

nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnõ, permittimus vestræ sanctitati his factis, polliceri quidem ipsis communionem: scribere autem nobis, vt & vobis compaciscentibus perfecta cum ipsis pax constet. Verum non erit antea promittenda illis pax, nisi præsides suos recipiat sancta Synodus. Scire autem volumus vestram sanctitatem, quod si quid horum à vobis contemptum fuerit, neque sancta Synodus acta habebit rata, neque vos communionis sinet esse participes.

SVBSCRIPTIONES.

Berinianus, Erenianus, Dalmatius — *subscripsi*

Seuerus, Pius, Hellanicus — *subscripsi*

Perges iussus subscripsi

Palladius, Amphilochius, Perigenes, Iconeus, Aristonicus, Valerianus, Cyrus, Meonius, Dynatus, Idduas, Epiphanius, Gregorius, Hesychius, Tribunianus, Theodotus, Ablabius, Domninus, Eustachius, Constantinus, Eunepius, Philippus, Heracleon, Petrus, Theodosius, Eusebius, Benantius, Anysius, Domninus, Zenobius (*simi*), Aetius (*liter*), Timotheus, Eugenius, Calippus, Ioannes, Senecion, Docunasius, Theosebius, Domnus, Asterius, Bessulas, Euprepius, Patalius, Syluanus, Limonius, Cyrillus, Euporus, Thomas, Rhodon, Tychicus, Martyrius, Micias, Nestorius, Theodorus, Archelaus, Aphobius, Hermobius, Carius, Reginus

Alypius, Anderius, Paulus, Macedonius, Acatius, Spudasius, Aphronius, Philetus, Promachius, Nectarius, Metrodorus, Dorotheus, Tarianus, Abraham, Petrus, Eudoxius, Adelphius, Eulogius, Theonas, Cyrus, Marcellinus, Euagrius, Theodorus, Solon, Romanus, Paulus, Ioannes, Rufinus, Nesius (*simi*), Maximus (*liter*), Theodulus, Commodus, Modestus, Aristobulus, Esthabius, Heraclius, Paulus, Theon, Hieraris, Chrysaorius, Hermogenes, Aristocatus, Alexander, Lampetius, Seuerus, Ardesimus, Appellas, Mandianus, Eusebius, Heraclides, Ammon, Zenobius, Zenon, Isaac, Nateras, Timotheus, Zenon, Eusebius

Philudephus, Macarius, Pabiscus, Andreas, Phœbammon, Sabinius, Eusebius, Alexander, Eutherius (*simiter*)

Saadius, Petrus, Ioannes, Ammon, Thomas, Ioannes, Timotheus, Eusebius, Paulus (*simiter*)

RELATIO SYNODI MISSA CVM *prædictis Episcopis, & locum tenente papa ad Reges.*

Pientissimis, Deique & Christi amantissimis Theodosio & Valeriano Victoribus triumphantibus semper Augustis, quæ iuxta gratiam Dei & vestræ Maiestatis edictum in Epheso congregata.

Omnia quidem ô Reges amatores Christi regiæ Maiestatis vestræ acta laude merentur, magnumque pietatis zelum præ se ferunt, eáque propter vnanimiter omnes & singuli pro perpetua vestra incolumitate & Imperio, preces domino Christo offerimus, orantes vt Christi amantissima vestra Maiestas orbi perpetuò seruetur. Quia autem & nunc nostris precibus flexa vestra pietas præcipit per Ioannem magnificentissimum & gloriosissimum Comitem, vt vniuersalis vestra Synodus ad vestram Maiestatem electos quosdam pientissimos mittat Episcopos, & coram omnes causas exponant, meritò gratias agentes Christi amantissimæ vestræ Maiestati: elegimus sanctissimos ac pientissimos Episcopos Arcadium, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Euoptium & Philippicum præsbyterum Romæ, Cœlestini sanctissimi & pientissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ locum tenentem, quos his literis vestræ serenitati commendamus, vt eos benignè videre & audire dignetur. Scientes autem quantum anima vestra amat Christum, deoque sit debita, maximíque faciat Christum, qui pugnat pro vobis & vos seruat: Seruentur, habeanturque in honore semper sacerdotes eius, iuxta id quod dictum est ab eo. Qui vos audit, me audit: & qui vos recipit, me recipit. Confidimus & quod nos conturbauit, idem & vos, sic literis insertum est, conturbat: nos enim non ob aliam causam, qui Ephesi nunc sumus, quàm vt iuxta vestrum pientissimum edictum de fide tractaremus. Quoniam enim prophana Nestorij dogmata eius immobilem à seculo tranquillitatem conturbarunt, meritò super ea re consilium proposuimus. Post decimum & sextum diem præfiniti termini & Nestoriũ stiis decretis ecclesias conturbantem accersiuimus. Verum quia ille malè sibi conscius comparère detrectauit inquirentes impia dogmata, quæ de Domini Christi incarnatione ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizauimus, & eorum partem ab Episcopali dignitate omnino alienauimus. Cæterum Ioannes Antiochenus post vicesimum diem præstituti termini, quasi zelo fide non adiuturus huc peruenit, congregatis apud ipsum Episcopis paulò minus triginta, quorũ alij Cœlestiani, alij depositi multo antea fuerunt, aduersus nostras præsides & orthodoxæ fidei æmulatores, fecessit, sanctissimumque & pientissimum Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum, & sanctissimum ac pientissimum coepiscopum Memnona, neque accusatos ab ipso neque citatos iuxta canonum rationem, depositioni contumelia affecit, & quasi communicárit cum ipso sancta & vniuersalis Synodus, in hanc contra illos iniustitiam, ita pias & religiosas vestras corripuit aures. At sancta & vniuersalis Synodus (cui assidet & magnæ vestræ Romæ sanctissimus & pientissimus Archiepiscopus Cœlestinus, omnísque occidentalis Synodus per eos quos ad nos misit sanctos episcopos. Assidet autem & Aphrica omnis & Illyricum) legitimè mota, ipsum præsectum concilij apostatarum Ioannem & cæteros qui cum eo sunt, alienos ab omni ecclesiastica communione esse decreuit, aque omni sacerdotali ministerio destituit, refutans omnia, quæ ab illis illegitimè facta sunt, & quæ cum illis acta sunt vestræ Maiestati pridem literis significauimus: nunc verò his scriptis, & per hos legatos pientissimos Episcopos vestra pia genua protensis manibus attingimus, rogantes vt quæ violentes

acta sunt cum sanctissimis & pientissimis episcopis Cyrillo & Memnone, nullumque canonibus robur habentia, prorsus irritate, ita vt nostra Synodus capite non careat, & nos & omnes Christiani vniuerso orbe, luctu intolerabili indesinenter propter præsides conteramur: sed petitionum compotes consuetas preces vniuersi orbis Ecclesiis Domino Christo offeramus, vt in seculum concedatur vestrum Christi amantissimum Imperium. Nam calumnia quæ contra illos facta Ioanne Antiocheno & sociis eius, ad omnes nos pertinet eandem fidem habentibus cum prædictis: & cum eis sacerdotali ministerio fungentibus, eo quod & omnis occidentalis Synodus testimonium dat eis rectam & inculpabilem eorum esse fidem, & vos quoque de hoc certiores facti, commentariorum scriptis promulgauimus, quod sint Orthodoxi, sanctorumque Patrum nostrorum sententiam in dogmatibus catholicæ & apostolicæ ecclesiæ habeant. Oramus igitur vestram Maiestatem, soluite & vos & illos à vinculis: vinctis enim fratribus & præsidibus S. nostræ Synodi, etiam nos quodammodo vincti sumus.

Mandatum quod Orientales legatis suis in Constantinopolim Episcopis dederunt, vt iudicentur cum legatis vniuersæ Synodi orthodoxis Episcopis in Constantinopoli.

SAnctæ Synodo in Epheso congregatæ. Pientissimis & sanctissimis Ioanni archiepiscopo Antiochenorum magnæ ciuitatis, & Paulo episcopo Emisenorum, rationem reddente: & pro sanctissimo episcopo Acacio Berroensi, & Imerio episcopo Nicomediæ metropolis, & Macario Laodicensium vrbis, rationem reddente: & pro Cyro episcopo Tyriorum metropolis, & Apringio episcopi Chalcidensium, rationem reddente: & pro Alexandro episcopo Apamiæ, & Theodorito episcopo ciuitatis Cyretanorum, rationem reddente: & pro Alexandro episcopo Hieropolitanorum metropolis, & Helladio episcopo Ptolemaidis præsentes præsentibus mandabamus, quæ subornata sunt.

Quoniam ecclesiasticæ causæ gratia propter quam in hanc Ephesiorum vrbem omnes vocati sumus, præsenti tempore vestra nouit pietas, quod iuxta edictum pientissimorum Regum nostrorum in celeberrimam Constantinopolim citati sumus ad suffragandum veritati, fideique sanctorum patrum, & rectis dogmatibus: non tamen omnes iussi sumus esse vobiscum. Operæprecium autem est, vt omnium nostrum mens, quasi præsentium manifesta fiat. Vnde propria habemus, quæ à nobis fiunt, & pertinent ad timorem dei, & pacificandam, benéque ordinandam Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus, quo præcipimus & permittimus, perfectamque potestatem tradimus, quam & nos si præsentes essemus, haberemus, vt quum vos gratia dei in prædictam magnam ciuitatem perueneritis siue apud pietissimum Regem opus fuerit, siue in consistorio, siue in sancto conuentu, siue patrum Synodo de his quæ inquirantur sermo habeatur, hac valeatis libertate dicendi sapientiaque ac diligentia vt vos decet, afferre pro communi ecclesiarum vsu, laborem hunc suscipientes, pro nobis omnibus scilicet manentibus & comitantibus & amantibus, & tanquam acta essent, habentibus omnia quæ à vobis in hac causa agitis, & acturi estis, & isthuc ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi vsui profuturum, & ad gloriam Domini Christi facere minus alacris sit. Iam si & videbitur Synodalem epistolam cum omniū subscriptione mittendam, confitemur omnes communiter & singuli omni alacritate nos subscripturos, & ad pium exercitum missuros. Quippe manifestum est, quod Capitula quæ à Cyrillo Alexandrino adiecta ad fidem Patrum, qui in Nicæno concilio tanquam hæretica modis omnibus, & à catholica & apostolica Ecclesia aliena, eiiciuntur.

Alexander episcopus Hierapolis metropolis: Si quid iuxta expositam fidem à sanctis Patribus feceritis, neque adieceritis aliquid fidei sanctorum Patrum, & reprobantium hæretica vlla capitula Cyrilli Alexandrini vlli consentio. Huic enim expositioni fidei, etiam cum S. Synodo vobiscum scripsi.

Dorotheus episcopus Martianopolis secundæ Mysię subscripsit, similiter cōmendans vt præmissum est. Conscripserunt autem & cæteri omnes.

Expositio fidei quam dederunt Orientales episcopi legatis suis in Constantinopolim.

SAnctæ Synodi tam orientalis diœceseos, quàm adiunctorum eius ex diuersis diœcesibus & prouinciis congregati, Bithyniæ, Cappadociæ secundæ, Paphlagoniæ, Pisidiæ, Europæ, Mysiæ, Rodopes, Thessaliæ, Daciæ, subsequentia collocuti sunt.

Propter Ecclesiasticas quæstiones nuper exortas, conuocati in Ephesiorum ciuitatem, ab his qui ad iustè regendum à deo probati sapienterq; & piè subditos dirigunt, sine mora, in prædictam venimus ciuitatem. Non multo autem tempore exacto propter factas à Cyrillo Aegyptio turbas, secundoque ac tertio litteis à pientissimis Imperatoribus acceptis, qui adhortantur vt omnes Christi ecclesiæ vinculo pacis vniantur, contentæque fide quæ in Nicæa à sanctissimis Patribus exposita, explodamus offendicula, nuper scilicet exorta. Attentauimus quidem persuadere Episcopis Aegyptio illi consentientes, qui hæreticis articulis ab eo expositis subscripsere, vt illa quæ manifestè fidem orthodoxam offendunt, amputent, contenti expositione, quæ in Nicæa facta iuxta edictum pientissimorum nostrorum Regum. Nequiuimus autem ipsis persuadere propter malam eorum præsumptionem coacti sumus vos, qui in sana Patrum fide permanemus, & nihil noui in illam inferri permittimus eam scriptis exponere, & subscriptionibus nostræ confessionis solidare. Contenta enim paucis verbis expositio, & exactam docebit pietatem, & veritatis demonstrans semitam, hæreticæ impietatis reprehendet errorem.

Credimus in vnum deum patrem, deum potétem omnium, visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum Dominum Iesum Christum, filium dei genitum, ex patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cœlo, quàm quæ in terra: qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit, & incarnatus est, homoque factus, passus, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & venit iudicare viuos & mortuos. Et in sanctum spiritum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quod ex nihilo factus sit, vel ex alia subsistentia vel essentia, dicentes esse cōuertibilem & commutabilem filium dei, anathematizat sancta Catholica & apostolica ecclesia. Ista est fides quam exposuerunt Patres primum quidem cōtra Arium blasphemantem & dicentem, creaturam filium dei, & contra omnem hæresim Sabellij, Photini, Pauli Samosateni, Manichæi & Valentini ac Marcionis, & contra omnem hæresim, quæ in Catholica & apostolica ecclesia surrexit: quos condemnauerunt in Nicæa ciuitate congregati trecenti decem & octo Episcopi. In hac fide manentes omnes confitemur, & nos qui in Epheso conuenimus, & ij qui in nostris prouinciis agút pietissimi Episcopi, qui pacti sunt se manuros in omnibus, quæ à nostris aguntur. Itaque obtemperamus sapienti qui dicit: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt fratres tui. Quæ autem nuper à Cyrillo Alexandrino exposita sunt hæretica capitula, quibus & Anathematismos superfluos & friuolos coniunxit: attentans suffragio & subscriptione Episcoporum stabilire, eiicit ac alienos ab Orthodoxa fide censet sancta, quæ in Epheso congregata Synodo.

Petitio prima septem Orientalium episcoporum, missa Regibus ex Chalcedone, eo quod non permittebatur eis ingredi in Constantinopolim.

ORandum erat, nec à quopiam alio in expectationibus absurdis sermonem pietatis amitti, maximo autem ne ab his sacerdotium, præfecturamq; Ecclesiarum sortiti sunt, quos nescimus quomodo præsidendi cupiditas & ambitio, frigidaque promissiones quædam, ad cōtemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt, idque hoc solo animo: vt seruiant verò qui præsumit ac sperat, se & auxilium sibi ferentes omnia rectè gesturos, dicimus Alexandrinum Cyrillum qui sola nugacitate in sanctas Dei ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaque ministerio confidit se argumentis cōprobaturum & correctionem

nem peccatorum effugere solo Memnonis & prædictæ conspirationis Episcoporum ministerio sperauit. Quapropter nos, qui silentium alioquin amamus, & in cæteris philosophicè agendum censebimus. Nunc silentium, & eius sapientiæ studium, fidei iacturam pingentes, ad solos vos post supernam virtutem, orbis seruatores, precando vertemur: quandoquidem scimus proprietate sollicitudinem vobis peculiariter conuenire, vtpote iis qui vsque in hoc tempus custodierint, vicisimque per illam custodiantur. Suspensus autem hos libellos offerimus, tanquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio. Nunquid pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes & pro ea sermones facientes. Nihil enim est quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere deceat, quàm vt coram tam fideli Rege testimonium ferant, etiam si parati essemus vitam ac corpora nostra in fideli discrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui videt omnia, & per Dominum Iesum Christum, qui iudicaturus est omnes in iusticia, per spiritum sanctum cuius gratia Regnum gubernatis, & per electos angelos qui vos custodiunt, quos assistentes videbitis terribili throno, & horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur, pietatem, quæ obsidetur vafritie quorundam id quod re ipsa adimentes, & hæretica capitula fidei introducta stabilientes, quæ omnino à sanis dogmatibus aliena sunt, & cum hæreticis opinionibus conueniunt, obsecrauimus: vt vel si quis illic subscribat vel consentiat, & post promissam à vobis veniam contendere vltra nolit, præcipite illum in medium venire, & Ecclesiasticis pœnis subiacere, quo pugnare proprietate melius possitis. Nihil enim ô Rex magis regium fuerit, pro quo & cum Persis & aliis Barbaris prælia cōmittere festinasti, reddente tibi Christo pulchras victorias, pro hac tua in ipsum alacritate. Obsecramus autem vt fiant apud pietatem tuā quæstiones in scriptis: sic enim facilius dinoscentur, & in omne posterum tempus reprehendentur peccantes. Si autem quis sermones pro quibus delinquens fuit, negligens voluerit per præceptum rectæ fidei prævalere, tuæ iusticiæ ac iudicij fuerit attendere, num & ipsam Doctorum appellationem abiecerint, ij qui de dogmatis introducunt periclitari grauantur, & prædictis subiici volentes, vt non redarguantur impiè egisse, neque refutare ea digna putantes, vt mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Iam enim per ordinatos manifestū est, quosdam ex illis, pro hac impietate, meditatos esse, vt dignitatibus concessis nonnullos demereantur, & alios quosdam modos excogitasse. Et id manifestius obsistat & videbit eos pietas tua non multo post proditionis suæ mercedem quasi spolia fidei Christi distributuros. At ex nobis quidam à pientissimo Iuuenale Hierosolymitanorum olim ordinati siluimus, quāuis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nunc quoq; illius studia & præstigias tales per Phœnicem secundam & Arabiam non ignoramus. Sane de illis nobis non vacat curam habere, qui ciuitatibus ipsis, quarum nobis ministerium contradirum, atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam pro ista fidei promptitudine verum aduersus illorum conatus Dei ac vestræ pietatis iudicium opponamus. Nunc autem oramus, vt vnà ac primaria pietas curetur, & ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiauit, & per beatissimos auum & patrem vestræ pietatis cōfirmatus est, à tua autem Maiestate etiam in alias barbaras gentes, & in Persarum gētem prorogatus est, nunc in ipsis regiæ aulæ penetralibus languescat, & apud vestrā turbetur serenitatem. Non enim duplices in Persidē ô Rex mittas christianismi doctrinas, neque nostra, magnum aliquid erūt nobis discordia laborantibus: neminéque existente apud illos qui diiudicet. Neque quis genainis communicabit verbis & sacramentis. Neque certè pie à tantis patribus, & incondemnatis sanctis descisset, sed neque regni commoda tribuenda erūt his, qui diuersa inter se sentiunt: neq; paruus inde vsus pietatis hostibus excitabitur, & innumera alia malignæ contentionis ipsorum, quis enumerārit nocumenta? Si autem quis est, qui paruifaciat cœlestium rationem, talis sit potius quicúque olim, quàm is cui omnem orbis potestatem Dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, vt iudicium à tua pietate accipiamus. Mentem enim tuam ad exactam eorum, quæ inquiruntur comprehēsionem, Deus inducet. Demum si quid nunc prohibeat, neque enim tuæ pietatis negotia, omnia nota esse possunt, permitte à tua serenitate, vt ad propria tuto & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus ciuitates nobis commissas, ex tali mora non parum offendi. propter eos qui etiam in rebus piis vt videtur, contentionem quærunt, nulla inde proueniente vtilitate.

Petitio eorundem secunda missa Regi à Chalcedone.

SÆpenumero pietatem vestram, & per nosipsos, & per eos qui à vobis missi, docuimus, quod rectæ fidei dogma corruptioni obnoxium videatur, & quod ij qui discerpere videantur ecclesiæ corpus, qui omnia susque deque faciūt, & omnem ecclesiasticam constitutionem, omnémque regiam legem cōculcant, vniuersaque simul confuderunt, vt expositam hæresim à Cyrillo Alexandrino confirment. Nam vt à vestra pietate in Ephesum vocati sumus, ad inquirendum quæstiones quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem euāgelicam & apostolicam à sanctis patribus expositam, nondum omnibus præsentibus conuocatis episcopis, ij qui particulare concilium habuerunt, hæretica illa capita, quæ cum Arrij & Eunomij & Apollinarij impietate conueniunt, scriptis commentariis roborarunt: & alios quidem deceperunt, alios verò terruerunt: alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperūt: & aliis, qui non communicabant, mercedem vt communicarent, dederūt: alios demum spe honoris, quibus indigni erant accenderunt, & ita multitudinem sibi congregarunt, quasi nescientes, quod pium religionem non multitudo, sed veritas ostendit. Iterūm lectæ sunt vestræ pietatis literæ, per magnificentissimum Comitem Candidianum, significantes quod pacifice & fraterne quæstiones, quæ exortæ nuper, inquirantur. Verum conuenientibus omnibus pientissimis Episcopis, nihil profuit lectio: venit nobilis Palladius Magistrianus, alias vestræ Maiestatis literas afferens, docentes rescindenda esse omnia, quæ particulariter constituta fuerunt, & concilium denuo cōgregandum, verúmque dogma sanciendum. Contemptum est autem & hoc more solito pium vestrum mandatum, ab his qui omnia audent. Aduenit rursus magnificentissimus magister Ioannes, qui tunc Comes omnium largitionum, alias iterum afferens literas, significantes quod à vestra Maiestate trium depositiones decretæ sunt, tollendáque è medio suborta offendicula, solámque fidem in Nicæa expositam à sanctis & beatis patribus ab omnibus confirmandam. Transgressi sunt, vt solent, & hanc legem, ij qui omnia pro ludibrio habēt. Enimuero nec post lectionem à cœptis destiterunt, & communionem habuêre cum depositis, & meminerunt eorum tanquam Episcoporum, non permittētes, vt capitalia ista in damnum & corruptionem piæ fidei exposita exploderentur, tametsi à vobis ad colloquium sæpius accersiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorum capitulorum argumenta. Horum nobis testis est magnificentissimus Magister, qui nobis & illis tertio ac quarto conuocatis, & hæc nec prætendere audiens, propter illorum inobedientiam, operæprecium duxit posthac huc nos vocari. Aduenimus, nihil remorati, nec quieuimus, donec huc peruenirēmus, & apud vestram pietatem, & apud illustre cōsistorium obsecrantes, vt ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent vel ea tanquam aliena à recta fide explodierent: manētes in sola expositione fidei beatorum patrum, qui in Nicæa conuenerant. Et hi quidem nihil horum curare voluerunt, sed manētes in hæretica contentione permissi sunt ecclesias frequentare, & sacerdotio fungi: nos verò Synaxi destituti, mansimus tāto tempore, & in Epheso & nunc, innumeráque pericula & illic & hic pertulimus: & quum lapidaremur, & tantum nō perderemur, à seruis monachorum habitu indutis, boni consuluimus, vtpote pro pietate talia libenter perferentes.

Posthæc visum est vestræ Maiestati, vt iterum nos ac illos conuocaremur, & vt ad inquirenda dogmata obedientes compellerentur. Hæc vt fierēt nobis expectantibus, vestra pietas in ciuitatem profecta est, & eos quidem, qui de hæresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos à nobis, alios verò excommunicatos, & deinde canonicis pœnis subiiciendos, præcepit vt in ciuitatē venirent, sacerdotio fungerentur & ordinæ-

rēt. Nos verò,qui pro pietate tantũ certamen ſuſcepimus,& rectis dogmatibus nullum non periculũ ſuſtinuimus,neq; ingredi in ciuitatem iuſſit,vt fidei periclitantis negocium ageremus, & pro rectis dogmatibus vrgeremus, neque ad propria remigrare permiſit,ſed ſumus in Chalcedone triſtes ac gementes in eccleſiæ,quæ exercetur,ſchiſmate.

Idcirco qui nullum reſponſum obtinemus, neceſſarium duximus præſentibus literis, vt doceremus veſtram pietatem coram Deo & Chriſto ipſo,ac ſancto ſpiritu,quod ſi quis ordinatus fuerit,antequam diſcutiantur recta dogmata,ab his qui hæretica ſentiunt, neceſſe vtut tota eccleſia ſcindatur, cleriſque ac plebibus diſſidentibus.Nullus enim piorum feret hæretica colentibus communionem dari propriámque ſalutem annihilari. Vbi autem hæc futura ſunt, tunc veſtra pietas præter ſuam mentem agere cogetur. Nam & ſchiſma præter ſententiam inualeſcet,& eos qui pro pietate certant contriſtabit non ferentes vt ſuæ animæ pereant, & conſtent contentioſis impia Cyrilli dogmata, quæ iuſtificare volunt. Multi autem qui pietati ſtudent, & omnes nos qui ex orientali diœceſi, & veſtræ prouinciæ dioceſi Ponti & Aſiæ & Thraciæ & Illyrici & Italiarum.neque enim illi Cyrilli dogmata admitti ſinent,qui & veſtræ pietati librum beatiſſimi Ambroſij miſerunt diuerſa pullulanti huic ſuperſtitioni docentem. Quapropter ne hoc eueniat, & veſtra pietas magis conturbetur,ſupplicamus,precamur,obſecramus, vt edicat ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregauit veſtra quæ Chriſtum amat celſitudo.

Petitio tertia eorundem ſimiliter à Chalcedone miſſa.

NOn hunc euentum ſortituram, veſtræ pietatis expectabamus vocationem. Vocati enim honeſtè ſumus tanquam ſacerdotes à Rege, & vocati ſumus ad confirmandam ſanctorum patrum fidem, propterea etiam tanquam pio Regi obedituri aduenimus. Vbi autem venimus, neque eccleſiam minus ſecuti ſumus, neque veſtrum contempſimus edictum: ſed veſtros nutos ſequuti ſumus continuè ab eo die,quo in Epheſum peruenimus vſque in hodiernum. Veruntamen vt videtur nihil nobis profuit in hoc ſeculo modeſtia noſtra,imò etiam plurimum vt videmus obfuit. Nam nos quidem qui ſic vos habuimus, vſque in præſentem diem in Chalcedone tenti conuerſati ſumus:nunc autem ad propria dimittimur. Hi verò qui omnia confuderunt, & orbem turbelis impleru nt, & eccleſias diſcerpere contendunt, & pietatem manifeſtè oppugnant, ſacerdotio funguntur, eccleſias congregant,& vt putant autoritatem ordinandi habent, nimirum illicitè ab illis petitam, ſeditiones in eccleſia excitant,quæ expendenda in vſus pauperum, in ſuos inſumunt milites. Cæterum non illorum tantum,ſed & noſter Rex es. Non enim parua portio regni tui eſt Oriens, in qua ſemper recta fides refulſit, & cum hac etiam aliæ prouinciæ & diœceſes,è quibus congregati fuimus.Proinde ne deſpiciat veſtra Maieſtas fidem,quæ adulteratur,in quam & vos baptizati eſtis, & veſtri progenitores, in quam & eccleſiæ fundamenta ſunt iacta, propter quam ſanctiſſimi Martyres innumera mortis genera cum voluptate ſuſceperunt, cum qua & barbaros viciſtis, & tyrannos deſtruxiſtis, qua & nunc opus habetis in bello, quo Aphricam premitis. Eſt enim Deus omnium, commilito veſter ſi pro piis eius dogmatibus laboraueritis, & prohibueritis corpus eccleſiæ diſrumpi. Diſrumpetur enim, ſi opinio, quam Cyrillus fidei induxit, & alij hæretici confirmarunt,inualeſcat. Hæc ſæpe quidem coram Deo,& in Epheſo, & hic teſtati ſumus, & veſtram pietatem docuimus rationem illis, vt coram omnium Deo reddentes. Exigit enim & hoc à nobis,ſicut diuinæ ſcripturæ, propheticæ & apoſtolicæ docēt. Etenim beatus Paulus clamat: Teſtificor coram Deo,qui mortuos viuificat, & domino noſtro Ieſu Chriſto, qui teſtificatus ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem. Et Ezechieli præcipit Deus,vt annunciet populo,& minas adiicit,dicens: Niſi annunciaueritis,ſanguinem de manu tua requiram. Timentes itaque hoc iudicium, neceſſarium exiſtimauimus iterũ dicere veſtram Maieſtatem,quod ij qui permiſſi ſunt eccleſias habere,in eccleſiis docent, quæ Apollinarius, & Arrius & Eunomius illegitimè & contra canones ſacerdotio funguntur,& animas eorum, qui ſe accedunt,ſi quis & ipſos volet audire: nam per diuinam gratiam, cui omnium hominum cura eſt, & qui omnes vult ſeruari,maxima pars populi ſana eſt,& propriis ſollicita eſt dogmatibus. Propter illos maximè dolemus, & quia cruciamur,timentes ne paulatim ſerpens morbus plures comprehendat, communéque malum fiat.Hæc nos veſtram ſerenitatem docemus, & docere non deſiſtimus, & precamur veſtram Maieſtatem, vt noſtris precibus annuat, & nihil ſinat adiici ad fidem ſanctorum patrum,qui in Nicæa congregati fuerunt. Quod ſi & poſt hanc noſtram obſecrationem, hanc quæ coram Deo data eſt doctrina non ſuſceperit veſtra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi ſumus à ſanguine veſtro. Non enim ceſſamus nocte & die, ab eo die quo in hanc celebrem Synodum aduenimus, & Regi & principibus & militibus,& ſacerdotibus, & laicis teſtari,ne amittamus traditam nobis à patribus fidem.

EPISTOLA EORVNDEM AD SVOS in Epheſo.

Sanctiſſimæ & pientiſſimæ Synodo quæ in Epheſo, Ioannes, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus in Domino ſalutem.

POſtquam in Chalcedonem venimus, nam in Conſtantinopolim neque nos, neque aduerſarij noſtri intrare permiſſi ſumus, propter ſeditiones bonorum monachorum: fama accepimus,quod ante octo dies priuſquam compareremus (in gloriam pientiſſimi Regis) Dominus Neſtorius,ab Epheſo dimiſſus ſit,vt eat quò liberet. Vnde valde doluimus, quãdoquidem verè ea quæ illicite & abſque iudicio facta,iam robur habere videntur. Sciat autem veſtra ſanctitas,nos promptos, pro fide certamen inituros, & certare velle ad mortem vſque. Expectamus autem hodie,hoc eſt, vndecima menſis Gorgiæi, trãſiturum pientiſſimum noſtrum Regem ad Ruffinianum, & illic cauſam auditurum. Precetur igitur veſtra ſanctitas, vt Dominus Chriſtus nos adiuuet,quo valeamus ſanctorum patrum fidem roborare, & in damnum ſanctæ eccleſiæ exorta capitula radicitus diſcerpere. Eadem vt & veſtra ſanctitas ſentiat ac faciat, obſecramus, maneátque in ſua pro orthodoxa alacritate. Porrò cum ſcripta eſſet epiſtola, nondum occurrerat nobis Dominus Imerius: nam fortaſsis impeditus eſt in itinere. Cæterum nihil vos turbet, ſperamus enim triſtia extinguenda, & veritatem effulſurã, modo veſtra pietas ſtrenuè nos adiuuet.

Alia epiſtola eorundem ad eoſdem.

PRecibus ſanctitatis veſtræ datus eſt nobis acceſſus ad pientiſsimum Regem noſtrum,diuináque gratia his qui diuerſa ſentiant in certamine ſuperiores facti ſumus, quia omnia quidem noſtra accepta fuere apud Chriſti amantiſsimum Regem, lecta autem ſunt oblata ab illis, & quæ viſa ſunt indigna vt reciperentur, neque vllam conſequentiam habebant reiecimus. Cyrilli enim ſurſum ac deorſum memores erant, orabántque illum accerſiri,vt ipſe pro ſeipſo rationem redderet. Vſq; enim præſentem diem non obedierunt,ſed audierũt, quod oporteat ſermones de pietate, hoc eſt, de ratione fidei haberi, & firmatam eſſe fidem beatorum patrum. Redarguimus & Acacium, qui commentariis poſuerat,paſsibilem eſſe deitatem.Quod vſque adeò grauatim tulit pius Rex noſter,vt excuteret pallium, & retrorſum cederet præ blaſphemię magnitudine.Scimus autem & totum conſiſtorium nos valde habere acceptos, quod pro pietate certamus.Viſum igitur eſt pientiſsimo noſtro Regi, vt vnuſquiſque ſuum ſenſum exponat, & ſuæ pietati offerat. Reſpondimus autem nos, quod impoſsibile eſt aliam fieri expoſitionem,quam eam quæ in Nicæa à beatiſsimis patribus facta eſt,& placuit eius Maieſtati.Propoſuimus igitur illa, in qua veſtra ſanctitas ſubſcripſit,Cęterum omnis populus Conſtantinopolitanus iugiter ad nos venit,orans vt ſtrenuè pro fide pugnemus, multúmque laboramus ad retinendum eos, vt ne videamur occaſionem dediſſe aduerſariis. Miſimus autem exemplar expoſitionis, vt duo exemplaria fiant, duobúſque illis ſubſcribatis.

EXEMPLARIA ORIENTALIVM AD *eos qui Conſtantinopoli ſunt fratribus.*

Omnibus modis pientiſſimis & ſanctiſſimis ac religioſiſſimis Coepiſcopis, Ioanni, Imerio, Paulo, Macario, Apringio Theodoreto, Helladio Epiſcopis,Synodus quæ in Eccleſia Epheſi congregata, in Domino Salutem.

QVoniam didicimus veſtros pro religione labores, cum diuina Regis noſtri, Chriſtum amantis, & pientiſſimũ, cognouimus experientia, Dominum Ieſum Chriſtum eccleſias ſuas non derelinquere, qui ſanè & vobis orthodoxis docentem gratiam exhibuit aduerſarioſq; multo rubore confudit, pientiſſimumq; noſtrum Regem rectæ fidei ſanctiſſimæ eccleſiæ accedere fecit. Confidimus autem quod & vobis libertate ſacerdotibus Chriſti digna certantibus, & pientiſſimi noſtri Regis vita per Deum ſalua pacificum finem res habituræ ſint. Infamentur hæretica, vt per totum orbem in Eccleſiis iterum ſanctorum patrum orthodoxa fides reluceſcat. Verum aduerſarij non ceſſant vſque in pręſentem diem ſolitam exercere tyrannidem,eo quod nullam indignationem experti ſunt. Vbique enim in eccleſias,illicitas depoſitiones mittentes, turbant & cleros & plebē. Subſcripſimus item in duobus exemplaribus quæ à veſtra ſanctitate nobis ſunt miſſa, pro quibus oramus,vt contra pullulantem impietatem,pro veritate certantes, vſque ad ſanguinem obſiſtatis, ſcientes quod cum veſtra ſanctitate concordent ea quæ nos confitemur. Parati etiam ſumus prius mori, quàm ſuſcipere vnum ex hæreticis Cyrilli Alexandrini capitulis. Quę autem ad perſonarum dehoneſtationem attinēt,perpetuò ſilentio abrogamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis cõmentariis (hæretica cõmentaria vt ſcitis patrum fidei continxerunt) hac ratione declarant ſeipſos hęreticos,& ab orthodoxa fide alienos. Quomodo igitur,oro,fieri poteſt,vt duo hæc diuerſa, depoſitio & capitula conueniant. Nam ſi fide digni ſunt,qui eum recipiunt, digni fide erunt,& in capitulis hæreticis quæ expoſuerunt. Si autē capitula redarguunt eos hæreticos,omnino hæreticorũ eſt & depoſitio. Hæc autē & ad pientiſs. noſtrum Regē ſcripſimus, miſſo exemplari, vt quod operæprecium videbitur faciatis. Nõ minor enim nobis ſollicitudo eſt, quã pro veritate ipſa,ne ſi depoſitio, quæ ab hæreticis facta robur accipiat, valeant & hæretica capitula, & alia, quæ ab illis contra multos ſacerdotes facta ſunt. Bona nobis fiducia eſt, quod veſtra ſanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat,quæ contra omnia quæ ab hæreticis facta ſunt, irritet, ſiue depoſitionem, ſiue excõmunicationem, idq; tam ſynodali reſcripto,quã regio edicto. Nõ ignorat enim veſtra pietas quod habemus quoſdam epiſcopos nobiſcum deſolatos in ſuis prouinciis. Demum miſimus veſtræ ſanctitati recens factam expoſitionem ab Alexandrino, hæreticorum capitulorum, euidentius etiam per illam oſtendente ſuam impietatem, ſicut & rogauimus veſtram ſanctitatem,dignemini curare, vt nos ſtatim dimittamur, maximè quia nunc hyems inſtat.

RELATIO ORIENTALIVM IN EPHE*ſo ad Regem.*

Pientiſſimis & Chriſti amatoribus Regibus Theodoſio & Valentiniano Auguſtis, à ſancta Synodo, quæ in Epheſo congregata.

EDocti ex ſanctiſsimorum & pientiſs. miniſtrorum noſtrorum literis, qui pro tota ſynodo ad veſtrũ pium exercitum peruenerunt. tum quod benignus illis ad veſtram pietatē patuerit acceſſus: tum quod Maieſtas veſtra multum pro orthodoxa fide zelet: gauiſi ſumus quaſi præſentes prædictis ſerenã veſtræ pietatis faciem ſimul intueremur. Cognouimus enim quomodo ea quæ ab aduerſariis veſtro iuſto iudicio minus fuere accepta. Sanctorum autē patrum, qui in Nicæa, fides pro qua & præſentes pientiſs. epiſcopi & nos ſolliciti ſumus, receptionē meruit. Credimus itaq; Deum ſic inſtituiſſe veſtram pietatem ne quomodo commoueretur apoſtolica fides,per quã à progenitoribus regnum habet veſtra Maieſtas, omnéſq; alienas nationes ſubditas habet. Et proptereà gratiarum actiones & continuas preces ſolito more,cum magno gaudio, Domino Chriſto offerimus. Quoniam autem ſub veſtro imperio magna quædam fiducia eſt ſacerdotibus, confidimus etiam ea quæ vos mœrore conficiũt,& ſollicitudine cognouiſſe veſtram Maieſtatem,illorumq; remedium petere. Vnde oramus, & ante veſtigia veſtra prouoluimur, vt nos cum longanimitate humiliantes veſtræ pietati ſuſcipiatis, & iuſtè petentes, de offenſa perſona,ab his qui receperunt hæretica capitula Cyrilli Alexãdrini, & in Deum ipſum impiè egerunt. Nam qui introduxerunt hęretica capitula & turbauerunt ſanctorũ patrum fidem, hanc ipſorum partem in ipſis commentariis etiam illicitam depoſitionem fecerunt. Et credimus non viſum fuiſſe incorrupto veſtro, & recto iudicio iuſtam illorum ſtare condemnationem, quos condemnari manifeſtè oportet, vtpote conuictos hæreticos: quę autem particulariter ſecutura ſunt ab illis, & contra eccleſiaſticas conſtitutiones,& contra pientiſſima veſtra ſcripta,iam à multis didicere veſtra maieſtas; ſi in nullo ab ipſis offendatur, veſtríſque edictis non obluctetur, & eccleſiaſticam fidem prędicet. Nã etſi millies fugiens tumultus caueat,& ipſe priuatim agere malit: opus tamē ne fides iacturam ferat, eo quod illegitima iſta depoſitio, ab his qui hęretica capitula introducunt, facta ſit.

Epiſtola Theodoreti Epiſcopi Cyri, ad Alexandrum Hieropolitanum ſcripta à Chalcedone.

NVllum humanitatis, nullum aſperitatis, nullum adhortationis, nullum declamationis genus omiſimus, quo apud pientiſſimum Regem, & illuſtre conſiſtorium non ſumus vſi, teſtificãtes coram Deo, qui omnia videt, & Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt orbem in iuſticia, & ſpiritu ſancto & electis eius angelis,ne contemnatur fides quę ab his qui hęretica dogmata ſuſcepêre, & his ſubſcribere auſi fuere adulteratur, & vt pręcipiatur ſolũ exponendã ſicut in Nicęa & abiiciendam ſuper inductã hereſim ad damnum & perniciē pietatis. Et vſque in hodiernum diem nihil efficere valuimus, nũc huc, nunc illuc auditoribus ſeſe ferentibus. Attamen nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vrgendo propoſitum deſiſteremus, ſed perſecuti ſumus cauſam, dei gratia. cum iuramēto enim pientiſs. noſtro Regi ſuaſimus, quod impoſſibile ſit nobis Cyrillum & Memnonem conciliari, & quod fieri nequeat, vt aliis communicemus, qui non antea eiecerint hæretica capitula. Itaq; nos quidem hanc habemus mentē: ſtudium autem eſt his qui ſua ipſorum quęrunt, non autē quæ Ieſu Chriſti, vt cõcilientur eis, & præter mentē noſtram. At nõ eſt vobis eius rei cura. Deus enim noſtrũ propoſitũ exigit,& virtutē explorat, neque ſupplicia irrogat, propter ea quæ pręter mentē fiunt. De amico aũt ſciat tua ſanctitas, quod ſi quando eis faceremus mentionē vel apud pientiſs. Regem, vel apud illuſtre conſiſtoriũ defectionis notabamur, tantę ſunt eorũ qui intro ſunt erga illum inimicitię. Et hoc eſt moleſtiſſimũ, pientiſſimus rex, pręomnib. aliis auerſatur nomē manifeſtè, dicens: De hoc nullus loquatur; ſpecimē enim ſemel ipſe dedit. Attamen dũ hic ſumus, non ceſſabimus, omni virtute, & eius partis curam gerere, ſciētes factã illis ab impiis iniuſticiã. Nobis quoq; ſtudiũ eſt, vt hinc liberemur, & noſtra liberetur pietas, nihil enim hinc boni ſperandũ; eo quod iudices ipſi omnes auro confidãt, & cõtendant vnam eſſe naturã deitatis & humanitatis, populus autē omnis gratia dei bene habet, & iugiter ad *egreditur: incepimus autē ipſis etiã diſſerere, & celebrauimus cõmuniones maximas, & à quarta illis enarratum eſt precib. tuę pietatis, de fide & tanta audierũt voluptate, vt vſque ad horam ſeptimam non deſcenderent, ſed perdurauerint vſq; ad æſtũ ſolis. In aula enim maxima & quatuor habente porticus multitudo congregata fuit, & nos ſupernè concionabamur è ſuggeſtu propè tectũ. Verùm clerus omnis cum bonis monachis, valde nobis erat infenſus, ita vt fieret collapidatio, quando à Ruffinianis poſt aduentũ pientiſsmi Imperatoris rediremus, & vulnerarētur multi ex laicis & falſis monachis, qui nobiſcum erant. Nouerat autem Rex pientiſs. quod multitudo congregaretur contra nos, & ſolis nobis occurrens, dicebat: Noui quod malè congregamini. Dicebam autem ei: Quia dediſti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iuſtum eſt

hæreticos quidem excommunicatos in ecclesiis agere, nos verò qui pro fide certamus, & propter hoc illos communionis exortes factos non intrare in ecclesiam. & ille respondit. Ego quid faciam? Responde igitur illi, quod fecit magister tuus Comes largitionum in Epheso. Ille enim vt inuenit nonnullos congregari nos autem non congregari, compescuit eos, dicés: Si non fueritis pacifici, non concedam vni parti congregari & oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic episcopo, ne permitteret, neque illis, neque nobis congregari, donec conueniamus, vt iusta tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem Episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipimus ecclesiam, & cõgregamur, & cognoscet tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt quam cum illis. Adhæc diximus ei, quod nostra cõgregatio neque lectionem sacrarum scripturarum habebat, neque oblationem, solas autem preces pro fide & vestra maiestate, & de religione colloquia. Approbauit igitur, & vltra nõ prohibuit hoc fieri, augentur igitur conuẽtus multitudinis ad nos venientes, cum voluptate doctrinas audientes. Oret igitur vestra pietas vt causa vestra exitum habeat. Deo placentem: nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum, suspicantes, & potentiam, incuriam videntes.

EPISTOLA LEGATORVM ORIENTALIVM EX CONSTANTINOPOLI AD SVOS IN EPHESO.

Dominis maximè honorabilibus & pientissimis Episcopis, qui in Epheso versantur, Ioannes, Imerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

QVinto accessus nobis contigit, & quamuis multum de hæreticis capitulis disceptauimus iurauerimúsq; sæpius pientissimo Regi, quod impossibile sit nobis communicare his, qui diuersa sentiunt, si nondum exploserint capitula, & quod Cyrillus, etiamsi reiecerit capitula à nobis suscipiẽdus sit, eò quod ipse tam impiæ hæreseos hæresiarchus factus sit: nihil tamen profecimus, eo quod & aduersarij instarent, & auditores hos tam impudenter obluctantes non cõpescerent, nec cogerent eos vt ad inquisitionem & colloquium venirent. Hac enim via effugiunt ne capitula examinentur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces vsq; ad mortem instare parati sumus, & neque Cyrillũ suscipere, neq; capitula ab eo exposita, neque illis communicare priusquam explodantur, quæ male fidei adiecta sunt. Obsecramus igitur & vestram sanctitatem vt sapiatis eadem quæ nos, eundemq; laborem ostẽdatis. Certamen enim nobis pro religione est, quã solam habemus, spem, & propter quam expectamus fruituros nos benignitate saluatoris nostri in futuro seculo. De pientissimo & sanctissimo Episc. Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidem sermonem de illo inferre: sed nunc nõ potuimus, eo quod omnes & ad ipsum nomen hostiliter affi. iuntur. Nihilominus curæ nobis erit, tametsi res si. habeãt, per opportunitatem temporis ac auditorum beneuolentiã etiam hoc facere si quidẽ nostro proposito Deus cooperatus fuerit. Potrò vt vestra sanctitas etiam hoc nõ ignoret scitote quod videntes Cyrillianos tyrannide & fraudibus, & adulatione, & donis, omnes, vt ita dicã, decepisse, non raro pientiss. Regem obsecramus & magnificentissimos principes, vt & nos ad Orientẽ dimitteremur, & nostra pietas ad propria remigraret. cognoscimus enim, quod in vanũ moras nectimus, & institura non perficimus, eo quod Cyrillus vbique fugit colloquiũ nostrũ conscius sibi, blasphemas quas in xij. capitulis suis edidit manifeste redarguendas. Placuit autẽ pientiss. Regi post multas adhortationes, vt singuli ad propria rediremus, ad hoc vt & Ægyptius & Memnon Ephesius, in suis locis maneant. Sic enim poterit Ægyptius omnes excæcare muneribus suis, sicut ille quidẽ cum innumera fecerit mala, ad thronum suũ redeat, iste vir innocens ad suam mansionem dimittatur. Omnem quæ nobiscũ est fraternitatem, & nos & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

IOANNES EPISCOPVS ANTIOCHIÆ

Orientu valere vos in Christo precor Domini pientiß & sanctißimi. Subscripserunt autem similiter & alij.

Pars homiliæ Theodoreti Episcopi Cyri dictæ in Chalcedone. quum essent abituri.

CHristus nobis dux sit sermonis, per quem & ipsi sermones & nos diuinorum eius eloquiorum ministri. Christus qui positus est in ruinam multorum & resurrectionem, & in signum cui contradicitur. Olim quidem carnali Israel, nunc autem & spirituali Christus: infidelibus quidem lapis offendiculi & petra scandali, credentes autem non confundens preciosus lapis est, fundamentum secundum Esaiæ vocem, Christus lapis est quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli Christus. Ecclesiæ fundamentum Christus, lapis qui sectus absque manibus & factus est in montem magnum, & obtexit orbẽ, iuxta Danielis prophetiam, pro quo & cũ quo & propter quem impugnabamur, propter quem à regia ciuitate prohibiti sumus: sed cœlorum regno non excudimur, verum ciuitatem habemus supernã Hierusalem, cuius architectus & opifex Deus, vt Paulus dixit, Christus, per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiatis vocem, quam vestræ pastoris vocis effigiem putatis. Desideratis enim audire iucundas vestri pastoris fistulas, pastoris quem pastores socij calamis occiderunt vt putãt, ad quos Deus per prophetam clamat: Pastores multi corruperunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem, in solitudinem imperuiam. Dicat de ipsis & per alium prophetam secundum multitudinẽ ipsorum, ita peccauerunt mihi, gloriam eorũ in ignominiam ponam. dicat & per alium iterum propheta: Væ filij apostatæ fecistis consilium, & non ex me: & pacta, & non per spiritũ meum, vt adiiciatis peccatũ super peccatum, conuersi estis qui profundum consilium consultastis & iniustum.

Dicat ad eos & Esaias: Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti nostri peccatis. Lingua nostra locuta est iniustitiam, & os nostrum iniquitatem meditatum est. Nullus loquitur iusta, quia concipiunt laborẽ, & pariunt iniquitatem, oua aspidum excluserunt, & telas araneæ texunt. Videte accusationem malitiæ, & putredinis maliciæ iudiciũ: oua aspidũ & telas aranei, partus quidem malitiã, præceptum autem infirmitatẽ habet. Oua aspidũ malitiæ species, tela aranei, infirmitatis argumentum est. Et comedit ouum eorum confractum, putamẽ inuenit. Vidisti malitiã infirmantem, vidisti offendentem, non offendentem: vidisti eũ qui impugnatur coronatum? Et qui comedit ouũ eorum confractum, vrium inuenit: vrium autem est aliquid sterile, hoc est, imperfectũ. Esaia, promulga nobis & malitiæ speciem, Et in ipso Basiliscus. Hoc autẽ mirabile, quod Basiliscus in illo, & vriũ, hoc est, sterile. Basiliscus autem malitiã significat, quandoquidẽ bestiola hæc omniũ reptilium ferocissima est, ei confert malitiæ sobolem. Verum & illa ipsa vrion est propter infirmitatem maliciæ. Infirma enim est malicia, sequitur demonstratio. Tela eorũ non erit in vestimentum, nõ enim vestiuntur ab operibus manuũ suarum. Quare? quia opera eorũ opera iniusticiæ. Dic specie iniusticiæ, Pedes eorum in malum currunt, nimirũ vt aliquid fiat. Et veloces ad effundendum sanguinem. Quid adhæc? Contatio & infelicitas in viis eorum: nã viæ eorum tortuosæ quas transeunt, & viam pacis nescierunt. Verè lamentis digna sunt hæc, quod sacerdotes cõtra sacerdotes talia dicant. Verum hoc quod dicimus non quod tantum accusemus illos, quantum nostri curã gerimus. Et post alia: Verè obstupescit cœlum ad hoc & horruit amplius terra: dicit dominus, quia duo & mala fecit populus iste. Me, inquit, dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dettitas, quæ nõ poterunt aquã continere. Dicat ad eos deus per Hieropheram: Transite ad insulas Chetim & videte, & in Cedar mittite, & cõsiderate benè si facta sint talia qualia hæc? si immutauerunt gentes deos suos. Transite ad insulas Chetim, nõ vultis inquit, ferre verba mea, nõ ferris prophẽtas? nõ accipitis legem? non creditis diuinis scripturis? Assumite gẽtilium pueros in doctores, ite ad gẽtes, & discite quomodo colãtur ab illis dij putatiui cũ nõ sint dij. Transite ad insulas Chetim & videte, & mittite in Cedar & benè considerate, si facta sunt talia qualia hæc? nũ immutauerint gẽtes Deos suos & quos? Et illi nõ sunt Dij. Et quare hæc dicis? Populus meus mutauit gloriã suã, vnde nullam vtilitatẽ accipiet. Hæc & de illis congruit dici, Pagani ligna

gna & lapides venerantes, vt immortalia illa salutãt: tu autem illis prædicans ea non venerari non debere, sed solum verum Deum qui constituit montes stathera, & syluas libra, qui metitur manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo, qui constituit cœlum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quasi locustas. Et hunc qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatione exhibet ea quæ non sunt vt sint, & dedit his qui non erant vt essent sola voluntate, quasi oblitus horum omnium passionibus obnoxium facis, & legem ponis, vt adoretur Deus passibilis. Et pagani quidem, vt prædictum est, auariciæ verbo capti etiã cœlum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terrã quam calcãt inter Deos numerãt. Nos autem inuisibilem, vnigenitum, incomprehẽsibilem, inexcogitabilem, passibilẽ esse credemus? Absit. Saluator noster & benefactor, ne sic Apostatæ simus adorationis tuæ, ne sic ignoremus tuam naturã, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrum liberatorem, qui nos è passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxiis impassibilitatem largitus est. Hanc & pro nobis legationem asserimus Deo, cui gloria in secula. Amen.

Homilia Ioannis Antiocheni Episcopi in Chalcedone dicta, post homiliam Theodoreti.

SAncta lex est, vt patribus accepta ferantur ea, quæ filiorum sunt. Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses, imò non mei sunt, sed Dei, eius qui vestram cum nostra congregauit Ecclesiam, & hunc pro pietate zelum cum aliis donis largitus est. Equidem inter vos ideò surrexi, vt dicendo salutarem simul & vale dicerem. Etenim qui nobiscum sumus ad fratres nostros contendentes. Transit enim quocunque vult absque impedimento charitatis natura. Saluto vos & oro, vt pacem habeatis cum Deo prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates possidere censetur, strenuè militat, & impigrè vt conseruet, quæ possidet: nullus igitur à paterna fide destituat, quam & nos vt depositum apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit à fidei synceritate auellere. Porrò vobiscum paruæ quidem minæ sunt, magna autem merces: paruæ passiones, sed coronæ magnæ. Nemo deprædetur depositum vestrum, nempe dogmatum certitudinem, nemo persuadeat Deum esse passibilem, neque corporis & deitatis naturam vnam. Illa enim per se est diuina substantia, hãc vera, corporis videlicet, susceptit. Idcirco connexionẽ prædicamus, & non confusionem, vnionẽ non contemperationẽ. Deus hoc per illud, filius hoc per illud, omnia hoc per illud adoratur cum illo, glorificatur cum illo, & qui cum illo adunatus est inseparabiliter primitiæ appellatur nostræ naturæ. Hæc seruate, & Deus pacis erit nobiscum, adiuuans nos, modo quo ipse nouit, cui sit gloria in secula, Amen.

FINIS.

LIBER CYRILLI AD EVOPTIVM

EPISCOPVM, QVI MISERAT EI REPREHENSIONES THEODORETI episcopi Cyri, contra duodecim Anathematismos, quos capitula vocant factas. Reddit autem de omnibus obiectis rationem hoc ordine. Primum præmittit capitulum suum, deinde subdit Theodoreti reprehensionem, postremum suam responsionem adiicit.

PIENTISSIMO ET DESIDERATISSIMO FRATRI & comministro Euoptio, Cyrillus in Domino salutem.

LECTIS nuper literis à pietate tua ad me datis, admiratus sum & affectionem charitatis, & in Christo synceritatem, atque adeo vt & illud in Prouerbiis, frater qui à fratre adiuuatur, sicut ciuitas munita, verissime scriptum, nunc quoque vere dici debere censeam, videatúrque mihi charitatis possessio digna quæ omni eloquio recte & merito in scripturis diuinitus inspiratis celebretur. Plenitudinem enim legis continet, aliásque virtutes antecellit, & ad miraculum vsque in sanctorum animabus residet. Sanè eam non solis & puris verbis compleri dicimus, sed magis spectamus, vt ab operibus testimonium recipiat. Sicut enim preciosissimas gemmas, quas Indicas esse dicunt, non continuo admiramur, si quis de illis mira narret, sed si videntes in admirationem rapiant: ita etiam claram dilectionis pulchritudinem effulgere arbitror, si in cunctis piis negociis ab operibus perfectis testimonium habeat. Hanc igitur dum pietas tua probe colens per prudentiam sanctorum vestigia incedit, gloriam quoque quam illi bene viuendo meruerunt sibi vindicat. Abundantius autem comprobatum est mihi tuæ pietatis erga me studium, libro mihi exhibito, quem composuisse dicitur contra Anathematismos Theodoretus Cyri, ita enim Ciuitatulam vocant. Lectis autem his, quæ in eo habentur, gratias Deo cum hymnis offerebam, tantum non & illud dicens: Domine libera me à labiis iniustis, & à lingua dolosa. Sentiebam enim me vbique calumniis impeti, idque per singula capita. Cogitabam autem & hoc, quod familiares nonnulli dicebant virum istum in literis exercitatum, & in sacrarum scripturarum cognitione forte proiectum. Verum ab intelligentia virtutis istorum capitulorum tantum abscessit, vt de eo nunc plane sentiam quod quorundam desideriis indulgens fingat se ignorantem, ne irroganter & superuacaneè, sed iustè & appositè ledoriis in me vsus reputetur, tametsi in dictis nostris nihil omnino sit ita difficile vel sublime, vel quod apprehensionem subterfugiat. Quoniam autem, licet pridem de his scripserimus pauca, & cum illo loqui necessarium est, vt ne quis nos præ desperatione silentium eligere putet, quãta licuerit sermonis breuitate defensionẽ illa-

turus sum: oportebat sane & ipsum vtpote in sacris exercitatũ scripturis, siquidẽ mens eius erat de diuinis mysteriis nobiscum miscere sermones, de solis sacris literis nobiscum commentari, narrationémque, vt sacra decet, contexere, neque veteres nobis fabulas cum salibus in medium adferre. Meos enim sermones pomo Eridis confert, fortassis vt ostentet, quantum sibi sapientiæ peculium comparârit, vnde & nos dictorum suorum multo maximi admiratores fieremus. Nam & eloquentissimum se declarat, & multiphariam eruditum, vtpote qui pomum Eridos non ignoret, atque adeo neque Priami Paridem. Cæterum his missum factis, præsentem causam in manus potius sumamus.

ἰδονότα. *Eridis, id est, contentionis & discordiæ.*

Anathematismus primus.

Si quis Emmanuelem non confitetur esse verum Deum, & propter hoc sanctam matrem Dei genitricem. Genuit enim carnaliter carnem factum ex Deo verbum, anathema sit.

REPREHENSIO THEODORETI.

Beati Theodoreti episcopi Cyri epistola ad Ioannem Antiochenum episcopum, qui ei iniunxerat respondere capitulis Cyrilli.

VAlde dolui, dũ anathemata legissem, quæ direxisti, destruere ea nobis ex scripto præcipiens, & hæreticum eorum sensum omnibus nudum intimare. Dolui autem quia vir pascendi sortitus officium, cui grex tantus est creditus, & oues infirmas curare præceptum, languet quidem ipse, oues autem ægritudine implere vehementer nititur, & agrestibus bestiis sæuius ea quæ sunt pascenda discerpit. Illæ nanque ea quæ sunt dispersa & à grege diuisa rapientes dilacerant, hic autem in medio eius existens, & saluator esse deputatus & custos, latentem læsionem introducit obedientibus. Quod enim aperte rebellat, obseruare facile est: quod verò sub amicitiarum figuris insidias parat, inuenit id contra quod pugnat incautum, eique infert facile læsionem, vnde obsidentibus hostibus interiores sæuiores sunt proditores. Hoc ergo multos contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, & sub pastoris dignitate constitutus in hæreticas & blasphemas voces erumpit, & dudum extinctã Apollinaris inanem simul impiámq; doctrinam renouat. Super hæc autem, non solum talia dispensare, sed & non consentientem suis blasphemiis anathematizare præsumpsit. Si tamen verè ipsius ista sunt germina, & non inimicorum quispiam veritatis, tanquam ex illo hæc componens proiecit in mediũ, secundum illud quod in fabula dicitur: Malum discordiæ in altum flammas exaltans. Nos autem qui doctrinas euangelicas sequimur, non carnem naturalem factum, neq; in carne versum Dei verbum dicimus. Inconuertibilis enim est immutabilísque diuinitas. Vnde & Dauid dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Quod Paulus maximus veritatis præco de filio dictũ in epistola ad Hebræos docuit. Et alibi per prophetã ait Deus: Ego sum, ego sum & non mutor. Igitur si inconuertibilis est diuinitas & immutabilis, conuersionis & mutabilitatis non est capax. Si autem impossibile est conuerti hoc quod est inconuertibile, non est factum caro verbum Dei conuersum, sed assumpsit carnem & inhabitauit in nobis, iuxta id quod in euangelio dicitur: Et hoc liquidum faciens diuinus Paulus in ea quam ad Philippenses scripsit epistola: Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset nõ est rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit forma serui suscepta. Manifestum igitur est ex his quæ dicta sunt, quod Dei forma non est cõuersa in serui formam, sed manens quod erat assumpsit serui formam. Si igitur nõ est caro factum Dei verbum, sed carnem viuam, & rationalem assumpsit, non ipsum naturaliter ex virgine natum est, conceptum & figuratum ac formatum, nec principium essentiæ suæ inde assumpsit quod ante secula existens, & Deus existens, & apud Deum existens, & cum patre existens, & cum patre agnoscitur & adoratur, sed templo sibi in virginali vtero formato, cũ formato concepto & nato fuit. Quam ob causam & sanctam illam virginem dei genitricem appellamus, non quod Deum natura, sed quod hominem ipsum cum figuratore deo vnitum genuerit. Quod si non homo, in vtero virginis formatus est, sed Deus qui

E ante secula fuit, factura vtique spiritus fuerit Deus verbum. Quod enim in ipsa natum est, inquit Gabriel, ex spiritu sancto est. Si autem increatum est vnigenitum Dei verbum, & patri consubstantiale ac coæternum, non est figmentum vel creatura spiritus. Iam si spiritus sanctus in vtero matris deum verbum non formauit, relinquitur intelligendum esse serui formam & figuratam & conceptam & natam esse naturaliter: quæ quia à Dei forma non est nuda, sed templum fuit inhabitantis verbi, iuxta Pauli dictum: In ipso, inquit, complacitum fuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter, ideò non hominis genitricem, sed Dei genitricem virginem appellamus. Et hanc quidem figuratione & formatione & conceptione, illam autem vnionis appellatione affirmantes. Ea propter & natus infans Emmanuel appellatur, quod interpretantur, nobiscum esse Deum, secundum euangeliorum vocem. Quod autem nobiscum est Deus & eum pro nobis ex nobis esse cõceptum manifestat & suscipiens verbum deum prædicat. Igitur infans Emmanuel est, propter assumentem Deum: & Dei genitrix virgo, propter conceptam serui formam vnionémque formæ Dei.
F Non enim in carnem Deus conuersus est, sed Dei forma suscepit serui formam.

Antithesis, id est, oppositio Cyrilli.

MVltum clamamus aduersus eos qui confiteri nolunt deũ esse secundum veritatẽ Emmanuelem, atque adeò quod Dei genitrix sit sancta Virgo. Genuit secundum carnem Dei verbum, quando factum est caro, hoc est, homo. Ad istorum rectè dictorum accusator si nescit Deum secundum veritatem esse Emmanuelem: & natum secundum carnem ex sancta virgine (Caro enim factum est Dei verbum.) cur non dicebat manifeste? Quis agis vir clare? Duras & resonantes eructas voces? Quid aduersus veritatis dogmata iuueniliter dimicas? dicens: Non est Deus secundum veritatem Emmanuel, neque Dei genitrix sancta Virgo. Vt nos sic clamanti, & dicenti ex scripturis à Deo inspiratis prudenter resistamus, & apostolicæ euangelicæq; fidei traditionem, & patrum olim Niceæ congregatorum confessionem opponamus, dispicientes, quod neque rectè ne-
G que apte dicta nostra perstringere præsumit, imò cum sacris scripturis omnibus impudenter depugnat. Veruntamen callidus & industrius enarrator, præteritis iis quæ dicere conueniebat & oportebat necessariò, & omnino non curatis illis alia pergit via. Conuertitur enim mox ad hoc quasi demonstrare debeat Dei verbum maius esse quàm vt conuersionem ferat, & non in naturam carnis transeat, & dum hoc obtinet, etiam anathematismum refellere conatur. Audiat igitur ipse qui iis quibus contradicit, contraire nullo modo nouit. Temerè loqueris homo, contendísque sensu odibili, etiam nobis. Scimus & nos, quod diuina supremáque natura conuersionis imperfectionem neutiquam patiatur, neque Deus Verbum esse non desinens, hoc quod est, in naturam carnis transire sinat. Porrò quoniam dicit à Dei forma assumptã esse formam serui, doceat obiter, an absque subsistentiis solæ formæ inter se conuenerint. At opinor quod ipse à se desciturus sit. Non enim similitudines simpliciter & absque subsistentiis forma inter se conuenerunt iuxta dispensatiuam vnitatem, sed ipsarum rerum, hoc est subsistentiarum factus est conuentus, vt & incarnationis ratio vere facta esse
H credatur. Igitur si dixerimus carnem Verbum factum esse nõ confusionem, non temperaturam, non conuersionem vel immutationem circa ipsum euenisse dicimus, vnitam autem magis ineffabiliter & inenarrabiliter sancto corpori animam habenti rationalem. Quando autem dicitur viniri, non confunditur omnino, sed fit in assumptione alterius. Affirmamus igitur verbum ex Deo patre in assumptione, sanctæ & animatæ carnis factum vnitúmque verè citra confusionem ex vtero ipso processisse hominem: mãsisse tamen etiam sic Deum verum, atque ob hanc causam sanctam Virginem Dei esse genitricem. Superuacaneum autem opinor ipsam appellari & hominis genitricẽ. Nam siquidem aliqui fuissent extrema illa dementia laborãtes, vt dicerent Verbum Dei fontẽ & quasi principium suæ subsistentiæ apprehendisse carnem, fortassis non esset ita absonum & repudiabile, si quis & hominis genitricem dicendam putet. Verum quia opinio hæc apud omnes vt abominabilis & odiosa reiicitur,

παλιμφήμους φωνάς.

ἀποσκίασμα.

καταβαλεῖ.

reiicitur, intelligitur autem non aliter quàm dei genitrix sancta Virgo, nisi quis prius fidem huius dari malit, quod verbum ex Deo patre caro factum sit, hoc est homo. Nunquam enim nudam diuinitatem peperit Virgo. Quæ igitur ratio instantiæ dicentium, nominãdam illam esse & hominis genitricem? At machinatio quædã mala contra Christum ab eis inuenta est. Non enim ferunt vt sentiatur & dicatur, eum qui ante secula ex deo & patre filius est, in nouissimis seculi temporibus circa cõfusionem & cõuersionem ex vtero vnitum esse carni, animam habenti rationalem, & factum esse hominem, sicut nos: sed sicut sanctorum quempiam inhabitatorem habuisse deum, prædicare nituntur & sentiendum persuadent, non intelligentes, quod & in nobis est per spiritum, sicut in templis sanctis deus omnium. Scriptum est: Nescitis quod templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis igitur templum dei corruperit, corrumpet & illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Iam tametsi nominemur templa deum per spiritum inhabitantem habentia, alium tamen quendam modum sacramẽti huius in Christo esse scimus. Vnitam enim esse deo verbo carnem, secundum vnitatem dicimus, in qua & rationa-
B lis anima est. Libenter autem rogârim ex eo, vtrum vnionem Verbi ad humanitatem, hoc est ad sanctum corpus, anima mentéque præditum, factam dicat secundum veritatem, an potius etiam ipse dicat cum aliis formam seruilem & extra subsistentiam, copulatam esse per habitudinẽ formæ diuinæ & subsistentiam habenti, an demũ alio quodam modo secundum solam filiationis nominationẽ, & secundum solã dignitatum similitudinem siquidẽ hic copulationis modus vspiam reperitur. Cęterũ, vt videtur, frustra interturbo superflua hac quęstione, quoniam verba eius & manifestam confessionem habeam. Nam in hoc capite hisce verbis inquit: Quapropter natus infans Emmanuel appellatur, neque deus ab humana natura separatus fuit, neque homo à diuinitate nudatus. Oportebat sanè eum accurata elaboratáque oratione de istis facere narrationem. At istud scilicet interim assignandum erat. Ecce enim hic per quàm manifeste ipse interpretatus est vnionem, à natura humana non esse separatum deum. Ad hæc confitetur quod vnum secundum vnionem norit esse Christum, & eundem videlicet deum simul ac hominem. Quomodo igitur consentiens sermones à nobis
C editos perstringere non erubescit?

Anathematismus II.

SI quis non confitetur carni secundum subsistẽtiam vnitum esse ex deo patre verbum, vnúmque esse Christum cum sua carne, eundem videlicet deum simul & hominẽ, anathema sit.

Reprehensio Theodoreti.

VNum quidem Christum confitemur diuinis apostolorum doctrinis persuasi, eundémque propter vnionem & deum propriè & hominẽ nominamus. Secundum subsistẽtiam vnionem omnibus modis ignoramus, vtpote nouam & à scripturis diuinis & à patribus qui has interpretati sunt extraneam. Quod si vult dicere, quod propter vnionem secundum subsistentiam, quam hæc genuit quasi mistura carnis & diuinitatis facta est, contradicimus omni alacritate, & blasphemiam redarguimus. Necessariò enim misturam sequitur confusio, admissa autem
D confusio vniuscuiusque naturæ proprietatem tollit. Quæ enim temperantur, non manent quæ prius erant. Hoc autem de dei verbo, & eo qui ex semine Dauid est, dicere absurdissimũ fuerit. Oportet autem obedire domino qui ostendit duas naturas Iudæis inquiens: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Si verò temperamentum factum fuisset, neque deus mansisset deus, neque templum cognosceretur templum, sed & templum deus & deus templum. Hoc enim temperationis ratio vult. Et superfluè dominus dixisset Iudæis: Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Oportebat enim dicere: Soluite me, & in tribus diebus excitabimur, siquidem verè temperatura facta fuisset & confusio. Nunc autem ostendit solui templum, & resuscitare deum. Superuacua igitur est secundum subsistẽtiam vnio, quam pro temperatura nobis, vt opinor profert. Sufficit autem dicere vnionem, quæ & naturarum ostendit

ἰδικῶς.

A proprietates, & vnum Christum adorandum docet.

Oppositio beati Cyrilli.

EN clarus ille vir iterum ex fortuito occasionem suæ contra nos impudentiæ corripiens, vellicat verbum καθ' ὑπόστασιν, secundum subsistentiam. Determinat autem & affirmat quod ab illo alienum est & insolitum, nõ cogitans quod dictionem necto quæ se prophanorum hæreticorum verbositatibus inquirendo veritatem opponit, & id quod oppositum apparet destruere nititur. Igitur, quum Nestorius vbique natiuitatem verbi dei secundum carnem constanter neget, & solarum nobis dignitatum subintroducat vnitatem hominémque deo iunctum filij appellatione cohonestatum asserat necessariò, nos cum illius dictis pugnantes vnionem secundum subsistentiam factam esse dicimus, nihil aliud dicendo secundũ subsistentiam significare volentes quàm hoc solum, quod verbi natura, hoc est, subsistentia, quæ est ipsum verbum, humanæ naturæ verè vnitum sit, citra vllam conuersionem & confusionem, sicut sepissime diximus. Vnus intelligitur & est Christus idem deus &
B homo. Hoc autem, vt opinor, etiam Theodoreto probato dicẽti ab humana natura deum non esse separatum, neque humanitatem absque Deitate intelligi. Igitur neque subsistentiis serui & dei formam vnitatem esse, neque sane communem hominem sola dignitatum æqualitate cohonestatum, secundum habitudinem verbo copulatum esse dicimus: verum ipsum, vt dixi filium dei vnigenitum, secundum veritatem in vnitate sibi vnitæ carnis esse, animam habentis rationalem, cum hoc quod & deus maneat. At vir ille sermonibus disertus, & contemplationibus valens, verbum definiuit esse temperamenti significatiuum, & dicere audet, & affert iniurias quæ ex contemperatione fieri solent, quasi nos ignoraremus, vel fortassis sibi ipsi placet, & verborum ornatu gaudet. Nihilq; aliud assequitur quàm opinionem quod possit prolixè loqui, & quod nullum ab alio dictum tãquam verũ recipiat, vt aliquis esse videatur apud eos qui rectè diiudicare nesciunt, quísnam fabuletur & mentiatur, aut quis recta veritatis via incedat, & sermonibus sapientibus & necessariis vtatur. Nam & initio, fateor, credebam eum sensum ignorare capitulorum: fingere autem quasi videatur igno-
C rare, & in hoc quibusdam morem gerere, atqui nũc verè illum ea ignorare comperio.

Anathematismus III.

SI quis in vno Christo diuidit subsistentias post vnitionem, sola coniungens eas copulatione quæ est secundum dignitatem vel authoritatem, & non potius conuentu, qui per vnitionem naturalem factus est, anathema sit.

Reprehensio Theodoreti.

TEnebricosa quidem & caliginosa est dictorum intelligentia, piis autem manifesta est ipsorum ineptia. Cui non est perspicuũ quod copulatio & conuentus nihil differunt. Copulatio enim est discretorum copulatio: cõuentus verò distantium coitus. At sapientissimus istorum verborum pater, quasi contraria posuerit ea quæ non pugnant: non oportet, inquit, copulatione subsistentias coniungere sed conuentu, & conuentu na-
D turali, vel ignorans forte quod dicit, vel cognita blasphemans. Natura enim res est, necessario compellens, & absque voluntate. Exempli gratia: Natura esurimus, arbitrio hoc non, sed necessitate patimur: natura sitimus, natura dormimus, natura spiramus aërem. Hæc autem omnia omnium sunt absque voluntate, vt dixi: qui autem nihil horum in se recipit, necessariò vitę finem accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ & serui formæ vnio, à necessitate quadam cogitur, & non misericordia vsus est deus verbum formæ serui coniunctus, & legislator omnium necessitatis legẽ sequi inuenitur. Verum non ita nos docuit beatus Paulus, sed contrarium eo quod seipsum exinaniuit forma serui assumpta. Quod autem seipsum exinaniuit, voluntarium demonstrat. Si igitur consilio & voluntate naturæ ex nobis susceptæ, vnitꝰ est, superflua est naturalis verbi additio. Satis enim fuerit fateri vnionem. Vnio autem etiam in discretis accipitur. Nusquam enim intelligitur, vbi vnio nõ inuenitur. Igitur vnio-

nem suscipiens discretionem recipit. Quomodo igitur dicit, non oportet subsistentias diuidere, siue naturas, idque sciens, quod perfecta quidem Dei verbi subsistentia ante secula fuit. Perfecta autem ab illa assumpta fuit serui figura. Ideò & subsistentias dixit, sed non subsistentiam. Si igitur altera natura perfectionem habet, in hoc autem conuenerunt ambæ forma videlicet Dei serui formam suscipiente, vnam quidem personā & vnum filium & Christum, sicut pium est cōfiteri: duas autē subsistentias siue naturas vnitas dicere, non absurdum est, sed & iuxta causam consectaneum. Etenim si in vno homine diuidimus naturas, vt mortalem corporis, immortalem verò animæ dicamus, vtramque autem hominem, multo magis assumētis Dei, & assumpti hominis naturarum proprietates cognoscere ratio poterit. Inuenimus autem & beatum Paulum vnū hominem in duos diuidentem & aliquando quidem dicētem: quanto exterior homo corrumpitur, tanto internus renouatur: aliquando verò, condelectat me lex Dei, inquit, secundū internum hominem. Et iterum: In interiore homine inhabitare Christum. Iam si Apostolus naturalem copulationē naturarum simul conditarū diuidit, quomodo impietatis arguit eos, qui diuidunt proprietates naturarū Dei, qui ante secula fuit, & eius qui in extremis diebus homo assumptus est, quum temperationem nos per alia verba doceat?

Secundum naturā, id est, secundum veritatem.

Contradictio Cyrilli.

VIde obsecro, quomodo callidissimus iste, qui obscuritatem in dictis calumnietur, nimirum ipse mētem non fulgidam sed tenebricosam afferens. Tenebricosum esse dicit sermonem, qui rectè sentire volentibus tam perspicuus est adeóque notissimus. Existimauit autem quod debeat dici conuentus & non copulatio, deinde industrię suę dexteritatem declarans, vnam vim ex significationibus ostendit, siue quis conuentum siue copulationem factā esse dixerit. Ego verò cum admiratione deprehendo eius mentem subtili valere consilio. Solus enim nouit vt videtur, quod à nullo qui vspiam sit ignoratur, & sic protritum est vt etiam his elucescat, qui nihil vel mundanæ, vel scholasticę sapientię tenent, vel audiendo mediocriter & negligenter didicerunt. Admiratus igitur eruditionem eius illud dictum mecum repeto, Paulum euigilans quasi ex somno & crapula, is qui amplum os contra nos dilatat. Vide subtiliter sacramentum. Vnionem quę in Christo est calumniantur quidem, qui prę ter sacrarum literarum mentem iuxta suam ipsorum sententiam fœde torquent. Dicunt enim diuisas esse à se inuicem & omnibus modis seiūgi naturas, & eorsim ac particulariter vtranque esse: hominem autem sic cōiunctum esse Deo per habitudinem contendunt, secūdum solam dignitatem vel autoritatem, & secundum filiationis equalem nominationem. Hanc opinionem tollit Anathematismus, nugacissimisq; illis vocū nouitatib. se opponit. Asserit enim vnitū secundum naturam, hoc est, non secundum habitudinem sed secundum veritatem, sanctę carni verbum rationalem habēti animā, nullo modo diuidēdum esse, vt ne duos imaginemur filios & impartibilem partiamur. At hic non intelligens, quidnam sit vnio naturalis, hoc est, vera, non confundens naturas neque commiscens, ita vt alteram aliter esse oporteat quàm vt est. Puerile quoddam & frigidum suscipit argumentum, & bene se gerere arbitratur. Et inquit: Si naturalis facta est vnio, exinanitio verbi voluntaria nō fuit, sed quasi ex vi & necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hęc dicat quis ei: Esuri, siti, & cętera facito, quę ipse dixisti. Carnis erunt naturales infirmitates, & in nobis ipsis motionem habent, quia naturam possidemus tyrannicis affectionibus obnoxiam. Ipsa autem diuina & ineffabilis natura verbi nullo modo passionibus & necessitati subiecta est, neque à nullo alio, nec à seipsa coacta est, ad hoc, vt prę ter volūtatem caro fieret, & appropriaret sibi humanitatis formam, apprehenderétque semē Abrahę. Quàm inconsideratè autem loquatur, nulli, qui voluerit, difficile erit videre. Dicit enim: Semper omnibus modis naturalia necessitatis legibus subiacebunt. Et ad demonstrationem hoc protulit, quod prę ter voluntatem nostram esuriamus & sitiamus, natura in hoc prouocante, etiamsi quis nolit. Atqui opportebat virum & in his exercitatum habentem animū etiam alia opera videre, quę meritò maioris pensi erant. Annon est verum quod homo secundū naturam est rationalis. Itaque & ipse prę ter voluntatem suam & coactè est rationalis? Quur autem dic mihi Deus omniū, an non secundum naturam est Deus? an non secundum naturam est sanctus, iustus, bonus, vita, lux, sapientia & virtus? Itaque prę ter voluntatem & coacte est quod est. At eum qui sic voluerit sapere, opinor quod ad summam peruenit amentiam. Quid igitur nobis mendacium tanquam murum inexpugnabilem & inuictum opponit, & putria problemata tractat, & audiens naturalem fieri vnionem, hoc est, veram, & versionis expertem inconfusumq; omnino subsistentiarum conuentum, attentat torquere vim dictorum, ita vt videantur non esse recte facta? Nec formidauit audax ineuitabilibus necessitatibus subiicere verbi naturam, secundum similitudinem quam nobiscū habeat. Exinaniuit semetipsum non absque voluntate, sed voluntariè vnigenitus factus est homo, & non sicut tu dicis, suscepit hominem habitudinalem, donās ei copulationem, filiationisque gratia coronans sicut nos. Atq; adeò licet intelligamus vnitas esse subsistentias hominemque factum & incarnatum esse verbum & videatur quodam modo secundum hoc naturalis dici à nobis vnio, ciecta non vera & habitudinali, quam nos per fidem & sanctificationem habemus, quia & diuinæ naturæ facti sumus participes, sicut inquit Paulus. Qui adhæret Domino vnus spiritus est. Sed non subiicit necessitatibus & desideriis naturalibus affectionum expertem & liberum Deum verbum. Quod autem vnita post vnionem in duo separari debere non vult, mea sententia irreprehensibile est & inculpabile, maximè quod bonus ille Theodoretus hominem qui nobis consimilis esse intelligitur, in exemplum assumpsit, & in duo diuidi non sinit, quamuis ista eius consideratio contineat partitionem & diuisionem non repudiandam, quod dixerim quantum ad sciendum attinet. Quia alterum quidem secundum naturam est anima, alterum verò secundum suam naturam caro. Itaque secundum similem rationem, vnionem diligenter inquirentes quæ in Christo facta esse intelligitur, cōsiderando quidem diuinitatis & humanitatis conuentum: verum secundum vnionem factum esse dicimus, non ignorantes quod aliud quidem quàm caro secundum naturam sit Dei verbum, & aliud secundum suam naturam sit caro. Non est autē tutum semel secundum carnem vnitū dissecare, neque in duos filios dimetire vnum Christum & filium & Dominum permittet vlla rectæ fidei ratio, ita nos sancta diuinitūsque inspirata scriptura erudiente. Verum illi non tanta cura est de veritatis dogmatibus, nosce autem quid in rebus vtendis necessarium sit, non mediocriter studet, vt si quid ad iniurias natum sit, mēdaciis illud verisimiliter adornet, satis etiam ad calumniandum instructus audiat à nobis, quid gloriaris in malicia potens iniquitate? tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

Anathematismus IIII.

SI quis eas voces quæ in apostolicis & euangelicis scriptis de Christo vel à sanctis, vel ab ipso dicuntur duabus personis, hoc est subsistentiis, distribuit, & alias quidem voces velut homini, quem seorsim sequestrato Dei verbo intelligit, alias autem soli Dei patris verbo, vtpote Deum addecentes, aptārit, anathema sit.

Reprehensio Theodoreti.

SVnt & hæc his quæ iam dicta sunt, cognata & assimilia. Vult enim tanquam temperatione facta in sermonibus qui in sacris euāgeliis & apostolicis scriptis dicti sunt, nullā esse differentiam, licet eos Arium & Eunomium & cæteros hæresiarchas oppugnare glorietur. Dicat igitur ille sacrorum dogmatū diligentissimus doctor, quomodo hæreticorum blasphemiam redarguat, dum ea quæ humiliter & congruè à serui forma dicuntur, Deo verbo aptat. Illi enim hoc facientes, minorem & creaturam, & facturam, & seruū, & ex nihili filiū Dei esse docendo statuunt. Cui igitur nos qui diuersa quàm illi sentimus, & consubstantialem esse & coæternum Deo & patri filiū confitemur, opificemque omnium & factorem, & ornatorem, & gubernatorem, & administratorem, & in omnibus sapientem & omnipotentem, imo ipsammet potentiam, ipsammet vitam, ipsammet

ipsammet sapientiam affirmamus, cui inquam attribuemus illud: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Et illud: Pater, si possibile est, transeat poculum istud à me. Et: Pater salua me ex hac hora. Et illud: Horam illam nullus nouit neque filius hominis. Et alia quæcunque humiliter ab ipso & à sanctis apostolis de ipso dicta scriptáque sunt. Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigationem & somnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis angelico subsidio habebat? Si hæc Dei verbi sunt, quomodo ignorauit sapientia? Quomodo vocata est sapientia ignorantiæ infirmitati obnoxia? Quomodo verax fuit dicens habere se omnia quæ patris, quum patris cognitionem non habeat? Solus enim, inquit, pater nouit diem illum. Quomodo fuit incommutabilis imago genitoris, non omnia quæ genitoris sunt referens? Itaque siquidem hoc dicēs verax fuit, quis ista eum ignorare suspicaretur? Si autem diem sciens, ignorare se illam dicere voluit, vide in quam blasphemiam quod colligitur euadat, si veritas mentiatur, quæ immeritò veritas dicitur, si quid in se habet veritati aduersum. Si autem veritas non mentitur, neque Deus verbum diem quem fecit ignorat, quem ipse ab aliis distinxit, in quo orbem iudicaturus est. Sed habet patris sapientiam imago incommutabilis. Non igitur dei verbi est ignorantia, sed formæ serui, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta deitas inhabitans reuelabit. Hæc & de aliis similibus dicenda sunt. Quam enim rationem haberet, Deum verbum dicere ad patrem: Pater si possibile est transeat à me poculum istud, Veruntamen non quod ego volo sed quod tu? Multa enim incongrua rursus hinc accidunt. Et primum disordes erunt pater & filius, & alia quidem vult pater, & alia filius. Ait enim: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Deinde magnā rursus ignorantiam considerabimus in filio. Inuenietur enim ignorans an possibile sit vel non, quod transeat poculum. Hoc autem de Deo verbo dicere in ipsum & blasphemia plenum foret. Sciebat enim accuratè, qui propter hoc adorat qui sponte nostram naturam assumpserat, qui seipsum exinaniuerat, quis nam sacramenti dispensationis finis futurus esset, vnde & sanctis apostolis prædicebat: Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur in manus gentium, vt illudant ei, & flagellent, & crucifigant, & tertia die resurget. Qui igitur hoc antea prædicauit, & Petrum deprecantem ne hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur ne fiat, qui manifeste sciebat omnia euentura? Quomodo autem non absurdum, Abraham quidem ante multa secula diem eius vidisse & gauisum esse, & Esaiam similiter prædixisse salutarem eius passionem, & Hieremiam, & Danielem, & Zachariam, atque adeò omnem prophetarum chorum: ipsum verò & ignorare, & liberationē petere, & deprecari, quod in salutem orbis futurum erat. Igitur hæc verba non sunt Dei verbi, sed formæ serui, quæ metuebat mortem, eo quod nondum erat mors destructa, cui etiam formæ Deus verbum loco timori dato, hæc dicere permisit, vt assumpti appareret natura, & ne eum qui ex Abraham & Dauid descenderat putatium vel phantasticum crederemus, vnde impiorum hæreticorum societas hanc blasphemiam protulit. Igitur ea quæ dicta & facta sunt Deum decentia, Deo verbo accommodemus: quæ verò humiliter dicta & facta sunt, formæ serui aptemus, vt ne eodem quo Arius & Eunomius blasphemiæ morbo laboremus.

Oppositio beati Cyrilli.

ENquanto serius foret amice eum cuius mens ab odio & affectionibus libera est, dictorum nostrorum vim exquirere? Verum hoc minimè pensi facit, vrget autem vtcunque sibi visum fuit. Erenim dicit: Sūt & hæc his quæ iam dicta sunt similia. Vult enim tanquam temperatione facta in sermonibus qui in sacris euangelicis & apostolicis scriptis dicti sunt nullam esse differentiam, licet eos Arium & Eunomiū & hæresiarchas cæteros oppugnare glorietur. Verum hoc quidem ille. Ego autem in tantum cauī ne dicerem contemperatas inter se naturas mistionémque & confusionem ac versionem tolerandā, quantum & ipse in hoc rectè sapit, qui nec sermonum differentiam è medio sustulimus. Scimus enim quod alij quidem tales sunt, vt de Deo decenter dicantur, alij verò humanum morem sapiunt: & illi quidem summam docent gloriam, hi autem exinanitionis mensuræ cōuenientiores sunt: cæterum dicimus eos non duabus personis inter se modis omnibus distinctis distribuendos. Nam si vnus est Dominus noster Iesus Christus, vnaque fides quæ in illū, & vnum baptisma, vna quoque eius tanquam vnius persona, & quandoquidem idem Deus est simul ac homo, congruenter & absque reprehensione de illo dicentur sermones siue deo digni siue humani sint: neq; id una & ineffabilis eius natura, vel in minimo in excellentia patris per hoc quod loquimur ea quæ humanitatem sapiunt, minuitur: neq; propterea minus creditur dispensatio cum carne, quādo cum hoc quod est Deus & homo sicut nos factus esse prædicatur. Itaque omnia sunt vnius Christi tam ea dicta quæ deū decent, quàm quæ humanitatē referunt. Nam siquidem non fuisset verbum quod ex Deo patre est, homo factū, non humanitus vt de nobis, ita & de ipso fieret sermo. Quoniam autem verum est, quod similiter sicut nos particeps factus est sanguinis & carnis, & assimilatus est fratribus per omnia: cur nobis videlicet stultissimè dispensationem sapientissimā irridet, vocem humanam non ferentes, sermonisque vtilitatem, quasi ad alterum seorsim filiū, formam serui sicut ipsi dicunt, referre studentes? Omnino autem stultū foret, fingere quidē quod metuantur hæreticorū morositates, quasi traditionem rectæ fidei extra suā dignitatem auectum sint. Melius autē dixerim & longe eruditius esse humanas aptare voces non alteri personæ, magis quæ seorsim & particulariter intelligatur esse filius, & sicut ipsi dicere solēt, formæ serui attribuere, aut potius humanitatis mensuris. Nā eum qui simul deus est ac homo, vtrūq; sermonē admittere oportet. Atqui miror quomodo ipse simil ter quod confiteatur vnum esse Christū, qui idem Deus simul sit & homo. Nam quasi in obliuionem adductus esset eorū quæ bene se habere putauit, separat iterū vnum in duos, dum Saluatoris vocē apponit dicentis: de die vel hora illa nemo nouit, neq; angeli cęlorū, neq; filius nisi pater. Deinde sapientiā esse affirmās verbū ex Deo patre natū, quæ & omnia futura prænoscat, addicit & dicit: Non igitur verbi dei est ignorantia, sed formæ serui quæ tanta per tempus illud sciebat, quanta deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de aliis similibus dicenda sunt. Igitur si non mentiris, dicens vnum esse Christum & Dominum Iesum, eūdem scilicet deum & hominē, vtique diuidis & duos dicere filios non erubescis An non plane duo sunt, siquidē non est idē cum eo qui dimensam habet scientiam, is qui nouit omnia: & cum eo qui partiariam recipit reuelationē, is qui perfectus est in sapientia, & tanta cognoscens, quāta & pater, & siquidem est vnus & idem propter verę vnitatis causam & nō alius atq; alius, disiunctimq; & particulariter, eius omnino erit etiā hoc scire, & neutiquā vt solum putetur scire. Itaq; nouit quidem diuinè sicut sapientia patris, quum dispensarim mensurā ignorātis humanitatis assumpsit, propriumq; sit hoc cum aliis, quanquā sicut dudum dixi, ignorans nihil, sed sciens omnia cum patie. Nam propter quam causam esurire, & ex itinere fatigari dicitur, quamuis vita & viuificus sit vt Deus, & ipse sit panis viuus qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo, & insuper ipse sit virtutum Dominus. Verum vt credatur secundum veritatem factus homo, appropriauit sibi humana in bonis suæ naturæ mansionem gratiam habens, & indiuulsse retinens ea, in quibus semper erat & est & erit. Iam qui reuelationem datam esse dicit formæ serui ab inhabitante Deo, eamque mensurarā, is Emmanuelem prophetam nobis facit, deiferumque hominem, atque aliud nihil. Porrò putat quid sapienter, & irrefragabiliter dictum. Nam si Dei verbum est qui clamauit: Pater, si possibile est transeat à me poculum istud, & primum quidem facit discordem filium cum patre, iniuriáque deprecatur ne bibat poculum, quamuis, inquit, non ignorans mundo salutem allaturam passionem suam. Igitur, inquit, non erunt tales verbi voces. Itaque vicissim audiat & à nobis, qui tam adulterinis cogitationibus vacat. Quoniam tibi videtur à Deo verbo tales voces amouendas esse, solique serui formæ adaptandas, igitur non in duos iterum filios vnū parturit? Et quis hoc sapientium perspicue cognoscet? Nam dicet fortasse quidā, Heus curtuas sequeris cogitationes? Quia nec credibile, nec rationi consentaneum, vt forma serui passionem declinet, & cum patre & inhabitante verbo dissidere videatur. Sciebat enim o-

ἐμφιλοχωρῶν.

pinor passionem suam omnibus qui sub cœlo sunt, & quos mors vicerat, salutarem, & vitæ conciliatricem fore. Oportebat E sanè, inquit, videri etiam metu superiorem, diuinósque nutus sequi paratum. Age non sentis, qui temerè nugatus es, quæ nam sit talis cogitationum confusio: ego autem, quod parua quidem sint omnia hæc humana verbo ex Deo nato, absque mora dixero. Quæro autem cuius fuisse putetur exinanitio, & quis hãc voluntariè tulerit. Itaque si quemadmodum alij dicunt, forma serui, vel quod est ex semine Dauid, quomodo, vel quo pacto exinanitum est, si à Deo assumptum est. Si autem ipsum verbũ, quod in forma & æqualitate Dei & patris existit, seipsum exinaniuisse dicitur: quomodo vel quo pacto exinanitum est, si refutauit exinanitionem? Exinanitio autem Deo verbo, versionis & passionis nescio, est facere & dicere quiddã humanum, propter dispensatiuum ad carnem conuentum. Tametsi autem factus sit homo, nullo modo sacramenti ratio naturam eius læsit. Manſit enim quod erat, etiam in humanitatem sese demittens, propter mundi salutem ac vitam. Eapropter non in duas personas, sed tanquam in vnum Christum & filium & Deum euangelicas & sanctorum apostolorum referentes voces, neque di- F uinam eius imminuimus naturam, & gloriam propter humanam: neque dispensationem negamus, sed propter nos factam ipsius verbi incarnationem credimus.

Anathematismus V.

SI quis audet dicere Christum hominem deiferum; & non magis esse Deum secundum veritatem, quasi filium vnum & naturalem, secũdum quod verbum caro factum est, & communicauit similiter vt nos sanguini & carni, anathema sit.

Responsio Theodoreti.

PArticipem fuisse sicut nos sanguinis & carnis & animæ immortalis Deum verbum propter vnionem cum istis dicimus: carnem autem Deum verbum conuersione quadam factum esse non solum non dicimus, sed & eos qui dicunt impietatis sugillamus. Pugnare autem hoc & ipsis dictis videtur. Nam si conuersum est verbum in carnem, non communica- G uit nobiscum carni & sanguini, sicut aliud præter hæc. Si autem aliud quiddam præter illud est caro, non ipsum in carnem est versum. Igitur communicationis nomine vrentes, sicut vnum quidem filium adoramus, & eum qui assumpsit, & id quod assumptum est: naturarum autem differentiam cognitam habemus, & deiferum hominem, sicut à multis sanctis patribus dictus est, non deuitamus. quorum vnus magnus ille Basilius in *Basilium citat.* sermone de sancto spiritu ad Amphilochium, hoc vsus est nomine, & in explanatione 59. Psalmi. Vocamus autem deiferum hominem, non quod particularem quandam gratiam acceperit, sed quod omnem vitam habeat filij deitatem. Hoc enim interpretans beatus dicebat Paulus: videte ne quis vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in illo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

Oppositio Cyrilli.

ITerum etiam in hoc loco, quàm inaniter nugetur, ostẽdere facillimũ fuerit. Dicimus enim nos, nõ debere ab aliquo deiferum hominem nominari Christum, vt non sicut vnus sanctorum intelligatur, sed magis Deus verus prædicetur verbum Dei, quod factum est homo, & incarnatum est. Perstringit autem ille iterum ea quæ rectè dicta sunt, variisque modis prodigiose & falsè cõcionatur. Inquit autem quod nos dicamus verbum Dei conuersum esse in naturam carnis, & cogitatus suos manifestat, quibus effodere, & in lucem eruere studeat, verbum Dei non esse conuertibile. Id quod sæpissime dixi, hoc nunc quoque necessario dico, cum nemo si qui dicat diuinam incorruptibilémque verbi naturam, in carnem terrenam transformari, omnibus vno consensu inconuertibilem esse testantibus. Cessate superuacaneos exãtlare labores, vt eos qui minime decepti sunt copiosis argumentis certiores faciatis, quod verbum Dei secundum naturam sit inconuertibile & immutabile. Quis enim ita stupidus & insipiens est, vt tam turpia, & ab ipsis forte insipientibus refutata sentire & dicere velit? Obstupesco autem quod cum vbique Deum esse Emmanuelem affirmet, in his deprehendatur illi propheticam mensuram tribuere. hominem enim eum esse deiferum dicit, vt videatur similis nobis qui per sanctum spiritum Deum omnium habemus in nobis habitantem. Habitat enim in cordibus nostris, & sumus templa Dei viuentis. Neque idem fuerit dicere, verbum factum esse hominem, & putare Deum habitare in homine, etiam si, vt est, vera beati Pauli vox est, quod complacuit in ipso habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter. Sed vnum inquit esse Deum patrem & filium dominum Iesum Christum, per quem omnia. Dicet autem quis & in homine habitare spiritum eius. Denique & de nonnullis scriptum est: Eos autem qui inhabitant domos luteas, ex quibus & ipsi de eodem luto sumus. Igitur vnus intelligitur, & est secundum constitutionem homo, & ex carne, & ex rationali anima illam inhabitante. Quare igitur non cessat rectam miniméque peruersam rationem conturbare? Aliquando enim vnum dicit Christum & Dominum, eundémque Deum simul ac hominem: aliquando verò prophetarum mensuram ei dans, deiferum hominem appellat, ignorans fortassis quod illum nobis æqualem faciat, quãdoquidem non est Deus verus, sed templum quod inhabitat Deus verbum, sicut & in nobis, Verum diuina scriptura secus habet. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis, ne quis putet secundum conuersionem & transmutationem in carnis ipsius naturam transformatum esse. Iam factum caro, hoc est, homo, non est deifer homo, in exinanitionem spontaneam seipsum demittens, & suam faciens carnem, quam ex muliere accepit: carnem inquam, neque animæ, neque mentis expertem, sed animam ac mentem habentem. Memores autem eius sumus, qui suum corpus templum appellauit, verum non propter habitudinem, sicut & in nobis per spiritum sanctum est, inhabitationem censeri voluit, sed vnus secundum vnionem intelligitur Christus & filius.

Anathematismus VI.

SI quis verbum quod ex Deo patre est, Deum ac Dominum Christi esse dicit, & non magis ipsum confitetur esse Deum simul ac hominem, eo quod verbum caro factum est secũdum scripturas, anathema sit.

Responsio Theodoreti.

BEatus ille Paulus, quod assumptum est à Deo verbo, formam serui appellat, quandoquidem vnionem assumptio præcessit. At vbi de assumptione differit idem beatus Paulus, formam serui assumptam appellauit naturam. Nõ vltra locum habet vnitate facta seruitutis nomen. Nam quoniam idem apostolus scribens, his qui in illum crediderant, dicebat: Atque adeo iam non est seruus, sed filius. Et Dominus discipulis: Non iam seruos vocabo vos, sed amicos, multo autem magis initium nostræ naturæ, per quod & nos adoptionis donũ assecuti sumus, à serui cognominatione liberatum est. Deum igitur fatemur & serui formam, propter vnitã ipsi Dei formam. Et credimus prophetæ etiam puerum Emmanuelem appellanti, & natum puerum & magni consilij angelum, & admirabilẽ, & consiliarium, & Deum fortem, & potestatem habentem, & principem pacis, H patrémque futuri seculi. Veruntamen idem propheta etiã post vnionem prædicans assumpti naturam, seruum appellat eum, qui ex semine Abrahæ sit, dicens: Seruus meus es tu Israel, & in te glorificabimur. Et iterum sic inquit: Dominus qui formauit me ex vtero seruum sibi. paulóque post: Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem gentiũ, vt tu sis in salutem, vsque ad vltimum terræ. Quod autem formatum est in vẽtre, non Deus verbum, sed serui forma est. Non enim Deus verbum conuersus factus est caro, sed assumpsit carnem anima rationali præditam.

Oppositio Cyrilli.

DE sacramento dispensationis vnigeniti cum carne, sermones superiores, quos fecimus præsens sermo coniunctus monstrabit decentes ac rationabiles, idq; facillime. Vnigenitus enim

enim filius, qui est in forma Dei patris & æquè cum illo men- A sura per omnia par gloria & libertate, forma serui assumpta, frater appellatus est eorum, qui sub seruitutis iugo erant, hoc est, noster. Itaque quasi vnus ex nobis persoluit didrachma, censum exigentibus, & factus est legislator sub lege, quasi homo, quasi deus docebat discipulos suos: quia & filius est verè, & in forma serui propter carnem, tametsi secundum naturam propriam liber sit, vtpote deus & ex deo: veruntamen tanquam propriam habens, propter exinanitionem mensura tributorum exactoribus erat: atque adeò si quis dicat seruum eum appellari, propter vocem sanctorum prophetarum, nullo modo offendi decet. Cognouerunt enim per reuelantem eis spiritum sanctum, quod verbum ex deo patre fieret homo. Erat quidem & sic liber, tanquam filius. Neque sic tamen mensuram exinanitionis optimæ factæ, faciebat contemptibilẽ, configuratus nobis, seruitutis iugo subditis. Sic & deum suum patrẽ dicit, quãuis natura deus existeret, & ex ipso & nullo modo gignentis eminentia minor. Quum Nestorius igitur sic scribat de Christo. Atque adeò passus pontifex misericors, non viuificator deus eius qui passus est. Et deum Christi, deum verbum nomi- B nauit, adiecerítque: Erat autem ipse & infans, & infantis dominus. Hos illius sermones nos non solum indecorè, sed & impiè dicta asserimus. Nam si deus est Christi, verbum quod ex deo patre est, duo vtique erunt modis omnibus & incunctanter. Quomodo autem intelligitur ipse infans, & infantis dominus? Non igitur dicetur suimetipsius deus ac dominus Emmanuel, quandoquidem ipse idem simul est deus ac homo eo quod verbum dei homo factum & incarnatum est. Quia autem deitas aliud quiddam est secundum suam naturam, aliud autem secundum naturam suam humanitas, quomodo quis vacillãrit? Veruntamen vnus est Christus ex duabus deitatis & humanitatis naturis secundum dispensatiuam vnitatem.

Anathematismus VII.

SI quis dicit Iesum tanquam hominem à deo verbo operandi habuisse vim ac gloriam vnigeniti, tanquam alter præter ipsum esset, anathema sit.

Responsio Theodoreti. C

SI mortalis est humana natura, deus verbum autem vita & viuificans, suscitauitque templum à Iudæis solutum, & in cœlos euexit, quo pacto forma serui per formam dei glorificata non est? Quum enim natura sit mortalis, facta est immortalis propter vnionem cum deo verbo. Assumpsit quod non habebat, quod autem non habebat, vt assumpsit, & glorificauit, ab eo qui dedit, glorificatus est. Idcirco & Apostolus clamat, secundum efficaciam roboris virtutis eius, quam operatus est in Christo excitato eo ex mortuis.

Oppositio Cyrilli.

QVi Christum Iesum nominant, non vnum quendam sicut nos vulgarem hominem, sed verbum ex deo natum, hominem factum & incarnatum auditoribus significant, atque adeò siquid quod dignè deo tribuitur per corpus eius, vt organum sibi ministerium exhibet factum esse dicatur: nihilominus virtutum dominus Christus operans est, non concedẽs D alteri, vt operetur, quemadmodum scilicet beatis Apostolis potestatem contra spiritus immundos dedit, vt illos eiicerent, & curarent omnem morbum & languorem in populo. Propterea beatus Paulus inquit: Non ausim aliquid loqui quod non operatus est per me sermone & opere Christus, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. Gaudentes autem & beati discipuli, accesserunt aliquando ad Christum & dicebant: domine etiam dæmonia nobis subiiciuntur in nomine tuo. Operatos enim esse per Christum in spiritu sancto dicimus, quod alij ab ipso fuerint: sed non ita de Christo intelligimus, quod à verbo in spiritu ad operandum motus sit, quasi alius sit filius præter vnigenitum ex deo. Vnum enim monstrauit vnio, & propterea caueamus ne in duos illum diuidamus. Nam quamuis secundum scripturas verbum caro factum est, attamen & sic secundum veram vnionem, quæ & mentem &

sermonem excedit vnigenitus filius est. Itaque ipse vnus, & solus Christus Iesus, quasi per organum sui corporis operatus est diuina signa, & non operandi virtutem habuisse eum dicimus, secundum similitudinem sanctorum. Prophanum & hoc esset, atque valdè absonum. Iam quia & ex mortuis corpus suum excitauit, secundum quod vita est & viuificator, ipse semetipsum glorificare videtur, naturam suam viuificare declarans, neque alteri cuidam in hoc eam gloriam largitus est. Sanè & ad deum ac patrem, qui in cœlis est dicebat: Pater glorifica me gloria quam habui antequã mundus esset apud te, quãuis & deus esset, & ex deo secundum naturam & gloriæ dominus. Deinde quomodo sicut gloria egens, gloriam quam aure secula habuit perit? Nam quia factus est homo, & per carnem suam gratia dei, pro vniuersis mortem gustauit, secũdum quod dicit beatus Paulus. Cauens enim ignominiam, quæ inde colligi posset, resurrectionem prædicit: per quam quia & vita & viuificus est deus, rectè cognoscitur, & sic à nobis creditur. Glorificauit igitur non alium quempiam, sed seipsum declarãs vnitum sibi templum secundum veritatẽ, quod nec morte domaretur. Porrò quod vnitum illi corpus, neque animæ neque mentis expers credamus, sed animam mentemque habens, sæpissime à nobis dictum est.

Anathematismus VIII.

SI quis audet dicere assumptum hominem coadorandum ac conglorificandum, & coappellandum cum deo verbo vt alterum cum altero, & non magis vna adoratione colit Emmanuelem & vnam illi glorificationem coaptat, secundum quod verbum caro est factum, anathema sit.

Responsio Theodoreti.

VNam quidem, vt sæpe dixi glorificationem domino Christo tribuimus, & ipsum deum simul ac hominem confitemur. Hoc enim nos vnionis docuit ratio. At naturarum proprietates dicendo nõ vitabimus. Neq; enim deus verbum versionem in carnem accepit, neque vicissim homo perdidit quod erat, nec in naturam dei transmutatus est. Igitur vtriusque naturæ proprietates dicimus dominum Christum adorantes.

Oppositio Cyrilli.

ATnos vir eximie, qui meliora verioráque credere assueuimus & subtiliores intellectus ad accuratam sacramenti huius manifestationem & cognitionem applicamus, secundum quod sacris scripturis & sanctorum patrum æquis interpretationibus videtur, non hominem assumptum esse dicimus à deo verbo & copulatum illi secundum habitudinem quãdam quæ extrinsecus intelligatur, sed hominem eum factum esse definimus. Et hanc ob causam excidisse à pietate dogmatum eos qui audent dicere assumptum hominem adorandum cum filio & deo, vt alterum cum altero. Nam siquidem ipse est deus ac homo, ipse adoratur, sicut vnus adorandus est adoratione vna, & non coadoratur & conglorificatur deus, ne Emmanuel credatur esse homo simpliciter communis, & sicut nos per gratiam diuinæ gloriæ participes. Confiteri autem decet deum in carne, propter nos verè hominem factum, non transitu naturæ, secundum alterationem & versionem, sed vnionis dispensatione.

Anathematismus IX.

SI quis dicit vnum dominum Iesum Christum glorificatum esse à spiritu, tanquam aliena virtute per illum vsum, & accepisse facultatem ab ipso, vt operari posset contra immundos spiritus, & adimplere in hominibus diuina signa, & non magis proprium eius spiritum dicit, per quem & diuina signa efficaciter operatus est, anathema sit.

Responsio Theodoreti.

HIc manifeste anathematizare præsumpsit non eos modo, qui nunc pie sentiunt, sed & eos, qui olim veritatis fuere præcones, atque adeò euangeliorum scriptores, sanctorúmque apostolorum chorum, & Gabrielem archãgelum. Primus enim ille Christum secũdum carnem ex S. sancto natum esse, idque

ante conceptionem prædicauit,& post cõceptionem ipsum Ioseph docuit. Mariæ quidem roganti, quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco,dicebat: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideò quòd nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Iosepho autem inquit: Ne timeas accipere Mariam vxorem tuam:quod enim in ea natum est,ex spiritu sancto est. Et Euangelista: Cum esset, inquit, desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est prægnans de S.sancto. Quin & ipse dominus Iesus ingressus in synagogam Iudæorum, acceptoq; propheta Esaia, hunc locum legit, in quo dicit: Spiritus domini super me, eo quod vnxit me,&c. Subdit autem: hodie cõpleta est scriptura ista in auribus vestris. B.etiã Petrus loquens cum Iudęis hoc testatur,dicens:Iesum Nazarenum, quem vnxit deus spiritu sancto. Et Esaias ante multa secula hoc vaticinatus est:Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet,& requiescet super illum spiritus dei.Spiritus sapientiæ & intellectus,spiritus consilij & fortitudinis,spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris dei implebit illum. Et iterum:Ecce puer meus quem elegi,dilectus meus in quo bene complacitum est animæ meæ, ponam spiritum meum super illum, iudicium gentibus proferet. Quod testimonium etiam Euangelista in sua historia ponit. Et ipse Dominus in euangeliis dicebat Iudæis. Si autem in spiritu dei ego eiicio dæmonia, peruenit vtique in vos regnum dei. Et Ioannes dicit: Qui misit me vt baptizem in aqua,ipse mihi dixit,Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Non enim prophetas solos neque archangelum Gabrielem solum anathematizauit, diligens iste diuinarum doctrinarum examinator, sed blasphemiam in ipsum etiam saluatorem produxit. Ostendimus enim & ipsum dominum,nunc quidem Iudæis,cum legisset:Spiritus domini super me eo quod vnxerit me,dixisse:hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris:nunc autẽ ad eos, qui dixerãt eum in Beelzebub dæmonia eiicere dixisse, in spiritu dei eiicere se dæmonia. Non autem dicimus deum verbum patri consubstantialem, & coæternum à spiritu sancto formatum esse & vnctum, sed humanam naturam in nouissimis diebus assumptam. Porrò proprium spiritum filij siquidem,vt eiusdem naturæ & à patre procedentem,dixit,simul & nos confitemur,& vt piam vocem amplexamur. Si verò tanquam ex filio,vel per filium suam habere essentiam dicit, vt blasphemiam hanc, & sicut impiam abiicimus.Credimus enim domino dicẽti:Spiritus qui de patre egreditur,& diuinissimo Paulo similiter dicenti:Nos autem non spiritum mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est.

Oppositio Cyrilli.

DVdum dixi istorum anathematismorum mentem aduersus Nestorij nugamenta siue blasphemias pugnare. Nam cum ille dicat de spiritu sancto quod is tantam Christo largitus sit gloriam, fecerítque eum terribilem dæmonibus ac assumptionem & in cœlos concesserit: constitutus est necessario anathematismus iste,contra eum qui blaterabat talia de eo, quæ de communi,ac nobis simili homine dici solent, non aduersus eos qui dicunt glorificatum à spiritu sancto Iesum, hoc est, verbum dei hominem factum:sed magis contra illos,qui & impudenter eum, vt aliena virtute, quæ per spiritum sanctum sit,vnctum esse dicunt. Meminimus enim quod manifeste de spiritu sancto dixerit: Ille me glorificauit. Et scimus præterea spiritus sancti operatione malignas & immundas virtutes esse contritas,sed non sic dicimus de eo, vt de sanctorum quopiam qui aliena virtute per spiritum vsus est. Erat enim, & est eius spiritus, sicut certè & patris est, sicut bene explanat b. Paulus,scribens: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne,sed in spiritu.Siquidem spiritus dei habitat in vobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Nam procedit quidem ex deo & patre spiritus sanctus, secundum saluatoris vocem, sed non alienus est à filio. Omnia enim habet cum patre. Et hoc ipse docuit loquens de spiritu sancto: Omnia quæcũque habet pater mea sunt,propter quod dixi vobis,quod de meo accipiet,& enũciabit vobis.Igitur glorificauit quidem Iesum spiritus sanctus insolita operantem: attamen vt spiritus eius, non vt virtus extranea & ipso melior,secundum quod intelligitur deus. Vnde non blasphemauimus in sanctos angelos, neque in prophetas, sicut ille nihil præter E calumnias sciens, ausus est dicere. Quia vero mens eius & sociorum eius est,vt vnum in duos Christos diuidãt & illum quidem vt glorificetur,& operandi vim recipiat,hunc verò vt glorificet & operetur: itaque carpunt insipienter omnem sermonem pium,seque in partem tam male sentientium constituunt. Proinde & de b. Gabriele faciens sermonem vitiligator iste.Etenim secũdum carnem inquit, Christũ ex spiritu sancto natum esse, primus ille & ante formationẽ prædicauit. Alius igitur est Christus, ille qui secundum carnem, & alius seorsum Christus iterum verbum quod ex deo patre est. Vbi igitur vnio? Et quæ inde vtilitas si duo Christi, & seorsim ac particulariter vterque intelligatur. Eapropter licet pietatis multum sibi affingentes vnum dicant esse Christum,verè tamen duos esse putantes,audiant à nobis:vsq; quo claudicatis in duos poplites?Satius enim fuerit rectè incedere fidem habẽtes inadulteratam & firmatam, nullisque stultis opinionibus claudicantem.

Anathematismus X.

F PONtificem & apostolum confessionis nostræ diuina tradit Scriptura obtulisse pro nobis seipsum in odorem suauitatis deo & patri. Si quis igitur pontificem & apostolum nostrum factum esse dicit non ipsum verbum ex deo, quando factum est caro,& homo sicut nos,sed sicut alterum ab illo,seorsim hominem ex muliere: vel si quis dicit, quod pro seipso obtulerit semetipsum oblationẽ,& non magis pro solis nobis.nulla enim eget oblatione,qui peccatum non admisit,anathema sit.

Responsio Theodoreti.

NOn in carnis naturam versa est inconuertibilis natura, sed humanam suscepit naturam,& hanc super communes sacerdotes constituit,vt b.Paulus docet,dicens: Omnis enim pontifex ex hominibus sumptus pro hominibus constituitur in his quæ erga deum sunt, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui placabilis esse posset ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse infirmitate circundatus est,& propter illam debet, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. Et paulo pòst hoc interpretans,dicit: Sicut & Aaron, ita & Chri- G stus. Deinde monstrans assumptæ naturæ infirmitatem:inquit: Qui in diebus carnis suæ supplicationes & preces ad eum qui poterat ipsum seruare à morte cum clamore valido & lachrymis obtulit,& pro reuerentia sua exauditus est. Et cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est autor salutis æternæ omnibus qui obediunt ei, appellatus à deo sacerdos, secundum ordinem Melchisedeck. Quis igitur ille qui laboribus virtutis perfectus, & non natura perfectus existit? Quis ille qui didicit obedientiam, ignorans, eam ante experientiam? Quis ille qui cum reuerentia vixit, vt cum clamore valido,& lachrymis supplicationes offerens,seipsum seruare non valuit:sed eum qui seruare poterat,obsecrauit, & à morte liberari petiit? Nõ deus verbum,qui immortalis,qui passionum expers, qui incorporeus, cuius memoria secundum prophetam læticia & lachrymarum liberatio. Ipse enim abstulit omnem lachrymam ab omni facie.Et iterum propheta: Memor inquit,fui dei & delectatus sum,qui coronat eos qui piè cõuersantur,qui omnia nouit, antequam fiant, qui omnia habet, quæ pater, & impermutabilis imago est genitoris, qui in seipso H mõstrat patrem. Sed quod ab ipso ex semine Dauid susceptum, mortale,passibile, formidans mortem, quamuis postea mortis vim dissoluerit, propter vnitatem cum deo, à quo assumptum erat, per omnem gradiens iusticiam, vt & ad Ioannem dixit: Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem iusticiam, hoc videlicet, summi sacerdotij appellationem suscepit secundum ordinem Melchisedeck. Ipsum enim natura infirmitatis circundatum est, & non omnipotens deus verbum. Idcirco ante pauca beatus Paulus dicebat: Non enim habemus sacerdotem qui nequeat compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia secundum similitudinem absque peccato. Fuit autem experta nostras passiones absque peccato natura quæ ex nobis pro nobis assumpta est, non is qui nostræ salutis causa istam suscepit. Et in principio huius capitis iterũ talia docet. Considerate, inquit, apostolum & sacerdotem confessionis nostræ Iesum fidelem ei qui ipsum fecit, sicut & Moses in

ses in omni domo eius. Facturam autem nemo dixerit, orthodoxam doctrinam dispensans, increatum & non factum, & Deo patri coæternum deum verbum: sed eum qui ex semine Dauid est, qui ab omni peccato liber existens, sacerdos noster & sacrificium factus est,ipse seipsum pro nobis deo offerens, in seipso habens Deum verbum,quod ex deo natum vnitum sibi, & inseparabiliter coadunatum habet.

Oppositio beati Cyrilli.

HIeremias propheta, quum offendisset Israel & ad iracundiam vniuersorum Dominum prouocasset, mœstus dicebat:Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontẽ lachrymarum,& deflebo populum illum die ac nocte? Arbitror autem ego non tam illos eiusmodi vocibus dignos,atque eos qui infreno,& intemperato ore contra ineffabilem gloriam Christi licentiose,& temerarium blaterant.Lamentatione quippe & vlulatu,vtique & verè vt scriptum est,digni fuerint,qui pro ingenti stoliditate relicta recta & inculpata pietatis ad Christum via,flexuosas facientes excursiones peruersis cogitationum adinuentionibus veritatis adulterantur pulchritudinem. Itaque qui sectantur ea quæ omnes aspernantur, audiant: Erratis, nescientes Scripturas, & venerandum & magnum incarnationis mysterium. Scripturæ enim diuinitus inspiratæ prędicant & affirmant nobis Emmanuelem hominem factum verbúmque Dei ac patris particeps fuisse carnis ac sanguinis, sicut & nos,carnémque factum esse,hoc est,hominem,non secundum conuersionem,vel immutationem,sed virtute ineffabilis vnitionis. Ac propterea vnum dicimus Christum Iesum Dominum nostrum,vnámque fidem,& vnum sanctum baptisma. Porrò quià tam sanis doctrinis recedunt, & rigido pręfractóque sensu contra sacras literas se erigunt,ad vnum hoc spectant, quod ipsis videtur rectum. Assumptum autẽ à Deo verbo hominem dicunt,iuxta illud fortassis, quod ab vno prophetarum dictum est: Non eram propheta, neq; filius prophetæ,sed pastor eram caprarum fricans sycomoros, & ab ouibus assumpsit me spiritus. Et sicut inquit beatus Dauid: Assumens mansuetos dominus, secundum habitudinem videlicet,& familiaritatem quandam spiritualem, quæ est in voluntate & gratia & sanctifica- C tione, sicut & nos ipsi adhærẽtes domino vnus spiritus sumus, vt scriptum est. Atqui hoc non est incarnari, & hominem fieri Deum,neque sicut nos participem fieri carnis & sanguinis, sed magis appropriare hominem,& non alio modo,quàm de prophetis & apostolis,& aliis sanctis omnibus dictum est.Nunquid igitur diuinus Paulus sanctificatos fide seducebat euidentissimè de vnigenito, dicens: Quum esset diues, factus est pauper propter nos? Absit. Omnino enim veritatis præco vera loquitur.Etenim quis est diues?& quomodo pauper factus est. Examinetur etiam nunc sermo noster. Nam siquidem, quemadmodum & sapere & loqui ipsi fuerunt ausi, homo assumptus est à Deo, quomodo pauper factus est assumptus, & dignitatibus super naturam refulgens? Nam glorificatus est. Vel si hoc verum non est,derogabitur ab eis assumptioni,quod ad minorem & ignobiliorem humanitatis mensurã deduxerit, id quod sensisse absurdum fuerit. Poinde assumptus non est pauper factus. Relinquitur ergo vt dicamus, quod fuerit in paupertate, qua nos laboramus, diues tanquam Deus. Deinde quo pacto fuit pauper? Age obsecro, necesse est vt exploremus. In- D dubitatum enim secundum naturam inconuertibilem nõ concessit in naturam carnis relicta propria. Mansit enim id quod erat,hoc est,Deus.Vbi igitur videbimus hoc quod inopiam humilem assumpserit? Nũquid in eo, quod assumpserit aliquem nobis similem, quemadmodum dicere ausi sunt Nestorianæ impietatis parasiti? Et qualis erit ei paupertatis & exinanitionis modus? tanquam in hoc solo quod fortassis voluerit hominem quendam, sicut nos honorare. Nullo enim modo benefaciens vniuersorum Dominus læditur. Igitur quomodo pauper factus est? Quia quum esset Deus natura & filius Dei ac patris factus est homo, & ex semine Dauid natus est secundum carnem, seruilémque mensuram subiit, hoc est, humanam, is qui in forma Dei & patris est, is per quem omnia & in quo sunt, & qui omnium est conditor. Homo autem factus, humanitatis mensuram non erubuit. Qui enim non dedigna- A tus est fieri hoc, quod nos sumus, quomodo respueret ea, per quæ nobis similis factus esse videri posset? Quando igitur negabimus ei hominum, & opera & sermones, nihil differemus ab his qui (siquidem possibile foret) quodammodo etiam carne ipsum spoliarent, diuinæque Scripturæ non credentes, subuerterent vniuersum incarnationis mysterium,salutémq; mundi,spem,fidem & resurrectionem.Iam fortè dicet quispiam:Parum & omnino indignum erit Deo verbo plorare,timere mortem,poculum deprecari,sacerdotio fungi. Etiã dixerim & ego ipse quod diuinæ eminentiæ naturæ ac gloriæ parua sunt,hæc sed in his contemplati sumus paupertatem, quam pro nobis sponte tulit. Quãdo igitur tibi videtur molesta ignobilitas ista exinanitionis,admirare magis dilectionẽ filij erga nos.Id quod tu parum esse dicis,hoc sponte fecit propter nos. Fleuit humano more,vt tuas sisteret lachrymas:timuit dispensationem permittens, vt caro suas interdum proprietates experiretur, vt nos alacres redderet: deprecatus est poculum,vt Iudæorum impietatem crux accusaret. Infirmari dicitur iuxta humanum morem, vt cessare faciat tuam imbecillitatem: preces & supplica- B tiones obtulit, vt & tuis precibus accessibiles patris aures ostenderet. Dormitauit,vt tu disceres in tentationibus non dormitare,sed magis magis perseuerare in orationibus. Quocirca & apostolos dormitantes obiurgabat,dicebátque: Sic non potestis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate,ne incidatis in tentationẽ. Exhibuit sanè opera sua,vt sanctissimæ conuersationis figuram,& sic cũctis profuit.Humanas infirmitates sibi appropriauit. Quam ob causam? vt & verè factus homo credatur, quãuis manserit id quod erat,hoc est,Deus. At nescio quomodo hi qui vnum se Christum asserere simulant & filiũ & dominum eundẽ deum & hominem,verbum de deo natũ non pontificem appellari dicunt & apostolũ confessionis nostræ,quando factus est homo: sed sicut alium quendam particularẽ hominem qui ex semine Dauid sit,ita appellatum esse affirmãtes, metuentes forsitan ne rectè sapiẽdo Nestorij prauam opinionem contempsisse videantur. Sic enim ille dicebat: Hic fidelis factus est pontifex, factus enim hic non antea fuit sempiterne. Hic ne,qui paulatim ad pontificis dignitatem prouectus est, ô hæretice? Deinde, vt sibi videtur, ad stabiliendas voces suas, subdit & dicit, de quo & Lucas in euangeliis clamat: Iesus autem proficiebat ætate ac sapientia & gratia. Et iterum: Quum igitur sit nobis solus pontifex compatiens & cognatus & perpetuus, nolite à fide quæ in illum est deficere. Ipse enim iuxta benedictionem & promissionem ex semine Abrahæ missus est, corporis sacrificium pro se simul ac genere suo oblaturus. Illius autem nugacitatis optimus imitator est bonus iste Theodoretus, non erubescens dicere quod humanam naturam assumpserit, & hanc vltra communes euexerit põtifices, sicut & Paulus dicit: Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt erga Deum, compati valens, & ignorantibus & errantibus, eo quod & ipse circundatus est infirmitate, & propterea debet sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. An non hominem nobis communem, sicut ipse nobis explanat,Emmanuelem profert? Nónne sententiæ eius affines his sunt quos iam nominauimus, & eandem pariunt blasphemiam? Timuisti ne sacerdotij modum Christi saluatoris nostri omnium? Incongruũ esse dicis humano more deũ verbum sacerdotio fungi, propter personam. Igitur aufert personã,negat cõstanter factã incarnationem verbi,propter quam nominatus est etiã pontifex? Nunquid sacrificantem vides tanquã alteri & præstãtiori deo patri? Vidisti boues immolãtem,sicut illos qui ex hominibus assumpti sunt? qui possunt compati ignorantibus & errantibus,eo quod & ipsi in nostris infirmitatibus sunt. Non cogitasti quod omniũ fidem, hoc est, fidei confessionem sibi consecrat & sanctissimo patri? Nunquid, dic mihi, modus est humani sacrificij,fidem petere ab eis qui in odorem offerunt suauitatis in spiritu? Vide etiam & alio modo, licet existentem deum humano more sacrificio fungi propter dispensationẽ. Sedet enim cum deo patre, & in summis thronis decoratus apparet. Conturbat te humanitas? Nõ liberat te à formidine diuinitas? Nõ fers vt vel ex ipsis operibus videas Emmanuelẽ simul esse Deum ac hominem? sed sic impudenter & atrociter,imò vltra omnium impietatem currẽs laboribus virtutis cõsummatum esse dicis,profecisséque paula-

μὴ ὑπεσταλμένας.

ti n ad sacerdotij dignitatē? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus, si cōsummatus factus est virtutibus, ex imperfecto videlicet & cum tempore factus est perfectus. Omne autem quod imperfectum ad virtutem est, vitio non caret: quod non caret vitio, sub peccato est. Quomodo igitur scriptum est de eo, quod peccatum non fecerit? Ausus fuisti dicere quæ subduntur. Quis igitur sacerdotio, inquis, functus est? Quis laboribus virtutis consummatus, & non natura perfectus est? Quis est qui experientia didicit obedientiam, eam ante experientiam ignorans? Quis ille est qui cum reuerentia vixit, & cum clamore valido, & lachrymis supplicationes offerens seruare seipsum non valuit, sed eum qui seruare poterat obsecrauit? O vocem audacissimam & scelestissimam. Quales sufficient lachrymæ ad abluenda peccata, his qui talia sentire volunt? Si recipis vnionem, quomodo ignorasti quod sermo tibi de Deo fuerit incarnato? Humiliauit semetipsum propter te, & irreligiose exclamas: Propicius esto tibi Domine, ne fiat tibi hoc, Igitur audias dicentem: Vade post me satana, offendiculum mihi es. Quin & in fine sermonum tuorum dicis: habens in seipso Deum verbum ex Deo natum, vnitum sibi & inseparabiliter coadunatū. Quomodo igitur dicis verbum ex Deo patre vnitum esse ei, qui ex semine Dauid est? Quomodo ei soli, qui ex semine Dauid est dispensasti sacerdotium? Nam si vera est vnio, vtiq; non erunt duo, sed vnus & solus qui ex duobus intelligitur Christus. Eapropter manifestum est, quod fingentes se confiteri vnitatem simpliciorum mentibus se insinuant, copulationémque credunt externam & secundum habitudinem quandam, quam & nos habemus socij diuinæ eius naturæ per spiritum effecti. Auscultare igitur oportet non illorum vanitatibus, sed rectæ ac immaculatæ fidei, & euangelicis apostolicísque oraculis. Deus est in carne ac sanguine, & humanitatis mensuram per humana agnouimus. Millia enim millium sanctorum angelorum ministrant ei, & circa diuinum eius thronum stant Seraphim. Qui autem factus est homo, factus est & summus Sacerdos, non vt maiori Deo offerat sacrificium, sed sibi ipsi & patri fidei nostræ confessionem referens. Erubescis dum audis quod appellatur Sacerdos propter humanitatem? Dic quomodo non miraris quod non more Sacerdotum altari sacrificij ritum exhibet, sed sibi ipsi vt dicebam & patri? Quando dicis indignum esse Deo sacrificare, astipularer & ego, siquidem solum fuisset & absq; carne verbum, dixisses vtiq; recte. Quoniā autem factus est homo, vide etiā propter humanitatem sacrificantē, & in dignitatibus quæ vltra creaturas sunt, vide vt deum. Sedet enim cum Deo & patre. Vide igitur eum sacrificantem quidem secundum humanitatem, assidentem autem vt Deum. Dicit enim beatus Paulus: Talem habemus Pontificem, qui sedet in dextera throni magnificentiæ in sublimibus. Scientes itaque quod Deus cum esset factus est homo: est autem vnus & idem filius, ipsi omnia attribuamus vt vni, & dispensationis modos non ignorantes industriè ac sapiēter sensuum vim ad obedientiam eius quæramus semper.

Anathematismus X I.

SI quis nō fatetur Domini carnem viuificatricem esse & propriam ipsius verbi quod ex deo est, sed tanquam alterius cuiuspiam ab illo qui coniunctus quidem illi sit secundum dignitatem: hoc est, solam diuinam inhabitationem sortitus sit, & non magis viuificatricem sicut diximus, quia facta est Verbi, omnia viuificare potentis, propria, anathema sit.

Reprehensio Theodoreti.

BOnum quidem fuerit diuinam carnem propter vnionem factam esse propriam Verbi, siquidem ex nobis eam assumptam intellexerimus, superuacaneum autem fuerit inferre, & non alterius cuiuspiam ab eo, nisi fortè neget eam assumptam esse eius qui ex nobis sit. Nam quod ipse subinde inculcat, propriam eam esse Verbi, eius fuerit qui Dominicam carnem neget esse nostræ naturæ. Et vbi gloriatio nostra? Propter quos dicit Paulus: Consuscitauit & consedere nos facit? Et cuius hominis caro alia est quàm singulorum? Nónne singuli nos cōmunem carnem habemus, ratione quidem cōsubstantialem cum vnoquoque, propriam autem quia vnius caro non est alterius, sed eius tantum cuius est caro. Quid igitur sibi vult Verbum, propriam, quasi aliam quandam dicenti? Si enim intelligit Dominicam carnem ex nostra assumptā esse, & sentit quod vniuscuiusque caro eius est propria cuius est caro, & non alterius, cur quasi alterius dicit propriam esse? Nónne manifestum est, quod obscure dicit eam non esse sumptam ex nostra natura, quia manifestius dicit in primo suo libro: Et infans quidem erat, inquit, non sicut nos: hoc est non in pura & sola similitudine nobiscum, sed in humanitate quidem propter carnem diuinam autem illam quasi super nos & ex cœlo. Et iterum in secundo libro sic inquit: Corpus enim eius non erat alterius cuiusdam, qui sit vt nos: sed potius proprium Verbi, quod ex patre est, quod natum est ex illa. Quis enim aliquando dixit, quod alterius cuiusdam, qui vnquam à seculo fuerit, facta sit Dominica caro? num Abel? num Noe? nū Eliæ? vel alterius cuiuspiam ex hominibus, quæ à seculo fuerit? Non solum autem de Dominica carne definimus quod non sit facta cuiuspiam alterius, sed ipsius Domini propria & vnica, inconfuse inseparabilitérque Deo verbo vnita: sed neque vllius nostrum caro facta est alterius cuiuspiam, sed illius cuius est caro. Hoc igitur cum omnes confiteantur, quid sibi vult quod continuè dicit propriam ipsam, nisi fortè neget eam nostræ esse naturæ? Quomodo autem prohibet ne dicamus vnitam secundum dignitatem & autoritatem, cum ipse dicat in primo libro: Si enim & nos ipsius paupertate locupletati sumus, euecta est in eo humana natura in dignitatem diuinam. At nos dicimus ei, imò & ipse sibi aduersarius est. Si igitur naturæ manent inconfusæ, manet autem & vnio: dicimus verò ea quæ ad adorationem & virtutem, & dignitatem, & autoritatem, vt in homine digna quæ attribuantur manentibus naturis in vnione incōfusis. Si quid suspicatur aliud quod diligentiorem vnionem figuret, & dabimus hoc & astipulabimur extra naturarum confusionem. Sed perspicuum est, quod nihil ei sufficiet ad vnionis fastigium nisi naturas confundat. Atqui nos naturas inconfusas seruabimus, vnionémque summam diuinam, & à nobis incomprehensibilem confitentes, omnia in glorificationem vt Deo & filio adferemus, ac beati Petri voce dicemus: Tu es Christus filius Dei.

Oppositio beati Cyrilli.

MIseri olim Iudæi inuidiæ spiculis mentem traiecti ad iracundiam scelestissimam irritabantur. Vbi autem Christo nostri omnium Saluatori etiam flagitiosas manus iniecerunt, volens ipse talium facinorum causas istos dicere, inquit: Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, propter quod illorum opus me lapidatis. Illi autem in eam cogitationum stulticiam inconsiderantiámque venerunt, vt & blasphemiæ crimina illi intentare conati sint. Dicebant enim: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Dixit autem ad eos Saluator: Nónne scriptum est in lege nostra: Ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos verbum Dei factum est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quod blasphemē, quia dixi filius Dei sum. Nos vero diligenter perscrutantes modum apostolatus, de quo hic dicitur, in sacris scripturis in hoc scientiam lucrifacimus. Dicit igitur ipse per vocem Esaiæ, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captiuis remissionem, & cæcis visum. Missum verò dicimus Christum à Deo & patre factum hominem. Valde enim cōgruunt humanitatis mensuris Apostolatus nomen & res. Missum itaque est, sicut dixi, non nudum & absque carne, verbum quod est ex deo patre, sed magis natiuitatem secundum carnem ferens, vel corpus ex sancta virgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi vniens, sicut sæpissime diximus, apparuit nobis Deus Dominus secundum scripturas. Proprium igitur corpus dicimus factum esse verbi, & non hominis alicuius seorsum & separatim, tanquam alius præter illum Christus & filius intelligatur. Quēadmodum autem vniuscuiusque nostrûm proprium dicitur corpus seorsim eius, ita & in vno Christo est intelligendum. Nam quamuis sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantiale, natum enim ex muliere, proprium eius vt dixi intelligitur

Corp' Christi nostris corporibus cognatum & consubstantiale.

gitur & dicitur. Quia autem vita secundum naturam est verbum quod ex Deo patre est, viuificatricem declarauit suā carnem. Et hac ratione facta est nobis benedictio viuificatrix. Proinde & Christus dicebat: Amen amen dico vobis, ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi & vitam dedi mundo. Et rursus: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vides igitur quomodo vbique suum corpus è muliere assumptum nominat, propter summam vnitatem, & hanc mysterij habeat rationem, quod dictionem propriam in expositione posuimus. Nestorius verò, Audite, inquit, attendentes verba: Qui manducat carnem meā, memores estote, quod de carne est sermo, & quod non à me adiectum est carnis nomen, ne videar sinistre interpretari.

Verba Nestorij.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. non dicit: Qui manducat meam diuinitatem, & bibit meam diuinitatem. Qui manducat meā carnem, inquit, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Memores estote quod de carne sit dictum, sed forte male interpretor, audiamus igitur ex sequentibus: Sicut misit me viuens pater. Dicit hæreticus, hic diuinitatem dicit. Misit me deum verbū viuens pater, secundum illos, & ego Deus verbū viuo propter patrem. Deinde post hoc: Et qui manducat me, & ille viuet. Quid manducamus? diuinitatem ne vel carnem? Igitur iam satis diu hæsimus in sermone quem absurde negligenterq; nugatus est. Quid igitur vult intelligere? Non Deum verbum missum esse dicens incarnatum & hominem factum.

παρερμηνεύειν.

Ponés autem iterū seorsim & particulariter, vt ipse dicit, quod videtur non possum dicere, imò & manifestum iam cauillum est. Nam vnionis modū destruit, vt commune inueniatur corpus Christi, non iam proprium verbi omnia viuificare valentis. Indubitanter omnia humana parua sunt Deo verbo. Quia autem dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiamsi missus esse dicatur, vt prædicet captiuis remissionem, & cæcis visum, glorificatur magis, vtpote humilitatē desponsationis in carne passus. Et nullus opinor recte sapientium reprehenderit, quod humiliârit se propter nos adhæc nostra. Num igitur asseris esse alium quendam filium & Christū præter verbum ex Deo quod apparuit, cui & soli attribuatur Apostolatus negotium: Num hominis commestionem nostrū hoc sacramentum pronuncias, & irreligiose ad crassas cogitationes vrges eorum qui crediderunt mentem, & attentas humanis cogitationibus tractare quæ sola, pura, & inexquisita fide accipiuntur.

τὸ φαινόμενον.

ἀνθρωποφαγίαν.

Quoniam enim minimè editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctum corpus Domini? Scire autem operæprecium est, quod sicut supra diximus proprium est corpus eius verbi quod omnia viuificat. Quoniā autem est corpus, vitæ viuificum est. Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis imperium euacuat viuificat autem nos æquali modo & sanctus spiritus Christi. Spiritus est enim qui viuificat, secundum eiusdē saluatoris vocem. Nec moror vt ne videar ego & solus proprium appellare corpus, verbi etiam sanctorum patrū afferre sentētias, vt sciant aduersarij, quod nos frustra inclamant, qui vbique illorum voces sequimur. Dicit igitur celeberrimus pater noster & episcopus Athanasius in sermone de S. Trinitate: Et monstrabatur quod non apparenter, sed verè habuerit corpus. Decebat autem Christum induentem humanā carnem hanc cum propriis passionibus eius indui totam, vt sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & ipsas passiones corporis propriæ solum eius dicuntur, quamuis non contingerent secundum diuinitatem eius. Et iterum: Hæc necessariò antea examinauerimus, vt si videamus ipsum quasi per instrumentum sui corporis, diuino modo operantem vel dicentem cognoscamus, quod Deus existens omnia operetur. Et hæc quidem beatus pater noster Athanasius. Veruntamen quamuis proprium dicatur verbi corpus, est tamen ex muliere, & nostris cognatum, secundum quod caro intelligitur. Iam & beatus Paulus inquit: Primus homo ex terra terrenus, secundus è cœlo, ipse autem est Christus. Nullus ascendit in cœlum inquit, nisi qui de cœlo descendit filius hominis. Porrò dicimus, quod non ex cœlo corpus vnitum sibi deferens verbum hæc dicat, verum quum desursum existens ipsum & ex cœlo, corpus hoc sibi proprium fecit & vnicum tam mire, vt nec edici nec intelligi valeat absque conuersione & confusione, ideoque & de cœlo dicit se venisse, quando factus est filius hominis.

Nota de cōmestione carnis Christi.

Proinde rectè & inculpate habet sermo noster. Quam igitur nugandi occasionem obtrectare nobis volentes habebunt, si quorundam blasphemiis anathematismus repugnans mendacio veritatem opponat. Opinor autem me neutiquam à recta via excidisse, quod Christum dixi vltra nos. Nam licet verbum Dei factū sit homo, est tamen, etiamsi sit non solum vltra nos homines solus, sed etiam super omnem creaturam. Non enim solus homo intelligitur sicut nos, sed idem ipse Deus desursum & de cœlo.

Anathematismus XII.

SI quis non confitetur Verbum Dei passum carne, & crucifixum carne, & mortem gustasse carne factúmque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est & viuificans vt Deus, anathema sit.

Reprehensio Theodoreti.

ITerum hic commonefacimus sermonum eius in libro primo, vbi omnino impassibilem diuinā naturam dicit esse his verbis. Vnus igitur omnium dignissimus propriam pro omnibus posuit animam, & permisit dispensatiuè carnem suam breui tempore à morte comprimi, & euacuans mortem vt vita non valens pati, quod præter naturam suam est, nunc secundum se patitur propter carnem, sed non passus Deus carni vnitum, sed caro coniuncta Deo verbo, & secundum suam indulgentiam propria sustinuit. Non enim vel passio vel mors factæ fuissent, nisi ipse permisisset. Nam si anima præsente non sit mors, quomodo Deo præsente, & non solum præsente simpliciter, sed etiam coniuncto secundum summam quandam & ipsi soli comprehensibilem vnionem, turbaret eius templū ipso non admittente, vel passio vel mors? Atqui non Deitas carni vnita passa fuit, sed caro, ipsa permittente, propria sustinuit. Cæterum quod maligne ei additum sit hoc, Passum est carne, ad seductionem simpliciorum, inde manifestum erit. Non enim obseruauit impassibilem diuinā naturā, dicens: Passum est carne, nihilominus passibilem dici quamuis cum carne pateretur. Erit & pater passibilis consubstantialis existens filio. Necessariò enim omnia genitori accidunt, quæ soboli accidunt. Num confitebimur eum quidem passum esse, vtpote aptum ad passionem, patrem verò nō esse aptum ad passionem? Verum sic dicentes, consentiemus hæreticis dicentibus Deitatem vnigeniti passibilem, patris verò Deitatem non esse passionis susceptiuam, vnde illam & alterius substantiæ esse dicunt: Si autem dixerint præter naturam ipsum passum esse dicemus, & quæ passio diuina natura est fortior, ita vt naturam impassibilem passioni præter naturam subiiciat? Sed dicunt, eius voluntas hæc est. Verum dicimus: Voluntas eius impassibilis est, quæramus autem passionem quæ impassibilem naturam in suam passibilitatem transferat. Alioqui & diuina volūtas illa vult quæ se decent. Et quid, inquit, honestius, quàm seruare hominum genus? Quo pacto autem seruaret humanum genus, quæ diuinam & impassibilem naturam in passionem attrahit? Omnino enim fortior transtulit ad suam passibilitatem, id quod erat impassibile. Et quæ vtilitas passibili, si & impassibile passibile fiat? Salus autem passibilis naturæ est non societas impassibilis in passione. Hoc igitur magis erit augmentum mali non ablatio. Alterum enim à simili non aufertur sed augetur. Quæ igitur salus passibilis est naturæ, vt diximus? nō eius quod impassibile est, ad ipsam societas in passione, sed trāslatio eius ad id quod est impassibile, quod & fecit Dominus Christus, nō ipse secundū diuinitatē ad passionem coactus, sed qui omnem humanitatem per suam sanctam carnem in sublime euexit, & humi iacentem in cœlo traxit, & pridem omni libertate destitutam adoptione filiorum dignatus est. Quis autem debebat mortem quæ est ex inobediētia? Omnino humana natura non diuina. Quomodo igitur consentaneum erat illam persoluere mortem?

Latinus Codex his omissis, hanc habebat reprehensionem breuioribus.

PAssiones eius qui est passibilis, propriæ sunt. Impassibilis enim vltra passiones est. Passa est itaque serui forma, cohærente vtique Dei forma, & permittente quidem pati propter salutem, quæ ex passionibus nascebatur, proprias verò faciente, propter vnitatē, passiones. Ergo nō Deus passus est, sed homo ex nobis sumptus à Deo. Vnde & beatus Esaias præsagiens clamabat: Homo cum in plaga esset, & scitet ferre languorem. Sed & ipse Dominus Christus ad Iudæos dicebat: Quid me quæritis occidere hominem, qui veritatē vobis loquutus sum? Occiditur autem non ipsa vita, sed habens mortalem naturam. Et hoc docens alibi Dominus ad Iudæos ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Ergo solutus est qui ex Dauid est, suscitauit autem hunc solutum quod ex patre impassibiliter natum est ante secula vnigenitum Dei verbum.

Oppositio beati Cyrilli.

ADmiranda profecto veritatis potentia est, id quod experientia testatur. Non enim multo mihi sermone ad defensionem opus est ad persuadendū deceptis & opinātibus quod passibilem esse dicamus Verbi naturam, deiectis in hoc semel aduersariis, palámque confitentibus nos ab illis criminibus esse alienos. Quoniam autem vt industriæ suæ acrimoniam ostentent austeris cogitationum adinuentionibus vsi, imprudēter argumentum inuictum, sicut ipsis videtur, adducunt, miráque grauitate asserunt, impassibile secundum suam naturam esse Dei Verbum, audiant à nobis quod frustra pugillant aeremque verberant, nemine in hoc eis se opponente, vel diuersa cogitante. Quid igitur frustra sudāt & insuperuacaneis morantur? Quis tam attonitus vt eminentissimam omnium substantiam passibilem, & eam quæ vltra omne genitum, & incorpoream infirmitatibus passionem concuti dicere audeat. Porrò sacramenti ratio habet filium ex Deo patre secundum naturam vnigenitum hominem factum dispensatiuè. Quia autem dicimus proprium eius esse sanctum corpus, quod ex beata Virgine est assumptum, eam ob causam iustissimam, carnis passiones eius esse dicimus secundū dispensatiuā appropriationem, seruata vbique natura eius impassibili. Deus enim est ex Deo. Quando igitur carne dicitur pati, non ipse in propria natura intelligitur pati. Ipsius enim factum est vnitum sibi corpus, sicut dudum dixi. Quapropter & diuinus Paulus ipsum esse dicit factum primogenitum ex mortuis, ipsum inquam, per quem omnia & in quo omnia fecit pater. Scribit autem sic: Gratias agentes patri qui nos idoneos fecit ad partem sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos ex potestate tenebrarum & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus remissionem peccatorum, qui est imago Dei visibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso creata sunt omnia, cum quæ in cœlis, tum quæ super terram, inuisibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis Ecclesiæ qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum habens: quia in ipso complacitum est omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum conciliare omnia pacificatis per sanguinem crucis eius tam his quę super terram, quàm his quæ in cœlis sunt. Considera obsecro, quomodo per ipsum omnia dicat esse facta, visibilia & inuisibilia, sedésque & potestates, ipsum datum Ecclesiæ caput, & primogenitum ex mortuis factum esse affirmat, restitutáque omnia per ipsum in ipsum, & pacificata per sanguinem crucis eius, siue quæ super terram, siue quæ in cœlis. Igitur post hæc dubitaret quisquam & frustra formidaret, ne passibilem filij naturam sacramenti sermo declaret, quando dicitur carne pati? Proprię enim fiunt, vt dixi, proprij corporis passiones. Hoc sentire visus est & sanctus Petrus, dicens: Christo igitur passo pro nobis in carne. Aliud est autem dicere pati in carne & aliud simpliciter dicere pati diuinitatis naturam. Quia enim idem Deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad diuinitatis attinet naturam, passibilis verò secundum humanitatem. Quid hic absurdi, si dicatur pati in eo quod pati potest, qui mansit impassibilis in eo quod pati non potest?

Carnem.

Quod autem in tali fide & sanctorum Patrum perseuerárit chorus, ex his cognoscemus quæ ipsi scripserunt. Mandati enim Seruatoris, quod & seruarunt, memores fuerunt, dicentes: Gratis accepistis, gratis date.

***

FINIS.

EXPO-

EXPOSITIO SYMBOLI NICAENI.

DILECTIS ET AMANTISSIMIS, ANASTASIO, ALEXANDRO, MARTINIANO, IOANNI, PAREGORIO, presbyteris, & Maximino diacono, cæterísque orthodoxæ fidei Patribus, Monachis, vobiscúmque monasticam vitam agentibus ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in Domino salutem, Ioanne Theophilo interprete.

CHaritatem vestram, eruditionis simul ac virtutis amantem, núc quoque haud mediocriter commendare possum, atque adeò omni encomio dignam esse dico. Etenim diuinas doctrinas desiderare, & vt sacrorum dogmatum rectitudinem assequamini, omnem operam impendere, quo pacto quis non valde admiraretur? Hoc enim opus vitam sine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit tale studium. Dicit enim alicubi ad cœlestem patrem & Deum dominus noster Iesus Christus. *Ioan.17.* Hæc autem est æterna vita, vt cognoscant te solú verum deum, & quē misisti Iesum Christum. Recta sane & irreprehensibilis fides, quā fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono vos implet, & decoram nactos gloriam ostendit. *Coparatio.* At operum fulgor si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatæque fidei humanæ animæ nullo modo mea sententia vtilis fuerit. Nam sicut fides absq; operibus mortua est, ita si vertas & dicas opera absq; fide mortua, verum esse fatemur. Igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria, etiam immaculatæ fidei candor. *Deut.18.* Integri enim ita erimus ac perfecti, iuxta sapientissimi Mosæ legem: Perfectus enim, inquit, eris corā domino Deo tuo. At qui contemptserint rectam habere fidem, discréque voluerint: quānis honesta vita sese ornēt, comparatur nimirum viris, ingenua quidem faciei forma, oculis verò distortis, & hinc inde errantibus, atque adeò competit in eos quod à domino per Hieremiæ vocem ad Hierusalem Iudæorum matrem dictum est: *Hier.22.* Ecce nō **inter* sunt oculi tui, neq; cor tuum rectum. Oportet igitur vt **ante* alia sanam in vobis mentē possideatis, & sanctæ scripturæ memores sitis alloquentis & dicentis: *Isa.30.* Oculi tui rectè viderunt. Visus autem rectus internorum & absconditorum oculorum est, posse sermones qualescunque de Deo fiant, pro suo virili videre limpide & exacte. *1.Cor.3.* Videmus enim in speculo & ænigmate, & cognoscimus ex parte: quippe reuelans tenebrarum profunda, lumen veritatis infundit, his qui ipsius cognitionem rectam capere volunt. *Psal.12.* Operæprecium autem vt coram Deo procumbentes dicamus: Illustra oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Quandoquidem à sacrorum dogmatum rectitudine excidero, nihil aliud fuerit quàm manifeste in morte obdormire: à qua rectitudine excidimus, quando scripturas diuinitus inspiratas non sequimur, sed vel minime laudatis opinionibus vel exhortationibus circa fidem non rectè incedentium capti, inclinationem mentis eorum tollimus, & nostras in primis animas incommodamus. Eundem igitur rectam fidem parare sibi studētibus, ad id quod sactis prædicationibus videtur, quæ & per spiritum sanctum tradiderunt nobis, qui ab initio spectatores & ministri fuere verbi: quorum vestigia sequi studere etiam celeberrimi patres nostri, qui venerabile & vniuersale fidei decreuerunt symbolū in Nicæa olim congregati. Quibus sanè & ipse Christus assedit, qui dixit: *Matth.18.* Vbi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio eorū. Nam quod præsederit inuisibiliter sanctæ & magnæ illi Synodo, quo modo ambigeretur? Basis etenim quædam & fundamentum immotum & inconcussum per vniuersum orbem iactum est, syncerę irreprehensibilisque fidei confessio. Ad hęc quo pacto abfuisset Christus, quandoquidem ipse est iuxta sapientissimi *1.Cor.3.* Pauli vocem fundamentum. Fundamentum enim aliud nemo ponere poterit, præter id quod positū est, quod est Iesus Christus. Ea propter expositam ab illis & determinatam fidem seruarunt, inculpati etiam hi, qui sequuti sunt eos sancti patres, populorúmque pastores, & ecclesiarum luminaria, ac opportuni sacrorum doctores. Nihil autem omnino prætermissum vel contemptum, ex his quæ vtilia & necessaria viderit quis in Patrum confessionibus, hoc est expositionibus, quas de recta & inadulterata fide fecerunt ad deprehendendum & subuertendum vniuersas hæreses, ac impias blasphemias, & ad solidandum ac confirmandum eos, qui in fide recte incedunt, & quibus fulgidus illuxit lucifer, diésque, vt scripturæ dicunt, insulsit, sanctíque spiritus gratia veritatis lumen immisit.

Quoniam autem vestra pietas scripsit, quod nonnulli pro sua libidine torqueant verborum symboli virtutem, vel non intelligentes rectè, vel etiam quorundam scriptis dediti in sensum reprobum elati, & quod etiam ego debeam super illis sermonem vobis parare, manifestéq; expositionis virtutem interpretari, censui ea quæ nunc animo occurrunt cursim dicenda, sequentes autem modis omnibus sanctorum patrum confessionem & opinionem, recte & citra vllam deflectionem quæ ab illis dicta sunt, examinabimus.

Porrò nunc & sancta Synodus Ephesina ista, quæ iuxta voluntatem Dei congregata, aduersus Nestorij peruersam opinionem sententiam tulit & sanctam & diligentem simúlque pari sententia condemnauit aliorum vaniloquētiam, quotquot vel post illum, vel ante illum fuere, qui eadem cum illo saperent, dicéque vel componere auderent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel ob tam prophanam vaniloquentiam viro, vt non vnus duntaxat feriretur, sed vt sic dicam, vniuersa illorum hæresis atque calumnia, quam cōtra sua pia ecclesiæ dogmata fingentes, duos introducunt filios, & impartibilem diuidunt, cœlúmq; ac terram anthropolatriæ, hoc est, hominis cultus fugillant. Vnicum enim dominum nostrū Iesum Christum & superiorum spirituum sancta multitudo vobiscum adorat.

Vltra, ne ignoretur à quibusdam vis Symboli, quod in omnibus ecclesiis Dei autoritatem obtinet, & prædicatum est, sanctorum patrum sententias, hoc est, expositiones, in commentarios illic factos referri iussit: vt scirent hi qui eos legunt, quomodo sanctorum Patrum expositionem hoc est, syncerum rectæ fidei symbolum, intelligi conueniat. Opinor autem & vestræ charitati eum libellum obuenisse quem de hisce rebus cōscripsimus, illum & nunc tractabo, & vbi iuxta verba sua symbolum proposuero, singula quæ in eo traduntur, manifeste vti decet interpretabor. Scio enim Petrum maxime venerabilem *1. Pet.3.* scripsisse, Parati sitis semper omnibus, qui petunt ad reddēdam eius quæ in vobis est fidei rationem.

Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, genitum ex Deo patre vnigenitum, hoc est ex substantia eius. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum consubstantialem patri. Per quem omnia facta sunt, tam ea quæ in cœlo, quàm quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutem descēdit, & incarnatus est, homóque factus est. Passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, & venturus est ad iudicandum viuos & mortuos. Et in vnum spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquādo, quando non erat, & antequam nasceretur non erat: & quòd ex nihilo factus sit, vel ex alia subsistentia, vel essentia dicunt esse, vel conuertibilē,

vel commutabilem filium dei, hos anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.

Credendum dicentes in vnum Deum, funditus quodammodo gentilium opiniones amouent, qui quum crederent eſſe *Roman. 1.* ſapientes, infatuati ſunt, & mutauerunt gloriã incorruptilis dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volatilium quadrupedúmque ac reptilium: coluerunt autem & creaturam ſuper creatorem, elementíſque huius mundi ſeruierunt, multos & innumerabiles eſſe deos ſuſpicantes. Igitur ad ſubuertendum errorem qui multos deos tradit, vnum deum nominãtes, ſacras ſcripturas omnibus modis imitantur, & veritatis honeſtatem vniuerſis qui in toto mundo ſunt, indicant. Hæc & ſapientiſſimus Moſes ſtatuens manifeſte dicit: *Deut. 6.* Audi Iſraël, dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Et idem qui omnium natiuitatis autor *γενεσιουργός.* ac dominus alio loco inquit: Non ſint tibi Dij alij *Exod. 20.* præter me. Præterea & per vocem ſanctorum Prophetarum, *Esaiæ 41.* Ego deus primus, & deus poſthac, & non eſt extra me. Inſuper celeberrimi patres optimæ fidei fundamentum iacientes, ſentiendum & aſſerendum quod vnus & ſolus ſit & natura veréque deus, dixerunt credendum in vnum Deum.

PATREM OMNIPOTENTEM.

Eundem & agnominauerunt patrẽ omnipotentem, vt cum patre ſimul & filij manifeſtaretur illatio, per quem eſt pater, qui ſimul ſubſiſtit, ſempérque coexiſtit. Neque enim per tempus factus eſt pater, ſed erat, quod eſt ſemper pater, exiſtens ſuper omne quod factum, & in ſummis dignitatibus. Nam imperare & dominari omnibus, ſplendidam, adeóque incorruptibilem ei dat gloriam.

Ab ipſo autem condita eſſe dicunt omnia, quæ in cœlis & quæ in terris, vt & huic nullam ei cum vlla creatura cognationem eſſe cognoſcatur. incomparabile enim diſcrimen eſt factoris & facturæ ingeniti & geniti, naturæque ſubditæ ac ſeruilis, & dominij dignitatibus ſublimatæ, quæ Deo dignam & ornatiſſimam gloriam ſortita eſt.

Porrò meminerunt & filij, ne videantur nomen commune ipſi attribuere, id quod fortè & nobis quoque accommodaretur. Vocati enim ſumus & nos filij dei, & ſic ſolertiſsimè adiiciunt ea per quæ videre licet dignitatem naturalis gloriæ, quæ in ipſo eſt ſupra omnem creaturam. Genitum enim & non factum eſſe dicunt. Sanè per hoc quod non eſt factus, intelligunt eum creaturis non eſſe * coordinatum ſubſtantiabiliter: affirmantes autem ipſum eſſe genitum ex ſubſtantia dei & patris, ſine tempore & incõprehenſibiliter. Erat enim Verbum in principio, poſthac & partus veritas. Humano autem more & hoc dictum ſit, deſignantes admodum conuenienti ſermone, deum dixerunt deo natum filium. Hic enim omnino vera natiuitas, illic autem omnino intelligendum & dicendum genitum ab eius qui genuit ſubſtantia non eſſe alienum, ſed eius propriam, quia & ex ipſa iuxta rationem illa dignam & aſsimilem. Incorporeum enim non vt corpus naſcetur, ſed magis ſicut lumen ex lumine, ſicut in fulgurante lumine: quod ex radiis fit lumen intelligitur, & ex illo ſecundum ineffabilem & indicibilem proceſsionem, & in ipſo ſecundum vnionem & identitatem naturalem. Sic enim eſſe dicimus in patre quidem filium, in filio autem patrem. Nam filius in propria natura & gloria patrẽ ſuum deſcribit. Proinde aperte dicit ad vnum ſanctorum diſcipulorum, *Ioan. 14.* Philippus is erat: Non credis quod ego in patre, & pater in me eſt: qui videt me videt & patrem: ego & pater vnum ſumus. Igitur conſubſtantialis eſt filius patri. Proinde hac ratione deus verus ex deo vero natus eſſe creditur. Et natiuitatis quidẽ nomen etiam in creaturis poſitum inueniemus, iuxta id quod *Esa. 1.* de natis ex ſanguine Iſraël à deo dictum eſt: Filios genui & exaltaui. Porrò appellationem hanc per gratiam illis factam eſſe, lucrum erat: at de naturali filio nihil tale per abuſum verbi *Ioan. 14.* dictum eſt, ſed omnia verè. Et propter hoc ſolus ex omnibus dicit: Ego ſum veritas. Itaque certas ac ſecuras reddunt animas noſtras, patrem & filium vbique, ac natiuitatem nominantes, & deum verum ex deo vero, luménque ex lumine effulſiſſe, dicentes, vt natiuitas ſimplex quiddam ac incorporeum ſonet, & exiſtens ex illo & in illo, & alius in propria perſona intelligatur. Pater enim eſt pater, & non filius, & filius natus & non pater, & in identitate naturæ proprium vtrunque eſſe quod eſt. Cæterum omnium factorem tam viſibilium, quàm inuiſibilium, affirmantes patrem, per filium omnia facta eſſe dicunt, non minorem gloriam, quaſi forte quadam illo digna ei tribuerunt? Minime. Vbi enim omnino minus vel etiam maius in identitate ſubſtantiæ videre poteſt? ſed quod deus & pater non ſoleat alio modo operari, quod & creare, quàm per filium in ſpiritu, ſicut per virtutem ac ſapientiam ſuam? Scriptum eſt enim: verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. *Psal. 32.* Adhæc & ſapientiſſimus Ioannes inquit: In principio erat *Ioan. 1.* verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Adiecit neceſſariò, quod omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.

** coadunatum.*

Igitur quia demonſtrarunt conſubſtantialem eiuſdémque *ἰσοκλεᾶ καὶ ἰσουργόν.* gloriæ & operationis cum patre filium, opportune commemorant ipſum hominem factum, diſpenſationíſque cum carne ſacramentum declarant, bene nimirum ſcientes hanc eſſe abſolutiſſimam, & in nullo deficientem fidei traditionem. Non enim ſufficit ita credere in ipſum, vt ſentias ſolum, quod deus de deo patre natus ſit, conſubſtantialíſque illi character ſubſtantiæ eius ſit: ſed etiam neceſſarium vt ad hæc ſcias, quod propter ſalutem ac vitam omnium demiſerit ſe in euacuationem, aſſumpta ſerui forma, & proceſſit homo natus ſecundum carnem ex muliere, propter hoc quod dicunt: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcẽdit, incarnatus eſt, homo factus eſt. Vide quàm appoſitè, & quàm decorè ſermo illorum progreditur. Deſcendere enim dixerunt, vt per hoc ſuper omnia intelligamus eſſe & natura & gloria, qui propter nos humiles, viſitando voluit noſtram ſimilitudinem aſſumere, & cum carne apparere mundo. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Deus ma- *Psal. 49.* nifeſte veniet, deus noſter, & non ſilebit. Intelligere autem poterit deſcenſus, ſi quid voluerit etiam alio modo, nempe ex cœlo & ſuperne. Solet enim ſancta ſcriptura, ea quæ mentem ex- *Scripturæ mos.* cedunt, verbis nobis familiaribus ſignificare. Vnde cum ſanctis diſcipulis ſuis loqueretur dicit: Exiui à patre, & veni in mundũ, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Et iterum: Vos *Ioan. 16.* de infernis eſtis, ego de ſupernis ſum. Inſuper & hoc dicit: Ego *Ioan. 8.* à patre exiui & venio. Scribit autem ſanctus etiam Ioãnes: Qui *Ioan. 16.* deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Nam quamuis in ſumma cel- *Ioan. 3.* ſitudine eſſet, & cum patre ſuo ſecundum ſubſtantiam ſuper omnia, vtpote identitatis naturæ cum ipſo coronam ferens, non eſt tamen arbitratus rapinam ſe eſſe æqualem deo, ſed ſeipſum exinaniuit accepta forma ſerui, in ſimilitudinem hominum fa- *Phil. 2.* ctus, & habitu inuẽtus vt homo, humiliauit ſeipſum. Enimuerò quoniã deus verbum erat, noſtram quidem carnẽ indutus eſt, manſit autem & ſic deus. Et propterea ſacratiſſimus Paulus deum in ſimilitudinem hominis factum eſſe dicit, inuentúmque eſſe vt hominem figura. Erat enim deus in ſpecie humana. Nec aſſumpſit carnem inanimatam (ſicut hæreticis quidã ſentiendum videtur) ſed animatam anima mentali. Ipſum igitur verbum, quod ex ſubſtantia patris progreſſum, & filium vnigenitum, deum verum de deo vero, lumen de lumine, ipſum per quem omnia facta ſunt, deſcendiſſe dixerunt patres: incarnatúmque eſſe & hominem factum, hoc eſt habuiſſe natiuitatem ſecundum carnem ex muliere, & proceſſiſſe in ſpecie ſimili nobis. Hoc enim eſt hominem eſſe factum. Igitur vnus dominus Ieſus Chriſtus, idem vnigenitus, dei patris verbum factus eſt homo. Non relinquens autem eſſe, quod erat. Manſit enim in humanitate deus, & in ſerui forma dominus, & in exinanitione ſimili nobis plenitudinem habens diuinitatis, & in infirmitate carnis virtutum dominus, & in mẽſuris humanitatis, proprium habens quod ſuper omnem creaturam. Etenim quæ erant ante carnem, irrepudiabiliter habet, vt quod deus erat, & filius verus, & vnigenitus & lux, vita & virtus. Quæ verò non erant, ea aſſumpſit, vnde propter diſpenſationem videtur. Nam quæ carnis erant propria fecit: non enim erant alterius cuiuſdam, ſed magis eius quæ inenarrabiliter ei erat vnita, carnis. Ita & ſapiens Ioannes: Verbum, inquit, carnem factum. Factum autem eſt ca- *Ioan. 1.* ro non ſecundum tranſlationem, vel conuerſionem, vel commutationem, transformatione facta in carnis naturam, neque habẽt temperationem vel commixtionem, vel vt à quibuſdam prædicatur conſubſtantiationem. Impoſſibile enim eſſet, quoniam ſecundum naturam incommutabiliter & inconuertibiliter ſe habet: carnem autem ex virgineo & illibato corpore, vt dixi, anima

mentali animatam aſſumpſit, & ſuam propriam fecit. Cæterum mos eſt ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ab ſola aliquan- *Caro quid.* do carne totum hominem ſignificare. Effundam enim, inquit, *Ioel. 2.* de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Neque tunc promiſerit deus gratiam ſpiritus carnibus anima mentali non animatis, ſed magis hominibus ex corpore & anima conſtitutis. Itaque verbum non reliquit eſſe, quod erat factum eſt homo, ſed in ſpecie ſimili nobis apparens, manſit verbum. Et non prius homo intelligitur Chriſtus: deinde ſic progrediens, ita vt eſſet deus, ſed deus exiſtẽs verbum factum eſt homo, vt in eodem deus ſimul & homo intelligatur idem. Qui autem ipſum in duos diuidunt filios, & audent dicere, quod ex ſemine Abrahæ hominem ſibi ipſi adaptâuit deus, & communicauit illi dignitatem gloriæ & honoris ac filiationis, & præparauit illum vt ferret crucem, moreretur & reuiuiſceret, inque cœlum aſcenderet, & ad dextram ſederet patris, vt ab omni creatura honoretur, & honorem propter deum in quem reſpicitur, ſortiatur. Primum quidem duos filios introducunt, deinde ſacramẽti virtutem imperitè ſubuertunt. Non enim ex homine deus factus eſt Chriſtus, vt dixi: ſed deus exiſtens verbum factum eſt caro, hoc eſt homo. Exinanitus verò eſſe dicitur, eo quod ante exinanitionẽ plenitudinem habuit in propria natura ſecũdum quam intelligitur deus. Non enim ex eo quod inanis quiſpiam ſit ad plenitudinem peruenit, ſed magis ex diuinis dignitatibus & ineffabili gloria humiliauit ſemetipſum, non humilis exiſtens homo exaltatus & glorificatus. Accepit autem formam ſerui vt liberi, non ſeruus exiſtens ad libertatis rediit gloriam. In ſimilitudine hominum factus eſt, qui in forma & in patris æqualitate, non homo exiſtens vt fieret in ſimilitudine dei, ſecundum participium locupletatus eſt. Quid igitur ſubuertunt diſpenſationis ſermones, & veritatem circunſcribunt? contra omnes diuinitus inſpiratas inſurgentes, quæ deum eſſe ſciunt, & hominem factum filium, vnũmque ipſum vbique nominant, vnde & in libro Creatio- *Genes. 32.* nis mundi ſcripſit Moſes, quod tranſmiſit quidem diuinus Iacob flumen Iabec pueros ſuos & manſit ſolus, luctatúſque eſt homo cum eo vſq; ad mane, & vocauit Iacob nomen loci eius, ſpecies dei: Vidi enim, inquit, deum facie ad faciem, & ſaluata eſt anima mea. Ortus eſt autem ei ſol, quãdo tranſiit ſpecies dei, Iacob verò claudicauit coxa altera. Nam patriarchæ deus antea oſtenſus eſt, quod & homo futurus eſſet olim vnigenitus eius verbum, & quod obluctantem habiturus eſſet Iſraëlem, & quod coram eo non eſſent rectè inceſſuri. Claudicant autem *Psal. 17.* quodammodo, ſicut ipſe inquit, per pſallentem lyra: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Hoc enim opinor ſignificare, quod Iacob altera coxa claudicârit. Veruntamen illud cõſidera, quod cum homo luctatus ſit cum eo, vidiſſe ſe dicit deum facie ad faciem, & ſpeciem ipſam nominat dei. Manſit enim verbum dei & homo factus in forma patris, ſecũdum ſpiritualem, inquam imaginẽ & ſecundum omne quod incommutabiliter habet. Proinde dicebat ad Philippum, charactêrem ſubſtantiæ patris ſeipſum oſten- *Ioan. 14.* dens etiam cum carne: Qui videt me, videt & patrem. Et cum quendam cæcum à natiuitate quẽ curauerat offendiſſet in templo: Tu credis, inquit, in filium dei? Illo autem ad hoc dicente: *Ioan. 9.* Quis eſt domine, vt credam in eum? Reſpondit dicens: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum ille eſt. Vidit autem ipſum cæcus non nudum, vel ſine carne ſed in ſpecie ſimili nobis, & credidit in eum quem vidit, nõ tanquam in filium alteri filio vnitum, ſed tanquam in vnum natura & verè, qui non abſque car- *Deut. 33.* ne hominibus apparuiſſet. Porrò Moſe in benedictionibus inquit: Date Leui manifeſtationem eius, & veritatem eius, viro ſancto, quem tentauerunt tentatione, & obiurgati ſunt apud aquam contradictionis. Qui dicit patri & matri non vidi te, & fratres ſuos non agnouit. Ordinauerat quidem vniuerſorum deus poderem fieri Aaron variis modis contextam, quam ſoli ſummo ſacerdoti geſtare licebat & cõcedebatur. In pectore autem ſummi ſacerdotis fuere lapides quidem elaborati numero duodecim, in quorum medio figuratum erat manifeſtatio & veritas, duo iterum alij lapides. Cæterũ per hos duodecim apoſtolorum chorus ænigmatice demonſtrabatur, quaſi in circulo Emmanuelem cingens, qui eſt manifeſtatio & veritas. Manifeſtauit enim nobis veritatẽ cultus qui in vmbris & figuris finem imponens. Quoniam autem pontifex factus ſit nobis vnigenitus dei verbum, quando & homo factus eſt, quomodo dubitari poteſt, cum diuinus Paulus ſcribat: Conſiderate apoſtolum & *Hebr. 3.* pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum qui fidelis eſt ei qui fecit ipſum. Enimuero ſacerdotij dignitas, humanitatis menſuris, vt non abſimilis recte intelligitur, & minor quidem vt dei verbi naturæ ac gloriæ competat. non dedecet autem diſpẽſationem cum carne, facta enim eius ſunt humana. Igitur date, inquit, Leui, hoc eſt ſacerdoti manifeſtationem & veritatem. Quali autem dicit Leui, hoc eſt ſacerdoti declarauit, dicens viro ſancto: Non enim fecit peccatum dominus noſter Ieſus Chriſtus. Vnde Paulus de eo ſcribit: Talis decebat vt eſſet nobis pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſeparatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis factus. Illum tentauerunt in tentatione, obiurgati ſunt eum apud aquas contradictionis. O rem admirabilem, virum dicens eum, deum ſtatim declarauit: quem enim exacerbauit, & tentauit Iſraël & in eremo, & ad aquam contradictionis, fideliter indicauit Pſaltes, dicens: Dirupit petram in eremo, *Psal. 103.* & potauit eos in abyſſo magna & eduxit aquã de petra, & deduxit quaſi flumina aquas. Et quid poſt hoc? Et tentauerunt, inquit, eum in corde ſuo, & locuti ſunt contra deum, & dixerũt: Num poterit deus præparare menſam in eremo, qui percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes, inundauerunt, num & panem poterit dare, vel parare menſam populo ſuo? Intelligis igitur quomodo obiurgati fuerint mirificum deum, quem certè & virum dicit Moſes. Nam & diuinus Paulus ſic intelligens, ſcribit: Biberunt enim ex ſpirituali ſequente petra. Petra autem erat Chriſtus. Vir igitur cui obiurgabantur, ipſe erat ille, qui *I. Cor. 10.* nondum incarnatus tentabatur ab Iſraëlitis. Neque enim alius erat filius, qui ante carnem: alius autem ab ipſo qui ex ſemine Dauid, ſicut audent quidem dicere, ſed vnus & idem. Ante incarnationem quidem nondum erat verbum, poſt partum autem qui ex ſancta virgine, incarnatum & homo factum ſicut ſcripſerunt diuini patres. Alio quoque ſigno comprobauit Moſes. Nam cum interrogaret quiſpiã, & diſcere cuperet, de quonam viro mentionem feciſſet, quem & tentaſſe & obiurgaſſe ei Iſraëlitas, dicens tantum non protenſa manu Ieſum monſtrat, & inquit: Qui dicit patri & matri non vidi te, & fratres ſuos nõ agnouit. Meminimus autem vnum ſanctorum Euangeliſtarum *Deut. 33.* ſcripſiſſe, quod docente aliquando, quoſdam erudiente Chriſto, aſtiterunt mater eius & fratres: deinde accurrente quodam *Marc. 3.* ex diſcipulis & dicente, Ecce mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes te videre, extenſa manu ſua in diſcipulos ſuos dixit: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui audiunt verbum dei & faciunt. Qui enim fecerit voluntatem patris mei in cœlis, hic frater meus, & ſoror & mater eſt. Hoc opinor eſt id quod Moſes dixit, inquiens: Qui dicit patri & matri non vidi te, & fratres ſuos non agnouit. Vltra & ſapientiſſimus Daniel in ſpecie ſimi- *Dan. 7.* li nobis viſum eſt inquit, vnigenitum dei verbum. Vidiſſe enim ſe dicebat antiquum dierum ſedentem ſuper thronum, & mille millia millium aſſiſtentium, & millia millium miniſtrantium. & interſerit inter hæc, quæ addit: Videbam ego in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniens, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & corã ipſo adducta ſunt, & ei data honor & regnum, & omnis tribus, & linguæ ſeruiẽt ei. Ecce enim iterum manifeſte & euidenter vidit Emmanuelem, aſcendentem ad eum qui in cœlis eſt patrem & deum. Nubes enim ſuſcepit eum, quem & non hominem ſimpliciter, ſed tanquam filium hominis dicit. Deus enim erat verbum factum in ſimilitudine humana, quomodo & ſapiẽtiſſimus Paulus intelligens in ſimilitudine hominum eum factum eſſe dicit: inuentum autem vt hominem habitu, & in ſimilitudinem carnis peccati viſum eſſe his, qui ſuper terram. Si autem homo fuiſſet, & ob copulationem cum deo tanquam deus honoratus dixiſſet propheta quaſi deum, vel quaſi filium dei eum qui cum nubibus venit, viſum eſſe: ſed hoc non dicit, ſed illud dicit, Sicut filium hominis. Vidit vtique deum exiſtentem, & hominem factum filium, hoc eſt in ſimilitudine hominũ factum, iuxta Pauli vocem. Veruntamen quamuis in carne apparuerit vſque ad antiquum dierum peruenit, hoc eſt ad ſempiterni patris rediit thronum. Et ipſi data ſunt honor & regnum, & omnis tribus, & linguæ ſeruient ei. Id nimirum eſt, quod ab ipſo dictum eſt: Pater glorifica me gloria quam habui antequam mundus eſſet *Ioan. 17.* apud te. Quod autem incarnatum verbum dei conſideat, &

æqualis gloriæ sit cum deo & patre etiam in carne, tanquam vnus existens filius etiam quando factus est homo, manifestat
Hebr. 8. sapientissimus Paulus, scribens: Talem habemus pontificem, qui sedet in dextra throni, magnitudinis in sublimibus. Præterea & ipse Dominus noster Iesus Christus interrogantibus ipsum Iudæis, nunquid ipse esset verè Christus? Si dixero vobis
Luc. 22. inquit, non creditis: & si interrogauero, non respondebitis.
A modò erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Igitur etiam incarnatum filium in diuinitatis solio sanctorum prophetarum chorus contemplatus est. Videamus autem & noui testamenti præcones, totius orbis doctores quibus ipse Chri-
Matth. 10. stus dicebat: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Inueniemus igitur dicentem diui-
Matth. 3. num Baptistam: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Deinde quomodo qui post ipsum erat, prior ipso fuit? Quia enim Christus secundum tempus carnis, tardius venit, quàm Ioannes, quomodo non omnibus manifestum?
Quid igitur ad hæc dixerit quis? Soluit nobis ipse saluator,
Ioan. 8. quod quæritur. dicebat enim Iudæos alloquens: Priusquam Abraham fieret, ego sum. Nam erat quidem & ante Abraham
Esa. 42. diuino more. Intelligitur autem post ipsum, secundum quod
Marc. 8. homo apparuit. Deinde & patre clamante manifestè: Gloriam meam alteri non dabo. Deus enim alius præter ipsum nullus est. Dixit nobis Christus: Quando autè venerit filius hominis in gloria patris sui cum sanctis angelis. Quod autè expectamus
Tit. 3. filium hominis de cœlis descensurum, iterum scribit sapientissimus Paulus: Apparuit enim gratia Dei saluatoris omnib. hominibus, vt abnegemus impietatem & mundanas cupiditates, sobriè & iustè & piè & placitè viuamus in hoc seculo, ex-
ἐπιεικῶς. pectantes beatam spem & illustrationem gloriæ magni Dei &
Rom. 9. saluatoris nostri Iesu Christi. Dicebat autem in alio loco mentionem faciens de carnalibus Israelitis, quod ipsorum sint promissiones, & legislatio & testamentum & ex ipsis secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula, amen. Igitur vestigia patrum sequentes & non deflectentes ipsum diximus, ex Deo patre natum vnigenitum filium incarnatum esse & hominem factum, passum, mortuum, tertia die resurrexisse ex mortuis. Nam impassibilis citra controuersiam quantum ad suam naturam attinet, est verbum Dei, &
G nullus tam attonitus est, qui putare possit naturam, quæ super omnia, passionum capacem. Quia autem factus est homo propriam fecit carnem quæ ex sancta virgine. Hoc igitur modo dispensationis verba sequentes in carne propria passum esse humano more eum qui extra omnem passionem est, vtpote Deum affirmamus. Nam si Deus existens factus est homo, minimè autem cessauit esse deus: si factus est creaturæ portio, & manst super creaturam: si legislator existens, factus est sub lege, & legislator erat adhuc, & Dominus existens diuino modo
ἀνθρωπινως. serui formam induit, & minimè abiiciendam obtinet dominij dignitatem: si vnigenitus existens factus est primogenitus in multis fratribus, & est vnigenitus. Quid est mirabile, si carne
Philip. 2. passus humano modo, impassibilis & sic intelligitur diuino modo. Hinc est quod & sapientissimus Paulus eum qui verbum quod in forma & æqualitate Dei & patris erat, eundem subditum esse factum dicit, & vsque ad mortem, mortem autem crucis. In alia autem epistola sua de eodem dicit: Qui est
Heb. 2. imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę, quia in
H ipso condita sunt omnia, tā quæ in cœlo, quàm quæ in terra:
1. Cor. 15. & ipse est ante omnia, & omnia in ipso condita sunt, & datum
Coloss. 1. est, inquit, caput ecclesię: factum autem & primitias dormiētium & primogenitū ex mortuis, quamuis vita & viuificans sit verbum ex deo & patre, vtpote & ex vita natus eius qui genuit eum. Deinde quomodo factus est primogenitus ex mortuis & primitiæ dormientium? Nam quia mortis susceptiuum carnem propriam fecerat gratia Dei, sicut dicit sapientissimus Paulus: pro omnibus gustauit mortem carne, qua ipse pati potuit: non abiecto autem eo, quod ipse erat vita. Itaque etiamsi diceretur carne passus esse non natura deitatis, susciput pas-
Esa. 53. sionem, sed vt iam dixi propria caro, quæ passiones capit.
Vnde & beatus propheta Esaias hominem factum Deum carne cognoscens, dicebat de illo: Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente, sine voce fuit, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius, iudicium eius sublatum est, &
E generationem eius quis enarrabit? quia aufertur de terra vita eius. Quamuis autem, siquidem aliquis fuisset homo, & specialiter intelligeretur filius coniunctus Deo, sicut dicunt impiorum dogmatum inductores, quomodo adhuc difficile inuenietur, qui generationem eius enarrabit? Factus igitur est ex semine Dauid & Iesse. Dei autem verbi natiuitatē, hoc est natiuitatis modum, quis dicere poterit? Aufertur enim à terra vita eius, hoc est existentia. poluit enim pro existentia vitam.
Existentia Sublime autem fertur, natárque super omnes qui in terra. De ineffabili natura sermo, excellit enim omnem cogitationē, humanéque menti accessum non concedit. Adiungam autem & hoc dictum superioribus: Vnus Dominus, vna fides, vnus
Ephes. 4. baptismus, sicut dicit sacratissimus Paulus. Itaque cum vnus sit Dominus, & vna fides, & vnus baptismus, quis Dominus, & in quem credimus, & baptizati sumus? Attamen decere dixerit quis, verbum quod ex Deo patre est, vt Dominetur nobis & credamus in eum, in ipso autem consummatum esse, & salutare baptisma. Sic enim sanctis apostolis præcepit, dicens: Eũ-
Matth. 28. tes, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, &
F filij & spiritus sancti. Cæterum diuinus Paulus dominationis gloriam & fidei cõfessionem, & sancti baptismi virtutem manifeste tradit, dicens: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in
Rom. 10. cœlum, hoc est Christum deducere: vel quis descendet in abyssum, hoc est Christū ex mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura? Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo quod si dixeris Dominus Iesus, & credideris in corde tuo, quod Deus ipsum excitauit ex mortuis, saluaberis. scribit autem iterū: Ne-
Rom. 6. scitis quod quicunque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Ecce oro quàm solerter & manifestè vrget dominationis & fidei confessionem, ipsámque sancti baptismatis gratiam, in eum qui passus est mortem, resurrexit à mortuis. Credimus igitur in duos filios? Igitur prætercurremus verbum quod ex Deo patre effulsit, alteri, ab illo qui passus est filio dominationis gloriam attribuemus? Ipsam quoque fidei confessionem, & cœlestem gloriam? Adhæc quomodo non solidum est, & indubitanter impium sic sapere, vel dicere? Quid igitur dicemus? Vnus Dominus verè, vnáque fides, & vnũ baptisma. Etenim est vnus filius & Dominus ver-
G bum, quod non hominem secundum connexionem suscepit, & participem illum suarum dignitatum declarauit, communicauitque ei filiationem & dominationem, sicut dicunt quidã delirantes: sed ipsum verbum Deus ex Deo, & lumen de lumine incarnatum, & homo factum est, in eius mortem baptizati sumus, qui passus quidem ipse est humano modo in propria carne, manst autem impassibilis diuino modo, & viuit semper. Vita enim est ex vita Deo & patre. Sic victa est mors quæ in vitale corpus insultare ausa est. Aboletur autem sic & in nobis corruptio, & infirmatur sic mortis ipsius imperium. Proinde dicebat Christus: Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ non habebitis vitam in vobis ipsis. Viuifica igitur sunt sanctũ corpus & sanguis Christi. Corpus enim sicut dixi, est non hominis cuiusdam, qui vitæ particeps est, sed potius proprium vitæ secũdum naturam: perspicuum autem, quod vnigeniti.
H Hæc sentit nobiscum amantissimus Christi, sanctorum patrum chorus, & Proclus ipse qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ thronum adornat religiosissimus & pietissimus pater & coepiscopus. Scripsit enim & ipse ad Orientales piissimos Episcopos in hæc verba: Et incarnatus quidem est absque conuersione, qui speciei expers, nascitur autem secundum carnem, qui principio caret. Proficit verò secundum corpus ætate, qui natura perfectissimus est: & passiones sustinet, qui passionibus superior, non quo erat sustinuit contumelias, sed quo factus est susceptis corporis passionibus. Repre-
* ab ea vel alia. henditur igitur vbique praua fides * illa quam hæc scribentiũ vel sentientium, vtpote prophanè languida, & veritatis dogmatibus diuersa continens. Postquam autem beatissimi patres sermonem de Christo absoluerunt, spiritussancti mentionem faciunt: credendum enim dixerunt in illum simili modo, videlicet vt in patrem & filium. Est enim ipsis consubstantialis, & profunditur quidem, hoc est, egreditur, sicut à fonte Deo & patre, conceditur autem creaturæ per filium. Vnde inspirauit
Ioan 20. in sanctos apostolos, dicens: Accipite spiritum sanctum. Igitur ex

ex Deo & Deus spiritus est, & non alienus à substantia, quæ super omnia est, sed ex ipsa & in ipsa, & proprius eius.
A Ipsa est sanctorum patrum rectissima, & ab omni errore aliena fides, hoc est fidei confessio. Verum vt Paulus dicit, deus
2. Cor. 4. seculi huius excecauit mentes infidelium, vt non fulgeat illustratio euangelij gloriæ Christi. Itaque nonnulli relicta veritatis via, eunt per petras, non intelligentes neque ea quæ loquũtur, neque ea de quibus affirmant: Vrgentes enim filiationis gloriam in solum verbum, quod ex deo patre natum, quasi filium alium, qui ex semine Iesse & Dauid coadunatũ ei dicunt, participémque filiationis ac diuinæ gloriæ, & inhabitationis verbis ipsius, & ab ipso habuisse omnia, proprium verò omnino nihil. De istiusmodi, vt opinor, scripserunt saluatoris discipuli. Subingressi enim sunt homines quidam impij, de quibus & olim in hoc iudicium antea scriptũ, qui transferunt Dei gratiam in procacitatem. Et vnicum horum & Dominum nostrũ Iesum Christum abnegantes. Iesus autem Christus nominaretur meritò verbum, quod in humana forma apparuit quia interrogantib. scripserunt aduersarij, qui præ multa insipientia Nestorij & Theodori opinionem & scripta non cauent. Eum
B qui ex sancta virgine non finite esse Deum, & filium verũ Dei & patris, illiq; soli tribuite passiones, & amouete ipsum verbũ vt ne dicatur Deus passibilis. Hæ sunt diligentiæ illorum adinuentiones, & cogitationũ confusio. Igitur ne nominetur Christus, vel vnctus specialiter & seorsum verbum quod ex Deo patre: quemadmodum enim alienum ab eo est pati, quando extra carnem intelligitur, sic & vnctio incongrua & aliena ab eo. Iesum enim à Nazareth vnxit Deus spiritu sancto, perfectum autem omnib. modis verbum Dei, & non opus habet vnctione, quæ per spiritum sanctum est. Igitur negate dispensationẽ spoliare vnigenitum à sua erga mundum charitate, ne nomi-
Ioan. 5. netur Christus à vobis. An nõ indignum ipsi, quod in his mensuris, sicut nos factus est? Igitur quia & hoc indignũ est, eo nemo confiteatur quod factus sit homo, vt & ipsis dicit Christus: Erratis neque scientes scripturas, neque virtutem Dei: igitur eos qui hanc opinionem delegerunt, vt hostes veritatis habentes, fugiamus ipsorum pernicioſam vaniloquentiam, sequamur autem sanctorum patrum sententias & sanctorum Apostolorum Euangelistarúmque traditionem. Ipsum enim verbum, quod ca-
C ro factum est, loquebatur in illis per quod & cum quo Deo & patre honor, gloria, imperium cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

RELATIO SYNODI ORIENTALIVM AD CALLIMOREM REgem, docens denuò factam depositionem Cyrilli & Memnonis.

PIETAS vestra, quæ benefaciendo orbi & ecclesiis dei claresci, iussit nos in Ephaso congregari, ita vt inde lucrũ & pax ecclesiæ accresceret, non vt omnia confusione & deordinatione impleretur, & hæc vestræ Maiestatis edicta, apertè & manifestè piam vestram & pacificam pro
D ecclesiis Dei indicabant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus ad perniciem ecclesiarum vt videtur & natus & educatus, assumpta cooperatrice Memnonis Ephesiorum audacia, primum quidem placidum & pium vestrum edictum transgressus est per omnia se illi non subditum declarans. Nam cum vestra maiestas præceperit de fide diligens examen, & inquisitionem haberi hanc cum concordia, & pace omniũ Cyrillus de Apollinarij dogmatis accusatus, ipse seipsum redarguens anathematismis, quos pridem in regiam vrbem, cũ propria subscriptione misit, in quibus reprehenditur supere cũ impio & hæretico Apollinario. Posthabitis his omnibus quasi tempora hæc rege destituta essent, suæ indulsit licentia: & cũ oportebat rationem reddere dictorum, quibus gloria Domini nostri Iesu Christi contaminabatur, assumpta sibi autoritate propria neque à canonibus, neque vestris edictis sibi concessa, contendit ad omne deordinationis & iniquitatis genus. Adhæc mota sancta Synodus, quæ non approbauit pestiferas fidei eius adinuentiones, ipsum quidem deponit propter prædicta omnia. Memnonem verò vt cooperatium eius & commilitonem in omnibus factum, & innumeras turbas contra sanctissimos Episcopos, qui non assentiebantur hæreticæ illi praua opinioni excitauit, & ecclesias & omnia templa conclusit, quasi adessent pagani & hostes dei, qui & vulgus Ephesiorum introducit, adeò vt nobis quotidie de summa periclitandum sit. Spectat autem sancta Synodus non vindictam, sed recta pietatis dogmata. Hos enim creuisse, nihil aliud est, quàm rectam fidem statuere. Poterit autem maiestas vestra, vel ex ipsis illius capitalis eius sententiam agnoscere. Summum enim hæ-
* prædicti reticorum impium Appollinarium quasi ex inferno excitare, & contra ecclesiam & rectam fidem militare comprobatur & anathematizare, si verba eius exponantur, euangelistas simulac apostolos, & post illos ecclesiæ progenitores, qui à spiritu sancto, non à suis cogitationibus impulsi piam fidem prædicauerunt, & euangelium annunciarunt. Contraria istis ille & sapit & loquitur, præcipiendoque vult, vbiuis terrarum suã impietatem valere id instantes, vt par erat non ferebamus, diuina gratia vestræque pietatis mente fisi. Scimus enim quod sanæ fidei nihil præferatis, in qua simul educati vos & beatissimi vestri progenitores * siue extraneo succesore regni sceptra su-
* sine. scepistis, semper eos qui apostolicis doctrinis aduersarij erant deprimentes, è quibus est Cyrillus præditus, qui quasi in tyrãnicam arcem veniẽs Ephesum cum Memnone cooperario, iuste cum eo depositionem pertulit. Nam* cum dictis omnes in-
* prædicti fidias & omnem temeritatem attentarunt contra nos, qui cõueneramus relictis vrbibus, & patriis & etiam nobis ipsis, vt edictum vestrum ratum esset, & sumus nunc tyrannidi exposita præda, nisi adiuuetur vestra pietas alio loco propiore vt cõueniamus edicens, vbi poterimus ex scripturis & conscriptis patrum libris redarguere manifeste Cyrillum, & eos qui ab illo sunt inducti, quos parcendo excommunicationi subiiciemus, spem salutis si resipiscant subindicantes, qui quasi in barbarico exercitu materias deordinationis vsq; in præsentem horã suppediratũt. Alij autem quidem iam multo tempore depositi, & ab illo suscepti: alij verò excommunicati à suis metropolitanis & ab ipso in communicationẽ recepti: alij variis criminib. impliciti ab ipso honores consecuti sunt, & hæc faciebat tentans per multitudinẽ sensum suum hæreticum stabilire, non expendens quod in religione non numerus, sed dogmatum rectitudo, & apostolicarum doctrinarum veritas quæritur, & viri qui illas piè, & apostolicis demonstrationib. & testimoniis constituere sciant, non ex audacia & potestate tyrannica. Proinde obsecramus & oramus, vt vestra maiestas quam primum religioni quę impugnatur, subsidium ferat, & celerem correctionẽ imponat illorũ insaniæ & tyrannidi, quæ quasi turbo ad hæreticam perfidiã audaciores corripit. Iustũ enim est, vt vestra pietas Persidis, & earum quæ inter Barbaros sunt ecclesiarum curam gerens, ecclesias etiam quæ sub Romanorum principatu turbantur, non despiciat.

FINIS.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANdrini ſcolia de incarnatione vnigeniti.

QVID EST CHRISTVS, CAPVT I.

CHRISTI nomen nec definitionis vim obtinet, nec cuiuſpiam ſubſtantiæ qualis ſit ſignificat, ſicut forte homo, aut equus, aut bos: ſed rei magis quæ in aliquo agatur habet ſignificationem. Oleo nanque vngebantur quidam ſuperiorum, iuxta quod Deo tunc temporis placebat. Et ſignum regni illius erat vnctio. Vngebantur autem & prophetæ ſenſibiliter ſpiritu ſancto, vt inde quoque nominarentur Chriſti. Denique beatus Dauid pſallit ex perſona Dei,& ait: Nolite tangere Chriſtos meos,& in prophetis meis, nolite malignari. *Pſal.104.* Ait autem & propheta Abacuc: *Abac.3.* Exiſti in ſalutem populi tui, vt ſaluos facias Chriſtos tuos. In Chriſto autem omnium ſaluatore vnctionem quidem factam eſſe dicimus. Cæterum neque ſymbolicum, quaſi oleo factam, nec quaſi in gratia prophetica, ſed nec illam, quæ intelligitur fieri ad perfectionem alicuius huiuſmodi negocij, quale factũ eſſe dicimus & ſub Cyro Perſarum & Medorum rege: contra Babylonios enim ille ducit exercitum, inſtigante ipſum in id Deo omnipotente. Dictum eſt enim: *Eſa.45.* Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram. Atqui ille vir cum eſſet idolorum cultor, nominatus eſt Chriſtus, ideo quòd quaſi vnctus eſt in regnum cœleſti ſuffragio,& ordinatus eſt à deo, vt Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Chriſto, quoniam enim propter Adæ præuaricationem regnauerat ſupra omnes peccatum, & ſpiritus ab humanitate diſceſſerat, ob eámque cauſam in malis omnibus illa fuerat conſtituta. Opus autem erat, vt rurſus Dei miſericordia in priſtinũ reuocata, ſpiritum mereretur. Homo factum eſt vnigenitum Dei verbum,& cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber à peccato, vt & in ipſo,& in eo ſolo innocentiæ laudibus natura hominis coronata, ſpiritu ſancto ditaretur, ac ſic reformaretur ad Deum per ſanctificationem. tranſit enim ad nos quoque gratia correpta à Chriſto, qui eſt in nobis primogenitus, ídque nos docens beatus Dauid, pſallens ad filium: *Pſal.44.* Dilexiſti iuſticiam,& odiſti iniquitatem, ideò vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. Vnctus eſt igitur exemplo noſtro filius innocentiæ laudibus, vt ante dixi, in ipſo natura hominis illuſtrata, & digna iam ſortiri ſpiritum ſanctum: non diſceſſurum iam, ſicut antea, ſed manſurum magis in ipſa. *Matt.3.* Ideóque ſcriptum eſt, quod deſcendit quidem in eum ſpiritus, manſit autem ſuper ipſum. Dicitur ergo Chriſtus Dei verbum, quod propter nos noſtri ſimilis homo eſt factũ, & in ſerui forma, & vngitur quidem humanè ſecundum carnem, vngit autem diuinè ſuos, eos nempe qui in ipſum credunt.

Qualiter intelligi debeat Emmanuel. CAP. II

Hebr.2. EMmanuel nominatur Deus verbum, quod Abrahæ ſemen apprehendit, & ſimiliter ac nos participauit carni & ſanguini. Interpretatur autem Emmanuel, nobiſcum Deus. Confitemur autem nobiſcum fuiſſe Dei verbum, non localiter. In quo enim loco non eſt Deus, qui implet omnia? nec quod adeſſe nobis conſpicitur auxilij ratione. Dictum eſt enim hoc modo ad Ieſum: Et ſicut eram cum Moſe, ita ero & tecum. Sed quod factus eſt in noſtris, id eſt, in humanitate non derelicta natura ſua. Inconuertibile eſt enim natura Dei verbum. Cæterum quam ob cauſam cum plene dicitur ad Ieſum, quod ſicut eram cum Moſe, ſicut ero tecum, non eſt nominatus Emmanuel? ipſa autem ratio ſit, & ſicut alio neſcio quo ſanctorum fuiſſe dicatur: ergo nobiſcum factum eſſe dicimus Deum verbum, eo tempore, quo dicit Baruch: In terra viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt,& omnem viam inueniẽs diſciplinæ, & dans eam Iacob puero ſuo,& Iſrael dilecto ſuo. Ipſe eſt enim Deus noſter, & non comparàbitur alius ad eum. Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erit nobiſcum. Multum enim intereſt inter diuinitatem & humanitatẽ,& ingens eſt nimis differentia naturarum. Denique etiam diuinus Dauid ad proximitatem myſticam, ſcilicet Deum verbum quod nondum ad nos venerat, vocabat dicens in ſpiritu: *Pſal.9.* Vt quid domine diſceſſiſti lõge? deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione. Ergo non iam longe diſceſſit, ſed nobiſcum fuit. Qui cum mãſiſſet, in quod erat apprehendit Abrahæ ſemen, vt dixit. *Catholice. Philip.2.* Accepit autem etiam ſerui formam, & conſpectus eſt homo in terra Chriſtus verè & Emmanuel, eundem nobis filium deſignans: partim quia vnctus eſt more noſtro, humanæ hominis naturæ ſpiritum accipiẽs, vt in ſeipſo & primo. Poſitus eſt enim primordium generis, ſecundum ipſe vngens, vt deus, ſancto ſpiritu eos, qui in ſe credunt: partim qui fuit nobiſcum, ſecundum quas modo reddidi rationes, & in eo nos facit certos Eſaias propheta, dicens: *Eſa.7.* Ecce virgo in vtero accipiet,& pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Cum enim ſancta virgo ex ſpiritu quidem ſancto prægnans eſſet facta, peperit autem ſecundum carnem filium, tunc etiam Emmanuel dictus eſt. Fuit enim nobiſcum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocem Dauid ſignificabatur: *Pſal.49.* Deus manifeſtus veniet, Deus noſter,& non ſilebit. Et illud opinor: Ipſe qui locutus ſum, præſto ſum. Locutus enim per prophetas, vt incorporale adhuc verbum, aduenit etiam corporaliter.

Quid eſt Ieſus, CAP. III.

VI quidem intentionum, quia oporteat à nobis vnum dici filium, tantundem eſt & Chriſtus & Emmanuel, & Ieſus, & idem verò quaſi ex re nomen eſt factum. Ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum. quemadmodũ enim τὸ Emmanuel ſignificabat per generationem ex muliere nobiſcum factum fuiſſe dei verbum. Et Chriſtus porrò quia factus homo vnctus dicitur, iuxta nos humanè: ita etiam Ieſus quod ſaluabit nos, id eſt ſuum populum, quod maximè eum demonſtrat deũ verè,& natura omnium dominum. Neq; enim hominis communis creatura eſſe dicatur. Deceat autem magis omnia dicere eſſe vnigeniti, etſi factus ſit homo. Dicet fortaſſe aliquis, Ad quid Moyſi dictus eſt populus Iſrael? Ad hoc dicimus: Quod Dei quidem populus nominatus ſit,& id erat verbum verum, quoniam ad defectionem deductus eſt, & vitulum fecit per deſertum, inhonoratus eſt à Deo. Non enim ſuum nominare populum dignabatur, ſed eum iam homini deſtinauit. At nos nõ ita. Proprij enim ſumus filij, eo quod & deus ſit,& per ipſum creata ſunt omnia. Ita enim ait Dauid: Quoniam ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos. Nos autem populus paſcuæ eius,& oues manuum eius. Denique etiam ipſe de nobis dixit: Oues meæ vocẽ meam audient,& ſequũtur me. Rurſus: Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me congregare, & fiet vnus grex,& vnus paſtor. Mandabat autem etiam beato Petro: Simon Ioannis amas me? paſce agnos meos.

Quam ob cauſam homo dictum ſit Dei verbum, homo nominatus eſt, cum ſit natura Deus Dei patris verbum, quoniam ſimiliter ac nos carni communicauit & ſanguini: ſic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat, ſed aſſumens humanitatis naturam, in ſua ratione perfectam: veruntamen & in humanitate Deus remanſit, & omnium Dominus, vtpote qui naturam & veritatem * ex Deo creatus & patre, & id nobis euidentiſſimè ſapientiſſimus Paulus oſtendit. **deeſt nõ nihil.* Primus enim inquit homo, ex terra, de limo, ſecundus de cœlo. *1.Cor.15.* Atqui virgo ſancta peperit templum verbo vnitum, ſed de cœlo dicitur & rectè quidem Emmanuel. Deſuper enim & ex ſubſtantia Dei & patris natum eſt verbum ipſius. Deſcendit verò ad nos tũc, cum factus eſt homo, tamen ſic quoque deſuper eſt. Teſtatur

autem Ioannes de eo dicens: *Ioan.3.* Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Et ipſe Chriſtus etiam ad populum ait Iudæorũ: *Ioan.8.* Vos deorſum eſtis, ego deſuper ſum. Et rurſus: Ego nõ ſum de hoc mundo. Licet pars mundi ſicut homo nuncupatus ſit: ſed erat cum hoc quoque ſupra mundum vt deus. Meminimus enim plane dicentem: *Ioan.3.* Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis. deſcendiſſe autem dicimus de cœlo filium hominis, per vnitatem diſpenſatoriam, verbo tribuente propriæ carni gloriæ ſuæ & diuinæ maieſtatis claritudinem.

Quam ob cauſam exinanitum dicitur dei verbum.

CAP. IIII.

PLenum ſecundum naturam, & ex omni parte perfectum deum verbum, & diſtribuens ex ſua plenitudine bona ſua creaturæ, exinanitum dicimus nihil in natura propria violatum, nec vt aliter ſe haberet commutatum, nec inferius ex vlla parte factum. Inconuertibile enim & immutabile eſt. Ipſum quoque ſicut generatur ipſius, & nunquã fiat paſſionis vnquam capax. Quod verò factũ ſit caro, id eſt, homo, eo quod ait: *Ioel.2.* Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Humanitatis paupertatem propriam facit. Primum quia ſemel homo ſit factus, etſi remanſerit deus: deinde quod ſerui formam accepit, qui ſecundum ſuam naturam liber eſt, vtpote filius: & cum ſit ipſe gloriȩ dominus, gloriam dicitur accipere. Cum ſit ipſe vita, viuificare videtur, & in omnes accepit poteſtatem, cum ſit ipſe rex omnium: cum deo ſimul, & patri obediens fuit, crucem eſt paſſus, & cætera. Verum licet hæc quidem humanitatis menſuræ conueniant, tamen ea familiaria ducit eſſe cum carne,& implet diſpenſationem, manens quod erat.

Quomodo vnus Chriſtus CAP. V.

1.Cor.8. DIuinus Paulus ſcribit: Etſi ſunt dij multi,& domini multi in cœlo & in terra, ſed nobis vnus deus pater ex quo omnia, & nos ex eo,& vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per eum. *Ioan.1.* At verò ſapientiſſimus Ioannes de deo verbo dixit, quod omnia per ipſum facta ſunt,& abſque eo factum eſt nihil. Euangelizabat autem beatus Gabriel ſanctæ virgini dicens: *Luc.1.* Ecce cõcipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Cum igitur per Chriſtum Ieſum omnia diuinus Paulus facta eſſe commemoret. Confirmat autem vim ſententiæ, & opificem omnium fuiſſe deum, euangelizet rem veram dicens Euangeliſta diuinus. Deſignet autem etiam angeli vox verè ex ſancta virgine natum eſſe Ieſum Chriſtum, nec abſque humanitate intelligimus deum verbum, ſed vnum dicimus ex ambobus effectum, vt deum hominem factum eundem ex patre, vt verbum natum diuinè, & ex muliere humanè, vt hominem non tanquam in ſecundum ſubſtantiæ initium vocatum, tunc cum ſecundum carnem dicitur natus, ſed natum quidem ante omnia ſecula: ſtante tamen tempore, quo debuerat implere diſpenſationem, natum etiam ex muliere ſecũdum carnem. Ergo & ſi alij ſimili appellatione vocati ſunt Chriſti, vnus tamẽ eſt per quem omnia Ieſus Chriſtus, non quod homo ſit factus opifex omnium, ſed quod deus verbum per quem omnia facta ſunt, ſimiliter ac nos participârit carni & ſanguini, & nuncupatus ſit homo, non tamen perdiderit eſſe quod erat. ita enim & in carne factus intelligitur meritò opifex omnium.

Quomodo vnus eſt Emmanuel.

CAP. VI.

SEmel nouiſſimis ſeculis Dei verbum homo eſſe dicitur factum,& ſicut ait diuinus Paulus, per ſacrificium ſuum, manifeſtatus eſt. Et quódnam eſt ſacrificium? Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem ſuauitatis deo & patri, & intrauit in ſancta ſemel, non per ſanguinem hircorum & taurorum, ſed per ſuum ſanguinem. Sic enim credẽtibus remiſſionem in æternum comparauit. Ergo plurimi quidem ante ipſum ſancti fuêre, ſed nemo eorum Emmanuel nominatus eſt. Quam ob cauſam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet eſſe nobiſcũ, id eſt, in noſtram venire naturam per carnem, is qui eſt omni ſuperior creatura. Vnus igitur Emmanuel. Semel enim factus eſt homo vnigenitus, tunc cum per ſanctam virginem generationem carnalem perpeſſus eſt. Dictũ eſt enim & ad Ieſum, quod ero tecum. *Iosue 1.* At non erat ille Emmanuel, fuit etiam cum Moyſe, ſed nec ille Emmanuel nominatus eſt. Igitur quoties audimus nomen filio datum eſſe nobiſcum deus, ſapienter intelligamus, non ita fuiſſe nobiſcum nouiſſimis temporibus ſicut aliquando dicitur fuiſſe cum ſanctis. Illis enim erat tantum adiutor: nobiſcum autem fuit, quod factus eſt ſimilis noſtri, cum ſuam nõ amiſiſſet naturam. eſt enim inconuertibilis vt deus.

Quam eſſe dicimus adunationem.

CAP. VII.

ADunatio multis modis impletur: ſeiuncti enim nonnulli affectu fortè, vel voluntate,& diſcordante inter ſe, adunari dicatur per reconciliationem ſocialem depoſita ſimultate. Adunare autem dicimus & quæ ſibi conglutinantur, ſiue modis alijs conferuntur, aut per compoſitionem. Quoties igitur adunatum eſſe noſtræ naturæ dei verbum dicimus, omni humanæ cogitationi adunationis eius modis videtur eſſe ſuperior. Neque enim per ſupra ſcriptos modos facta eſt arcana illa,& nulli penitus nota: ſed & nihil mirum, ſi in huiuſmodi cogitatione vincamur, cum res noſtras quomodo ſe habeant, inquirentes vltra modum noſtræ mentis inuentionem eſſe confiteamur. quo nanque modo animam hominis ſuo corpori adunatum eſſe putauimus, quis eſt qui poſſit exprimere? Sed ſi oportet eos qui parua ætate vix intelligere ſoleant, imò eos qui valeant intelligere tam ſubtiles res, & omnem rationem tranſcendentes. Coniectare dicimus quod deceat cogitare, quamuis minor ſit oratio veritate. Talem eſſe adunationẽ Emmanuel, qualem quis intelligat, & animam hominis ad ſuũ corpus habere. Anima enim omnia quæ ſunt corporis eſſe reputat ſua, licet per naturam propriam expers ſit paſſionibus corporis,& quæ extrinſecus accidant. mouetur enim corpus in concupiſcentias naturales,& conſentit anima, nullo quidem modo participans concupiſcentiæ, tamen exitu delectationem propriam ducit: & ſi fortè à ſuo corpore deprimatur aut torqueatur, condolet quidem quod ſuum corpus patiatur, ipſa verò in ſua natura nullum patiatur omnino tormentum, tamen ſuper hæc quoque dicimus eſſe adunationem, quæ eſt in Emmanuel facta. Erat enim neceſſe cum ſuo corpore adunatam ei animam dolere, vt dum timeat paſſiones, ſubditam ceruicem deo ſummitteret. De deo autem verbo condolere paſſionibus nephas eſt dicere. Impaſſibilis enim deus eſt, & noſtrarum rerum longe diſſimilis, ſed adunatus quidem erat carni habẽti animam rationem, qua patiente ipſe impaſſibilis, ea quæ animæ contingerent cognoſcebat: & contundebat quidem vt deus carnis infirmitates ſuas, tamen eas tanquam ſui corporis eſſe ducebat. Itaque eſuriſſe dicitur, fatigatus eſſe, paſſus fuiſſe pro nobis: ergo verbi adunatio, quæ eſt cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus noſtris comparetur. Nam ſicut corpus alterius eſt naturæ præter animam, vnus tamen ex vtroque homo efficitur & vocatur, ita etiam ex perfecta dei verbi ſubſiſtentia & humanitate perfecta, vnus eſt Chriſtus. Idem in eodem deus ſimul homo,& ſua quidem dicit deus verbum, vt ante dixi, ea quæ ſunt carnis propria: quia ipſius eſt corpus & non alterius. Communes autem facit tanquam cum ſua carne diuinæ ſuæ maieſtatis operationes, vt poſſet etiam viuificare mortuos & ſanare infirmos. At ſi conuenit exemplis etiam ſcripturæ diuinæ, quaſi per figuram adunationem demonſtrare, age dicamus vt poſſumus.

De carbone. CAP. VIII.

BEatus Eſaias, miſſus eſt, inquit, ad me vnus ex Seraphin, & *Eſa.6.* in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari,& dixit ad me: Ecce tetigit hoc labia tua,& adiuuet iniquitates tuas, & peccata tua depurgabit. Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere, verbi hominis facti: quod ſi labra noſtra tetigerit, id eſt, fide in id confeſſi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros effecit, & priſtinis criminibus liberabit. Cæterum tanquam in imagine, licet in carbone conſpicere adunatum quidem humanitati deum verbum, non tamen proieciſſe quod fuerat: transformaſſe autem magis aſſumptam naturam in ſuam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis ligno affixus, & in id penetrans, comprehendit quidem ipſum: & quamuis lignum eſſe nõ deſinat, vim tamẽ ſuam ſpeciemque trãſmittat omnem, ſeq; confert in lignum, & cum ipſo iam quaſi vnum in aliquid æſtimatur. Idem intellige & de Chriſto. adunatus enim inæſtimabiliter humanitati deus, ſeruauit quidem ipſam in eo quod fuerat, & ipſe permanſit quod erat: ſemel tamẽ adunatus, quaſi vnus iam cum ipſa putatur, ea quæ ſunt illius, ſua faciens: conferens autem ei etiam ipſe naturæ ſuæ operationem.

Quod incorporalis diuinitatis corpus fuerit, habens animam rationabilem, & quod ſi ea à ſeſe diuidere voluerimus, proculdubio labefactabimus diſpenſationem, quæ in Chriſto intelligitur.

CAP. IX.

IN Cantico Canticorum ipſe nobis introductus eſt dicẽs dominus noſter Ieſus Chriſtus: Ego flos campi & lilium conuallium. Quemadmodum ergo odor res quidem eſt incorporea, habet autem quaſi propriũ corpus id in quo ineſt: tamẽ vnum ex vtroque intelligitur. Lilium corrumpitur, tamen ratio ipſius vnius rei diſceſſu. In ſubiecto enim corpore odor eſt: ita etiam de Chriſto intelligimus diuinitatis naturam, quæ ſuam excellentiſſimam maieſtatem vt odorem ſuauiſſimum mundo diſpergat, tanquam in ſubiecto eſſe corpore humanitatis, & id quod incorporale eſt per naturam, per adunationem diſpenſatoriam *† deprauatus locus.* penè dicam factum fuiſſe corporale, propterea † quod voluiſſe ſe cognoſſe ſcire corpus, in eo enim diuina ſigna operatus eſt. Igitur id quod incorporale eſt tanquam in ſuo corpore intelligatur, quemadmodum & iam odor in flore ſubiecto, lilium tamen iam & odor nominatur flos.

Quod & adunato Deo verbo veræ humanitati inconfuſæ tamen ſubſtantiæ permanſerit.

CAP. X.

ERectum eſt ſecundum dei voluntatem ſanctum tabernaculum per deſertum, & in eo multis modis formabatur Emmanuel. Ait enim deus omnipotens ad diuinum Moyſen: Et facies arcam teſtimonij ex lignis imputribilibus duorum cubitorum & dimidij longitudinem, & cubiti, & dimidij altitudinem, & inaurabis eam auro puro, extra & intra inaurabis eam. Sed lignum quidem imputribile ſit figura corporis incorrupti. Imputribilis enim cedrus, aurum verò quaſi materies aliis precioſior, diuinæ nobis indicat ſubſtantię maieſtatem. Attende igitur quàm arca tota inaurata ſit auro puro extra & intra. Adunatum quidem fuerat ſanctæ carni deus verbum, & id eſt, vt opinor arcam fuiſſe extra inauratam: quòd verò & animam rationabilem, quæ corpori inerat propriam fecerit, ex hoc apparet, quod & intra arcam præceperit inaurari: quod autem naturæ ſiue ſubſiſtentiæ inconfuſæ manſerunt, hinc ſcimus. Aurũ enim ſuperpoſitum ligno, manſit id quod erat: & ordinabatur quidẽ lignum, ſed lignum eſſe non deſiit. Quod verò arca in Chriſti accipiatur imagine, plurimis poſſit probationibus declarari. Perambulabat enim cum his qui ſunt ex Iſrael, quærẽs ipſis requiem. *Ioan. 14.* Ait enim alicubi Chriſtus: Et parabo vobis locum.

Quod cum eſſet Deus verbum factus ſit homo: nec homo ſimpliciter nuda coniunctione honoratus, vocatus ſit ad parem dignitatem Dei verbi, ſiue authoritatem ſicut quibuſdam videtur.

CAP. XI.

1. Timot. 3. DIuinus Paulus, magnum quidem ait eſſe myſterium pietatis: & verè ita ſe res habet. Manifeſtatus eſt enim in carne, cum ſit deus verbum, iuſtificatus eſt autem & in ſpiritu. nullo enim modo noſtris videtur infirmitatibus contineri, licet iuxta nos homo ſit factus, non enim fecit peccatum. Apparuit autem & angelis, neque enim generationem ipſius ſecundum carnem ignorauerunt. Prædicatus eſt autem & gentibus, quaſi deus homo factus. Ita autem creditus eſt in mundo. probauit autem diuinus Paulus ita ſcribens: Propter quod memores eſtote, quod *Epheſ. 2.* aliquando vos gentes in carne, qui dicebamini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta, quia eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habẽtes, & ſine deo, in mundo. Erant ergo gentes in mundo ſine deo, cum abſque Chriſto eſſent. Verum quoniam agnouerunt eum, & verè natura quia deum eſſe agnouerunt, ipſæ quoque ab eo cognitę ſunt *Pſal. 46.* fidem confitentes, & ipſe aſſumptus eſt in gloria certè diuina. Pſallit enim beatus Dauid: Aſcendit deus in iubilo. Aſcendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus. Credimus enim non in vnum noſtri ſimilem deitate per gratiam honoratum, ne cultores eſſe hominis detegamur, ſed in deum magis qui in ſerui forma comparuit, & qui fuit verè noſtri ſimilis, & humanitate tamen deus remanſit. Deus enim verbum carne aſſumpta, non depoſuit quod erat. Intelligitur tamẽ idem deus ſimul & homo, & fidei quidem ratio ita ſe habet. Et rectè quidem. Sed ſi fortè aliquis dicat, Quid mali eſt, ſi intelligatur homo ſimilis noſtri apprehendere deitatem ac non magis deus homo fieri? Reſpondemus. Mille eſſe quæ è contrario poſſint opponi: & penè etiam nutu ſignificantia nos oportere reniti cõſtanter, nec credere ita eſſe. Age enim ante alia diſpenſationis, quæ cum carne facta eſt, modum cernamus, & noſtrarum rerum naturã ſubtilius perſcrutemur. Periclitata eſt hominis natura & depreſſa eſt malis extremis maledictione & morte damnata, & peccati laqueis irretita, errabat. Erat & in tenebris, deum neſciebat eum, qui eſt natura & veritate, præter creatorem coluit creaturã. Quomodo igitur huiuſmodi malis poterat liberari? an illud dicemus quod fas erat humanitati diuinam naturam apprehẽdere, qua neſciret omnino qualis eſſet dignitas naturæ cœleſtis, cum eſſet ignorantiæ tenebris occupata, & peccati ſordibus inquinata: quomodo poterat fieri vt apprehenderet ſanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inueniet niſi acceperit. Concedamus enim quod cognouerit fortaſſe, & ſcierit apprehendere duntaxat, quis eſt qui docuerit? Quomodo enim credent niſi audierint? Cęterum *Roma. 10.* non id eſt apprehendere deitatem, & conueniẽtem ei gloriam capere: ergo decentius ſit, & rectè quidem ita ſentire, quod ſeruare volens, id quod perierat, deſcendens ad nos deus verbum, per quod omnia, & cum in id ſe, quod nõ erat, immiſit, vt & hominis natura id quod non erat fieret diuinæ maieſtatis dignitatibus per adunationem niteſcens, quæ ſubleuata magis eſt vltra naturam, quàm deiicit intra natura inuertibilem deum. Conueniens erat vt incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, vt eam peſte liberaret. Conueniens erat qui peccare non nouerat cum peccatoribus cõformari, vt peccata compeſceret. Quemadmodum enim vbicunque lux fuerit, caligo interit tenebrarum: ita etiam immortalitate præſente omnis certe peſtis fugitiua diſcedet, & præſente eo qui peccatum non nouit, qui etiam proprium corpus efficit quod eſt in peccatum, cedet omne peccatum: quod verò verbum cum eſſet deus factum ſit homo, & non magis homo deificatus, intelligitur Chriſtus, etiam ex ſacris literis enitar oſtendere. Ait igitur beatus Paulus de vnigenito: Qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, vt eſſet æqualis deo, ſed ſe exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſe factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propterea & deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu Chriſti omne genu flectatur cœleſtiũ & terreſtriũ & infernorũ, & omnis lingua confiteatur, quod dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Quem igitur dicemus in forma eſſe, & in æqualitate patris, & hæc non rapinam arbitratum, ſed deſcendiſſe magis in exinanitatem, & in formam ſerui, & ſe humiliantem, & in ſimilitudine noſtra fuiſſe factum? Si hominem factum ex muliere nudum & ſolum: quomodo is erat in forma, & in æqualitate patris? vel quomodo habeat plenitudinem vt intelligatur exinanitus? vel in qua antea poſitus celſitudine ſemet humiliaſſe dicitur? vel quomodo in ſimilitudine hominum factus eſt, qui id erat & antea per naturam, & ſi non id factus eſſe fortè dicatur? Vbi autem magis exinanitus eſt aſſumẽs plenitudinem deitatis? vel quomodo non ſit factus altiſſimus qui in gloriam ſupernam aſcenderit? Igitur nõ hominem deum factum dicemus, factum autem eſſe magis in exinanitate propter humanitatem dei verbum, quod erat in æqualitate patris & forma. Exinanitum eſt enim hoc modo propter ſimilitudinem noſtram, cum eſſet plenus vt deus. Humiliatus eſt propter carnem, cum diuinæ maieſtatis faſtigio non diſcedat: ſedem enim habet altiſſimam, factus eſt in ſimilitudine hominum, cum ſit eiuſdem formæ cum patre, & cuius eſt figura ſubſtãtiæ. Verum quoniam ſemel factus eſt iuxta nos aſcẽdiſſe dicitur, & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habeat quaſi propriam: alio tamẽ pacto in ea fuit propter humanitatẽ. Dominus enim omnium eſſe creditur & cum carne. Flectitur autem ipſi omne genu, & id non ad dolorem vel contumeliam patris, ſed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur dum ab omnibus filius adoratur, licet factus ſit ſimilis noſtri: ſcriptum eſt autem rurſus: Non enim angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, & debuit per omnia fratribus aſſimilari. *Hebr. 2.* Ecce ſemen

men Abrahæ apprehendit. Verum quod Deus eſt, & non homo. Neſcio qui noſtri ſimilis Deitatem apprehendit, & ipſe nobis aſſimilatur, & nuncupatur frater vt homo, non nos ei quãtum eſt ad Deitatis naturam. Et rurſus quoniam pueri communicauerunt ſanguini & carni, & ipſe ſimiliter participauit eis, vt per mortem deſtrueret eum, qui Imperium obtinet mortis, id eſt, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per omnem vitam obnoxij erant ſeruitutis. Ecce iterum ipſe ſimiliter vt nos participauit ſanguini & carni, & ea res cauſam habet coniunctiſſimam ac proximam. Scriptum eſt enim: Nam quod *Rom. 8.* impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus ſuum filium miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnauit in carne. Attende iterum quòd non homo affectandi diuinam naturam oſtenditur, & ad eius dignitatem aſcendens, ſed mittens magis ſuum filium Deus & pater in ſimilitudine carnis peccati, vt deſtrueret peccatum. Ergo verbum cum ſit Deus, ſe in exinanitatem homo factus immiſit, & non homo ſimpliciter diuinam gloriam affectans Chriſtus videtur.

Quod Chriſtus Ieſus vocetur homo factus Dei verbum.

CAP. XII

DIſpenſationis incarnati vnigeniti myſterium ſubtilius conſiderantes, id aſſerimus fidem rectam ſeruantes, & veram, quod ipſum patris Dei verbum, qui eſt Deus verus ex Deo vero, & lumen de lumine, incarnatum ſit, & homo factum, & deſcenderit, & paſſum ſit: ſurrexit autem etiam à mortuis. Ita enim definiuit fidei ſymbolũ Synodus ingens & ſancta. Perquirentes autem & nos, & diſcere cupientes, quid ſit vnquam incarnatum eſſe, & hominem factum Dei verbũ cernimus, quod non hoc eſt hominem aſſumere, tanquam in cõiunctione quæ fiat per æqualitatem dignitatis, ſiue autoritatis per ſolam filietatis ὁμόνοιαν. Magis autem fieri iuxta nos hominem, ita tamen vt nulla conuerſio vel commutatio ſubſequatur, & ſubleuare pariter cum ſua natura eum qui in aſſumptione fuit carnis & ſanguinis diſpenſatione. Vnus igitur, qui ante incarnationem quidem, à diuina ſcriptura nominatur vnigenitus, & Verbũ, & deus, imago, & lumen, & figura ſubſtãtię patris vita, gloria, ſplẽdor, ſapientia, virtus, magnificentia, Dominus Sabaoth, & aliis talibus nominibus quæ veræ conueniant deitati. Poſt incarnationem verò homo Chriſtus Ieſus, propitiator, mediator, primitiæ dormientium, primogenitus à mortuis, ſecundus Adam, caput corporis Eccleſiæ, cum eum etiam nomina priſca ſequãtur: omnia enim ipſius ſunt, & priora, & quæ ſunt nouiſſimis facta temporibus: vnus igitur eſt & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate remanſit id quod erat & eſt & erit. Non diſcernendum igitur vnum Dominum Ieſum Chriſtum, in hominem ſeorſus, & ſeorſus in Deum: ſed vnum eundẽmque Ieſum Chriſtum, eſſe dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, ſed eas inconfuſas inter ſeſe ſeruantes. *Coloſ. 1.* Quoties igitur litera ſacra commemorat, quod in Chriſto inhabitârit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, non ideo dicimus, tanquam in alio Chriſto, in homine ſeorſus inhabitaſſe Deum verbum. nec porrò diuidentes ea quæ vnita ſunt, duos intelligimus filios. Illud autem magis, quod Chriſtum nominat litera ſacra, & ex parte nonnunquam humanitate Dei verbi, *Iob. 4.* quam propriam habens in locum poſuit templi. Scriptum eſt autem & de animabus humanis: Inhabitantes autem domos luteas, de quibus & nos ex eodem luto ſumus. Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare: in duos homines vnum hominem diuidimus, atque non irrationabile omnino ſit, ſi & in homine ſpiritus ſuus inhabitare dicatur. Ergo etſi per huiuſmodi modos orationis figura procedat, quæ aliter fieri non poſſit: non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, ſed magis eas recto veritatis tenore ſeruari. Quoties igitur quæpiam quæ diſſimilia ſunt inter ſe ſociantur, vt collecta in adunationem per compoſitionem videatur: deinde alterutrum & his in altero habitare dicatur. Non diuidendum in duo, adunationis conuentionem minime violandam, licet ſuis nominibus per ſeſe ea quæ adunata ſunt nominentur à nobis. Dicitur namque, vt ante dixi, & in homine habitaſſe ſpiritus ſuus, veruntamen homo dicitur & ſeorſus ſpiritus, ſeorſus & corpus. Quid igitur nobis huiuſmodi diuinus Paulus obliquam ſignificationem commemorat? *Epheſ. 4.* Nam etſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Si quis igitur dicat interiorem noſtrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memorauit, ideo tamen vnum diuidere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Eſaias: De nocte vigilat ſpiritus meus *Eſa. 26.* ad te Domine. Vtrúmne tanquam alius præter ipſum ſpiritus ipſius ad Deum dicatur vigilare? Nónne ineptiſſimum videatur? Ergo ſcire quidem neceſſe eſt orationis figuras, non tamen ab intellectu diſcedere competenti, ſed referre magis ſententiarum vim ad ſenſum quid vnicuique rei conueniat. Etſi dicatur proficere Ieſus ætate & ſapientia & gratia. Diſpenſationis hic ratio eſt. Deus enim verbum humanitatem more ſuo proficere permittebat, & quaſi paulatim diuinitatis ſuæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam ſua extendere, ne quid nouum videatur, ídque nonnullos nimia nouitate perterrere. Ac tum præſertim ſic quoque dicere, Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit? Ergo corporale quidem eſt augmentum, & profectus gratia & ſapientiæ humanitatis magis menſuræ conueniat. ipſum verò Deum verbum per ſuam naturam perfectiſſimum confitemur, non egenum profectus, non ſapientiæ, non gratiæ. Ipſum enim creaturæ & ſapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Et ſi Deus paſſus eſſe dicatur. Paſſio quidẽ erit diſpenſationis ipſius, tamen dicitur, & recte quidem. quia corpus paſſum eſt, & quod erat in corpore patiente, ipſe qui pati non poterat. Impaſſibilis enim eſt vt Deus, quantum tamen ad conuiciatorum petulantiam pertinuit, paſſus eſſet ſi pati poſſet. Ergo quoniam noſtris ſimilis factus ſit vnigenitus, quotieſcunque homo nominetur à diuina ſcriptura, intuentes diſpenſationem ſic Deum ipſum natura quoque confitemur.

EXEMPLA DIVINÆ SCRIPTVRÆ, quod Dei verbum & homo factum manſerit Deus.

CAP. XIII.

AIT alicubi Deus ad pontificem Moyſen: Et facies propitiatorium impoſitione auri puri duorum cubitorum, & dimidium longitudinem, & cubitũ vnum & dimidium latitudinem, & facies duos Cherubin aureos ornatos, & impones illos ex vtroque latere: Cherubin de latere hoc, & Cherub vnus de latere iſto propitiatorij: & facies duos Cherubin ſuper duo latera, erunt Cherubin extendentes pinnas à ſurſum, ſuperumbrantes pennis ſuis ſuper propitiatorium, & vultus eorum adinuicem reſpicientes propitiatorium erunt. *Exod. 25.* Ænigma certiſſimum id ſit, Deum verbum etiam in humanitate Deum manſiſſe, & in ſua gloria & maieſtate, & ſi propter diſpenſationem factus ſit ſimilis noſtri. Propitiatorium namque per fidem factus eſt nobis Emmanuel. Id autem nobis conprobauit ſapientiſſimus Ioannes, dicens: Filioli hæc ſcribo vobis, vt non *1. Ioan. 2.* peccetis, ſed & ſi quis peccauerit, conſolatorem habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Nec non etiam Paulus: Quem propoſuit, inquit, Deus propitiatorium in fide, in ſuo ſanguine. Cæterum cerne Cherubin circumſtantia propitiatorium, ſuperobumbrantia quidem pennis, conuerſa autem ad propitiatorium, & penè nutui dominico oculum intendentia: ad dei enim voluntatem tantum reſpicit ſancta cœleſtium ſpirituum multitudo, & nunquam Dei ſatiatur aſpectu. Ita filium propheta Eſaias vidiſſe ſe dicit, in ſede altiſſima & eminentiſſima, circumſtantibus Seraphin, & obſequentibus ei vt Deo.

ALIVD. CAP. XIIII.

DEſtinabatur aliquando diuinus Moyſes, vt Iſrael ab Ægyptiorum violentia liberaret: verùm quoniã neceſſe erat eos qui ſub iugo eſſent ſeruitutis inſolitæ, priꝰ docere quod eis deus iam eſſet reconciliatus, prodigia eum facere imperabat: plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyſes ad deum omnipotentem: Sin autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Non apparuit tibi Deus, quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid eſt

Exod.3. hoc quod est in manu tua:Respondit: Virga.Et ait illi: Proiice illam in terram,& facta est serpens, & fugit Moyses ab eo.Et dixit Dominus ad Moysen:Extende manum tuam,& apprehende caudam,& facta est virga in manu eius. Et dixit illi: Vt credant tibi quia apparuit tibi Dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham & Deus Isaac,& Deus Iacob. Animaduerte in his natura & veritate filium Dei, tanquam si quædam virga sit patris. Virga autem insigne est regni. In filio enim habet omnium potestatem.Deniq; etiam diuinus Dauid:Thronus tuus, inquit, Deus in seculum seculi. Et virga æquitatis,virga regni tui. Sed eam proiecit in terram,id est, corpore terreno circundedit, siue per humanitatem misit in terram. Tunc enim in similitudinem factus est,malignorum hominum scilicet.Maligni taris autem signum est serpens. Quod autē verum sit,hinc scribitur. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus, in imaginem & figuram dispensationis actæ cum carne,pro serpente accipitur æreo quem erexit Moyses.Et sicut,inquit, Moyses exaltauit serpētem in deserto,ita exaltari oportet filium hominis,vt omnes qui credunt in ipsum non pereant,sed habeant vitam æternam. Quemadmodum enim serpens factus ex ære, salutis erat periclitantibus causa(sanabantur enim in eum respicientes)eodem modo etiam Dominus noster Iesus Christus, eis qui eum vident quidem in similitudine malignorum,eo quod factus sit homo:non ignorant tamen quod Deus sit viuificus. causa erit vitæ,& dat posse animalia venenosa vitare, id est,contrarias potestates.Id quoque huius rei figura sit,quod Moysis virga alias deuoraret,quas in terrā magi proiecerant. Igitur virga quidem in terra proiecta est,non tamen serpens remansit, resumpta autem fuit quod erat.nam licet facta sit,vt ante dixi,in similitudine nostra patris virga,id est,filius,per quem habet omnium potestatem:hac tamen impleta dispensatione reuolauit in cœlum, & fuit iterum tāquam in manu patris virga æquitatis ac regni: sedet enim ad dexteram genitoris sui propria maiestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

Ioan.3.

ALIVD. CAP. XV.

Exod.4. DIxit autem ad eum iterum Dominus Deus: Iterum infer manum tuam in sinum tuum,& intulit manum in sinum suum: & protulit manum de sinu suo, & facta est manus eius tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum, & intulit manum suam in sinum suum, & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ: manum & dexteram Dei & patris verbum, & filium eius diuina scriptura nominat.Induxit enim ipsum dicentē:Ego enim manu mea firmaui cœlum. Nec non etiam Dauid diuinus cantat: Verbo domini cœli firmati sunt. Cerne igitur in sinu quidem Moysi adhuc manum eius occultari,& nondum factum leprosam:prolatam verò & statim leprosam factam:deinde mox illatam,& rursus prolatam,& de cætero non leprosam. Restituta est enim,inquit,in colorem carnis eius. Ergo quamdiu quidem erat in sinu patris Deus verbum, diuinitatis naturæ fulgebat: verum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem siue ἐνανθρώπησιν, factus est in similitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus est. Ait enim diuinus Paulus: Eum qui peccatum non nouerat,pro nobis peccatum fecit,vt nos fieremus iusticia Dei in ipso.Hoc existimo lepra significari. Immūdus enim secundum legem leprosus,sed quoniam iterum fuerit in patris sinu, assumptus est enim post resurrectionē à mortuis:prolata iterum manus videtur munda,adueniet enim, adueniet per tempora Dominus noster Iesus Christus in synceritate diuinitatis & gloria, quamuis similitudinem nostram non proiecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Ergo quoties nobis sacræ literæ nominant Christum Iesum, ne hominem seorsum putaueris,non verè adunato ipsi Deo verbo,sed existimaueris magis ipsum esse ex Deo & patre verbū Iesum Christum,cum factus sit homo.

Psal.44.

Psal.32.

Heb.9.

Quod non erat homo θεόφορος Christus, nec simpliciter in homine inhabitauit Dei verbum,sed magis caro sit factum,siue homo perfectus secundum scripturas.

CAP. XVI.

QVi fidem habet in Christo immaculatā, & rectis omnium suffragiis comprobatam, dicat videlicet,quod ipsum ex Deo patre verbum exinanitate descenderit, formam serui accipiens, proprium autem sibi faciens corpus quod est natum ex virgine,factus sit nostri similis,& nuncupatus sit filius hominis. Est autem deus quidem secundum spiritum, homo autē idem secundum carnem. Denique diuinus Paulus Iudæorum populum alloquebatur,dicens: Multipharium multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio. Et quonam modo intelligatur locutus fuisse deus & pater,nouissimis diebus in filio?Locutus est enim antiquioribus per sese legem,idcirco etiam ipse filius suos dicit esse sermones per sapientissimum Moysen.Ait enim:Nolite putare quia veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed implere. Dico enim vobis, iota vnum aut vnus apex non transibit de lege,donec omnia fiant. Cœlum & terra transibit, verba autem mea non transibunt. Adhoc etiam prophetæ vocem:Ipse qui loquitur præsto sum. Ergo cum factus est in carne,tunc locutus est nobis pater in ipso. Sicut ait Paulus: Nouissimis diebus.Sed ne parum credamus,quod ipse sit ille,ante secula filius,intulit statim: Per quem fecit & secula, splendorem, etiam gloriæ,& figuram substantiæ patris esse cōmemorat.Homo igitur factus est verè is,per quem fecit & secula deus pater, & non vt nonnulli existimant in homine fuit,vt tanquam homo intelligatur à nobis,Deum habens inhabitantem. Nam si hæc rectè se habere confidunt, superuacaneus videbitur esse B. euangelista Ioannes,dicens:Et verbum caro factum est. Vbi enim opus est ἐνανθρωπήσεως? Aut quare incarnatum dicitur deus verbum,si non factum est caro?Similē nostri eum factum esse significat, & vis ἐνανθρωπήσεως similē nostri eum factum esse declarat:manssisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imò etiam super vniuersam creaturam. Oportere autem existimo ea quæ dixi exemplis etiam comprobare, & persuadere, quod factus sit homo vnigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitārit in homine,θεόδορον ipsum efficiens,tanquam & alios,qui diuinitatis ipsius fuēre participes.

Hebr.1.

Matt.7.

Ioan.1.

Intellectus siue cogitationes. CAP. XVII.

ATalibi Deus de nobis:Inhabitabo in ipsis,& inambulabo, & ero ipsis Deus,& ipsi erunt mihi populus. Nec nonetiam ipse dominus noster Iesus Christus: Ecce venio, & si quis mihi apparuerit, intrabo & ego & pater, & mansionem apud ipsum faciemus,& apud eū cœnabimus. Nominati autem sumus etiam templa Dei: Vos enim,inquit, templa dei estis viui. Et rursus: Nescitis quod corpora vestra templum est spiritus sancti,qui est in vobis,quem habetis à Deo. Verum si ita aiunt, & ipsum esse Emmanuel, tanquam vnum quemque nostrūm inhabitantem in sese Deū habuisse:apertè confiteantur. & cum ipsum adorari conspiciunt,tam à nobis,quàm ab angelis in cœlo pariter & in terra,erubescant,tanquam diuersa sentientes:& literatum sacrarū propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & viderunt & ministrauerunt verbo. Sin autē dicant,quod propterea deus sit, & vt Deus glorificetur: quia in eo tantum inhabitaret Dei patris verbum,ac non propterea quia factus sit homo. Audient rursus à nobis: Si in eis qui inhabitantem in se Deum habuerint,satis est,vt idcirco verè dei esse possint,& ab omnibus adorentur,omnes sint dij & adorandi.Inhabitat enim in sanctis angelis.Habuimus autem & nosmetipsum in nobis per spiritum, sed non sufficiat hoc natura Deos ostendere,& adorandos eos qui habeant spiritum.Igitur non propterea deus est adorandus Emmanuel,quod inhabitarit in eo tanquā in homine cōmuni, & seorsus intelligēdo in partem domini verbum, sed quod factus sit caro,id est homo,māsit enim ideo & deus & adorādus.

2.Cor.6. Apoc.3. 1.Cor.5. 1.Cor.6.

Dicta Apostolica in quibus Deus nominatus sit Christus.

CAP. XVIII.

DE mysterio dicens secundum Christum: Quod aliis, inquit, generationibus non est agnitum filiis hominū, sicut nunc reuelatum est sanctis eius, quibus volunt reuelare diuitias gloriæ mysterij huius intelligentibus,quod Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annunciamus. Si igitur est Theophorus, ac non Deus verè, quomodo ipse est diuitiæ gloriæ mysterij,quod annunciatur gentibus? vel quemodo omnino Deus adnunciatur?

Ephes.1.

ALIVD.

ALIVD. CAPVT XIX.

VOlo enim vos scire, qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meā in carne, vt consolentur corde ipsorū instructi in charitate, & in oēs diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Christi. Ecce mysterium Dei,mysterium nominat Christi, & plenè intelligere quosdam vult imaginationem ipsius. Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere si fuerant audituri, quod inhabitārit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, vt scias contra quod verbum cum sit, Deus factus sit homo.

Coloss.2.

ALIVD. CAPVT XX.

AVobis enim sonuit sermo Domini, nō solum in Macedonia & Achaia, sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, exiuit. Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicit: Qui credit in me habet vitam æternam. Nam sermonem Domini,prædicationem dicit de seipso.

1.Thes.1.

Ioan.3.

ALIVD. CAPVT XXI.

IPsi enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo nō inanis fuit, sed ante multa passi, & contumelijs affecti, sicut scitis in Philippis. Confisi sumus in domino nostro loqui ad vos euangelium Dei. Ecce loquens in Deo, Dei euangelium memorauit, qui prædicat gentibus Christum.

1.Thes.2.

ALIVD. CAPVT XXII.

REcordamini fratres laborem nostrum, & ærumnam, nocte ac die operantes, ne quem vestrūm grauaremus,prædicauimus euang. Dei inter vos Et iterum: Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniā cum percepissetis à nobis verbum auditus Dei, excepistis non vt verbum hominum,sed sicut est verè verbū Dei,qui operatur in vobis, qui credidistis.Nónne euidenter euangeliū dei,& dei verbū prędicationem de Christo cōmemorat? Quippe id omnib. manifestissimum est:Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus, erudiens nos vt abnegantes impietatē & secularia desideria,sobrie & iustè,& piè viuamus in hoc seculo,expectātes beatam spem & aduentū gloriæ magni Dei,& saluatoris nostri Iesu Christi. Ecce Deus & magnus planissimè nominatus est dominus noster Iesus Christus.Ipse est enim,cuius aduentū glorię expectantes sobriè viuere irreprehensibiliter festinamus:Sed si est homo Theophorus,quomodo sit & magnus deus,vel quomodo beata est spes in eum?siquidem verus est propheta Hieremias,dicens: Maledictus qui spem suam ponit in hominem. Neque enim Deū ipsum possit efficere vt ante dixi, deū portare?Deniq; doceant nos,quid impediat alios etiam omnes deos esse,& adorandos,qui in se habuerint deum: deum autē & magnum & beatam habentem illuminationem Christum nominat beatus Paulus qui inuenitur,dicēs de Iudæis,& de Emmanuele:Quorū patres & testamentum & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum, amen.Quod verò secundū diuinam reuelationē perspicuum sit ipso dicente: Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiā Tito, ascendi autem secundum reuelationē, & exposui eis euāgelium quod prædico in gentib.seorsus autē his qui videbantur aliquid esse,ne fortè in vacuum curterē,aut cucurrissem:Christum prędicās gentib. vt deum diuinū nominat ipsius vbique mysterium. Ascendit per reuelationem Hierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, siue discipulis, ne forte in vacuum currat,aut cucurrerit. Cum verò ab Hierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset emendauit ne aliquid ex prioribus? Nónne perseuerauit Deū confitens Christū: atqui scribit quibusdā:Mitor quod sic cito trāsfetimini ab eo qui vos vocauit in aliud euangeliū, quod non est aliud nisi aliqui sunt conturbātes vos, & volentes conuertere euangeliū Christi.Ait idē iterum: Sed & si nos aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis præter id quod accepistis,anathema sit. Pro qua igitur causa alios omnes omittens,licet deum inhabitantem habuerit,solum prædicabat Iesum sicut Deum.

Hier.17.

Rom.9.

Gal.2.

Gdat.3.

ALIVD. CAP. XXIII.

SCriptum est de Christo: Cum autem esset in Hierosolymis in die festo,multi crediderūt in nomine eius,videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat se illis, quod ipse sciebat omnes, & quod non necesse habebat, vt aliquis testimonium perhiberet de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine. Si homo est Theophorus, quomodo nō decepti sunt multi,qui Hierosolymis in nomine eius crediderunt?Vel quare solus cognoscit, quæ in homine? cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim deus dicitur corda nostra singillatim. Vel quare solus remittit peccata? Ait enim:Quia potestatem habet filius hominis in terra remittere peccata. Quare solus præter alios assessor est Dei & patris? Quare soli obsequuntur angeli? & nos quidem docuit communem putare patrem, qui est in cœlis: sibi autem eum specialiter ascribat.Sed fortè dices,quod huiusmodi voces inhabitanti verbo deputandæ sint. Nónne igitur eum oportebat iuxta prophetis conuenientem mensurā ipsum quoque dicere,hæc dicit Dominus? Verum cum ea quę sunt supra legem sancire vellet, assumens sibi conueniētem legislatoris autoritatem, aiebat: Ego dico vobis. Quomodo liberum se ait, & non obnoxium Deo? Ideo quia est filius veritate. Etsi esset homo Theophorus, esset ne etiam liber secundum naturam? Solus enim Deus liberat, quia solus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tanquam loco debitorum ab omnibus recipit religionē:etsi exitus legis & prophetarum Christus est: est autem homo Theophorus. Nónne dicere liceat,quod propheticarum prædicationū exitus ἀνθρωπολάτρως crimen nobis induxerunt.Deinde quidem lex prædicabat: Dominū Deum tuū adorabis,& ei soli seruies. Qua nos eruditione perduxit ad Christū, quasi ad agnitionem illis, qui in umbris fuerant posteriorum, spernentēne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitārem? vbi enim præstabilius erat Deum intelligi,in cœlo magis,an in homine?in Seraphin,an in terreno corpore?si erat homo Theophorus? quibus modo propemodum ac nos participauit carni & sanguini. nam si quia inhabitārit, hoc ei sufficit vt nostra similiter ac nos participare,id est,hominem factum esse:inhabitauit & in multis sanctis, homo igitur non semel,sed sæpissimè factus est.Quare ergo semel in consummationem seculorū id est,destitutione peccati per hostiam suam dicitur apparuisse? Quomodo vnum nobis verbi aduentum prædicāt diuinæ scripturæ,si Theophorus erat homo? templū scilicet & ipse factus est Dei,quomodo etiam in nobis Christus est?Sicut templū ne in templis:an vt Deus magis in templis per spiritū?si Theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus viuificū?oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus inhabitauit deus omnipotens. Scripsit autē alicubi etiam diuinus Paulus: Irritum faciēs quis legem Mosi,sine vlla miseratione sub duobus testib.moritur:quanto magis putatis deteriora mereri supplicia,qui filium dei conculcauerit,& sanguine testamenti pollutum duxerit? Atqui diuina erat lex, & mandata dicta per angelos.Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio,qui pollutum duxerit sanguinem Christi? vel quomodo potior est religione, quæ est secundum legem fides in Christo? Sed vt iam ante diximus,est non similis aliorum sanctorum homo Theophorus,sed Deus magis verè,& omni mundo celsiorem possidet gloriam: quod cum Deus sit natura Dei verbum factus est caro, siue homo perfectus. animatum enim & rationale esse quod adunatum est, & credimus corpus, & vera omnino est adunatio.

Ioan.2.

Matth.9.

Matth.5.

Deut.6.

Hebr.10.

Quomodo oportet intelligere: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et quomodo mittitur verbum quod Deus est.

Et quomodo proprium ipsius, dicitur corpus.

CAPVT XXIIII.

SEmen Abrahæ apprehendere verbum dei vnigenitum,beatus Paulus commemorat,nec non etiam quod propemodū ac nos participārit carni & sanguini. Memores autem simus etiam vocem Ioannis. ait enim:Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Id ne igitur fuit propositum viris spiritalibus docere, quod dei verbum conuersionis sit patiens? aut quod eum fas sit commutationem quæ magis creaturæ conueniat sustinere?adeò & id quod non erat forsitan aut in id sua sponte deueniat, aut vt alius contra ipsius voluntatē ad aliam

Hebr.2.

Ioan.1.

naturam impellatur? Absit. Manet nanque idem à sua natura commutationem omnem excludens, & conuersationis vmbram nesciens patì: fixa est enim semper in suis superna illa cœlestísque natura. Quomodo igitur verbum caro sit factum, videre necesse est: primum quidem diuina scriptura carnem plerunque nominat, & quasi ex parte animalis totius significationem facit, necnon etiam à sola anima, interdum tantundem ait. Scriptum est enim: Quod videbit omnis caro salutare Dei. Et ipse diuinus Paulus: Non consensi, inquit, carni & sanguini. Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel, pontifex Moses. In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sine carne animæ in Ægyptum descenderint, nec porrò quod inanimis corporibus & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factum esse verbum, hominé intelligamus ex anima & corpore factum. Est autem verbum, cum sit Deus homo perfectus, corpus accipiens animatum, & rationabile, idque sibi verè adunârit, quomodo ipse sciat: nostris enim sensibus huiusmodi cogitationes omnino cerni non possunt, & nuncupatus est filius hominis. Sed si oportet tanquam in speculũ intuentes dicere, coniectat aliquo modo sensus humanus, adunatũ fuisse verbum corpori habenti animam rationabilem, qualiter etiã hominis animam suo corpori ipsum quidem diuersæ naturæ, sortitam tamen communionẽ adunationemq; cum corpore vt penè videatur nõ esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex vtroq; animal vnũ efficiatur, manet tamen ipsa, vt ante memoraui, in sua natura. Ergo non per commutationẽ, aut conuersionem hominem factum dicimus Dei verbum, nec prorsus quod Deus esse desierit, sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex vtero adunatus, exiit homo idem simul & Deus: neque Dei & patris generationem arcanam proiiciens, sustinuit ex muliere, inde initium vt esset accipiẽs: permittebat autem carni propriæ naturæ suæ legibus nasci natiuitatis rationem duntaxat. Cæterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile: natus est enim ex virgine, & solus matrem habet innuptam: factum autem etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, vt vtroq; comprobaret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse: mansit enim quod erat. Intelligitur nanque certè tanquã aliud in alio inhabitaret, id est, diuina natura inhumanitate nõ perpessa commixtionem, aut confusionem, aut commutationem, vt esset quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, nõ ipsum sit tale, quale est id inquo habitat, sed aliud in alĩo magis intelligitur. At verò in verbi natura & humanitatis solam nobis differentiam designat diuersitas naturarum, vnus enim ex vtroque intelligitur Christus. Ergo in confusionem, vt ante dixi, seruata, inhabitasse verbum ait in nobis: scit enim vnum esse filium vnigenitum carnem fœmoris eius cum luctaretur cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris me. Et post alia: Benedixit autem eum ibi, & vocauit nomen loci illius faciem Dei. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ascendit autem sol cum transiit faciem Dei, ipse autem titubabat more suo. Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Iudæorum obluctationem, qua vtebantur in Christo, penè cum ipso luctantes, qui tamen superati sunt, & ipsi autem impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum nouissimis temporibus conuertissent. Attamen illud certè homo erat, qui luctabatur, cum Iacob Dei faciem nominabat. Neque id solum nam sciebat eum Deum esse veritate. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua est anima mea. Deus nanque est natura Emmanuel. Dicitur etiam facies Dei. nam est figura substãtiæ patris. Ita se vocabat apud Iudæos, cum diceret de Deo & patre: Neque faciem eius vidistis. Et: Verbum eius non habetis in vobis manens, quod quem misit ille, huic vos non creditis. Quod vero Deus sit verus homo ille qui luctabatur quum Iacob, sacra litera iterum faciet fidem. Dixit enim, inquit, Dominus ad Iacob: Surge ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres à facie Esau fratris tui. Reuertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau traiecit Iacob pueros & omnia vasa sua: subremansit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

Act. 7.

Cõpositio

De differẽtia naturarum.

Gen. 35.

ALIVD CAP. XXV.

BEatus Daniel horribilem nobis visionem exponẽs: Videbam, inquit, in visionem noctis, & ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniens, & vsque ad vetustum dierum peruenit, & in conspectu eius adduxerunt eum, & ipsi datus est principatus & honor & regnum, & omnes populi tribus & liguæ ipsi seruient: potestas eius potestas in æternum, quæ nõ transgredietur, & regnum eius nõ corrumpetur. Audis quẽadmodum non hominem se vidisse simpliciter commemorat, ne vnus ex nobis & iuxta nos Emmanuel esse credatur? sed quasi filium hominis. Cum enim verbum natura sit Deus, in similitudine hominum fuit, & inuentus est habitu vt homo, vt in eodem vtrumque intelligatur: & neque homo nudus, nec verbum absque humanitate vel carne, tamen ei principatum & honorem quem semper habeat datum esse commemorat. Ait enim quòd omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Cum igitur etiam in humanitate positum vnigenitum Dei verbum, seruientem habeat creaturam, & patris principatum & suum: peperit autem secundùm carnem ipsum sancta virgo quomodo non intelligitur sancta virgo θεοτόκος?

Dan. 7.

De Christi passione, & quod vile sit quod secundum aliud de vno & eodem dicitur, nec diuidimus in duo.

CAPVT XXVI.

SAnctus Paulus salutarem passionem nobis exponit, ait namque: Nunc gratia Dei pro omnibus gustauit mortem. Necnon etiam: Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die. Ad hoc etiam sapientissimus Petrus: Christo, inquit, passo pro nobis carne. Cum vnum igitur credamus Dominum nostrum Iesum Christum, id est, in humana forma conspectum, siue hominem factum iuxta nos Deum verbum, quonam modo & passionem ipsi reputemus & impassibilem seruemus vt deum? Ergo passio quidem dispensationis erat, sua quidem dicente deo verbo, ea quæ sunt propriæ carnis, propter inenarrabilem vnitatem, manente verò extra passionẽ, quantum ad ipsius naturã pertinet. Impassibilis enim Deus est. Neq; id mirum, cũ ipsum animã hominis videamus, si quid corpus passum fuerit extra passionem quidẽ manentem, quantum pertineat ad naturam: attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod propriũ sit corpus ipsius quod patitur: & licet incõtigua sit & simplex, tamen id quod patitur nõ alienũ est. Sic intelligens etiã de Christo omnium saluatore, vtar autẽ exemplis, quæ quasi per ænigmata nobis possunt ostendere, quod cõmunicârit quidem passioni vnigenitus, quantũ pertinet ad familiaritatẽ corporis sui: manserit autem passionis expers, vt Deus. Denique Deus omnipotens prodigia sapiẽtissimo Mosi iubebat efficere, vt credat ei Israel quod esset missus à Deo, vt à violentia liberentur. Ait autem: Et accipies aquã de flumine, & effundes super terram, & erit aqua, quam accipies à flumine sanguis super terram. In quinus autem quod aqua quidẽ figura sit vitę, & quod sit per naturam vita filius ex patre, tanquã ex flumine exiens eiusdem substantiæ. Ratione itaque omnia viuificat. Sed cum aquã, inquit, effunderis super terram, erit sanguis. Ergo cum factus est caro de terra, id est, quando à terra carnẽ sibi circundedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passus, licet per naturam sit vita. In Leuitico autem pollutum quidem & immundum leprosum esse significat, ita quod eum de castris eiici præcipit oportere: & si sanus fuerit à morbo, hoc eum pacto purgare. Et accipient purgato duos pullos mundos, & lignum cedrinũ, & verum coccũ & hysopum, & præcipiet sacerdos, & occidẽt pullum vnũ in vas fictile in aqua viua, & pullũ qui viuit accipiet illũ, & lauabit in sanguine pulli occisi in aquaviua, & asperget super eũ qui purgatus est à lepra septies, & mũdus erit. Reddit quidem nos mundos, & pollutionum sordes abluit, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis preciosissimus Christi, & purgatio baptismatis sacrosancti. Cæterum illud aspice, omittens enim scriptorum vim subtiliter examinare, quod mysterio expediat in præsentia memorabimus. Pullis duobus comparat Christum, non quod duo sint filij, sed quod vnus potius ex duobus ex diuinitate & humanitate in vnitatem collatus. Mundi autem pulli, neque enim fecit peccatum Dominus

Ioan. 1. Cor. 1.

1. Pet. 1.

Euod. 5.

Leuit. 14.

Dominus noster Iesus Christus, sed erat verbum sanctum & diuinitate & humanitate. Volucribus verò comparatur, quod quasi in sublimi sit super terrã, & à cœlo desuper. A cœlo enim homo est Christus, licet carnem sancta virgo peperit. Quomodo igitur desuper, & de cœlo? Deus enim verbum, quod est desuper, & ex patre carnem ex virgine sancta accipiens, & eam suam propriámque existimans, tanquam si eam desuper, & de cœlo detulisset, dicebat: Et nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis. Ea enim quæ sua sunt, propriæ carni semper attribuit, adunatum verò semel iam cum ipsa vnum scilicet existimabitur. Cæterum vide occiso vno pullo lauari quidem alterum eius sanguinem tamen nõ emori. Et quid hoc sit? Viuebat enim verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse ducebat propter adunationem & familiaritatem, quam habebat cum carne. Igitur ipse quidẽ viuit vt Deus, corpus verò tanquam proprium faciebat, & in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessariũ est, si in vno Christo id accipiamus, quod secundum aliud & aliud de vno eodẽmque constituatur: & quod in duo diuidi non permittat, licet diuersa inter se & minime conuenientia acta esse dicantur. Est autem tale quod dico. Natum esse secundũ carnem ex muliere dicimus deum verbum, quãuis omnibus ipse præbeat nasci: & ad natiuitatem, quæ nondum nata sint, vocet secundum aliud & aliud. Natus est enim eo quod homo nostri similis intelligatur. Vocat autem ad natiuitatem omnia, eo quod natura sit deus. Scriptum est autem de ipso: Puer proficiebat & cõfortabatur, & implebatur sapientia & gratia, cum natura sit perfectum vt Deus, & ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat, & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia impletur & gratia? secundum aliud & aliud. Cum sit enim idem ipse homo simul & Deus, propter vnitatẽ quidem propria ducit humana. Est autẽ perfectus & sapientiæ & gratiæ dator vt Deus. Nũcupatus est enim & primogenitus & vnigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est, qui est inter fratres plurimos primogenitus: vnigenitus verò vt vnigenitus, non iam primogenitus, nec inter plurimos fratres, & est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secundum aliud & aliud. Primogenitus enim vt inter plurimos fratres, propter humanitatem: vnigenitus porrò idem vt solus ex solo patre natus & Deo, sanctificatus fuisse dicitur per spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes. Baptizatus est secundum carnem, qui in spiritu sancto baptizabat. Quomodo igitur idem, & sanctificat & sanctificatur? & baptizat & baptizatur: Secũdum aliud porrò & aliud. sanctificatur enim humanè, sic etiam baptizatur: Sanctificat autem diuinè, & baptizat in spiritu sancto, cum ipse suscitet mortuos. Resurrexit à mortuis. Et cum sit per naturã vita, viuificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nẽpe & aliud. Ipse enim resurrexit quidem à mortuis, & viuificari dicitur secundum carnem, viuificat autem & suscitat à mortuis, vtpote Deus. Patitur, & non patitur, secũdum aliud & aliud. Patitur autem humana carne, eo quod homo sit: impassibilis autem diuinè, manet vt Deus. Adorauit ipse nobiscum. Vos enim, inquit adoratis, quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Adest etiam adorandus. Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secũdum aliud & aliud, Adorat enim, quia naturam assumpserit, quæ debeat adorare: adoratur autem porrò idem, quasi maior adorante natura, eo quod intelligitur Deus. Adoratione verò non est diuidendum in hominem seorsus, & seorsus in Deum: nec verò tanquam Deo coniunctum æqualitate dignata sit diuisus substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem. Id enim extremæ impietatis plenissimum est, sed vnum adorandum hominem factum, & incarnatum Dei verbũ, ita tamen vt credamus corpus ei adunatum, animam iuxta habuisse rationabilem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcepit oportere tam à nobis, quàm à sanctis angelis adorari. Vnus est enim, qui est introductus in orbem terrarũ. Et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inueniemus. Introductus est autẽ in orbem terrarum, tunc cum factus est homo, licet & natura sua distare ab orbe longissime videatur, & in diuinitatis eminẽtia verè esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Vnus tamen, vt ante dixi, adorandus est, & tunc cum in multis fuerit fratribus: tunc enim propterea dictus est primogenitus. Vnum filium adorauit cæcus à natiuitate sua, cum præcipuo mirabilíque modo sanatus est. Nam cum inuenisset eũ, inquit, in templo Iesus, dixit: Tu credis in filium Dei? Ille autem dixit: Qui est Domine vt credam in eum? Christus verò ei seipsum cum corpore demonstrabat: Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Vides quod singulari numero vtatur, non permittens Deum & hominem seorsum intelligi? Imò verò & si quis hominem nominauerit Emmanuelem, minime quidem communem hominem significauit, sed Dei verbum adunatum nostræ naturæ. Sicut vnum hominem adorauêre beati discipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: Verè Dei filius est. Si verò hominem cum Deo coadorari dixerimus, diuisionem spacioſissimam inducemus. Συὼ enim semper, quod latine est, cum si in significatione vnitatis, quæ est per compositionem ponatur, duo omnino cogit intelligi. Quemadmodum enim nemo sibi conuiuere dicitur, neq; concœnare, aut coadorare. vel coambulare: duarum enim personarum significationem inducet præpositio verbo præposita. Ita etiam si quis coadorari hominẽ cum deo dixerit, duos planè filios dicit, & eos esse disiunctos. Vnitatis enim ratio si in sola dignitatis æqualitate siue autoritatis intelligatur, nõ esse vera conuincitur, idque à nobis iam pluribus ante probatum est.

Ioan. 4.

Luc. 2.

Ad illos qui aiunt, quod sola relatione Deum verbum deceant humana. CAP. XXVIII.

GArriunt nonnulli de carnali dispensatione vnigeniti & venerabile & magnum ac superius spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam saluati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus cõtaminant, pulchritudinémque veritatis, cum eos oporteat, non si quid rectè habere videantur roborare conari: sed inspicere magis subtili acutóque mentis oculo sacrum propositum literarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ patres sanctissimi examinarunt, qui sancti spiritus illuminationibus eruditi, sanxêre nobis symbolũ fidei, ipsum quod ex patris substantia inæstimabiliter natum est Deum verbum, per quod omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis causa descẽdisse, carnem factum, passum, ascendisse in cœlum, vẽturum per tempora iudicare viuos & mortuos. Verũ nonnulli sunt, doctos se esse scientésque opinantes: & supercilio & tumore inflati, qui si hæc verba audierint, derident, & ea quæ tanquam rectè sunt dicta, deliramenta magis existimãt: cum præsertim credamus, illuminatione spiritus sancti patuisse sanctis patribus scientiam veritatis: at illi tanquã si soli possint meliora sentire, non ipsum existimãt vnigenitum dei filium, quod est ex substantia eius deũ verbum passum esse, sua carne pro nobis humanè. Licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat, vt pati non posset: hominem autem seorsus & separatim eum ponentes, qui est ex sancta virgine procreatus: deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatũ fuisse dicunt verbo Dei & patris: & rationem adunationis exponẽtes, donatam esse ipsi dicunt à Deo æqualitatem dignitatis siue autoritatis, & vt simili appellatione & Christus & filius dicatur & Dominus. Sin verò etiam passus esse aliquid dicatur homo, qui ab ipsis excogitatur: oportere aiunt in ipsum deum verbũ referri, eo quod coniunctus sit ipsi æqualitate dignitatis, cũ naturis diuersis vnusquisque id sit, quod est. Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum literarum exempla proponens. Esuriit Christus, itinere fatigatus est, dormiuit, ingressus est in nauiculam, pulsatus est à ministris verberibus, à Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori eius obtulerunt: gustauit autem & mortem cruce, passus & alia conuicia Iudæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorat, referri verò in filij veri personam. At nos credimus sicut in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem: ita etiam in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filiũ eius. Diuidere verò seorsum in hominẽ Emmanuel recusamus, & seorsum in verbum. Scientes autem, quod factum sit iuxta nos verbũm &

homo,verè ipsum eundemque dicimus deum de deo,humanè verò hominem iuxta nos ex muliere. Affirmamus autem propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum:seruasse verò naturæ suę impassibilitatem,eo quod non homo erat solum, sed idem etiam deus natura. Et quemadmodum erat proprium corpus ipsius, ita enim naturales corporis, & inculpabiles passiones:nec non ea,quæ ei illata sunt petulantia nonnullorum: patiebatur autem impassibiliter, qui non idcirco se humiliauit, vt esset tantum similis nostri: sed quia, vt ante dixi naturæ suæ, vt istis omnibus superior reseruasset, ac si diceremus quod per conuersionem,vel commutationem naturæ suæ,in naturam transierit carnis: necesse erat omnibus modis nos inuitos etiam confiteri arcanam diuinamque naturam fuisse passibilem.Sin autem manserit incommutatus,licet iuxta nos homo sit factus,& est proprium cœlesti naturæ vt pati non posset: deinde per adunationem ipsius fuerit corpus passibile, patitur corpore patiēte,eò quòd ipsius fuisse dicitur proprium: manet verò ipse impassibilis,eò quòd ipsius est. Porrò propriū vt pati non posset, & sit glorificatus est Emmanuel per passionem,vt ipse dixit cum pro nobis preciosam crucem esset passurus,nūc glorificatus est filius hominis:cur passionis gloriam homini tribuentes, solam habenti coniunctionē cum eo in æqualitate dignitatis,non erubescunt? Nam sicut ipsi existimant,coniunxit sibi secundum volūtatem patris & complacitum hominem. Similiter & eum suæ gloriæ parem efficit & concessit, vt simili appellatione Christus & filius & deus nominetur,& dominus. Ergo neque incarnatum est verè verbum, nec prorsus homo est factum,& fortè etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius,nullum patiatur detrimētum. Aut enim dicant,imò magis procedant in medium,probaturi quod coniūctionis, quæ ab ipsis inducitur modus habet vim,& idem verbum hominem factum. Aut si ea non ita habere existimant, quare coniunctionis nobis inconiunctæ modum excogitant, veritate neglecta, cū deceat eos dicere humanitati nostræ adunatum fuisse dei verbum & patris: ita enim carne quidem propria intelligatur passus humana:quantum verò pertineat ad diuinitatis naturam, molestiæ omnis expers vt deus. Quod verò relationem nominantes, quæ nescio quomodo ab ipsis reperta est gloriæ detrahant Emmanuel quoque, eum vix vnum sanctorum efficiant prophetarum.Et quod inter mensuras constituant plurimorum,in eoque proculdubiò capiantur. Probabo. Porrò diuinæ scripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquādo in deserto aduersus Mosen & Aaron populus Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus, percussi à domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carnium,& edebamus carnes vsque ad satietatem. Dicit deinde sapientissimus Moses (erat enim consequens tam temerè impatientes confutare) Nos autem qui sumus? Neque enim aduersum nos est murmuratio vestra,sed aduersus deum.Regnabat autem per illa tempora etiam deus omnipotēs, per sanctos prophetas populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes accedebant ad diuinum Samuel, dicentes: Ecce tu senuisti,& filij tui non ambulant in viis tuis,& nunc cōstitue super nos regem, qui iudicet nos, sicut & cæteræ gentes. Moleste quidem nimis ferebat id propheta. Ait autem deus omnipotens: Audiui vocem populi, sicut locutus est ad te, quia te non spreuerunt,sed me,vt nō regnem super eos.Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apostolis:Qui recipit vos,me recipit. Nec non etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi. Probitatis verò ipsorum mores familiariter agnoscens, de his quibus benè consultum fuerat ab ipsis:Quandiu feceritis,inquit,vni horum minimorum,mihi fecistis. Ecce in his relationis modus qualis sit, cognoscitur. Vehemēter murmurabat aduersus Mosen & Aaron populus Israel,& res quidem hæc habet relationē in deum: erant tamen Moses & Aaron homines similes nostri. Eodem pacto etiā in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionē: sed erant quidē,vt ante dixi,sancti & admirabiles homines,homines tamē similes nostri. Eóne igitur modo etiam homo deo verbo coniunctus,vt illi aiunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo iam non sit homo communis,& seorsus? & aliud nihil? Ergo non est verè deus Emmanuel,non vnigenitus filius,non deus secundum naturam. Deinde quam ob causam nemo aliorum à deo verbo honoratus est æqualitate dignitatis, siue autoritatis: solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt,maximè quum deus saluator omnium, non iudicat ad personam, sed iustum iudicium, sicut ipse commemorat? Quare ergo confidet solus, quomodo veniet iudex obsequentibus angelis? Quare autē solus tam à nobis,quàm à supernis principibus adoratur? sed valdè,inquit, te enim quoq; id agere inuenimus. Passim enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuas passiones,licet impassibilem serues vt deum.At nos vir optime, quum prius adunauerimus verbum & hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem verò, vt deum seruabimus. Nam licet factus sit similis nostri,attamen scire debemus, cœlestium dignitatem, & diuinæ eius eminentiæ maiestatem. Præmissa igitur vnitate, ea quæ quasi aliquo fundamento fidei prçiacto,carne quidem passum esse confitemur: mansisse verò extra passiones. Quippe cum in se habeat,vt pati non possit. Sin verò in partem ponamus deum & hominem, naturas à se diuidentes, & secundum solam relationem dicamus deum verbum suum duxisse,ea quæ corpori contigerunt. Mosi quippe & Aaron modum habebit, is qui ex sancta virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus.Ergo & ipsi per prophetas sanctos dicant:Dorsum meum posui in flagella,maxillas autem meas in palmas.Faciem autem meam non auerti à cōfusione sputorum.Porrò infoderunt manus meas, & pedes meos, numerauerunt omnia ossa mea. Et porrò dederunt in cibum meum hysopum, & in siti mea obtulerunt mihi acetum.Ipsi omnia hæc vnigenito attribuimus,quę pro nobis dispensatoriè carne passus est, secundum scripturas. Viuifica enim eius passione nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse,impassibilem verò eum natura esse, cognoscimus. Nam si, vt dudum dixi, idem homo est simul & deus.Sunt quidem certæ humanitatis eius passiones. Porrò dei proprium est, vt impassibilis intelligatur.Hæc ita sentiētes seruabimus pietatem, & per rectas cogitationes & sensus ad cœlestis vocationis palmam perueniemus,in Christo, per quem, & cum quo deo & patri gloria cum sancto spiritu Amen.

BEATI CYRILLI SERMO, DE EO quod verbum dei factum sit homo.

PRofundum quidem & magnum, vereque admiratione dignum est hoc religionis sacramentum, atque adeò angelis beatis desideratissimum. Dicebat enim aliquando Seruatoris discipulus de his quæ à sanctis prophetis dicta super Iesu omnium nostrum seruatore: quæ nunc reuelata sunt nobis per eos, qui euangelizant nobis in spiritu sancto è cœlis misso. In quæ desiderant angeli prospicere. [1. Pet. 1.] Sanè omnes prospexerunt, qui intellexerunt magnum hoc religionis sacramentum: quoniam natus est secundum carnem Christus,gratiarum actiones pro nobis offerentes,dicebant:Gloria in excelsis,& in terra pax, in hominibus bona voluntas.Quomodo enim læticia implendi non erant, mundi saluatorem & redemptorem videntes natum è sancta virgine,qui etiam vno peccatore pœnitentiā agēte,festum agunt? [Lucæ 15.] sicut dicit Saluator. Tripudiet igitur propter nos sanctorum spirituum multitudo. Et quod hic argumentum? vnigenitus homo factus est, natus est secundum carnem, innotuit dominicæ erga nos benignitatis latitudo, & incomparabilis misericordiæ magnitudo. Nam beatus propheta Esaias [Esaiæ 25.] inquit:Absorpsit mors valida.Et iterum: Abstulit deus omnem [Ibidem.] lachrymam ab omni facie. Abstulit autem quodammodo omnis faciei lachrymam. Vel quo pacto veterem illam maledictionem vt inefficacem declarauit,& aduersantissimum mortis destruxit imperium,docebit iterum sapiētissimus Paulus: Nam [Hebr. 2.] quia paruuli participes fuerunt sanguinis, & carnis, & ipse similiter particeps fuit eorum: vt per mortem eum qui mortis potestatem habet, aboleat, hoc est diabolum, & liberet eos qui metu mortis per omnem vitam seruituti obnoxij erant. Quid igitur est hoc,similiter particeps fuit eorum? Vel illud nimirum quòd factus est sicut nos,ex sancta & dei genitrice Maria in sanguine & carne. Nam cum verbum dei sit deus natura,& verus, consubstantialis & coæternus patri, & suæ sublimitatis excellentia honorificentissimus,& in forma & similitudine eius qui genuit: non est rapinā arbitratus quòd esset æqualis deo,sed semetipsum

metipsum

metipsum exinaniuit forma serui assumpta è sancta Maria, in similitudine hominum factus,& figura inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Itaque sponte vsqueadeo se humiliauit, qui de sua plenitudine dat omnibus. Demisit autē sese propter nos, à nullo coactus, sed vltroneus propter nos serui formam accepit, qui secundum naturam suam liber. Inter eos qui nobis similes, qui super omnem creaturam est. Inter eos qui sub morte,qui omnes viuificat.Ipse enim est panis viuus,& vitam dedit mundo, factus nobiscum sub lege, qui super legē & legislator, vtpote deus. Inter eos qui initium & natiuitatem habent, qui ante omne seculum & tempus, imò seculorum conditor & factor.Quomodo igitur fuit sicut nos? corpore assumpto ex sancta Virgine,corpore autem non inanimato,sicut visum est quibusdam hæreticis,sed animato,atque adeò anima rationali. Sic prodiit perfectus homo ex muliere absq; peccato, verè & non opinione vel phantasia. Non contemptior fuit in hoc quòd erat deus,neque id abiecit quod erat: semper est & erit deus. Sic dei genitricem dicimus sanctā virginem. Nam sic beatus Paulus dicit: [1.Cor.8.] Vnus deus & pater, ex quo omnia: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Non enim diuidimus vnum dominum,& deum & Saluatorem nostrum in duos filios,eum qui homo fuit,& incarnatum dei verbum. Neque sicut opinantur quidam hæretici & imprudentes,quòd humanitas & deitas mutuum confusæ sunt,ita quòd verbum dei in naturam carnis concesserit, & natura carnis in naturam deitatis conuersa sit:inuertibile enim & immutabile omnibus modis est verbum dei: sed quòd carnem animatam anima rationali sibi ex sancta virgine verè vniuerit verbum dei, ineffabiliter incarnatum, & factum homo dicitur. Sufficiat igitur ad rectam & ad irreprehensibilem fidei nostræ cōfessionem,dei genitricem dicere & confiteri sanctam Virginem:id autem adducere, quod & hominis genitrix sit,non est necesse neque vtile.Edocti enim sumus confiteri vnum deum, & credere eum, etiam postquam homo factus est, sicut Paulus dicit: [1.Timo.2.] Vnus deus, vnus & mediator dei & hominum.Nam hominem quidem dicimus factum esse inuertibiliter dei Verbum, & quantum quidem ad naturam carnis pertingit,peperit beata Virgo corpus cōsubstantiale suo & nostro:sed in hoc quod dicitur dei genitrix,simul colligitur & hominis manifestatio. Non enim nudam peperit deitatem sancta Virgo, sed vnitum carni Dei verbum. Et non aliter intelligitur dei genitrix,nisi hoc modo. Nam omnino præintelligitur confessio incarnationis. Et sic vltrà verum erit quod Dei genitrix fuerit sancta Virgo,quæ peperit mirabiliter vnum Christum,similiter carnis nobiscum participem & sanguinis, & cōsubstantialem ei, & nobis secundum humanitatem, ita vt caro sit ex dei genitrice Maria. Non enim similis substātiæ,vt quibusdam [ὁμοούσιος.] videtur hæreticis, sed ὁμοούσιος, hoc est consubstantialis, id est, [Hebr. 2.] ex nostra substantia. Dicit enim: Semen Abrahæ apprehendit. Qui autem dicit ὁμοιούσιον, hoc est,similem substantia, non dicit verum hominem, sed similitudinem filij hominis, sicut Daniel dicit. [Dan. 10.] Apostolus autem non similitudinem nos docuit, sed [1.Tim.2.] inquit:Homo Christus Iesus,qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.Consubstātialem autem qui dicit,dicit eundem esse cum patre & deo secundum diuinitatem, sicut & Patres nostri confessi sunt,dicentes ὁμοούσιον, hoc est,consubstantiale patri,& non ὁμοιούσιον, hoc est similem substantiam.Proinde cum dicamus dei genitricem, superflua & non necessariò superaddimus hominis genitricem.Sufficit enim,vt dixi,prima vox totius sacramenti nostri confessionem cōtinens,& nullam loquacitatis occasionem volentibus veritatem calumniari suppeditans. Mos enim hæreticorum est etiam ea quæ rectè dicta sunt,in adulterinum sensum peruertere.Abducimur autem nullo modo intelligentes quod errârint, & ipsas diuinas scripturas corruperint. Proinde nostrum fuerit, digna & sententiæ congrua proferre verba. At si isti nō rectè intelligunt,nihil ad nos. [Esaiæ 5.] Ipsi audient per prophetam dicentem: Væ his qui dicunt malum bonum,& bonum malum.Atqui nulla communio est lucis & tenebrarum,nulla conspiratio Christi & Belial.Nam nos ingrediemur viam rectam, & nihil adulterini habentem, hoc est semitam regiam,& non obliquam: que sic occurremus ad præmium supernæ vocationis,per quem & cum quo deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Cyrilli Alexandrini episcopi,ad Successum episcopum Isauriæ Diocæsariensem epistola prior.

PErlegi Commonitorium, quod à tua sanctitate directū est, & nimium gratulatus sum, quod dum valeas ex multa doctrina,vel nobis prodesse,vel aliis: tamen admonere digneris,vt quæ mente retinemus, & recta esse perspicimus, distribuamus. Sentimus igitur de Saluatoris nostri dispensatione, ea quæ & ante nos sancti patres nostri pia mente senserunt. Quorum studiosis laboribus nostram intelligentiam coaptantes, ita eos per omnia sequimur, vt nihil nouum rectis dogmatibus inseramus. Quia verò tua perfectio sciscitatur, vtrū dicere in Christo duas naturas aliquando,vel non dicere debeamus,ad hoc tibi respōdere necessarium credidi. Diodorus quidam cum primo tempore [*Diodorus.*] πνευματόμαχος,id est,spiritui sancto aduersarius existeret,vt aiunt,orthodoxæ communicauit ecclesiæ.Hic vt putauit Macedonianæ deponens maculam perfidiæ, in alteram recidit ægritudinis qualitatem.Sensit enim,& scripsit,quod alter sit filius seorsim qui de semine Dauid,& sancta virgine natus est:& alter iterum proprie filius dei patris existat.Qui ouina pelle lupum contegens,simulat quidem vnum se Christum dicere,hoc nomen tantummodo dei patris verbo filio vnigenito tribuens: gratiam verò & huic deputans,sicut ipse dicit,qui est ex semine Dauid, quem & filium vocat, tanquam vnitum, inquit, ei qui secundum veritatem est filius.Vnitum autem non sicut nos adserimus, sed iuxta solam dignitatem & authoritatem, & honoris æqualitatem. Huius discipulus Nestorius fuit, & ex librorū [*Nestorius discipulus Diodori.*] eius eloquiis obscuratus,simulat quidem se vnum Christum,& filium,& dominum confiteri:verūtamen & ipse in duos vnum indiuiduumque partitur, hominem dicens deo verbo æquiuoca nuncupatione,& honoris,& æqualitate atque dignitate coniunctum. Nam & voces in euangelicis & apostolicis de Christo positas definit ac dicit eas quidem tanquam homini conuenire perfecto, quas humanitus protulit: illas verò Deo verbo congruere,quas deitati dignas indubitanter exprompsit.Ipsum verò multipliciter diuidit, ac sequestrat hominem adserēs, propterea & sanctam Virginem non dicit dei esse genitricem, sed potius, hominis matrem. Nos autem hæc non ita esse cognoscimus, sed per scripturas diuinas, quibus sanctis patribus sumus edocti,vnum filium & Christum, & dominum confitemur,hoc est, dei patris verbum natum quidem de deo ante secula diuinitus atque ineffabiliter: in nouissimis autem mundi temporibus propter nos secundum carnem de sancta & beata virgine genitum. Quam etiam, quia deum factum hominem & incarnatum ex se protulit, ideo dei genitricem veraciter appellamus. Vnus ergo est filius,vnus dominus Iesus Christus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Non enim alter est filius verbum dei patris, & alter iterum qui de sancta Virgine natus est,sed idem ipse qui est ante secula deus, etiam secundum carnem ex muliere creditur editus, nō quod ex ea initium deitas eius acceperit vt sit, aut subsistendi principium de sancta Virgine sumpserit: sed potius, vt dixi, quod verbum subsistens ante secula secundum carnem quod dicitur ex ea progenitum. propria enim facta est eius caro, sicut & singulis nobis est proprium corpus. Quia verò nonnulli calumniantur nos, quod Apollinaris dogma sectemur, & aiunt: quia si vnum dicitis iuxta vnitatem verissimam filium verbum dei patris factū hominem & incarnatum, vtique phantasiam per hoc inducitis,& [*Cōfusionem non esse factam naturarum.*] separare probamini. Quod autem confusio, aut contemperatio,aut permixtio facta sit verbi in carnem, vel corporis conuersio in deitatis essentiam, hanc nos calumniam nimis prudenter abominamur,dicentes, quia dei patris verbum inæstimabiliter atque ineffabiliter vnierit sibi corpus animatum anima rationali,& processerit homo ex muliere, non conuersione naturæ factus vt nos, sed dispensatoria potius voluntate. Voluit enim fieri homo,quod non erat: secundum naturam autē quod erat deus nequaquam prorsus abiiciens. Nam quamuis in nostram mensuram descendens formam serui susceperit, in suæ tamen Deitatis celsitudine,& naturali dominatione permāsit. Vnientes igitur nos sanctæ carni, habentem animam intelligibilem ineffabiliter,& super humanam intelligentiā dei patris verbum inconuertibiliter vnum Christum filium & dominum confitemur, eundem deum simul & hominem non alterū & alterum, sed vnum eundemque hoc & illud singulariter existentem. Id-

circo aliquando quidem vt homo iuxta dispēsationem humanitatis effatur, aliquando verò tanquam Deus cum potestate quæ deo digna est, sermones eloquitur. Illud etiam cōfitemur, scrutantes studiosissime modum dispensationis in carne & cōtemplantes subtiliter tanti sacramenti mysterium, peruidemus quod verbum Dei patris caro sit factum quam sacratissimam carnem non ex diuinitatis suæ natura formauit, sed potius eam ex virgine sancta suscepit: alioqui quomodo factus est homo, si non humanum corpus adsumpsit? Aduertentes, vt dixi modum incarnationis, inspicimus quòd duæ naturæ secundum vnitatem indiuiduam inconfuse atque inde mutabiliter sibi conuenerint. Caro caro est, & non Deitas, licet Dei facta sit caro. Similiter etiam verbum Dei est, & nō est caro, quamuis dispensatoriè propriam fecerit carnem. Cùm hoc ergo cōsideramus, nihil lædimus conuentum, quem ad vnitatem diximus ex naturis duabus effectum: propter vnitatem verò non sequestramus naturas ab inuicem, nec in duos filios vnum indiuiduúmque partimur: sed confitemur vnum filium, & sicut patres asseruerunt, vnam verbi naturam dicimus incarnatam.

Quantum ergo pertinet ad intelligendum, solummodo id cōtemplandum oculis animæ, quomodo sit incarnatus vnigenitus: duas naturas adunatas esse perspicimus, sed vnum Christū filium & dominum Dei Verbum factum hominem, incarnatúmque profitemur. Et si placet huius compositionis etiam ex nobis ipsis, iuxta quod sumus homines, accipiamus exemplū. Compositi enim ex anima constamus & corpore, duásque intuemur naturas: altera quidem corporis, altera verò animæ: sed vnus homo secundum vnitatem ex natura vtraque subsistens compositus duarum naturarum, duos homines eum qui vnus est quomodo facis? Sed, vt dixi, secundum compositionem vnus homo est qui ex anima constat & corpore. Nā si negamus quod ex duabus diuersísque naturis vnus & solus Christus sit, post vnitatē indiuisam existentibus dicant qui rectæ fidei contradicunt, si vna natura totus est Christus, quomodo factus est homo, aut quam carnem facere dignatus est propriam? Quia verò in ipso Commonitorio tuo vim quandam sermonis huiusce modi reperi, quod post resurrectionem sancta caro Christi saluatoris omnium nostrum in Deitatis sit cōuersa naturam, ita vt iam tota diuinitas sola esse videatur oportere, credidimus etiam ad hoc dare responsum. Beatissimus Paulus causas incarnationis vnigeniti filij Dei nobis exponens, aliquando quidem scripsit: Quoniam quod impossibile erat legi, in quo lex infirmabatur in carne, Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnē ambulamus, sed secundum spiritum. aliquando verò: Quoniam pueri, inquit, cōmunicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit iisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum, & liberaret eos, qui timori mortis per totam vitam erant obnoxij. Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus similari. Fatemur ergo per Adæ præuaricationem humanam fuisse corruptam substantiam, & intelligentiam nostram voluptatibus carnis, & insitis motibus accidentibus nostræ naturæ velut tyrannica dominatione cōpressam. Vnde necessarium fuit vt pro salute nostra, qui moramur in terra, Dei verbum homo fieret. & humanam carnem corruptioni deditam, & voluptatum illecebris ægrotantem, propriam faceret. Et quia est vita cunctorum, corruptionem quidem eius destrueret, compesceret autem insitos motus, eos videlicet, qui nos ad vitia voluptatésque præcipitabant. Sic enim oportebat mortificari in nostra carne delicta. Meminimus autem & beatissimum Paulum legem peccati appellantem insitos nobis voluptarios motus. Quapropter quia humana caro facta est verbi propria, desiuit iam corruptioni succūbere. Et quia peccatum non nouit, tanquam Deus qui eum subuniuit, & vt dixi, propriam fecit, desiuit iam vitiis ac voluptatib. ægrotare. Nā hoc sibi perfecit vnigenitus filius dei, verbū est enim quod est semper, sed proculdubio nobis: nam similes sumus ex Adæ præuaricatione subiecti, venient vtique nobis etiam bona quę in Christo sunt, hoc est incorruptio & abolito peccatorum.

Factus est igitur homo, non assumpsit hominem sicut Nestorio placet. Et vt crederetur quia factus est homo, manens quod erat, videlicet deus iuxta naturam, idcirco & esurire dicitur, & ex itineris labore lassescere, perferre etiam somnum, perturbationes, atque tristiciam, cæterásque humanas absque vitiis passiones. Itemque vt satisfaceret videntibus eum: quia cum homo, sic etiam Deus verus permanet, operabatur diuina miracula, increpans mare, suscitans mortuos, & cætera mirāda perficiens. Sustinuit autem etiam crucem, carne sua mortem nō natura Deitatis excipiens, vt primogenitus ex mortuis fieret, & iter humanæ naturę faceret ad immortalitatis excursum. Infernus quoque idem tenebatur obstruse: post resurrectionem verò erat quidem corpus ipsum quod passum fuerat, veruntamē iam non habens in se infirmitates humanas: non enim illā patientem famis, laboris, vel similis alicuius adserimus: sed iam incorruptibile confitemur, nec hoc solum, sed & viuificum: vita enim corpus est, id est, vnigeniti filij Dei, glorificatum est claritate Deo dignissima: & intelligitur Dei corpus. Idcirco si quis illud diuinum dicat, sicut & hominis humanum, à decentissima ratione non deuiat. Vnde puto beatissimum quoque Paulum dicere: Etsi cognouimus secundum carnem Christum sed nunc iam nō nouimus. Dei enim, vt dixi, proprium corpus existens omnia humana transcendit. Conuersionem autem in Deitatis naturam corpus è terra non potuit sustinere: hoc enim impossibile est: alioqui deitati de rogamus tanquam factæ, & velut adsumpto aliquid in se, quod eius iuxta naturam propriū non sit. Dehinc æqualis probatur ineptiæ, dicere conuersum esse corpus in Deitatis naturam: & illud quod Verbum sit in carnis substantiam commutatum. Sicut enim hoc impossibile est, quia inconuerribile & incommutabile comprobatur: ita etiam illud non est possibile, in Deitatis essentiam vel naturam aliquid creaturam posse conuerti. Est autem creatura etiam caro. Ideóque diuinum quidē dicimus corpus Christi, quia corpus est Dei, & ineffabili gloria illustratum, incorruptibile, & iam sanctum atque viuificum confitemur. Quod autem in naturam Deitatis sit immutatum, neque sanctorum Patrum quisquam sensit aut docuit, neque nos ita sentimus. Sed nec illud tua sanctitas ignoret, quod beatæ memoriæ pater noster Athanasius, Alexandrinæ vrbis Episcopus, dum per idem tempus quæstiones aliquæ mouerentur, epistolam scripsit ad Epictetum Corinthiorum Episcopū, per omnia rectæ fidei adsertione annexam. Et quia ex ea Nestorius arguebatur, cum legētes eam defensores rectæ fidei cohiberent etiam eos qui probantur similia sentire Nestorio, correptionem suæ confutationis ex ea impij formidantes, machinati sunt acerbissimū quiddam, & hæretica prauitate dignissimum. Præfatam nanque adulterant epistolam, sublatis ex ea quibusdam, aliis suppositis ediderunt, ita vt putaretur ille similia Nestorio sapuisse. Fuit ergo necessarium, ne forsitan & ibi apud vos ab aliquibus corrupta inferatur, ex nostris exemplaribus tuæ Reuerentiæ paria destinare. Nam & vir religiosus, Emisenæ ciuitatis Episcopus, Paulus Alexandriam veniens, mouit de hac causa sermonem, & inuentus habere ipsius exemplar epistolæ, sed corruptum ab hæreticis, atque deprauatum, vnde popposcit ex nostris scriptis Antiochenis similia dirigi, quam etiam destinare curauimus. Sequentes quoque per omnia sanctorum Patrum rectæ fidei prædicationem, librum contra Nestorij dogma conscripsimus: necnon & alterum contra nonnullos, qui vim Capitulorum eorum reprehendere tentauerunt, quod tuæ Reuerētiæ destinaui, vt si forsitan aliquibus vnius eiusdémq; fidei fratribus nostris quorundam garrulitate surreptum est, æstimantibus quod nos pœniteat super his quæ contra Nestorium gessimus, ex his lectionibus corrigantur, & discant, quod optime dudum, atque rectissime corripuerimus eum, tanquam deceptum: & nunc nihilominus insistamus blasphemiis eius ob nefarium repugnantes. Tua verò perfectio cum possit aut maiora sentire, prodesse nobis scribendo, hortandóque dignetur.

Carnem nō esse mutatā in deitatē post resurrectionem.

Adæ præuaricatio corrupit nostram substantiam.

Lex peccati in Paulo.

Athanasii epistola ad Epictetum.

Paulus Emisenus.

Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Successum Episcopum Isauriæ Diocæsarienſem Epistola posterior.

DEclaratur quidem veritas his qui diligunt eam: oculit autem se, quantum arbitror, & latet iniquorum mentes, fugitóque intelligentiam callidorum. Non enim se dignos exhibent,

bent, qui syncerissimis eam intueantur obtutibus, & amatores quidem immaculatæ fidei in simplicitate cordis Deum, sicut scriptum est, deprecantur. Qui autem distortos calles ambulāt, & quibus prauum, iuxta quod in Psalmis dictum est, cor adhæsit, peruersorum sensuum sibi multiplices occasiones accumulant, vt peruertant vias Domini rectas, & simplicium trahant animas illicita quoque sentire. Hæc autem dico lectis cōmonitoriis à tua sanctimonia destinatis: in quibus reperi quędam nimis incautè proposita ab his qui nescio quomodo falsam eruditionem affectant. Erant autem ista proposita: Si ex duabus, inquit, naturis factus est Emmanuel, post vnitam verò vna verbi natura intelligitur incarnata, hoc proculdubio cōsequitur, vt eum necessariò fateamur in sua natura fuisse perpessum. Beatissimi patres nostri, qui sacrum nobis rectæ fidei symbolum formauerunt, ipsum dixerunt Dei patris verbū de substantia eius vnigenitum, per quod facta sunt omnia, incarnatū & hominem factū, nec vllo modo sanctos illos dicimus ignorasse, quod vnitum verbo corpus animatum fuerit anima rationali, ita vt si quis incarnatum adserat verbum, non sine anima intelligibili vnitam & carnē necesse est adseueret. Sic enim arbitror, imò potius vt totum confidenter adfirmo, etiam beatissimum Ioannem euangelistam dixisse: verbum caro factum est, & habitauit in nobis: non tanquam carni sine anima, quod absit, verbum fuerit adunatum, aut quod mutationem, conuersionemque pertulerit, id est, id quod erat, hoc est natura Dei sine dubitatione permansit. Dignatus est autem esse homo, & fieri secūdum carnē sicut nos ex muliere, vnus idē filius perseuerat, non incorporeus, vt olim ante tempore incarnationis extiterat. Et licet nō sit vnius substantiæ verbū quod ex patre est genitum, & corpus & vnitam habens animam rationabilem: tamen animas intellectu solo discernit vnitarum differentia naturarum, vnumq; & filium, & Christum & Dominum, iuxta quod verbum caro factum est confiretur: Carnem autem factam dicentes, hominem factum profecto testamur. Quæ igitur necessitas eum pati in suæ Deitatis essentia, si post vnitionem dicatur vna natura verbi incarnata? Si enim non esset in sermonibus dispēsationis quod passionem possit excipere, rectè ista fortassis adsererent: quia cum non existeret quod pati posset, omnis esset necessitas verbi substantiæ contingere passionem. In eo autem quod incarnatus Dei filius dicitur, omnis ratio cum dispensatione carnis infertur. Incarnatus est autem non aliter: sed semen Abrahę apprehendens, & per omnia similis fratribus factus formam serui suscipiēs. Quapropter garrulitatem suam inaniter perdiderunt, qui dicunt consequēs esse eum pati oportere in propria natura, dum caro subiaceat, erga quē proculdubio credatur passionē prouenisse, verbo impassibili perdurante. Sed idcirco illud propter iniuriā passionis adserimus. Sicut enim propriū eius effectum est corpus, sic & vniuersa corporis, absque peccato, proprietate dispensatoria eius esse dicuntur. Sed aiunt: Si vna natura verbi est incarnata, omnis manet profecto necessitas, confusionem permixtionemque fieri, imminuta veluti atque subtracta in eodem humana substantia. Ignorauerunt item qui recta peruertunt, quod iuxta veritatem vna verbi natura sit incarnata: sic enim vnus est filius, natura & veritate verbum, quod ineffabiliter ex patre est editum. Si idem quoque per assumptionem carnis non exanimis, sed potius anima rationali processit homo de muliere, non in duas diuiditur idcirco personas, sed filius vnus idemque permansit: veruntamen non incorporeus, nec extra carnem, quam sibi fecit propriam iuxta indiuiduam vnitatem. Qui hoc verò adstruit, non cōmixtionem, aut confusionē, nec aliquid diis simile prorsus adfirmat, nec id vnquam velut ex ratione necessaria consequitur. Nam si vnus dicitur vnigenitus filius Dei, incarnatus, & homo factus, non ideo, iuxta quod illis videtur, permixtus à nobis adseritur. Nec enim substantia verbi in naturam carnis vlla ratione transfusa est, nec carnis in verbum, sed in sua proprietate vtraque manente natura, atque intelligenda iuxta rationem, quam nuper edidimus, incomprehensibiliter atque ineffabiliter vnita creditur, vnaque filij natura, vt diximus, à nobis incarnata memoratur. non enim de solis tantum simplicibus per naturam vnum specialiter dicitur: sed etiam de iis quę iuxta compositionem aliquam conuenerunt, vt est, verbi gratia, homo, qui ex anima constat & corpore. Nam hæc alterutrum sibi specie differunt, nec vnius essentiæ comprobantur, veruntamen vnitam vnam naturam hominis perfecerunt, quamuis adsit compositionis ratione differentia secundum quam indiuisam vnitionem natura vtraque concurrit. Superfluis igitur sermonibus immorantur, qui dicunt: Si vna verbi natura est incarnata, hoc sequitur omnimodis, vt permixtio confusióque generetur, velut imminuta suppressáque humana substantia. Non enim minuitur, vt æstimant, neque supprimitur: sufficit autem ad significātiam facti hominis fateri quod incarnatus est: hoc enim si taceretur à nobis, haberent aliquem colorem eorum calumniæ. Quia verò necessariè subiunctum est, quòd incarnatus sit, vbi nunc imminutionis modus, atque suppressionis superesse iā poterit? Sed aiunt: Si perfectus Deus, perfectus homo, idem ipse intelligetur, & ὁμοούσιος patri esse secūdum deitatē, qui nobis ὁμοούσιος est secundum humanitatem, vbi erit perfectio, si non extitit humana substantia? Quomodo etiam nobis ὁμοούσιος est, si non permanet essentia, quæ est nostra natura? Sufficiat & iis explanatio illa, vel satisfactio, quæ in capitulo superiori prolata est. Si enim vnam dicentes naturam verbi, taceremus non inferentes incarnatum: si negaremus dispensationis arcanum, forsitan eorum sermones aliquid persuasionis adferrent, simulantes interrogare, vbi perfectio in natura humana, aut quomodo subsistat nostra substantia. Quia verò perfectionis, quæ constat in humilitate essentiæ nostræ, declaratio profertur, per hoc quod dicitur incarnata, desinant arundineum sibi supponere baculum, abiicientes dispensationem, atque incarnationem negantes. Oportebat iustè relargui, quos perfectionem filij constabat in humanitate supprimere. Si autem, vt dixi, in eo quod incarnatus adseritur certa & indubitata cōfessione quod homo factus sit indicatur, nihil vltra vetat intelligi, quod vnus & solus existens filius Christus, ipse sit Deus simul & homo, sicut in Deitate, ita etiam in humanitate perfectus. Rectissimè sanè, nimísque sapienter tua perfectio rationem salutiferæ passionis exposuit, vnigenitum Dei filium non iuxta quod est & intelligitur Deus, in sua natura sustinuisse contumeliam passionis adfirmans: sed passum potius terrena substantia, oportebat necessariò vtraque vni filio secundum veritatem salua subsistere: id est, vt & non pateretur iuxta Deitatem, & iuxta humanitatem idem ipse pateretur. ipsius enim caro perpessa est. Sed arbitrantur iterum isti, illam quam vocant theopathiam, id est Dei passionem per hoc à nobis induci, non cogitantes huius dispensationis arcanum. Et idcirco malignitate solita nituntur in hominem transferre specialiter passionem, damnosam impietatem insipienter affectantes, atque improuide, ne Dei verbum credatur esse saluificans, proprium sanguinem pro nobis effundens: sed vt magis homo specialiter & seorsim intelligatur Iesus qui hoc impleſse videatur. Sic autem qui non sapiunt, omnem dispensationem incarnationis euacuant, & diuinum salutis nostræ mysterium ad humanum cultum perrahere latenter insistunt, non aduertentes, quod eum qui ex Iudæis est iuxta carnem, id est, ex semine Ieſſe atque Dauid, non solum Dominum gloriæ, sed & Deum super omnia benedictum in secula beatissimus Paulus adfirmet: proprium verbi corpus adfixum ligno pronuncians, eíque crucem per hoc euidenter adsignans. Comperi verò etiam aliud quiddam super hoc esse quod quæreretur: Qui enim dicit Dominum nuda carne perpessum, irrationabilem & non spontaneam eius adserit passionem, Si quis autem dixerit eum animatum, anima rationali passum, vt sit eius voluntaria passio, nihil aliud probatur adstruere, quàm in natura eum humana perpessum. Quod si hoc verum est, quomodo duas naturas post passionem subsistere dabimus indiuisas? ita vt si quis dicat Christum igitur passum pro nobis in carne, nihil aliud adserat, nisi quia Christus pro nobis in nostra natura perpessus est. Aduersatur autem nihilominus hæc eorum propositio iis, qui naturam filij adserunt incarnatam, atque, hoc velut ineptum volentes ostendere, contendunt vbique duas subsistentes approbare naturas, ignorantes quia quæcunque mentis intuitu diuidunt, hæc prorsus in alteratione, quæ in parte est, omnimodum ac specialem ab inuicem secernere fugiunt. Sit autem nobis iterum in exemplum homo, qui iuxta nos est. Duas nan-

Psal. 100.

Obiectio ad aduersarij.

que in eo cognoscimus esse naturas: animæ vnam, corporis alteram, eásque sola discernentes intelligentia, & differentias E earum contemplatione subtilissima, velut etiam imaginatione animi contuentes, non sequestramus ab inuicem, nec eas reciproca virtute partimur, sed vnius esse prorsus aduertimus, ita vt iam duæ nullatenus duæ sint: vt scilicet vnaquæque secundum se subsistat, quinimo vtraque vnum animal faciat. Quapropter licet fateamur Emmanuel ex humanitatis natura, diuinitatisque subsistere, tanquam humanitas propria verbi facta est, vnus cum ea filius esse cognoscitur: diuina verò scriptura dicente, quod carne perpessum sit, melius vt & nos quoque ita fateamur. Quod autem in natura humana passiones exceperit, si non peruerso more ab aliquibus hoc profertur, nihil ratio mysterij læditur. Quid enim est aliud humanitatis natura nisi caro animata rationabiliter, & passum carne Dominum confitemur? Superuacua igitur curiositate commemorant eum in natura humanitatis esse perpessum, vel secernentes eam à verbo, ex vtraque constituentes specialiter, vt intelligant esse iam duo, nec vnus qui in carne natus, & homo factus est Dei patris filius æstimetur. Quod autem dicitur indiuise, quæ sit F

Indiuisum esse hominẽ à Deo.

recti dogmatis significatio videtur existere. Sed ipsi non ita recipiunt: nam indiuisum apud eos iuxta Nestorij nouitatem secundum alium modum frauduleter accipitur: aiunt enim secundum æqualitatem honoris, secundum eandem voluntatem atque autoritatem. Indiuisus à verbo est homo iste, in quo verbũ deus inhabitat. Hic quippe nõ simpliciter verba proferunt, sed cum aliqua veluti ratione atque versutia: Christum denique vocitatum specialiter adserunt Dei verbum, quod itẽ coniunctionem cum Christo continuam habere confirmant. Nónne igitur duos Christos qui hoc dicit manifeste pronunciat? nónne hominem Deo coadorandum, nescio qua ratione se colere profitetur. Hæc itaque, frater, quæ ab illis perlata cernuntur, collata vicissim parem intelligentiæ nequeunt habere virtutem. Nestorius enim duos filios euidenter adsignat: Antio-

Nestorius duos filios credit.

cheni verò vnum Christum & filium, & Dominum, eundemque se adorare profitentur, illum ex patre credentes secundum Deitatem, eundémque ipsum secundum humanitatem ex sancta Virgine memorantes. Duarum nanque naturarum vnitionem factam prorsus adserimus, veruntamen vnum Christum, G vnum filium, vnum Deum rectissime confitemur. Verbum nanque caro factum est, secundum scripturas: ineffabilis etiam, ac dispensatorij conuentus dissimilium rerum indiuiduam veraciter adserimus vnitatem, ne iuxta quosdam antiquos hæreticos eum ex propria, hoc est Deitatis suæ natura sibi opinemur

Antiocheni.

corpus aptasse. Sequentes autem scripturam diuinitus inspiratam, de sancta Virgine corpus eum accepisse firmamus. Hæc igitur, ex quibus est vnus & solus filius Dominus Iesus Christus, intellectu percipientes, duas quidem naturas vnitas asserimus. Post vnitionem verò tanquam adempta iam in duo diuisione, vnam credimus filij esse naturam, iam vnius. Veruntamen facti hominis & incarnati. Cum vero dicitur verbum dei incarnatum & homo factum, conuersionis suspicio procul absistat: quia quod erat, omnino permansit: vnitatis etiam ratio inconfusa prorsus adseratur à nobis. Sed qui ex aduerso est, hoc tibi fortassis apponit. Ecce manifeste qui rectæ fidei confessionem depromit, duas quidem naturas appellat, voces autem diuinorum eloquiorum iuxta earum differentias diuidendas affirmat, quomodo igitur ista non tuis adsertionibus aduersantia comprobentur: Non enim duabus personis vel subsistentiis H voces, & has quidem tanquam homini præter dei verbum specialiter intellectas coaptat, illas autem tanquam Deo dignas,

Vocũ Christi differentia qualis.

soli Dei patris verbo deputat, iste damnatus existat. Vocum verò differentiam nulla ratione sustollimus: quamuis improbaremus, qui eas diuidentes adsignat, tanquam filio singulariter Dei patris verbo, irémque tanquam homini specialiter intellecto filio, qui ex muliere natus est: vna est enim manifeste verbi natura. Scimus autem quod incarnata, & in humanitate perfecta sit, vt ante præfatus sum: quo autem modo incarnata & humanitate perfecta sit, si quisquam curiosus velit inquirere, contemplabitur Dei verbum formam susceptisse seruilem, & in similitudine hominum factum, sicut scriptura testatur. Et secũdum hoc solummodo naturarum vel substantiarum differentia debet intelligi. Non enim idipsum est, quantum ad naturalem spectat qualitatem diuinitatis, alioqui quomodo Deus verbum, Deus existens, ad infirmam, hoc est ad nostram se misericordiam inclinabit? Cum igitur incarnationis modus curiose perquiritur, duo quædam inuicem ineffabiliter & inconfuse iuxta vnitionem conuenisse mens humana proculdubio contuetur. Sed vnum ex vtrisque dei filium Christum Dominum credit, & firmissime recipit. Præter hanc autem fidem alia prorsus Nestorij probatur esse perfidia, simulat quidem se confiteri, quod incarnatus & homo factus sit Deus verbum, sed virtutem incarnationis ignorans, duas quidem naturas appellat, diuidit autem eas ab inuicem, Deum seiunctum constituens, & hominem seorsim similiter ponens, quem etiam Deo coniunctum secundum affectionem, & secundum æqualitatem honoris & autoritatis adfirmat, sic enim dicit: Huic visibili Deus inseparabilis est, idcirco inseparabilis, honore non diuido, separo naturas, sed vnam facio veneration em. Fratres autem Antiocheni ea quidem, ex quibus intelligitur Christus, velut in nudis ac solis suscipiẽtes adferunt differẽtiam naturarum, quod non idipsum, vt memini, velut inæqualitate naturali diuinitas & humanitas: veruntamen vnum filium, & Christum dominum sunt professi, & sicut est vere vnus, vnam eius etiam personam esse dixerunt, nullóque modo quæ vnita sunt diuidunt, nec separationem naturalem prorsus admittunt, sicut autori & infelicium inuentorum separare placuit. De Domino autem voces iuxta solam differentiam diuidendas esse contendunt, decere firmantes, non quidem alias aptari tanquam filio Dei patris verbo singulariter, alias autem velut alteri, id est, filio qui de muliere natus est. Sed has quidem Deitati eius, illas verò eiusdem humanitati congruere. Deus nanque est idem ipse simul & homo. Dicunt & alias voces quodammodo communes effectas, & ad vtriusque respicientes, ad Deitatem scilicet atque humanitatem eius. Est autem tale quod dico: sunt quædam voces maxime Deo dignissimæ: item verò aliæ congruentes humanitati: aliæ autem medium quendam ordiné retinent, declarantes filium dei eundem ipsum deum simul & hominé. Cum enim dicit Philippo: Tanto tempore vobiscũ sum, & non cognouistis me, Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me: qui me videt, videt & patrem. Ego & pater vnum sumus: Deo dignissimas adsueramus has voces. Cum verò Iudæorum arguitur perfidia, dicens: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum. Hoc Abraham non fecit. Hæc dicit iuxta mensuram humanitatis? Aduertimus veruntamen vnius Christi tam dignas deo voces, quàm etiam humanitati congruas esse profitemur. Cum enim deus esset, & homo factus est, non id quod erat abiiciens, sed potius substantiam carnis & sanguinis dignanter adsumẽs. Quod verò vnus est filius, & Dominus, & Deus, vnam eius personam & nos & illi cognoscimus. Medias autem voces has esse firmamus, vt puta, cum beatus scribit Apostolus: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Et iterum: Nam & si sunt dij multi, & Domini multi, siue in cœlo, siue in terra, sed nobis vnus deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et iterum: Optabam, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus, qui sunt cognati mei secũdum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorum, & legislatio, & testamẽtum, & glorià, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. Ecce enim Christum Iesum nominans heri & hodie, eundem dixit esse & in secula, & per eum facta omnia, ipsúmque qui ex Iudæis est secũdum carnem deum vocat super omnia, nec non benedictum dicit in secula. Non igitur diuidas voces quæ de domino proferuntur: habent enim simul & quod deum deceat, & quod eius humanitati cõueniat: sed eas magis tanquam vni filio, hoc est dei verbo competenter adsigna. Aliud est itaque naturas diuidere, & hoc post vnitionem, & iuxta solam honoris æqualitatẽ dicere hominem deo esse coniunctum: & aliud est iterum, vocum differentiam nosse. In quo igitur Nestorij vocum nouitatibus illorum dicta concordant? Nam & si quibusdam videtur locutionum compositione, probatióneque verborum à subtilissima scrupulositate procul absistere, nihil mirum. difficulter enim hæc omnimodis asseruntur, Idcirco & beatissimus Paulus postulat à Deo verbum

Christi voces cuiusmodi.

Iona. 8.

Voces de Christomedia.

Rom. 9

Ephes. 6.

verbum in apertionem oris sui. Quod autem non diuidant in A duos filios vnum dominum Iesum Christum, dum dicunt oportere voces aptari diuinitati quidem eius Deo dignissimas, humanitati verò item quas humanitas protulit. Quomodo non omnibus probatur esse nouissimum? Affirmant enim, vt supra memini, quod ipsum Dei patris verbum ante secula genitum, in nouissimis quoque temporibus secundum carnem de sancta Virgine natum sit. Adiiciunt etiam, quod propter ineffabilem & inconfusam prorsus vnitatem θεότοκον, id est, Dei genitricem sanctam Virginem credant, vnúmque filium & dominum euidenter annuncient. Incredibile est autem omnimodis & vnum fateri, & arbitrari eos vnum in duos diuidere. Non enim in hanc amentiam proruperunt, vt transgressores semetipsos efficiant, & quæ rectissime destruxerunt, imprudenter reædificent. Postremo, si Nestorij sententiis concinunt, quomodo eos anathematizando velut profanas execrabilésque condemnant? Sed arbitror oportere causas ipsas exponere propter quas ad hęc arcta nimis eloquia processerũt. Nam defensores Arianæ perfidiæ vim veritatis impie deprauantes, B fatentur quod Dei verbum factum homo est: veruntamen exanime corpus affirmant. Faciunt autem hoc studio prauitatis, vt humanas voces eidem coaptantes, eum tanquam minorem paterna magnitudine à se deceptis insinuent, & naturæ alterius esse confirment. Idcirco hoc Orientales nimium formidantes, ne forsitan verbi dei gloria atque substantia, pro iis quæ humanitus dicta sunt imminuta videatur propter terminationem quæ in carne facta est: determinant voces in duas, vt dixi, personas, vnum filium & dominum diuidentes: sed has quodammodo deitati, illas autem humanitati eius adsignant, vniuersas vnius esse firmantes. Comperi verò, quòd aliquibus necessariis suis scripserit religiosus ac venerabilis Ioannes Antiochenus episcopus, quod ego certissime doceam, & clara voce pronunciem differentiam naturarum, vocésque diuidam iuxta naturas altrinsecus. Et super hoc nonnulli scandalum fortasse patiuntur. Ideo necessarium duxi ad hoc quoque respondere: Non ignorat tua perfectio, quod Apollinaris perfidiæ notam meis epistolis inurentes, arbitrati sunt impij quod exanime sanctum Christi corpus affirmem, aut quod temperatio & confusio, vel permixtio, immutatióque facta sit Dei verbi in carne, aut etiam conuersio carnis in naturam deitatis, vt nihil vltra seruetur integrum, nec quod est esse cre- C datur. Existimauerunt etiam præter hæc & Arij blasphemiis me præbere consensum, & ideò nolle vocum differentias profiteri, & has quodammodo Deo dignas adserere, illas autem humanitati ac dispensationibus, quæ in carne factæ sunt, congruas approbari. Ego verò quod ab his alienus sim, testificabitur forsi ã tua perfectio. Veruntamen oportebat eos qui scandalum passi fuerant. Idcirco scripsi Venerationi eius, quod nunquam ea senserim quæ Arius, vel Apollinaris. Sed nec immutatum Dei verbum in carnem dixerim: nec carnem conuersam in Deitatis essentiam: quia inconuertibile est atque immutabile Dei verbum. Sed nec vocum differentias vnquam prorsus ademerim, sciens vnum Dominum Iesum diuinitus pariter & humanitus differentem, quod simul idem deus & homo est. Hoc igitur ille significare cupiens, indicauit quod astruã farendam differentiam naturarum, diuidendásque voces iuxta naturas altrinsecus adseuerem. Hæc auté verba non sunt mea, sed ab illo prolata sunt. Hoc quoque necessarium iudicaui superius memoratis apponere. Nam veniens ad nos vir venerabilis Paulus Emesenæ ciuitatis Episcopus, cum sermo de vera & immaculata fide fuisset agitatus, sciscitatus est, & valde studiosissime, si consentirem scriptis beatæ recordationis Athanasij patris nostri, quas ad Epictetum Corinthiorum direxit *Athanasij epistola depranata.* Episcopum. Ego verò respondi: Si hæc apud vos scripta non sunt adulterata, si integra permanent: nam plura ex iis ab hostibus ecclesiæ deprehenduntur esse deprauata, me modis omnibus eis præbere consensum. Ille autem ad hæc intulit, habere se præfatam epistolam, sed velle sibi de nostris exemplaribus satisfieri, vtrum deprauata sit, an non. Tunc sumens exemplaria nimis antiqua, cum illis contuli quæ ferebat, atque adulterata omnino deprehendi. vnde nos hortatus est, vt ex nostris codicibus veracissima describentes Antiochenæ destinarem ecclesiæ, quod etiam factum est. quod de me scripsit idem religiosus ac venerabilis Ioannes Episcopus Careno pon- *Carenus.* tifici, quem exposuit nobis de incarnatione Domini, subrexens paternam quoque traditionem, quæ penè periclitata est ab humanis rebus auferri. Si autem quidam circunferunt epistolam à venerabili presbytero Romanæ ecclesiæ Philippo de- *Philippus presbyter.* stinatam, quod quasi sanctissimus Romanæ præsul ecclesiæ Xystus super Nestorij fuerit damnatione commotus, eámque *Xystus.* irritam duxerit: hoc tua sanctitas omnino non credat. consentanea nanque sanctæ Synodo idem Papa rescripsit, & quæ ab ipsa gesta sunt vniuersa firmauit, nobiscum modis omnibus sentiens. Quod si etiam tanquam à me scripta perfertur à nonnullis epistola, quasi nos super iis quæ in concilio gessimus Ephesino pœniteat, & hoc quoque inter ridicula. deputati sumus enim per gratiam saluatoris, nec à consilij salubritate recedimus. Saluta fraternitatem quæ tecũ est: te qui nobiscum sunt in Domino salutant.

FINIS.

SEQVVNTVR EPISTOLÆ Synodales, numero XII. Vvolfgango Musculo interprete.

AD LECTOREM VVOLFGANGVS MVSCVLVS.

QVONIAM in confesso est beatum Cyrillum Alexandrinum Archiepiscopum Ephesinæ ita præfuisse Synodo, vt nihil in illa sit actum, nihil decretum, nihil illius nomine scriptum, quod non ipsius sit, non conscientia solum, sed & consilio & moderamine actum, decretum & scriptum, vt merito Synodi huius epistolæ non minus ipsi, quàm quæ ex professo nomen ipsius præferunt, adscribi queant, præsertim vel ex stilo ipsius esse conuincantur: visum est præcipuas quasdam ex illis, operi huic adiicere, ad hoc facturas, vt quæ in isto sunt acta Concilio diligenti Lectori nonnihil fiant clariora.

RELATIO A SANCTA SYNODO AD *Pientissimos Reges de Nestorij depositione facta.*

RELIGIOSISSIMIS AC PIENTISSIMIS *Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ac semper Augustis, sancta Synodus per Christi gratiam ac dominationis vestræ nutum, Ephesi congregata.*

Epistol.1. IAM inde etas progenitoribus pia vestra Christi amantes ac pientiss. Reges, rectam est cõsecuta fidem, & hanc quotidie euenit, multúmque curarum veritatis impendit dogmatibus. Quorum gratia cũ perturbatio non solum in magna illa ciuitate, sed & in vniuerso terrarum orbe per ea dogmata fieret, quæ à Nestorio sunt prædicata & docta, aliena existentia à S. patrum sanctorúmque apostolorum & euangelistarum traditione: non contempsit vestra Dominatio perturbatas ecclesias, & adulterata fidei ac veræ pietatis dogmata, sed ex vniuerso orbe pietas vestra Metropolitanos pientissimos, & aliarum quoque quorundam ciuitatum Episcopos congregari iussit, sufficienti ad eam rem temporis determinato spacio, nimirum ad diem vsque Pentecostes. Attamen, cum omnes secundum præscriptum nobis terminum Ephesi cõuenissemus, accidit vt sanctissimus Ioannes Antiochenus episcopus aduentum suum tardaret. Nos verò itineris difficultatem tarditatis huius causam esse suspicati, Synodalem distulimus auscultationem diebus sedecim à termino à Dominatione vestra nobis præscripto. Interea nonnulli sanctorum episcoporum senio grauati diuturnam inter peregrinos conuersationem haud tulerunt, alij morbis correpti periclitati sunt: alij Ephesi ex hac vita migrarunt: quidam etiam paupertate pressi nos accesserunt, & vt Synodalis auscultatio maturaretur, vrserunt. Post sedecim autem integros dies à Pentecostes numeratos ad Synodalem auscultationem collecti sumus, quoniam & sanctissimus Ioannes Antiochenus episcopus per pientissimos Alexandrum Apamiæ, & Alexandrum Hierapolis episcopos, à se præmissos significauit nobis habere se causam prolixioris moræ, qua in re sanctam Synodum nondum visus grauauit. Cum itaque congregati essemus vicesima secunda mensis Iunij, secundum Romanos, præcedente die spectatum Nestorium per pientissimos quosdam Episcopos admonuimus, vt nobiscum consideret, & communi pietatis ac fidei inquisitioni adesset. Is verò per eos qui missi fuerant hoc tantum renunciauit, visurum se, & si videatur aduenturum. Sequenti igitur die in sancta & magna ecclesia, quæ Mariana vocatur congregati sumus, propositúmque est in throno, qui medius erat in ecclesia sanctum euangelium, quod Christum nobis præsentem esse docet. Nos hic secundum normam canonum rursus tres alios sanctissimos Episcopos ad Nestorium misimus, admonétes eum, vt ad sanctam Synodum veniret, doctrinęq; suę rationem redderet. At ille domum in qua erat militibus communiri fecerat, cum nec esset, nec fuisset vllius in ea ciuitate tumultus, nec vllo dignabatur eos, qui missi fuerant responso. Quoniam autẽ Canones immorigerum tertio vocari præcipiunt, missis iterum ad eum tribus aliis sanctiss. Episcopis, adhuc immorigerum inuenimus, ita vt eos qui missi erant multa ignominia & contumelia, per milites qui domum ipsius obseruabãt, affectos remiserit. Cum igitur non conueniret, vt illo accessum propter malã conscientiam negante, sancta Synodus ociosa desideret, necessariò fidei ac pietatis dogmata excussimus, sed ita, vt commentariis actorum, authoritatis gratia, pientissimas pietatis vestræ literas premiserimus, post quas fidei expositionem subiecimus: proposita primum ea, quæ à sanctis est tradita apostolis: deinde & ea quæ per sanctos trecentos decem & octo patres Nicææ quondam à beatæ memoriæ Constantino congregatos, est facta expositio. Cuius fidem dominatio vestra illustriorẽ reddidit. Deinde epistolas deo dilectissimi ac sanctissimi Cyrilli, de fide scriptas ad expositionẽ istam collatas inuenimus & dogmatibus & verbis consonas, nec vspiam deprehendimus illius doctrinam à pia illa fidei expositione alienam. Proximum erat, vt probaremus dogmata à spectatissimo Nestorio prædicata. Erant autem illa haud obscurè, sed luculenter in epistolis eius prædicata: deinde & in libris & publicis concionibus manifestè audita, & in ipsa Ephesiorum Metropoli ad quosdam religiosissimos Episcopos palam ab ipso dicta. Indesinenter enim ista dicebat, non est dicendum, deum factum esse hominem propter nos. Quasi humana diuinitati ignominiosa sint, quæ non infirmitatis gratia, sed propter beneuolentiam erga nos suscepit. Perinde autem, tanquam venerandum nobis ac diuinum rideret mysterium cum religiosissimis Episcopis loquererur, ausus est dicere: Ego bimestrem ac trimestrem deum non dico, idque triduo ante coactam sanctam Synodum, sicut & commentariorum fides continet. Cum etiam ista necessario ad expositionem sanctorum Patrum conferremus, inuenimus ea pugnantia, & omnino contraria esse catholicæ & apostolicæ nostræ fidei, ita vt necesse non fuerit Nestorium horum dare rationem, cum ipse quotidie suiipsius esset accusator, permanens in corruptis suis dogmatibus, prorsus catholicæ & apostolicæ nostræ fidei contrarius. Ob eam itaque causam à sacerdotio illum & peruersa doctrina desistere iusimus canonica ipsius facta depositione, laudatóque deo dilectissimo, & sanctissimo Cœlestino magnæ Romæ episcopo, qui ante nostram sententiam hæretica Nestorij dogmata condemnauit, & nos in ferenda contra ipsum sententia præuenit, vt & ecclesias & piam ac salutarem fidem à sanctis apostolis & euangelistis ac sanctis patribus traditam communiret, quam ille corrupta doctrina, quam damnatus copiosissime effuderat, peruertere conatus est. Oramus autem vestram dominationem, & vniuersam ipsius doctrinam ex sanctis ecclesiis tolli, & libros eius vbicunque inuenti fuerint igni tradi iubeat, quibus gratiam dei, qui beneuolentiæ gratia homo factus est, reprobare conatur, cuius ipse beneuolentiam non beneuolentiam, sed diuinitatis arbitratus est esse ignominiam. Quod si quis sancita vestra contempserit, denuncietur illi, timendam ipsi esse dominationis vestræ indignationem. Etenim adhunc modum & apostolica fides, per pietatem vestram munita, illæsa permanebit, & nos vniuersi irremissas pro dominatione vestra preces faciemus, per quam Christus glorificatur, fides communitur, & gratia dei cunctis mortalibus illustris redditur. Sunt autem ad manifestiorem ac solidiorem eorum quæ scripta sunt cognitionẽ, commentarij quoq; adiuncti. Subscripsimus etiam quotquot pientissimi episcopi commentariis præfecti sumus.

Loquitur, de verbis Christi Matth.18. vbi duo vel tres congregati fuerit in nomine meo ibi ſũ in medio eorum.

EPISTOLA SANCTÆ SYNODI *Ephesinæ ad Clerum & populum Constant. de depositione Nestorij.*

SANCTA ET MAGNA OECVMENICA *Synodus per gratiam dei Ephesi congregata pientissimis consentioribus & comministris, vniuersoque Clero & populo sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ in Domino S.*

Epistola.2. AD hoc deuenimus, vt causam vobis admodum ingemiscendam significare cogamur. Primum quidem eorum gratia quæ facta sunt illachrymati, tandem verò necessitate adacti ne plures ista impietatis lue corripiantur, morbi huius causis amputandis. Submotus est enim à sacerdotio Nestorius quod impietatis ipsius accessorius quidam prætextus factum erat, cuius vos testes estis propter ea quæ apud vos sæpenumero temerè sunt ab ipso dicta, ad quæ mala etiam ea blasphemia accesit, quàm hic Ephesi effudit. Neque enim quæ huc ascendit S. Synodus, neque multitudo eorum qui hic sunt congregati, ab hoc illum impetu cohibuit, sed grauiores etiam blasphemias prioribus adiecit, videlicet quod nolit adorare bimestrem ac lacte nutritum, nec deum eum nominare qui in Aegyptum aufugerit: ita vt parum abfuerit, quin ex eo vniuersa à saluatore propter nos facta dispensatio imperitioribus in dubium vocaretur. Precationis autem vestræ opus erit, quam intensè ad deum perficiatis, vt aliquem designet qui dignus sit, vt sedem illam & magnæ ciuitatis episcopatum apud vos sortiatur. Si nanque regia illa ciuitas pie fuerit instituta & recta communis omnium vbique sanctarum ecclesiarum futurus est profectus. Ego Cyrillus Alexandriæ episcopus opto vt in domino salui sitis dilectissimi ac desiderãtissimi fratres. Item Phylippus presbyter ecclesiæ apostolicæ, Iuuenalis episcopus Hierosolymorum, Arcadius episcopus Cæsariæ, Flauianus episcopus Philippẽsium, Memnon episcopus Ephesiorum, Theodorus episcopus Ancyræ, Verenianus episcopus Pernensium. Cum supra ducentos sint qui Nestorium deposuerunt, sufficiat istorum subscriptio.

EXEMPLA REGIARVM LITERARVM *Ephesum ad sanctam Synodum per Palladium Magistrianum ad hoc missarum, vt quæ acta fuerant subuerterentur, quasi ab integro renouari debuerit fidei quæstio.*

Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores ac triumphatores maximi, semper Augusti, sanctæ Synodo Ephesi congregatæ.

Epist.3. PRæclarissimo comite, qui nobis est à legitimis ac sacris domesticis, significante, pietas nostra cognouit, quæ dam isthic in Ephesiorum Metropoli per tumultum, & non sicut conueniebat esse gesta, ita vt neque vniuersi pientissimi Episcopi, sicut decretum est in Synodum conuenerint, licet magnæ ciuitatis Antiochenæ Episcopus cum aliis metropolitanis iam aduenturus esset: neque etiam hi, qui iam præsentes erant ad consultationem sint adhibiti, aut inter se consenserint: neque de fide quomodo oportebat inquisierint, nec literis nostris, quas indesinenter misimus, attẽderint. Et præterea quod manifestum sit alios aliis esse infensos, propterea quod quisque suam sententiam quocunque modo tueri conetur, & ne tegere quidem cõceptum odium queat, vt merito quis arbitretur studio esse facta, quæ gesta sunt. Quapropter Maiestati nostræ visum est, vt huiusmodi autoritas nullo pacto locum habeat, & quæ inordinatè sunt gesta cassentur: ac primum quæ de pietate sunt dicta, sicuti decretum est, examinentur, & quæ communiter vniuersæ videbuntur Synodo in posterum retineantur. Neq; enim pietas nostra præiudicia de industria facta feret, sed ita quæ facta sunt molestè tulit, vt donec ab vniuersa prorsus synodo pietatis fuerint examinata dogmata, & ob eam causam priusquam è nostro palatio vnà cum preclarissimo Comite Candidiano missus fuerit, qui quæ gesta sunt secundum nostram iussionem cognoscat, & quæ sunt inconuenientia prohibeat: neque abscedat quisquam cõgregatorum episcoporum ab Ephesiorum ciuitate, neque ad Maiestatis nostræ veniat exercitum, nec in patriam suam reuertatur, ita vt ista nemini, quacunque spe ducto, securè transgredi liceat. Sufficiant quidem istæ literæ ad denunciandum vestræ pietati, ne quid aliud præter nostrã iussionem iis quæ facta sunt adiiciatis, sciat tamen sanctitas vestra, etiam illustrissimis prouinciarum primoribus esse scriptum, vt neminem prorsus sine nostra iussione in patriam ac ciuitatem suam reuersum recipi sinant. Oportet enim vt omnia primum iuxta quod Deo placiturum est, sine contentione, & cum veritate examinata, tum demũ à nostra pietate corroborentur. Neque enim Maiestas nostra hominum tam aliquorum, neq; sanctissimi ac pientissimi Nestorij, neque cuiusquam alterius, sed ipsius doctrinæ ac veritatis curam gerit.

EPISTOLA SANCTAE EPHESINAE SYNODI ad Imperatores, qua sacræ præmissæ respondetur, & quæ à Candidiano relata fuerant, falsa esse docetur.

Pientissimis ac Deo dilectissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, ac semper Augustis, sancta Synodus per Dei gratiam & dominationis vestræ nutum, in Ephesiorum Metropoli congregata.

DOminatio quidem vestra ad confirmãdam pietatem sanctæ Synodo diligentiorem dogmatum examinationem facere præcepit, quam & fecimus veteri patrum, imo & sanctorum apostolorum & Euangelistarum, & trecentorum decẽ & octo, qui Nicææ congregati fuerunt, traditioni obtemperantes: quam & concorditer interpretati sumus, & animo vno vestræ pietati manifestam in commentariis actorum exhibuimus, in quibus & Nestorium conspicere diuersa sentire deprehensum deposuimus. Neque enim in Ephesiorum quoque Metropoli sententiam suam occuluit, vt opus fuerit illum aliunde redarguere, sed vociferatus est quotidie aliena ad complares prædicans à fide dogmata. Exhibuimus autem in cõmentariis actorum, vestræ pietati singula particulatim & conspicuè. Verum quoniã magnificentissimus Comes Candidianus amicitia Nestorij pietati præposita vestræ pietatis auditum subripere studuit: antequã exacte quæ gesta sunt dominatio vestra cognoscat, & commentarios ad se recepit, antequam quæ dicta sunt manifestarentur, atque interea ea pietatem vestram docere studuit, quæ ipsi sint Nestorio amica & grata: priusquam dominatio vestra ex cõmentariorum lectione veritatem cognoscat, in quibus probamur nullam contra Nestorium exercuisse inimicitiam, sed ipsa pietatis exposuisse dogmata, ad quæ collatis quæ à Nestorio sunt prædicata, reprehensionem ex ipsius scriptis ac literis & publicis etiam concionibus habentia, sentẽtiam tulimus adducto in medium sancto euangelio, quod nobis omnium dominum Christum præsentem esse ostendit. Oramus itaque dominationem vestram ne quenquam eorum suscipiat, qui hominis amicitiam pietati præferunt. Tales enim secũdum affectum Deo dilectissimi Ioannis Antiocheni episcopi animati sunt, vt qui amicitiæ deferre cupit magis, quam quid fidei conferat spectare. Quoniam autẽ hic neque dominationis vestræ minas veritus, neque zelo pro fide iam inde ab initio tradita motus, sanctam Synodum distulit: tandem post viginti & vnum dies post datum à dominatione vestra terminum, vniuersi, qui in hac Synodo orthodoxi sumus, & solam fidem amantes, quæ pietatis sunt inquirere coacti sumus, id accidisse Deo dilectissimo Episcopo Ioanni suspicati, quod & spectatissimus Comes Candidianus passus esse ostenditur. Non enim omnium est, pietatem hominum preferre amicitiæ. Erat autem suspicio nostra de Deo dilectissimo Episcopo Ioanne nec vana nec inanis. Vt enim venit, manifestum sanctæ Synodo fecit, quod cum Nestorio sentiat, siue id amicitiæ largiatur, siue in errore dogmatis cum illo communicet. Verum quoniam manifeste, quæ gesta sunt dominationi vestræ significare, sicut diximus, prohibiti sumus, magnificentissimo Comite Candidiano quæ in doctrina pietatis sunt gesta manifestare nos prohibente: omne verò studium Nestorio impendente, dominationem vestram oramus, vt sanctæ Synodi erga Deum studium cognoscat, & magnificentissimum Candidianum, & quinque episcopos ex sancta Synodo accersat, qui res gestas coram sancta vestra pietate tueantur. Astuti nanque sunt ad tegendum impostura, qui diuersa à recta fide sentiunt, ita vt quidam sanctissimorum Episcoporum à Nestorio sint tecta impostura inescati, vt ipsi iungerentur, & iis quæ ab eo fiebant subscriberent. Posteaquam verò manifeste ipsum quid sentiret, interrogarunt inuenerúntque blasphemias suas detegentem, deserto eo ad sanctam Synodum venerunt ac blasphemiam ipsius manifestarũt, & contra memoratum Nestorium sententiam nobiscum tulerunt: ita vt apud Nestorium & religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum relicti sint circiter * triginta & septem, quorum plures criminibus sunt obnoxij: ideóque sanctę Synodi veriti sententiam Nestorio, sicut diximus, sese coniunxerunt, quorum & nomenclaturam dominationi vestræ misimus: alij verò propter dogmatum peruersitatem, tanquam Pelagiani, & pietati contraria sentientes: rursus alij iam ante plures annos ab episcopatu depositi: alij etiam ob alias malas causas, meriti qui post reprehensionem exilij multa in extremum orbem à sancta Synodo abiicerentur, quę sanctissimos episcopos omnes vnum & idem sentientes habet, propterea quod & magnæ Romæ Episcopus Synodo coniungitur: & Aphricani quoque, per Deo dilectissimum Archiepiscopum Cyrillum, cum quo eadẽ sunt sententia vniti, & cum solo sint locorum interuallo dissiti, cum ipsius, tum nostræ omnium sententiæ consentiunt. Neque enim quisquam Deo dilectissimorum episcoporum Nestorio, & religiosissimo episcopo Ioanni coniunctus fuisset, nisi astute prætextu doctrinæ impietatem suam obuelasset, & qui nunc cũ eo sunt mulctam à sancta Synodo aduersum se determinandam veriti essent. Nos verò ad breue tempus conglomerati, non potuimus dominationi vestræ rescribendo significare, quã multa simus perpessi à magnificentissimo Comite Ireneo, qui vniuersam sanctam Synodum perturbauit: & metum sanctissimis Episcopis quorundam tumultuationibus, & circum-

** Infrà tãtum 27 numerantur.*

cursationibus incussit, ita vt complures ex nobis in discrimen vitæ ab ipso ducerentur. Sed partim ista dominationem vestram docuimus: verum si quod petiuimus à pietate vestra concessum fuerit, quinque illi à sancta Synodo missi Episcopi, vbi aduenerint, dominationem vestram singula luculenter expressa docebunt. Sumus autem qui in consessu nostro canonicam tulimus contra Nestorium depositionis sententiam, plures quàm ducenti ex vniuerso orbe congregati, consentientem etiam totam Occidentem habentes.

Subscripsimus verò relationi isti numero pauci, præsentibus tamen omnibus, & potissimum in eo consentientibus, vt deuotus Magistrianus Palladius abitum maturet, nec tandiu moras nectat, donec vniuersi suscribant. Deus autem omnium regnum vestrum multis annorum reuelationibus custodiat piẽtissimi victores, ac semper Augusti.

Flauianus episcopus Philippensis subscripsit. Aduersariorum verò sunt hæc nomina: Ioannes episcopus Syriæ, Iulianus, Macarius, Diogenes, Alexander, Melitius, Elias, Paulus, Ioannes, Marcellus, Musæus, Maximius, Elladius, Asterius, Gerontius, Dorotheus, Antiochus, Zebinus, Iacob, Phritilius, Petrus, Theosebius, Emerius, Anastasius, Eutherius, Basilius, Tracyllinus. Hi soli consortes sunt impiorum dogmatum Nestorij in ciuitate circumeuntes, tumultus & factiones mouẽtes, & ordinationes Episcoporum denunciantes, ita vt quotquot in hac ciuitate Orthodoxi, & ob hanc causam in metu sumus, ægrè absurdos illorum conatus cohibeamus.

RELATIO SANCTAE SYNODI ad pientissimos Imperatores de Orientalibus.

PIENTISSIMIS AC DEO DILE-*ctissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus per gratiam Dei & dominationis vestræ nutum, Ephesi congregata.*

Epist. 5.

QVæ sanctæ sunt Synodo dominatione vestra mandata, ad competentem deducta sunt effectum, id quod pietati vestræ notum fecimus, & simul apostolicam fidem, quam trecenti decem & octo Episcopi Nicçæ olim congregati exposuerunt, pietati vestræ declarauimus & Nestorium contraria sentientem à sacerdotio, & confidentia impietatem suam prædicandi deposuimus. Quoniam verò pauci quidem mentem habentes à doctrina Nestorij corruptam, & illi adhærẽtes, ac nõnullos criminibus obnoxios ad se pertrahentes, Ioãne quoque religiosissimo Antiocheno episcopo, siue propter contentionẽ, siue propter hominum quorundam amicitiam cum eo faciente, qui omnes numero sunt tãtum triginta, antequam actorum quorum quisque gratia accusatus est, rationem reddiderint, semetipsi Concilium appellarunt, quasi duo Concilia, & non solum vnicum cogi vestra præceperit pietas. Et cum euangelica fides obtinere debeat, & ab Ecclesiastico ordine reiici, qui corruptam habent sententiam, vt apparet, memorati Episcopi, antequam se purgarint, de quibus accusati, pauci numero conspirantes, & religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum adiutorem nacti, qui & ipse propterea quod tardius aduenit, pœnas subiturum se metuit, sicuti ab illis, qui hoc euulgarunt, cognouimus: contra omnem ecclesiasticum ordinem, & præter canones, contra sanctam Synodum, & caput congregatorum Episcoporum, Cyrillum dicimus, sanctissimum Archiepiscopum: & præterea etiam contra Deo dilectissimum episcopum Memnonem ausi sunt proferre blasphemiam depositionis, vt arbitrantur, contumeliam habentem, cum à nemine aliquam contra istos accusationem acceperint, nec accusatorem quenquam expectarint, nec quenquam ad iudicium vocarint,

Vides hic Cyrillũ caput congregatorũ Episcoporũ, id est totius cõcilii, vocari?

sed præter omne iudicium & examinationẽ contumeliam hanc scripto euomuerint, quam & adeò absurdam dominationi vestræ offerre sunt ausi, quasi pietas vestra ignoret, vnam tantum esse orbis Synodum: nec Synodum dici posse, paucorum quorundam crimini cuipiam subiacentium, ideóque pœnæ metu à sancta Synodo sese auellentium, factionem. Neq; enim contumeliam hanc * tanquam de errore conuictis ausi sunt inferre, sed fortè ob eam causam, quod defendere se contra ea, de quibus sunt accusati nequeant, seque numero paucos esse, videant: vereanturque futurum vt post reprehensionem pœnas subire cogantur, præuenire nos ausi sunt, idque se nobis facere putarunt, quod passuros se, si conuicti essent, metuerunt. At hoc nobis tanquam absurdum dignum visum est, quod contemnamus. Verùm quoniam, vt diximus, absurdissimam hanc suam dementiam etiam dominationi vestræ ausi sunt offerre, nec veriti, quod ab ipsis præter leges & canones, & contra omnem Ecclesiasticum ordinem est factum, vestræ manifestare pietati, iam non amplius irrationalem illorum conatum contempsimus, sed iterum normam canonum sequuti, ad Synodum vocauimus religiosissimum episcopum Ioannem, qui talia cum aliis cõtra supra memoratos Episcopos ausus est designare. Neque enim reliqui ausi fuissent ad tantam vsque progredi arrogantiam, cum pauci sint & criminibus obnoxij, nisi ex cõfidentia religiosissimi Ioannis hanc induissent audaciam. Cum itaq; congregatis nobis oblatus esset libellus à sanctissimo ac deo dilectissimo Cyrillo archiepiscopo, ac Deo dilectissimo episcopo Mẽnone, memoratum Deo dilectissimũ Ioannem episcopum conuocauimus: vt vel nunc saltem querelam edicat, propter quam in tantam exorbitarit contumeliam contra sanctæ Synodi primores prolatam. Hic verò semel, iterum ac tertio vocatus, vt causam diceret, in sancta Synodo comparare detrectauit, nullam habens quam assignaret probabilem gestorum rationem: militibus verò & armis circunsepta domo, neque eos qui à sancta Synodo erant missi sanctissimos Episcopos admisit, neque nos in sancta Synodo congregatos competenti dignatus est responso. Quapropter, vbi cognouimus illum fugere causæ defensionem, quæ illi temerè ac vanè fuerant nugati, & præter omnem canonum seriem contra sanctissimum Archiepiscopum Cyrillum, & religiosissimum coepiscopum Memnona scripserant, prorsus irrita & vana esse iudicauimus. Iudicium enim, quod nihil habet in se quod canonicum sit, & iustum, nihil est nisi conuicium. Cum itaque ad hunc modum cùm ipse, tum quos secum habet, contra canones, & inordinate egerint, decreuimus eos extra omnem ecclesiasticum ordinem eiectos tandiu, vt absurdam eorum temeritatem coerceamus, communione priuare, donec in Synodo compareant, & de his quæ proterue commiserunt sese purgent. Proinde hæc ad pietatem vestram scribentes, oramus ne Synodum esse iudicet conspirationem eorum qui criminibus sunt obnoxij, cum etiam olim in sancta ac magna Synodo trecentorum decem & octo patrum, Nicææ congregatorum nonnulli à sancta illa & magna Synodo pœnas ab illa infligendas veriti, defecerint: nec illi tamen à beatæ memoriæ Constantino rege Concilij loco habiti, sed magis pœnas dare iussi sint, propterea quod deficientes sanctorum illorum Episcoporum consensui mala, sicut & isti, conscientia præditi, repugnarãt. (Est enim absurdum, quod Synodo ducentorum ac decem sanctorum Episcòporum, quibus etiam vniuersa sanctorum occidentalium Episcoporum, & per hos omnis quoque reliquorum totius orbis multitudo consensit, triginta tantum numero repugnant: quorum iam alij depositi sunt: alij etiam peruersæ Celestij opinioni adhærent: alij anathematizati quoque sunt, tanquam cum Nestorio sentientes.) sed potius iubeat, quæ à sancta œcumenica Synodo ad pietatis subsidium contra Nestorium, & impium illius scripta sunt dogma suum habere robur, per pietatis vestræ nutum & assensum confirmata.

** aliàs erroris iam cõdemnati.*

LECTORI.

QVoniam præcedentibus Synodalibus literis mentio facta est libelli cuiusdam quem Cyrillus Alexandrinus, & Memnon Ephesius contra orientales sanctæ Synodo Ephesinæ obtulerint, ne diligens Lector hunc desideret, visum est illum hoc loco subiicere.

Libellus

LIBELLVS SANCTO CONCILIO EPHESINO à sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Ephesino oblatus.

PIVM Imperatorum decretum & nos & vestram sanctitatem in Ephesiorum Metropoli conuenire iussit, vt & rectum apostolicæ fidei determinationem communi sententia cõfirmemus, & hæresim à Nestorio recens inductam probemus. At sancta quidem nostra Synodus omnia rectè & canonicè instituens, in sancta Metropolis huius ecclesia conuenit, memoratúmque Nestorium ad consessum venire & rationem eorum reddere iussit, quæ cum in expositionibus blasphemauit, tum in epistolis suis impia & pestifera contra nostri omniũ seruatorem Christũ loquutus est. Quoniam autem ille tertio vocatus propterea quod mala esset conscientia perculsus, accurrere non sustinuit, Ecclesiasticas sequuta leges, depositioni eum subiecit, omnibus primum exactè inquisitis, certoque comperto, quod & hæreticus sit & blasphemus. His ita gestis, & ad cognitionem pientissimorum & semper victorum Imperatorum nostrorum deductis, serò & ægrè tandem, & quando ipsi libuit Ioannes Antiochenus Episcopus Ephesum venit adducens secum, sicuti cognouimus nonnullos cum Nestorio sentientes: quorum alij iam olim depositi sunt: alij verò nullas habent ciuitates, sed solo nomine sunt Episcopi. Hic veluti moleste ferens, quod Christus glorificatus, & Nestorius depositionem est passus dignam eo qui Christum blasphemauit, nescimus quomodo & an prorsus verum sit quod inuulgatum est, vniuersa Ecclesiastica lege conculcata, & omnibus Ecclesiasticis ordinibus contumelia affectis, impiam & iniquam chartam concinnauit, arbitratus nos depositionis nomine percelli posse, cõtumeliaque nos affecit intoleranda, cum sancta Synodus plusquam ducẽcentos habens sanctos Episcopos, Nestorium deposuerit. Cum autem collegerit hæreticos & suspectos, numero circiter triginta, licet neque per Ecclesiasticas leges neq; per Regiam sanctionem potestatem habeat vel quenquam ex vobis iudicare, vel omnino tale quid conari, præsertim contra maiorem sedẽ, cũ etiãsi liceat illi iudicare: Ecclesiasticos canones sequi debeat, & admonere nos, contumelia affectos & simul cum reliqua vniuersa Synodo vestra ad reddendam rationem vocare, nihil horum pensitans, neque timorem Dei animo concipiens: eadem hora qua Ephesum, idque occultè, nemine sciente, est ingressus, quicquid nos confidẽter egimus vt Ecclesiasticas leges taceamus, iussione sua labefecit, & eos contumelia depositionis affecit, qui nihil huius in hodiernum vsque diem norunt.

Et si aliquam ad hanc rem habuisset occasionẽ, inconueniens tamen est, Ecclesiasticas leges ad hunc modũ calcare aut temerè contra maiores insurgere, vel latenter, quæ ista facere non cõmitteret in aliquem vel extremũ in Ecclesia gradum sortitũ, & ipsius mancipiũ. Quoniam verò hic est cum iis qui cõtumeliam hanc cum ipso perpetrarunt, necessariò scriptũ hoc offerimus, adiurantes vos per coessentialem sanctam Trinitatem, vt ipsum Ioannem, & quos habet actionis huius socios conuocetis, vt in sanctam Synodum venientes temeritatis suæ rationem reddant. Sumus enim ad hoc parati vt ostendamus cum impio & illegitimo ausu istam contra nos adornasse contumeliam.

LITERÆ A SANCTA SYNODO EPHESINA ad singularum prouinciarum ac ciuitatum Episcopos, Presbyteros, Diaconos ac populos de causa orientalium Episcoporum missæ.

SANCTA ET OECVMENICA SYNODVS, *Ephesi ex decreto pientissimorum Imperatorum congregata, singularum prouinciarum ac ciuitatum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & vniuerso populo.*

Epist. 6.

CVm essemus Ephesi secundum pias Imperatorum literas congregati, defecerunt quidam à nobis numero paulo plus triginta, defectionis suæ ducem Ioannem Antiochenum Episcopum habentes: quorum hæc sunt nomina. Primus ipse Ioannes Antiochæ Syriæ episcopus, deinde Ioannes Damasci episcopus, Alexander Apamiæ, Alexander Hierapolis, Emerius Nicomediæ, Phretilas Eracliæ, Helladius Tarsi, Maximianus Anabarsi, Dorotheus Marcionopolis, Petrus Traianopolis, Paulus Emisenus, Polichronius Heracleopolis, Eutherius Tyanæ, Melitius Neocæsariæ, Theodoritus Cyri, Apringius Apamiæ, Macarius Laodiceæ, Zosius Esbuntius, Salustius Coryci Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus Mutlubacæ, Eustachius Parnassi, Philippus Theodosianeum, Daniel, & Dexianus, & Iulianus, & Cyrillus, & Olympius, & Polius, & Theophanes, & Philadelphus, & Taurianus Augustæ, & Aurelius Irenopolis, Musęus Aradeum, Helladius Polemaidis. Hi nullam omnino facultatem habentes, velut ex authoritate sacerdotali cuiquam qui sit Ecclesiasticę communionis, vel nocere vel prodesse: propterea quod quidam ex ipsis sunt depositi, cũ primis Nestorij & Cœlestij sententias sequi manifestè sunt ex eo deprehensi, quod Nestorium nobiscum cõdemnare noluerunt, quos sancta Synodus communi decreto ab omni Ecclesiastica communione alienos esse statuit, & omnem sacerdotij efficaciam illis ademit, per quam vel nocere vel prodesse poterant.

CANON I.

QVoniam verò necesse est vt quid constitutum sit de iis qui à Synodo † sunt repudiati, & tamen in regione ac ciuitate sua aliqua de causa vel Ecclesiastica vel corporali manent, non ignoretis, significamus sanctitati ac dilectioni vestræ, quod si prouinciæ Metropolitanus à sancta & œcumenica Synodo defecerit, seque defectionis conciliabulo coniunxerit, aut præterea etiam cum Cœlestio senserit vnquam vel sentiat: is contra reliquos prouinciæ Episcopos nihil omnino poterit constituere, ob eam causam à Synodo ab omni iam Ecclesiastica communione reiectus, & inutilis existens: sed ipsis prouinciæ Episcopis & circumquaque constitutis Metropolitanis subiectus erit, vt prorsus ab omni episcopatus gradu deiiciatur.

† al. defecerunt.

CANON II.

SI verò prouinciales quidam à sancta Synodo defecerint, & Apostasiæ sese coniunxerint, vel coniungere tentauerint aut cum Nestorij condemnationi subscripserint, ad Apostasiæ conciliabulum reciderint, hi omnino secundùm quod sanctæ Synodo videtur alieni sunt à Sacerdotio, & à sacerdotali gradu delapsi.

CANON III.

QVod si quidam ex clericis in quacunq; sint regione & ciuitate constituti, à Nestorio & iis qui cum illo sunt, propterea quod rectè sentiunt, à sacerdotio fuerint prohibiti, iudicauimus illos debere suum retinere gradum: in communi verò clericis illis præcipimus, qui cùm orthodoxo & œcumenico Concilo sentiunt, vt prorsus nullo modo Episcopis, qui vel defecerunt à sancto Concilio, vel adhuc deficient, subiecti sint.

CANON IIII.

SI quidam ex clericis defecerint, aut quæ Nestorij sunt vel Cœlestij, siue priuatim, siue publicè sentire ausi fuerint, etiã hos esse depositos, à sancta Synodo iudicatum est.

CANON V.

QVotquot verò propter commissorum quorundam absurditatem, vel à sancto Concilio, vel à suis sunt episcopis condemnati: si hos Nestorius præter Canones, pro sua in omnibus discordia, aut qui cum illo sentiũt, communioni vel pristino gradui restituere tentârunt vel tentauerint, inutiles illos manere, & nihilominus depositos esse iudicauimus.

CANON VI.

COnsimiliter si quidam, quæ in hoc sunt Ephesino concilio quacunque de re constituta, quouis modo irritare conati fuerint, de talibus definiuit sancta Synodus, si episcopi sint vel clerici, omnino à gradibus suis deiiciendos: si verò laici, excommunicandos esse. Et subscripserunt quotquot in ordine sunt episcopali.

RELATIO SANCTÆ SYNODI EPHESI AD PIENTISSIMOS IMPERATORES, PER DIACONUM EUTYCHEN DE EPISCOPIS AC PRESBYTERIS QUI À ROMANO EPISCOPO MISSI FUERANT EXHIBITA.

RELIGIOSISSIMIS AC DEO DILECTISSIMIS THEODOSIO & VALENTINIANO, VICTORIBUS, TRIUMPHATORIBUS, SEMPER AUGUSTIS, SANCTA SYNODUS PER GRATIÆ DEI VESTRÁMQUE DOMINATIONEM IN EPHESIORUM METROPOLI CONGREGATA.

Epist 7. DEus ille omnium, Christi amantes Imperatores, qui curam vestram ac diligentiam, quam pietati impenditis, gratam & acceptam habet, etiam sanctorum Episcoporum, qui per Occidentẽ sunt, animos zelo ad vindicãdum Christũ contumelia affectum excitauit. Licet enim propterea quod maximo sunt à nobis locorum interuallo dissiti, omnis illa sanctissimorum Episcoporũ multitudo ad nos vsque venire nequeat: suis tamen locis congregati, præsente etiam sanctissimo ac deo dilectissimo Celestino magnæ Romæ Episcopo, etiãnum nostram de fide sententiã magno cum consensu prædicarunt, & eos qui extra hanc diuersa sentiunt, prorsus alienos esse à sorte & gradu sacerdotij decreuerunt. Hæc quidem & antea priusquam sanctissima Synodus congregaretur, sanctissimus Celestinus magnæ Romæ Episcopus, literis suis significauit, iniungens sanctissimo ac dilectissimo Cyrillo magnæ ciuitatis Alexandriæ Episcopo, vt vices suas in hac causa subiret, & nunc iterum aliis literis hæc sanctæ Synodo manifestauit, quam dominatio vestra Ephesi congregari præcepit, quas per sanctissimos Episcopos Arcadium & Proiectũ, & deo dilectissimũ Philippum magnæ Romæ Presbyterũ misit, qui & sanctissimi ac deo dilectissimi Celestini Episcopi vices hic subiit. Quoniã igitur viri isti præsentes hic constituti vniuersæ occidẽtalis Synodi sententiã huic nostræ Synodo per literas manifestarunt, déque fide & pietate mentẽ nobis consonam ostenderunt atque eadem nobiscum cùm per literas, tũ per ea quæ in mãdatis habent quæ & scripto nobis obtulerunt, decreuerunt: ideóq; necesitas hoc exegit, vt & nos quæ cõcordiæ nostræ erga ipsum competunt faciamus, ad Dominationẽ vestram ista retulimus, quo pietas vestra cognoscat, iudicium illud nostrũ quod nuper tulimus communẽ esse & vnã totius orbis sententiam, quam zelus vester circa fidem & pietatem cognitam & manifestã fieri curauit. Quoniã itaq; causa hæc finem consequuta est, cum Dominationi vestræ optatũ, tum Ecclesiis omnibus secutissimũ, & qui fidei suã adferat firmitudinem: pietatẽ vestram oramus, vt iam nos, alios paupertate obstrictos, alios morbis detẽtos, alios senio grauatos, & peregrinationem hanc amplius ferre non valentes, ita vt & aliqui ex nobis Episcopi & clerici iam sint mortui, ab hac cura & peregrinatione liberet, vt ista sedata sollicitudine magnæ ciuitatis Ecclesiæ curã geramus. Supplicamus etiam, vt ad eos qui singulis sunt locis literas comminatorias mittat, ne denuo alia suscitetur Ecclesiis molestia, aut perturbatio sanctissimis Episcopis in ipsorũ regionib. oriatur. Etenim facta iam pietatis declaratione & vniuerso orbe consonã de illa sententiã ferente, paucis demptis Nestorijamicitiam pietati præferentib. gratiã hãc haud immeritã petimus, Dominationi vestræ supplicantes, vt nos cura ista deinceps liberet, vt ordinationi futuri Episcopi incũbamus, & in fide iam & pietate confirmata nos oblectemus, purásque ac synceras pro Dominatione vestra preces omnium Domino Christo dostinems.

SACRA IMPERATORIA SANCTÆ AC MAGNÆ SYNODO EPHESINÆ PER IOANNEM COMITEM SACRORUM À PIENTISSIMIS IMPERATORIBUS MISSA.

Epist. 8. CElestino, Ruffo, Augustiano, Alexandro, Acacio, Tracylino, Valentino, Iconio, Ioanni, Acacio, Vrso, Phirmo, Emerio, Dexiano, Veteniano, Palladio, Asterio, Iuuenali Flauiano, Helladio, Rhambulo, Alexandro alteri, Maximo, Phrtilæ, Peregrino, Cyro, Ioanni alteri, Eutherio, Hellanico, Bospotio, Cyro alteri, Vinnatio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Eulogio, Eusebio, Seleucio, Eleusio, Sappido, Timotheo, Pio, Troilo, Ereniano, Monimo, Olimpio, Theophilo, Iuliano, Basilio, & reliquis religiosissimis Episcopis.

Quantum zeli circa pietatem & progenitorũ nostrorum fidem ostenderimus, multis quidem, vt arbitramur, præcedentibus iudiciis perspicuè declaratũ est, non minus autem illud & in eo quod Synodum vestrã nuper cõuocauimus vniuerso orbi manifestatum esse credimus. Neque enim cum vel parum disceptatio quidem emersisset quieuimus, sed quo citius illus consequeretur solutio, sanctitatem vestram diligenter conuocari fecimus, nequaquam futurum rati, vt molestus pietati vestræ esset subeundus pro pietate labor. Expeditam autem ad hoc deputauimus ciuitatem & terrã & mari accessu facilem, & quæ omnis generis fructus, cùm eorum qui in ipsa nascuntur, tum qui aduehuntur, quantum vsus ibi agentium exposcit, abũdè suppeditet, ita vt & pius serenitatis nostræ scopus, & sanctitatis nostræ Synodus faciliore cursu in effectum deducatur. Vnde & nunc significatã à pietate vestra Nestorij, Cyrilli, & Memnonis depositionẽ suscipimus. Cæterum autem in alijs quoque quæ à vobis sunt gesta cognouimus & fidem vos & rectitudinem circa Christianismũ custodiuisse, quã à patribus ac progenitorib. accepimus, quam etiam sancta Synodus ante sacram Constãtini mortem confirmauit. Curabit igitur quisq; sanctissimè vestri Concilij, vt soluta iã omni disceptatione, præteritis Calendis, cũ pace & concordia, domum redeatis. Vt autẽ sanctitas vestra, non solum nostræ pietatis literis ad concordiã se & in vniuersum ad pij dogmatis pacem admoneri videat, etiam Acacij Berœensium episcopi literas, quibus ad hoc ipsum hortatur, lectas ad vos misimus: qui quia sanctissimo vestro concilio propter senij grauitatẽ coniungi nõ potuit, per ea quę scripsit, pietati ipsius cõuenientia, & orthodoxæ religioni profutura exposuit: quæ qualia sint epistolæ ipsius lectio manifestat. Sciat etiam sanctitas vestra, quod præclarissimum & gloriosissimum Ioannem Comitem sacrorum ob eam causam misimus, vt vbi ille pietatis vestrę circa fidem scopum cognouerit, quæ ipsi videbuntur vtilia faciatis.

RELATIO SANCTÆ SYNODI EPHESINÆ, QUA AD PRÆMISSAM SACRAM IMPERATORIAM RESPONDETUR.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRISTI AMANTIBUS THEODOSIO & VALENTINIANO, VICTORIBUS, TRIUMPHATORIBUS, SEMPER AUGUSTIS, SANCTA & ŒCUMENICA SYNODUS PER GRATIAM DEI, & DOMINATIONIS VESTRÆ NUTUM EPHESI CONGREGATA.

Epist. 9. REgia quidem vestra & Christi amans Maiestas pientissimi Reges, à pueris zelum circa fidem & Canones declarauit, cuius etiam gratia, orbis Episcopos ad Ephesiorum ciuitatem concurrere pia sanctione præcepit: verũ literæ serenitatis vestrę iam nobis per magnificentissimũ & gloriosis. Comitem Ioannem lectę, haud modicã attulere perturbationẽ, innuentes impostoram quandã & mendacium veracibus quosdã vestris auribus obiecisse. Quod enim dominatio vestra relationẽ à nobis acceperit, quę sanctissimi ac pientis Cyrilli, & pientissimi deoque dilectiss. coepiscopi nostri Memnonis depositionẽ contineat, per hasce nobis est literas significatũ. Quapropter vt nullo pacto mendacium apud Regiã vestram Christiq; studiosam Maiestatẽ obtineat, optãtes ac satagentes, cum fiducia serenitati vestræ referimus, quod œcumenica Synodus, quæ vniuersam occidentẽ cum magna vestra Roma sedeq; apostolica, totã etiã Aphricam & omne Illyricum in confessu habet, memoratorũ sanctiss. & Deo dilectissimorum Episcoporũ depositionem nec fecerit, nec retulerit: sed potius viros istos propter rectæ fidei zelum suscipiens, multis prædicet, cùm apud homines encomiis tum apud Dominum Christum coronis dignos. Solũ verò Nestorium infandæ hæresis eorũ qui hominem adorãt prędicatorem depositũ Regię vestrę, Christi studiosę, Dominationi retulimus. Et illud quoq; haud modicè nos cõtristauit, quod ex fraudulẽtia factum apparet, nempe quod qui ab œcumenica Synodo defecerunt, qui cum Ioanne Antiocheno sunt, Cœlestiani ac depositi, nostris sese insinuant nominibus, & quod vnà simul ad nos & ad illos sacra Regia mittitur, de quibus rebus iam antea & olim manifeste vestræ pietati significauimus, quomodo illi à nobis defecerint, & quomodo ad conuiciandum præsidentes nostros conuersi, & Canones ausi sint cõculcare, & seipsos vniuersę œcumenicæ Synodi communione per proteruitatem

proteruitatẽ qua contra nos sunt vsi, priuare: quomodo etiam ad probationem vocati, haudquaquam obedire sustinuerint, atque ideò prorsus communionis sint expertes & inutiles à sancta œcumenica Synodo facti. Hæc etiamnum Regiæ vestrę, ac Christi studiosæ Dominationi nota facimus, quid propter huiusmodi ipsorum absurditatem, & quod adhuc pro Nestorio depositò decertant nullo illos pacto ad cõmunionem recipere sustinuimus, cùm depositioni Nestorij subscribere detrectent, imò manifestè cum illo sentiant, Canonibus etiam subiaceant propter inordinatum aduersus præsidentes nostros conatum, & quod ausi sunt piis vestris auribus mentiri & imponere. Supplicamus igitur Regiæ vestræ Deo dicatæ Maiestati, vt sanctissimos ac Deo dilectissimos episcopos Cyrillum & Memnona sanctæ Synodo restituatis, nequaquam à Canonibus condemnatos, & fidem immotam custoduri faciatis, quæ menti quoque vestræ à sancto spiritu est inscripta, etiam inde à progenitoribus tradita, & in commentariis iam iterum à nobis oblatis, & contra Nestorium conscriptis admodum declarata: proposita primum fide sanctissimorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ quondam congregatorum, deinde & vniuersa ac sufficienti circa ipsam actione subiecta, qua perspicue aduersariorum impietatem redarguimus. Et vt patrocinemini orthodoxæ fidei, quam hactenus & semper custodire satagistis. Si verò Dominationi vestræ videbitur, vt quæ inter nos & eos qui à nobis defecerunt, sunt acta, diligenter cognoscat, Sublimitati vestræ supplicamus, vt è sancta Synodo, quos Dominatio vestra probauerit, vocentur, vt coràm Regia vestra, & Christi amans Maiestas de omnibus certius instruatur.

RELATIO SANCTÆ SYNODI, AD IMPERATORES PRO RESTITUENDIS CYRILLO & MEMNONE.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRISTI AMANTIBUS THEODOSIO & VALENTINIANO, VICTORIBUS, TRIUMPHATORIBUS, SEMPER AUGUSTIS, SANCTA & ŒCUMENIA SYNODUS, PER GRATIAM DEI, & DOMINATIONIS VESTRÆ NUTUM EPHESI CONGREGATA.

Epistola 10. NOn est quidem Dominatio vestra passa rectã fidem quasi cuniculis quibusdam suffodi per Nestorij doctrinam, qui cum Iudæis Christo domino probro vertit, quas humanitus pro nostra salute passiones sustinuit, sed detestata vestra pietas, quæ huiusmodi contra Christum dicebantur, ex vniuerso propè orbe qui subsolè est, ad Ephesiorum nos Metropolim congregari præcepit, ad hoc vt patrum apostolorum dogmata cõsolidarentur. Ob eam itaque causam congregati communi iudicio fidem à sanctis trecẽtis decem & octo Patribus olim Nicææ sub beatæ memoriæ Constantino congregatis, expositam corroborauimus, Nestoriumque artificiosis ac peregrinis sophismatibus fidem hanc nouandi studio adulterasse, ac pietatis intentiam labefactasse deprehensum à sacerdotali gradu deposuimus, & doctrinam illius velati pestem quandam, Ecclesias depascentem, coercere sategimus. Verum quoniam quosdam, etiam ex Episcopis relapsos, & quæ Nestorij sunt sentientes, inque illius blasphemiam abreptos inuenimus, quotquot cum eo sentiunt, à communione exclusimus, donec à corrupta illius doctrina discedentes ad Catholicam & apostolicam fidem accedant, in qua cuncti iam ab initio fundati saluamur. Et nos quidem ista, vt quæ per seductionem fuerant subinducta corrigeremus, definiuimus, pœnitentiam illorum expectantes. Ipsi verò cum paulò supra triginta sint numero & nonnulli ex illis propter alia quoque crimina canonibus sint obnoxij, religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum nacti, qui & ipse propterea quod admodum tarde aduenit, reprehensibilis est, alij etiam de aliis hæresibus conuicti, nonnulli quoque ex ipsis iam depositi, ad pœnitentiam nõ venerunt, sed ad patrocinandum Nestorio congregati, contra duces sanctæ & œcumenicæ Synodi ausi sunt depositionem scribere, & velut ab vniuersa Synodo decretam, ad vestram pietatem referre, quam acceptã pietas vestra firmam esse iussit, ab ipsa Synodo factam arbitrata, & non contra Synodum ab illis qui cum Nestorio sentiunt, séq; de nobis propter depositionem Nestorij vlciscuntur, nullum crimen habentes, quod contra duces sanctæ Synodi proferre possint. Atque ita piis vestris auribus ausi sunt imponere, quasi illæ probaturæ sint factam ab ipsis contra sanctam Synodum depositionem, quam neque legitimè, neque canonicè, neque multi decreuerunt. Quapropter sancta Synodus legitima & canonica actione quæ ab ipsis sunt contumelioſe & nõ probabiliter iudicata, euertit: ob hanc causam vniuersi ad pietatis vestræ Dominationem confugimus, supplicantes, vt quæ contra Nestorium, & illi consentientes sunt gesta, robur suum habeant: quæ verò ab illis qui Nestorium vindicãt, eo quod cum illo sentiunt, contra Synodi nostræ duces illegitime facta sunt, inefficacia & irrita maneant, vt quæ neque conuenienter neque canonicè, sed contra eos qui de nullo sunt delicto cõuicti, sola vlciscendi libidine ab illis sunt gesta, qui contra sanctã Synodum cum Nestorio sentiunt. Si nanque conueniens est sanctæ Synodi contra Nectorium sententia, & hanc Dominationi vestræ probauit, vt quæ denudatam Nestorij impietatem publicarit, consentaneum vtique esse consideret vestra Dominatio, vt quæ contra sanctam Synodum ab illis qui cum Nestorio sentiunt, sunt facta, inefficacia prorsus & irrita maneãt, cum ex nulla causa aliquam habeant rationem, sed ex solo vltionis affectu propterea sint orta, quæ sancta Synodus contra Nestoriũ decreuit. Supplicamus itaque vestræ Maiestati, vt nos deinceps ab hac tribulatione absoluat, ac duces sanctæ Synodi Deo dilectissimos Episcopos Cyrillum Alexandrinum & Memnona Ephesinum restitui iubeat. Est enim rationi consonum, vt vindicata iam pietate, & sedatis qui illam labefactãrant, hi qui vnà nobiscum pro fide decertarunt, honore potiantur, & non cum illis qui de iniquis blasphemiis contra Christum sparsis conuicti sunt, condemnentur.

EPISTOLA SANCTAE SYNODI EPHESINÆ AD EPISCOPOS, PRESBYTEROS, & DIACONOS CONSTANTINOPOLITANOS.

SANCTA SYNODVS PER GRATIAM DEI & SANCTIONEM PIENTISSIMORUM IMPERATORUM EPHESI CONGREGATA, DILECTIS AC DESIDERATISSIMIS FRATRIBUS & COMMINISTRIS CONSTANTINOPOLI AGENTIBUS, RELIGIOSISSIMIS, ETIAM CIUITATIS IPSIUS EPISCOPIS & DIACONIS.

Epist. 11. QVi in tanta negociorum tempestate constituti sumus, ac multo vndique bello petimur, & nullo tamen interea pacto ad placidum & serenum pietissimorum Imperatorum adspectum admittimur, vnde solum spes erat vt ab his molestiis liberaremur, quam aliam possumus consolationem excogitare, quàm vt quæ nobis accidunt apud nostra ipsorum membra inter nos deploremus? Vos autem membra estis sanctæ & œcumenicæ Synodi, qui indesinentem pro pietate zelum habẽtes ostẽdistis. Sciat itaque pietas vestra non amplius Ephesum nos, sed custodiam inhabitare, inque illa trimestre iam tempus incluſos, neque per mare neque per terras tuto ac securè ad piũ exercitum vel in aliquem alium locum quenquam amandare permitti. Etenim iam sæpius accidit, vt quæ à nobis sunt missa, haud sine mille periculis reddi potuerint, ut latores illorũ, quo seruarentur, in alias atque alias sese formas coacti sint mutare. Quod autẽ ita custodimur hinc est, quod omnia mendaciter ad pientissimũ Imperatorem contra nos deferuntur. Nam alij, sicut acceperunt, quod seditiones mouerimus, ita pias Imperatorũ aures instruxerunt: alij verò ausi sunt ad illas referre, quod sancta & œcumenica nostra Synodus per omnia Deo dilectissimum & sanctissimũ Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinũ, & sanctissimum ac Deo dilectissimum coepiscopum nostrum Memnona deposuerit: alij etiam hoc forsan ausi sunt adiicere, quod placuerit nobis cum defectionis conciliabulo amicum inire colloquium, cuius dux sit Ioannes Antiochenus, atque ob eam causam, ne hoc publicetur, plurimum ita custodiamur, & magnum hoc bellum contra nos oriatur. Cum itaque simus omni destituti auxilio, diligẽter ad vestram pietatem scripsimus, scientes vos adhuc germanorum sanctæ & œcumenicæ Synodi filiorum retinere locum, nec vllo pacto sustinere, vt orthodoxam fidẽ prodatis. Cum vehementi supplicatione, & lachry-

mis, simulque cum his literis coram pientissimo & Christi studioso Imperatore procedentes,instruite illum de omnibus quę contra nos geruntur. Nos enim non condemnauimus memoratos sanctissimos ac deo dilectissimos episcopos Cyrillum, & Memnona, sed hos magna commédatione coronísque dignos iudicamus,qui soli ac primi, plusquam reliqui omnes, zelo dei mori, & quoquo modo impiissimũ Nestorium impietatis prædicatorem excindere, & Ecclesias ab hoc scelere repurgare conati sunt, & ne nunc quidem à memoratorum sanctissimorum Episcoporum communione separati sustinemus, imò cum illis etiam in exilium deportari magni lucri loco ducimus. Certum autem nobis est, conciliabulum illud defectionis ad communionem non admittere, sed simul omnium vocibus in Ecclesia Ioannem Antiochenum,& qui cum illo sunt anathemate percussimus:primum ob id quod prædicatorem impietatis Nestorium nobiscum deponere detrectarunt,sed & sermones cum illo miscere nullo modo cessarunt. Deinde quod mox post iniquissimum & à canonibus alienum contumeliæ & calumniæ contra sanctissimos memoratos Episcopos conatum, piis Christi amãtium Imperatorum auribus ausi sunt imponere. Et præterea quoque quod cum Nestorio sentire non cessant. Ob hasce causas semel illos ab Ecclesiastica communione amputauimus: & omnem illis sacerdotij efficaciam detraximus, decreuimúsque potius Ecclesiis,quod absit, priuari,quàm cum istis amplius ad communionem redire,præsertim, nisi omnia sua delicta,de quibus supra meminimus corrigant. Notum autem hoc facimus vestræ pietati,vt & ipsi eodem illos loco habeatis. Hæc itaque obsecrate & pientissimum ac deo dilectissimum Imperatorem instruite,pro vniuersa Synodo precantes,vt restituantur nobis qui nullo modo sunt à canonibus condemnati, sanctissimi videlicet ac deo dilectissimi Episcopi Cyrillus & Memnon,& vt nostri misereatur, placidoq; vultu à lata nos sententia reuocet, & si digni sumus,qui pientissimi & Christi amantis Imperatoris faciem videamus,hoc nobis permittat:si verò indigni iudicati sumus quibus hoc permittatur, vel hoc saltem largiatur, vt ad Ecclesias nostras reuertamur, ne hic vniuersi alij morbis,alij mœstitia consumpti pereamus. Cæterum ne tumultus in subscribendo fieret,qui multus oriri poterat,suffecit præsidentium subscriptio.

EPISTOLA SANCTÆ SYNODI EPHESINÆ, AD COELESTINVM Archiepiscopum Romanum, quæ Ephesi sunt in magna Synodo gesta.

SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO *comministro Cœlestino, sancta Synodus per gratiam Dei Ephesi congregata.*

Epistol.12. SAnctitatis quidem tuæ circa pietatem,zelum & curam illam de recta fide, nostri omnium Saluatori gratam & placitam, cum omni admiratione merito susципimus. Est enim hoc vobis ita magnis viris, in consueto, vt in omnibus celebres sitis, & studia vestra Ecclesiarum fulcra cõstituatis. Quoniam verò necessitas postulauit,vt quæ consequuta sunt in hac sancta Synodo,omnia ad sanctitatis tuę cognitionem referuntur,necessariò scribimus quod secundum voluntatem Saluatoris nostri omnium,& sanctionem pientissimorum ac Christi amantium Imperatorum, in Ephesiorum metropoli ex multis & variis prouinciis plusquam ducenti numero Episcopi congregati sumus, idque ad diem sanctæ Pentecostes, quem piæ Christi amantium Imperatorum sanctiones,quibus conuocati sumus, termi num conueniendi sanctæ Synodo præfixerunt. Cum autem vniuersi conuenissemus,propter Imperatorum denunciationes ac comminationes,quod si quis non accurreret,malæ conscien tiæ reus esset,& inexcusabilis coram deo & hominibus: desiderabatur religiosissimus Ioannes Antiochenus episcopus, non quod simplici animo, aut per locorum interuallum in itinere impeditus, tardius veniret, sed quod propositum & concilium deo aduersum animo occuleret,quod paulò post vbi Ephesum venit, manifestum fecit. Distulimus igitur consessum sedecim integros dies post præscriptum sanctæ Pentecostes terminum, etiamsi multi Episcopi & clerici partim morbis affligerentur, partim sumptibus premerentur,nonnulli etiam ex hac vita migrassent, esset́que, vt & sanctitas tua videt,nihil aliud quàm contumelia aduersus sanctam Synodum,quod fiebat, tanta videlicet dilatione peruerse vtebatur. Quanquam enim qui è longinquioribus sunt regionibus,ipsum præuenissent,tamen post sextum decimum diem accurrerunt ex illis qui cum eo sunt Episcopi,Metropolitani duo,Alexander Apamiæ, & alter Alexander Hierapolitanus. Hi cum de aduentus religiosissimi episcopi Ioannis tarditate quereremur,dicebant non semel, sed sæpenumero ad hunc modum: Præcepit nobis vt pietati vestræ significemus,quod si ipsum adhuc amplius tardare contigerit, ne Synodum differatis,sed quæ faciẽda sunt faciatis. Cum hæc nobis significata essent,& iam cùm ex aduentus ipsius tarditate, tum ex his quæ significauerat, manifestum esset quod consessum detractaret, siue id Nestorij amicitiæ largitus, siue propterea quod is Ecclesiæ ipsius clericus fuit, vel quod quorundam pro ipso obsecrationibus cesserit, conuenit sancta Synodus in magna Ephesiorum ecclesia,quæ Mariana vocatur. Quoniam verò cum vniuersi prompto animo cõuenissent,solus in eo consessu desiderabatur Nestorius, admonuit eum sancta Synodus canonicè per Episcopos quosdam primo,secundo ac tertio. Ipse verò domo in qua erat militibus circunsepta, contumax cõtra Ecclesiasticas sanctiones factus est, nec sustinuit sese manifesto declarare,vt de impiis suis blasphemiis rationem redderet. Sub ista lectæ sunt literæ ad ipsum à sanctissimo ac deo dilectissimo Alexandrinæ ecclesię Archiepiscopo Cyrillo scriptæ,quas sancta Synodus tanquam rectè & inculpatè scriptas approbauit, vt quæ nullo pacto à diuinis scripturis aut traditione & expositione fidei, olim in magna Synodo à sanctis patribus Niceæ congregatis facta discrepant, quemadmodum & sanctitas tua illas rectè suo testimonio approbauit. Deinde lecta etiam epistola Nestorij ad ipsum memoratum sanctissimum ac deo dilectissimum fratrem ac comministrum nostrum Cyrillum scripta,iudicauit sancta Synodus omnino ab Euangelica & apostolica fide aliena esse, & quàm maximam & exoticam blasphemiam sapere quæ in ea sunt dogmata. Subinde cum similiter & impiissimis illius exegesibus lectis, & præterea epistola quoque à sanctitate tua ad illum scripta, per quem iustè est condemnatus, tãquam qui blasphema scripsit, & impias voces exegesibus suis inseruit,ista cõtra illum lata est depositionis sententia,præsertim quod tantum abfuit, vt de blasphemiis suis pœnitẽtiam ageret aut resipisceret, cum adhuc Constantinopolitanam haberet ecclesiam,vt etiam Ephesi cõstitutus ad quosdam sanctos metropolitanos Episcopos, viros haud ignobiles, sed claros ac pientissimos differens,ausus sit dicere: Bimestrem ego ac trimestrem deum non confiteor. Et his etiam alia peiora dixit. Postquam impiam ac scelestissimam hæresim, sanctissimã nostram religionem euertentem,& vniuersam mysterij dispensationem ex ipsis fundamentis euellentem, demoliti sumus, sicut iam diximus:non potuit fieri quo minus, sicut apparet, dilectionis erga Christum perfectionem habentes, & pro domino zelantes, multis in rebus tentarentur. Sperabamus enim futurum, vt religiosissimus Ioannes Antiochenus diligẽtiam ac pietatem Synodi laudaret,& forsan etiam quæreretur, quod tardius depositionem Nestorij aggressi essemus. Verum omnino in contrarium,contra quàm sperabamus,degenerauit: Inuentus enim est inimicus & maximus cùm sanctæ Synodi tum rectæ Ecclesiarum fidei hostis, sicuti res ipsæ declararunt. Nam simul atque Ephesum ingressus est, antequam puluerem ex itinere contractum abluisset, nondum deposito pallio, collectis quibusdam, qui vnà cum Nestorio defecerunt, & blasphema contra suum ipsorum caput loquuntur, & gloriæ Christi tantum non illudunt, quos sibi ipsi veluti collegium circiter triginta hominum, nomen Episcopatuum habentium collegit, quorum alij extorres vagantur,nec Ecclesias habẽt,alij sæpenumero grauibus de causis à Metropolitanis suis sunt depositi. (Sunt autẽ cum illis etiam Pelagiani & Cœlestiani, & ex illis quidã qui ex Thessalia sunt electi,) his inquã collectis, rem ausus est impiam, qualẽ nemo ante illum vnquã est ausus. Seorsum enim chartam cõposuit,& nomine depositionis contumeliam cõtra sanctissimũ ac deo dilectissimũ Cyrillum Alexandrinorum episcopũ, & pientissimum fratrem nostrum & coepiscopũ Ephesiorum Memnona exacuit,nemine nostrum sciẽte,imò ne ipsis quidem, qui contumeliam

cõtumeliam hanc sunt passi de eo quod factum erat, aut quam nam ob causam hoc ausi sint,instructis. Verum perinde atque si super istis non succenseat deus, nec sint Ecclesiastici canones, nec futurum sit,vt propter hanc audaciam periclitentur, excõmunicationis nomine vniuersæ Synodo contumeliam intulerunt, idque publicæ chartæ insertum & theatri parietibus affixum,legere volentibus proposuerunt, vt suam ipsorum impietatem publiculo spectaculo prostituerent. Nec hactenus tantum progressa est ipsorum audacia, sed ausi sunt, quasi canonicum quiddam constituissent, ista ad aures quoque deo dilectissimorum ac Christi amãtium Imperatorum deferre. His ita gestis,sanctissimus ac deo dilectissimus Cyrillus Alexandrinus episcopus,& pientissimus Memnon Ephesiorum episcopus, compositum libellum obtulerunt quo religiosissimum Antiochenorum episcopum Ioannem, & eos qui cum eo hoc fecerant, accusarunt,adiurantes nos sanctam Synodum, vt ipsum Ioannem & alios,qui cum eo sunt,canonicè requireremus, vt rationem eorum redderent quæ temerè sunt ausi: & si quam accusationem haberent,si possent, ederent ac cõuincerent. In charta siquidem depositionis, imò magis contumeliæ prætextus loco ad hunc modum scripserant: Quoniam Apollinaristæ sunt & Ariani,& Eunomiani, ob eam causam à nobis sunt depositi. Cum itaque isti qui hanc ab illis passi sunt contumeliam vrgerent,rursus necessitate adacti, in magna Ecclesia facto consessu Episcoporum, quorum numerus plures quàm ducẽtos haber, semel, iterum ac tertio ipsum Ioannem & qui cum eo sunt ad Concilium vocauimus, vt conuincerent eos quos contumelia affecerant, rationémque & causas dicerent, ob quas depositionis chartam composuissent. Verum ille venire noluit, id quod facere debuisset, siquidem memoratos sanctos viros hæreticos esse conuincere potuisset. Debuisset sanè accurrere,& crimen, si quod verum ac certum habuisset, cuius gratia temerariã contra illos sententiam tulit, ostendere ac declarare. Verum praua impeditus conscientia non adcurrit. Subdolus autem illius conatus hic erat. Putabat futurum vt si absurda ista & illegitima contumelia destrueretur, simul etiam iusta illa sanctæ Synodi sententia contra hæreticum Nestorium lata euerteretur. Indignitate itaq; rei moti,volebamus quidem contra ipsum & reliquos proferre sententiam illi parem, quam iniquè contra eos tulit, qui nulla dum in re sunt condemnati: verum vt illius temeritatem animi lenitate vinceremus, etiam si illam iustissime ac legitime passus esset, reseruauimus etiam pietatis tuę iudicio, ita tamen, vt interea communionis eos reddiderimus expertes, omníque sacerdotali potestate priuauerimus, ne suis quęquam lædere possint sententiis. Quomodo enim necessarium non fuit,illis qui tanta cum feritate & stultitia,& contra canones, res adeo peruicaces & atroces aggredi consueuerunt, etiam inuitis nocendi potestatem adimere? Fratribus itaque nostris & comministris Cyrillo episcopo & Memnoni,qui cõtumeliam hanc ab illis sunt passi,communicamus omnes, & post illorum quoque temeritatem sacro cum ipsis ministerio sumus vsi, & vtimur vniuersi: Synaxes vna celebrantes, illusionésque illorum scripto abrogantes, & prorsus irritas ac infirmas esse decernentes. Erant enim nihil aliud quam contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alij hæreseos macula sunt notati: alij extorres & reiecti, quam Synodi faciem, aut quid roboris haberent, cõtra Synodum ex vniuerso qui cœlo est orbe collectam? Fuerunt enim in consessu nostro etiam illi qui à sanctitate tua sunt missi pientissimi episcopi Arcadius & Proiectus,& cum illis religiosissimus presbyter Philippus, qui vicẽ ac præsentiam tuam nobis consessu suo exhibuerunt, & apostolicæ sedis locum adimplerunt. Competenter itaque super istis sanctitas tua succenseat. Si nanque facultas illis datur, qui hoc cupiunt, maiores sedes contumelia afficiendi, & contra quos nihil habent potestatis, adeò iniqui irregulares proferendi sententias, imò magis contumelias,idque contra eos qui tanta pro pietate sustinere certamina, per quæ iam pietas accedẽtibus sanctitatis tuæ precibus resplenduit, in extremam confusionem res Ecclesiasticæ delabentur. Si verò competenti modo qui talia sunt ausi refrenati fuerint,sedabitur omnis tumultus, & conueniens canonum reuerentia apud vniuersos seruabitur. Cæterum vbi lecti sunt in sancta Synodo commentarij de depositione impiorum Pelagianorum Cœlestij,Pelagij, Iuliani,Persidij, Flori, Marcelini,Orentij,& reliquorum eadem cum istis sentientium: iudicauimus & nos, solida & firma permanere debere, quæ à pietate tua sunt decreta, sumúsque omnes eiusdem sententiæ. Ad exactam autem omnium actorum cognitionem,in domino dilecte & desideratissime,commentarios misimus,& Synodi subscriptiones. Valere te,& nostri memorem esse optamus.

DOGMATA NESTORII QVÆ CYRILLVS IMPVGNAVIT.

AD LECTOREM.

QVoniam Cyrillus noster præ omnibus aliis sui temporis orthodoxis Episcopis, acerrimus fuit dogmatum Nestorij impugnator,quæ & tories in epistolis suis impietatis & blasphemiæ gloriam Christi labefactantis condemnat: quorum etiam illegratia in concilio Ephesino ab Episcopatu depositus est: visum est illa,sicuti in græco Synodalium actionũ codice habentur,subijcere,vt perspicuè videas optime Lector,quid in illis tanta sit contentione impugnatum & condemnatum.

EX LIBRO NESTORII *desumpta Quaternione 17.*

QVANDO igitur, inquit, diuina scriptura,vel de natiuitate Christi ex Maria virgine, vel de morte dictura est, nusquam dictionem dei ponere videtur,sed vel Christi,vel filij,vel domini. Nam tres istæ appellationes duarũ naturarum, iam diuinæ, iam humanæ: aliquando vtriusque tam diuinæ quàm humanæ significationem habent. Vt exempli gratia, quando natiuitatem nobis ex Virgine sancta scriptura narrat, dicit: Misit deus filium suum. Non dicit: Misit deus verbum deum, sed nomen vsurpat, quod duarum naturarum significationem habet. Quoniam enim filius & deus est & homo,dicit: Misit deus filium suum,factum ex muliere,vt quando audis illud, factum ex muliere, deinde nomen propositum vides, quod duas naturas significat, filium quidem voces quod ex beata est virgine natum. (Deum enim Christi para virgo nõ genuit.) Verum quoniam filius dei duplex est secundum naturas,filium quidem dei non genuit:sed humanitatem, quæ filius est propter coniunctum filium.

Ex eodem Quaternione 21.

Audi conuenienter hæretice: Non inuideo Christiparæ virgini hanc vocem, sed noui venerandam esse quæ deum susceperit,per quam processit omnium dominus,per quam sol iustitię resplenduit. Rursus suspectum habeo applausum, quomodo illud Processit,intellexeritis. Quod,processit,dixi,mihi nõ idem est,atque genitus est. Neq; enim tam citò verborum meorum sum oblitus. Quod deus ex Christipara virgine processerit,à diuina scriptura sum edoctus. Quod verò deus ex illa sit natus, nequaquam edoctus sum. Et post aliquanto: Nusquam igitur, inquit,diuina scriptura deum ex Christipara virgine natum esse dicit,sed Iesum Christum filium ac dominum. Hæc omnes cõfitemur. Quæ nanque diuina docet,miser est qui illa non confestim recipit. Surge,inquit, & accipe puerum ac matrem eius. Angelorum hæc vox est. Melius forsan quàm tu conditionem natiuitatis huius intelligebant archangeli. Surge & accipe puerum ac matrem eius. Non dixit: Surge,& accipe deum & matrem eius.

Ex eodem Quaternione 24.

Quod igitur diximus: Ne timeas accipere Mariam coniu-

gem tuam. Quod enim in ea natum est. Siue per vnum filium siue per duos intellectu nō euertitur. Si dixerimus, deum verbum in carne esse natum. Aliud enim est coniunctum esse nato, & aliud nasci. Quod enim in ea natum est inquit, ex spiritu sancto est. Hoc est, spiritus sanctus, quod in ea est creauit. Videbant itaque patres, tāquam diuinarum scripturarum gnari, quod si de incarnato posuissent, qui genitus est, inueniretur Deus verbum filius & creatura spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, posuerunt, qui descendit propter nos homines, & propter nostram salutem, & incarnatus est. Quid est, incarnatus est? Non idem quod conuersus est à diuinitate in carnem. Qui incarnatus est ex spiritu sancto. Sequuti sunt Euangelistā. Nam Euangelista vbi de inhumanatione loqui cœpit, cauit ne generationem verbo tribueret, posuit autem incarnationem. Vbi? Audi. Et verbum caro factum est. Non dixit: Verbum per carnem natum est. Vbi enim apostoli aut Euangelistæ filij mentionem faciunt, ponunt, quod ex muliere sit natus. Vbi verò verbi recordantur, nemo illorum ausus est dicere, quod per humanitatem sit natum. Beatus euāgelista Ioannes cum ad eum locum venisset, vt de verbo & inhumanatione eius diceret, audi quid dicat. Verbum inquit caro factum est: hoc accepit carnem, & habitauit in nobis: id est, nostram induit naturā, & vidimus gloriam eius, filij videlicet. Non dixit, vidimus natiuitatem verbi.

Ex eodem, Quaternione 15.

Ita secundum carnē Christum, propterea quod Deo verbo coniunctus est, Deum nominamus, scientes eum apparuisse tanquam hominem. Audi Paulum vtraque prædicantem. Ex Iudæis, inquit, Christus est secundum carnem qui est super omnia Deus. Primum hominem confitetur, deinde propter coniunctionem Dei, eum qui apparuit Deum nominat, ne quis Christianismum hominem adorare suspicetur.

Ex eodem, Quaternione 27.

Verum omnium conditorem Deum dicimus, & Mosen quoque: Nam Deum, inquit, Pharaoni te constitui, & Israelem filium Dei. Etenim filius meus, inquit, primogenitus Israel est, & sicut Saulem Christum dicimus: non enim inquit, iniiciam manum meam in eum. Est enim Christus Domini: & Cyrum similiter, Hæc inquit, dicit dominus Christo meo Cyro: Sanctificati sunt, & ego duco eos, ita & Dominum Christum, & filium, & Deum, & sanctum dicimus. At nominum quidem conformis est communicatio, dignitas verò diuersa.

Ex eodem, Quaternione 15.

Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinauit, forma serui accepta. Non dixit: hoc sentite in vobis, quod & in Deo verbo, quod cum in forma Dei esset formam serui accepit: sed vsurpata dictione Christi, tanquam duarum naturarum significationem habente, securè ipsum, & formam serui accepisse dicit, & Deum nominat, quæ dicta sunt ad naturas diuisas connectens.

Ex eodem, Quaternione 16.

Vt in nomine Iesu, inquit, flectatur omne genu cœlestium terrestrium & inferorum, & omnis lingua cōfiteatur, quod dominus sit Iesus Christus. Propter eum qui gestat, colo eū qui gestatur. Propter inuisibilem adoro eum qui apparuit. Inseparabilis est Deus ab eo qui apparuit, propterea honorem eius qui non separatur non separo. Naturas separo, sed adorationem vnio.

Ex eodem, Quaternione. 17.

Erat quidem Deus verbum antequam homo fieret, & filius & Deus, & patri coniunctus, posterioribus autem temporibus formam serui accepit. Verùm quum antea filius & fuerit & vocatus sit, non potest post assumptam serui formam separatim vocari filius, ne duos filios statuamus. Quoniam autem ei coniunctus est, qui in principio filius erat, postquam illi cōiunctus est, non potest secundum dignitatem filio competentem recipere diuisionem. Secundum dignitatem, inquam, filio competentem, non secundum naturas. Quapropter & Christus Deus verbum nominatur, propterea quod continuam cum Christo coniunctionem habet.

E *Ex eodem, Quatern.* 15.

Inconfusam igitur naturarum coniunctionem retinemus. Confitemur in homine Deum. Hominem diuina cōiunctione omnipotente Deo coadorandum colimus.

Ex eodem, Quatern. 6.

Considera & hoc quod statim adiungitur, vt misericors, inquit, fieret ac fidelis pontifex in his, quæ sunt ad Deum. In quo nanque passus est ipse, ac tentatus potest his qui tentantur succurrere. Passus itaque pontifex misericors est. Templum itaque corporis ipsius passibile fuit, non Deus viuificator eius qui passus est.

Ex eodem, Quaternione 27.

Vt cognoscatis, inquit, quàm vehemens diuinitatis cōiunctio etiam in infantia visibilis dominicę carnis fuerit. Erat enim idem ipse & infans, & infantis Dominus. Laudastis hanc vocem. Verum nolite sine examinatione illius applaudere. Dixi enim: Idem ipse & infans erat, & infantis Dominus.

F *Item, Quatern.* 1.

Sunt enim communes Triadis operationes, & personarum duntaxat diuisionem habentes. Itaque gloria vnigeniti patri aliquando applicata est. Est enim, inquit, pater meus qui glorificat me, aliquando spiritui sancto: Spiritus enim, inquit, veritatis glorificabit me, aliquando verò & Christi potentiæ est.

Item, Quatern. 16.

Eum qui dixit: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Eum qui tribus diebus in morte permansit, hunc cum diuinitate, tanquam diuinæ autoritatis cooperarium adoro. Et post: Propter eum qui gestat, eum colloqui gestatur, propter absconditū adoro eum qui apparuit. Inseparabilis est deus ab eo qui apparuit Quapropter honorem eius qui non separatur non separo. Naturas separo, adorationem verò vnio. In seipso Deus non est, quod in vtero formatū est: in seipso Deus non est, quod in monumento sepultū fuit. Nam ad hunc modū hominis essemus adoratores, & manifesti mortui cultores. G Verum quoniam in eo qui assumptus est, Deus est propter eum qui suscepit, tanquam susceptori coniunctus, vnà cum illo Deus vocatur.

Item, Quatern. 3.

Quomodo enim, inquit, seruum est quod cum filio & patre operatur? Et si quærat quisquam spiritus sancti dignitates, inueniet eas nulla in re filio ac patre inferiores. Non quod vna illa diuinitas separata sit, sed quod diuina scriptura, quæ vnius sunt potentiæ, singulis partiatur personis, ad ostendendum sanctæ Triadis similitudinem. Et considera mihi similitudinem hanc quomodo in operibus temporum demōstrata sit. Deus verbum caro factus est, & habitauit in nobis. Vnà fecit assidere sibi assumptam pater humanitatem. Dixit enim: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Spiritus descendit, & assumpti hominis gloriam prouexit. Quando nanque, inquit, spiritus veritatis venerit, ille me glorificabit.

Item, Quatern. 21.

Hic Deo fidelis pontifex est factus. Factus est enim iste. H Non à sempiterno processit iste, qui paulatim, ô hæretice, ad pontificatus dignitatem processit. Et audi vocem manifestius hoc tibi vociferantem. In diebus, inquit, carnis suæ præces ac supplicationes ad eum, qui poterat ipsum ex morte seruare cū clamore valido & lachrymis obtulit, & auditus est pro reuerentia. Et quidem cum filius esset didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Et vbi consummatus est, factus est omnibus sibi obedientibus causa salutis æternæ. Consummatus est autem hæretice paulatim accepto profectu, de quo & Lucas in euangelijs clamat, dicens: Iesus autem proficiebat ætate & sapientia & gratia. Quibus & Paulus consona loquitur, dicens: Consummatus autem factus est omnibus obediētibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex secundum ordinem Melchisedek. Et post: Pontifex vocatus est. Quid igitur contra Paulum verba Pauli interpretaris; impossibilem Deum verbū terrenæ cōmiscens similitudini, & passibilē pontificē faciens?

Qua-

Item, Quatern. 6.

A Quapropter fratres cœlestis vocationis participes considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, fidelem existentem ei qui ipsum fecit. Cum itaq; pontifex iste reuera compassibilis nobis & cognatus sit, firmus esto ne ab eo exorbites. Nam ipse nobis benedictionem ex semine Abrahæ promissam attulit, qui pro seipso & cognatis corporis sui sacrificium * obtulit.

* συνεπαγόμενος, vnà secū attulit.

Significandum, quod quemuis pontificem opus habere sacrificio confessus, & Christum eximens, vt qui nullo opus habuerit, in istis dicit eum pro seipso & cognatis offerre sacrificium.

Item, Quatern. 4.

Audite itaque attendentes his quæ dicuntur: Qui māducat carnē meam, inquit. Memores sitis, quod de carne est quod dicitur, & quod à me non est adiecta carnis dictio, ne videar illis sinistre interpretari. Qui manducat carnem meam, inquit, & bibit sanguinem meum. Non dixit: Qui manducat & bibit diuinitatem meam. Qui carnem meam manducat, & sanguinem meū bibit, in me manet & ego in eo. Et post: Sed ad propositū B redeamus. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Memores estote quod de carne est quod dicitur: Sicut misit me viuens pater, me qui appareo. Verum an sinistre interpreter, audiemus ex sequētibus: Sicut misit me viuens pater. Ille diuinitatem dicit, ego humanitatem. Videamus vter sinistre interpretetur. Sicut misit me viuens pater. Hæreticus hic diuinitatem dicit. Misit me, inquit, id est, Deum verbum. Sicut misit me viuens pater, secundum illum, & ego Deus verbum viuo propter patrem. Deinde illud quod sequitur: Qui manducat me, & ille viuet. Quid manducamus? diuinitatémne an carnem?

Item, Quatern. 16.

Et omnino, inquit, si vniuersum nouum instrumētum reuoluas, nullo pacto apud hoc mortem Deo adscribi inuenies, sed aut Christo aut filio, aut Domino. Christus enim, & filius, & Dominus, de vnigenito à scriptura vsurpantur, vt quibus dictionibus duæ naturæ significantur, & aliquando diuinitatem aliquando humanitatem: quandoque verò vtranque significant, vt exempli gratia, quando Paulus in epistola prædicat, dicens: Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, de humanitate filij clamat. Rursus cum ad Hebræos dicit: Locutus est nobis in filio, per quem & secula fecit, diuinitatem filij significat. Neque enim caro opifex est seculorum, quæ post multa secula est procreata. Et post: Neque diuinitas Iacobum fratrem habuit, neque Dei verbi mortem annunciamus carne ac sanguine Dominico pasti.

δημιουργηθεῖσα.

Item, Quatern. 23.

Attendo, inquit, populis nostris, multum quidem religionis ac circa pietatem feruoris habentibus, propter ignorantiam verò dogmatis de cognitione Dei, in errores prolapsis. Hoc verò non est ex culpa laicorum, sed vt conuenienter quodammodo dicam, ex eo quod doctores tantum temporis non habent, vt exactius aliquid de dogmatibus vobis proponant.

***

FINIS.

D. CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI LIBER, QVI APPELLATVR THESAVRVS,

aduersus hæreticos: Quod filius & spiritus sanctus vnus Deus cum patre sunt, ad fratrem suum Nemesinum petentem conscriptus, à Georgio Trapezontio traductus.

PRÆFATIO.

AD maximos nos labores tua charitas frater Nemessine hortatur. Quid enim aut ad intelligendum magis arduum, aut ad explanandum difficilius, quàm vera speculatio, quæ de sancta consubstantialique trinitate habetur? præsertim quũ tenuis omnino atque imbecillis ad tantam rem comprehendẽdam mens hominis sit. Lingua verò huiusmodi, vt vel quæ in manibus sunt, vix possit exponere. Accedit, quod pulchritudo diuinæ veritatis sic latet, vt solis integro animo & syncero inquirentibus inuestigantibúsque, quasi cœlestem thesaurum, pateat, quem consecuti meritò audiunt: Vestri autem oculi beati sunt, quia vident: & aures, quia audiunt. Non tamen labori succumbimus, sed in ipso Christo speramus, rem penitus arduam per spiritus sancti gratiã absoluere sperantes, suscepimus. Nihil aliud enim intendimus dicere, quã quod Iesus dominus est. Id verò non aliter, quàm in spiritu sancto dicemus, vt Paulus ait: Nullus, inquit, potest dicere, quia Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Nam quoniam musti non verentur in Beelzebub dicere anathema Iesus: scripturæ sensum vbique deprauantes, & voluntatem suam spiritus sancti verbis anteponentes, redemptorem & Dominum suum & ipsi negantes, & cæteros laqueis ad errorem suum deducentes: æquum atque vtile putauimus (vt tu mones) ecclesiæ filiis consulere, & ad singula quæ illi veritati opponunt, breuiter & dilucide respondere. Varius enim & multiplex Arianorum Eunomianorũmque error est, & multis modis verè se prædicare simulat. Nam sicut mulierculæ turpitudini deditæ, veste atque auro, cæterisque ornamentis & turpitudinem suam occultant, & non præuidentes ad perniciem attrahunt: eodem modo isti veræ religionis pulchritudinem fingentes, scripturæ autoritate errores suos conantur communire. Sed qui vigilanter, & cum ratione scripturas legunt, dolis ipsorum non capiuntur, sed veram amplexi fidei professionem, clamant: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Vt igitur aperte falsitatem dogmatum eorum omnes perspicere possint, ordine & breuiter ad singulas eorum calumnias respondebimus. Hoc enim modo non paruam putamus vtilitatem legentibus per gratiam Christi futuram.

Lucæ 10.

1. Cor. 11.

Psal. 12.

THESAVRI LIBER I.

Quomodo respondendum sit Arianis interrogantibus: vtrum vnum sit ingenitum, an duo. CAP. I.

SI Ariani nos aggrediantur, interrogantes vtrum vnum sit quod ingenitum est, an duo: vt quum vnum certe dixerimus, & in patrem id retulerimus, inter creaturas filiũ connumerare cogamur: sic respondere oportet. Primum, quia friuola & indoctorum hominum interrogatio est. Multa enim ingenitum significare inuenitur. Nam ingenitum est, quod nondum factum est, & tamen fieri potest: sicut à ligno scapha, & ab ære statua. Ingenitum rursum dicitur, quod nunquam factum est, neq; fieri potest, vt verbi gratia, triangularis figura, nec fuit nec erit vnquam quadrilatera. Nam si quadrilatera fiet, statim aliud erit quàm triangularis. Ad hæc ingenitum dicitur, quod quamuis sit & subsistat, nunquam tamen ex aliquo fuit. Quum ergo multis modis ingenitum capiatur, dicant quid velint in Deo ingenitum significare. Respondebunt forsan, quod nunquam genitum sit. Primum igitur, indocte interrogasse illi fateantur: deinde nos dicemus, vnum esse ingenitum. Quod si ex hoc inferant necesse omnino esse, vt genitum & factum filium confiteamur, quoniam vnus solummodo ingenitus, ísque pater sit, hæc audiant. Si sapientia & virtus & verbum patris filius est, eratque semper in patre verbum, & sapientia & virtus, non est factus postea filius, qui sic appellatur & sic est. Sed quemadmodum ex Deo Deus, & de lumine lumen effulsit: sic ex ingenito genitus, hoc est, ex nõ facto non factus. Tale nanque oportet esse verbum, qualis etiam est, qui ipsum genuit: sic enim paternæ substantiæ proprium, vere inerit in filio eius. Nihil ergo prohibet, quum vnus pater sit nõ factus, verbum quoq; quod ex ipso est, non esse factum. In patre enim semper esse, & vnum cum ipso propter naturę incommutabilitatem esse intelligitur. Quod ipse quoque de seipso ait: Ego & pater vnum sumus. Nam quia vnum dixit: identitatem substantiæ significauit: quia verò sumus, in duo scindit, quod intelligitur, quódque in vna deitate comprehenditur. Præterea si patris incommutabilis imago filius est, vt pater in ipso videatur, sicut scriptum est: Qui videt me, videt & patrem meum, necesse est, non esse factum confiteri, quod ex patre non facto emanat. Quomodo enim in eo quod factum est, perspici vnquam nõ factum poterit? Nam si primitiuum in imagine sua videtur, ita certe hoc erit, quemadmodum illud. Quare si filius factus est, & pater, ex quo imago formata est. Quod si absurdum est, erit omnino imago non facti similiter non facta. Præterea beatus ille Moses creationem hominis narrans, Deum inducit dicentem: Faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram. Quum igitur nostram dicat, duo signat, vnà scilicet spiritu quoque sancto intellecto. Si ergo in homine vno eadem patris & filij videtur imago, in nullo certe inter se dissimiles erunt: factum verò & non factum dissimilia sunt. Non est ergo factus filius, ne dissimilis patri esse inueniatur. Accedit, quod à sacra scriptura omnipotens atque Dominus, pater dicitur: nec tamen filius, quoniam omnia potest pater, & omnibus dominatur, quasi vnum quid de subiectis potentiæ ac dominationi patris intelligitur:

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Genes. 1.

intelligitur: sed ipsé quoque omnipotens & dominus appellatur. Sicut igitur in iltis non est filius de numero omnium, sed ad creaturarum naturam, istorum terminorum potestas tenditsic & in ingenito, id est, non facto, non ad filium, sed ad creaturas comparatio fertur. Dicitur autem vnum esse solummodo non factum, quoniam præter vnum deum omnia facta sunt.

Quod melius atque dignius est deum, patrem vocari, quàm ingenitum. CAP. II.

NOmen patris, filij nomen necessariò intellectum in seipso inducit. Nomina enim huiusmodi, alterum per alterum intelliguntur: nomen verò ingeniti, quod deus scilicet genitus non sit, genitorum atque factorum memoriam opponit. Si ergo necessaria est fidelibus sanctæ trinitatis cognitio: & qui patrem dicit, filium intelligit, per quem pater est: qui verò ingenitum appellat, genita & facta ex opposita videt, à quibus necessariò qui factus non est distinguitur: certe multo melius est inde appellare deum, vnde filij quoq; cognitio sequitur, quàm inde, vnde creaturarum memoria subditur, quæ nihil ad cognitionem sanctæ trinitatis conducit. Et qui patrem nominauit, deum ab ipso significauit quod est: qui verò ingenitum dixit, ab eo quod non est. Pater enim filij est, genitus verò non est. Quod autem ab eo quod est, quàm ab eo quod nõ est, commodius deum nominamus, inde perspicuum erit. Nam si quis ineffabilem incomprehensibilémque illam naturam deum appellabit: recte ab eo nominauit quod est. Nam quum deum dixit, illam naturam significauit. Si quis autem ab eo quod non est, ipsam significet innocentem vel indeprauatam appellans naturam: verè quidem dicit, sed non omnino deum significauit. Nam homines quoque indeprauati & innocentes dicuntur, angelos etiam sanctos tale esse credimus. Ab eo igitur quod est verius & conuenientius, deus significabitur, quàm ab eo quod non est. Præterea, quam genitum creaturam aliquando significat, filius quoque hac significatione ingenitus est, quia creatura non est. Psalmista enim canens, ait ad filium: Propterea vnxit te deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Si ergo aliud est quod participat, aliud quod participatur (aliud enim in alio intelligendum est: participãt enim filio genita, hoc est creaturæ) aliud erit profectò filius quàm genitum, hoc est creatura quæ ipso participat: non est ergo genitus, id est creatus. Quod si non est aliud à re genita & creatura filius, nec secundum naturam ab eo distinctus: quid est opus participatione? vel quomodo participare quispiam poterit, eo quod ipse est? to simile: sed filius, quamuis genitus sit, nullam tamen habet similitudinem ad ea quę genita, id est, creata sunt: est enim super omnem creaturam. Non ergo quia ingenitus pater est, dissimilis erit filius ipsi secũdum naturam, quia ex eo genitus est. Nam sicut, quamuis genitus est, omnes tamen creaturas excedit, nec vllam ad ipsas habet similitudinem: sic non priuabitur similitudine ingeniti, quamuis ipse ingenitus sit. Sed genitum, aiunt, in deo substantiam significare asserimus, & nomen id definitũ esse non dubitabimus: veluti si quis hominem definiat, animal rationale, mortale, mentis & disciplinæ capax, non satis docte id oppositum est. nam si nomen ingeniti definitionem esse vultis, ex genere atque differentia vel differentiis erit. Non enim vnquam sine istis constare definitio esséque poterit. Adhæc, à philosophis genera, non vna solummodo dictione, sed pluribus definiri videmus: sicut substantia animata sensitiua, vel animal rationale & mortale. Postremo si vnius rei negatio non sufficit ad significandam substantiam, non erit certe ingeniti nomen definitio. Præterea definitio, non quid non est, sed quid est quod proponitur quærit: ingeniti autem vox non quid est deus, sed quid non est, significat. nam quia genitus nõ est, ideò ingenitus est. Non est ergo nomen ingeniti definitio. Accedit, quod substantiarum aut etiam accidentium definitiones non ab oppositis, sed ex quibus sunt, fieri docent definiendi doctrinæ professores. Non enim definit qui album esse dicit, quod nigrum non est: id enim quid est, sed quid non est quod definitur significat, Ingeniti verò vox nõ esse genitum significat, quod oppositum genito est. Per opposita verò nunquam rectè definies: non est ergo nomen ingeniti definitio. Adde, quod ingeniti vox multa significat, & inter æquiuoca iure numeratur: definitiones autẽ substantiarum non constãt ab æquiuocis, neque à multa significantibus terminis. Non enim patebit quod definitur, si per huiusmodi vocabula definitur. Quare ingenitus non potest esse definitio. Postremo si vox ingeniti definitio est conuerteretur cum definito: sicut si quis hominem definiẽs, animal dicat esse rationale mortale, mentis & disciplinæ capax, poterit conuertẽdo dicere: si quod est animal rationale, mortale, mẽtis & disciplinæ capax, hominem esse. Quare si ingenitum substantia est, & substantia ingenitum erit, sed non conuertitur. Non enim omnis substantia, ingenita quoq; est: sed soli deo id præcipuè inest, solus enim ingenitus est: non est ergo nomen ingeniti definitio, sed solum non esse genitum significat.

Psal. 44.

Quod ingenitum substantia non est, sed modi substantiæ significatiuum. CAP. III.

INgenitum quasi principium & causa, & est, & intelligitur. Nullum autem principium in quantum principium est, simile aliquid sibi aut dissimile habet. At manifestum est genitum dissimile porsus ingenito esse: opposita enim sunt. Non est igitur ingenitum substantia, sed substantiam de qua dicitur, non esse tali modo significat. Sed dicet forsan aliquis, substantiam quidem ingeniti nomine non significari, sed differentiam. Id absurde dicetur. Nam si omnis differentia in substantiis inspicitur, necesse nobis erit substãtiam quærere, cuius hæc differentia sit. sicut verbi gratia: Animal definiremus, esséque asserremus substantiam animatam sensitiuam, in hac substantia differentiæ inspiciũtur. Aliud enim animal rationale est, vt homo: aliud irrationale, vt equus. Quare substantia præsuppositа, differentiæ postea intelliguntur. Si ergo ingenitum differentia est, quæratur substantia cuius differentia est. Non enim potest differentia ipsius substantiæ rationem possidere. Præterea, si ingenitum substantia est, nec significatiuum, quod id de quo dicitur, genitum nõ sit, quomodo filius dissimilis erit patri, ex quo genitus est? Nam si hæc nomina non repugnant, inter se per significationes expositas, nihil prohibet similem secundum substantiam patri filium esse: vt enim ingenitum pro substantia capitur, sic & genitum caperetur. Substantia verò substantiæ contraria non est, in quantum vtraque substantia est. Ad hæc, si omne ingenitum cuilibet genito dissimile, verè quispiam dicet, omne quoque genitum cuilibet geni-

Quod ingenitum substantia non est, sed solummodo deum non esse genitum significat. CAP. IIII.

SI ingenitum substantia est, & substantię nihil est cõtrarium, nihil erit ingenito contrarium: at ingenito contrarium est genitum, ergo substantia non est. Præterea, si ingenitum substantia est, genitum quoque necessariò substantia erit: nõ erunt igitur opposita. Hanc enim oppositionem substantię non suscipiunt. Adhæc, si in ingenitum substantiã dei significat, nec non esse genitam substantiam notat: genitum quoque similiter substantiam significabit, nec genitam esse notabit. Quum autem vtrunq; substãtiam significet: vnde cognoscemus alterum non esse genitũ, alterum genitum esse, quũ omnia nihil aliud quàm substantium significẽt? Aliis ergo nominibus erit opus, quæ possint ostẽdere deum ingenitum à nulla esse origine: quum ipsum ingenitum nihil aliud quàm substantiam dei significet. Adhæc, substãtia dei vnum quid est, sed nõ multa numero. Ingenitum verò & immortale, cęteraq; huiusmodi, non vnũ, sed multa numero sunt. Non erit ergo idem ipsa substantia cum ingenito & immortali: sicut nec vnum cum multis. Præterea, si genitum atq; ingenitum, cæteraq; huiusmodi nomina substãtiam dei significent: necesse esset, quum hæ voces diuersa penitus significent, sic à diuersis substantiam illam compositam esse, vt commode nomina hæc possint dici de ipsa: vel si ipsa composita non est, non significabunt hæ nomina ipsa substantias, sed modum substantiæ quendam. Adhæc, substantia dei non dicitur aliqua de causa: nihil enim est, propter quod deus est: ingenitus verò dicitur, quia bonitate cuncta excedit. Quod autem nulla de causa est, non est idem ei quod aliqua de causa dicitur. Accedit, quod ei substantiæ nihil opponitur: ingenitum autem genito opponitur: quomodo ergo idem erit substantia & ingenitum. Quod si ipsum ingenitum substantiæ idem est, erit omnis sub-

stantia ingenita: quod impium inuenitur. Præterea, substantiæ proprium est, vt contraria possit suscipere. Quare si ingenitum substantia est, contrariorum erit susceptiuum: quod falsum penitus reperitur. Nam creare quidem & non creare, substantiæ non ingenito attribuuntur: quas ob causas ingenitum non est substantia. Nam quum substantiam dei dicunt, quasi exteriores secuti philosophos, dicunt. Quare proprium erit substantiæ dei, vt contrariorum sit susceptiua? Nos enim essentiam dei & esse ipsius significare volentes substantiam dei non proprie dicimus: & nomine ingeniti non substantiam, sed modum quo deus est, significare credimus. Substantiæ enim proprie est, quæ quum sit sub genere, atque quum ipsis accidentibus subsistit. Tale quid autem deus non est, quare nec proprie substantia dicitur, ingenitus autem proprie dicitur. Non est ergo idem, ingenitum & substantia. Nam si substantia dicitur, quia omnibus subsistit accidentibus: deus verò nulli accidentium subsistit: non erit deus substantia propriè, sed super substantiam. Ingenitus verò deus propriè est, factus enim non est: quomodo ergo idem, ingenitum & substantia?

Aduersus eos qui dicunt, quod erat duratio, quando non erat filius: & testimonia scripturæ, vnde colligitur verbum dei æternum esse. CAP. V.

INdoctè nimium dicitur ab hęreticis, quod erat duratio, quando non erat filius. Nam si verbo dei (aiunt) attribuitur, erat: non erit absurdum, si etiam dicetur quod non erat. Nam si quis in tempore ipsum erat accipiet, vt apertè dicat fuisse tempus, quando non erat filius: quomodo non erit indoctus qui tempus præfuisse filio audet dicere, per quem secula facta esse Paulus asserit? *Hebr. 1.* Et euangelium: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. *Ioan. 1.* Et in Apocalypsi idem Ioannes: Qui est, qui erat, & qui venturus est. *Apoc. 14.* Venturus enim, de verbo dicitur: de quo etiam dicitur: qui est & qui erat. *Exod. 15.* Ecce, nanque ait, ego venio, & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et apertè Ioannes, ipsum erat, verbo attribuit. Erat enim, ait, verbum apud deum. Is autem de quo dicitur, qui est, qui erat, & qui venturus est, æternus esse certè significatur. Innumera huiusmodi scripturæ sunt testimonia, *Roman. 9.* Paulus de Iudæis. Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. *Roma. 1.* Idem de verbo: Inuisibilia enim eius à creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur, & æterna virtus eius & deitas. Id si de patre aliquis dici contendet, in filium rursus conuoluetur. Virtus enim dei quænam sit, ipse Paulus clamat: Christus dei virtus & dei sapientia. *1. Cor. 1.* Et Psalmista similiter: Manda deus virtuti tuæ, confirma hoc deus quod operatus es in nobis. *Psal. 67.* Quis autem dei virtus rectè dicitur, nisi qui à corruptione nos redemit dei filius, & in corruptionem reduxit? Quod autem locus ille scripturæ, quod inuisibilia eius à creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur, & æterna eius virtus & deitas, filium significat, sic comprobari potest. Scriptum est enim, quod nemo cognoscit patrem nisi filius, & cui filius reuelauerit. *Matth. 11.* Si ergo soli filio pater cognoscitur, & per eum solummodo cæteris reuelatur, non per creaturam certè intellectus pater conspicietur, sed creatura quidem creatorem suum, verbum dei esse conclamat. Verbum autem in seipso patrem ostendit. *Ioan. 14.* Vnde Philippo dicenti, Ostende nobis patrem: non à creaturarum multitudine inspiciendum esse patrem ait, sed seipsum ostendit, dicens: Qui videt me, videt & patrem meum. Præterea Psalmista de ipso canit: Qui erat ante secula. *Psal. 73.* Et Esaias: Deus æternus, deus qui fundasti extremitates terræ. *Esaiæ 48.* Si ergo verbum est à quo extrema terræ constructa sunt, & de ipso dicitur, quia deus æternus est, erat certè semper, & factus non est. Adhæc, de verbo scribit Paulus: Qui cùm sit splendor gloriæ, & character substãtiæ eius. *Hebr. 1.* Dauid quoque ait: Et sit splendor domini dei nostri super nos, in lumine tuo videbimus lumen. *Psal 89. & 95.* Quando ergo pater erat absque splẽdore suo? aut quando in deo non erat splendor eius? Nam si lumen de lumine patris, filius est: quando non erat in patre lumen eius? Sicut enim lucendi potestas ab igne separari non potest, sic à patre lumen, quod ex eo nascitur inseparabile est. Sed regnum quoque tuũ. Dauid canit, regnum omnium seculorum est. *Psal. 144.* Quare si nullum est tempus, quod in omnibus seculis non contineatur, & verbum in omnibus seculis regnet: non erat certè tempus quando filius non erat. Adde, quod diuinæ scripturæ, erat, & qui est, & sum, & eram, cæterásque huiusmodi voces, de verbo solummodo dicunt: de creaturis autem non illas ponunt, sed potius, olim & pridem, & ante, & fuit, & factum est, cæterásque huiusmodi. Saluator enim quum proprium substantiæ suæ significare velit: Ego sum, inquit, veritas. Ego sum lux. Ego sum pastor bonus. *Ioan 14. et 8.* Et ad discipulos: Vos, inquit, Dominum & magistrum vocatis me, & bene facitis, sum etenim. *Ioan. 10. & 13.* &: Ego sum via. &: Ego sum ianua. Et pater de ipso verbo: Tu es filius meus dilectus. *Matth. 3.* Et Psalmista: Antequam montes fierent, & formaretur terra & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es deus. *Psal. 89.* &: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. *& 2.* De creaturis verò: Spiritus, inquit, diuinus fecit me. *Iob 33.* Et Moses: Antequam omne viride agri fieret in terra, & antequam fœnum agri oriretur, & quando excelsus diuidebat gentes. *Deut. 32.* Et Sapientia de ipsa apud Salomonem: Antequam terram fecisset, antequam abyssos fecisset, antequam fontes aquarum prorupissent, antequam montes formati essent, ante omnes colles genuit me. *Prouer. 8.* Et saluator: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. *Ioan. 8.* Et Deus ad Hieremiam: Antequam in ventre creassem, te cognosco: & antequam prodires ex vtero, sanctificaui te. *Hiere. 1.* Et Susanna apud Danielem: Deus magnus & æternus, qui nouit occulta, qui nouit omnia ante generationem ipsorum. *Dan. 13.* Sed si non erat tempus (hæretici aiunt) in quo non erat, sed æternus filius, & semper esse cum patre à vobis creditur, non filium, sed fratrem ipsum appellare debetis. Nos verò & coæternum patri & filium credimus. Si enim solummodo coæternum esset, & non filius, locum haberet hæc ratio hæreticorum. Verum quoniam & æternum & filium simul prædicamus, quomodo frater erit genitoris sui? Deinde si fides nostra in patrem & filium est, sicut etiam baptizati sumus, quæ fraternitas hinc apparet? aut quomodo verbum per fraternitatem illi coniungetur, cuius est verbum? Præsertim quum non à priore aliquo principio pater & filius oriantur, vt possint fratres putari: sed pater filij principium est, & generat filium, & permanet pater, nec frater alicuius secundum naturam est. Quis ergo locus fraternitatis erit in istis? Præterea, æternus filius est: quia quum pater perfectus sit, & qui ex eo est, perfectus est: æternus autem pater est, æternus ergo etiam filius est: & sic æternitas non accidit substantiæ genitoris, quia semper æternus est: sic & filius quia similiter perfectus est, similiter etiam æternus est. Adhæc si filius dei verbum dei non est, sed à nihilo sicut creatura productus, hoc prius ostendant: deinde quasi de creatura dicant, fuisse ipsum quando non erat. Sin verò filium diuinæ scripturæ appellant ipsum, & ipse pater filium nominat, id profectò nomen, genitum ex patre ipsum significat: nõ est ergo creatura, quoniam non est idem creari & generari. Non habebit ergo locũ in filio, nec dici de ipso poterit quod non erat, sed de creaturis proprie prædicabitur. Accedit, quod filius quum à patre generetur, verbum & sapientia & splendor patris est. Quare qui asserunt aliquando ipsum non fuisse, insipientem & sine verbo atque splendore suo patrem fuisse asserunt: quod impium omnino est. Non dicetur ergo de filio quod non erat, sed erat coæternus. Sed nullam (aiunt) diuisionem aut incisionem natura diuina suscipere potest, nullius enim passionis susceptiua est. *Solutio cauilli.* Diuidi autẽ & abscindi illis tantummodo cõuenit, quæ passioni naturaliter subiacent: quare non est dicendus filius ex substantia patris esse, ne passio & diuisio aliqua in simplici natura inueniatur. Nam si quicquid ex alio prodiit, diuersum numero est ab illo: partitio quædam & incisio in diuina erit natura, si non deforis, sed ex ipsa prodiisse filium concedamus: deforis ergo est, & patri coæternus non est. Peruersè atque indoctè, propria corporum substantiæ incorporeæ accommodatis. In corporibus enim passio, incisio, & diuisio fieri dicitur: deus verò quũ incorporeus sit, nec incisus, nec diuisus generat. Nónne vides, quod etiam ex igni pariter lumẽ, nec diuisionem aliquam patitur? licet mente separetur ab eo, quoniã ex eo prodit. Quare si quis legibus corporis incorpoream subiicit naturam, mentis suæ imbecillitatem accuset, quę nõ potest incorporeæ naturæ conuenientia intelligere. Nam si quia ipsi æternã filij ab æterno patre generationem intelligere nequeunt, idcirco corporalibus incorpoream naturam legibus subiiciunt: cur ipsum quoque patrem non negant? quoniam quid, qualisque natura sit, non potest quis dicere. Quare si fide, quæ super nos

sunt, accipiuntur: est autem etiam super nos filij generatio (nullus enim ipsam enarrabit, vt propheta quidam ait) *Esa. 53.* fide quoque ipsa suscipiatur, ita vt nullo modo de ipso cogitetur, quod non erat. Id enim imbecillitas humanarum cogitationum excogitauit. Quod autem ex substantia patris filius est, nec deforis factus, & ideo patri coæternus, hinc etiam videre poteritis. Nam si ex nihilo productus est, vt vos dicitis, nec erat antequam natus esset: necesse est ipsum, sicut & alias rationales creaturas, participatione Dei Deum & filium & sapientiam appellari. Id enim rationalibus creaturis conuenit, de quibus Dei pulchritudo verè dici non potest: quippe quam gratia donantis affert, vt scribitur: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. *Psal. 81.* Habitudine enim quadam adoptati ab ipso, dij efficimur. Si ergo participatione Dei per gratiam filij vocamur, cuius participatione dicemus verbum, filium Dei aut Deum appellari? Non enim spiritus sancti, sicut & nos, ipse enim de spiritu dicit: Quoniam de meo accipiet. *Ioan. 16.* Relinquitur ergo vt patre participet. Quis igitur participationis modus est? aut quid à patre in filium deuenit, vt participari à filio dicatur? Vt verbi gratia: Sicut ex igni calor in corpore, vel ab aliquo flore odor, vel potius sicut ad nos spiritus, de quo scribitur: Qui ex patre procedit: *Ioan. 15.* quid igitur cum à patre exeat, ad verbum peruenit? Et vtrum id ex substãtia patris, an deforis sumptum? Nam si deforis sumptum est non patre, sed aliquo alio participans filius sanctificatur, quod vel solum cogitare impium est. Sin autem ex substantia patris exire conceditis illud, quo filius participat, aut diuisionẽ, incisionem, passionémque naturæ Dei accedere fatebimini. Aut si absque passione, aut diuisione in deo hæc sunt, frustra conamini generationem filij euertere, diuisionem & passionẽ in ipsam inducentes: nihil enim prohibet, quum absque passione atque diuisione filius ex patre generatur, viuum patris ipsum esse verbũ: & ita æternus erit, quia ab æterno prodiit patre. Sic enim & paternam nobilitatem in seipso seruabit, & verè dicet: Qui videt me, videt & patrem meum. *Ioan. 14.* Non enim videri potest pater æternus in creatura positus. *Matth. 16.* Adhæc, si quid filio participat, diuina natura participat, vt Petro videtur. *Ioan. 1.* Et si etiam templa Dei sunt omnes, in quibus verbum habitat, necesse est ex substantia Dei filium confiteri. Et si nihil Deo deforis accedit (perfectus enim est, nulliúsque indigus) non accessit filius deforis, sed erat, & est patri coæternus. Patrem enim Deum appellamus, verbum autem & filium, & Deum: non vt alium præfuisse, alium verò postea genitum, more hominum intelligamus, sed vt alium generare, quod patris notio est, alium sicut ex substantia patris ineffabiliter genitum, adoremus. Pater igitur est, quia generat: filius, quia generatur. Et id solum nominum vsus istorum, ex similitudine nobis significat. Si ergo in Deo patris nomen generare solum significat, nulla ratio coget Deum, qui sine tempore generat, ante proprium filium fuisse. Quod si nulla duratio inter genitorem & genitum intelligi potest, coæternus profectò patri filius est. Præterea, si Deus creator secundum naturam est, neque aduenit ei, quod possit ex nihilo ea, quæ sunt producere, quum omnia per filium creet: quomodo non erit impium credere, quod fuerit tempus aut duratio, quãdo filius non erat? Non est enim aliud hoc quàm ipsum Deum dicere aliquando non fuisse creatorẽ, sed postea quando creatur filius. Nam sine ipso nihil factũ esse, Ioãnes clamat. *Ioan. 1.* Sin verò semper, & secundum naturam Deus pater creator est, erat certe cum ipso verbum, id est, filius, per quẽ creator est. Nam sicut etiam ab homine omne quod natura inest, inseparabile est: sic & à Deo, quod in ipso ex ipso est. Est autẽ verbum in patre, & ex patre: inseparabile igitur atque coæternum. Adhæc si patri filius coæternus non est, necesse erit concedere imperfectam aliquando fuisse sanctam trinitatem, fuisseque vnitatem antequam filius esset: factam verò postea trinitatem fuisse, quando accessit quod deerat. Et quoniam quicquid accessit, id etiam auferri potest, cauendum ne qua ratio nos cogat confiteri rursus posse trinitatem ad vnitatem redire. Quid si quis credit, impietate ipsa magis impius est. Erat ergo semper cum patre, trinitatis plenitudo. Adde, quod si filius proprium substantiæ patris genimẽ non est, sed ex nihilo factus, dissimilis sibiipsi sancta trinitas erit & creatura creatori connumerabitur, & vna cum ipso conglorificabitur, quod impium est. Vna ergo deitas trinitatis est, vna glorificatio, eadémque dominatio. Quare in diuersas substantias non scinditur trinitas. Quomodo autem impium non erit, quum pater sit æternus, regnantem cum ipso filium aliquando non fuisse, sed postea factum, recentem nobis Deum accessisse? Præterea sapientiæ, vitæque fons Deus & est, & apud Hieremiam scribitur: Reliquerunt me, inquit, aquæ viuæ fontem. *Hier. 2. & 17.* Et rursus: Erubescant omnes qui reliquerunt te, quia fontem vitæ Dominum reliquerunt. Et Baruch: Fontem sapientiæ, inquit, reliquerunt. *Baruch 3.* Quum itaque sic appelletur Deus, consequens est, vt cum fonte sapientiæ simul sint quæ ex ipso profluunt. Non erit enim fons, nisi aquas emittat. Qui ergo dicit fuisse tempus, vel durationem, quando non erat filius, qui ait: Ego sum vita. &: Ego sapientia habito in consiliis: *Ioan. 14.* is aperte prædicit infœcundum & siccum aliquando fuisse fontem, quod impium est. Fœcũda ergo semper diuina natura est, & verbum patris proprium, coæternum ipsi est, à substantia patris, quasi à fonte profluens. Adhæc, Deus credentes in eum, quasi fontem, quem aqua nunquam reliquit, facturus est, vt per Esaiam promittit: *Esa. 58.* Et impleberis, inquit, sicut anima tua desiderat, & pinguescent ossa tua, & eris quasi hortus irriguus, & quasi fons quem aqua non reliquit. Si hæc ergo in hominibus se facturum promittit, quomodo non errant impij, qui diuinum immortalémq; illum fontem siccum aliquando fuisse opinantur? Quod quoniam credibile non est, erat certè in fonte semper aqua vitæ, & sapiẽtia quæ inde profluit, hoc est filius dei. Accedit quod scriptum legimus: Vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. *1. Cor. 8.* Sed si quis illum, per quem omnia facta sunt, vnum ex omnibus esse dicit, quid prohiberet illũ, ex quo omnia sunt, eadem ratione cum cæteris omnibus connumerare? Quod si hoc impium videtur, sicuti est, & illud similiter impium erit. Æternus ergo & non factus, neque vnus ex omnibus filius est. Quum igitur creatura non sit, nec omnibus connumeratus, super omnia, & in omnibus verus Deus esse intelligetur. Præter hæc: Si Deus pater lumen est, erat semper in ipso splendor suus. Si filius character est substantiæ patris, vt Paulus clamat, *Hebr. 1.* dicant nobis, quando substantia patris sine charactere suo erat? simul enim substantia & character eius inducitur. Si veritas & sapientia filius est, & quomodo non semper in Deo patre est? Nam si pater in filio videtur, & filius incommutabilis substantiæ genitoris imago est, sicut ab ipso dicitur: Qui videt me, *Ioan. 14.* videt & patrem meum: necesse est, vt ei æternaliter insunt omnia, quæ patri etiam insunt. Sic enim character erit nõ diminutus, sed pater immortalis est, & rex, & creator, & omnipotens, & Deus verus, filius ergo etiam hæc est. Quomodo enim in re facta, aut in eo, qui aliquando non fuit, æternitas inerit, aut in creatura creator? Imagines enim exemplarium similitudinem semper tenẽt. Sed quasi mulierculas nos indoctas interrogant. Habebas autem filium antequam genueris? certè non. Sic ergo inquiunt, & Deus non habebat filium antequam genuerat, *Remotio cauilli.* non erat ergo semper filius. Sed si hominum propria, diuinæ naturæ accommodantes non erubescunt, fabros etiam aliquos interrogent: si possent absque materia opus suum efficere: & si non posse respondebunt, inferant ex hoc, Deo etiam materia opus esse ad productionẽ vniuersi: & ita non erit creator, si non ex nihilo, sed ex pręsubiecto principio atq; materia fecisse inueniatur, constructórq; magis erit, quã creator. Quod si hoc sicut impium fugiunt, aut causam afferant, quamobrẽ in generando nihil plusquã homini deo attribuunt: in creando verò non ita, sed super hominem deum esse non negant: aut ita deus pater, erit super hominẽ, sicut & creator. Sed absurdius adhuc Arriani interrogant, vtrum quum esset filius, an quum non esset, pater eum genuerit. Quos similiter nos quoq; interrogare poterimus *Captiones Arrianorũ.* vtrum Deus quum esset, factus sit: an antequam esset, fuerit. Et vtrum quum esset, seipsum fecerit, an ex nihilo repente ipse proruperit. In his enim omnibus, non aliter quàm interrogatio, responsio quoque ipsa impia erit. Nos verò piè dicimus, æternum patrem esse, & filium similiter æternum. Sicut enim nunquam erit lumen absque splendore suo, sic non erit pater absque filio, propter quem pater est. Erat autem semper Deus pater, erat igitur semper ille quoque cuius est pater. Arriani verò, sicut instrumentum, audent dicere à patre filium fuisse productum, quo sibi videlicet opus esse ad creationẽ omnium rerum videbat. Sed si qui est & erat, filio qui non erat, egebat:

qui's erit maior, vtrum qui egebat, an qui egestatem supplere potuerit? Non est ambiguum, defectum hoc modo in vtrisque fuisse, & vtrumque per se imperfectum inueniri. Nam si æternus patet filio indigebat, qui postea sibi secundum eos natus est, æternitatis paternæ genita filij natura plenitudo facta est, & ita inuisibilia mixta sunt. Hæc quia impia sunt, non est vt instrumentum productas à patre filius, nec postea sibi natus, sed coæternus est, sicut virtus & sapientia eius. Illi verò qui quasi mulieres interrogant, vtrum habueris filium antequam genueris: cur etiam non interrogant, vtrum si filius tibi natus est, similis tibi secundum naturam, aut eiusdem substantiæ sit, an alienæ? Quúmque audierint eiusdem substantiæ esse patrem & filium, idipsum de alio quoque dicant, neque ad impietatem suam tempora vel durationes considerent, sed naturæ identitatem in genitore & genito conspiciant. Quúmque nobis hac ratione dederint ex substantiæ patris generari filium, tunc de tempore solum & duratione contendant. Nobísque respondeant, quid prohibet, ne Deus pater sit semper, quum necessitati naturæ nostræ Deum subiicere impium sit. Nimirum enim longe distant à diuinis humana. Solem ergo respiciant si volunt, si lux quæ est ex eo, semper cum eo sit: & ab igne discant, an ei semper calor inerat. Et si cum istis semper inuenerint fuisse quæ ex ipsis, quanto magis cum æterno Deo filius semper erit. Nam si secundum naturam ex patre est, nec vlla ratio cogit, vt in tempore, vel duratione aliqua Deus generet, erat certè coæternus patri filius, qui ex ipso est, per quem à nihilo vniuersa facta sunt. Scire igitur oportet eos, qui volunt discere, non diuisibiliter aut corruptibiliter generare Deum, vt aliqua possit passio in generatione ipsius intelligi. Diuidi enim & fluere, corporeæ naturæ propria sunt: incorporeæ verò & diuinæ, nec passio, nec diuisio, nec aliquid huiusmodi accidit. Non est igitur filius quasi pars aliqua patris, sed ex ipso & in ipso. Nam quia ex ipso est, filius vocatur: quia verò in ipso, sapientia & verbum. Coæternus igitur genitori est: nunquam enim intellectus compos, sine sapientia & verbo fuisse patrem, dicere audebit. Nam si humanus intellectus verbum ex seipso generat, nec passio vlla propter hoc sibi accidit: & verbum quidem in mente, mens verò in verbo, & omnino alterum in altero videtur: nec sine verbo, mens intellectus vnquam fuit. Non erit enim mens, si verbo caret. Verbum autem dicimus non solum quod lingua profertur, verumetiam id quod intellectualiter ex mente prodit. Nemo certè dicet, non esse in deo proprium verbum eius, quod perfectam imaginem patris ex perfecto patre gerit, & in patre propter substantiæ incommutabilitatem videtur. Quare si recte credere volumus, necesse erit fateri non accessisse postea Deo vt pater esset, si non semper esset pater, vt hæreticorum furor confirmat. Nam si bonum est ipsum esse patrem, nec fuerit semper pater, non fuisset Deus aliquando bonus, quod impium est. Erat ergo semper pater coæternus filio. Sed opponunt rationem similem: Quoniam dicentes bonum esse creare, erant semper creaturæ. Nam si aliquando non fuerint, videbitur Deus non semper esse bonus. Sed semper, inquiunt, bonus est, quamuis aliquando creaturæ non fuerint. Quare etiam si non semper pater fuerit, bonus tamen fuit. Nos verò ad hæc dicimus, magnam esse differentiam inter filium & creaturas. Filius enim ex substantia patris prodit, & eum statim, ex quo prodit, patrem esse ostendit: creatura verò est extra substãtiam, & tunc solum actu creatorem ostendit, quando creator creare voluit. Quasi enim ars faciendi erat in ipso, etiam antequam creaturas produxisset. Quum igitur tanta differentia sit, vt patre nominato, filius statim intelligatur (simul enim pater & filius sunt, nec alterum sine altero intelligitur) nec voluntatis id sit opus, sed naturæ proprietas: creatore vero nominato, non statim, sed postea etiam possit creatura produci. Idque quoniam non est ex natura eius, sed voluntate quasi per artem facta: quomodo nonnulli quasi idem sint creatura & filius, patrem ipsum posse appellari, etiam si aliquando filius non fuerit, similiter contẽdunt, sicut & creator ante creaturas poterat appellari? Artem enim habentem fabrilem, fabrum appellamus, etiam si nihil fabricetur: idque ideò, quoniam potest fabricare si voluerit. Patrem autem non dicimus, nisi filius natus fuerit, propter quem pater dicitur. Itaque opera etiam si facta non fuerint, non interimunt tamen operatorem, vt ita dicam: nec faciunt, ne possit aliquis opifex nominari: filius verò nondum natus, facit ne quis pater nominetur. Non est ergo idem creatura & filius. Quoniam Deus natura creator est, etiam ante creaturas: pater autem non est, antequam filium generet.

Solutio cauilli.

Quod non fuit pater ante filium, quamuis ingenitus sit, sed coæternus sibi semper fuit genitus filius.

CAP. VI.

SI absque principio (Eunomius ait) & semper ingenitus pater est, sicut & vos conceditis, filius verò genitus esse creditur: quomodo non erit necesse, vt genitus principio circunscribatur? hæc ille. Nos autem dicimus nullam rationem cogere, principio circunscribendi genitum, quum sit genitor ingenitus. Non enim de rebus corporeis sermo est: vt quod genitum est tempori subiiciatur, & quasi à non esse ad esse progrediens, principio circumscribatur. Sed de diuina & ineffabili natura, in qua omnia ineffabiliter, & vt Deo conuenit, sunt. Diuinæ generationis ergo modus intellectum humanum excedit, nec legibus hominum subiacet: sed tantum humiles naturæ leges superat, quantum natura humana à diuina superatur. Nolint ergo principio circunscribere illum qui super omnia principia durationis est, qui ad Mosen dicebat: Ego sum qui sum. Ei verò qui semper est (hoc enim significat: Ego sum qui sum) quod durationis principium quispiam attribuet? Eunomius autẽ, quia ingenitus pater est, & filius genitus: idcirco putat quia pater principiũ non habet. Sed quamuis ingenitum & genitũ opposita sint, & patris ac filij notiones sint, non tamẽ omnia opposita eis attribuuntur. Pater enim deus est, neq; idcirco filius deus nõ est: & quum pater rex sit, & filius similiter rex est. Eadem ratio erit in cæteris. Est nanq; vterq; immortalis, inuisibilis, & omnipotens: nõ ergo insunt filio cuncta, quę opponuntur iis, quæ patri insunt. Nam quæ naturalia sunt, vtrique inesse demonstrantur. Æternus autẽ secundum naturam pater est: æternus ergo etiam filius similiter est. Multa quoque in corruptibilibus rebus videmus oppositis nominibus nominari, & tamẽ in multis naturalibus conuenire. Animali enim, non animal oppositum, vt equus & planta & tamen multa vtriq; communia sunt. Quæ igitur ratio coget ingenito patri & genito filio, qui oppositis nominibus distinguũtur, nihil esse commune? Non enim interimitur naturæ proprietas, quoniam alter substitit altero modo. Generatio enim, quomodo est filius, significat. Id porrò æternitatis rationi minime obest. Præterea si ex mortali mortale nascitur, & corruptibile ex corruptibili: cõtrà quoq; necesse est, vt quod ex æterno & immortali nascitur, id æternum, immortaléque sit. Quare ita se natura habebit filius, sicut & genitor eius. Non est ergo factus filius: qui verò factus non est, quomodo principio circunscribetur? qui porrò circunscriptus principio non est, is coæternus patri est. Adhæc, qui ab aliquo principio generationem filij credunt incœpisse, vehementer errant, nihil filio Dei plus quam homini attribuentes. Homo enim quoniam ex non esse incepit, necessariò etiam generatio eius incepit. Et quod ex eo est, separatum à seipso habet filium suum: sed sicut Deus ipse sine principio & ingenitus est, sic quia ex substantia eius prodit filius, sine principio & non factus est. Sed insuper à nobis, qui coæternum patri filium credimus, Eunomius quærit, an pater cessauit iam generare? Nam si cessauit (vt ipse opinatur) generandi cessatio, inquit, principium essendi filij est. Sed quoniã super omne tempus & omne principium, & omne spacium substantia Dei est: generatio quoque Dei super omnia illa est. Nec priuabitur natura diuina potestate generandi, quoniam absque tẽpore generat. Alius enim diuinę generationis modus est, quàm humanæ: simul enim esse Deum, & generare ipsum credimus, quamuis mente generatio post intelligatur. Erat igitur in ipso genitus filius. Nec præcedit generatio eius esse ipsius, sed semper simul & est & generatur. Quare qui ausus est dicere, cessasse patrem à generando, crimine impietatis non caret. Tres enim mutationes in diuinam induxit naturam: quia tria spacia in huiusmodi generatione

Eunomius

Exod. 3.

Quod diuina generatio sine motu habet.

generatione quæ cessauit, necessariò dantur: vnũ ante generationẽ, alterũ in ipsa, tertiũ post ipsam. Si ergo sic deus genuit vt & incœperit & genuerit & cessauerit: quomodo immutatus non est? aut quomodo ipse seculorum erit creator? & quomodo Paulus verè de Christo dicet, per eum facta esse omnia: si durationis aliquod spacium antequam natus esset, secundum furorem istorum præcesserit? Ad hæc quomodo in tempore genuit Deus, aut in spacio & duratione, qui huiusmodi naturam omnium, vt cætera omnia excedit? Nec tamẽ omne quod generat, hoc est producit ex se naturaliter, à non generãdo ad generandum procedit: nec omne quod generat, generare quoque necessariò cessat. Ignis enim ex se ipso calorem, qui naturaliter in ipso est & lucet, generat atque producit, nec à non calido calidus factus est: nec cessabit vnquam generare & producere, quod secundum naturam in eo inest. Sed simul atque factus est ignis, & calor & lumen in ipso sunt. Si ergo etiam in cæteris, huiusmodi generandi modus videtur, quomodo non erit impium maiora ipsi non concedere, cuius magnitudinem humana mens assequi nullo pacto potest? Præsertim quum genitum ab ingenito, sicut & factum à non facto plurimum distet: contraria enim esse videntur. Si ergo factum est omne, quod à facto natum est, similiter quoque quod ex non facto nascitur, factum non erit. Sed filius ex patre non facto & æterno nascitur, ergo & ipse nec factus, & coæternus patri est, seruãs in seipso omnem paternæ naturæ dignitatẽ. Sed nos, inquiunt, non negamus coæternum dici patri filium, non tamen quia semper cum ipso fuerit, sed quia pater semper volũtatem habendi filium in se habuit. Temeratiè id dicitur, & impiè creditur. Quis enim non viderit, de producendis singulis etiam creaturis voluntatem esse in deo? non enim inuitus, sed volẽs propter bonitatẽ suam cuncta creauit? Quæ igitur erit differẽtia inter creaturam & filium: si vtrorunq; voluntatẽ dei fuisse causam concedamus: Aut quis mentis compos non clamabit aduersus istos qui filium & creaturam, ratione naturæ in infinitum distantia, æquali mensura colunt? nihil plus attribuentes verbo, quod ex patris substantia prodit, quã creaturis, quum in præscientia dei & voluntate, vtrunq; fuisse contẽdant. Præterea si filius nõ erat semper cum patre, sicut coæternus, & ex ipso secundũ naturã prodiẽs, sed postea accidit ei: patri quoque necessariò accidit vt pater sit, & ita mutatus est. Nã quod antea non erat, id postea secundũ vos factus est. Sed ab omni mutatione longe abest dei natura. Non accidit ergo deo vt pater sit, sed est ei coæternus filius: vt igni calor genitus ex eo, sicut ex lumine splendor. Sed si perfectus, inquiunt, pater in sua magnitudine est, nec aliquid ad perfectionẽ suæ naturæ deest, superflue quasi plenitudo deitatis suæ filius sibi adiungitur. perfectus certè pater in sua magnitudine inuenitur: nec sanę mentis id quisquã negabit. Perfectus autem est, non solũ quia deus, sed etiam quia pater. Quare qui Deũ negat patrem esse, is fœcunditatem aufert à diuina natura, vt iam perfecta non sit, quum generandi virtute careat. Notio ergo perfectionis, fœcunditas est: & sigillum quod patris ostendit perfectionem, filius est qui ex deo prodit. Præterea, si paternæ substãtiæ fœcũditas non secundum naturam insit, perfectúsque sit etiam sine generandi potestate, superflua & forinsecus accita est generatio: deforis autem accitur, quo quis indiget: quomodo ergo perfectus est, qui indiguit? aut quomodo inuectũ extrinsecus aliquid deo est, quasi non à seipso perfecto? Natura igitur inest patri fœcunditas, & ideò perfectus est, quia genuit. Ad hæc si perfectus in sua magnitudine patet est, etiam si nulla fœcunditate polleat, vt vos opinamini deforis (sicut & creaturæ) & nõ ex substãtia sua productus est filius: eritq; superflua quantũ ad perfectionẽ dei pertinet, productio eius, sicut & creaturarum. Hoc enim erat deus, antequàm nos creati essemus quod nunc etiam est. Nihil enim ei attulimus, à nihilo ad esse producti. Etsi ad nihilũ redigemur, nihil ab ipso detrahemus. Sicut ergo nos gratias agimus deo, quia bonitate sua nos creauit: filius quoque agat similiter & creditur nobis similis, quasi ad extra creatus, sicut & nos. Sed maxima in his verbis impietas est. Fugiẽda ergo sunt: & filius ex substantia genitoris esse credatur: sic enim & filius verè erit. Sed non est (inquiunt) Deus propter fœcũditatẽ perfectus: sed quoniam Deus, ideò perfectus & postea factus est pater. Dicatis ergo nobis oro, qui nullam impietatis foueam formidatis, si postea Deus factus est pater, qui erat antequam pater fieret? Nam quoniam erat deus, & pater etiam erat: aut si aliquãdo deus pater non erat, secundũ vos, omnib. manifestè scripturis contradicitis. Deũ enim patrẽ semper fuisse cognoscũt. Quod nomẽ si semper inerat deo necessariò coæternus sibi filius erat. Nõ erat em̃ pater absq; filio. Sed magnũ quid afferre deo hæretici putant, quum non semper patrẽ, sed semper deũ fuisse asserunt. Nec videtur ad contumeliam id potius pertinere. Nam vt deus ad seruiẽtia, & ad creatam naturam habitudinẽ habet, sic pater ad filium. Ita re maiore deum prtiuantes nunc sentiunt. Melius est enim filij patrẽ esse, quàm creaturæ dominum. De nobis enim dicitur, quod populus pascuæ suæ sumus, & pecudes manus suæ. De filio autem: Qui quum esset in forma Dei, non rapinam est arbitratus se esse æqualẽ deo. Et rursus ad ipsum: Sede à dextris meis. Per ista igitur & similia, quantum à creatura differat filius, intelligimus. adde, quod sicut pater ad filium dicitur, sic deus ad creaturas quæ non eiusdem sunt cum ipso naturæ. Quare necesse est simul patrem & filium intelligi, aut si postea genito filio factus est pater, postea quoq; quando per verbum omnia facta sunt (per verbum enim facta sunt) antea pater fuit quàm deus. Creatura enim omnis cuius est deus, post filium facta est. Accedit quod æquius est patrẽ appellare, quàm solummodo deum. Nam si patris nomẽ non esset dignius in Deo quàm ipsum nomẽ deus: quur cùm discipulos saluator ad baptizãdum mitteret non iussit vt in nomine dei & filij, & spiritus sancti baptizaretur? sed quasi maiorẽ diuinæ naturæ ostẽdens dignitatẽ: In nomine patris, inquit, & filij, & spiritus sancti. Philippus verò quum diuinam curiosè scrutari naturam vellet, Ostẽde nobis patrem dicebat: non, ostẽde nobis Deum. Et ipse saluator: Tanto tẽpore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meum: non dixit, & Deum. Non enim minus, sed maius voluit genitori suo attribuere. Pater enim à maiore atq; digniore, hoc est, ex filio, intelligitur: Deus verò à creaturis, quæ tantum distant à filio quantum natura seruus à natura Domino, & creator à creatura. Ad hæc, quamuis simul & deus & pater est, per prius tamẽ pater est, quàm Deus. Quod saluator ostẽdit, quando in cœlos volebat ascẽdere: Ascendo, inquit, ad patrẽ meum, & patrẽ vestrum: & Deum meum, & Deum vestrum. Vides hinc patrẽ ad filium dici, Deum ad creaturas. Si ergo creaturæ secundo loco sunt post generationẽ filij, per prius pater est quàm Deus quod inde melius perspicietur. Nam dignitatem, quam ipse filius habet natura, vt videlicet Deus pater suus naturaliter sit, & nobis ex misericordia largiẽs addidit: & patrem vestrum. Adoptari enim sumus per ipsum, ita pater eius secũdum naturam, pater noster per gratiam est. Nostra verò in seipsum assumẽs, & quæ seruorum sunt (quia serui formam accepit) sibi accommodans, addidit: & Deum meum, & deum vestrum. Pater igitur ipsius secundùm naturam est, noster autẽ Deus. Et quoniam per filium facti sumus, per prius est pater quàm Deus, quamuis simul sit & pater & deus, Sed coæternum (ait Eunomius) nos quoq; filium patri fatemur, eo quod potestatẽ generandi etiam antequam generaret, pater in seipso habebat. Nos verò adhæc dicimus: si quoniam potestatẽ generandi pater habebat, idcirco coæternum sibi filium esse creditis, & non quia simul semper cum patre genitus filius erat: quur etiam creaturas (quoniam posse creare semper erat in deo) coæternus patri non dicitis? Nam si solummodo, quoniam poterat esse, idcirco fuisse creditis, quid prohibet coæternus etiam ipsas deo dicere? Sin autẽ absurdum est quoniã creare poterat deus, fuisse creaturas contẽdere: nec ideo filius erat, quia pater poterat generare, sed quia generatur ex ipso secundum naturam: ideò semper cum ipso est, & coæternus ipsi, sicut calor igni, & flori odor. Præterea, quod generare potest, nondum actu generat: posse igitur patrẽ generare, non est esse filij: sed quia deus pater est, ideo ex ipso filius esse intelligitur per quẽ deus pater est. Simul ergo pater & deus, & cum ipso filius, vt seruetur in deo quod pater sit. Sed si coæternus est filius patri, Eunomius inquit, nunquã per generationẽ peregit sed generandi actu semper caruit, quomodo ergo genitus filius est? si verò actu genuit, qui genitus est, esse necessariò cœpit. Si de creaturis sermo esset ô homo, rectè quasi operau-

Heb. 2.

Solutio Cauilli.

Psal. 94.

Philip. 2.

Psal. 109.

Ioan. 1.

Matth. 28.

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Eunomij cauillatio.

tem Deum induceres. Verùm quoniam non opus filiũ credimus, nec extra productum fatemur, sed genitum ex substantia eius prædicamus: quur infesti estis operatorem in generando patrem fuisse, impie contrẽdentes? præsertim cum generatio etiam in nobis hoc non patiatur. Operamur enim quæ extra sunt, generamus autem ex nobis. Quoniam igitur filius, opus non est, sed æterni patris genimen, habebit omnino genitoris sui nobilitatem, nec minus æternus erit quàm parer. Verum ne contentiosi nimium videamur, concedatur hæreticis actiuam esse (vt dicunt) generationem patris. Quanquam enim absque passione Deus generat, dicendi tamen modus huiusmodi est. Sed sicut actiua est, sic naturalis, & substantialis, & inseparabilis ab hypostasi. Quare necessariò coæternus patri filius erit, quum generare inseparabile sit ab hypostasi patris. Quum igitur semper paterna hypostasis sit, erit semper etiam ex ipsa naturæ suæ fructus. Quomodo igitur non erit coæternus patri filius? maxime quum in creaturis videamus, quę generandi potestatem diuisibilem habẽt (hæc enim corporum lex est) tunc ad generandum actu peruenire, quando ad certam ætatis mensuram peruenerint, sicut animalia & plantæ. Hæc enim non generant, quũ imperfecta fuerint per ętatem. Quare quũ pater perfectus semper sit, quid prohibet æternaliter eum ex seipso coæternum sibi filium generare? Magis ergo mirari eos oportet, si non esset Deo coæternus, qui ex ipso est. Perfectus enim pater semper, semper generat. Quare stultũ est interrogare quando genuit. Sed si perseuerant interrogantes, nos quoque interrogabimus: quando incepit calefacere ignis, sed non inuenient huius principium, simul enim ignis est, & calefactiuus est. Si ergo creaturæ simul sunt, & sic sunt, cùm Deus super creaturas suas sit, quur non simul & esse creditur, & filium ex seipso genitum habere?

Quod indiuisibiliter, & absque corruptione pater ex seipso filium generat.
CAPVT VII.

SEd quomodo (inquit Eunomius) non erit necesse fateri diminutã esse substãtiam patris, si filius ex ipsa prodit, quasi pars inde decisa? Incommutabilitas ergo patris seruabitur, si filius non erit, quasi paternæ substantiæ pars, nec ex ipso patre, sed extra productus, & coæternus ei solummodo secundũ potestatem, quæ in voluntate patris semper erat. Paulò altius quàm de corporibus deceat, de Deo loquendum est Eunomi, etiam si quemadmodum homines, sic Deum defluxibus in generando diminui putas, quasi aliquid ex eo in verbum suum defluat atque separetur: quid prohibet similem impietatem ad alia quoque deducere? Nam si vt homo, cum passione generat, cur etiam vt homo, non creabit laborioſe? Quod si absurdum est, laborioſe deum veluti hominẽ quicquam facere, absurdum etiam erit, sicuti hominem per passionem generare. Quod si veluti homo generat & veluti homo facit, quoniam nos in præsubiecta materia manus extendimus, vt aliquid inde faciamus, ita de Deo tibi quoque dicendum erit. Sed absque manibus & materia ex nihilo adesse cuncta Deus verbo suo produxit, omnem naturam creaturatum superans. Quare in generando quoque ipsam superabit. Quod si voces non aliter, quàm si de corporibus dicerentur, Deo accommodas, quùm deus continere vniuersa scribatur, quũq; continere dicantur, quę maiorem ambiunt corporum locũ, magisq; extenduntur, necesse tibi erit, vt incorporalem Deum per vniuersa loca extensum intelligas. Sed hoc scio, vt impium euitabis. Sicut ergo non corporum lege cuncta Deus continet sic nec corporum more generat. Præterea quod in omnibus est, & vniuersa penetrat, id omnibus connecti necesse est. Est autem Deus in omnibus, & penetrat omnia, nec tamen connecti corporibus ipsum credemus. Manet enim in sua synceritate Deus, nec aliis commiscetur, quanuis vbique sit, & omnia penetret. Impium ergo est, sicut corporibus, ita ipsi potestatẽ verborum accommodare. Adde quod non compositus, sed simplex Deus est: & tamen diuersa, variáque operatur, neque hinc simplicitas sua quum diuersimode in singulis operetur, modo aliquo læditur. Sicut ergo in his, cæterisque omnibus naturam corpoream excedit, sic etiam in generando. Sed necesse est (Eunomius inquit) si ex patris substantia filius prodit vt in ipso prius potentia insitus fuerit: sic enim ex eo prodire videtur. Deinde si pater nullum post verbum filium genuerit (vnigenitus enim est) generandi potestate priuatum dicatis, sed diminutum etiam ex parte inueniri, negare non potestis: quum filius ex ipso semel prodierit, necin ipso sicut prius insitus sit. Non erubescis ô homo, proprietatem corporum Deo attribuens? Et sicut corpus in corpore, sic filium in patre præfuisse dictitans. Non enim sicut in hominibus, in genitorum lumbis filij antea continetur, sic & in Deo. Quid enim prohibebit, si ad miseriam corporum diuinam essentiam quispiam deducit, existimare nullo modo posse patrem generare, quoniam fœmineum sexum non habeat, sed nec virilem quidem? Hæc enim in corporibus solum inueniuntur, ipse autem simplex & incorporeus est, & intellectus syncerissimus. Quare oportet, si quis generationem illam, in quantum homini licet, inuestigare velit, quæ ex mente ac intellectu prodeunt considerare, & ex huiusmodi similitudine ad generationem verbi, quantum in hac vita possumus intelligere, capiendam manu duci. Parit enim mens hominis cogitationes bonas, vt saluator dicit: Acorde nanq; boni hominis, inquit, bona procedũt. Si ergo stultum est arbitrari, nihil ab humano intellectu prodire quia & Dominus hoc asserit, & res ipsa clamat: quomodo nõ erit absurdum, supremum intellectum, qui Deus est, quíque omnem intellectum excedit, infœcundum opinari? aut fœcũditatem ipsius corporum legibus subiicere: præsertim quum ipse noster intellectus, non corporis more generet: quomodo ergo Deus, qui omnem intellectum excedit, ad corpora deducetur? Sine passione igitur ex patre filius effulsit, secundum ineffabilem & incomprehensibilem diuinæ generationis modum. Ad hæc, quicquid ad similitudinem alterius factum est, nequaquam potest ad exemplaris æqualitatem accedere, sed ab illius gloria secundo loco inuenitur. Sed creata natura virtute diuina formata est, fœcunda per gratiam, ad diuinæ fœcunditatis similitudinem, quæ verè ac propriè fœcunditas est: deficiet ergo in generando, neque vt Deus, ad similitudinẽ cuius fœcunda est, generabit. Quod si verum est, sicuti certè est: nõ vt creatura Deus, sed supra omnẽ creaturam fœcundus est: quare neque vt creatura generabit. Sed perfectus pater ante generationem filij erat, Eunomius ait: quomodo ergo ipse perfectus etiam post generationẽ erit, si ab vnitate in dualitatẽ processit? Necesse enim est quicquid ab vnitate in dualitatẽ venit, minus seipso vigere nisi multiplicata substantia eius sit, vel adaucta interea fuerit: quorum neutrum essentiæ diuinæ accidere potest. Non genuit ergo ex seipso pater filium, ne ista sequantur absurda, sed fecit eum similem in omnibus sibi. Nos verò ad hæc non verebimur dicere, erratis, neque scientes scripturas, neque virtutẽ Dei. Quomodo enim quod à nihilo ad esse productum est, simile in omnibus increato & æterno Deo patri erit? Nam si factum est, non erat aliquando. Quomodo autẽ nõ erubescunt diuisiones & passiones in diuina generatione intelligentes, & creaturæ legibus ineffabilem subiicientes essentiam? Non erit certè creaturis suis creator æqualis, nec modo illarũ generabit: sed sicut in cæteris omnibus creaturas excedit, ita etiam in generando ineffabiliter, & vt Deum decet generabit. Diuisiones enim & minutiones, crementum & multiplicationem, & defluxus quidem atque defectus corpora in generando patiuntur, quæ instrumentis quoque atque membris egent dum pariunt. Nam in cæteris quoq; operationibus suis organo & mẽbris est sibi opus: aliter enim facere opus suũ nequeunt. Deus autem verbo suo perficit omnia, & nutui suo cũcta obtemperant. Si ergo in his nulla passio Deo accidit, quomodo in re maiore, hoc est, in generando, corporum proprietas sibi accidet? sicut ergo nõ vt creatura facit, ita etiam vt non creatura generabit. Præterea, pater filium ex seipso vt lucem vel splẽdorem indiuisibiliter, & absque vllo spacio emittit: sicut sol emittit ex seipso lucem atque splendorẽ, quamuis solis splendor non propriã habeat hypostasim, nec perfecte ipse in seipso esse tia sit, sed esse in sole habeat: filius verò Dei huic exẽplo in hoc solummodo similis est, quod ex patre indiuisibiliter & sine vllo spacio emanat. Propriam verò ipse habet hypostasim, quamuis non separatam à patre, sed in patre & cum patre intellectam:

Cauillus hæreticorum.

Obiectio hæreticorum.

intellectam: incisiones autem & diminutiones, ac passiones & separationes in diuina generatione intelligere stultum omnino est. Nam quum Deus nec sit nec possit esse in loco, quomodo separationem suscipiet? Quò enim ibit quod seperatur? aut vnde seperabitur? Corporum enim hæc propria sunt, & ab incorporea natura penitus aliena. Non fingant ergo impie simul ac stulte passionem aliquam in ea natura, quæ nihil passionis suscipere potest: sed credant quod sicut mirabiliter omnia producit à nihilo, sic ex seipsa mirabiliter generat. Quomodo autẽ indiuisibiliter & absque passione filius ex patre prodit, similitudinibus subintelligere possumus? Nam sicut verbum quo vtimur, ex mente prodit: idem enim est cum eo verbo quod in corde versatur, quamuis aliud esse videatur, in quantum quasi à profundo in lucem per os emittitur: sicut inquam verbum quo vtimur, & quod in corde est, etiam si taceamus, in mente est, & ex mente prodit: sic & filius Dei indiuisibiliter ex patre prodiens, character & similitudo eius est. Verbum enim eius est in propria hypostasi, verbum, inquam, viuens ex viuo patre. Vnde verbi appellatio propter hanc similitudinem verbi nostri ad diuinum, ipsi filio Dei in scriptura sæpius attribuitur, vt in Psalmo. Eructauit cor meum verbum bonum, & in euangelio: In principio erat verbum, & in aliis plerisque locis. Præterea, sic ex seipso absque passione filium genuit pater, sicut si sapiens ex sapientia sua quicquam excogitauerit atque pepererit, veluti Geometriam, Musicã aut aliquid huiusmodi. Hæc enim fœcundæ sapientiæ fructus sunt, & sic se habent secundum naturam, vt excogitatum artificium à sapientia non sit separatum ab ea. Nam quum sit ex seipsa, in ipsa etiam est, & imago eius est. Videtur tamen, quamuis inseparata sit, res alia esse: sic filius inseparabiliter ex patre est, & in propria hypostasi, quamuis huius aliarúmque similitudinum vim excedat. Nam qui diuinorum dogmatum veritatem quærunt, non humana sequuntur. Nec quoniam pater genuit filium, diminutum esse credunt: nec quasi multiplicatum in dualitatem, sicut hæretici contendunt: nec defluxum aliquem in essentia diuina factum opinantur. Hæc enim, sicut de nobis vere dici possunt, sic de Deo impie cogitantur. Fugienda igitur sunt, intelligendúmque sic ex patre natum filium, vt sapientia ex mente, quæ (sicut & alia) quodammodo esse à mente, per expressionem ipsius videtur, & in ipsa verè est: non enim seperabiliter ex ea prodit. Nec defluxum mens passa est aliquem, quia sapientiam genuit: sed tota mens in sua natura conseruata est, & tota in sapientia depingitur, & in ea videtur. Adhæc, sicut creatiua Dei virtus, quãuis multa diuersáque creando producat, non diuiditur, tamen in singula illorum essentia diuina, sed vna ineffabilique virtute omnia creat: sic & generatiua virtute indiuisibiliter generat. Et quemadmodum spiritus sanctus nullam diuisionem in essentia patitur, quamuis diuersas emittat gratias, quas singulis ad mensuram eorum contribuit: sed est vnus & idem spiritus, variè, & absque passione in cunctis operans: sic & generatiua essentia Dei nullam diuisionẽ, nullum defluxum, nullam passionem patitur: quũ vnicus eius filius ex ipsa effulserit. Sed si alius est quàm pater, natus filius (Eunomiani aiunt) & est in propria hypostasi: diuisa esse necessariò concedetis omnia quæ patris sunt: non enim in ipso solum permanserunt, sed in filium quoque transierunt. Quare vel pater perfectam non retinuit gloriam, si partem eius filio dedit: vel si perfectam retinuit, filium rursus priuauit, & deitas quæ in vnitate prius perfectam habebat gloriam, in dualitatem postea progressa, perfectam non habet. Aut modò in patre, modò in filio perfecta erit, & quasi mutuò ab altero ad alterum pertransibit. Hæc quum dicant, non erubescunt, variis falsisque rationibus diuisiones, separationes, passionésque diuinæ accommodantes essentiæ. Nec intelligunt in patrem se quoque plurimum blasphemare, mutabilem credẽtes, & à perfectione ad imperfectionem delapsum esse prædicantes. Ignorant certe qui hęc dicunt in quantam impietatem & se & alios his verbis impellant, filium à patre separantes, & diuisam esse gloriam essentiæ diuinæ inter patrem & filium, cogitantes. In vnitate, inquiunt, prius erat pater. Num igitur quoniam filium genuit, & creandi virtutem ipsi dedit, per quem omnia creat extra essentiam suam creandi virtutem emisit, ita vt ipse priuatus ea sit? Sed hæc vel cogitare impium est. Pater enim vsque nunc operatur, & ego operor, veritas ait.

Sicut igitur virtus creatiua non est separata à patre, sed est in eo perfectè, & similiter in filio: sic & gloria perfecta est in vtroque: similis enim in omnibus genitori suo est, perfectámq; ideo habet gloriam, quoniam ex habente perfectam natus est.

Ad eos qui dicunt, vtrum volens an nolens pater genuit filium.
CAP. VIII.

VTrum, inquiunt, absque cõsideratione pater filium genuit, an considerans atque volens? Nam si neque considerans neque volens, aliquid passus est quod nolebat: sin autem, quoniam necesse est considerationem & voluntatem ante rem esse, quæ secundum voluntatem consideratur, patrem quoque filio præfuisse necesse est: voluntas enim & consideratio necessariò generationem præcessit. Vnde ad hoc deducti estis ô vos, vt voluntate, aut non voluntate patris, productum filium putetis? Ex qua id accepistis scriptura? quis vnquam sanctorum alterum istorum docuit? vel apud quem inueniuntur huiusmodi? Fuisse enim, imò esse verbum dei, à scriptura didicimus. Volente autem patre, aut inuito productum, à vobis solis audiuimus. Reuelauit quippe filium pater, ex cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & per Psalmistam: Eructauit cor meum verbum bonum. Ioannes etiam tonat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et Psalmista rursus ad patrem ait: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Paulus verò splendorem & formam & imaginem inuisibilis Dei, filium appellat. Nec vllus inuenitur dicere, volente aut nolente patre nasci filium: sed omnes, erat verbum, dicunt, & est. Nec vllum temporis aut durationis principium creatori seculorum dederunt. Patet igitur à corde vestro hæc vos parere, à scripturáque omnia esse aliena. Nam si voluntas patris generationem filij præcessisset, quur non ita de filio loquitur scriptura, sicut de creaturis? Creaturas enim præcessit voluntas Dei, vt est apud Mosem: Faciamus hominem, & apud Psalmistam: Omnia quæ voluit Dominus fecit. De generatione autem filij, nullibi tale quid legitur: sed erat & est in patre, & apud patrem, solummodo audimus. Quare si voluntas Dei (vt scriptura dicit) creaturas præcessit, de filio autem tale quid nusquam legitur. Non est creatura profectò filius, neque per voluntatem factus est, vt creaturæ: sed ex patre nascitur, & genitoris hypostasi est coæternus. Paulus etiam de saluatore dicit: Quia Dei virtus & Dei sapientia est. Ipse igitur Dei filius est, in quo vult, & per quem omnia facit. Quomodo igitur per voluntatem patris factus est, si in eo patris voluntas est? Nam aut alteram sapientiam fingere necesse est, in qua deliberauit & fecit filium, vt vos dicitis: aut si altera non est, sed solus filius sapientia patris est, ipse quoque voluntas eius est: in sapientia enim Dei velle ipsius est. Præterea, non est voluntas Dei in creaturis conereta, sed alia est præter illa, quæ per ipsam fiunt. Voluntate nanque Dei facti sunt cœli, sed non sunt ipsi voluntas Dei. Quare si Deus in sapientia sua deliberat, idque quando filium etiam gignere voluit, vt vos dicitis, quum sapientia patris filius sit alteram inesse patri sapientiam oportet, in qua quum deliberasset, genuit filium. Id quoniam vel dictu impium est: vnus enim est filius Dei, & non duo, quum ipse sit sapientia patris, ipse quoq; voluntas eius est, per quem omnia fiunt. Nam si ipse quoque per voluntatem natus est, præcessit certe voluntas generationem ipsius, quare aliquando non fuit, & mentietur Ioannes, dicẽs: In principio erat verbum. Nos autem non illum, sed vos mentiri credimus. Erat igitur, vt ille dicit, filius: & qui aliquando ipsum non fuisse aiũt, à seipsis falsa confingunt. Sed si filius Dei nõ est natus, quia pater ita voluit, necessariò pater inuitus genuit, inquiunt. Quæ verò præter voluntatem fiunt, à coactis fiunt. Quare necesse erit maiorem patre confingere necessitatem, quæ ipsum ad generãdum compulit, quod absurdissimum est: relinquitur ergo, vt volens filium genuerit. Ad hæc autem quid prohibet nos quoq; ipsos interrogare, vtrum bonus, misericors, sanctus volés pater sit, an præter voluntatem? Nã si volens, huiusmodi Deus est, voluntas autẽ præcedit semper ad omnia quæ volũtate eliguntur: erat quoq; tempus vel aliquod spaciũ & duratio, quando hæc Deus non erat, sed de istis deliberabat. Quod si præter

Cauillatio hæreticorũ.

Matth. 12.

Psal. 44.
Ioan. 1.

Matt. 3.
Psal. 44.
Ioan. 1.
Psal. 35.
Hebr. 1.
Colos. 1.

Genes. 1.
Psal. 134.

1. Cor. 1.

Ioan. 1.

Obiectio hæreticorum.

voluntatem bonus,cæteráque huiusmodi est, quis eum adhæc coegit? Ita interrogatio vestra,leuitatis referta esse inuenitur.In naturalibus enim nulla præcedit voluntas, quæ locum in illis solummodo habet,quę sunt extra deliberantis substantiam.Arbores quispiam plantat, aut naues fabricatur, quum antea voluntatem ad hæc deliberando induxerit:quæ verò natura fiunt, ad ea nulla præcedit deliberatio,nulla electio:quare nec voluntas vlla. Nam etiam in hominibus multi generare volũt,& non possunt: nihil ergo voluntas ad naturalia confert. Sed interrogandi quoque hæretici sunt, vtrum ipse pater volens sit deus, an præter voluntatem? Nam si volens est,præcedit voluntas essentiam eius:quod nec fingere quidem possumus: sin verò præter eius voluntatem est, quis eum coegit vt sit? Quod si est nec ex voluntate, nec præter voluntatẽ, eadem ratione filium quoque genuit: Non ignoro hæc non inuestigari absque periculo, sed coacti hoc facimus. Tenere enim semper oportet,deum esse qui est,qui nullum essendi habuit initium, quum ipse cæteris omnibus principium sit. Præterea, dictum est iam voluntatem
Genes.1. ad creaturas præcedere. Faciamus (inquit) hominem, & fiat firmamentum:& fiat hoc & illud.Qui sermo,quum quasi consilij,significatiuus sit, volũtatem dei in faciundis singulis ostendit. Si ergo voluntas creaturas præcedit, quamuis opus statim ad voluntatem dei sequatur, non est filius creatura, per quem omnia facta sunt. Quare nec voluntas generationi eius præintelligitur, sicut in creatione creaturarum. Ipse enim est viuens
Ioan.1. patris consilium,per quod vniuersa fecit. In consilio enim tuo
Psal.72. (Psalmista canit) deduxisti me: quare si consiliũ patris est,quomodo generationem suam voluntas præcedet?Videbitur enim ipse seipsum feciſſe. Et qui nondum factus erat, secundum hæreticos, de seipso deliberasse videbitur: quod absurdissimũ est. Non ergo voluntate (vt creaturæ) factus est: sed erat & est consilium patris, in patre, vt proprium paternæ essentiæ germen.
Ioan.14. Ad hæc,ego (inquit saluator) in patre,& pater in me est,solum enim patrẽ, & solum seipsum significauit. Si ergo aliud aliquid præter filium voluntas in patre est, non vere ista dicuntur, sed vera hæc sunt: vbi ergo voluntas erit, si nullum medium inter patrem & filium intelligitur? Non ergo voluntate natus est,sed ipse voluntas patris est. Nam si voluntas patris generationem filij, sicut & creaturas præcessit,quamobrem quæ idem principium productionis suæ habent, & per eandem voluntatem facta sunt à deo, secundum naturam distant, vt alter dominus deus sit,alteræ seruientes creaturæ?Manifestum igitur est,quod filius ideò dominus & dicitur & est, quia patri in deitatis essentia coniungitur. Creatura verò quælibet ideò serua, quia extra substantiam creatoris est. Necesse enim est, vt quæ tantam inter se differentiam habent, non idem habeant principium. Ita creaturæ quidem ex voluntate dei sunt. Filius autem vt voluntas patris, æternaliter erat in patre. Quur autem quum interrogant, vtrum volens pater filium genuerit: sic quoque nõ interrogant, vtrum eum in prudentia genuerit? Idem enim videntur consilia & prudentia: recte nanque vult, quæ vult,qui prudens est:quare quasi æquipollentia in saluatore coniunguntur,
Prouer.8. Meum,inquit,consilium & tutela, mea est prudentia & potentia. Non sicut tutela & potentia ad idem reducuntur,sic consilium & prudentia. Quare igitur non interrogant,si pater in ipsa prudentia,hoc est,prudenter genuit filium? Quod si horrent solummodo audientes, quomodo non impij sunt, interroganti
Hebr.1. tes vtrum volens genuerit,quum hoc ad illud reducatur? Præterea incommutabilem Paulus filij ad patrem ostendens similitudinem,splendorem gloriæ ipsius & characterem substantiæ appellat. Si ergo præcedente, secundum vos, natus voluntate est:quoniam est necesse nõ dissimilem secundum essentiam esse patrem imagini & splendori suo,erit etiam ipse pater præcedente voluntate,quod omnino absurdissimum est:nõ enim ex precedente voluntate, patris hypostasis esse vllo modo potest:quare nec filij similiter. Sed quomodo,inquiunt, non erit impium, ab inuito patre fateri natum esse filium? Vereantur oro, ipsum saluatorem dicentem: Quia pater diligit filium.Nam sicut bonus & omnipotens est, quæ quamuis non habeat præcedente voluntate ac electione consilij, non tamen inuitus hæc habet,vult enim id esse quod est:sic licet non ex voluntate genuerit filium,non tamen inuitus habet eum, sed diligit,vt scriptum est. Et sicut hypostasis patris est,non quia ipsam esse voluit,sed quia est,nec ipsam esse non vult: sic & filius ex patre non inuito nascitur, nec tamen voluntas generationem eius præcedit. Ad hæc,si splendor & character filius, voluntate ac consilio factus est,secundum vos:erat certe aliquando pater sine splendore,characteréque suo: & ita sequitur non fuisse patris hypostasin semper generatiuam, sed mutatam consilio, ad id tandem peruenisse.Quod si vel cogitare impium est,credant ita patrem secundum naturam esse generatiuum, sicut naturaliter bonus est. Præterea,si voluntas non absque interiore verbo est:voluntas enim est verbum occultum in corde insitum,quum filius patris verbum eius sit, ipse quoque voluntas eius erit. Quomodo ergo voluntas ex voluntate gignitur? aut quomodo verbum ex verbo?omnia enim hæc filius patri est,consilium,voluntas,verbum,sapientia: quare nihil est in patre ante ipsum. Ad hæc, secundum naturam insitum hominibus est, vt filios possint procreare,neque vt ex voluntate probi aut improbi sunt, sic & patres sunt: sed hoc natura,illud voluntate habent,& alterius nos sumus domini, alterius natura. Sicut igitur nos non ex voluntate habemus,vt filiorum nostrorum patres simus,sed à natura: sic & deus pater non ex voluntate pater est,sed naturaliter. Et sicut nostri filij similes nobis secundum substantiam sunt,sic & filius dei,quoniam non deforis patri accessit, sed ex ipsius essentia prodiit,similis in omnibus genitori est.Et sicut pater non est ex voluntate pater, sic & filius non est voluntatis filius, sed ex patre secũdum naturam, quum sit splendor & character genitoris sui. Sed interrogandi sunt (inquit Eunomius) isti qui recte credere opinantur, vtrum pater volens genuerit filium, aut nolens? Nam si filius in patris substantia inerat, quamuis alius præter eum esset, non voluntate natus est: necesse enim erat pa rere ac emittere ipsum,qui natura insitus erat. Quod si nõ erat in patre,natus autem est patre volente,necessariò patris voluntas præerat. Non est ergo filius patri coæternus. Non possum satis mirari quomodo incaute in omnem isti blasphemiã incurrunt,tanquã indocti.Non enim erubescũt ipsum quoq; Deum necessitati subiicere, & sicut in humanis corporibus contineri aliquid in essentia patris dicere, aut quasi vasculum in vasculo, filium esse in patre. Nos vero qui recte credere studemus,essentiam dei supra omnem necessitatẽ esse fatemur,& filium in patre, non vt corpus in corpore, vel quasi à corpore contentum esse credimus: sed vt inseparabilem à patre, & ex ipso emanantem secũdum naturæ legem.Quod si putant acutum quiddam afferre, quum dicunt voluntate aut nõ voluntate necessariò ipsum natum esse, respondeant nobis: Si quis fingeret voluntatem esse in igne, vtrum voluntate ipsius calor ex eo flueret, an contrà? sed nihil poterunt respondere. Nam quæ natura prodeunt,neutrum istorum suscipiunt:quæ verò extra producuntur,vtrunque:in potestate nanque nostra sunt, si possumus. Sicut ergo etiam nos operamur volentes, parimus autem ex nobisipsis,nec vllum habet in pariendo locum,velle aut nolle: similiter etiam deus exteriora quidem producit,quia vult: filium verò æternaliter ex seipso generat,nec vllum habet in hac genetione locum,velle aut nolle,quamuis non est inuito patre genitus filius. Pater enim (ait saluator) diligit filium. Sed si pater *Ioan.14.*
(inquit Eunomius) non voluntate atque iudicio genuit filium, sed ex natura ipsum habet: patet quia cognitionem etiam qua filium cognouit, non habuit ipse considerando, sed à natura. Didicit ergo,quia sibi filius erit,per quem omnia creabit: & sic cognitio patris de filio, patri accessit: à natura enim sua id didicit:quod absurdum est. Quare voluntate ipsum producit,præsciuitque ipsum futurum, & sic voluntas generationem antecedit. Quasi nos concederemus, per prius patrem doctum fuisse,quod filius sibi nasceretur, quàm eum pepererit: sic versutissimus homo argumentatur. Ignoret enim nullum esse spacium inter patrẽ & filium,atq; ideo nullum præcognitioni huiusmodi esse locũ. Nam si per prius consilio vsus est,& per prius didicit filium sibi futurum,spacia certè aliqua filium præcedẽt.Sed ipse & temporis & omnis spacij creator est. Quur ergo sic in diuinam blasphemat naturam,discentem,ipsam inducens à natura sua,vt inquit,filium sibi futurum? nec plus quàm homini, deo concedere patitur? Præterea, si pater scit semper se patrem esse,semper in seipso cognitionem de filio suo habet. Cognoscendo enim quid ipse sit,filium quoque cognoscit. Pater enim ad filium,& est & dicitur, & conuersim filius patrem nouit, quia

Captiosa hæreticorum interrogatio.

uit,quia scit quid ipse sit. A filiatione nanque paternitas intelligitur,& à paternitate filiatio. Erat autem deus semper pater, erat igitur semper etiam filius. Illud etiam absurdum,quod pater non noscat filium ex seipso,sed à natura doceatur,quũ vterque ab eo quod ipse est,alterum cognoscat. Ad hæc, non est aliud natura dei,aliud ipse deus: simplex enim atque incompositus est, & necesse est, inquit Eunomius, aut voluntate ac iudicio patrem genuisse,aut secundum naturam. Alterum esse non potest:nam si secundum naturam solum genuit,non autem voluntate atque iudicio, absque cõsideratione sibi natus est filius. Quod quoniam inconueniens est, relinquitur voluntati atque iudicio,nisi vtroque modo dicatis:sed sic deus omnino simplex non erit. Nos verò dicimus,nec iudicium nec voluntatem,generationem filij præcessisse:sed si putatis compositionem esse in deo,quia naturam & iudicium,vel (si ita dicendum est) voluntatem habet:id quoque diligentius considerate.Generandi vim naturaliter pater habet,creandi etiam per filium vim habet,nec idcirco compositus est:hęc enim omnia in vna natura sunt. Eadem ratio erit de bono & immortali,& omnipotente, & inuisibili. Sed dicatis(Eunomius inquit) vos qui splendorem patris
Captio hæreticorum. filium esse dicitis,quomodo splendorem intelligitis? Nos enim aliter intelligere non possumus, quàm vt lumen vel ignem potius in lucerna positum,ex quo exteriora illuminantur.Non enim omnia ignis vel lux replet,sed vno in loco sita ad exteriora lumen suum emittit. Si ergo tale quid de patre, & de filio intelligitis,necessariò dicetis non posse patris essentiam omnia replere, vt splendori suo etiam locus relinquatur: nam si omnia pater replebit, vbi filij erit hypostasis? Si patrem in loco putas quasi corpus contineri ô Eunomi:filio etiam suo locum quæras necesse est.Sin verò diuina essentia in loco non cõtinetur, quare interrogas vbi nobis filius erit,quum pater omnia repleat?Pater igitur in filio est,& filius in patre, non tamen vt idem numero. pater enim in sua, & filius in sua proprietate est.Hæc enim solum differentia inter ipsos est. Nam pater in se est & filius similiter in se: nec pater filius est,nec filius pater,& hæc sola distinctio in eis est. Est autẽ in patre filius,sicut & solisplendor in sole: & prodit ex ipso, alius quidem ab ipso, sed vum natura.Sigillum enim & imago perfectissima naturæ ipsius est.

Aduersus eos qui dicunt,non patri,sed voluntati similem esse filium. CAP. IX.

MAgnus profectò furor mentes eorum occupæ videtur, qui non ipsi patri, sed voluntati eius similem esse filium contendunt:præsertim quum scriptura non ita de ijs definiat. Non enim dicit saluator:Qui videt me,videt & voluntatem patris. Atqui oporteret,quum ipse sit veritas, non pri se,sed voluntati eius similem affirmare, si res ita se haberet isti clamitant. Non enim voluntati se cõtulit,sed patri,cui imago est: quare apertissimè opinionem hanc radicitus extauit. Sed dicant quæso,vtrum hæc voluntas patris,cui simin filium faciunt,substantia sit & per seipsam cõsistat,an non?Nam si substantia sit,vt & per se subsistat, quomodo filius vtenitus erit, quum sit tertius à patre? Præcedet enim eum talis voluntas, secundum vos. Quod si non subsistere in se voluerit huiusmodi putatis,indocte nimium non duarum hypostasium similitudinem quæritis:sed hypostasim non hypostasin ferre studetis. Quomodo enim quod per se non subsistiter se consistendi assimulabitur? Nam heterogenea,quũ nuhatura coniungantur,comparari inter se nequeunt, nec alter alteri similе dici potest. Animal enim, animali confertur: mali autem aut homini, scientia, sapientia, voluntas, cæteráque quæ per se non subsistunt, sed in aliis sunt, nullo modo cõferri possunt. Quum igitur filius dei per se subsistat,voluntatię per se non subsistit similis esse non potest.Quare aut manię similem esse patri filium negent, aut non voluntati, sed igatri similem confiteantur.Præterea,si filius voluntati similis & patri dissimilis,vt dicitis:necesse est,vt etiam voluntas papsi patris dissimilis sit.Hæc enim impietas à positione sequi vestra. Etsi voluntas hæc patris per se subsistat, erit in esse dei dissimilis ei subsistantia:quæro igitur dissimilitudinis hunodũ,quam subsistens per se voluntas habet ad patrem? Nisi ideo dissimilis est,quia patre minor:erit peius quod ex ipatre est. Nõ enim extra,sed ex ipso,& in ipso voluntas sua Sed nec creaturas videmus peiora ex seipsis naturaliter producere:sin aurem maius quid,& melius patre, voluntatẽ dicetis: patet etiam hinc non minor impietas.Quod si neutrum dabitis,sed voluntatem non per se subsistere, sicut in hominibus putabitis: quomodo voluntatem huiusmodi patri conferetis? Ita vndique ad impietatem positio hæc vos manifeste deducit:quare necessariò similitudinem filio ad patrem dabitis. Nam quoniam si dissimilem volũtatem patri dicemus, impietas vndique erumpit, relinquitur vt similem concedamus. Si ergo voluntas patri similis est,& filius voluntati, erit necessariò tertius quoque primo similis, & sic patri similis:hac etiam ratione filius inuenitur. Verum quoniam nihil est inter patrem & filium, cesset oro, hæc de voluntate oratio,& nullo mediãte similis patri filius prædicetur. Scriptum est enim,virtutem & sapientiam dei filium esse. Si ergo voluntas patris virtutẽ & sapientiam ipsius,vt characterẽ ostendit,necesse est similem esse patri, ne virtus & sapientia dei dissimilis ei sit.Aliter magnitudinem impietatis suæ oro consideret. Nam quum patri vnum filium dicere similem recusent: duos inducent,si voluntatem quoq; per se subsistere opinẽtur. Nam si voluntas per se non subsistat,nec patris similis erit,& qualitatem ponent in deo.Adhęc,quorumcunque est vna operatio,& eadem naturalis virtus, ea eiusdem essentiæ necessario sunt: diuersa enim natura sunt, quorum virtutes & operationes diuersæ.Quorum autẽ vna substantia est,opera similia quoque sunt: sed patris & filij vna operatio est, & eadem virtus consubstantialis, ergo filius patri consubstantialis est, & ei similis. Idcirco non voluntatis,sed ipsius patris imago est. Ad hæc,si quæ pater vult,eadem filius quoque vult (nulla enim est voluntatis diuersitas in trinitate sancta) quid erit opus voluntate per se subsistente,quæ tertium filiũ esse ostendat,qui immediate patri coniungitur,quum ipse sit viuęs genitoris voluntas?Præterea si voluntatis paternæ,& non ipsius patris character,& similitudo filius est,interrogabimus rursum si voluntas patris similis sibiipsi sit,an dissimilis:Sed dissimilem dicere, impium est: similis ergo. Sed filius character ipsius est voluntatis, & ipse igitur similis patri est.Quomodo enim dissimilis erit,qui per similitudinem voluntatis patri assimulatur,& character eius est? nisi compositum ex simili atque dissimili putetis: vt partim similis patri sit, partim dissimilis. Sed quis mentis compos concederem rem vnam secundum essentiam & vnam numero?Paulum (verbi gratia)vel Petrum, duas secundum naturam oppositas naturas habere? non enim est vnus & idem, rationalis simul atque irrationalis: neque ignis calidus & frigidus est. Alterum enim istorum,alterum perimit:non potest igitur similitudo & dissimilitudo in filio esse.Quare nullo modo dissimilis est, præsertim quum scriptura testetur similẽ patri omnino esse filium. Nam qui videt me,inquit, videt & patrem meum. Non dicit, videt etiam pa- *Ioan.14.*
tris voluntatem. Ipsius ergo patris,non voluntatis suæ, imaginem esse filium,meritò piéque prædicamus.Accedit,quod omnia quorum alterum alteri dissimile est,& alterum ab altero separatum, aut loco aut ratione, hoc est, definitione id habent loco corpus à corpore distare potest, & eo quod distat, dissimile esse. Ratione dissimilia sunt, quæ per substantialem differentiam differunt, quæ dissimiles effectus operantur: vt homo, equus, sanitas,ægritudo. Hæc vltima, contraria immediata vel mediata, exteriores philosophi appellant. Immediata, vt diximus,sanitas & ægritudo. Nihil enim inter hæc intercedit, sed alterum ipsorum insusceptibili semper inerit:mediata, vt timor,temeritas. Virtus enim semper inter contraria vitiosa est. Quum igitur istis modis dissimilitudo in omnibus inuestigetur, dicant quomodo filius à patre disseparatur. Loco non potest,quoniam corpus non est:sed nec ratione,nam primum nulla ratio ac definitio naturam filij à natura patris distinguere potest, quum vterque natura deus sit. Deinde neque quasi contrarium,filius à patre distinguetur. Non enim medium quid ex immediatis contrariis fit, nec simul hæc contraria esse possunt: pater autem & filius simul sunt. Veniemus (inquit saluator) *Ioan.14.*
ego & pater, & in ipso manebimus. Sed neque dissimilitudo, quasi mediatorum erit contrariorum. Ad medium enim alterius intentione contrarij,alterius remissione peruenitur:sed pater nunquam minus vel magis pater,nec filius magis aut minus suscipit. Quare fit, vt quum nullus dissimilitudinis modus inter patrem & filiũm inueniatur, vecordia sit voluntati paternæ

magis quàm ipsi patri similem esse filiũ arbitrari. Adhæc, quorum eadem ratio est, eiusdem naturæ ac similia inter se sunt. Nam de quibus hæc ratio dicitur, animal rationale, mortale, mentis & disciplinæ capax, omnes eiusdem substantiæ esse demonstrat: homines enim omnes sunt. Si ergo Deus, Dominus immortalis, rex, omnipotens, & cætera omnia quæ de patre prædicãtur, ea de filio quoq; verè dicantur: nec nudis nominibus, sed reipsa: quæ ratio à naturali similitudine patris filium separabit? Quod si quis audebit dicere, non verè filium appellari Deum, neque natura, sed gratia, patris filium vocari, vt Paulum Samosatenum imitatus, contemnetur à nobis dicentibus: Nisi credetis, non intelligetis. Non enim possibile est, si quis natura deum esse filium negat, naturalem similitudinem eius & patris intelligere. Paulus Samosatenꝰ.

Thesauri Cyrilli, libri primi finis.

EIVSDEM LIBER SECVNDVS

Quod patri consubstantialis filius est.

CAPVT I.

SI pater generare filium cœpit, & à generando postea cessauit, vt hæretici prædicare audent, antequã filius nasceretur, vnica in diuinis erat persona: nato autem filio, dualitas facta est, & sic additio ad priscam vnitatem personæ facta est. Qua ex opinione multa impia consequuntur: quæ si quis fugere velit, eum credere oportet non fuisse patrem ante filium, sed esse ipsi coæternum. Nam sicut si præfuisset, non esset consubstantialis: sic quoniam non præfuit, consubstantialis omnino est. Nec quoniam differentia quædam inter patrem, & filium inuenitur: quoniam alius est pater, alius est filius: & alius est principium, alius ex principio: idcirco ab identitate substantię patris filius repelletur. Nõ potest enim coæternus esse patri, qui ex ipso naturaliter non est: creatura enim coæterna non est. Quamuis ergo principium filij pater sit, tamẽ quia ex ipso naturaliter filius est, & coæternus, & consubstantialis ipsi necessariò est. Nam qui ex principio naturaliter est, eiusdem cum principio substantiæ est. Sed non suscipit (Eunomius clamat) patris substantia generationem, filius verò genitus est: quomodo igitur consubstantialis erit, qui natus est, ei qui generari non potest? Cauillus hæreticorum. Doceant nos, oro, qui hæc indoctè proferunt, si generatio consubstantialitatem interimit, quomodo seruabitur? Nam si genitum genitori consubstantiale non est, quid erit consubstantiale, an quod natum non est & alienum à substantia, vel quod ab aliquo sumptum? Sed hoc in diuinis penitus impossibile. Sed ingenitum ingenito, & genitum genito consubstantiale est, inquit: ingenitum autem genito minimè. Erit ergo secundum ipsum Adam non eiusdem substantiæ cũ Abel. Hic enim natus ex muliere est, ille minimè. Quod si Abel & Adam eiusdem substantiæ naturæque sunt: quid prohibebit filium etiam ex patre genitum, ingenito patri esse consubstantialem? Illud mirum videtur, quod vel nolentes concedunt non sicut creaturas, ita verbum quoque extra diuinam substantiam fuisse productum, sed natum ex patre. Si verò ex patre nascitur, quare cõsubstantialis non est? vtrũ quia talẽ generare non potuit, an quia noluit? Nã si nõ potuisse dixerint, impudenter impotentiam patri attribuent. Si noluisse, turpissimam illi pigritiam imponent, propter quam peiorem genuerit, quum potuerit meliorem. Melius enim est cõsubstantialem sibi, quàm contra gignere. Quia igitur & omnia pater potest, & meliora semper vult, consubstantialis sibi ex Deo nascitur filius. Cauillatio aduersariorum. Sed quod ex principio est, & natum ex aliquo (Eunomius inquit) secundum est ab illo, à quo esse habet, secundus ergo erit filius à patre, & idcirco non consubstantialis. Nam si consubstantialis erit, deitas vna in dualitatem diuisa erit: aliter E enim consubstantialis esse non potest. Ad incisiones rursum, diuisionésque corporum venit, quum diuina substantia incorporea sit, nec diuisionem aut incisionem vllam possit suscipere, nec loco describatur: sed ineffabili quadam supremáque natura constituta, filium ex patris hypostasi genuerit. Non enim potest esse perfecta deitas nisi filium habeat, & fructum ex se pariat: nec potest esse creator Deus absque filio, per quem omnia fiũt. Ex patre igitur filius nascitur, nõ incisione, aut defluxu aliquo, sicut hæretici ad naturam corporum Deum deducentes imaginantur, sed sicut ex igne calor separabiliter ex substãtia patris, prodit. Sed si consubstantialis est filius patri, Eunomius inquit, quur non est etiam ipse ita bonus vt pater? Quur enim bonum ita me dicis? saluator ait: Nemo bonus, nisi vnus deus. Marc. 10. vnum dixit, vt omnia & seipsum exciperet. Nam & si bonus ipse quoque sit pater, tamen solus ipsa bonitas est.

Dominum ô Eunomi diuina scriptura filium appellat, & verè Dominum. Vtrum igitur contra scripturas tu, & spiritum F sanctum à quo æditæ sunt verè atq; natura ipsum dominũ negabis? An concedes, autoritatem scripturarum formidans? Sed si primum in idololatriam incides, quũ dominum verè non fatearis, adorésque illum quem deo patri consubstantialem esse non credas, sed potius creaturam. Quicquid enim vero Deo consubstantiale non est, id natura Deus esse non potest. Dominus, inquit, Deus vester, Dominus vnus est. Deut. 6. Vna enim natura deitatis est, quam solummodo adorare oportet. Dominum, inquit, Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies, seruitute videlicet, qua deus colendus est. Deut. 10. Si ergo quoniam Deus pater solus dicitur bonus, idcirco filius nõ erit ita bonus sicut pater: similiter profecto quoniam Dominus & deus dicitur vnus pater non erit filius, nec Dominus, nec Deus. Quur ergo ipsum adoras? Sin autem, quum Dominus & Deus pater sit, filius quoque t ex ipso prodiens secundum naturam proprietatẽque diuiie naturæ naturaliter habens, atque ideò & Dominus & Dus cum patre sit, habebit necessariò etiam bonitatem non alitequam pater. Multa enim de patre & filio diuinæ scripturæ rædicant. Nec tamẽ diuersitas nominum diuersitatem substãtiæ ostẽdit, nec vlla dissimilitudo essentiæ inter patrem & fium intelligitur. G Vna enim vtriusque deitas est, etiã si varietatappellationum differenter significentur. Nihil enim propriumni est, quod alteri non insit, excepta solummodo patris & fi appellatione ac re: pater enim semper pater est, & filius filius: nec filius vnquam pater, nec pater vnquam filius erit. Quarte hemẽter errat, qui præter patris & filij nomina & res, aliu quippiam non æqualiter dici de vtrisque opinatur, nec cetem Paulum audit: Vnus Deus pater, ex quo omnia: & us Dominus Iesus, per quem omnia: Aperte patri & Deunsse, & vnum esse attribuit: filio autem & dominum esse vnum. 1. Cor. 8. Num igitur propter hoc filius non erit Deus, quom pater vnus Deus appellatus est? Sed si sic, nec pater Domis erit, quoniam filius vnus dominus appellatur. Absit hæc iietas. Nam quum pater Deus sit, filius quoque Deus est: &uum filius Dominus sit, pater quoque dominus est. Quod ifferentia inesset aliqua, quæ ipsos eiusdem esse naturæ nonteretur, nunquam appellatio vnius in alterum recurreret. tare quoniam omnia patris in filio sunt, & omnia filij rum in patre, H quoniam identitas naturæ nulla ratione distintur: ita erit filius bonus sicuti pater, idcirco etiã consubstants. Nam quæ naturaliter diuersa sunt, ea omnia proprietatibquibusdam naturalibus inter se differũt. Equus enim & hordiuersa natura sunt, & diuersę ipsis proprietates insunt natur. Quomodo igitur filius patri consubstantialis non erit, ɑ omnes naturales patris proprietates habet? Non enim mitur saluator, dicens ad patrem: Quia omnia mea tua suntomnia tua mea. Ioan. 17. Si ergo patris omnia, sua sunt. Vnum autemnium naturalis bonitas est: hæc etiam naturę paternę prietas erit profectò in eo, qui ex ipso patre naturaliter proquare consubstantialis etiã erit. Prerera quoniam formanminis verbum Dei assumpsit, & propter salutem nostram m esset in forma Dei, humiliauit seipsum, homo factus, ido & sicut homo nonnunquam loquitur, nec hac ratione dam gloriam suam minuit. Philip. 2. Verus enim homo factus

factus est nec idcirco verus deus nõ est. Meritò igitur modò vt homo modò vt deus loquitur. Quod autem hæc vera sunt, ipsum audias ad Samaritanam quasi Iudæum loquentẽ: Ioan. 4. Vos (inquit) adoratis quod nescitis, nos autem adoramus quod scimus: vt homo loquitur. Non enim ex adorantibus verbũ est, sed cum patre atque spiritu sancto simul adoratur. Heb. 1. Adorent, inquit, ipsum omnes angeli dei. Nemo autem ignorat, nulli prorsus naturæ, præterquàm dei, adorationem à scriptura contribui. Deut. 6. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Sicut igitur filius, quamuis verè adorabilis sit, tamen vt homo adorat: sic quamuis deus secundum naturam sit, tamen patrem vt homo Deum suum appellat. Neque idcirco dicant hæretici, filium deum non esse, imò vt naturaliter filius & Deus, erit etiam patri consubstãtialis. Si enim quispiam dicere audeat, quod filius, quamuis sit in forma æqualitatéque dei (vt Paulus ait) Phil. 2. Deum tamen habet secundum naturam ipsum patrem: poterit certè hoc dato diuina natura deo alio subiici: poterit ergo etiam Deus pater deum habere: quod impium dictu, stultissimúmque est. Filius ergo deum habet, non vt deus, sed vt homo. Omnia ergo seruo conuenientia verba ipsi vt homini attribuemus. Et sicut celsitudinem deitatis suæ in humilitate hominis cognoscimus, sic humilitatem hominis in deitate sua cognoscere non recusabimus. Nam si quis humiliter, humanóque more dicta deitatis attribuere audebit, & rursus quæ excelse, sicut à deo dicuntur, homini accommodabit: is naturam rerum confundet, & dispensationem qua factus est homo, interimet. Nonnunquam enim vt deus loquitur: Amen amen dico vobis, antequã Abraham fieret, ego sum. Ioan. 8. & rursus: Ego descendi de cœlo. Ioan. 6. Non erat enim homo, antequam Abraham fieret, neque vt homo de cœlo descendit. Quod si vt homini hæc quispiam sibi attribuet, non erit homo factus in extremitate temporum. & rursus: Si quis homini cõuenientia verba & res, sicut deo ipsi attribuet, non poterit impietatem effugere. Ioan. 12. Matth. 26. Quomodo enim de deo dici potest, turbata est anima mea? & tristis est? an dolorem & metũ mortis deo attribuet? Quid porrò faciet, suspensum in cruce videns? vtrũ deitatem filij putabit, an hanc impietatem vitabit? Vtrique igitur naturæ sua conseruentur, & deitas sua non ex iis, quæ vt homo loquitur cognoscatur: quæ autem deo ipsi per se non conueniunt, filio Dei vt homini attribuantur. Si ergo patrem solum per se bonum dicit, vt homini, non vt Deo id sibi accõmodetur. Sed vniuersam huius textus sentẽtiam breuiter aperiamus, vt cognoscamus cur Dominus noster Iesus Christus huiusmodi verbis fuerit vsus. Matth. 19. Legis quidam peritus (sic enim scribitur) accessit ad dominum, quærens quomodo poterit salutem æternam consequi: dixítque ad eum, Magister bone, quid faciens æternam salutem consequar? Adhæc dominus: Quur me, inquit, bonũ appellas? nullus bonus nisi vnus deus: vade, deinde inquit, & vende omnia bona tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis. Cuius præcepti pondus ille non tulit, recessit enim mœstus. Quæ igitur occasio sublimis theologiæ hic erat? quum ille non quid credendum, sed quid faciẽdum interrogaret: aut quare dominus non quod ille petebat, sed aliud respondisset? præsertim quũ non esset possibile illum, qui vnius euangelicæ virtutis pondus non tulit, supremæ theologiæ dogmata intelligere. Verum quoniam vir in lege peritus, vt ad hominem nudum accedebat, redarguere illius imperitiam, qui sapientiam legis vniuersam cõsequutum se putabat, volens respondit dicens: quur vt ad hominem solummodo venis, & quod deo naturaliter inest (nam ipse solus verè bonus est) mihi attribuis? vnus enim est natura bonus, deus videlicet. Si ergo me credis deum esse, atque ideò bonum, quid quasi vt ad hominem venis? sin autem Deum esse non putas, sed hominem solummodo, quare quod deo soli attribuitur, homini accommodas? Non igitur his verbis sublimis theologiæ (vt diximus) dogmata exponit, sed illum reprehendendo emendare conatur. Sed contentiosi nimium hæretici sunt. Sufficit enim, inquiunt, nobis quod pater solus bonus appellatus est. Non erit ergo ita bonus vt pater filius, & ideò nec consubstantialis. Sed si hoc modo scripturas intelligunt, quid dicent, quum etsi pater lux, & filius lux appelletur, solus tamen filius vera lux in euangelio scribitur. Ioan. 1. Erat, inquit, lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ. An patrem non A esse veram lucem ideò putandum, quoniam soli filio hanc appellationem Ioannes attribuit? Neminem puto adeò insanum esse, vt ad id impietatis deueniat. Sicut ergo, quamuis solus filius vera lux appellatus sit, veram tamen lucem ipsum quoque patrem esse negandum non est: ita si quis dixerit solum patrẽ esse bonum, non priuabit eadem naturali bonitate filium, qui ex ipso est. Vbi autem naturæ identitas est, ibi & consubstantialitas. Nam sicut si differentia quædam inter patrem & filium naturæ daretur, non esset consubstantialis: sic si nulla huiusmodi differentia inuenitur, consubstantialis necessariò est. Si ergo lux vterque & vera lux est, idẽtitas substantiæ hinc demonstratur. Nam si diuersæ substantiæ sunt, quomodo pater in filio, & filius in patre videtur? Qui videt me inquit, videt & patrem meum. Ioan. 14. Nunquam certè hominis formam in asino speculabimur, nec asini in hominis forma. Simile enim in simili videtur: quæ verò natura differunt, nunquam in alterutris videbũtur. Quare si filius in patre, & pater in filio videtur (quod negare non potestis) consubstantialis patri filius erit.

B *Quod filius consubstantialis patri est, ex proposito textu: Vado ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum.*

CAPVT II.

SED eadem sæpius ad decipiendos simpliciores, Eunomius clamat. Obiectio Eunomianorum. Quomodo enim, inquit, consubstantialis erit filius patri, quem deum suum appellat? Ecce vado ad patrẽ meum, inquit, & patrem vestrum: & Deum meum, & Deum vestrũ. & rursus: Deus meus, Deus meus, quur me dereliquisti? Num. 20. Psal. 21. Si verò Deus ipsius est, quomodo erit consubstantialis? Nam quæ naturæ sunt eiusdem, non erunt alterutra alterutris dij: sicut nec anima animæ Deus est, nec angelus angelo. O impietatis magnitudinem: creaturam, non filium Dei, verbum putat: seruum non Dominum. Nam si verè, ac secundum naturã deũ esse filij patrem opinatur, nec per dispensationem qua homo factus est, hominẽ loqui credit, nec consubstantialis patri erit, sed nec dominus neq; Deus. Quur ergo non aperte inter creaturas C filium Dei enumerat? ne videlicet patefacta impietate ipsius clamare omnes faciat: Decepti estis, ignorantes scripturas. Scrutari enim non vultis sermonis virtutem, ac ideò non Deum sed templum Dei, quasi vnum ex numero sanctorum filium facitis De sanctis enim dicitur: Habitabo in ipsis, Psal. 5. & ita erit non natura Deus filius Dei, sed per gratiam, sicut scribitur: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Psa. 81. à quibus natura se discrepare, apertè ipse docet saluator dicẽs: Vos de deorsum estis, ego de superius sum. Ioan. 8. Sed quomodo, inquit, consubstantialis erit filius patri, qui ex ipso vt ex principio est, quum pater non sit ex principio? Filium, ô vos, verbum Dei conceditis esse. Si ergo verè filius est, erit necessariò genitori suo consubstantialis: sin autem verè filius non est, hanc impietatẽ apertè dicatis, vt omnes vos fugiant tanquam scripturarum euersores, à quibus verbum Dei verè filius & non creatura nominatur. Deinde quum filij principium patrem esse dicitis, quo pacto id intelligitis? Nam si principium filij pater est, quasi creator, creatura erit, non filius: & repugnabit opinio vestra, ipsi quoque patri dicẽti: Ex vtero ante luciferum genui te. Psal. 109. Sin ve- D rò non vt creator principium filij pater est, sed vt genitor: necesse est, quoniam quod ex aliquo naturaliter prodit, eiusdem est cum illo substantiæ, quamuis alterum principium sit: alterum ex principio, vt consubstantialis patri filius sit. Quod si propterea consubstantialis non erit, quoniam pater ex nullo principio est, filius verò patrẽ habet principium, quid prohibet dicere non fuisse Abel & Adam eiusdẽ substantiæ? quoniã Adam à nullo natus est: primus enim homo à Deo fuit creatus Abel verò ex ipso Adam genitus: quod penitus falsum est. Eiusdem enim substantię Adã & Abel fuerunt. Quare pater quoq; ac filius, qui ex ipso æternaliter prodit, & semper cum ipso est, eiusdem substantiæ sunt. Sed quomodo (inquit Eunomius) genitum & ingenitum, quum inter ipsa maxima differentia sit, eiusdem erunt substantiæ? Si quoniam genitus & ingenitus differunt, eadem causa eiusdem naturæ non erunt: quare Petrus & Paulus quum multum inter se differãt, eiusdem sub-

stantiæ sunt: Alter enim niger est (verbi gratia) alter candidus: & alter magnus, & alter paruus. Sed non omnis differentia substantias disseparat, sed sola quę naturas definit. Quid igitur prohibet consubstantialem patri filium esse? quoniam eadem in vtrisque natura est: differunt autem, quia pater quidem ingenitus, filius verò genitus est. Ita enim eadem deitas in patre atque filio naturaliter erit. Sed qui essendi principium habuit, Eunomius infert, non potest eiusdem esse cum illo substantiæ, qui huiusmodi principium nunquam habuit. Si ergo perfecte pater filium genuit, generandi finem iam habuit: is finis essendi principium filio est: quomodo igitur consubstantialis patri erit? Sed si finem generandi pater fecit, ô vos, principium etiam generandi habuit. Accessit ergo filius patri postea, & recens (vt ita dicam) Deus erit, quod est contra scripturam. Non erit enim, inquit, in te Deus recens. Deus autem à scriptura filius appellatur: non est ergo recens. Sicut igitur si recens esset, non esset eiusdem substantiæ ita cùm non recens Deus sit, eiusdem substantiæ est. Præterea soli Deo adoratio à creaturis debetur. hominibus enim scribitur: Dominum Deum tuum adorabis. Angeli verò iubentur filium adorare. Quando enim primogenitum in orbem terrarum introduxit, adorent eum, inquit, omnes angeli Dei. Deus ergo est filius qui adoratur: is si non est consubstantialis patri, alius Deus filius erit, alius pater, & necesse erit in duos credere Deos. Quod quoniam nullus Christianus audire patietur, consubstantialis erit, vt vnus deus in trinitate non plures adorentur. Præterea, si pater & generare cœpit, & finem generandi habuit, mutatus necessariò est. Aliter enim se habebat antequam generasset, aliter in generando, aliter postea. Sin verò nulla mutatio Deo potest accidere, nec generare cœpit, nec generandi finem habiturus est, vt hæretici contendunt. Æternaliter ergo creator temporum seculorúmq; filius est in patre: & quoniam coæternus, idcirco etiam consubstantialis. Quamuis alioqui si principium & finis generandi dabitur, aliquid patri accessisse necessarium est. Cui autem aliquid accessit, id non erat ante accessionem illius rei perfectum. Sed pater semper perfectus est: nihil ergo ei accessit, nec generare cœpit, sed habet secum semper filium suum. Quare sicut si principium temporis filius habuisset, consubstantialis patri non esset: ita quoniam huiusmodi principium non habuit, consubstantialis patri est. Nam sicut qui principium & finem generationi diuinæ attribuunt, à consubstãtialitate patris filium repellunt: ita nos huiusmodi principium & finem in generatione filij recusantes, consubstantialitatẽ necessariò prædicamus. Sed non poterit fieri (Eunomius inquit) vt identitas substantiæ in patre & filio conseruetur, quum pater ingenitus sit, filius autem genitus. Nam si erunt consubstantiales, in nullo differet, quod genitum est ab ingenito: quod si dabitur, quid prohibebit patrem quoque genitum esse, & filium similiter ingenitum? hæc, inquit, confusio eos sequitur, qui substantiæ identitatem in patre & filio prædicant. Nos autem dicimus, non posse non seruari identitatem substantię in patre & filio: imago enim patris filius est, & in seipso patrem ostendit. nec vllus poterit in alia natura aliam inspicere. nõ enim asinus in homine videtur: sed homo in homine. Quare si quærenti Philippo videre patrem, seipsum Christus ostendit, dicens: Qui videt me, videt & patrẽ meum: necesse est eiusdem esse substantiæ patri filium, sicut incommutabilem eius imaginẽ, & characterem substantiæ suæ. Præterea quum vbique Dominus eundem se natura cum patre doceat, quúmque non posse id fieri hæretici contẽdant, quoniam alter genitus, alter ingenitus sit: quis erit adeò stultus, vt putet hominibus magis credendum quàm Deo? vel quis compos mentis illam apostolorum vocem non exclamabit, Deo magis, quàm hominibus esse obtemperãdum? præsertim quum etiam ipsi genitum ex patre filium concedere videantur. Quomodo ergo quasi creatura extra substantiam genitoris, neque ipsi consubstantialis erit, si verè genitus ex ipso est, & quasi naturalis fructus ipsius? Quod si sola voce genitum ex patre dicunt, dicant apertè creaturam esse, nec multa simulantes, multáque dissimulantes, simpliciores Christianorum conentur decipere. Sed si Deus (inquit Ætius) indiuisibilis secundum substantiam est, non est genitus ex eo filius: quum per disseparationem substantiæ generatio fiat, sed productus ab eo secundum voluntatem est. Quomodo igitur eiusdem erit substantiæ natura per voluntatem producta, cum eo qui eam produxit? Indiuisibilis naturæ Deus est, ô Æti, nec idcirco generandi virtute priuabitur. Potest enim indiuisibilis, & generans simul esse. Tu autem honorare Deum volens, indiuisibilitatem ei attribuis. Sed quum generandi virtute priues, & filium eius creaturam putes, non honoras certè: pulcherrima enim, atque præstantissima res est, naturalis actio, siue operatio. Si ita dicere vis, & ea quam generandi virtutem appellamus, Deum honora. Verè autem Deum honorabis, si indiuisibiliter ex seipso generare consubstantialem sibi filium ineffabili incomprehensibilíque modo fateri, prædicatéque volueris. Sed quum voluntate patris productum filium dicas, non video quur filium appelles. Quomodo enim verè filius erit, qui non ex substantia patris emanat? Sed verè filius est, consubstantialis ergo etiam est: eadem enim natura geniti, & genitoris inuenitur. Præterea, si, quemadmodum vos dicitis, decepti & decipientes, non ex substantia patris filius emanat: sed productus est, quia pater voluit, quoniam ipse & sapientia, & virtus patris est: non erit natura pater sapiens, & virtute pollens. Extra enim substantiam suam sapientia & virtus sua producta, non erit sibi connaturalis, quod absurdissimum est. Natura enim sapiens est, & naturaliter virtute pollet. Deus pater: quare ex substantia eius filius emanat, & eiusdem cum ipso substantiæ est. Sed dic quæso, quid impulit patrem, vt extra substantiam suam filium produceret, vt ais: vtrum necessitas aliqua, an quia gratiam & bonitatem in eo suam (sicut & in aliis creaturis) ostendere voluit? Si necessitate impulsum dices, erit necessitati pater subiectus: sin quia gratiam suam in filium voluit ostendere, sibi magis quàm filio gratificatus inuenitur. Per filium enim & creator & sapiens, & virtute pollens inuenitur. Omnia enim per ipsum facta esse, scriptura clamat. & rursum: Christus Dei virtus & Dei sapientia. Sed stultitia est, gratificatum sibi patrem in his dicere, nec credere ipsum naturaliter sapientem, cæteráque huiusmodi esse. Non ergo quia voluit, filium produxit, vt vos contenditis: sed ex se ipso naturaliter emittit, & ideo consubstantialitas in eis necessariò conseruatur. Adhæc, consubstantialem filium hominibus vt hominem credimus, quia formam nostram accepit. Est autem etiam in forma Dei patris: est igitur Deo quoque patri consubstantialis. Præterea, si splendor huius lucis, connaturalis, eiusdémque essentiæ cum luce sua est, filius quum sit lucis æternæ splendor, consubstantialis illi erit. In omnibus autem huiusmodi exemplis, debilem quandam similitudinem ad supremam illam naturam adducimus: quoniam omnis creatura in infinitum à creatore suo distat. Accedit, quod æqualitas, vt in corporibus secundum quãtitatem dicitur, sic in intellectualibus, incorporalibúsque (vbi nullum habet quantitas locum) secundum identitatem substãtiæ dicitur: sed filius æqualis secundum scripturas patri prædicatur, est ergo ei necessariò consubstantialis. Nam quæ verè natura ex aliquo sunt, eiusdem substantiæ cum genitore sunt. Et qui omnia genitoris naturalia bona possidet: ex eo verè natus est? filius autem omnia quæ sunt patris, habet. Præterea, qui ex nihilo res creatas producit, non potest esse de natura productorum, sed de natura producentis, necessariò est. Producit autem filius, & facit creaturas ex nihilo, etiam secũdum vos: eiusdem ergo substantiæ inuenitur, non cum creaturis, sed cum producente & creante patre. Nam quæ eandem actionem, operationémque habent, eiusdem esse essentiæ comprobantur. Natura verò pater Deus est, natura igitur filius quoque Deus est. aliter erit participatione Deus, sicut & creaturæ: nec erit differentia inter ipsum & creaturas. Sed creaturarũ ipse Dominus & creator est: non ergo cum creatura vlla substantialiter, sed cum patre conuenit. Adhæc, omnis rationalis natura, non voluntate sola, sed agendo ac patiendo operatur: Deus autem solus sola voluntate operatur, sed filius sola voluntate operatur: Deo ergo patri, non creaturæ alicui consubstantialis est. Accedit, quod non vt nos, sed nobiliore modo vnigenitum filium suum Deus generat. Sunt autem nobis nostri filij consubstantiales: erit ergo etiam Deo patri filius suus. Et nos quidem ante natos sumus nostros: filius verò Dei coæternus patri est, & ab eo non (vt nostri) separabilis. Adhæc, omnium quæ sunt, aliud Deus est, aliud creatura: quare filius aut creaturæ aut Deo consubstantialis erit. Non est autem creaturæ consubstantialis: virtutem enim creatiuam suscipere creatura non potest. Deo patri

Psal. 80. *Deut. 6.* *Hebr. 1.* *Cauillus ad uersarioꝝ.* *Ioan. 14.* *Act. 4.* *Ætius.*

patri ergo creatori omnium ipse quoque creator omnium similiter consubstantialis erit.

De consubstantialitate patris & filij, illo textu proposito, Quòd pater meus maior me est.

CAP. III.

Obiectio hæreticorum. QVæ naturæ eiusdem, eiusdémque substantiæ sunt, Eunomius inquit, non suscipiunt maius & minus. Nec enim homo homine secundum rationem substãtiæ, neque asinus asino maior est. Si ergo in consubstantialibus nullus maiori & minori locus datur, & filius patrem maiorem se esse apertè docuit non est ei consubstantialis. Probe facerent hæretici omnes, si vndique studerent verum scripturarum sensum venari, nec ad voluntatem suam omnia vertere, atque inde falsos syllogismos connectere. Si enim offendit eos, quod pater maior filio scribitur, iuuet illud quod de filio dicitur: Qui quum esset *Philip. 2.* in forma dei, nõ rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. Et *Ioan. 5.* Ioannes apertissime: Patrem, inquit, suum deum dicebat, æqualem seipsum faciens deo: quomodo ergo alienæ substantiæ est, cui æqualis est? Nam quæ naturaliter æqualia sunt, eiusdem penitus substantiæ sunt: vt homines, equi. Præterea in incoporalibus maius & minus non secundum magnitudinem, sicut in corporibus, sed secundum seruitutem perspicitur: quod Paulus ostendit. Alij enim, inquit sermo sapientiæ à spiritu datur, alij *1. Cor. 12.* gratia curationum, multíque huiusmodi connumeratis infert: Omnia verò hæc operatur vnus & idem spiritus. Deinde rursum hortatur vt maiores gratias à deo petere debeamus. Num igitur spiritum in seipso differre dicent, aut dissimilis cuiusdam esse substantiæ, quoniam paruus est in paruis, & maior in maioribus inspicitur, secundum susceptientium capacitatem? Nemo ita insanus est, vt hoc audeat cogitare. Quum igitur incorporea natura maius & minus non suscipiat, quando maior pater filio dicitur, humanitati suæ, non deitati sermo attribuẽdus est. Nam quum dicat Christus: Pater qui me misit, maior me est. & Apostolus de ipso: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo: quærendum est diligenter, quomodo & æqualis patri & minor filius erit: ita vt nec æqualitatem contemnamus, quia maior pater dicitur: nec maiorem esse patrẽ negemus, quia æqualis ei filius scribitur, sed vtraq; pie intelligamus. Cum igitur non composita, sed simplex natura deitatis sit, nunquam in plures personas distingueretur, nisi quædam inueniretur differentia: non secundum essentiam, sed secundum relationem, & quasi extrinsecus intellecta, per quam vtriusque persona in propria hypostasi constituitur, nec ab vnitate deitatis propter identitatem naturalem potest excludi: & sic nulla confusio, nulla quasi mixtio patris & filij excogitari potest. Nam quum tanta similitudo, & perfecta identitas sit, vt nonnulli eundem patrem & filium suspicati fuerint, nec in dualitatem personarum distinxerint, vt hypostasim quæ generat, & quæ generatur, diuina scriptura notionibus distingueret, patris & filij nominibus vsa est: vt lumen ex lumine in propria vtrunque hypostasi recte intelligeretur, seruata identitate substantiæ. Consuetudinem verò nostram sequuta, maiorem appellat patrem, vt vndique & ea persona ex qua significetur, & ea quæ est ex illa, perspiciatur. Æqualitatem etiam attestatur, nec vlla in essentia patris & filij dissimilitudo & differentia reperiatur. Quamuis ergo secũdum rationem substantiæ patris, æqualis & penitus similis sit, maior tamen ipso pater est qui eum generat, in hoc solummodo, quia ex eo filius est: & sic principium filij secundum originem pater est. Et certè quæ naturæ eiusdem sunt, huiusmodi comparationem suscipiunt: diuersarum autem naturarum res, hoc modo non conferuntur. Nemo enim recte dicet bouem maiorem esse quàm hominem, nec hominem quàm bouem. Si ergo secundũ hæreticos pater maior sit filio, neque id secundum essentiam dici possit (homo enim homine secundùm essentiam, & inquantum homo, maior non dicitur) nec diuersæ substantiæ maius & minus suscipiant, vt diximus: relinquitur, vt vel quia ex patre filius est, vel (quod magis nos credimus) propter incarnationis dispensationem, maiorem patrem filio à scriptura esse appellatum. Præterea, quę inter se conferuntur & comparantur, eiusdem omnino naturæ sunt, neque ab essentia comparationem suscipiunt (non est enim homo homine maior, vt homo) sed ab accidentibus, quibus differunt, quæ vt plurimum ex passione alia fiunt, vel omnino ex causa exteriore, quæ videlicet in ratione ac definitione insita nõ est: vt verbi gratia: Maior est homo homine, magnitudine corporis, fortitudine animi, mentis acumine. Sed in omnibus hominibus vna eadémque ratio substantię est, æqualiter de singulis dicta. Accidentia verò, ex passione, quasi ex radice fluxerunt. Tarditas enim mentis & timor animi, ex passione profluunt. Si ergo comparatio quælibet in accidentibus fundatur, & accidentia ex passione, vel extrinseca fiũt causasi nulla passio deo ingesse potest, nec causa extrinseca ipsi accidat: relinquitur necessariò vt pater filio maior sit, vel originis modo, quia principium eius dicitur: vel propter dispensationem incarnationis, vt diximus. At non ambigũe, sed *Eunomij captio.* aperte (inquit Eunomius) filius patrem minorem se prædicat: quid ergo pluribus opus est? Nam vera dicere veritatem concedetis: veritas autem Christus est: maior igitur pater filio erit, & ideò dissimilis, & non consubstantialis. Primum igitur interrogabimus ipsum, quando pater maior filio fuerit. In tempore enim determinato maior fuisse non potest. Temporum enim omnium, seculorúmque creator filius est. Semper igitur ac æternaliter patrem filio esse maiorem sequitur. Et quoniam maior ad minorem dicitur simúlque sunt maius & minus, si pater maior filio est, coæterni sunt pater & filius: quomodo igitur æternum æterno erit dissimilẽ? aut quomodo maius? Deinde mirabimur, quod ersi à sapientia huius mundi profecti, Aristotelicas disciplinas sequantur, & eas nobis incutiant, indocti tamen etiã secundum ipsas inueniuntur. Non consequenter enim, quum de maiore, atque minore sermonem facerent, ad similitudinis, dissimilitudinísque sermonem exciderunt. Nam etiam secundum Aristotelem (quo ipsi plurimum iactant) simile & dissimile non ponunt in eodem genere, in quo maius & minus. Hæc enim ille ad aliquid appellat, quo in genere simile atque dissimile non videmus poni. Quare igitur à maiore minoreq; tu orationem contexens, conclusionem alterius generis induxisti, dicens: minor est filius patre, dissimilis igitur? Melius dixisses, inæqualis ergo, aut non tantus: quamuis & ita non rectè. Nam etsi maius & minus propter quantitatem propriè dicuntur, non tamen in eo genere collocantur. Indoctè igitur à maiore atque minore ad simile & dissimile Eunomius declinauit, dicens: minor est filius patre, dissimilis ergo. Nec minus indoctè dicet: minor est, ergo inæqualis, aut non tantus. Nam maius & minus, quoniam alterum ad alterum dicitur, sic ab Aristotele definiuntur: Ad aliquid dicuntur, inquit, quæ ipsa quę sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: vt maius, idipsum quod est, alterius esse dicitur: aliquo enim maius dicitur. Et duplum idipsum quod duplũ est alicuius duplum est. Hæc quum ita se habeant, dicat nobis qui magis Aristotelicis quàm scripturæ diuinæ disciplinis gloriantur: si etiã simile, idipsum quod est, ad dissimile esse dicatur, referaturq;, sicut maius ad minꝰ. Opponitur enim simile dissimili, sicut & minus maiori, sed non eodẽ modo. nam maius, quia oppositũ suum excedit, maius illo est: simile autem nõ ita. Heterogenea igitur penitus sunt maius & dissimile, & eandẽ definitionem nõ suscipiunt. Ad hæc, quæ ad aliquid sunt, & natura & ratione simul sunt, & alterũ ad alterũ infertur. Nam si quis maius aut duplum dixerit, statim minus aut dimidium intellexit. Simile autem non inducit dissimile sicut nec iustum inducit iniustum, nec virtus vitium. Priuationes enim ista magis sunt, & habitũ interemptiones. Non ergo alterum ab altero inducitur, sicut relatiua, quamuis opposita sint: priuatio enim similitudis dissimilitudo est, sicut & iustitiæ iniustitia. Et quoniam priuationes posteriores quàm habitus sunt, non intelligentur simul simile & dissimile. Præterea, quæ ad aliquid sunt, sicut vno posito alterum ponitur: sic & vno interempto, alterum interimitur: idque ideo, quoniam esse alterius in altero est. Non enim est maius aliquid, nisi minus sit: simile autem positum, non ponit dissimile, nec interemptum interimit. Non dicũtur ergo adinuicem simile & dissimile, præsertim cum simile dissimile maius & minus suscipiant. Præterea, simile & dissimile, secundum habitum & priuationem opponuntur: maius verò & minus, secundum intentionem & remissionem. Non ergo eiusdem generis sunt maius & dissimile. Verum quoniam maiore posito, minus necessariò ponitur, vt iam dictum est: quoniam pater maior filio scribitur, necesse est vt filius (ad quem quasi minorem patre refertur) coæternus patri sit. Quũ ergo id ita se habeat, inuestigemus quomodo pater

maior filio est. Nam & filius natura deus est, natura bonus, natura creator, natura rex, sicut & pater: perfectè igitur omnia hæc habet. Nam si perfectè non haberet, non esset natura deus: natura enim deus est, qui perfectè & per se omnia bona habet. Quoniã igitur filius perfectus in omnibus est, minor patre, erit non aliter quàm secundum formam serui quam assumpsit: aut secũdum quod ex patre est, cuius imago integra inuiolataq; est. Non ergo natura, sed vt filius patre minor dicitur. Sed pater, inquiunt, semper erat, filius non semper: quomodo igitur non erit maior qui semper erat eo qui non semper fuit? aut quomodo non erit minor æterno qui æternus non est? Quum igitur ita pater maior filio sit, non erit ei filius consubstantialis. Quæ contentio ista est? qua fit vt omnino, quoniam pater maior filio scribitur, diuersæ quoque substantiæ, quàm filius sit, demonstrare ipsum conentur, quasi necessarium sit diuersam esse naturam eorum quæ maius suscipiunt, ab iis de quibus minus prædicatur. Nos verò oculis ipsis videmus lignum ligno maius, & lapidem lapide minorem, & hominem homine similiter: de quibus quamuis maius & minus dicatur, eadem tamen ratio substantiæ prædicatur. Frustra igitur & falsò, quoniam pater maior filio scribitur, diuersitatem essentiæ demonstratis. Quare filius, quamuis sit æqualis patri, minorem tamen, rationibus quas diximus, seipsum appellat. Præterea, quæ naturali similitudine nõ coniunguntur, & ratione substantiæ differunt, simili potius atque dissimili, non maiore & minore discernuntur. Si ergo pater & filius vnum natura sunt, quomodo maius & minus de ipsis dicetur, de quibus similitudo summa prædicatur? Sin verò diuersæ naturæ sunt, dissimiles dicentur, non maior & minor, ridiculus certè videbitur, quicunque diuersa naturaliter comparat: velut si solem ligno fulgentiorem esse contẽderet. Indoctissimè igitur & heterogeneis (vt ipsi putant) maius & minus accommodant, & diuersæ naturæ filium esse quàm pater sit, inde putant demonstrare. Nos quoniam natura suprema, nulla ex parte maius & minus suscipit (nihil enim imperfectum in deo est) æqualem patri filium, nugis istorum reiectis, prædicamus. Illi non intelligentes forsan quid dicunt, minorem esse contendunt, quare rursum interrogandi sunt, vtrum maior semper filio pater esset, an postea factus sit? Nam si tempore aliquo factus est maior, quum antea non fuerit, accessit hoc deo patri, quod sibi prius non inerat. Quomodo igitur erat perfectus, qui hoc non habebat? Sin verò semper maior erat, quoniam maius, ad minus dicitur, necessariò minor quoque filius semper erat. Sed minorem dicitis filium, quoniam patri coæternus non sit, secundum vos. Ratio autem, si pater semper filio maior fuerit, totam rem in contrarium reducit. Necesse est enim minorem semper esse filium, si pater semper maior est: & ita quum sit coæternus, erit etiam æqualis. Nam sicut si coæternus non esset, inæqualis esset: ita econtrà quoniam coæternus est, æqualis omnino est, & simillimus naturaliter. Quare nullum ibi locum magis & minus secundum naturam habet. Quomodo enim si minor patre filius esset, æqualitas rursum sibi conceditur? Qui *Philip.2.* non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, Paulus ait: sed seipsum euacuauit, formam serui accipiens, & figura inuentus vt homo, humiliauit seipsum. Si ergo incarnatio humilitatem habet, & euacuationem, vt hic dicitur: necesse est vt incarnatione per intellectum separata, æqualis patri semper vt & ante incarnationem inueniatur, & hinc nobis humilitas & euacuatio illa perspicietur. Nam si per seipsum etiam ante humiliationem incarnationis patre minor erat: quomodo descendisse videbitur, aut quis erit humiliationis modus? Certè hic ipse Paulus & æqualem deo filium apertissime dixit, & minorem esse propter passionem mortis enunciauit. Quum igitur æqualis & minor simul esse nõ possit, quæramus quomodo æqualis, quomodo minor est. Inquantum ergo natura deus est, æqualis genitori filius est: inquantum autem homo factus est, & vt homo crucifixus & mortuus, minor.

Quod æqualis filius patri est, euangelico textu proposito: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.

CAP. IIII.

Matth.11. SEd quomodo (inquit Eunomius) similis aut æqualis erit filius patri, quum aperte in euangelio dicat, neminem inter natos mulierum maiorem Ioanne Baptista surrexisse, & statim addat: minor autẽ in regno cœlorum, maior ipso est? Ipse nanq; minor est, propter tempus quo à sancta virgine natus est. Fateturque se propter præcipuas virtutes tunc peruenturum in maiora, quando regnum cœlorum aduenerit, quasi hanc meredem propter administrationem salutis humanæ accepturus sit. Quomodo ergo qui huiusmodi naturæ est, & Ioanne minor, æqualis aut similis deo patri erit? Peruertunt sensum verborum Christi, qui sic exponunt. Quomodo enim quasi rem magnam sibi attribueret, quod Ioãnem excederet, qui dei patris gaudet dignitatibus, omnia naturaliter possidens quæ patris sunt? Omnia, inquit, quæ pater habet, mea sunt. Perfectus autem pater *Ioan.1.* est, perfectus ergo etiam filius, reiique nullius indigens. Qui verò ita natura se habet, quomodo non erit æqualis & similis genitori suo? Præterea, si minor Christus Ioãne magnitudine temporis dicitur, quo fuit cum hominibus conseruatus, & ad hæc non surrexisse maior quispiam Ioanne additur, vitæ spacio id quoque intelligetur: quod verum non est. Adam enim (vt scri- *Gene.4.* ptura testatur) nongentos & quinquaginta vixit annos, & alij nati mulierum illius temporis omnes penè totidem. Præcursor verò Ioannes iuuenis admodum, vitam cum morte commutauit. Non ergo maior inter natos mulierum tempore dicitur, sed virtutis sublimitate, qua ad eos peruenit terminos, quò natura humana peruenire potest. Quare etiam similiter Christus, non tempore minor dicitur. Ridiculum enim esset, magnitudini temporis, virtutis celsitudinem attribuere. Necessariò igitur sequi videtur, in virtute & sanctitate comparationem fieri, & sic minor Ioanne Christus in sanctitate videbitur: quod absurdissimum est. Quum igitur hæc expositio ad absurda deueniat, reiicienda omnino est. Sed nos, inquiunt, veram & simplicem, nec magna cura scrutatam verborum saluatoris expositionem inducimus, minorem Ioanne Christum secundum magnitudinem temporis, quod ab incarnatione sua cœpit, maiorem in regno cœlorum futurum etiam ipso, qui ad humanæ virtutis perfectionem attigit: minor igitur hic personam Domini significat. Quod verò maior inter natos mulierum Ioanne Baptista non surrexisse dicitur, perfectionem humanæ virtutis attigisse illum significat. Christus tamen etiam ipsum adeò magnum in tempore illo excedet. Quid absurdi hæc expositio habet? Non ita simpliciter, vt putatis, sed magna diligentia & cura exponendæ scripturæ sunt. Primum enim leue omnino est, credere spacio temporis ex quo incarnatum fuerat verbum, minorem Ioanne dominum appellari. Aperte nanque ille qui maior in regno cœlorum dicitur, sanctitate sublimior significatur. Quomodo enim aliter maior hic aliquis poterit intelligere? Si ergo in regni cœlorum tempore maior Baptista saluator videbitur, minor modò aut æqualis est: minorem dicere, magis impium est: sed æqualem etiam putare, non impium. Baptistam enim audimus dicentem: Mihi opus est abs te baptizari. Baptizatur autem atque sanctificatur deterius à meliore, & *Matth.3.* ad Iudæos: Ego vos baptizo in aqua: sed venit post me, cuius *Ioan.1.* calciamentorum corrigiam non sum sufficiens soluere: ille vos baptizabit in spiritu sancto & igne, cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreis suis, paleam verò inextinguibili cremabit igne. Quomodo ergo æqualis aut minor Ioanne Dominus secundum ipsos fuit: aut cuius gratia, aqua se solummodo baptizare prædicabat, & Christum spiritus datorem affirmabat? Nónne vides, quia vt seruus, nec calciamentorum quidem corrigiam tangere audet? nec perspicis Christum aream dominum esse? Hoc enim significatur, quando dicitur, Et purgabit aream suam. Iudicem etiam esse ostendit, qui iustos & bonos tanquam triticum in cœlestia inducet horrea: iniustos verò quasi paleam igni tradet. Si verò maior aut æqualis tunc Christo Ioannes fuit, quur & ipse non baptizat in spiritu sancto? Sed neque Esaiam isti audiunt, apud quem de Christo scribitur: Ego sum qui deleo ini- *Esaiæ 43.* quitates tuas, & non recordabor peccatorum tuorum. Quũmque natus à virgine cum hominibus conuersatus est, monstrabat eum Ioannes dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mun- *Ioan.1.* di. Quomodo igitur secũdum istos in spe solum habebat Christus, vt futurus maior esset Ioanne in regno cœlorum? aut quomodo æqualis aut maior Ioannes (qui baptizari à Christo desiderabat) ipso Christo fuit qui peccatũ mundi poterat tollere, & id tãquam dominus verus? Sicut enim deus, peccata ipsis dimittit:

mittit: quod Ioãnes nullo modo poterat. Adhęc si minor Christus aut æqualis Ioãni tunc fuit, quur ipse non audiuit à patre: *Psal.2.* Filius meus es tu, ego hodie genui te. & , Sede à dextris meis, *psal.109.* donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Aut *1.Cor.1.* quur sapientia & virtus patris, & imago, character & splendor *Hebr.1.* substantiæ ipsius vocatus non est? Portet iam omnia etiam ipse verbo virtutis suæ, & introducatur in orbem terrarum quasi primogenitus, & adoretur ab angelis, dicat de seipso sine culpa: *Ioã.10.11.14.* Ego & pater vnum sumus: Qui videt me, videt & patrem meũ. *Ioan.6.* dicat: Ego sum resurrectio & vita, dicat: Egò sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Quod si hæc Ioannes dicere non potuit, dicit autem verè Christus, quomodo non erit impium putare maiorem aliquando fuisse Christo Ioannem, qui natura vt Deus, semper ipso maior est? Quid autem magni attribuere Christo arbitrantur, maiorem Ioanne futurum contendentes, quo etiam angeli & natura & charitate in Deum maiores sunt, quibus tantum Christus præstat, quantum creaturas creator excedit? Cui enim, ait Paulus, angelorum vnquam dixit: Sede à *Heb.1.* dextris meis? nónne omnes spiritus sunt ministrantes? Quomodo *psal.109.* ergo qui etiam angelos excedit, qui in sede Dei patris collocatur, quasi rẽ magnam sibi attribuit, quod Ioanne maiorin regno cœlorum futurus sit: quum semper atq; simpliciter omni creatura maior sit, qui Deo patris æqualis est? Præterea, lucerna erit Baptista, lux autem Christus: quomodo ergo lux, cuius natura est illuminare, lucernæ quæ lumine indiget, æqualis vel minor erit? Et certè non potest amicus sponsi, qui stat & audit sponsum habentem sponsam, sponso æqualis aut *Ioan.3.* maior dignitate atque honore inueniri. Adhæc, ipse Ioannes de saluatore ait: Qui desuper venit, super omnes est: mensuram deinde suam ostendens, terrena loquitur, inquit, qui ex terra est. Quod si extra cœlorum regnum maior est Christo Ioannes secundum vos, intelligatis desuper Baptistam venire, & dominum terrena loqui atque ex terra esse: quod absurdissimum est, alter enim natura Deus, & super omnes: alter creatura, & ideo ex terra. Non æqualis ergo, imò incomparabiliter Christus excedit: quomodo ergo spe solum, in regno cœlorum dignitatem excessus expectat? Præterea, post resurrectionem saluator quum priscam spiritu gratiam in nobis renouaret, insufflauit discipulis, dicens: Accipite spiritum sanctum. & ipse spiri- *Ioan.20.* tus sanctus Christi spiritus appellatur. Et cum transissent Asiam *Act.16.* & regionem Galatiæ (in Actibus scribitur) tentabant recedere in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Renouet igitur in nobis etiam Ioannes gratiam spiritus, si æqualis Christo *Ioan.16.* est: & spiritus Dei patris, ipsius quoque vocetur. Et si vultis, dicat ipse quoque de spiritu, quia de meo accipiet. Sed hæc omnia vel cogitare solum, impium est. Non est ergo æqualis Christo, nec aliquando futurus est minor, sed semper veluti homo, minor Deo est. Adhæc, euangelista Ioannes naturalem Christi dignitatem ostendens, & Ioannis mensuram sicut serui aperiens: Fuit homo, inquit, missus à Deo, cui nomen erat *Ioan.1.* Ioannes: hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per ipsum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Quomodo ergo lux illuminans, ministro suo quem ad testimonium adhibuit, minor aut æqualis erit? Præsertim quum ipse Chri- *Ioan.5.* stus dicat ad Iudæos: Vos ad Ioannem misistis, & ille testimonium veritati perhibuit, ego verò Ioannis testimonio nõ egeo: quomodo ergo minor vel æqualis Ioanni, qui testimonio ipsius non egebat, qui attestantem habebat patrem? Postremo, *Lucæ 1.* beatus Zacharias pater Baptistæ secundum carnem, gratias agens Deo, & futura spiritu prædicens, clamat: Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare plebem perfectam. Ipse quoque Ioannes interrogatus à *Ioan.1.* Iudæis quis esset: Ego, inquit, vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Dicant igitur nobis, qui non semper, sed aliquando maiorem Ioanne Christum arbitrantur, quando altissimi propheta ipso altissimo minor non fuit? aut quando minister & præcursor ad æqualitatem naturalis Domini conscendit? Ex his omnibus patet, nunquam Ioannem Christo maiorem fuisse, nec de ipso Christo dici, quod modò minor Ioanne sit, & in regno cœlorum maior futurus sit. Verùm, quoniam aduersariorum sensum redarguimus, ipsorum Euangelij verbo- rum verum modò sensum scrutemur, vt veræ expositionis appositione, non vera ipsorum iterum redarguatur: quod vt rectè fiat, totam rem altius repetamus. Quum Ioannes in carcere miracula Christi audierit, misit duos ex discipulis eius dicturos Christo: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ad hæc Christus: Ite, inquit, & renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis, & deinde miracula multa enumerat. Quum ergo illi abiissent, dixit ad circunfusam Iudæorũ turbam saluator: Quid existis in desertum videre? harundinẽ vento agitatam? Sed pro- *Matt.11.* phetam? ita dico vobis, & plus quàm prophetam. hic enim est *Malach.3.* de quo scribitur: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Deinde addit id, de quo quæritur: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: sed minor in regno cœlorum, maior ipso est. Neque finem verborum hic fecit, sed statim intulit: A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque modò regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sed textus quidem ipse sic se habet. Oportet autem ad rectam expositionem singula breuiter dicere, quæ causa Baptistam in carcerem coniecit, cuius gratia Christum per discipulos interrogauit, vtrum ipse venturus esset, an alius expectaretur: & quare conuersus Christus circunfusam turbam sic alloquutus fuit: & quur illud addidit, non surrexisse in natis mulierum Ioanne Baptista maiorem, & tamen qui minor est in regno cœlorum, eum ipso quoque Ioanne esse maiorem. Hæc igitur breuiter prosequamur. Mirabilem atque inauditam vitam beatus Baptista ducebat, quam homines adeò mirabãtur, in meritò ipsum magnum quendam esse virum arbitrarentur. Is Christo attestabatur, imò digito ipsum præsentem ostendebat, dicens: Ecce agnus *Ioan.1.* Dei, qui tollit peccata mũdi. Verum dominus qui attestabatur, Mosaicæ legis cultui officere videbatur, euangelicam vitam pro illo inducens, imè verò figuras & vmbras ad veritatem educens. Conquerebantur Iudæi de Baptista, quod autoritate sua illi faueret, qui legalem doctrinam euerteret, vt ipsi putabant. Quid igitur ad hæc Ioannes? legi propugnat, ne Mosaicam doctrinam contemnere videretur, idque vel ad repellendam, vel ad mitigandam suspicionem de se Iudæorum fecit: nõ quia magni hoc ipse existimaret, sed vt testimonium suum de Christo credibilius apud eos fieret. Quamuis igitur multi tunc multis variisque modis præuaricarentur, Herodem tamen solum qui princeps erat redarguit, vt periculo suo ad benetolentiam sui Iudæos reuocaret, & credibilior apud eos fieret. Nam qũasi prolege pateretur, faciliores ad credendũ ei fiebãt: ita motte sua *Lucæ 1.* cæteris prodesse studebat. Sed quando prophetico spiritu (quo repletus ex vtero matris erat) nudum iam immihere sibi gladium vidit, voluit discipulos suos in fide Christi confirmare, apertéque docere, vt scirent ipsum esse, qui ad salutem omnium expectabatur. Dispensatione igitur ignorare simulat, vt à seipsis inducti discipulis firmius crederent. Multum enim vt homines, sibiipsis attribuebant, nec magistro magis quàm excogitationibus suis credebant. Dispensationis igitur modo ignorare se ostendit quis venturus esset: Iesus autem quum ipsi venissent, quoniam rem totam vt verus Deus sciebat, multo magis tunc, quàm antea miraculis effulsit, illáq; dispensando faciebat, quæ prophetæ scribunt tunc futura, quando Christus veniet. Ideo interrogatus an ipse esset vẽturus, non statim respondet, neque *Esa.35.* dicit, ego venturus sum: sed miraculorum magnitudine simul & multitudine ostendit seipsum esse. Ite igitur, inquit, & renũciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Audistis à prophetis hęc & *Matth.11.* hæc, & consummata modò vidistis per me. Ita quum illi abiissent, ad turbam conuersus dicebat: Quid existis videre? & cætera quæ sequũntur. Necessariò postea de Ioanne loquutus est Christus. Nam quoniam discipulos Ioannis turba vidit, interrogantésque audiuit: non quod illi, sed quod Ioannes dicere vellet videretur, ne de Ioanne turbarentur, putarẽtque leuiorem hominem, quod primo, ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, de Christo dixisset: deinde an ipse venturus esset, dubitaret. Ne igitur vel hæc vel alioqui leuiorem hominem arbitræ- *Ioan.1.* rentur, & propter hanc turbationem minus proficerent, dixit ad eos: Quid existis in desertum videre? harundinem à vento agitatam? Mirati fuistis Baptistam ait, ac ideò longa itinera in desertum ad ipsum fecistis: quur ergo modò leuioris mentis hominem, & quasi harundinem putatis, & ex incõstantia huc

& illuc leui de causa impelli? Sed hominem mollibus indutum vidistis? & ecce qui talibus ornantur, cum regibus sunt. Quisi E cut mollibus induuntur, ita & animo leuiore sunt. Ioannis verò qui eremum semper coluit, qui robore animi carnem ratione subiecit: quare sicut harundo leuis erit? Si ergo mirati estis Ioannem propter asperrimam vitam, quam cõstantissimè egit, concedere ipsi etiam debetis firmitatem animi vitæ cõuenientem. Sin verò eremus, & amictus humilimus, & cibus abiectissimus, nihil plus vobis afferre videtur ad constãtiam quàm mollis amictus: quare his omissis Baptistam in deserto quærebatis? Num quia prophetam putatis? ita dico vobis, & plusquam propheta Ioannes est. Nam prophetæ venturum prædicarunt Christum, nec ipsum videre potuerunt: Ioannes autem & venturum prædicauit, & vidit. Ita ipse primo Ioannem extulit, de-
Malach.3. inde patris quoque testimonium attulit. Hic enim est, inquit, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam tuam ante te. Et addidit: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: minor autem in regno cœlorum maior ipso est. Quum ita multa magnáque de Ioanne dixisset, & summum inter na-
F tos mulierum esse ipsum affirmasset, quod ad extremum humanæ virtutis peruenisset, maius bonum postea ponit: meliorémque dicit atque maiorem eum, qui iam regnum cœlorum tetigerit, & filius Dei factus sit, per spiritum sanctum renatus, vt ostenderet mirabilem esse Ioannem, propter virtutes suas præcipuas, sed mirabiliores ipso regni cœlorum participes: hortarétúrque hac ratione, vt magno animo rapere id conarentur:
Lucæ 17. quod Ioanne quoque maiores faciet. Regnum enim cœlorum donum spiritus esse modo dicimus, secundum illud Christi dictum: Regnum cœlorum intra vos est. Maior igitur omnibus natis mulierum inuenitur, qui per spiritum renatus est. Illi enim filij carnis adhuc appellantur, isti filij Dei sunt, quem orantes
Gal.4. appellant: abba pater. Quare etsi inter natos mulierum secundum humanam virtutem mirabilis Ioannes sit, qui tamen ipso minores videntur in regno cœlorum, hoc est renati per spiritum sanctũ, maiores sunt: quia nõ mulierum nati, sed Deo participes, filij Dei ideo appellantur: etiam si minimi perfectioribus virtute, quasi infantes videantur, quia modò renati. Quod autem Ioannem & omnes natos mulierum regeneratio, quæ G
Matt.3. per spiritum sanctum fit, magno interuallo excedit, non longè nobis quærendus est testis, quum ipse Ioannes ad Iesum dixit, opus esse sibi ab eo baptizari. Nam etsi perfectus esset virtute, renascendi tamen propter spiritum gratiam petebat, vt in maiorem ascenderet gradum, nec mulieris deinde natus esset, sed ad diuinam nobilitatem reformatus: quod saluator maximè affirmauit. Non enim dixit, perfectum ipsum esse, quamuis sanctificationem spiritualis baptismatis non haberet: sed necessarium sibi baptismum, per dispensationem in aliud tempus differendum asseruit. Nihil enim aliud, mea quidem sententia, illa verba saluatoris significant, dimitte modò. Quod verò cœlorum regnum donum spiritus, & regenerationem fideliũ appellat, ex ipsis saluatoris verbis sciamus: A diebus enim Ioannis vsque modò, inquit, regnum cœlorum vim patitur, & violenti
Ioan.1. rapiunt illud. Nam quum Ioannes prædicaret, parate viam domini, rectas facite semitas eius: multi magna vi magnóque studio à vitiis ad virtutem vertebantur: sed & filij Dei per spiritus sancti gratiam fiebant per baptismum regenerati. Id si quis non exponi rectè arbitretur, doceat quæso quamobrem à diebus H Ioannis rapi cœpit regnum cœlorum, quasi nemo ante tempora illa illud rapuerit. Num ergo dices, vana prophetarum spes fuerit? Num tanta multitudo sanctorum patrum, regnum cœlorum non possidebit, si tunc primum rapi cœpit, quando Baptista clamabat: Pœnitentiam agite, regnum enim cœlorum appropinquabit? Sed facile intellectu est, ipsum regnũ cœlorum priscis etiam paratum fuisse, sicuti conformibus imaginis filij Dei, atque ideo præscitis à Deo patre. A tempore verò Ioannis donum spiritus sancti, & regeneratio per baptismum, fide rapitur. Hæc quoniam ita intelligenda sunt, patet nunquam Ioannem maiorem fuisse Christo, neque vnquam futurum.

Libri secundi Thesauri Cyrilli finis.

EIVSDEM LIBER TERTIVS.

Refutatio expositionis hæreticæ: & expositio sensus veri euangelici textus: Ego in patre, & pater in me est.

CAP. I.

NON est mirum (hæretici aiunt) si pater est *Ioan.14. Act.17.* in filio, & filius in patre, quum etiã de nobis diuina scriptura dicat: Quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quomodo enim aliter filius maiorem seipse patrem capere poterit: aut quomodo filius minor maiorem patrẽ replere poterit? Quasi de corporeis loquiminivasis, in quibus rectè dicitur non posse à minore maius capi, nec à minore posse maius repleri: in rebus verò incorporeis, quæ sine vlla materia sunt, quomodo ista locum habent? Hæc diximus, quasi concederemus maiorem filio patrem esse, veritas autem non ita se habet. Æqualis enim patri filius in omnibus est. Sed nec vos huiusmodi rationibus vteremini, si sciretis quid verus pater sit, & quid verus filius, & quid lumen inuisibile simul atque æternum, & quid splendor eius, & quid hypostasis incorporea, & character eius similiter incorporeus. Nam si hæc memoriter teneretis, intellegeretísque, non quasi de corporibus disputaretis, sed consequenter atque congrue scrutandum arbitraremini, quomodo filius in patre, & pater in filio est, sicut character, sicut imago, sicut splendor, atque similitudo patris. Verum quoniam non esse mirum illud dicitis, quoniam & nos in ipso viuimus, & mouemur, & sumus: considerate quæso, quàm multum à veritate receditis, non enim sicut in sanctis Deus est, sanctificans ipsos, sic & in Christo: sed ipse filius virtus & sapientia patris est: is sanctificat omnia participantia ipso in spiritu, ipse verò nulla participatione sanctus est, veluti nos. Non enim per gratiam filius est, sed æternaliter ex patre genitus. Nec rursus filius sic in patre est, sicut nos. Nos enim gratia & participatione in Deo viuimus & mouemur & sumus: filius verò secundum naturam, quasi à fonte semper viuo ex substantia patris emanans, vita secundum naturam est, omnia viuificans. Nec participatione vitæ ipse viuens est, sicuti nos. Nam si sicuti nos ipse viueret, non esset naturaliter vita. Quod enim deforis alicui aduenit, id secundum naturam ipsi non inest. Filius autem de se dicit: Ego sum vita. Non *Ioan.14.* ergo vt nos in Deo viuit & est, sed naturaliter ipse vita est, & in patre naturaliter est, vnum cum ipso secundum identitatem essentiæ. Sed in patre, inquit, seipsum esse dicit, & patrem in eo: *Cauillatio hæreticorũ.* quoniam nec sermo in eo, quẽ ad omnes prædicabat, nec opera quæ faciebat sua erant, sed patris, qui præcepit loqui, & dedit virtutem ad faciendum miracula. Licebit ergo secundum vos, vnicuique etiam sanctorum similem vocem edere. Miracula enim, accepta virtute desuper, ipsi quoq; fecerunt. Audiam, *psal.84. Prou.2.* inquit Psalmista, quid loquatur in me Dominus Deus. Et sapientissimus Solomon: Mea, inquit, verba à Deo dicta sunt. Et beatus ille Moses, fidus minister præceptorum extitit Dei, & vniuersaliter vniuersi prophetæ non suis verbis vtebantur, sed Domini. Hac de causa omnes hæc dicit dominus, clamabant. *Act.3.* Et saluatoris discipuli admirantes magnalia quæ faciebant: Viri fratres, clamabant, quid nobis attenditis, quasi propria virtute ista facientibus? Quur ergo nemini vnquam istorum licuit dicere, ego in patre sum, & pater in me? Non videtis nihil præcipuum tribui à vobis filio, frustráque appellatum filium esse, si veluti sanctorum aliquis externa virtute operabatur. Non autem frustra, neque sicuti nos per gratiam, sed verè & naturaliter filius est. Propria igitur virtute non deforis sibi donata, miracula operabatur. Præterea, si sanctis licuisset dicere, Ego in patre, & pater in me est: dixisset certè saluator, Et ego in patre sum, & pater etiam in me est: vt ostenderet cæteris quoque id dicere licere. Nunc verò sibi soli hoc attribuit, quia solus ex patre verè generatur. Ita ergo propositus euangelij textus intelligendus est. Ex substantia patris emanat filius, nõ (sicuti creaturæ) ex nihilo ad esse productus, aut deforis substitutus:

sed

sed ex genitoris substantia proprius fructus, sicut ex lumine splendor, aut ex fonte fluuius. Quare qui vident filium, ipsum A patrem vident, & à filio genitorem intelligunt. Nam quoniam ipsum esse filij ex substantia patris prodit, idcirco filius est in patre. Et quoniam quod pater est natura, idipsum verbum suum est: ideo pater in filio est, sicut sol in suo splendore, & sicut mens siue intellectus in verbo suo, & sicut in fluuio fons. Natura enim paternæ substantiæ, ac (vt ita dicam) species tota in filio est, & ostendit ipsum in seipsa. Illud etiam attendendum, quod necessariæ dispensationis gratia hanc vocem Dominus emisit. Nam quoniam ad ostendendam identitatem naturæ, qua idem est cum patre, dixerat: Ego & pater vnum sumus. Ne quis igitur patrem filium, & filium patrem esse putaret, & dualitatem nominum solummodo faceret, & vnam *Ioan.10.* non duas personas arbitraretur, necessariò illud exposuit, dicens: Ego in patre, & pater in me est, vt quemadmodum ex illis verbis, identitatem substantiæ ostendit, sic ex istis dualitatem personarum, vt verè subsistentem patrem, & verè subsi- *Ioan.14.* stentem filium significaret. Nam pater & filius, natura vnum sunt numero personarum duo: non sicut si vnum in duas diui- B deretur partes, vt alterum in altero non sit: nec vt idem vnum duobus nominib. appelletur, vt dualitatis virtus in solis nominibus reperiatur: nec vt eadem persona modo pater, modò fi- *Sabellius.* lius vocetur, sicut Sabellius blasphemabat: sed sint (vt dicimus, numero personarum duo: pater enim semper pater est, neque vnquam in filium conuertitur: & filius semper filius, neque vnquam in patrem mutatur. Quumq; ita in dualitate vera personarum sint, vna in vtrisque natura, & vna deitas est. Similis enim naturaliter genitori filius est, vt imago, vt splendor, vt character substantiæ ipsius. Et ita propter identitatem substantiæ, vnum deum patrem & filium esse credemus. Nam sicut splendorem solis nõ aliud dicet quispiã esse lumen natura, præter ipsum solẽ, nec participatione aut habitudine quadam lumen appellari credet: sed quia natura ex ipso emanat, & ita duo hæc lumina esse ratione percipiet vnum verò esse natura non negabit: sic quanquam pater & filius in dualitate personarum inueniantur, nemo tamen aliud dicet esse patrem quàm filium, quantum ad deitatẽ & identitatem essentiæ pertinet. Et sicut sol in splendore suo est, & splendor solis in sole: sic pa- C ter in filio, & filius in patre, personarum numero duo, naturæ identitate vnum. Quare si quis diligenter scripturam scrutetur, inueniet omnia dici de filio, quæ de patre dicuntur: & omnia de patre quæ de filio, absque hoc solum, quod alter pater est, alter filius. Pater deus est, & verbum deus est: omnipotens *Apo.4.* pater, omnipotens & filius. Hæc dicit qui erat, & qui venturus *Ioan.9.* est, omnipotens dominus pater, & vnus dominus Iesus Chri- *Matth.9.* stus: lux pater, sed filius quoque lux. Ego sum, inquit, lux mũ- *Ioan 17.* di. Pater peccata dimittit, sed & filius similiter: vt sciatis, inquit, quia potestatem habet filius hominis peccata dimittere. Verè *Ioan.14.* igitur ipse dicit ad patrẽ: Quia mea omnia tua sunt, & tua mea. Et quia omnia patris filij sunt, conuersim quoque verè dicit: Ego in patre, & pater in me est. Identitas enim horũ omniũ, in dualitate incõmutabiliter lucet. Quare filius verè filius est: non enim omnia patris, secundum naturam sua essent, nisi ex ipso esset: nec omnia filij patris essent, nisi filius consubstantialis esset genitori. Quemadmodum si quis depictã regis imaginẽ videat & miratus pulchritudinẽ imaginis ipsum regẽ videre desideret: iure vtique imago ad eum diceret, qui me videt, regẽ vi- D det. & rursus: Ego & rex vnũ sumus, quantũ ad exactã similitudinem. & rursus: Ego in rege & rex in me est, quantum ad figurã & formã. Figura enim & forma, & species imaginis, species, forma, & figura regis est. Sic & filius dicit: Qui me videt, videt & patrem: ego & pater vnũ sumus: ego in patre, & pater in me est. Naturales enim dignitates patris incommutabiliter habet filius, & ideo patris imago est & ipsum genitorem in se *Philip.2.* monstrans. Ita & apostolicũ illud intelliges: Qui quum esset in *1.Cor.5.* forma dei, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo. *Ioan.14.* Æqualis enim Deo est, quia & ipse totus Deus est, non aliter quàm pater. Si erat in Christo deus, ad reconciliandum sibi mundum. Sic quæcunque filius operaretur, patris opera sunt. Nam quum nulla differentia deitatis & naturæ inter eos sit, nihil prohibet opera vnius opera esse alterius. Nam si quæ patri attribuuntur, omnia ipsi quoque filio non gratia, neque participatione, sed ita naturaliter insunt vt & ipsi patri: nec medium illum est inter patrẽ & filium, quod in dissimilitudinem distrahat: perspicuum est totum patrem esse in toto filio, & totum filiũ in toto patre. Probe igitur consequenter dicitur: Ego *Ioan.14.* in patre & pater in me est. & ego & pater vnum sumus. Nihil *Ioan.10.* enim habet alter quod alteri non insit, nisi quod hic pater, ille filius est. Talis ergo penitus filius est, qualis omnino pater est. Præterea Deus pater vocatur, & simul cum eo intelligitur necessario filius. Non enim esset pater, nisi ex seipso filium generet. & rursus: Quando filius appellatur, patrem simul intelligere necesse est: filius enim ad patrem dicitur. Si ergo alter in altero necessariò est, & alter in altero intelligitur, verè dicit saluator: Ego in patre, & pater in me est. Ad hæc: qui credit in filium, credit in patrem: & qui verè colit patrem, is etiam filiũ colit. Quur ergo hic in illo, & ille in hoc non erit? aut quur identitas essentię hinc non demonstratur? Ideo enim & vnus Deus in filio, & patre & spiritu sancto adoratur, & vnus deus ab omnibus predicatur & est: quia nulla differentia essentiæ, naturalísque similitudinis alterum ab altero disiungit. Sed patrem hæretici esse in filio, & filium in patre ideo dicunt, quoniam quæ pater vult, etiam filius vult & quæ filius, eadem pater, propter identitatem voluntatum: ergo alterũ in altero esse contendunt. Num igitur angelis, aliísque rationalibus virtutibus licebit (de quibus Psalmista scribit: Benedicite domino o- *Psal. 101.* mnes angeli eius, ministri eius facientes voluntatẽ eius) num inquam singulis istorum licebit hac saluatoris voce vti & dicere, Ego in patre, & pater in me est: & qui me videt, patrẽ videt? Nemo enim ambigit, quæ Deus vult, eadẽ angelos, archangelos, dominationes potestatésque velle: non enim maneret in ordine suo, nisi eadẽ vellẽt quæ Deus. Certè qui non permansit in voluntate Dei, sed aliud quàm Deus vellet quæsiuit, statim audiuit: Nunc ad inferos descendes, & ad fundamenta *Esa.14.* terræ. Si ergo vniuersi ordines superiorum potestatum eadem volunt quæ Deus, & tamen vocibus filij vti nequeunt, non idem velle & idem nolle filium in patre, & patrẽ in filio monstrat, sed essentiæ incõmutabilis similitudo atq; identitas. Præterea, si idẽ velle facit vt alter in altero sit, hoc ipsũ facit (quod nonnulli hæreticorũ audẽt dicere) vt verbũ, sapientia, & imago Dei filius appelletur. Quur ergo etiã angeli sapientia & imago Dei, & verbum dei, & lumen de lumine, & splendor, & in forma Dei non dicuntur, quũ & ipsi voluntatẽ suam ad volũtatẽ Dei conformem? quia videlicet non propter hoc, neque propter voluntatum conuenięti am filius est in patre, & pater in filio: neque propter hoc filius verbum & imago Dei est, nec sapientia & lumen de lumine ideò appellatur: sed quia ex ipso patre verè ac propriè genitus est. Si quoniam (inquiunt) imago patris filius est, idcircò vnius substantiæ cũ eo est: quid pro- *Cauillatio* hibebit nos quoq; homines qui similiter filij dei vocamur, & ad *hæretico-* imaginẽ dei facti sumus, eiusdẽ cũ deo esse substantiæ? Sed nos *rum.* (ô contentionis cupidi vos) per gratiã filij dei sumus: verbum verò dei, filius ipsius secundũ naturã est. De illo enim dicitur: Quis similis tibi domine in diis? non enim deforis, sed natura- *ps.88.& 81* liter filius est: de nobis autẽ: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos verò tanquã homines moriemini, & sicut vnus principũ cadetis. Facile enim nisi in fide & charitate vixerimus, gratiam amittimus. Imago autem dei sumus, quoniã verã imaginẽ eius, hoc est, verbum eius suscepimus: & habitauit in nobis, homo factus propter nostrã salutẽ. Immensa igitur differentia est inter nos per gratiã filios, & verbum dei, hoc est filium verum dei. Friuola igitur hæc ratio vestra est, qua sola similem patri filium putastis, quoniã videlicet ea velit, quæ pater etiã velit: vnde sequitur potius voluntatẽ voluntati similem esse, non filium patri. Pater enim secundum vos nomine solũ pater erit: filius verò, nec filius nec incommutabilis genitoris imago, sed solum imitator, & vt ita dicam, sequutor voluntatis eius: vt etiam Paulus Christi, cui similis erat: quoniã quæ Christus volebat, ea & docebat & faciebat. Quare imago volũtatis Christi, doctrina eius est, sed non est idem filio Dei secundum naturam. Hæc omnia quoniam ita se habent, absurdum & impium est. similitudinem & identitatem filij Dei cum patre in alia magis re, quàm in substantia esse putare: ita enim solum filius vera imago patris erit, veréque poterit dicere, ego in patre, & pater in me est. & rursus: Qui videt me, videt & patrẽ.

Ita enim pater & filius similes sunt in omnibus: sicut in hominibus patres filiis, & filij patribus secundum naturam similes sunt, & veluti si quis ad solem & splendorem eius aspexerit. Hac de causa quum filius operetur: pater operatur, & quum filius ad sanctos veniat, & pater quoque venit, vt ipse dicit: Veniemus ego & pater, & mansionem apud eum faciemus.

Ioan.14. Omnia enim (vt sæpius dictum est) ex patre per filium fiunt. Et gratia quæ sanctis datur, ex patre per filium præbetur. Gratia (Paulus inquit) vobis à Deo sit, & Domino Iesu Christo.

Rom.1. *1.Thes.5.* Et alibi: Ipse Deus pater & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Non enim dirigant, pluraliter dixit, quod Græci sermonis consuetudo flagitat, quādo de duobus diuisis dicitur: sed, dirigat, in singulari numero: vt ineffabilem vnitatem patris & filij ostenderet, significaretq; non seorsum aliquid dari aut fieri à patre, & seorsum à filio: sed ex patre per filium in spiritu sancto vt ex vno Deo. Nam si non eiusdem essentiæ filius esset cum patre, & si non esset in ipsis vnitas inseparabilis, sicut in splendore & sole, solus pater operari, & spiritum dare diceretur, nec in omnibus mentio filij fieret. Quur enim sic creatura est filius, ipse solus, & nulla creaturarum alia cum patre operari, & spiritum dare dicitur? Nemo certè audire patietur dicentem aliquem, vtinam Deus pater & angelus (verbi gratia) quispiam dirigat viam tuam.

Gratiam enim dare, Deo soli conuenit. Quum igitur vna cū filio, & per filium omnia in spiritu sancto pater faciat, patet filium non esse creaturam, sed verè genitum ex patre, & patrem in ipso esse, & ipsum in patre: & ita vniuersa fieri, & gratiā sanctis dari ex patre per filium, vt Paulus testatur: Gratias ago deo meo semper de vobis propter gratiam Dei, quæ vobis data est in Christo Iesu. Sed si nulla, inquiunt, creatura cum Deo simul in faciundo, dandóve aliquid accipitur, quamobrem patriarcha Iacob nepotes Ioseph filios benedicens, ait: Deus qui me alit ex infantia mea vsque ad hunc diem, & angelus qui liberat me ex omnibus malis, benedicat pueros istos? Ecce Deus nominatur, & angelus vnà cum eo: & quidem in singulari numero benedicere dicitur. Si prophetico spiritu decoratum hæretici fatentur, & sanctum Iacob fuisse virum non negant, cuius gratia ita ipsum errasse contendunt, vt angelum Deo coniunxerit, & vnà cum Deo posse benedicere putauerit? Nolint quæso ita sanctum virum illum vituperare, sed verum suorum verborum sensum inquirant, si sanctum fuisse illum arbitrantur: sin verò minimè id putant, quur autoritate ipsius ad confirmanda dogmata vtuntur? Sed nos nugis hæreticorum contemptis, patriarchæ verba breuiter exponamus. Spiritu ergo ille sancto ad veritatem dogmatum ductus, primo Deum orat, vt pueros benedicat, & simul etiam angelum, qui liberabat eum ex omnib. malis: vt per deum patrem ipsum significaret, per angelum autem verbum patris. Non enim ignorabat, quia nomen eius magni consilij angelus est. Quod autem non angelum (vt intelligunt hæretici) sed filiū Dei significarit, inde patet, quod quum dixisset angelus, statim addidit: qui me liberat ex omnibus malis. A verbis igitur ipsius cōsideremus, deus ne ipsum à malis omnibus liberarit, an aliquis angelorum qui sunt creati. Luctatus dicitur angelus cū patriarcha illo fuisse, idq; scriptura diuina testatur: quē patriarcha tenuisse dixisseque ad ipsum dicitur: Non te dimittam, nisi me benedicas.

Esaiæ 9.

Gen.32. Erat autem ille deus in specie creaturæ cum patriarcha luctatus, sicut ipsius patriarchæ voce apparet: Vidi faciem Dei. Hūc igitur angelum quē tunc vidit, orabat vt pueros beneficeret.

Gen.28. Præterea, visus est (vt scriptura dicit) Dominus Deus patriarchæ Iacob, & dixit ipsi: Ecce ergo tecū sum, & custodiam te in omni via quocunq; ieris. Deus igitur erat, qui liberabat ipsum, non angelus. Et rursus quando Laban persequutus, deprehendit eū, tunc quoq; Deus ipsum liberauit, vt ipse vxoribus dicens testatur: Et non dedit, inquit, deus Laban potestatē male faciendi mihi. Et quando rursum frater Esau insidiabatur ei, non angeli, sed Dei auxilium implorabat, dicens: Libera me domine de manu fratris mei Esau, quia timeo ipsum.

Genes.31.

Gen.32. Deus igitur ipse, hoc est filius Dei, nomine angeli à Iacob in benedictionem filiorum Ioseph nominatur. Sed species quoque patris filius dicitur. Saluatoris enim verba ad Iudæos hæc sunt: Qui me misit pater, ille testimonium perhibuit de me, cuius vos nec vocem vnquam audistis, nec speciē ipsius vidistis, & verbum eius non habetis manens in vobis: quia quem ille misit, huic vos non creditis. Si ergo qui non crediderunt verbo ex patre misso, nec vocem Dei audisse dicuntur, nec speciē ipsius vidisse, nec verbum ipsius habere manens habitánsque in ipsis: perspicuum est, quod si missum ad eos filium dei suscepissent, vocem quoque ipsius dei audiissent, & speciem eius vidissent, & verbum eius habitans in eis habuissent. Omnia ergo hæc filius esse ostenditur, vox, species, & verbū patris: & si species est, patet, quia etiam imago & character substantiæ genitoris, habens in se ipso naturaliter illum cuius character est.

Ioan.5.

Verè igitur dicitur, Ego in patre, & pater in me est: &, ego & pater vnum sumus. Idcircò quando patriarcha Iacob cognominatus fuerat Israel, tunc (vt scriptura dicit) sol ipsi ortus fuerat, quando transiuit species Dei. Nihil certè aliud speciem dei scriptura ibi nominauit, nisi eum qui liberè, verèque clamat: Qui videt me, videt & patrem: &, ego in patre & pater in me est: &, ego & pater vnum sumus. Sed saluator, inquiunt, patrē & pro discipulis, & pro vniuersis in se credentibus rogat, dicēs: Pater sancte custodi eos in nomine tuo, quos mihi dedisti, vt sint vnum sicut & nos. & rursus: Nec pro istis solis rogo, sed hæreticoetiam pro credentibus per sermonem istorum in me: vt omnes vnum sint, sicuti tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi vnum in nobis sint, vt mundus credat quia tu me misisti. Et ego gloriā quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Ego in ipsis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum, vt mundus cognoscat quia tu me misisti. Quemadmodum igitur nos, quamuis homines secundum naturam simus, in patre tamen vnum sumus: sic & ipse filius vnum est cum patre, & ipse pater vnum cum filio, sicut eiam nobiscum. Et quemadmodum nulla ratio coget similes patri nos secundum naturam esse, quia vnum cum ipso fieri dicimur: sic non est necesse filium ex substantia patris esse, quoniam ait, ego in patre, & pater in me est: quum ita sit in patre, vt diximus, quemadmodū & nos ipsi. Aut ergo nos etiam ex substantia patris sumus: quoniam ad vnum cum Deo reducimur. Aut si homines tunc quoque sumus quando vnum facti sumus cum patre hoc ipsum etiam de filio credendum est. Remanet enim in natura sua, nec in substantiam patris conuertitur, quamuis vnum fiat cum ipso. Hæc hæreticorum quoque pater diabolus dixit, ac ideò audiuit: Nunc ad inferos descendes, & in fundamenta terræ. Ausus enim fuerat dicere: Ascendam super nubes, & ero similis altissimo. Quare sicut verè filius dicit, Ego & pater vnum sumus: idque propter identitatem substantiæ: sic & hæretici verè dicerent, nos & pater noster diabolus vnum sumus, qui vnum & idem volumus. adeò enim insaniunt, vt quum per gratiam ipsi quoque dij vocentur, similes se esse putēt ei secundum naturam, qui gratiam dedit. Et qui vocati sunt ad similitudinem filij, secundum naturam æquales esse se credant illi qui vocauit, & qui naturalem sibi dignitatem ex misericordia per gratiam eis concessit. Nam si pater & filius sic vnum sint, sicut nos cum patre, & pater nobiscum, nulla differentia erit inter verbum Dei & nos: sed erit idem nobiscum secundum naturam: tempore forsan solummodo differens, quoniam ante omnes fuit: sicut Adam, verbi gratia, similis secundum naturam Paulo & Petro fuit, quamuis longo tempore ipsos præcesserit. Quare igitur ipse creator noster vocatur, quum nos creatores non simus? Et nos quidem per ipsum facti sumus, ipse autem creator omnium est. Consequens verò est, si eiusdem naturæ cum ipso sumus, eundem apud patrem nos quoque locum obtinere, quem ille obtinet, & singulos nostrūm vnigenitos appellari, & verba & sapientiam patris. Nam quorum natura vna est, eorum nomen quoque commune est: & quod vni secundum naturam inest, id cæteris quoque inest qui eiusdem naturæ sunt. Quæ omnia si absurdissima sunt, nec creatores ipsi vocamur, nec sapientia patris, nec lumen de lumine, sed solus hæc filius verè possidet, non erit eiusdem naturæ nobiscum. Ineffabiliter igitur ipse ex patre est, & naturaliter vnum cum ipso, non sicuti nos, gratia & participatione: veluti ferrum quum ignitum fuerit, & ignis participatione dicitur. Non enim omnia quæ similia sunt alicui, vnum cum ipso sunt secundum naturam. Nam multotiens quæ naturaliter

Esa.14.

turaliter aliis insunt, ea sicut imagines motionum voluntatis nostræ fiunt. Sanè naturaliter animalibus rationis expertibus ineſt pronitas atque propensio ad irrationales affectus explendos, quod rationem non habeant, qua illos moderentur & frenent. Hinc homines suo indulgentes animo, & recte rationis ductum non sequētes, sed appetitum brutum atque effrenem, illorum censentur animalium nomine, quorum insitas & naturales prosequuntur passiones. Et id quidem frequens in scripturis occurrit ac inuenitur. Veluti quod scriptum apud psalmistam est: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. & rursum: Homo quum in honore esset, non intelexit, sed comparatus belluis & brutis, similis factus est eis. & alibi: Equi furentes in equas facti sunt. Hæc saluator ad discipulos suos apertiora fecit, dicens: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. & rursus: Estote misericordes, sicut & pater vester in cœlis misericors est. Si ergo similes secundum naturam facti sunt belluis & brutis, qui carentiam rationis ipsorum sequuti sunt: & rursum, si discipuli serpentis prudentiam, columbæ simplicitatem, & cœlestis patris misericordiam imitati, serpentes, columbæ, & dij secundum naturam facti sunt: nihil prohibet, quando vnum fieri cum Domino dicimur, aut cum ipso Deo patre vnum cum deo essentialiter nos factos esse arbitrari. Sin autem operationis alicuius similitudo facit, vt serpentes vel columbæ & cætera dicamur, non erimus secundum substantiam idem cum Deo, quia vnum cum ipso facti esse dicimur. Sed sicut ipse vnū est natura cum verbo suo, sic & nos ad vnum inter nos reducimur volūtatis coniunctione atque concordia, quando nullo modo dissentimus, sed vno charitatis vinculo in vnitate cōiungimur. Præterea solet saluator & dominus noster bona, quæ naturaliter insunt sibi, proponere, & ad similitudinem hortari nos, vt ad diuinam sic imaginem, ad quam facti sumus, nos reformer. Quando igitur mites nos esse hortatur: Discite à me (inquit) quoniam humilis sum, & mitis corde. Nec tamen si eum imitati mites erimus, natura quoque ideò sibi similes erimus, sed in sola mansuetudine, inquantum fieri potest, assimilabimur. Sic igitur, quando de nobis dicit, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, ad exemplar nos hortatur: nec quia natura vnum cum Deo fieri possemus, id dicit: sed vt quemadmodum naturaliter ipse vnum cum patre est, sic nos concordia & consensu vnum simus, naturalémque identitatem patris & filij quasi exemplar sequuti, voluntatis coniunctione ipsam imitemur, quæ nos quasi corpus vnum & animum vnum efficiat. Sic enim de iis qui crediderunt, scribitur: Quia multitudinis ipsorum cor vnum & vnus animus erat. Nam quæ aliquibus natura insunt, firmæ quasi fiunt imagines, si qui voluerint suam ad eas voluntatem conformare, quale illud est: Estote sicut serpentes: estote sicut columbæ. Identitatem igitur naturalem quam habet cum patre, & imaginem, & similitudinem, & exemplar (quod intuentes, voluntate vniamur) nobis proponit. Quando igitur de nobis dicit, Vt & ipsi vnum sint, sicut & nos vnum sumus: non vt omissa natura nostra, ad naturam filij commutemur, id dicit: sed vt (veluti dictum est) id voluntate nos efficiamur, quo ipse natura cum patre est. Quare si quis naturalem coniunctionem nobis cum filio Dei futuram arbitratur, vehementer errat, impossibilia fingens. Nam si dicere voluisset, natura nos vnum cum filio fore: dixisset profectò, Vt vnum ipsi mecum sint, quemadmodum ego tecum. Nunc verò non ita dicit, sed plurali numero vtitur: vt sicut ego & tu vnum sumus, sic & ipsi vnum in nobis sint. Ita clarè docet, non natura cum Deo nos coniungi, quod impossibile est: sed posse fide atque charitate, quum ad exemplar naturalis vnitatis filij & patris nitimur, vnum vnitate voluntatum fieri, quod ipsi & patri naturæ ineſt vnitate. Præterea, quod in Deo fieri dicitur, non naturæ mutationem, sed ab eo, vel per eum fieri significat. Inte (inquit Psalmista) inimicos nostros cornu petemus, & rursum: In Deo meo transgrediar murum. Perspicuum enim est quod non in Deo naturaliter factus, murum se trangressurum & cornu petiturum dicit: sed in nomine Dei & in virtute ipsius, id se facturum ostendit. Quando igitur dicit, vt ipsi quoque in nobis vnum sint, non quia natura humana cōuertatur ad Dei naturam, id dicit: sed quia in nomine virtutéque patris & filij vnam habebunt voluntatem atque consensum. Addidit autem, sicut & nos vnum sumus: vt exemplar vniendarum voluntatum, naturalem suam vnitatem cum patre credentibus proponeret. Similitudinis enim aduerbia, sicut, quasi, veluti, cæteráque huiusmodi, non totam rem eandem toti significant, sed similitudinem aliquam ostendunt. Ideò addidit, vt sint perfecti in vnū: vt totius textus hic sensus sit. Nam quia magnam, imò immensam generi hominum filius dei conferre gratiam voluit, ideò vniuersos ad coniunctionem attrahi sui studuit: factus est enim in nobis, quia hominem induit is, qui patrem habet in se, sicut verbum & splendor eius. Sicut igitur ego, inquit, in ipsis sum, qui homo factus idē cum ipsis sum: & tu pater in me, qui eiusdem tecum substantiæ sum: sic volo vt & ipsi in vnitate inter se coniuncti, & quasi vnum facti corpus, in me omnes sint: qui omnibus propter assumptionem vnius templi coniunctus sum. Et sic erunt vnum, & erunt perfecti, sicut ego perfectus sum, etiam post hominem assumptū. Non igitur natura nostra omissa, ad dei naturam mutamur: sed vnum esse cum deo dicimur, quia participes eius sumus. In hoc (inquit Ioannes) cognoscimus, quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia ex spiritu suo dedit nobis. Si ergo quia participamus spiritu sancto: vnum sumus cum Deo, & nos in ipso, & ipse in nobis manere dicitur: & filius Dei non est de numero participantium spiritu sancto, sed ipse dator ipsius spiritus est, pater quia non vt ipse in Deo patre est, sic & nos sumus: sed ipse quidem in ipsa genitoris natura sicut verbum, sicut splendor, & sicut character ipsius est. Nos verò, quia spiritu sancto per ipsum filium participamus, vnum esse cum Deo dicimur. Idem Ioannes alibi scribit: Quicunque confitebitur quia Iesus est filius Dei, Deus in ipso manet, & ipse in Deo. Si ergo propter huiusmodi confessionem in Deo sumus, & ipse in nobis: filius verò non ea de causa sit in patre (nec enim pro merito confessionis in dono accepit, vt sit in Deo) non est ambiguum homines gratia & dono vnum esse cum Deo, & propter fidem & confessionem huiusmodi, donum hoc diuinitus accipere. Dei autem verbum naturaliter est in patre, non dono & gratia, & patrem similiter habet in se. Quod vt apertius intelligatur, ponamus aliquem fide & charitate confiteri nunc, quia Iesus est filius Dei. Is ergo secundum Ioannis dicta, spiritum sanctum propter huiusmodi confessionem accepit: & quoniam Deum in se accepit, & Deus in ipso, & ipse in deo est. Ponamus enim quod postea ex suggestione diaboli mutet homo huiusmodi sententiam, & neget Iesum esse filium Dei: amisit igitur gratiam, & à spiritu sancto desertus, nec ipse in deo erit, nec deus in ipso. Hic certe sicut ante confessionem homo erat, sic & in confessione & in negatione homo erit. Non ergo naturaliter Deo coniungimur, nec natura vnum cum ipso fideles sumus: sed vt gratia & charitas nos illi cōiungit, sic vitium ab illo nos remouet. Si ergo confidentes in charitate, quia Iesus est filius Dei, in Deo sumus: & negantes alienamur ab ipso: filius autem non dono, nec propter confessionem huiusmodi cum Deo est: non erit certe ita ipse in patre, sicut nos. Sed ipse quidē naturaliter & incommutabiliter, sicut ex ipso natus: nos verò gratia & participatione. Quare sicut ipse naturaliter & filius & Deus est: sic nos gratia & participatione filij Dei & dij efficimur.

Psalm. 31, & 48. *Hier.5.* *Matth.10.* *Lucæ 6.*

Matt.11.

Psal. 43. et 17.

Act.4.

Matth.10.

De similitudine filij ad patrem: & quod filius non est naturæ mutabilis, neque deforis subsistens, sed ex ipsa substantia patris genitus, sicuti verè filius.

CAP. II.

Aduersario, ũ captiosa obiectio.

SI filius incommutabilis, inquiunt, patris imago est, similisque est in omnibus & per omnia genitori: quur ipse quoque non generat? & quur filij alicuius non dicitur pater? Sic enim exacte similis per omnia ipse erit. Sin autem ipse non generat, quomodo in non generante generans erit? Dissimilis enim, alienúsque à patre in hoc erit. Si Deus omnino quemadmodum homines generat, nec vlla differentia inter hæc est, iure generandi potestatem etiam à filio peterent: sin verò longe sublimior est natura Dei, erit certe à legibus quoq; nostris libera. Non igitur vt homo, genuit Deus: quare qui natus est, humanis legibus non subiicitur. Ineffabilis enim sua ex patre generatio est. Quod si putēt, necesse esse à filio Dei alios nasci, quia ipse natus

Esa.53

ex patre est: quur patri etiam patrem non quærunt, secundum humani generis consuetudinem? sin autem pater à nullo est, & nostras leges omnino etiam in hoc superat, nulla ratio coget vt à filio filium nasci oporteat. Erit enim in hoc etiam patri similis: vt sicut hanc animalium naturam pater excedit, quoniam à nullo est: sic filius quoque excedat, quoniam nullum generat. Nam propter hoc etiam mirabilis imago patris in filio est. Sicut enim pater immutabilis est, quia semper pater & nunquam filius: sic verbum suum ex ipso prodiens, immutabile permanet patris verbum, & semper filius, & nunquam pater: similis igitur in hoc quoque genitori est. Sed interrogare nos solent, vtrum liberi arbitrij filius sit, an minimè? Nam si liberi est, inquiũt, electione non natura bonus est, quare potuit in contrarium immutari. Hæc enim liberi arbitrij vis est, vt ad vtramuis partem tendere possit. Id autem mutatio & passio est, quam qui potest pati, quomodo immutabilis dei atque impassibilis erit imago? Sin autem minimè liberi arbitrij filius est, atque ideo non potest diuersa eligere, sed necessariò semper manet quod est, quasi lignum vel lapis in seipso subsistet, naturæ vinculis, non libertate arbitrij vnitus. Oporteret certe non respondere ad hæc interrogata, quæ ita inconsiderate proferuntur. Nam melior tunc temeritas est, quando ita versutè cõtextæ interrogationes sunt, vt sine blasphemia respondere non possis. Si enim liberi arbitrij filium esse dixeris, sequitur statim ex libertate mutatio. Liberum enim est, quod mutari etiam in contrariũ potest, quamuis id nunquã passum sit. Sin verò alterum dixero, statim quasi lapidem propter immobilitatẽ filium dei esse conclamant. Hæc nec sine suo periculo agitant, nec sine aliorum periculo prædicant. Sed quid ipsi facient, si nos quoque de patre similiter interrogabimus? an sicuti vos formidabunt, & tacere melius, quàm hæc proferre arbitrabuntur? Sed si tamen nos quoque coacti similiter (vt dixi) de patre interrogaremus, quomodo responderent? Hic ergo videant oro quàm periculosissimæ sint interrogationes huiusmodi, & simile patri esse verbum suum in omnibus, præterquàm quod pater solum pater est, & filius solum filius, constantissimè piéque credant. Nam si patris incommutabilis imago est, veréque dicit: Ego & pater vnum sumus. &, qui me videt, is patrem quoque videt: immutabilis certe sicuti pater est. Quomodo enim vera imago immutabilis patris, mutabilis filius erit? aut quomodo verè dicet, vnum sumus, si mutabilitate & immutabilitate dissepărătur, & tam magna dissimilitudine distrahuntur? Quare quoniam impossibile est falsa dici à veritate, vnum ipsa veritas, hoc est filius & pater erunt, & ita necessariò quod pater est, id ipsum filius quoque erit. Sed immutabilis pater est, immutabilis igitur etiam filius, & per omnia patri similis. Præterea, si liberi arbitrij secundum hæreticos, & mutabilis naturaliter filius est: sed electione boni ad eam cõditionem peruenit, vt iam nullam ad patrem habeat differentiam, sed possit dicere, qui me videt, is etiam patrem videt: nihil in deo magnum est, quippe cuius naturalem bonitatem etiam mutabiles creaturæ possint assequi, si voluerint. Id quoniam impiè dicitur, necesse est vt ad naturalia deitatis bona, nulla rationalis creatura possit peruenire: sed omnia naturalia bona deitatis, in filio esse à scriptura prædicătur. Natura igitur similis patri est, non studio, aut quia mutatus ad similitudinem patris est. Perfectus enim est ex perfecto, & immutabilis ex immutabili. Quomodo enim non erit perfectus, qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo? aut quomodo non est immutabilis, cui vnum & idem esse cum patre ipso est? Ad hæc, arbor ex fructu suo cognoscitur, fructus autem patris, verbum suum, hoc est filius suus est. Quare aut arborem etiam mutabilem esse ostendant: aut si arbor immutabilis est, itaque ab ipsis creditur, filium quoque immutabilem esse credant: præsertim quum multa sint scripturæ testimonia, quibus immutabilis filius esse demonstratur. Nam dicenti Philippo, Ostende nobis patrem, & cætera: Tanto, respondit, tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Qui videt me, videt & patrem meum. Si ergo filij cognitio, patris cognitio est, necesse est talem esse filiũ, qualis sit pater. Sed pater immutabilis est, immutabilis igitur filius est. Et Paulus: Iesus Christus heri & hodie, ipse quoque in secula. Et Psalmista: Tu ab initio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes quasi vestimentum veterascent, & sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et saluator ipse de se: Videte me videte; quia ego sum, & non mutor. Et Hieremias: Quia tu sedens es in secula, & nos perimus in secula. Hic enim stabilitatem atque immutabilitatem diuinæ naturæ per sessionem propheta significauit: mutationem verò creaturarum continuam significauit, quum dicit: Et nos perimus in secula. Si ergo scriptura in creaturis solum mutationem & interitũ nouit, & ab his filium excidit, quum dicat, Tu verò idem ipse es: non est certe mutabilis naturæ filius. Non est enim idem qui mutari possit. Accedit, quod si non sit naturaliter immutabilis, sed per accidens id assequutus, patrísque factus sit postea propter virtutes suas similis, fuisset aliquando dissimilis patri. Et quomodo erit filius, qui aliquando dissimilis naturæ fuit? aut quomodo stabilis in eo erit beatitudo, bonitas, cæteráque huiusmodi, si per accidens hæc sibi contigerunt? nam quæ acciderunt, desinere quoque poterunt. Impium ergo est cogitare, mutabilem esse filium. de quo ait scriptura: Tu autem idem ipse es; & in quo omnes deitatis dignitates inesse perhibentur. Ad hæc, quod mutari potest, non potest verè de seipso dicere: Ego sum veritas. Nam quod modò sic est, & deinde non sic, ipsum in seipso mutatur. Filius autem verè de seipso dicit: Ego sum veritas: non est ergo mutabilis, sed similis patri atq; incommutabilis. Mutabilem esse filium ostendere studeant hæretici, vt ex hoc creatura, & dissimilis patri esse videatur. Multáque ad comprobandum furorem suum ex scripturis proferunt, vt simpliciores autoritate ipsarum seducant. Et inter alia, illud Apostoli: Propterea & deus ipsum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomi ne Iesu omne genu flectatur. Et illud Psalmist. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participib. tuis. Deinde cauillantur dicentes, porpterea ideò, cæteráq; huiusmodi verba causam significare, propter quã exaltatus est, & propter quã donatum est sibi nomen super omne nomen, & propter quam vnctus est oleo exultationis. Si ergo (inquiunt) aliqua de causa hæc habuit, mutatus est necessariò, & factus talis, qualis nõ erat antea, quàm hæc sibi donata essent. Deinde omnis data dignitas potest auferri: qui autem eius conditionis est, vt possit sibi dignitas aliqua dari & auferri, quomodo similis omnino erit immutabili patri? & quomodo vera eius imago erit, qui semper idem est? Si secundum vos aliqua dei filius de causa exaltatus, & oleo exultationis vnctus est, si causa illa non fuisset, non esset quod est: & ita non esset natura deus, sed per gratiam: nec natura filius, sed per gratiam: & merces sibi data esset, vt & deus & filius dei vocetur. Nulla igitur esset inter ipsum & nos differentia: liceret enim etiam nobis per fidem & charitatem similia cõsequi, quippe & dij & filij dei per gratiam vocamur, & oleo exultationis vngimur. Est autem absurdissimũ, filium dei verum, propter quem deus pater est verus, quia ita est deus ex deo, vt homo ex homine: absurdissimum inquam est, æqualem nobis ipsum filium dei putare, qui non verè filij & dij sumus, sed per gratiam propter misericordiam dantis. Præterea, apostolus Paulus de ipso dicit: Qui in forma dei est, nec rapinam arbitratus est se esse æqualem deo: sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et post pauca: Propterea deus ipsum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Quando igitur fuit factus homo, tunc sibi nomen fuisse donatum scribitur, & tunc exaltatus dicitur. Num igitur ante incarnationẽ, huiusmodi nõ fuit? Nam si fuit huiusmodi, superfluum est dicere postea ipsum accepisse: sin verò non fuit talis, neq; habebat hęc, mutatus profectò quum acceperit, est. Quid igitur erat secundũ vos, antequã hæc accepisset? Sed si hæc factus homo, accepit vt homo, sapientia certe & virtus patris, & veritas, & lumen de lumine, & vita & imago patris semper fuit, & semper erit. Nam si hæc quoque ante humiliationem non habuit, videant quæso, quomodo rerum omnium ordo per summam impietatem cõuertatur. Scripturæ nanque diuinæ incarnationem filij hominis factam prædicant ad restitutionem totius humani generis: sin verò (vt ipsi dicunt) exaltatus post incarnationem est filius dei, & factus sublimis, quod antea nõ habebat, pro se magis incarnatus esset quàm pro hominibus. Sibi enim magis secundum vos profuit, quam hominibus. Ita non pro nostra salute magis quàm vt ipse exaltaretur, noménque maximum assequeretur, homo fact' esset. Quomodo igitur prophetæ & apostoli

Ioan.10. *Ioan.14.* *Hebr.13.* *Psal.101.* *Malach.3.* *Philip.2.* *Matth.7.* *Ioan.14.* *Philip.2.* *Psal.44.*

stoli saluatorem appellant nostrum, si sibi magis quàm nobis profuerit? Vel quomodo pro nobis mortuus est, si ea pro morte deus ipse ac filius dei appellatus est? Hæc impia si quis voluerit effugere firmiter credat necesse est, nihil mutationis filio dei accidisse: sed naturaliter similem patri vt filium verè confitebitur. Ad hæc, si non fuerit secũdum vos semper filius, aut si erat quidem, sed melior postea factus est, quando humiliatus formã serui accepit: quomodo per ipsum omnia facta sunt? aut quomodo dilectus erat patri filius, qui perfectus non erat. Imperfectus enim erat secundum vos, quoniam multo melior factus postea fit. Aut quomodo adorabilis postea factus est, qui à principio id habuisse videtur? Adorauit enim ipsum Abraham in ilice Mambre, & Moses in rubo, dicentem: Ego sum qui sum. Quomodo autem (sicut Daniel ait) millies centena millia ipsi administrabant? quomodo in excelsa elatáque sede sedere videbatur, ita vt Seraphin ei gloriam redderent? Aut quomodo rursus cœlorum virtutes quum audissent, Tollite portas principes vestras: interrogassentque quis esset iste rex gloriæ: audierunt rursum: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ? Non dixit, factus est dominus virtutum, & rex gloriæ: sed hic qui est nunc, & olim erat dominus virtutum, est rex gloriæ. Si ergo id erat olim & ante incarnationem, quod modò est, non absque impietate mutationis dicitur susceptiuus. Nec (vt hæretici aiunt) quoniam recte egit filius, & sapientia & verbum dei appellatus est: sed erat semper immutabilis, & genitori naturaliter in omnibus semper similis, nõ à minore gradu ad maiorem mutatus. Sed contrà quispiam potius diceret: Exinaniuit enim seipsum, formam serui accipiens. Et ita tanto submissior visus est, quantum inter deum & hominẽ interest. Non enim erat antea creatura, & postea deus: sed quum deus æternaliter esset factus est postea homo. Melior ergo ipse per incarnationem factus non est. Exaltari autem dicitur, & in loco gratiæ nomen super omne nomen accepisse: quoniam cum assumpta carne illò reductus est, vbi semper est sine carne. Ipse quippe dicit ad patrem: Pater glorifica me illa gloria, quam habebã apud te antequàm mundus esset. Quæ autem erat gloria filij antequàm mundus esset? illa videlicet, quod erat in forma dei. Non ergo ad meliorem mutatus est: sed gloria & exaltatio quæ post incarnationem sibi donatur, nihil aliud est quàm dedecoris (vt ita dicam) destructio: quod dedecus propter humiliationem, vsque ad assumendam carnem & formam serui, quãuis carnis & serui proprium esset, in ipsum tamen propter incarnationem redundare videbatur, præsertim quoniam homo solum & non deus putabatur. Dicuntur autem hæc à patre dari, non quoniam ab ipso etiam vt deo non concedebantur: sed quoniam vna persona filius dei est cum homine, qui hæc recepit. Ad hæc, si secundum vos post humiliationem incarnationis exaltatus esset, & ideò donatum sit illi nomen super omne nomen, vt videlicet deus vocetur, & propterea etiam vnctus sit, filiúsque nominatus, necesse erit dicere nõ fuisse ista prius in filio dei. Non enim potest aliquis accipere, quod etiam habet antequàm accipiat. Quomodo autem verè scriberetur: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes? Id enim ante incarnationem dictum est, antequàm secundum hæreticos non dicebatur filius dei. Quomodo igitur ipse aliis misericordia sua dicebat: Dij estis, & filij excelsi omnes? Non enim possunt ad imitationem veri filij per gratiam filij fieri, nisi verus antea filius fuerit. Nam si participatione filij per ipsum adoptamur, quomodo participans ante participatum erit? & quomodo quod factum est, prius illo erit per quod factum est? Hæc absurda nimium atque impossibilia sunt. Immutabilis ergo filius est, nec per gratiam, sed substantialiter ac naturaliter idem cum patre est. Præterea, si quasi virtutis, vel humiliationis, vel obedientiæ mercedẽ habuit, & sic factus est, quod non erat, filius dei: quomodo ante incarnationem nonnulli patrem cognoscebant? quum dicat filius: Nemo nouit patrem præter filium, & cui filius reuelabit. Nam si non erat secundũ vos filius, non erat certe reuelator: quomodo ergo pater reuelatus patribus fuit? Quod si semper pater cognoscitur, & reuelator certe semper filius est: sed erat & est semper naturaliter patri similis, rei nullius indigens, perfectus atque incommutabilis.

Ioan.1. *Genes.18.* *Exod.3.* *Dan.7.* *Esaiæ 6.* *Psal.23.* *Ioan.14.* *Philip.2.* *Psal.81.* *Ibidem.* *Matth.11.*

Quod ex substantia patris filius est, nec extra productus vt hæretici aiunt: & quoniam non extra productus, ideo similis patri est.

CAP. III.

NOn esset, inquiunt, deus excellentior homine, si sicut homo ex seipso pariat hominem: sic deus ex seipso pariat filium. Verum quoniam super omnem creaturam est, non patiet ex substantia sua vt homo filium, sed extra ipsum producet: non erit ergo filius natura similis patri. Libenter interrogauerim, vtrum isti nulla in re vestigium similitudinis dei esse in nobis, & in cæteris creaturis opinantur. Nam si aliquod esse cõsenserint, inane inuenitur quod nobis proposuerunt: sin verò nullum similitudinis vestigium esse contendant, dicant nobis quæso, an homo substantia est: & si substantia est, quur nõ negant deum substantiam esse? Et rursus, verbũ habet homo, rationalis enim est. Et erit ergo deus secundum istos absque verbo, si nullum vestigium eis in homine est. Si autem, quantum natura nostra patitur, similes in his deo erimus, quur etiam in generando aliquam similitudinem nobiscum deus non habebit? Oportet certe intelligere atque credere, quoniam ad imaginem diuinæ naturæ facti sumus, id quoque cum multis alijs habere, vt ex nobis possimus generare: quoniam & creator deus ex seipso generat filium, nec extra seipsum producit, & ideò etiam similis illi natura in omnibus est. Sed nos, inquiunt, corporei alimenti abundantia, quasi materia vsi, filios inde generamus: sicut quando etiam extra nos quicquam facimus, materia nobis opus est. Deus verò vt cuncta ex nihilo creat, nulla materia indigens, ita nulla in seipso multiplicatur materia, vt ex ea possit filium parere. Sicut ergo non ex præsubiecta materia creat, sed extra ex nihilo cuncta producit: sic ex seipso generare filium non potest: non erit ergo filius naturaliter patri similis, quoniam neque ex seipso, sed extra ipsum ab ipso productus. Quomodo igitur, ô ingeniosissimi vos, vnigenitus esse filius scribitur, si etiam ipse veluti creatura creatus ad extra est? aut quomodo verè filius, qui ex substantia genitoris non effulsit? Nam si possibile esset, quæ ex nihilo, id est, ad extra producta sunt, filios naturaliter appellari, non esset vnigenitus filius verbum dei, quum in hoc cum omnibus creaturis conueniat: sin autem possibile non est, sed solus vnigenitus est filius dei, non vt creatura, à non esse ad esse vocatus est: sed sicut verè filius ex patre prodiit, atque ideo similis ipsi est. Præterea, si omnia ex nihilo producta sunt, & ipse similiter filius, quamobrem ille natura dominus est, omnes autem creaturæ natura seruæ? Aut enim domini nomine, naturaliter cuncta honorari par est, aut ipsum quoq; filium, seruum cum omnibus appellari, si similiter creaturis ex nihilo ad extra productus est. Id autem nusquam in diuina scriptura legitur: sed filius quidem natura dominus scribitur: creaturæ verò natura seruæ. Ecce, inquit, omnia tibi seruiunt. Et filium quidem vnà cum patre adorare & glorificari legimus, creaturas verò adorare atque glorificare. Non est ergo (vt cætera) productus ad extra, sed vt natura filius ex patre generatur: similis ergo in omnibus genitori naturaliter est. Sed ignorare videntur isti qui syllogismis inanibus, & sonitu magno verborum magis quàm veritate iactant: quia quod verè est, & quod ex propria sua substantia generare potest, verè deus est. Ipse enim est, qui est: nam cætera omnia non sunt antequã producantur. Quod igitur verè est, cui esse proprium nomen est, ipsum solum ex sua substantia generat. Cætera enim (vt verbi gratia, homines) non ita ex sua substantia generare videntur, quia non ex seipsis id habent, sed à diuina voluntate ad hoc vocati sunt. Diuina enim lex, quę creatoris voluntas est, facit vt homo generet. quod pater, quia non omnia generant, sed solum quæ ipse voluit. Quod igitur proprie generat ex seipso, deus est: cætera ad imitationem illius id faciunt. Quomodo igitur non absurdum est dicere, creaturas quæ deum in hoc imitantur, filios ex seipsis parere, & exemplar illud ad quod creata sunt, non generare ex seipso, sed ad extra filium suũ produxisse? Quoniam igitur id absurdum est pater verè ex seipso filiũ generat, & ideo similis sibi filius in omnibus est, & æternitas atq; incommutabilitas patris in filio quoque naturaliter erit.

Exod.3. *Psal.118.*

De similitudine patris & filij, similiter proposito texto: Nemo bonus nisi deus.

CAP. IIII.

SI nemo, inquit, bonus nisi deus, vt ipse testatur filius, quomodo erit similis patri: qui natura bonus non est? præsertim quum apertissimè à naturali, substantialique bonitate seipsum

Marc.10.

excipiat. Quid enim, inquit ad scribam, bonum me dicis? nullus bonus præter Deum. Aut non vident quantum ex his verbis sequitur periculum: aut si vident, ludere volùt in re, in qua minimè ludendum est. Patrem enim solum naturaliter bonum esse volunt, filium verò minimè: quomodo igitur erit filius, si naturaliter patri similis non erit? Sed in hoc, inquiunt, similem dicimus, quoniam pater talem voluit ipsum facere qualis ipse pater est. Quemadmodum quando artifex domum ædificat, similis est domus & imago exemplaris quod in mente artificis est: & tamen propter materiam alia est ædificata domus, quã illa quæ in mente artificis est, & longe alia quàm ipse artifex. Vt ergo domus imago & similitudo mentis est, sic & filius patris: non autem secundum naturam & substantiam imago ac similitudo est, vt vos prædicatis. Ridicula hæc sunt omnia imò autem lachrymis digna. Quis enim non ingemiscet, tantã hominum impietatem considerans? Nam si secundum essentiam dissimilis patri est, similis autem secundum simulachrũ & imaginem mentis necesse erit primum vt compositus sit ex diuersissimis rebus atque contrariis: ex simili dico atque dissimili, & ita nõ erit totus lux, nec totus veritas, nec totus imago patris. Deinde ad hæc necesse est, vt ad ipsum quo que patrẽ hæc impietas transeat. Compositus enim etiam ipse necessariò erit ex substantia & mente, vel imagine illa quam in mente habet: quippe quum secundum istos filius substãtialiter quidem dissimilis patri sit, similis verò secundum illud mentis exemplar. Quomodo igitur pater omnium rerum principium erit, si non simplex, sed compositus erit? Primum enim simpliciter, haud quaquam compositum esse potest, quia nihil potest ipso præintelligi à quo componatur, nec vlla diuersitas in primo simpliciter est. Composita verò congregationem diuersorum simplicium habent, quæ ipsis necessariò præintelligũtur. Quoniã igitur hæc omnia impia impossibiliáque sunt, similis erit necessariò secundum essentiam patri filius. Nam si non est substantialiter similis, nec perfectè similis erit: quomodo ergo non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo? Nam qui æqualis Deo est, is substantialiter quoque similis est.

Libri tertij Thesauri Cyrilli finis.

EIVSDEM LIBER QVARTVS.

Quod per participationem ad imaginem Dei formamur.

CAPVT I.

Phil. 1. NON potuit homo ad imaginem esse creatoris, nisi spiritu sancto participaret. Si quis enim (Paulus ait) spiritum Christi non habet, hic ipsius Christi, non est. Sed si possumus absque participatione spiritus ad imaginem dei esse, omnes profectò Christi essemus, etiã si spiritu sancto non participaremus. Ioannes etiam ait: Qui seruat mandata eius, in ipso manet, *Ioan. 14.* & ipse in eo. Et cognoscimus quod manet in nobis, ex spiritu *Rom. 8.* quem dedit nobis. Si ergo seruantes mandata spiritu sancto participant, quo participantes ad imaginem creatoris formãtur: perspicuum est nõ posse hominem deo assimilari, nisi modo quodam ipso participet. Et rursus saluator hominem renouans atque restituens, insufflauit discipulis, dicens: Accipite spiritum sanctum. Quod igitur hominem renouat, id homo ante lapsum quoque habuit. Vt ergo ad imaginẽ Dei modo perfectiore homo sit, spiritus sanctus sibi donatur. Non enim ita perfecte ad imaginẽ dei esse videtur, nisi spiritum sanctum habeat. Si ergo spiritum filij accipientes, ad imaginem reformamur, quomodo dissimilis erit patri vero Deo, qui alios per spiritum suum ad similitudinem Dei reuocat? Incommunicabilis, inquiunt, quia nemo participare ipso potest, pater propter excessum est. Nõ enim potest natura humana, deitate patris (quæ omnia excedit) participare: & tamen quum sit per se imparticipabilis nobis, per filium quasi per minorem in nobis, habitat. Quomodo ergo similis est imparticipabili patri filius, qui à nobis participatur? Si veluti vos dicitis (qui tanquam vinolenti omnia turbatis) magna & ineffabilis deitas patris est: certè necesse est, vt concedatis magnam & ineffabilem bonitatẽ ipsius esse. Quomodo igitur erit adeò bonus, vt sit ipsum bonum, qui creaturas longè à bonitate sua disterminat? quum natura boni flagitare videatur, vt omnibus se proponat, & frui se omnes velit, prout singuli possunt, quod certè facit: habitaturũ enim se in nobis promittit, & in filios adoptatorum. Ita ergo clemẽs & bonus deus est, vt bonitas sua per filium in spiritu sancto ad *Ioan. 14.* omnes transeat, & nemo à participatione suæ bonitatis repellatur. Patris verò participatio, per filium in spiritu decenter & propriè fit: nam & sole per splendorem, qui ex eo emittitur, nec sine calore participamus, qui operationis spiritus sancti imaginẽ gerit. Sicut igitur splendor solis, per quẽ sol participabilis est, soli nõ dissimilis est: sic & filius non est dissimilis patri. Nã si participatio eius participatio patris est, eadẽ omnino substãtia patris & filij est, & ideo summa similitudo, imò eadẽ peni tus essentia patris & filij est. Sed quomodo, inquiunt, eiusdẽ cũ patre filius erit substantiæ, qui patre adeò minor est, vt ipsum non videat? Id enim ipse testatur, dicens: Deum nullus vidit vnquam. Vnigenitus filius Dei, qui est in sinu patris, ille exposuit. Si ergo vniuersis pater est inuisibilis, & filius vnus ex vniuersis est, quomodo essentialiter erit patris similis, qui adeò minor est, vt ipsum non videat? Imò quomodo nõ apertè cum veritate, & cum omnibus scripturis sacris vos pugnatis, qui dicere audetis non videri patrem à filio? quum ipse clamet, neminem videre patrẽ, nisi eum qui ex Deo est: & apertè dicat, Qui *Ioan. 6.* videt me, videt & patrem. Quomodo autem & spiritus eius *Ioan. 14.* omnia quæ sunt, & ipsa dei profunda sciet, sicut & spiritus ho- *1. Cor. 2.* minis ea quæ sunt in ipso? aut quomodo filius patrem non videt, secundum vos: quum etiam angeli scribãtur faciem patris videre? Et quomodo filius verè dicit: Sicut nouit me pater, & *Matth. 8.* ego noui patrem? & rursus: Nullus cognoscit filium nisi pater, *Ioan. 10.* nec patrem vllus cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius re- *Matth. 11.* uelare. Qui ergo non modò patrẽ cognoscit, verumetiam aliis reuelare potest, quomodo ipse patrem non videt? Aut quomodo non cognoscit eũ, si seipsum cognoscit? ac ideò dicat ad patrem: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Sicut igitur, si non videret patrem, dissimilis ei secundum essentiam esset: ita quoniã verè videt & verè cognoscit, erit ipsi verè & essentialiter similis. Concedimus, inquiunt, similem patri filium esse: sed ideò quia cum patre ipse perfectè participet, conformatus ad eum per participationem maximam quodãmodo est: sicut & nos, quãrum possibile hominibus est, diuina participantes natura, cœlestis patris imaginem (vt scribitur) gerimus, & quasi ad diui- *1. Cor. 13.* nos characteres conformamur. Nescio quis diuinarum scriptu- rarum peritus huiusmodi poterit nugas audire. Nam illi quidem prædicant deum recentem non esse nobis colendum: vos autem recentem, & nuper factum Deum non erubescitis filiũ dicere. Quod enim participatione Dei reformatur ad ipsum, acquisitam habet non naturalem deitatem. Quod porrò acquisitum est, prius non habebatur, sed postea contigit atque accessit: quare amitti etiam facile potest. Omne nãque quod datur, auferri etiam potest: & quod accessit, non est inconueniẽs si abibit. Necesse est ergo vt vel concedant filium Dei & deum atque dominũ posse amittere, quod filius Dei & Deus & Dominus sit: vel si hoc dicere formidabunt, concedẽntque essẽtiam filij nullum beatitudinis suæ casum accipere posse, necesse est vt etiam confiteantur non participatione aliqua ipsum conformari ad patrem, sed naturalem atque essentialem similitudinem habere, tanquã verbum ex ipsa substantia patris prodiens. Præterea, qui participatione sanctificantis Dei sanctificati sunt, donum quidem conseruant, si mandata etiam obseruant, alios autem sanctificare ipsi nequeunt: nullus enim hominum sancti spiritus participatione sanctus, propria potestate ac voluntate idipsum cæteris poterit donare: fons enim sanctitatis solummodo potest se ipso sanctitatẽ quibuscũque largiri. Videmus enim quod angeli, sancti quidem sunt participatione ac gratia, & ideo nunquam inueniuntur dedisse ipsi sanctitatem hominibus. Et beatus Moses septuaginta seniorib. præpositis

Captio hereticorũ.

Cauillus aduersariorum.

Num. 11. positis non dedit ipse spiritũ, sed Deus abstulit (vt scribitur) à spiritu qui erat in Mose, & donauit illis. Sancti ergo per gratiã atq; participationem, ipsi quidem donum consequuti sunt, sed aliis pro voluntate sua dare illud non possunt. Filius verò non sic, sed vt sanctitatis fons, ex propria potestate discipulos sanctificat, dicens: Accipite spiritum sanctum. Idipsum pater quoque facere inuenitur. Qui ergo sua potestate æqualiter atque *Ioan. 20.* ipse pater sanctificat quos vult, quomodo similis patri secundum essentiam non erit?

Item de similitudine patris & filij essentiali, euangelico textu proposito: Sicut enim pater vitam habet in seipso, sic dedit & filio vitam habere in seipso.

CAPVT II.

Ioan. 5. SEd quomodo, inquiunt, filius essentialiter erit similis patri? aut quomodo non erit posterior ipso qui ex ipso dante multa recipit? Sicut enim, inquit, pater vitam habet in seipso sic & filio dedit vitam habere in seipso. Nihil ô vos prohibet, si aliquid pater dicitur dare filio, & filius à patre accipere, non esse prius patrem quàm filium. Non enim filius prius non existens, nihil ex patre habuit, deinde ex eo aliquid accepit: sed naturaliter natus ex patre, omnia nascendo, quæ patri naturalia sunt, naturaliter consequitur. Quemadmodum si quis lucem, quæ prodit ex sole, accipere aliquid ab eo ideo diceret: quoniam omnia quæ sunt in luce, & ipsa lux ex sole sunt. Neque idcirco sol ante lucem esse videbitur, quoniam lux quæ ab eo est, omnia solis naturaliter habet. Non est igitur posterior filius patre, quia pater sibi vitam dedit. Non enim prius genuit, deinde vitam dedit: sed vt coæternus patri filius est, ita & æterna vita est. Præterea, si essentia rerum inde significari posset, quod aliquid accipere viderentur, & tunc esse dicerentur solũ quando accipiunt: quid prohiberet dicere tunc incepisse patrẽ *Psal. 67.* esse, quando aliquid ab hominibus incepit recipere? Et quoniã Psalmista dicit: Date gloriam Deo. Tunc incepisse pater videretur, quando primum ab hominib. gloriam recepit. Sed hæc omnia nugæ sunt: filius enim æternaliter prodiens ex patre, naturaliter omnia possidet quæ patri natura insunt: sicut & filij hominum vniuersa quæ in patribus naturaliter sunt, à patrib. habent, vnde ipsum etiam esse habent, quum tamen ineffabilis illa generatio generationes creaturarum in infinitum excedat, & propterea oportet semper exempla & similitudines, pro vt creatorem decet, intelligere. Sed necessarium, inquiunt, esse videtur, vt quod aliquid recipit, non habere illud antea videatur. Si ergo pater essentialiter vita est, & filio vitam dedit, non habebat ergo aliquando filius vitam: quomodo ergo similis erit patri, qui ab eo recipiat, quod ipse non habeat? Examinate porrò singula euangelij verba, diligentérque ponderate, quoniam magnus latet in ipsis sensus. Scribitur enim, quod pater vitam in seipso habet. Hoc autem in seipso, nihil aliud significat, quàm essentialiter. Sed filius quoque dante patre (qui esse ipsum dat) vitam habet in seipso: substantialiter ergo, nõ quasi additamentum, vt vos putatis quare patri æqualis & similis in omnibus est, quum non aliter vita sit quàm ipse pater. Nam si non secundum naturam filius vita esset, quomodo verè dice- *Ioan. 6.* ret: Qui credit in me, vitam habet æternam? & rursus: Oues *Ioan. 10.* meæ vocem meam audiunt, & ego do ipsis vitam æternam. & *Ioan. 11.* rursus: Qui credit in me, non gustabit mortem in æternum. Non dixit, non dimittet pater eum gustare mortem, nec quod habebit vitam, quam dedit mihi pater: sed ipse pollicetur daturum se vitam, quæ in eo ipso est, quia naturaliter & essentialiter ipse vita est. Impium igitur est solummodo cogitare, quasi additamentum sibi vitam à patre dari. Nam, sicut diximus, quum ex patre prodeat, omnia naturalia patris habet, & ideo dicitur accipere ab ipso, à quo habet. Ad hæc, si filius dei vita naturaliter non est, sed ipsa participat, vt hæretici contendunt, erit ipse substantialiter aliud, quàm illud quod ab eo participatur. Quomodo igitur ait: Ego sum vita, Ego sum panis qui de cœlo descendi? si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. Nam si panis ille, secundum naturam vita non est, quomodo viuet in æternum, qui ipsum comedit? Nisi fortè dicant ideo victuros in æternum qui comedunt, quoniam panis ille vita participat. Sed si hoc verum esset, angeli quoque quos verè credimus vitæ participes esse viuificare possent, quod falsum est: solus enim filius viuificare potest. Solum autem filium ita dico, vt similiter patrem & spiritum sanctum viuificare nemo ambigere debeat. Non ergo deforis vita filio accessit, sed ipse vita naturaliter est. Accedit, quod quando dicitur: Sicut enim pater vitam habet in seipso, sic dedit & filio vitam habere in seipso: incommutabilis manifestè similitudo, & identitas essentialis patris & filij significatur. Sic enim habet vitam filius, inquit, in seipso, sicut & pater, naturaliter videlicet ac essentialiter. Scribitur autem, dedit, vt naturaliter & essentialiter ex patre filius esse significaretur. Nõ enim pater aliquid dedit filio, quasi à seipso auferens, & ipsi non habenti afferens, secundum locales ac diuisibiles corporis incisiones: sed quemadmodum planta fructui qui est ex ipsa, naturaliter suam qualitatem dat, sic & filio pater omnia sua dat. Omnia enim quæ pater est, filius similiter est, præterquam quod pater non est filius, & filius non est pater. Sed si filius etiam, inquiunt, vita secundum naturam est, quomodo verè de patre Paulus dicit, qui solus habet immortalitatem? *1. Tim. 6.* Nam si filius quoque habet, non solus pater habet: sin verò solus pater habet, non habebit profectò etiam filius. Multa patri soli dicuntur inesse, nec tamen filius illis naturaliter priuatur. Enimuero solus verus Deus scribitur: an igitur ideo filius *Ioan 17.* non erit verus Deus? & quomodo sicut naturaliter Deus, & à nobis & ab angelis adoratur? præsertim quum apertè diuina lex clamet: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Deut. 6.* Quomodo autem seruabimus illud: Non erit Deus recens in *Psa. 80.* te? Nam si quia pater solus secundum naturam Deus dicitur, ideo filius natura Deus non erit, recens erit certè, & posterior quàm pater. Hæc quoniam absurda sunt, non erit filius mortis particeps, quia solus pater dicitur immortalitatem habere: sed immortalitas patris naturaliter in filio etiam erit. Non est enim illis filius nudus, quæ inesse patri dicuntur. An fortè quo- *1. Timot. 1.* niam apud eundem Paulum scribitur, incorruptibili, inuisibili, soli sapienti Deo, corruptibilis & visibilis, nec sapiens filius secundum vos erit? magnæ impietatis reus est qui sic intelligit. Quomodo erit corruptibilis largitor incorruptionis? aut quomodo natura Deus videbitur? aut quomodo sapiens is nõ erit, de quo scribitur, Quia Dei virtus & sapientia est? Mirum certè *1. Cor. 1.* est, quomodo sapientiã Dei insipientem esse dicere audetis. Quare si etiam solum patrẽ aliquid habere dixeris naturaliter, non priuabitur tamẽ filius eadem re naturaliter. Solus enim ea pater habere dicitur, in quantum à nullo habet: sed omnia quæ sibi naturaliter insunt; filius suus ex eo prodiẽs, consequitur naturaliter. Non enim mentitur veritas de se, dicens: Omnia quę habet pater, mea sunt. & rursus ad patrem: Omnia mea, tua *Ioan. 16.* sunt. Præterea si character incommutabilis paternæ substãtiæ *Ioan. 17.* filius est, quomodo ipse non erit naturaliter vita, quum pater id habeat? Esset enim magis deprauatus, & falsus character quã verus. Ad hæc, si quis videt filium, videt & patrem: quum ergo pater essentialiter vita sit, erit etiam filius essentialiter vita. Nam si non essentialiter, sed participatione vitæ vita erit: quoniam qui videt filium, videt patrem, erit pater quoq; vitæ participatione vita: quod impium dictu est. Accedit, quod quæ diuersa necessariò sunt, eandem habere operationem non possunt. Operatio enim naturalis necessariò diuersa est in diuersis naturis. Nemo enim aquæ atque igni eandem attribuet operationem. Si ergo pater vita est naturaliter, filius verò non sit, vt hæreticis placet, quomodo eadem est operatio patris & filij? Ipsa certè veritas ait: Sicut pater viuificat quos vult, ita & filius quos vult viuificat. Non enim aliter, inquit, pater quã filius viuificat, sed sicut pater, ita & filius: eandem semper sibi *Ioan. 5.* & patri operationem attribuens. Non ergo dissimilis genitori filius est, sed ficut pater naturaliter vita est, ita & filius. Præterea, si verè dixisse Ioannẽ arbitrantur, omnia cõfitebuntur patrem per filiũ operari. Est autem vna etiam operatio patris, vt quos velit viuificet, quare ipsos per filium viuificabit. Erit ergo filius quoq; vita secundum naturã, aliter non poterit per ipsum quicquã viuificari. Ad hæc, si Dei & hominũ mediator filius est, quia extrema in se vno copulauit: necesse est, vt quẽadmodum hominẽ verè assũpsit, vereq; homo est, ita verus quoq;, ac

Cauillatio aduersariorum.

secundum naturã Deus sit. Et quoniam verus Deus essentialiter vita est, erit ipse quoque sicut & pater, essentialiter vita. Adde, quod diuinæ scripturæ veritatem filium appellant, quomodo ergo veritas erit, si falso dicit: Ego sum veritas & vita? Non
Ioan.14. est enim ille vita, qui essentialiter vita non est. Verum quoniam mentiri veritas non potest, impium enim id dictu est, subsistentialiter filius, non participatione vita erit. Quomodo enim non erit vita essentialiter, cuius cognitio sic cognoscentes ipsum vnificat, quemadmodum & cognitio patris? Hæc, inquit, est vita
Ioan.17. æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed multi, quoniam humano more ducũtur (nec enim aliter dici possunt, & res ipsæ ineffabiles per se sunt) rectè intelligere, verba sequẽtes nolunt, & ita in magnam impietatem incidunt. Si enim pater vitam habet in seipso, erit (dicet quispiam) aliud ipse qui habet, aliud vita quæ habetur. Quomodo igitur simplex secundum essentiam deus est? Id absurdum fugiemus, credentes filium esse vitam, quam pater ha-
Ioan.14. bet: & patrem esse vitam, quam filius habet. Non enim mentitur veritas dicens: Ego in patre, & pater in me est. & rursus: Ego sum veritas & vita. Ipse igitur est vita, quam pater habet in seipso. Quúmque pater ipse vita sit, dedit seipsum filio, non vt corpus corpori, neque vt propriam hypostasin in filio concesserit, ita vt filius pater sit. Hæc enim absurda & impia sunt: est enim pater semper pater, & filius semper filius, Sed per idẽtitatem naturæ, generans & verbum genitum, ineffabiliter vnum sunt. Accedit, quod dicere quoque possumus, omnia quæ patri naturaliter ac essentialiter insunt, filium ipsum esse. Solus pater verus est Deus, quoniam solus habet filium, qui veritas est. Solus pater sapiens & potens est, quoniam Christus Dei filius, virtus & Dei sapiẽtia est. Solus pater inaccessibilem lucem habitat, quia filius est lux uera, quæ illuminat omnem homi-
1.Tim.6. nem. Solus vita est pater, quoniam habet filium verè dicentem,
Ioan.1. Ego sum vita. Quando igitur dicitur, quod pater habet vitam in seipso, filium in seipso habere significatur. Est autem etiam ipse in filio, & vita secundum naturam, ideo & filius vitam habet in seipso. Postremo, quia vita secundum naturam filius est, accipere vitam à patre dicitur, non inquantum verbum aut imago patris (sic enim ipse quoque naturaliter vita est) sed inquantum homo factus est. Ita enim pater & tota trinitas, vitam filio vt homini præstat. Hic sensus à sequentibus confirmatur, in quibus causa dandi exponitur. Potestatem enim, dedit ei iu-
Ioan.5. dicium facere, quia filius hominis est. Si ergo, quia filius hominis est, & inquantum homo iudicandi potestatem accepisse dicitur: eodem modo dicemus, quia homo factus est, & homines à Deo cuncta accipiunt, ideo & ipse vt homo, vitam à deitate accepisse dicitur, quæ nulla re participat, & cæteris omnia quæ habent & ipsum esse largitur.

Libri quarti Thesauri Cyrilli finis.

EIVSDEM LIBER QVINTVS.

Aduersus Arianos, qui proposito Prouerbiorum textu, Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua: simpliciores seducebant, dicentes quod filius creatura esset.

CAP. I.

Prouer.8. VI furorem Arij susceperunt atque amplificarunt, quia in Prouerbiis scribitur, Dominus creauit me: suam impietatem autoritate confirmatam credentes creaturam esse filium prædicant: nec tamen vt vnam creaturarum genitum esse dicunt, nec tamen vt vnum genitorum. Sed si filius creatura est, quomodo non erit sicut vna creaturarum? Nam aut cum creaturis non connumerabitur, & ita non erit creatura: aut si cum creaturis connumeratur, quomodo non erit sicut vna creaturarum? Sed putatis fortasse præcipuum quendam honorem filio facere, creaturam ipsum dicentes, sed non sicut vnam creaturarum. Id autem honorare filium non est. Nam si creatus esset sicut cæteræ creaturæ, nihil quantum ad creatũ esse ab illis differret, etiam si naturæ diuersæ sit. Potest enim profectò similiter de creaturis omnibus dici, quarum altera altera naturaliter excedit. Nam de speciebus singulis rectè dixeris, creatura est, sed non sicut vna creaturarum: vt verbi gratia, Sol creatura est, sed non sicut vna creaturarum: nulla enim alia præter solem creatura huiusmodi est. Homo quoque creatura, sed non sicut vna creaturarum: nulla enim alia species præter hominem, homo est. Quælibet igitur creaturarum species, creatura est, sed non sicut vna creaturarum. Illud enim solum omnibus creaturis commune est, quod à nihilo producte sunt: figura verò & natura, singulæ species inter se differũt. Quid igitur præcipuum in filio erit, si creatura est, sed non vt vna creaturarum? Commune nanque (vt diximus) omnibus creaturis est, factum esse ex nihilo: nec excellentiores creaturę, vt cœli & virtutes cœlorum, quia naturaliter cæteris præstant, minus quàm cætera creaturæ sunt. Præterea, si creatura (vt vos dicitis) filius esset, & tamen haberet vt posset creare, quia non vt vna cæterarum creaturarum est, quur cæteræ quoq; creaturæ, quarum quia diuersa, variáque natura est, quælibet species non est vna cæterarum, creandi virtutem non habẽt? Atqui oporteret, quoniam vniuersis commune æqualiter est, à nihilo esse productas. Et tamen in nulla creaturarum, creandi virtutem inspicimus: omnia enim creatorem adorant, & gloriam eius extollunt. Cœli, ait, enarrant gloriã Dei, & firmamentum enunciat opera manuum suarum. & vt Esdras scribit: Omnis terra veritatẽ vocat, & cœlum ipsam adorat, & omnes creaturæ ipsam tremiscũt. Filius verò de seipso ait: Ego sum veritas. Non ergo est creatura filius. Neque ideo creare potest, quia non est vt vna creaturarum: sed quia ex patris substantia prodit, & omnia naturaliter habet quæ in patre naturaliter sunt. Adhæc, si creatura esset, & tamen adoratur, quur cæteræ quoque creaturæ à se inuicem non adorantur, sed omnes creaturæ adorant? Nam si creatura esset, & tamen adoraretur esset aliquo modo in adorantium numero ille qui adoratur: quod impossibile est. Maxima enim inter hæc differentia est. Accedit, quod si creatura esset, seipsum ipse crearet: omnia enim pater per ipsum creat, quod dictu stultissimum est. Sequeretur enim, vt aliquid esset quando ipsum non esset. Non ergo creatura filius est, sed Dei patris fructus, creandi vim veluti deus verus naturaliter habens. Adde, quod ipse solus reuelat patrem, quod cęteræ creaturæ facere nequeunt. Solus patrem nouit, quod de cæteris creaturis non dicitur. Nullus enim, inquit, patrem nouit
Ioan.1. nisi filius, & cui filius reuelauerit. Et Deum nullus vidit vnquã, vt Ioannes ait, videt autem solus filius. Scriptum est enim, à
Ioan.6. nullo videri patrem, nisi ab eo qui est ex patre. Si ergo solus filius omnibus exceptis creaturis, & videt & cognoscit patrem, & reuelat cui vult, quomodo ipse creatura est, qui scribitur verbum patris proprium esse? Cognoscit igitur patrem, & videt eum, quia ex eo est, & in eo est: & reuelat eum, quia in seipso eum demonstrat, quod creaturæ facere nequeunt. Non enim potest perfecta naturalisque creatoris similitudo esse in creaturis, nec in iis, quæ ex nihilo producta sunt, qui æternus est, perfectè vnquam inspici poterit. Inspicitur autem perfectè in filio: imago enim eius incommutabilis est. Quare quum pater non sit creatura, nec filius creatura erit, in quo vt in vera naturalique imagine atque charactere pater ipse inspicitur, & ideo ipse quidem adoratur à creaturis. Creatura verò nulla se
Act.10. patitur apud scripturam adorari, nisi quæ seipsam ignorat. Beatus enim Petrus quum vidisset ad adorandum se Cornelium parari: Noli facere, inquit, nam ego quoque homo sum.
Apoc.19. Similiter angelus in Apocalypsi ad Ioannem dixit: Caue ne facias, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarũ, & custodientium verba libri huius. Manue quoq; angelus prohibuit sacrificium sibi offerre, dicens: Si sacrificabis hœdum, Domino ipsum sacrificabis. Et de creaturis quidẽ ita scribitur, de filio autem longè aliter. Adorant ipsum, inquit, omnes angeli eius. Et apud Esaiam: In te adorabunt, & in te vota facient: tu enim deus es, & nesciuimus, deus saluator ipsius Israel. Quæ vox gentibus accommodari potest, posteaquam Deum cognouerunt. Si ergo quia filium cognouerunt, & filium adorant, Deum cognouerunt, & Deum adorant, non est certe creatura filius: aliter non Deo vero, sed creaturæ adhuc gentes seruirent. Christus etiam ad discipulos ait: Vos me vocatis Dominus &
Ioan.13. magister,

magister, & bene dicitis, sum etenim. Et quando Thomas ad ipsum clamauit, Dominus meus & deus meus: non repulit eum,
Ioan.20. sicut angeli sanctos adorantes repellebant. Sed si creatura esset, non fuisset passus audire, Tu es deus meus. Sed quoniam deus secundum naturam est, & naturaliter patris filius nõ suscipit solum, sed etiam exigit confessionem huiusmodi.

Aduersus causam, propter quam hæretici putant creaturam esse filium dei.

CAP. II.

QVum voluisset, inquiunt, deus creaturas è nihilo euocare: quoniam non potuissent meram illius virtutem sufferre, filium primo creauit (quem & verbum appellauit) talem, vt virtutem suam ei totam infuderit, vt per ipsum, quasi per medium cætera fierent. Erat enim alioquin etiam indecens ineffabilem dei virtutem ad hæc minima peruenire, & caducarum rerum curam habere. Vetùm si capi non poterat dei virtus à natura creaturarum, quomodo creatus à nihilo filius, capax eiusdem secundum vos est? Et quomodo meram patris virtutem, quum creatura sit, vt vos dicitis, sustinuit? Necesse enim est, vt vel si filius hoc potuit, quamuis sit creatura, vniuersa id possit creatura: vel si alia id non possunt, quoniam creata sunt, nec ipse possit, quoniam creatus secundum vos sit. Quod si putaris indecens ad minima quoque dei prouidentiam descẽdere, erubescatis aliquantulum quæso, audientes Christum: Nónne duo
Matth.10. passeres veneunt asse, & vnus ipsorum non cadit in terram absque patre vestro qui in cœlis est? Et rursus: Respicite volatilia
Matth.6. cœli, quod non seminant neq; metunt, & pater vester cœlestis nutrit ipsa. & rursus, Si autem fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos? Quid autem fœno & passeribus, quibus ex bonitate sua prouidet, deiectius excogitari potest? Aut quomodo non erit creator omnium, de quibus prouidere dignatur? Superbiæ certè vitium deo inurere conamini, quum dicatis non esse decens, vt minimarum rerum creator sit. Ipse autem omniũ creator est, etiam minimorum, & omnibus prouidet, & se propter misericordiam suam participabilem præbet. Præterea, si quia virtutem patris ferre creatura non posset, creatus est filius secundum vos: quoniam & ipse totius virtutis paternæ vt creatura, capax non erit, necesse est vt aliud medium fingatis, quod totam operationem paternam potuerit capere. deinde aliud atque aliud, quod ad infinitum simul atque impossibile exit, & totam creationem rerum euertit.

Aduersus obiecta hæreticorum quibus docere conantur quoniam filius, quamuis creatura sit, creator tamen est, quod creaturarum proprium non est.

CAP. III.

CReatura, inquiunt, filius & tamen creat, quia id à deo quasi à magistro atq; artifice didicit vt esset minister ad opera sua. Si quod non natura insitum est, sed modo quopiam per accidens acquisitum, id amitti quoque aliquando potest: poterit profecto secundum vos filius creandi virtutem amittere, & sic dignitate ipsa qua creator est destituetur, si dedisset quod didicit. Nam qui quod nesciebat, per doctrinam assequutus est, is profecto poterit obliuione quoque dediscere. Præterea, non est officium artis, ex nihilo creaturas producere: sed ineffabilis atque creatiuæ virtutis. Artis enim est, ea quæ sunt, quasi per subiectam materiam solummodo immutare: creandi autem virtus, ipsam rerum substantiam à nihilo ad esse producit. Si ergo arte atque doctrina filius creator factus sit, quid dicẽt, si eadem quispiam patri accommodet? Nihil certè aliud ipsis relinquitur, nisi quod pater quidem natura, filius verò doctrina creator est: sequetur igitur, quod possibile sit naturaliter virtutem dei qua creat discere: & fieri per doctrinam, quod ille secundum naturam est. Nihil ergo inter filium & creaturas aliud intererit, nisi doctrina quædã superflua, & ita non naturæ præstantia, sed doctrina solum nos filius superabit: quam si habuerimus, omnes erimus creatores. Hæc quoniam stultissima sunt, relinquitur nõ doctrinam, sed naturalem creandi virtutem esse in filio. Ad hæc, aliud est sapientia, & aliud sapiens. Sapientia enim est, qua quis sapiens fit: sapiens autem, qui sapientiam habet. Quomodo igitur sapiens per doctrinam filius fiebat, qui sapiẽtia ipsa est? Si enim doctrina indigebat, nõ erat ipsa sapientia: & si sapientiam didicit, dedisset quoque per obliuionem. Sed non dicit, qui semper sapientia est, vt scripturæ prædicant. Accedit, quod inuidiæ vitium inurunt patri, ita dicentes: Siquidem poterat creãdi artem multos docere, & nõ fecit. Quid enim prohibebat, si doctrina creatio datur, multos esse creatores, sicut multos angelos, atque archangelos? Nunc autem filius solus, creaturis omnibus exceptis, vnà cũ patre in spiritu sancto creat: non igitur per doctrinam, sed pat naturalem virtutem creat. Nec pater ipsum docuit, sed ex seipso consubstantialem sibi gẽnuit filium; per quẽ omnia creat. Adde, quod si filiũ pater ad creandũ produxerit, vt vos prædicatis, creato filio ipse cessauit. Quomodo igitur saluator dicit, Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor? Quod si pater etiam nunc operatur, frustra
Ioan.5. secundum vos creatus erit filius. Hæc absurdissima dicta sunt. Non ergo ad producendas creaturas factus est filius, sed ex patre natus, cuncta cum patre sicuti filius operatur, natura deus & natura creator. Præterea si nutu & sola voluntate omnino deus operatur: quid opus est medio? nónne superuacaneus filius videbitur? Quod si hoc impium vel solummodo cogitare inuenitur, ipse filius subsistens & viua patris voluntas est; per
B quam à nihilo omnia produxit. Sed hæc quæ sequuntur multo inconuenientiora sunt atque absurdiora. Nam si vt nos cæteráque creaturas per filium deus produceret, ipsum (vt hæretici dicunt) à nihilo produxit, erit ipse propter nos factus, non nos propter illum: & ita nos præstantior ipso erimus creatura: ipse verò instrumentum ad creandas cæteras creaturas: Quur ergo gratiam etiam nobis non aget, qui propter nos est? Erit etiam ipse sic gloria nostra, vt fœmina viri. Fœmina enim (inquit Paulus) gloria viri est. Non enim vir creatus est propter
1.Cor.11. fœminam, sed fœmina propter virum. Nam si propter nos factus est filius, & non propter filium nos, erimus nos ipso multo præstantiores: quod absurdissimum est. Nec ergo creatura est, nec propter nos natus est, sed cum natura deus, vt etiam pater sit, ad esse nos à nihilo cum patre & spiritu produxit. Præterea, si propter nos filius factus est, vt dicere audent, primi nos erimus apud deum. Sic enim deus nos primo, deinde filium propter nos intendisse videbitur. Adde, quod necessitate impulsus: quoniam aliter nos creare non posset, filium produxit: quem secundum ipsos non produxisset, nisi creare nos voluisset. Quare nobis creatis superuacaneus esse videtur filius, quum
C ipso pater creaturis productis iam non indigeat. Postremo, sicut caducus atque imbecillis homo processisse in creando deus videbitur, si vltimo nos per filium creauit, de quibus primo deliberauit: & filium primo produxit, de quo vltimo tanquam de instrumento consideruit. Quare igitur illum quidem filium & hæredem, nos verò seruos & hæreditarem illius appellat? quum contrà oporteret nos quidem hæredes esse, filium verò sicut instrumentum propter nos factum, & seruum & hæreditatem esse nostram. Hæc absurda (ne stulticiæ plena dicam) si quis effugere vult (oportet autem omnes velle) eum necesse est credere, nullo modo creatum esse filium, nec propter nos natum. Nam etsi nullam creaturam deus producere voluisset, verbum tamen suum erat semper *in ipso*: & deus erat verbum,
Ioan.1. vt scribitur. Quum tamen creare deus creaturas voluerit, per ipsum necessariò creauit. Nam quemadmodum sol nunquam
Ibidem. sine splendore ac luce sua lucere poterit: sic nihil vnquam operabitur pater, nisi per verbum suum. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ideò & dextra & brachium dei nominatur, quia quasi per manum omnia deus per
D ipsum operatur. Scriptum est enim: Dixit deus, fiat lux: dixit, fiat
Genes. firmamentum: dixit, fiant luminaria, & factum est ita. Dixit, faciamus hominem, & fecit deus hominem. Nec in his omnibus verba à patre ad filium, quasi volentem discere fiunt: nec enim docet pater quales debeat facere creaturas, sed cũ ipsa voce opus fit. Si autem verbo secundum voluntatẽ patris ipsa opera fiunt, verbũ profecto est viuens, subsistens q; patris voluntas, quæ in patre est, & in qua pater est. Præterea, vbi repetitur filius patrẽ interrogare, quasi discere volẽs? Quod & angelos & prophetas factitare inuenimus. Filium Abrahæ promisit deus, &
Genes.15. ipse interrogabat quo signo illud cognosceret. Mirabatur Moses ad filios Israel in Ægyptum, & dicebat: Si interrogabũt me,
Exod.3. quod est nomen eius qui te misit: quid respondebo eis? Angelus etiam apud Zachariam à deo quærebat, dicens: Domine
Zach.1. omnipotens vsquequò non miserebris Hierusalem? & expe-

Abac. 2. ctabat quousque verba consolatoria audiret. Et Abacuc, in custodia mea stabo, inquit, & ascendam in petram, & cõsiderabo quid loquetur in me deus. Hi enim omnes sicut serui & creaturæ, mediatione indigentes verbi, rogabant consilium patris ab eo discere: filius verò quum ipse sit verbum patris, & voluntas subsistens, docet non quærit. Non ergo per doctrinam creator esse didicit, sed naturaliter, atque substantialiter creator est.

Quomodo intelligendum est: Dominus creauit me initium viarum suarum. CAP. IIII.

AD intelligendum autem propositum Prouerbiorum textum, primo illud dicendum est, quod omnia quæ prouerbialiter dicuntur, alium verba sensum significare videtur, alium ex ipsis verbis veritas parturit: ideò saluator ad discipulos ait:
Ioan.16. Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis, sed veniet hora quando non in prouerbiis loquar vobis, sed palàm. Hinc patet, quod per prouerbia non palàm ostendimus quod volumus. Sapientia igitur prouerbialiter dicit: Dominus creauit me. & rursum
Prouer. 8. apertius: Sapientia ædificauit sibiipsi domum. Si ergo sapientia filius dei est, & sibi domum ædificat, quærendum est, quis
Prouer. 9. est qui dixit, Dominus creauit me? Christus igitur iam homo factus, id de se dixit, vt homo enim sapientiæ domus ædificatus est: ille inquam homo qui ex virgine natus est, & in quo plenitudo deitatis corporaliter, secundum Paulum, habitauit.
Coloss. 2. Qui ergo verbum caro factum est, de ipso dicitur, quia dominus creauit eum, inquantum factus est caro. Istud enim, creauit me, non originem semper apud scripturas significat, sed plerunque à re aliqua in aliam translationem. Et certe quum dicitur. Dominus creauit me initium viarum suarum: si quis diligenter consideret, non ipsum esse sapientiæ significari potest.

Nam quæ modò fiunt vel facienda sunt, creari modò dicentur: quando ergo nondum productu, creari dicuntur, necessariò ex nihilo ad esse procedere intelliguntur. Quando autem quæ iam sunt, nec possunt dici à nihilo ad esse modò procedere, si creari ea dicuntur, non potest significari à nihilo ad esse: ipsorum processio, sed ad aliud ab alio translatio. sicut quando
Psal. 101. Dauid dicit: Et populus qui creabitur, laudabit dominum. &,
Psal. 50. Cor mundum crea in me deus. Et Paulus de Christo: legem
Ephes. 2. mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, qui creatus in iustitia & sanctitate à Deo est. Nec tamen Psalmista populum à nihilo creandum, sed ab errore in cognitionem dei transferẽdum significauit. Nec aliud quàm habebat in seipso diuinitùs creari petebat, sed ab immundicia ad mundiciam cor suum transponi orabat. Nec Paulus duos homines ad naturalem vnitatem creari dicit à Christo, ita vt essendi principium tunc caperent: sed gentes & Israel duos populos in nouam & vnam sententiam mutatos affirmat: à seruitute legis istos, ab erroribus illos liberatos. Et alibi omnibus
Ephes. 4. mandat nouum induere hominem, qui secundum deum creatus est: nec à nihilo ad esse productum, nouum hominem induere nobis iubet, sed nouum virtute, voluntateque meliori. Si ergo non semper creatio substantialem productionem à nihilo ad esse significat, sed plerunq; à peioribus ad meliora translationem: quomodo non erit stultum quando creaturæ creari dicuntur, recte id intelligere, & quando sapientia dei creari se dicit: vbi maximè cauendum est, nõ diligenter id considerare? Dominus enim creauit me, inquit: & statim addidit, Initium viarum suarum in opera eius. Creauit, inquit, non ad esse à nihilo produxit, sed initium viarum suarum in opera eius. Sic ergo, vt latius dicamus, intelligendum est. Legalis vita in Iudæa colebatur, gentes autem nullo modo iustitiæ vitam cognoscebant. Filius ergo dei factus est homo, & creatus secundum carnem, vt initium viarum domini & operum suorum omnibus daret. In Christo enim, primo euangelica vita effulsit. Quid enim aliud opera & viæ domini significant, præter mandata eius? quæ custodientes, recto itinere ad ipsum pergimus. Quod autem opera domini, præcipuam iustitiæ vitam significent, illud audi: Væ qui faciunt opera domini negligenter. Vias au-
Hiere. 48. *Psal. 24.* tem domini mandata eius esse, Psalmista ostendit, dicẽs: Notas fac mihi domine vias tuas, & semitas tuas doce me. Stultum igitur & impium est, ipsum esse verbi creari nunc dicere, quum semper verbum cum patre sit. Recte igitur etiam illo modo intelligetur: Creauit me, inquit, initium viarum suarum. Mosen & prophetas vias forsan appellauit, quarum initium Christus est, transponens dicta illorum ad euangelicæ prædicationis pulcherrimam nouitatem, & id cum potestate absoluta. Lex enim, Non fornicabis, ait. Christus autem, Ego dico vobis, inquit, *Exod. 20.* non concupiscas, & cætera. Vias autem sanctos viros appella- *Matth. 5.* uit, quia possunt monendo ad deum ducere. Sic & illud Hieremiæ recte intelléxerim: State in viis, & quærite semitas domi- *Hiere. 6.* ni sempiternas: & quum didiceritis quæ sit via eius, ambulate in ipsa, & inuenietis mundiciam animarũ vestrarum. Nam si quis sanctis prophetis mentem infigat, non cursim legẽs, sed sensum ipsorum diligenter inquirens, is qui certe viã inueniet optimã, illum videlicet qui ait: Ego sum via, per quam mundabitur, di- *Ioan. 14.* missione peccatorum inuenta. Creauit igitur, inquit, me: hoc est, fecit super legem & prophetas initium, hoc est, potestatem, vt non in verbis illorum sistere faciam, sed ad opera meliora traducam. Vel etiam aliter: Dominus, inquit, creauit me: vt si quis diceret, carnem mihi pater apposuit, & vt hominem pro salute hominum creauit me. Nam quemadmodum quum Ioannes di- *Ioan. 1.* cit: Et verbum caro factum est. & Paulus de Christo: Et male- *Galat. 3.* dictio pro nobis factus est. & rursus: Peccatũ pro nobis ipsum *2. Cor. 5.* fecit: nec peccatum nouisse, nec maledictionem aut peccatum fuisse Christum dicimus: sed recte pro carne, pro maledictione & peccato, hominem intelligimus. Sic quando de seipsa dei sapientia dicit, Dominus creauit me: hominem me fecit, intelligendum est.

Quod dei verbum creatura non sit. CAP. V.

SI filius dei, & verbũ dei à scriptura vocatur, quomodo etiam erit creatura? necesse enim est si filius est, vt non sit creatura: vel si creatura secundũ vos sit, vt nõ sit filius. Nullꝰ enim quod genuit, hoc est, filium suum, feciſse se dicit. Est autẽ & filius dei, *Ioan. 1.* & verbum dei: non est igitur creatura. Præterea, vnigenitus à scripturis appellatur. Quomodo igitur creari substantialiter in aliorum initium siue principium, quos prouerbia vias appellarunt, intelligetur? Nam si cum aliis connumeratur, pars eorum erit: & non erit vnigenitus, quem multi sequuntur similes, quorum initium & principium se creatum dicit. Non enim quia primo creatus est, erit vnigenitus. Nam & Ruben *Gene. 29.* principium factus est filiorum Iacob, nec tamen idcirco vnigenitus, aut alienus à natura fratrum suorum. Si ergo verbum quoque initium & principium creationis aliorum factum est, nec alienum erit à natura illorum. Et pater mentietur, filium ipsum appellans. Mentietur etiam Ioannes, dicens: In principio erat verbum. Quomodo enim erat, si creatus est? aut quo- *Ioan. 1.* modo Dominus erit qui creaturis cõnumeratur? Ad hęc, quomodo creãdi virtutem habet, si creatus est? aut quomodo creator omnium est ipse creatus? Et si ipse creator est, quum creatus sit, quur cæteræ quoque creaturæ creandi vim non habent? Non est ergo sapientia dei, creatura: quum sit vnigenitus filius.

Postremo, videre quæso, quot, quantaque sequuntur inconuenientia. Nam si quia primo creatus est, principium etiã aliarum creaturarum secundum vos filius est, quomodo in opera eius creatur? non enim dicit, Dominus creauit me vt faciam opera eius: sed, in opera eius: Creatum enim se dicit in opera domini, iam pridem creata: quomodo ergo primo creatum dicitis, qui post illa se creatum dicit? Aut quomodo erit initium aliorum, qui postea factus est? & quomodo vniuersa per ipsum facta sunt, si ipse post illa creatus est? Hæc nefaria dicta consequentur, si de ipsa natura verbi textum illum intelligetis. Piè igitur à nobis ita exponitur, vt ratione incarnationis, initium viarum domini in opera eius creari vt homo dicatur. Sed do- *Cauillatio aduersarior-* minum suum patrem appellat (inquiunt) quia scit se creatum *um.* esse: omnia enim quæ creata sunt, deo creatori seruiunt. Certè sicut dominum, sic & patrẽ appellat: & si propter illud seruum se nouit, etiam propter hoc filium se cognoscit. Filius igitur non est creatura, sed ab ipsa substantia patris gignitur. Filius enim secũdum naturam est: sed propter formam serui, quam accepit homo propter nos factus, dominum patrem appellat.

Vtrunq; igitur verè, quia mentiri veritas non potest: quã distinctionẽ ostendit dicens: Confiteor tibi pater Domine cœli & ter- *Matth. 11.* ræ. & ecce patrem suum, dominum appellat: dominũ verò cœli & omnium quæ in cœlo sunt, & similiter terræ. Sed si ipse quoque vt cœlum & terra à nihilo productus esset, non vt præcipuum

cipuum sibi nomen, filij appellationem seruasset, ita vt omnia A creatura iugo seruitutis subiecerit. Nihil enim creatum, quum cœlum & terram nominauit, à seruitute excepit: seipsum autẽ excepit: nõ est igitur creatura, sed filius. Sed ipsa inquiunt, sapientia Dominũ suum patrẽ appellat: quod non faceret, si naturaliter filius esset. Iam dictum est, & dicetur etiam sæpius propter simpliciores. Serui nos secundum naturam sumus, & tamen patrem nostrum Deum appellamus, neque idcirco filij naturaliter sumus: quid ergo mirum, si Dominum patrem appellauerit, quum sit naturaliter filius? Nam sicut non natura, sed gratia nos facit patrem appellare Deum, qui Dominus noster naturaliter est: sic & incarnatio filij facit, vt decenter ac verè dominum suum patrem appellet. Hominem Iesus assumpsit, vt naturæ humanæ propria sine peccato verè sibi attribueret, & sua homini largiretur. quod ostendit dicens: Vado ad patrem meum, & patrẽ vestrum: & Deum meum, & deum vestrum. Largitur enim humano generi dignitatem suam, vt possint homines adoptati Deum patrem suum appellare. Ipse
Ioan. 20. verò humanæ naturæ seruitutẽ assumit, & patrem suum deum suũ vt homo appellat. Veluti ergo nos natura serui sumus, etiã si Deum patrẽ appellamus: ita & filius non amisit, vt secundum naturam sit filius, quamuis homo factus Deum suum patrem appellet: non est ergo creatura. Nec certè simpliciter dixit, Dominus creauit me: sed addidit in opera, & in principiũ viarum suarum. Causa igitur posita quare se creatum dicit, perspicuum est quod non significat productionem à non esse ad esse, sed quasi translationem ab alio ad aliud. Verbum enim in principio erat, & caro secundum Ioannem atque homo factus, totius beatæ vitæ principium factus est nobis. Verbum igitur semper est & sapientia, & imago, & filius Dei: sed homo factus, creari seipsum ad opera patris dicit. Obseruare nanque licet diligenter, nunquam in scripturis sacris vllam causam poni, quando generatio filij ex patre significatur: quando autem hominem factum dicunt Scripturæ, & natum ex virgine narrant, causam illicò subiungunt. Sicut enim non quærimus, quur Deus filius, aut quur ex patre natus sit: ita scire volumus, qua de causa factus sit homo. Quod autẽ hæc ita se habeant, ipsa scriptura docebit. In principio erat verbum, nulla hic causa dicitur: Et ver-
Ioan. 1. bum erat apud Deum, nulla fertur ratio: Et Deus erat verbum, C
Ioan. 14. nulla causa dicitur. Similiter: ego in patre, & pater in me est. E-
Ioan. 10. go & pater vnum sumus. Qui videt me, videt & patrem. Ego
Ioan. 8. sum lux, ego sum veritas. Et apud Paulum: Qui quum sit splen-
Hebr. 1. dor gloriæ, & character substantiæ eius. Hæc omnia cum de ipso filio Dei dicantur & de natura eius, non habent causam: quũ verò de incarnatione scribitur, causas connecti videmus. Descendi (saluator ait) de cœlo, non vt voluntatem meam faciam,
Ioan. 6. sed voluntatem patris qui misit me. & rursus: Ego lux in hunc
Ioan. 12. mundum veni, vt omnis qui credit in me, non maneat in tene-
Ioan. 18. bris. Et alibi: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in hunc mũ-
Hebr. 2. dum, vt testimonium perhibeam veritati. Et Paulus: Quoniam igitur pueri sanguinem & carnem communicant, & ipse simi-
1. Cor. 15. liter eisdẽ participauit. & rursus: Nam quoniam per hominem
Rom. 8. mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. & rursus: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnẽ ambulamus,
Ioan. 3. sed secundum spiritum. Et alibi: Non enim misit Deus filium D
Ioan. 9. suum in hunc mundum vt iudicet mundum, sed vt mundus saluetur per ipsum. Et saluator de seipso: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Quoniam igitur homo factus fuit vt hæc opera faceret, & initium fieret harum viarum, iure dixit de seipso: Do-
Rom. 8. minus creauit me, initium viarum suarum in opera sua. Nam etsi ipse increatus æternúsque est, propter causas tamen dictas, assumptus creatúsque homo in ipso est. Præterea Paulus de sal-
Ephes. 2. uatore dicit: Ipse enim est pax nostra medium patietem maceriæ soluens in carne sua: legem mandatorum in decretis euacuans, vt duos condat in seipso in vno nouo homine, hoc est in euangelicam vitam trãsferat. Nos enim sumus, qui creamur in ipso. Quare quoniam hominem assumpsit, & quoniam in ipso primo initia vitæ habuimus Euãgelicæ, ad meliora recreati, vt ita dicam, non irrationabiliter, quum pro nobis in vnum

creetur hominem, nunc etiam potest dicere: Dominus creauit me. Adhæc scriptum est de saluatore nostro: Quia ipse infirmitates nostras accepit. & rursum: Factus est pro nobis maledictio. & rursus: Eum qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit. Quemadmodum ergo infirmitates habuisse dicitur, qui nunquam infirmus fuit: ipse enim virtus Dei est. Infirmatus tamẽ dicitur, quia infirmitates nostras portauit. Maledictionem autem factum ait scriptura, non quia in maledictionẽ mutatus sit, sed quia maledictionem nostram perpessus est. Peccatum etiam factus dicitur, non quia mutatus à natura sua sit: sed quia peccata nostra tulit, corpore in ligno affixus. Ita quando nos in vnum hominem nouum in ipso creamur, ipse quoque creari dicitur: idcircò dicit, Dominus creauit me. Nã si verbum ipsum Dei, creatæ substantiæ (quod vos vultis) esset, & de seipso diceret, Dominus creauit me: non esset postea homo factus, qui multo ante nostram creationem creatura esset. Quod si ita esset, nec nos creati denuo essemus in ipso, nec ipse in seipso nos haberet. Quomodo igitur denuo in nouum hominem creati sumus? Nec erubescere facit vos Paulus dicens: Ipsius enim
2. Cor. 5. B creatura sumus, creati in Christo Iesu. Si autem in Christo creati sumus, non erit creatæ substantiæ verbum Dei: sed quando homo factus est, tunc in ipso creati sumus, & ita modo quodam nostri loco ipse dicit: Dominus creauit me. Nam hæc vox nullo modo sibi, prout verbum est, congruit. Sed factus creatura propter salutem nostram qui creator est, vt nos in seipso denuo crearet, dixit: Dominus creauit me. Et sicut æternitatem eius (semper enim cum patre est) narrans dicit: Ego eram quan-
Prou. 8. do gaudebat, & quotidie lætabar in facie ipsius. & rursum: Ante omnes colles genuit me. sic quando pro salute omnium formam serui accepit, meritò vt homo dicit, Dominus creauit me. Necesse enim est, vt sic de ipso quoque vt homine congruentia homini dicantur: ideò scribitur, Dominus creauit me. Postremo, si quia dicit, Dominus creauit me, creatus est: similiter quia dicit, ante omnes colles genuit me, creatus non est. Aliud enim est genitum, aliud creatura. Genitum enim, ex substantia generãtis naturaliter exit, creatum verò ad extra producitur. Quoniam igitur & deus & homo est: vt homo quidem, dominus creauit me, dicit: vt Deus autem exclamat, Ante omnes colles genuit me.

Quod scriptura verbis abutitur nonnunquam. CAP. VI.

SEd genuit verbum, inquiunt, non demonstrat omnino ex substantia patris natum esse filium: indifferenter enim verbis scriptura vtitur. Nam etiam de creaturis, de quibus nulla dubitatio est, hoc ipsum verbum dici reperies. Filios, inquit, genui, & exaltaui & rursus: Deum qui te genuit, dereliquisti. &, Quis
Esa. 53. *Iob. 38.* est qui genuit glebas roris? Nec roris certe patrem naturaliter dicemus: quare in vnum, genuit & creauit verba, sensum reducuntur. Indifferenter vtique verbis nonnunquam vti scripturam, hoc est abuti, non negauerim: nec tamen potestatem ipsam singulorum ignorare concesserim. Nam quando creaturas quæ productæ diuinitus à nihilo sunt, ostẽdere vult: In principio, inquit, fecit Deus cœlum & terram. Et fecit Deus hominem non genuit. Verbi autem sui generationem ipse pater ostẽ-
Genes. 1. dens: Eructauit, inquit, cor meum verbum bonum. Et creaturas in principio temporis factas scriptura ostendens: In princi-
Psal. 44. pio, inquit, fecit. De verbo autem ait: In principio erat verbum.
Genes. 1. quia non in principio temporis, sed in principio, id est in patre
Ioan. 1. æternaliter erat. Sicut igitur de verè creaturis, non naturaliter, sed abusiue verbum genuit, dicitur: sic quando de filio creatio dicitur, abusiue intelligenda est, vt naturalis eius proprietas conseruetur. Creaturis enim gratia dei largitur, vt generatio de ipsis prædicetur. Æterno autem consubstantialique patris verbo incarnatio creationé attribuit. Et creaturæ quidem rationales, verbo atque voluntate Dei ad adoptionem vocantur. Ego
Psal. 81. enim dixi, dij estis, inquit, & filij excelsi omnes. Filius autem ineffabilem naturalémque suam generationem ex patre significans, dicebat: Ego ex patre exiui & veni. Et rursus, vt aliud esse
Ioan. 16. creaturam, aliud se naturaliter ostenderet: Vos, inquit, de de-
Ioan. 8. orsum estis, ego de superius sum. Non enim mentis compos quispiam dixerit, localibus spaciis Dei filium gloriari: sed humilitatem creaturarum naturalem ostẽdens, inferiores eos appel-

lat, celsitudinem verò deitatis suæ significans, desuper se esse dicit. Quantum igitur intersit inter genitum & creatum recte primo retinetur: deinde nonnunquam quando nullum inde sequitur fidei detrimentum, indifferenter verba capiantur.

De eodem Prouerbiorum textu: Dominus creauit me initium viarum suarum, & ante omnes colles genuit me.

CAP. VII.

SI ante omnes creaturas (id enim colles significant) genitus est, non erit vnus ex omnibus, sed aliud præter omnia. Cæteræ enim in ipso vt in principio sunt, & omnia vt creaturæ cónumerantur. Filij autem generatio ante omnia est, qua propter necesse est, vt creatæ naturæ nõ sit. Natus igitur ex patre vt verbum est creatus verò vt homo, & factus initium viarum. Sicut igitur nos, quamuis naturaliter creaturæ sumus, tamen quum filium Dei susceperimus, filij dei per eum appellamur: sic etiam ipse assumpta natura nostra, quamuis naturaliter filius sit, creatura tamen appellatur. Et sicut Deus, quamuis creator noster sit, pater tamen etiam per gratiam fit: sic & verbum Dei, quamuis Deus naturaliter sit, creatura tamen etiam propter nos factus est. Si ergo non secundum naturam, sed adoptione ac gratia nos filij sumus: erit etiam ipse necessariò non secundum naturam suam creatura, sed dispensatione ac misericordia propter nos, naturali dignitate nullo modo imminuta. Sed latius idipsum iterum exponamus. Adæ primo homini vita salutis data diuinius est, quam prænaricatione diuini mandati perdidit: ita cecidit in corruptionẽ, & in mortem deductus est. Erat igitur opus alterius vitæ, per quam immortalitatem possemus recuperare. Hanc quia nullus hominum poterat dare, ipse Dei filius increatus secundum naturam, necessario vt homo creatur propter nos, bona voluntate patris homine assumpto, vt (quẽ admodum dicit Paulus) viam nobis innouaret recentem simul atque permanentem & opera patris ita perficeret, corpore nostro ad immortalitatẽ reformato, & morte, quæ per peccatum irrupit destructa, & ipso peccato damnato, cæterísque bonis generi humano per ipsum donatis. Si ergo factus homo, via nobis bonorum factus est, & opera perfecit ea, quæ à patre per ipsum fiunt, meritò dicit: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Æternam autem generationem suam significans, rursus ait: Ante omnes colles genuit me, & ante secula fundauit me. Si ergo & genitus & creatus est, accommodandum est vtrunq; decenter. Generatur autẽ, vt verbum ex patre ante omnia secula, creatur verò vt homo. Verbum enim caro factum est. Psalmista enim de verbo ipso canit: Qui est ante secula. Si ergo filius ante secula est, creator autem in opera patris, necesse est post producta opera & creaturas patris, ipsum qui fuit ante secula creari. In extremis certe temporibus factus est homo. Quare non deitatem eius creatio significat, sed humanitatem, quando ad reparationem operum patris, hoc est hominum, caro factus est, ac ideo dicit: Dominus creauit me in opera sua, & initium viarum suarum. Quarum porrò viarum? virtutum profecto ac Euangelicæ vitæ, quam primus ille iussit, & nos docuit: Estote, inquit, misericordes. Et lex iubet. Non mœchaberis: ego verò dico vobis, non concupisces. Cæteráque huiusmodi, quæ primus ipse fecit, & nobis exemplum tradidit, vt faciamus: ideò ait, Ego sum ianua, ego sum via? Talium ergo ille operum factus nobis initium, meritò vt homo dicit: Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua. Quod resurrectioni etiam mortuorum accommodabis, & mutationi carnis à corruptione ad incorruptionem, & ascensui in cœlos. Nam horum etiam omnium factus initium est, creatus vt homo: & sicut mortuus pro nobis vt homo, ipse dei filius id etiam perpessus dicitur, quamuis immortalis secundum naturam sit: ita creatus vt homo, creari seipsum dicit, quamuis increatus natura sit. Nam quum homo assumptus à filio dei sit, hoc est, non alius sit, nec aliam habeat hypostasin, aut personam à filio Dei, non irrationabiliter quę hominis sunt sibi attribuit. Adde, quod pulcherrima sensibilium creaturarum homo est. Is prævaricatione perfectionẽ perdidit suam, & ex immortalitate ad mortem incidit. Quoniam igitur imperfectũ semper esse opus Dei non decuit, nec potuit aliter reparari quam incarnatione verbi, necessariò Dei filius homo factus est. Ideò in opera Domini creari se dicit, vt ipsa indebitam sibi perfectionẽ restituat: ideò ipse ad patrem ait: Ego te glorificaui in terra, opus perfeci, quod dedisti mihi vt faciam. & rursus: Opera quæ dedit mihi pater vt ipsa perficiam, testimonium perhibent de me. Si ergo factus homo Domini opera perfecit, atque hominem in se creatum assumpsit, perspicuum est non ipsam naturam verbi significari, sed hominem assumptum, cùm dicitur: Dominus creauit me. Opus enim patris, homo factus absoluit, quia naturam hominis reparauit. Et adduxit patri ecclesiam sine ruga & macula mundam & sanctam. Ita facti sumus in ipso noua creatura, per obedientiam Christi à morte ad vitam restituti. Meritò igitur factus homo dicit: Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua. Nã si creatura esset filius (vt hæretici dicunt) quomodo ei nos vniti, Deo vnimur, & dij efficimur? Quomodo autem mediator Dei & hominum erit Christus, nisi deus verè, & homo verè sit? Nam si creatura esset filius, nullo modo Deo naturaliter vniretur. Nec enim naturaliter vniri possunt, quæ diuersa naturaliter sunt. Quomodo autem per creaturam saluati sumus? quum scriptura clamet, quia non legatus, non angelus, sed ipse Dominus saluos nos fecit. Quomodo etiam à morte liberamur per ipsum? quum id opus super creaturam sit: nec possit creatura datam à Deo sententiam, Cinis es, & in cinerem reuerteris, reuocare. Quomodo etiam peccatum destruxit, si creatura est? Hæc igitur omnia non vt creatura, sed vt filius, & verè Deus efficere potuit. Adhæc, si per imitationem naturalis filij Dei nos etiam filij Dei per gratiam appellamur, necesse est vt qui natura filius est, essentialiter aliud sit ab iis, qui per gratiam filij sunt: sed qui per gratiam filij sunt, creaturæ sunt: non est ergo creatura qui natura filius est. Nam si esset creatura, secundum hæreticos, & non natura filius, quoniam scribitur: Omnia in sapientia fecisti. & ipse Deus ait: Manus mea omnia fecit, non poterunt certe dicere, in qua sapientia, & per quam manum filium suum Deus creauerit. Nam ipse & sapientia, & manus, & brachium patris est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non est ergo creatura dei filius: nec enim inuenitur sapientia & manus Dei, per quam factus sit, quum ipse sit sapientia, & manus Dei, per quam deus omnia fecit. Quod autem ipse creator, non creatura est, patet diligenter obseruati scripturas. Tres enim illi adolescentes apud Babylonios, omnem generatim creatam naturam ad benedicendum Deum vocantes, nunquam dixerunt, Benedicat verbum, aut sapientia, aut manus Dei dominum. Nec enim ignorabant Dominum ipsum esse, non creaturam. Diuinus etiam, beatúsque Psalmista, quum ad laudandum Deum angelos potestates cœlorum, cœlos & lunam, & solem, cæteráque creaturas vt seruas vocasset, non connumerauit cum laudantibus filium: sed contra, adorabilem ipsum esse clamat. Et adorent, inquit, ipsum omnes angeli dei. Si ergo creatura omnis adorat, filius verò adoratur, quomodo erit creatura? vel quomodo non erit verus filius Dei, qui cum patre simul adoratur? Adhæc, omnia per ipsum facta esse scriptura clamitat. Omnia enim (inquit Euangelista) per ipsum facta sunt. & Paulus: Vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. & alibi apertissimè à creaturis ipsum separat, dicẽs: Viuum est enim verbum Dei, & efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autẽ nuda & aperta sunt oculis eius. Si ergo creator omnium est, & omnia nuda sunt in oculis eius, non erit vnus de creaturis creator: & cui omnia nuda & aperta sunt, non erit de nudis & apertis vnus. Quum enim omnia dixerit, nihil creaturarũ extra reliquit. Sic enim ipse Paulus omnia exponit alibi dicens: Quum verò dicat, omnia, nihil non subiectum ei dimisit. Si ergo quando dicimus, omnia, creaturas omnes complectimur, facit autem pater per filium omnia, cui omnia nuda sunt: non erit vnus omnium filius, sed aliud præter ipsa, præsertim quum scriptum sit, Omne genu in nomine Iesu flecti, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Si ergo illi omnia genu flectunt, non erit ille vnus genus flectentium, sed aliud præter ipsa. Scribitur etiam, quod omnis creatura ingemiscit, & dolores partus patitur vsq; nunc, liberationem filiorum expectans. Si ergo creatura quidem omnis sic sperat, filius autem nec adoptionem, nec liberationem expectat: sed ipse est, qui hanc creaturarum spem adimplet, & ingemiscentes

scentes ad adoptionem vocat, vt libertatis largitor: non connumerabitur certè cum creaturis, quia ipsæ ingemiscunt auxilium expectantes: ille autem vt verus Dei filius, ingemiscentes, à seruitute liberat.

Quomodo intelligitur illud in textu Prouerbiorum: Ante secula fundauit me.

CAPVT VIII.

SCriptum est: Deus sapientia terram fundauit. Si ergo sapiẽtia terram fundat (per ipsam enim stabilis terra manet) diligenter scrutandum est, quo pacto sapientia quæ terram fundat, à deo fundatur. Dictum igitur etiam hoc est conuenienti modo Prouerbiorum, in quibus vera sententia occultatur. Hoc enim Prouerbiorum proprium est. Sapientia ergo, id est filius Dei non incepit esse, nec fundatur, inquantum verbum, sed inquantum homo. Sic enim ipse principium & fundamentum ædificationis nostræ ad pietatem factus est per fidem, qua credimus ipsum, & qua in nouam sumus creaturam reformati. Ideò non dixit, verbũ me aut filium fecit: ne quis hoc quod hæretici dicunt suspicaretur: sed, fundauit me: vt idem significaretur hic, & quando dicit Dominus creauit me. Vt enim ibi, viarum initium ad opera Domini se factam sapientiã esse affirmabat, ita hic fundamentum se factum esse ait omnium qui super ædificabuntur, eadem diuersimode dicens. Ibi enim initium siue principium viarum, dicitur, hic fundamentum ædificationis, videlicet futuræ per fidem, vnde Paulus quoq; scribit: Nullus aliud fundamentum præter id quod iactum est iacere potest, quod est Iesus Christus. Si ergo Christus fundamentum iactum est, oportetque vt quæ superædificantur, eiusdem naturæ cum fundamento sint (hoc enim pacto structura cohærens in templum ædificabitur sanctum) patet, quia non vt verbũ fundata est. hoc est, fundamentum facta est sapientia. Nulla enim creatura cum huiusmodi naturaliter fundamento construi potest. Facta est igitur sapientia fundamentum vt homo in omnibus peccato solo excepto, & in hoc homine fideles superædificantur propter identitatem naturæ. Et sicut alibi vitem seipsum appellat, nos autem palmites ipsius vitis: ita in hoc loco fundamentum seipsum esse ait, vt naturalem coniunctionem cum superædificandis aperiat. Ædificamur enim in nouã creaturam, vt habitantis in nobis spiritus templum efficiamur. Sed non erit inconueniens, exemplis etiam falsas hæreticorum opiniones refellere. Forsan enim erubescentes, vel conuertentur, vel saltem minore impetu minores aggredientur. Quod igitur fundatur, hoc est fundamenti vsum præbet, non incepit tunc certè primo esse, quando in fundamentum iactum est. Lapides enim (verbi gratia) in terra defossi, fundamentum facti sunt, nec tunc cœperunt lapides esse, quando fundati sunt: sed quum etiam antea lapides essent, facti sunt postea fundamentum, nec priorem naturam amiserunt. Sic igitur piè sapientiam dei fundamentum factum esse intelliges: erat enim in principio apud Deum, & Deus erat verbum, vt scribitur. Quando autem quasi lapis aliquis absque manibus de monte demissus, hoc est ex substantia patris profectus, in carne nostra quasi in terra defossus est: tũc fundatam seipsam ait, quasi dicens: filius Dei sum verus, sed homo factus sum, vt principium & fundamentum superædificandorum per fidem fiam, vt propter carnis connaturalitatem mihipsi eos compingam. Sed quomodo, inquiunt, incarnatio verbi per hunc textum intelligetur? quum sapientia ipsa clamitet, Ante secula se fundatam esse, antequam terra fundata, antequam mõtes stabilirentur: quum incarnatio in extremis temporibus facta sit. Facilis cuilibet nostrũm videtur responsio, & tamen latius dicere cogimur, & multa sæpe repetere ad obstruenda hæreticorum ora. In extremis ergo temporibus incarnationem verbi factam, nemo negabit. Sed Deus qui futura omnia nouit, æternaliter quoque fundauit, quantum ad cognitionem suã, filium suum: hoc est fundamentum illum futurum constituit, vt nos superædificati in ipso à corruptione in incorruptionem resurgamus. Sciebat enim mortales nos futuros propter peccatum, ac ideò ex misericordia sua ante secula constituit, vt verbum suum homo & initium viarum, & fundamentum fieret, renouarétque hominem in seipso factus primogenitus in multis fratribus, & origo resurrectionis, quod Paulus ad Timotheum ostendit: Collabora in euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: manifestatam autem nũc per aduentũ saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem. Si ergo ante seculum antequam essemus facti videlicet gratia præscientis omnia Dei, vocati sumus in Christo Iesu: perspicuum est hoc modo etiam ante secula, quantum ad præscientiam, vt ita dicam, deliberationem Dei, Dominũ nostrum Iesum Christum fundatum fuisse. Ad Ephesios etiam scribens Paulus, ait: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos præ omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mũdi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Si ergo antequàm creati essemus, ad adoptionem electi sumus per Iesum Christum, & spiritali benedictione in cœlestibus benedicimur: quare dubitabimus similiter, quantum ad præscientiam Dei à sapientia dici, Ante secula fundauit me? Idipsum quoque Dominus ostendit dicẽs: Venite benedicti patris mei, & possidete regnum, quod vobis paratum est ante initium mundi. Si autem ante initium mundi paratum erat regnum nondum factis, & paratum in Christo, non irrationabiliter dicit de se: Ante secula fundauit me, antequam montes stabilirentur, antequam fontes aquarum prorumperent: quæ omnia creaturarum à nihilo ad esse productionem significant. Causa verò, vt sic dixerim, quare præsciti sumus in Christo, & in adoptionem ex charitate Dei patris vocati, hæc est. Præuidit Deus peccaturum hominem, & in mortem casturum: præuidit etiam cõferentia generi eius, & quomodo renouaretur & ad immortalitatẽ rediret. Ideò quasi radices huius spei in filio suo nobis deposuit, per quem ad adoptionem nos vocauit, & omni benedictione spirituali nondum factos muniuit: vt quando prænaricatione in mortem caderemus, ex prisca illa radice in vitam rursus resurgeremus, & veluti iam benedicti, non omnino sempérque iacere possemus. Præfundatur igitur ante nos Christus, & in ipso nos omnes superædificamur: idque ante initium mundi in præscietia Dei, vt quum ordine diuino benedictio maledictionem anteceserit. & damnationem in mortem vitæ pollicitatio, & seruitutem diaboli adoptionis libertas: possit natura humana superatis malis quæ inferim acciderunt in pristinam per gratiam Christi (qui fundauit eam bonis in bonis) dignitatem recurrere, talísque fieri, qualem Deus ex charitate per filium suum futuram constituit. Sed similitudine, quomodo ante secula Dei sapientia fundata sit paternis cõsiliis, sic intelligemus. Architectus, verbi gratia, sapiens, ædes ædificaturus regias, dubitat verisimiliter ne quid procedente tempore altior ædium structura patiatur, ac ideò fundamentum iacit firmissimum, & radices operum robustissimas construit, vt si quid superiora patiantur, possint rursus reparari fundamento seruato. Eodem modo creator noster Christum nostræ salutis fundamentum, etiam ante initium mundi fundauit, vt si prænaricatione caderemus, in ipso rursus renouaremur. Quantum igitur ad præscientiam, & consilium, & propositum patris, & omni deitatis, Christus ante secula fundatus est & tempore congruo natus ex virgine: in quo reparati sumus, qui ante initium mundi salutis nostræ fundamentum ipsum habebamus.

Thesauri Cyrilli libri quinti finis.

EIVSDEM LIBER SEXTVS.

De æternitate filij, & quod inseparabiliter ex substantia patris emanat.

CAPVT I.

AT quomodo (inquiunt Arriani) æternus esse poterit filius, aut quomodo inseparabiliter emanauit ex patre? Nam quod ex aliquo prodit, pars substantiæ illius est vnde prodit: quod autem semel separatum est atque diuisum, id totum esse non potest. Quid igitur dicitis de sole qui splendorem hoc est lucem suam emittit? quid de igne ac de calore, qui ex eo emanat? separationésne ac decisiones in his essentiis intelligetis? Atqui sol ita lucet, vt nullo modo imminuatur, nec aliquis poterit localiter lucem à sole diuidere, nec separati caloré ab igne videmus: sed exit ab igne inseparabiliter, quasi fructus essentiæ suæ, sicut & splendor lucis: nunquam enim erit lux sine splendore, neque ignis sine calore. semper enim cũ istis rebus sunt, quæ ex ipsis generantur. Sic igitur & filium intelligere ex patris essentia émanare, ita vt æternaliter & in ipso sit, & in propria hypostasi esse non dubitetur, nec vllo pacto imminuere patris essentiam credatur, nec ab eo separari intelligatur. nam & pater in ipso est, & ipse in patre, vnde verè dixit: Ego in patre sum, & pater in me. Et quoniam propter incommutabilitatem ipse in patre cernitur, & pater in ipso, verè illud quoque ab eo dictum est: Ego & pater vnum sumus. &: Qui me videt, videt & patrem. Miror autem quare qui contendunt separatũ esse à patris essentia filium, quoniam à patre prodit, & ita pars sit non integra: non dicunt splendorem quoque lucis dissparatum esse à luce, & calorem ignis ab igne, & verbum à mente siue intellectu: quare, inquam, non ostendunt has quoq; partes esse, & quidem separatas à rebus vnde profluunt? Ostendant splendorem lucis absque luce vnquam fuisse, & ignẽ absque calore, & mentem sine verbo, & tunc forsan talia etiã de verbo dei cogitare poterunt. Si vero hæc corporea & creaturæ semper simul sunt, neque vnquam separantur: quomodo non erunt impii, separationes, passiones, decisionésque naturæ deitatis accõmodantes, quæ in immensum creaturas omnes excedit? Sed quomodo, inquiunt, cœternus patri filius erit, quum animalia vniuersa, quæ nascuntur ab aliis, multo posteriora parentibus sunt? aut quomodo filius verbum patris aut imago erit, quum verbum hominum nec per se subsistat, & postea quam dictum sit euanescat, quum manifesta fecerit, quæ in mente & in profundo cordis locata sunt? Si nihil plus in deo ponitis quàm in homine, erit secundum vos posteriot patre filius. Sin autem multo excelsior illa natura quam nostra est, nec est aliquid commune substantiæ nostræ, & substantiæ Dei, quomodo humanæ imbecillitati deitatem subiicere non erubescitis? Nam quantum substantia substantiam excellit, tãtum & generatio diuina hominis generationem: corruptibiles nos sumus, Deus incorruptibilis: à nihilo producti nos, Deus semper & erat, & erit, imò autem est. Qualis verò genitor in omnibus est, talis & qui ab eo nascitur: sed Deus pater æternus est, æternus ergo & filius suus est: lux est pater, huius lucis splendor semper cum ipsa est. Et hominis quidem verbum ad nihilum redigitur, neque viuum neque subsistens est. Nam & homo qui hoc verbum emittit, & ex nihilo productus est, & corruptioni subiicitur: verbum autem Dei viuum est, & ex viuo patre profluit, & ideò semper est. Nunquam enim erat, sed nec erit vnquam Deus absque verbo. Vnde Paulus de ipso: Viuum enim est verbum Dei & efficax. Creator igitur est, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed non est (inquiunt) Christus innata virtus Dei & sapientia. Alia enim est quàm illa, de qua Paulus dicit, æterna eius virtus & deitas. Non enim Christus solum, verumetiam multæ aliæ sunt virtutes & sapientiæ præter illam innatam Deo.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Heb. 4.

Ioan. 1.

Rom. 1.

Nam illa quidem innata, veráque Dei virtus creatiua omnium est, sed aliæ reuera per ipsam factæ sunt, quamuis præcipua quædam virtus Dei præter alias Christus sit: ad hoc creata vt imbecilla confortet, vt in sapientiam stulta redigat, vt iustificet omnia quæ iusticia indigent. Illa igitur innata Dei virtus, inquiunt, æterna & increata & semper in patre est. Christus verò propter dictas causas factus fuit. Si autem nonnulli, quia scribitur apud Paulum: Christus Dei virtus, & Dei sapientia:

1. Cor. 1.

Caullatio hæreticorum.

ipsum putant esse innatam Dei virtutem, quid dicent, quum Deum audiant dicentem: De eruca virtus mea magna? aut quid facient, quum multas virtutes esse Psalmista significet, canens: Benedicite Deum omnes virtutes eius? Si propter hæc factus est filius Dei (vt Arriani dicunt) vt ad sapientiam redigat stulta, vt imbecilla confortet, vt indigentia iusticiæ iustificet: nos ergo causa sumus vt ipse factus sit: quare nec factus esset, nisi Deus creaturas voluisset producere & organum: hoc est, instrumentum creationis nostræ fuit. Si factus est propter nos, num igitur sicut sapiens propter stulta, quæ in sapientiam rediguntur, & virtus propter corroborata imbecillia secũdum vos appellatur: sic & filius nominabitur propter adoptatos per ipsum Dei filios, vt nihil proprie sit propter seipsum, sed omnia propter nos? Quomodo igitur in Psalmis cantatur: Ipse nos fecit, & non ipsi nos? Nam etiam si creationis nostræ ipse autor esse videatur, sed nos sumus causa secundum vos, vt ipse produceretur: sicut & cœlum propter generationem generabilium factũ est, & sol vt tenebrosa illustret, & terra vt animalia sustenteti: & ita nihil magni erit in filio, quod in creaturis nõ sit. Minister enim ille quoq; sicut creatura erit, imò maioris dignitatis cæteræ creaturæ videbuntur, quarũ causa ille productus est. Vides quod impiè dicta ex opinione falsa hæreticorũ sequuntur. Sed fatentur innatam Dei sapientiam & virtutem non esse creatam. Noluit ergo quum filium audiant increatũ patríque cœternum esse, duo increata cogitare. Nos enim ipsam sapientiam & virtutem Dei patri cœternam ipsum filium esse credimus, qui omnia fecit, qui propter nos caro factus est, vt Ioannes ait. Ad hæc omnia, quur pater vniuersa per filium operatur? quur in baptismate cum patre connumeratur, si creatura est, non creator? Quid opus erat creatura ad sanctificationem nostrã? aut quur vt protectoré nostrum inuocamus, qũ ad nullam creaturam sicut ad ipsũ refugiamus? ad solum enim refugimus vt ad cœternum patris filium. Quur etiam si Deus ita verè vt pater, non est, in ipsum creditur? aut quur ab ipsis quoque hæreticis creator omnium nominatur, nisi eodem modo creator sit quo pater? Omnia, inquit, patris, mea sunt. Est autem in patre creandi virtus, eadem ergo etiam in filio est. Similiter saluare, sanctificare, & omnia quæ Deo conueniunt, ita in filio sunt, sicut in patre. Deus igitur verus non aliter quàm pater est, non factus (vt hæretici fingunt) sed ex patris substantia proprie profluens.

Mic. 3.

Psal. 102.

Psal. 99.

Ioan. 1.

Ioan. 16.

De eodem, videlicet quod filius creatura non est.

CAPVT II.

SI omnis creatura patrem ignorat, nouit autẽ solus filius (nullus enim inquit, patrẽ nouit nisi filius) non erit profectò filius creatura. Præterea, nulla creaturarũ Deus est: filius verò natura Deus est, non est igitur creatura. Nã si filius natura deus non esset, miserius modò esset genus humanũ quã antea: quia quum credat se à seruiture falsorum liberari deorũ, in eandẽ in cidit impietatẽ, Deo seruiens, qui naturaliter Deus non est. Ad hæc omne creatũ aliud penitus natura est, quã increatum, nec potest increati gloria æqualiter frui quod creatũ est. Non enim inquit, dabo gloriã meã alij. Filius autem in gloria patris venit, & æqualiter illa potitur, nõ est ergo creatura. Accedit quod scripturæ verum esse Deum filium affirmãt, & omnes iam ita credimus. Quod verò creatũ est, recens est, nec fas est in recentẽ credere Deum. Increatus ergo, & verus Deus filius est. Longe nanque aliud creatum ab increato est. Et sicut increatum adorare iubemur, sic ab adoratione creati à scriptura vetamur. Filiũ autem adorare iubemur: non est igitur filius aliud à Deo, nec creatura, sed verus Deus, & increatus. Accedit, quod nulla creaturarum libertatẽ largiripotest, quum ipsa seruiat. Filius autem nos liberauit: non est igitur seruus, sed Dominus & Deus secũdum naturam. Creaturæ nanque omnes naturã diuinitus sibi datam sequuntur, & ita Deo seruiunt. Ipse verò Deus omnem huiusmodi naturæ necessitatẽ excedit, & ideo nõ seruit, sed dominatur. Ipse nanq; naturã, vt legem speciebus singulis imposuit. Filius autẽ liber est, & natura dominus: non est igitur creatura. Adde quod nulla creatura deo patri naturaliter similis est: filius verò ita similis naturaliter est, vt qui eum videt, patré videat. Increatus ergo sicuti pater est. Dominus enim & rex

Matth. 11.

Esa. 42.

Psal. 80.

gloriæ, filius dicitur. Creaturæ verò diuinæ gloriæ seruiunt. Adde, quod omnia quæ à nihilo producta sunt, possunt etiam, si creator voluerit, ad nihilum redigi: quod de filio dicere nefas est. Non est igitur à nihilo productus, vt creatura, sed ex patre genitus vt verè filius. Præterea, omnis rationalis creatura potest errare: filius verò nullo modo potest. Ad hæc, nulla creatura vnquam substantiam à nihilo producere poterit: finitæ nanque id virtutis esse non potest. Filius autem creator omnium est: quomodo igitur erit creatura? Accedit, quod creata omnia, in quantum creata sunt, conueniunt inter se, nec vllam differentiam in hoc habent: quare si filius etiam creatura esset, conueniret in hoc necessariò cum cæteris creaturis. Sed nulla in re cum cæteris conuenit: quomodo igitur verus Deus non erit? Præterea, omnis creatura in tempore facta est, nullum verò tempus generationem filij præcessit, nec spacium, aut duratio vllam on est ergo factus, sed genitus. Nam si tempus, siue duratio aliqua creata generationem filij præcessisset, non esset ipse creator omnium: & si spacium siue duratio, quæ generationem filij præcessit, increata sit, erit aliud præter Deum increatum, quod dictu nefas est. Si ergo nec tẽpus, nec spacium, nec duratio vlla ante filium fuit, quomodo dicunt præfuisse patrem filio, quum inuenire non possint quo præfuit? Accedit, quod rationales creaturas non natura, sed participatione ac gratia deos scripturæ appellant: filium verò non participatione ac gratia, sed natura Deum nominant. soli enim natura Deo debetur adoratio, filium autem adorare iubemur: aliud igitur est quàm creatura. Postremo creatorem esse filium concedunt, creatum etiam esse concedunt: quare si creator creatus est, est autem etiam pater creator, quur ipsum quoque non dicunt à nihilo productum? Quia videlicet impossibile est, totius naturæ creatorem ab alio creari. Quomodo igitur & creatorem omnium esse filium, & creatum esse opinantur? Num excogitare potest quispiam mentis compos, creare quod creatur: & à nihilo producere, quod à nihilo productum est? velint quæso diligentius quid dicunt perpendere. Præcipua enim dei veri proprietas est, vt à nihilo possit substantias producere. Id filium posse non negant: quomodo ergo non Deus verus, sed creatura erit?

Deus, inde etiam creat, vt hæretici vociferantur, erit aranearum similis, quæ (vt aiunt) inde generat vnde facit. Quod & si concesserimus in araneis, quæ naturali seruiunt legi: pie tamen in Deo non concesserimus, qui nõ naturæ seruit, sed naturæ creator est. Sed si, quia nulla compositio est in Deo, idcirco similiter generat & facit, vt isti contendunt: erit præscire quoque ac facere idem, ne videlicet compositio huic accedere videatur. Et si hoc, quoniam præscire ipsum mala non negabitis, an concedetis mala quæ ab ipso præsciuntur, ab ipso quoque fieri? Certe non facietis. Quod si aliud est apud ipsum præscire, aliud facere, neque hinc simplicitas eius lædetur: erit similiter aliud generare, aliud creare in Deo, nec vlla propter hoc compositio erit. Adhæc, si generare & facere idem sunt, erit natura & operatio idem. Natura enim generat, operatio autem facit. Sed nõ sunt idem natura & operatio: aliud est ergo generare, aliud est facere. Accedit, quod qui facit, creator quidem est: qui verò generat, pater. Aliud est autem pater, aliud creator: aliud ergo erit facere, aliud generare. Postremo, si idem est generare & facere, simul Deus generat & facit, & omnia sunt eadem ratione & creatura & filij: quod absurdissimum est: & deus similiter simul & pater & creator. Fuit autem æternaliter re ipsa pater, fuit ergo æternaliter actu creator. Et ita secundum vos necessariò non filius solum, verumetiam creaturæ patri erunt coæternæ: quod falsum est.

Thesauri Cyrilli Libri sexti finis.

EIVSDEM LIBER SEPTIMVS.

Aduersus eos qui dicunt, quod filius non est verum patris verbum, sed aliud natura quàm pater.

CAP. I.

IS filius, inquiunt, verbum patris est, & est ipsi consubstantialis, in nullo à patre differre poterit: & ita pater etiam poterit verbum appellari, quod apostolorum prædicatio, & diuinæ scripturæ non patiuntur. Pater enim pater semper est & non filius, & filius solummodo filius à scriptura nominatur: aliud ergo ipse à patre est, nec potest eiusdem esse substantiæ: quare nec verum ipsius verbum, neq; ex seipso est, quum eiusdem naturæ non sit. Qui hæc dicunt, Ioannis omnino obliti sunt. Verbum enim ipse filium hic appellat, vt hoc nomen quasi proprium, & ipsius esse filij maximè significatiũ, elegisse videatur. In principio, inquit, erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbũ. Vides quomodo ipsum esse filij secũdum naturam hoc nomẽ significat: Deus enim erat verbum, ait. Quod si non esse filij secũdum naturã verbi vocabulum ostẽdat, aliud quid certè significabit. Quare necesse est quærere quid est filius secundum naturã, si verbum non est, nec esse ipsius vocabulo verbi significatur. Nã veluti si architectũ aut lapicidam diceres nõ natura rei significaretur, sed artificiũ: ita si non esse filij secundum naturam, quando verbum Dei dicimus, significatur, sed artificium ponimus: cogemur quærere quo nomine proprie artifex ille appellatur. Frustra enim Euangelistã miramur & quasi magnum quid proprium tonassẽt, tonitrui filium appellamus. Multis enim nominibus scriptura filium appellat, Sed Euangelista quum verbum dixerit, quasi proprium, idque mirabile atq; inauditum pronunciasset, nihil aliud apposuit nec dixit, vt de Paulo verbi gratia scribitur, Paulus apostolus: sufficit enim sibi ad significãdum ipsum esse filij, verbum dixisse. Verũ igitur patris verbũ filius est, neq; est aliud verũ patris verbum, quã filius. Nã si ea de causa putant hæretici non esse filium patri consubstantialẽ, quoniam neque pater verbum est, neque verbum pater: & propter differẽtiam personarum, substantiarum quoque differẽtiam inducunt: quomodo Abel, & Adam consubstantiales dici poterũt? quũ neque Abel possit esse Adã, neque Adam Abel. Quod si differẽtia personarum identitatẽ naturæ nõ de-

Ioan. 1.

Marc. 3.

Rom. 1.

Matt. 3.

C

Ebr. 1.

D

struit in hominibus: quomodo non erit impium, ea de causa putare supernaturalem dei substantiam diuersificari? Sicut igitur si non esset consubstantialis patri filius, non esset verbum patris verum: sic quoniam cõsubstantialis est, verum eius verbum est.

Ad hæc, substantiarum nomina ipsarum substantiarum sunt significatiua, & maxime quæ prima & propria sunt, magnã tamen in ipsis differentiam inspicimus. Alia enim vniuersalem habent significationem: hæc ab aliis vniuersaliora significata in singula incidunt, vt verbi gratia: homo simpliciter & absolute ipsum humanum genus significat, hoc est ipsum esse hominum. Paulus autem, & Petrus, & Iacobus, cæteráque huiusmodi, in singulos vniuersale illud significatum hominis scindunt. Nec ista differentia singulorum singulis nominibus notata facit, vt natura ipsorum singularium alia atque alia in singulis sit. Pater igitur pater est, & filius verbum: nec tamen ideo naturæ diuersitas inducitur: quoniam sola diuersitate relationis quæ diuersis nominibus significatur, nec alia re vlla distinguuntur. Relationes autem consubstantialium diuersæ, nominaque ipsarum relationum diuersa, non possunt (vt exemplo docuimus) naturalem cõiunctionem delere. Quare necesse est vt eiusdem substantiæ cum patre filius sit, quamuis ille semper pater solummodo sit, & hic semper solum filius ac verbum. Quum enim essentia patris simplicissima sit, & ex eo prodeat verbum suum, nihil aliud inter generationem verbi, & parrem intelligi potest, quod possit prohibere, ne verbum eiusdem naturæ sit cum eo cuius est verbum. Sed in euangelio, inquiunt, scimus filium ad patrem dicere: Pater glorifica filiũ tuum: & à patre ipsi responsum fuisse, & glorificaui, & rursus glorificabo: quomodo igitur filius verum patris erit verbum, quum ad eum pater loquatur? Loquutio enim absque verbo fieri non potest. Aut per ipsum filium si verbum verum est, loquitur filio pater, aut si hoc absurdum est, aliud est illud verbum interius, atq; naturale, quod ad filium loquutus est pater. Non est parua impietas, si quis credit modo humano per labia, & guttur & linguam verbum diuinum emitti, & aures audientium verberare. Non conuenit certe huiusmodi fictio vlli incorporali natura. Nec illa vox, patris proprie ac naturaliter fuerat: sed sonus quidam factus, quo significabatur quantæ dignitatis filius sit apud patrem. Non enim solus dominus audiuit, sed discipuli quoq; omnes. Quod autem vox illa collisione corporis facta fuit, non solum hinc patet quod aures discipulorum percussit, verum etiam ipse dominus aperte ostendit, dicens: Non propter me vox ista facta est, sed propter vos. Non dicit certe, non propter me loquutus est pater, sed facta est hæc vox, non propter me, sed propter vos. Si ergo miraculose facta est illa vox voluntate diuina, nõ propter Christum, sed propter discipulos, qui nõ poterant voluntatem paternam in glorificando filio discere nisi voce humana, non erubescent isti quæ propter nos miracula ac per dispẽsationem facta sunt, ipsi naturæ deitatis indecenter attribuere?

Cauillatio aduersariorum.

Ioan 12.

De eodem, alio modo. CAP. II.

SEd inuenitur (inquiunt) pater dicens ad filium: Faciamus hominem, & ipse saluator ad Iudæos: Ego à me ipso non loquor, sed quæ à patre audiui, hæc nuncio vobis. Quid igitur respondebitis, si quis interroget, vtrum pater ad scientem filium quod dicturus erat, an ad nescientem loquutus sit? Nam si ad nescientem antea, & tunc discentem quando verbum patris percepit: aliud profecto ipse verbum erit, quàm illud natura intrinsecum quo didicit: sin verò ad scientem, quomodo non erit stultum scientem docere? quippe nemo id nisi stultus faceret. Quoniam ergo deo attribuendum hoc non est, vt scientem doceat: non erit filius ipsum intrinsecum ac verum patris verbum, neque per ipsum scire potest patris voluntatem, nisi verbo doceatur. Quid ergo differret à prophetis verbum dei, quod in ipsis loquutum est, & futura prædixit eis: homines enim erant, & vt homines futura ignorabant, quorum præcognitio soli conuenit deo. Quid igitur faciemus? quũ ipse dominus longe se à prophetis his verbis disseparet. Si illos dixit deos, ad quos verbum dei factum est: nec potest dissolui scriptura: Quem deus sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum. Si enim prophetis sicut creatura exæquaretur, non sicut à minore ad maius comparationem prophetarum ad seipsum faceret? Nam quum dixit, si illos dixit deos, ad quos verbum dei factum est: aperte ostendit nõ factum fuisse, ad se verbum dei sicut ad illos: sed quod ipse sit patris verbum in prophetis loquutum. Quomodo igitur vt prophetam nescire futura, & audiendo discere, impie dicere audent? Nam si voluntatem patris ignorat, & ideo expectat vt per verbum ipsius patris discat, non est maior prophetis. Quur igitur Psalmista canit: Quis in nubibus exæquabitur domino & in filiis dei? Neminem enim aperte exæquari filio ait, nec in ipsis prophetis, quos & nubes tropologice dixit, nec in filiis dei, id est, per gratiam baptismatis iam adoptatis. Si ergo impium est spiritũ sanctum per Psalmistam mentiri affirmare, omnes excedet dominus, eritque verbum dei verum, & patris voluntas ac sapientia. Præterea, si aliud verbum insitum patri est secundum naturam, quàm illud de quo scripturæ loquuntur, vt sit aliud intrinsecum & quasi occultatum in patre, aliud enuncians manifestánsque mysteria dei, quod deum esse Ioannes asserit, erit compositio in deitate. Componetur enim secundum istos deus pater ex essentia, & verbo suo intrinseco. Sed compositum esse deum penitus impossibile est, & omnibus ita videtur. Vnicum ergo verbum dei est naturale atque intrinsecum, & id est, filius suus. Aliter necesse esset confiteri secundum istos, verbum dei quod per euangelium prædicatur, nescire mysteria patris: sed colloquutione paterna discere, atque sic ex ignorantia ad scientiam commutari. Quomodo igitur verè dicet: Ego, & pater vnum sumus? aut quomodo cõmutabilis imago genitoris erit? nisi forte dicant, patrẽ etiam ipsum ignorare, & cogitando adinuenire? Nam si omnia scit, sicuti certe scit, estq; vera sua imago filius, impossibile est non vnam eandemque patris & characteris sui scientiam esse. Eſtisne sic indocti, inquiunt, vt imposita vocabula rebus non alia esse contẽdatis, quàm res ipsæ sint? Ecce cœlum opus dei præcipuum, & nomen eius longe aliud: neq; enim res præcipua est. Præterea, cœlum ipsum res visibilis est, vocabulum verò suum non visui, sed auditui subiicitur: filius ergo dei verbum dicitur, nec tamen ita verbũ est, vt multi intelligunt, sed aliud quid naturaliter quàm verbum. Tacere oportet, nec ad huiusmodi rationes respondere: & tamen ne simpliciores ab istis seducantur, tacere non possumus. Dicimus igitur vocabula rebus imposita ipsas rerum essentias significare, etiam si alia sint præter ipsas. Homo enim, verbi gratia, vox ista dico, aliud est quàm ipse homo, & tamen subiectum ipsius hominis significat. Nam si non significaret ipsum hominem, hoc nomine audito non intelligeretur homo, sed aliud quippiam, quod dictu stultissimum est: non ergo aliud intelligere debemus, quàm quod per vocabulum significatur, & ita furor hæreticorum deprimitur. Aut demonstret nobis Eunomius non esse proprium vocabulum filij dei, verbum: vt hostis diuinarum scripturarum, & præcipue Ioannis Euangelistæ reperiatur, qui appellationẽ hanc, tanquam maxime propriam filio dei posuit.

Genes 1.
Ioan. 8.

Ioan. 10.

Psal. 88.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Ezech. 33.
Act. 8.

Aduersus aliam Eunomii obiectionem. CAP. III.

SEd quomodo, inquit, filius dei verbũ & sapientia erit? quum sapientia, scientia quædam sit, verbum autem prolatio vocis: voces autem, neque substantiæ, neque animalia sunt: Filius verò, animal est, quare nec sapientia nec verbum patris. Ad humana rursum defertur, oblitus verba de deo fieri: sed forsan nescit humanis quidem vocabulis de deo nos vti, vbi omnia longe alter quàm res humanæ intelligenda sunt. Verbum enim hominis non subsistit, sed vox ex ore prolata dissoluitur: verbum autem dei nõ ita se habet, sed viuum ex viuo, & subsistens ex subsistente. Similiter etiam de sapientia & scientia dicendum est: sapientia enim nostra non subsistit, dei autem sapientia subsistit. Intelligere nanque deberet, tantum quæ de deo dicuntur, modum humanum excedere, quantũ humana substãtia à dei substantia exceditur. Sed nescio quomodo in tantam impietatem ex ignorantia forsan incidit. Animal enim dei filium appellat, nèque considerauit aliud esse animal, aliud vitam, sicut scientem & scientiam: vita enim est res illa, quæ participata viuificat: animal verò quod vita participat. Dominus autem non animal seipsum, sed vitam appellat. Quod si quia vita est, animal etiam secundum ipsum erit, quur etiam patrem animal non appellat? De quo scribitur: Viuo ego, dicit dominus. Illud ergo apostolicum ad Eunomiũ recte dicentes, excogitationes tuæ tecum sint in

sint in perditionem: non animal vt ipse, sed ipsam vitam dominum esse prædicabimus, qua omnia viuunt. In ipso enim, ait Paulus, viuimus & mouemur, & sumus. Ad hæc, verbum apud scripturas filius appellatur, & prolationem vocis acutus homo intelligit, ignorans ex nostra cõsuetudine vocabulum esse sumptum. Loquitur enim pater ineffabiliter ad filiũ. Habet enim filius naturaliter perfectam voluntatis paternæ cognitionem, nec verbum expectat, quum ipse sit verbum dei. Quando igitur de deo humano more aliquid dicitur, qui audit, non humano more, sed spiritaliter diuina intelligat.

Actor. 17.

Quod vocabulum verbi sufficit, ad significandam ex patre filii generationem. CAP. IIII.

SEd non sufficit (Eunomius inquit) verbi vocabulum, ad significandum verum filium. Non enim manifestari potest per illud ipsum esse filij. Multa enim alia vocabulo verbi nominantur, quæ non subsistunt. Hac ipsa ratione Dei etiam vocabulum non sufficit, ad significandum ipsum deum. Multi enim alij, quamuis natura dij non sint, sic tamen appellantur, secundum illud: Ego dixi, dij estis. Illud etiam quispiam poterit dicere, quoniam bonus, sanctus, cæteráque huiusmodi, de hominibus quoque per participationem veri boni, & veri sancti dicuntur, non proprie de deo ista dici. Quod si multa nomina deo & creaturis communia sunt, & tamen de ipso solo secundum naturam dicuntur, quid prohibebit verbum etiam proprie filium dei appellari, & hoc vocabulo maxime ipsum esse filij, prout homines percipere possunt, significari? quamuis multa quoque alia verba sint abusiue, & ad imitationem veri verbi appellata. Hac de causa ipse de se dicit: Ego sum veritas. quare quicquid de deo dixeris, vt ipsi vere conueniat: de illo quidem proprie, de aliis verò abusiue dictum non dubites.

Psal. 81.

Ioan. 14.
Cauillatio Eunomii.

Sed verbũ à scripturis dicitur (Eunomius inquit) non quia ex patre secundum naturam sit, aut quia ipse filius sit intrinsecum atque insitum patri verbum: sed quia patris verbum audiens, nobis enunciat: sicut sanctificatio quoque dicitur filius, quia sanctificat: & iustitia, quia iustificat. Si verbum dei appellatum est, secundum Eunomium, non quia secundum naturam ex patre sit, & genitoris essentiam in seipso demonstret: sed quoniam quod à patre verbum audiat, id nobis enunciet: seruet in cæteris quoque eandem consequentiam rerum, vt sua impietas apertius deregatur. Nam si verbum dicitur filius, quia verbum audit, erit participatione verbi verbum, & consequenter sanctificatio & veritas, non secundum naturam, sed participatione sanctitatis & veritatis. Quæ autem non secundum naturam insunt, sed extrinsecus aduenium, facile quoque perduntur. Dicat igitur quæso, quando filius dei nec sanctus, nec bonus, & cætera huiusmodi fuit, & quum dicat: Qui videt me, videt & patrem: hæc blasphemia vsque ad patrem eius perueniet. Desinas igitur has leges scripturis imponere. Nemo enim ita insanus erit, vt spero, vt cauillatorias expositiones tuas de verbo dei potius sequatur, quàm ipsum spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus filium dei verbum per scripturas nominat: Eunomius autem, non verbum, sed verbi participem. Nam si verbum à patre ipse audit, ac ideo sic appellatur, secundum ipsum non erit verè verbum, sed verbi particeps. Aliud enim est participans, aliud participatum, vt exempli causa: Aliud est sapiens qui sapientia participat, aliud sapientia quæ participatur: & aliud grammatica, aliud grãmaticus. Quare necesse est, vt vel verbum esse filium dei, & non verbi participem fateatur: vel si verbi participem dicit, verbum non nominet, sed apertebellum scripturis indicat. Nam vtrunque simul & participes, & participatum respectu suiipsius esse non potest. Quare nos qui pietatem sequimur, sacram sequuti scripturam, verè verbum dei filium credimus: & dicentes eum per participationem verbi verbum maxime abhorremus.

Ioan. 14.

Thesauri Cyrilli libri septimi finis.

EIVSDEM LIBER OCTAVVS.

Eunomy obiectio, ex textu apostoli: Ideò & deus eum exaltauit, & cætera.

CAP. I.

Philip. 2.

SED scribitur apud Paulum, inquit Eunomius: Hoc sentite in vobis fratres, quod & in Christo Iesu, qui quum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. Et paulò post: Ideò & deus eum exaltauit, & donauit ei nomẽ quod est super omne nomen. Si ergo exaltatus à deo & glorificatus est, & per gratiã accepit nomen quod est super omne nomen, idque quando humiliauit seipsum, vt humilitatis mercedem accepisse aperte scriptum est: non potest esse natura deus aut filius: quippe quum hæc sibi accesserint, quoniam humiliauit seipsum. Et certe quod exaltatur per donum dei, humile per suam naturam est, & ab inferioribus ad superiora ducitur. Et quod dono aliquid accipit, eget ea re quam accipit. Et qui se humiliat vt exaltetur, supremumque nomen acquirat: non erit talis natura, sed factus est per gratiam, quare nec natura deus poterit esse. Quæ nam honoris accessio facta est illi, qui quum in forma dei esset, serui formam accepit? imò quomodo non videbitur potius exinanitus, qui summa & sublimia sponte dimisit, & ad infima venit? Deus verus factus est homo, quam mercedem hinc consequutus est? Vel quomodo glorificatus est, qui à deitatis gloria in dedecora humana descendit? aut quomodo exaltatus est, qui à summitate deitatis diuinę in humilitatem nostram deuenit? Nam quę profectum hęc humilitas habet? vel quid melius homo factus inuenit, qui optima omnia cum patre semper habet? Nam si deus altissimus & in altissimis habitat, quò vltra altitudinem dei potuit exaltari? Quomodo autem & humilis factus est, qui semper in sinu habitat patris? hac de causa descendit ab altissimis, vt exaltraretur, quid erat opus descensu? altissimus enim semper & fuit, & est. Similiter si ideo se humiliauit vt glorificaretur: quid erat opus humiliatione illi, qui semper in deitatis gloria est? Stultissimum dictu, mihi crede, cum labore quærere, quod absque labore habere pores. Quomodo autem nomen quod est super omne nomen accepit, qui semper in eo ipso nomine adoratus est? semper enim vt deus à creaturis colitur. Audi scripturam: Deus in nomine tuo saluum me fac. &, Adorent nomen tuum domine magnum. &, Ante solem permanet nomẽ eius. &, Date gloriam nomini eius. &, Isti in curribus, & isti in equis, nos autem in nomine dei nostri magnificabimur. Quomodo ergo accepit nomen, quod semper habebat? Sed manifestum videlicet est, quia verbum in principio erat, & deus erat verbum, & erat semper in principio apud Deum. In extremis verò temporibus propter salutem nostram verus deus factus homo verus, humiliauit seipsum, & ideò dicitur exaltari: non secundum verbi naturam, sed secundum incarnationis mysterium. Nam cui humilitas congruit, hic exaltari quoque dicitur conuenienter. Humana verò natura, res humilis est, ipsa ergo exaltari quoque intelligitur. Nunquam enim de verbo dei rale quid in scripturis inuenies, nisi secundum quod factum est caro, & habitauit in nobis. Si ergo secundum assumptum hominem humiliatio facta est, & exaltatio quoque secundum assumptum hominem facta necessariò est, vnde Paulus ait: Pro nobis introiuit Iesus non in exemplaria verorum, sed in seipsum cœlum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Quemadmodum igitur, quamuis in cœlis & coram facie patris, & cum ipso patre semper fuerit, futurúsque sit: tamẽ pro nobis modò cœlum ingreditur, & apparet patri, vt homo videlicet: sic etiam nunc pro nobis exaltatur & glorificatur, & nomen accipit, quod est super omne nomen: vt quemadmodum in ipso cœlum ingredimur, & patri coràm apparemus: sic in eo quoque glorificati & exaltati, dij per gratiam efficiamur. Quod autẽ hæc ita se habeant, Psalmistam audi, saluatoris ascensionem in cœlos, in spiritu exponentem: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Hic enim sanctis cœlorũ virtutibus per spiritum sanctum imperatur, vt ingredienti Christo portas aperiant, qui tamen vt deus, intus in cœlis semper erat. Non erat igitur opus sicut deo, sed sicut homini portas cœlorum aperire. Quare sicut non vt deus, sed vt homo propter nos & pro nobis

Psal. 53. & 98.
Psal. 71.
Psal. 28.
Psal. 19.
Ioan. 1.
Hebr. 9.
Psal 23.

cœlos ingreditur, vt nos per seipsum introducat, & hanc viam nobis aperiat: sic quamuis semper altissimus vt Deus sit, tamen vt homo propter nos exaltatur, vt in ipso nos quoque exaltemur, & ita reformaret nos in seipsum, totámque naturam nostram ad creatoris imaginem reformaret. Hoc igitur modo vniuersa hæc, & similia quæ de Christo dicuntur, intelligenda sunt. Altissimus dei filius semper est vt Deus, exaltatur vt homo. Nullius indiget rei vt Deus, & tamen multa vt homo accipit. Adorabilis semper vt Deus, & nunc adorari incipit factus homo. Et qui vita est vt Deus, mortuus est vt homo.

Sicut igitur mors verbo Dei non detrahit, sic qui accipit à deo multa vt homo, nihil hæc sibi acceptio detrahet: & ideo Iesus *Phil. 3.* Christus in gloria dei patris est. Homo enim factus, perditos nos adinuenit, attritos restaurauit, & ab errore ad seipsum reuocauit: quæ omnia tendunt ad gloriam dei patris. Nemo igitur perturbetur, si quæ conditioni seruorum congruunt, sibi accommodantur. Nam si homo verus ex misericordia factus est, non iniuria quæ hominis sunt vniuersa, præter peccatum, sibi quoque accommodantur. Est autem naturæ humanæ proprium à Deo accipere. Quid enim habet quod non accepit? vt *2. Cor. 4.* scribitur. Vt homo igitur per gratiam à deitate accipit, quæ vt Deus naturaliter habet. Quare à se quoque ipso vt à Deo, ipsemet accipit vt homo. Nam si omnia pater per filium facit, & sine filio factum est nihil: necesse est credere, quod ipse sibiipsi exaltationem dedit, & gratiam patris deificato assumpto templo. Recipit etiam à seipso, prout est verbum patris, & in serui forma visus adorabatur, qui hoc cũ patre semper habuit. Gratia ergo & exaltatio ipsi sicut homini accidit: sed verbum Dei quod hominem assumpsit, quę homini accidebant, sibi accommodat. Non est alterius illa caro quàm filij Dei, & ideò filium Dei hominem illum prædicamus. Vnus enim Christus est, Deus verus & homo verus: nõ quia mutatus sit in aliquid quod non erat, sed quia templum sibi ex virgine assumpsit.

Psa. 44. Præterea: Sedes tua (inquit Psalmista) in seculum seculi. & addit: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis pręparticipibus tuis. Sed verbum & filius Dei regnabat, etiam ante vnctionem cum patre. Quomodo igitur in regem vngitur, & sanctificatur natura sanctus, & semper regnans? Sicut ergo, quamuis semper rex erat, in vltimis tamen temporibus in regẽ vngitur: sic altissimus quoq; semper erat, & tamẽ exaltari dicitur propter carnẽ. Exaltatur autẽ & vngitur, & sanctificatur propter nos, vt per ipsum in omnes homines gratia percurrat, ipsi naturæ hominũ data, & toti generi elargita, sicut ipse in euangelio ait: Et pro ipsis ego sanctifico me ipsum, vt ipsi quoque *Ioan. 17.* sanctificati sint. Omnia enim quæ in Christo, vt in homine sunt, in nos quoque redundat. Non enim ipse propter seipsum sanctificabatur, ipse nanque sanctificans erat: sed vt naturam nostram sanctificaret, & bonorum nostrorum initium fieret, ideò ait: Ego sum via, per quam videlicet gratia Dei ad nos de- *Ioan. 14.* uenit: exaltans, sanctificans, glorificans, & deificans naturam nostram, in Christo primo. Et certè quum non homo factus sit Deus, sed Deus factus sit homo, & vngitur sicut homo, vt glorificetur & exaltetur: perspicuum est ipsum, vt hominem gratiam accipere. Nam ipse vt Deus spiritum sanctũ largitur, dicens: Accipite spiritum sanctum: & tamen accipere dicitur vt *Ioan. 20.* homo. Ipse igitur & largitur & accipit: sed alterum vt Deus, alterum vt homo: ideò dicebat ad patrem, pro ipsis ego sanctifico me ipsum. Certè qui seipsum sanctificare potest, nec id ab alio quærit, is sanctificationis ipsius Dominus est. Si ergo filius seipsum sanctificat quomodo sanctificante indiget? Si ergo filius sanctificatione non indiget, non est dubium quin sanctificatio ad indigentem mittatur. Indiget autem natura humana, ipsa igitur sanctificatur: & hoc erat certè, quod propter nos in Christo adimplebatur, vt in ipso humana sanctificaretur natura. Sed scriptũ est, inquiunt: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te deus, deus tuus. Apertè igitur dicitur, *Psal. 44.* nisi iusticiam dilexisset, & odisset iniquitatem non fuisset vnctus. Causa enim ipsa exprimitur, & mercedem virtutis vnctionem ostendit. Quod si vngitur quia iusticiam diligit & iniquitatem odit, non natura, sed dono sanctificatur: qui autem accessione hac indiguit, non erat certè perfectus, nec perfe- *Ephe. 3.* cto patri omnino similis. Surge qui dormis, & suscitare à mortuis. Non enim id scribitur, vt mutabilis filium Dei naturæ intelligamus, sicuti hominem nudum. vt verbi gratia: Mutabilis naturæ pater noster Adam fuit, eratque innatum sibi, vt posset modo iusticiam diligere, & iniquitatem odisse: modo contra iniquitatem amplecti, & iustitiam respuere. Hoc enim mutabilis naturæ proprium est, ideò à diabolo quoq; fuit seductus. Verum, quoniam ad repellendum hunc morbum, quem natura humana in primo patre nostro passa est, opus erat vt immutabile Dei verbũ pro nobis diabolo seipsum obiiceret: vt sicut mutabilitate primi hominis victi sumus, sic per immutabilitatem verbi vincamus: propterea vngitur qui semper & incommutabiliter iusticiã diligit, & odit iniquitatem, neque id in ipso immutari potest. Quando igitur dicitur: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus: sic mea quidem sententia rectè intelliges, quoniam cætera omnia secundum naturam mutabilia sunt, & mutabilia superare diabolum nequeunt: tu verò vt immutabilis patris incommutabile verbum, semper iusticiam diligis, & iniquitatem odio habes, propterea vnxit te deus, vt in te primo natura humana perfectam à diabolo victoriã consequeretur. Accedit, quod multa huiusmodi de deo quoque patre in scripturis dici comperiũtur. *Psal. 105.* Iustus Dominus, & iusticiam dilexit, &: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. & Ego sum Dominus, qui diligo iusticiam, & odi rapinas ex iniquitate. *Esaiæ 61.* Num igitur si quis magnum esse Dominum diceret, quia iusticiam diligit, & odit iniquitatem, quasi merces deo patri magnitudo daretur, & virtutis retributio: quia bona diligit, & mala odit? Ipsa certè insania hoc non diceret. Sicut igitur ipsa piè in patre intelligũtur, sic etiam in filio & imagine sua intelligenda sunt: vt quæ de primitiuo dicuntur, ea de imagine quoque dicantur.

Quod filius incommutabilis secundum naturam est, proposito textu Apostoli: Sedet in dextera magnitudinis in excelsis, tanto melior factus angelis, & cætera.

CAPVT II.

QVI verbum Dei inter creaturas audent numerare, illud quoque dicunt cauillantes, quod apud Apostolum scribitur: *Hebr. 1.* Tanto melior angelis factus & cætera. Nam si melior factus est, inquiunt, mutatus ergo in melius est: factus enim est melior, quod non erat. Qui autem aliud fieri potest quam sit, is certè natura mutabilis est, quare etiam creatura. Nam mutabilitas creaturæ proprium est. Ante omnia, quando locum scripturæ aliquem rectè intelligere volumus, tria diligenter consideranda sunt: tempus, quando scriptum est quod dicitur: persona quæ dicit, vel per quam, aut de qua dicitur: & res, propter quam, aut de qua scribitur. Sic enim absque errore sensum poterimus verum inuestigare. Cognitione temporis opus esse non dubitamus, audientes apostolos dicere ad Christum: Quando hæc erunt? & quod est signum tui aduentus? *Matth. 24.* Hymenæus etiam & Alexãder ignorantia temporum putarunt iam factam esse omnium resurrectionem: *2. Timot. 2.* personarum verò cognitionem Eunuchus necessariam ostendit, dicens ad Philippum: Quæso Domine de quo propheta loquitur? de seipso, aut de aliquo alio? *Act. 8.* Et Paulus volens saluatoris personam intelligi, in quem dicuntur hæc, inquit: Inquo enim hæc dicuntur, *Heb. 7.* de alia tribu est. Manifestum est enim quia ex Iuda ortus est Dominus. Quod autem rei quoque noticia necessariò requiratur, inde discemus, quod res quæ de saluatore scribuntur (vt verbi causa. Ecce virgo in vtero cõcipiet. &, Sicut ouis *Esa. 7.* ductus ad occisionem) ad neminem sanctorum referri possunt, *Esa. 53.* quare proprie ad Christum referuntur. Quum hæc ita se habeant, sic apertè Paulus dicere videtur: Quando filius dei propter nos factus est homo, quando immunditia peccatorũ per ipsum purgata, sedit in dextris magnitudinis in excelsis: tunc melior angelis cognitus est, non quia naturã in aliud mutauerit, vel quia factus sit postea quod prius non erat. Non enim de natura filij modò sermo habetur, sed de ea quæ tempore incarnationis facta fuit. Ita non angelorum naturam naturæ filij comparat: sed rerum & administrationum comparatione inducta, meliorem administrationem filij fuisse affirmat. Sed latius idipsum aperiamus. Ostendere voluit ad Hebræos scribẽs Paulus,

Paulus, quod Christi administratio, & lege, quæ per angelos fuit administrata, & propherarũ administratione melior fuit. Et à dignitate hoc ipsum demonstrat, dicens: *Heb. 1.* Olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula: qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ, portánsque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. Maxima igitur gloria filio attributa, & paternæ naturę propriis illi accõmodatis, infert tanto meliorem ipsum angelis esse, quanto maius quàm illi nomen consequutus est. Filius enim & hæres, & splendor, & character, & imago, & in eodem solio sedens, & creator verè dicitur. Quod si propter hæc longè melior angelis esse cognoscitur: melior ergo est & administratio sua, quàm administratio angelorum. Quando igitur dicitur, effectus est, *Ioan. 1.* non significatur hic productio ex nihilo, verbũ enim in principio erat: nec mutatio à minore ad maius: filius enim perfecti patris perfectus est. Sed in comparatione gloriæ atque dignitatis apparet quod maius & melius est. Quemadmodum si quis equo conferat hominem dicátq; meliorem equo apud se hominem fieri, quia rationalis sit. Namquod fieri nõ semper *Ps. 30. 93. 117.* naturæ mutationem significet, patet à multis. Fias, inquit, mihi in deum protectorẽ. & rursum: Factus est mihi dominus in refugium. & alibi: Factus est mihi dominus in salutem. Administrationis ergo ac gloriæ. nõ naturæ filij & angelorum comparatione fit. Et certè comparatio melioris apud scripturam, non in quacunque differentia solum, verumetiam in immensa, aut *Psal. 83. Prou. 8.* secundum naturam, aut secundum dignitatem, aut secundum mensuram gratiæ dicitur. Quantum ad mensuram gratiæ: Melior, inquit, vna dies in atriis tuis quàm mille. Nihil enim æquale inueniri potest cœlestibus atriis. & rursus: Accipite *Isa. 56.* doctrinam, & non argentum. Melior enim est sapientia quã lapides electi. & Deus apud Esaiam de eunuchis dicit: dabo eis *Heb. 1.* nomen æternum, quod melius est quàm filij & filiæ. Quantũ *Psal. 109.* ad naturalem dignitatem manifeste hic Paulus ostendit, quid *Psal. 96.* sibi velit, quod filius melior effectus sit angelis. illico enim intulit: Cui enim angelorum dixit vnquam: Sede à dextris meis? & quod de filio scriptum sit: Et adorent eum omnes angeli dei. Comparatio ergo de naturalibus dignitatibus hic est, & de honoribus qui naturæ debentur, quod in eodem solio filius cũ patre sedeat, quod etiã ab angelis adoretur, vnde naturæ quoque proprietas intelligitur, quod non sit creaturis connumerabilis filius sed aliud prætér creaturas, deus scilicet verus, & verbum patris æternum. Præterea fieri & factum est per se, solũq; dictum multa significat, sed ab antecedentibus consequentibúsq; verbis potestas apparet sua. Aliud enim significat factus, si de homine dicitur, aliud si de architecto aut lapicida. Si ergo Christus melior angelis effectus esse dicitur, comparatio non ad naturam fertur, sed vt ab antecedentibus consequentibúsque percipitur ad honorem atque dignitatem. Sed comparationes, inquiunt, in eisdem solent speciebus fieri. Non enim rectè quispiam hominem asino aut oui compararet, sed hominẽ homini, & ouem oui: quare si filius angelis comparatur, necesse est creatum esse filium, sicut & angelos. Certè sicut aliæ comparationes accommodatius in eadem versantur specie: sic *Genes. 39.* cõparatio melioris de diuersis specie dicitur. Ioseph pulchrior *1. Cor. 15.* quam fratres sui fuisse dicitur, & stella non dicitur melior quã *Psal. 44.* alia stella, sed excellere in gloria scribitur. Ipse saluator quãdo *Prou. 8.* vt homo hominibus comparatur, non dicitur melior, sed speciosus præter filios hominum. At verò diuersa specie, melioris comparationem suscipiunt. Melior enim sapientia dicitur quã lapides preciosi: nec vlla communitas naturæ sapientiæ cum natura lapidis est. Si ergo melius de diuersis specie dictum cõmodissimè dicitur, & ipsam naturam naturæ præstare ostendit: non erit angelis similis filius, nec creatura vt illi: sed melior illis in infinitum. Diuersitatem ergo naturæ filij ab angelorum natura comparatio hæc ostendit. Adde, quod si quoniam melior angelis scribitur filius, ideo eiusdem cum eis speciei erit secundum istos: cogentur confiteri, posse angelos quoque naturaliter cum patre simul sedere, & cum eo regnare. Nam quæ speciei eiusdem sunt, quamuis quibusdam aliis rationibus in- *Heb. 1.* ter se differant, eiusdem tamen naturæ sunt, & eandem possunt consequi dignitatem. Quid ergo prohibebit angelos quoque vnà sedere cum patre, & simul adorari cum patre, etiam si nondum res ipsa facta sit, sed quantum ad naturæ præstantiam? Frustra ergo Paulus dicit: Cui enim vnquam angelorum dixit: Sede à dextris meis? Quomodo enim id quasi pręcipuum filio attribuit, si angelorũ quoq; naturę congruit? Naturalia enim eadẽ sunt in omnibus, quæ speciei eiusdẽ sunt: quæ verò extrinsecus accidunt, quoniã naturæ non insunt, non eadem in omnibus sunt Sed omnia eiusdem speciei, susceptiua eorundem sunt: vt hominum natura quidem vna, sed non omnes diuites, neque omnes reges sunt, quamuis & diuitiarum & regni susceptiui sint. Gloriam verò filij suscipere angeli nequeunt: nam ille natura Dominus, ij serui natura sunt: nulla ergo communitas naturæ filij ad naturam angelorum est: sed filius creator est, angeli creaturæ, quæ vnius esse naturæ non possunt. Aliud enim est quod naturaliter facit & creat, & aliud quod fit & creatur. Nam si res ita se non haberet, quid Deum à creaturis distingueret? Quoniam ergo vniuersa Deus per filium facit, estque angelorum natura vna de vniuersis, per filium etiam ipsa facta est. Quare impossibile omnino est, eiusdem filium naturæ cum angelis esse. Adhæc, omne quod factum ex nihilo est, potest etiam si creator voluerit, ad nihilum deuenire. Nã quod natura suscipere potest, non est impossibile: quod verò suscipere non potest, impossibile est. Aliud ergo naturaliter est, quod pati potest, & ad nihilum redigi, quàm illud in quo nihil passionis excogitari potest. Et similiter longe aliud naturaliter est, quod semper immutabiliter est, nec vnquam incœpit nec desinet esse, quàm quæ cœperunt esse, & possunt non esse. Nec vllus vnquam, nisi amens, in eadem natura tam longe diuersa collocabit. Si ergo de creaturis tanquam corruptioni subiectus scribitur, ipsi peribunt: de filio *Psa. 101.* autem, Tu verò permanes: & illæ quidem veterascent, filij verò anni nunquam deficient: quomodo eiusdem naturæ cũ angelis filius erit creator cum creaturis, æternus cum illis qui cœperunt esse? Nam etsi angelus immortalis quædam res est, propter voluntatem & gratiam saluatoris: sed tamen quoniam ortum habuit, & esse cœpit, occidere quoque potest, & non esse. Nam quod naturis pręcipuè insunt, ea respectu creatoris Dei nihil sunt. Quare sicut ignis combustiuus quidem est, sed non Deo, sic & angelus immortalis quidem est, sed non Deo. Solus enim Deus propriè immortalis est, quia naturaliter id habet: cętera per gratiam, sicut creaturæ. Quod verò angeli serui sunt natura, filius natura similiter Dominus: hinc maximè perspicitur, quia nullus potest peccata dimittere, nisi solus deus. Sed filius peccata dimittit, Deus ergo naturaliter est, & non creatura. Et angeli quidem orant, dicentes: *Matth. 9.* Domine omnipotens, vsquequò non misereberis Hierusalem? *Zach. 1.* Filius verò vt dominus summa cum potestate dicit: Dimittuntur tibi peccata tua. Quomodo ergo natura Dominus naturaliter seruienti, & largienti naturaliter, orans aliquid accipere, eiusdem erit naturæ? pręsertim quum ad dandam legem angeli ministrarint, neq; vnquam inuenientur potestate propria quicquam fecisse, vt filius. Perspicuum igitur est, vt tetigimus, non ad naturam angelorum & verbi comparationem illam accommodari, incomparabilis enim deitas est: sed differentię administrationum conferuntur, vt ab administrationum differentia quantus sit administrator percipiatur: maiora enim negocia maioribus committuntur. Quod autem administratio administrationi conferatur inde perspicuum erit. Quum voluisset Paulus legalibus mandaris longe meliora euãgelica demonstrare, administratores considerauit, & ex differentiis ipsorum administratorum, negociorum differentiam ostendit.

Angeli ergò legem administrarunt: per eos enim dictitata est, filius verò euangelium prędicauit. Sed melior (dicit Apostolus) angelis filius est: quare meliora maioráq; administrauit. Nemo enim ignorat parua paruis, & magna magnis committi. Magnus autem filius est, quia splendor & character patris: & *Psal. 109.* quia ad ipsum à patre dicitur: Sede à dextris meis: & quia vni- *Heb. 1.* genitus, & ab ipsis etiã angelis adoratus. Angeli verò parui sunt, quia ministrantes spiritus sunt, & quia vt serui adorant. Longe igitur melior saluatoris administratio euangelica est, quàm legalis angelorum fuerit, quia hæc per filium administrata, illa per angelos. Tanto igitur (inquit) melior administrator videlicet effectus est, quã angeli, quanto differentius prę illis no-

men hereditatuit. Ita prima comparatio administrationes respicit, vt diximus: secunda, qua excellentius nomine angelorum nomen filij dicitur, essentiam demonstrat, quæ non potest esse alia filij, & alia patris. Quod autem primo comparatio, quando dicitur melior effectus angelis, ad ipsas fertur administrationes, ab ipso Paulo discemus. Si enim, inquit, qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus: & si omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam retributionem mercedis, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ quum initium accepisset, enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. & rursus: Irritam quis legem Mosi faciens, sine vlla miseratione in duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis eum deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit? Atqui si quoniam effectus melior angelis dicitur, eiusdem sit naturæ cum ipsis, idq; ideo, quoniam soleant comparationes in similibus fieri: quur magis plectitur qui filium Dei calcat, quàm qui legem per angelos latam aspernatur, quum oporteat certè eandem afferre omnibus pœnam, qui similibus in rebus peccarunt. Secundum enim differentiam eorum qui iniuriam passi sunt, punitionis mensura iurè consideratur. Non est ergo eiusdem naturæ filius cum angelis: quem qui spernit, longe magis peccat, quàm si angelos sperneret, quod ex pœnarum differentia Paulus docuit. Sed acerbius, inquiunt, punitur, qui peccauit in filium, angelis iam effectum meliorem. Ita autem, non penitus alienum ab angelorum natura ostendit. Ideò enim pœnarum differẽtia est, quia filius melior angelis factus iam est. Non ideò certè magis plectitur in filium peccans quàm in legem, quia melior effectus angelis iam filius est: sed quia essentialiter aliud est filius, aliud angeli. Ille enim Deus est uerus, isti à nihilo producti, & creaturæ. Deinde differẽtia pœnarum in lege, non autorem legis, sed res in quibus peccatur, respicit. Vnde videmus, quantum excellat filius cætera omnia, quum multo magis puniatur qui peccat in eum, quam qui legem ipsam Mosi per angelos datam contempserit. Sed illud minime prætereundum mihi videtur, quod hæc administrationum comparatio, melioris virtutem explanat. Hinc enim discimus, quomodo & quantum melior angelis filius est. Non angeli quidem legem edixerunt, nec aliquid per legem perfecerunt: filius verò patris opus perfecit. Nam qui mandata eius sequitur, perfectus in pietate est. Deinde mors tempore quoque legis regnauit, destructa verò per Christum est, Non enim in Adam iam morimur, sed in Christo viuificamur. Adhæc legalia præcepta in sola Iudæa valuerunt, & erat ibi solum cognitus Deus: nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorum, factíque omnes docibiles, non angelorum sed Dei. Nam quamuis etiam lex Dei est, per angelos tamẽ data fuit. In Euangelio verò ipse filius præsens loquitur. Quare secundum Pauli verba, quanto excellentiorem habuit administrationem, & quanto melius condidit testamẽtum, tanto præstantior angelis est. Non quia secundum naturam angelis possit conferri, sed quia tantum excellat secundum essentiam, quãtum Deus creaturas excedit. Comparatio ergo qua melior angelis dicitur, in administrationibus facta ostendit: quod quanto maior & altior filij quàm angelorum administrationi inuenitur, tantum super creaturarum naturam filius exaltatur. Angelis enim sicuti seruis minora committuntur, filio autem ea quę dominum decent. Vnde Paulus ipse scribit: Quoniã quod impossibile legi erat, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secũdum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Quod si lex non potuit peccatum in carne condemnare, condemnauit autem Christus peccatum in carne, quia sancti spiritus effecit eam susceptibilem, vt possimus iam dicere, Non sumus in carne, sed in spiritu: profectò etiam in hoc melior angelis, per quos lex edita est, Christus inuenitur. & rursum: Omnes sub lege condemnabuntur propter peccatum: Filius autem venit, non vt iudicaret aut damnaret mundum, sed vt saluaret mundum: neque vt rationem peccatorum exigeret, sed vt peccatorum remissionẽ omnibus largiretur. Melior autem est qui iustificat, quàm qui condemnat: melior qui largitur quàm qui exigit: melior qui peccatum in carne damnauit, quàm lex quæ id facere non potuit. Quare in his etiam melior filius angelis est, qui legem imbecillem & condemnantem condiderunt. Nam si eiusdem naturæ filius cum angelis secundum istos inuenitur, quur nec angeli à patre filij appellantur, nec filius angelus, nisi per similitudinem? Nulli enim angelorũ dixit vnquã Filius meus es tu. Quur etiãipsi non sedent à dextris patris, sicut & filius, sed assistunt ei quasi ministri: Quur angeli nõ imperant, sicuti filius? Nec vllus eorum inuenitur vnquam dixisse: Ego dico vobis: sed, Ego missus sum, inquiunt. loqui ad te: & angeli quidem ministrant, filio verò ministratur. Ecce angeli veniebant, inquit, & ministrabant ei. Ille creator est, isti creati per ipsum: ille adoratur, isti adorant: illis mãdatur, vt portas cœlorum tollant: iste vt dominus virtutum, & vt rex gloriæ ingreditur. Illi vita participant à Deo sibi largita, iste vitæ largitor est, imo auté vita omnibus ipse est: ille magna voce clamat, Ego & pater vnum sumus. &: Quis me videt is patrem etiam videt. &: Omnia patris mea sunt. & : Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio, Ego sum vita: isti tales emittere voces nec audent, nec debent. Et in filij nomine si oremus, erunt nobis quęcunque petemus: in angelorum verò nomine nullus orat. Et filio quidem gloria vnà cum patre debetur: angelis autem nulla debetur. Ipsi enim filium vnà cum patre glorificant. Quomodo igitur cum tanta, imò immensa inter angelos & filium differentia inueniatur, eiusdem esse conditionis contra omnem rationem, hoc est, creaturam, filium quoque sicuti angelos, irrationabiliter quispiam credet: Immensa enim dignitatum diuersitas, naturæ differẽtiam apprime ostẽdit. Nam fieri & factum esse de patre quoque similiter, id est, non essentialiter dicitur. Fias mihi (Psalmista inquit) in Deum protectorem. & alibi: Factus est mihi in salutem. Quod si de filio hæc dicta contẽdant, necesse est nolint velintúe, confiteantur non esse possibile eiusdem esse naturę cum creaturis illum, qui ad salutem sanctorum virorum ab ipsis inuocatur, tanquam refugium omnium atque protectio: hæc enim soli Deo conueniunt. Quare patet, quod fieri & factum esse, non semper productionem à nihilo ad esse significat, neque semper de substantia dicitur. Efficiamini enim misericordes, inquit, sicut & pater vester misericors est. Illis enim qui erant, præcepit vt fiant misericordes. Plerunque igitur non essendi notatur initium per huiusmodi verba, sed mutatio aliqua rei aut relationis: vt si quod dextrum est, nulla sui mutatione factum sinistrum sit. Quare nulla nos ratio coget huiusmodi verba, quando de filio Dei dicuntur, quasi substantiæ significatiua accipere.

Thesauri Cyrilli Libri octaui finis.

EIVSDEM LIBER NONVS.

Quod natum esse & factum esse, indifferenter nonnunquam in sacra scriptura inueniuntur. CAP. I.

NIHIL possunt verba rebus derogare, quando scriptura ipsis abutitur. Nam etiam de filiis hominum propriis, seruitutis vocabulum dicitur: & facti filij, non nati, plerunque dicuntur. Neq; propter hoc tamen naturaliter filios esse quisquam negauerit. Naturæ enim rerum verba non verbis naturas accõmodamus. Quando igitur de verbo & filio Dei, qui æternaliter de patre nascitur, aliquid huiusmodi reperitur, impium est ineffabilem generationem eius negare, quum possumus vocabulum aut de incarnatione inteligere, aut indifferenter, abusiuéque capere. Bersabee Solomonem, seruum ipsius Dauid appellabat, dicens ad ipsum: Seruum tuum Solomonem. Et ipsi patres plerunque vt filios suos seruos vocant, ita & seruos honorantes, filios nominant, nec vocabula naturam permutant. Quod autem nati quoque facti dicuntur, audi Ezechiam: Ab hodierno die, inquit, filios faciam. Si ergo de hominibus sic loquitur plerunque scriptura, vt verbis abutatur, neque idcirco rerum natura læditur, necessarium certè est multo magis in diuinis abuti. Non est enim possibile, increatæ naturæ verba sumpta

sumpta de creaturis propriè accõmodare: nec veritas vllo modo læditur, quum res ipsa rectè intelligatur. Nam filij vocabulum, genitum, natumq; ex patre significat: creatura verò ad extra productum. Quibus ita intellectis, quomodo vere creatura erit, qui ex patre ita est, vt sit vnum cum eo? qui virtus & sapientia patris est, qui videtur in patre, & pater in ipso, quum sit imago eius vera, & character incommutabilis, qui habet omnia quæ patris sunt. Qui dilectus filius à patre vocatur, cui dicitur à deo patre: Ego hodie genui te, & per quem omnia facta sunt. Ad hæc, sapientissimus quoque Solomon omnem, inquit, creaturam Deus in iudicium ducet. Si ergo filius etiam creatura est, ipse quoque in iudicium adducetur. Et quomodo verè dicet de se, quia pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio? Aut quomodo non mentietur Daniel dicens, ipsi datum esse iudicium? Ipse enim venturus est iudicare viuos & mortuos. Non potest ergo creatura esse qui omnes iudicat, & à nullo iudicatur.

De eodem, quod videlicet filius creatura non sit, proposito textu Apostoli: Considerate apostolum & pontificem confessionis Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum. CAP. II.

NOn de natura verbi, sed de incarnatione verba hęc Paulus scripsit. Quando enim pontifex incarnationis nostræ factus est? quando Apostolus? quando fidelis illi qui fecit eum? Tunc videlicet quando pro nobis factus est homo, & vt Ioannes scribit, quando verbum caro factum est. Tunc enim vt homo, fidelis creatori suo fuit, quia opus sibi commissum fideliter perfecit, & omnia recte consummauit, sicut ab ipso dicitur. Tunc etiam apostolus fuit pro nobis ad nos missus: tunc confessionis nostræ factus est pontifex, confessionem fidei nostræ patri adducens, & peroprium corpus, quasi hostiam afferens immaculatam, vt per seipsum totum genus humanum mundaret. Si ergo de filio scribitur quod factus est fidelis, factus est apostolus, factus est pontifex: non ad essentiam ipsius filij verba transferas, sed rerum qualitatem considera. Nam & Paulus homo antea erat, quàm factus apostolus sit. Et Moses similiter antea fuit, quàm factus esset filius in tota domo dei. Aaron etiã factus est pontifex, qui saluatorem in seipso figurauit. Nam quemadmodum Aaron non natus pontifex fuit, sed multis annis postea factus talarem indutus vestem, & superhumerale, cæteraque põtificalis vestis ornamenta, quæ mulierum erant opera, sibi circumposuit: eodem modo verbum erat in principio, & erat deus vnà cum patre, sed multis annis postea pro nobis factus est pontifex, talarem vestem, hoc est templum ex muliere assumens. Et vt proprio sanguine populum mundaret, seipsum obtulit deo, quasi agnum immaculatum. Peccatum enim non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Fidelis ergo pontifex tanquam verus, constans & immutabilis, saluator iure potest appellari. Vnam enim pro vniuersis hostiam obtulit, vnam & eandem semper, quæ nunquam mutabitur. Semel enim pro nobis mortuus est, non videbit vnquam in posterum mortem. Apostolus etiam quibusdã scribit de patre: Fidelis est deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Et Petrus similiter: Ideò ij qui patiuntur, fideli creatori commendent animas suas. Et Paulus ad Thessalonicenses: Fidelis est qui nos vocauit, etsi nos increduli erimus ille fidelis permanet. Non enim potest negare seipsum: fidelis igitur. Christus etiam similiter, quia homo quoque factus idem ipse permansit, heri & hodie, & in secula, eodemque modo fidelis, sicut & pater apud scripturam dicitur fidelis.

Quod filius nõ est creatura proposito textu Actuum: Sciat igitur omnis domus Israel, quia dominum ipsum & Christum fecit deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis. CAP. III.

HIc quoque feciſſe verbum, non ad ipsam dei filij essentiam referendum est. Nam aut de templo quod de virgine & spiritu sancto factum assumpsit, dicitur: aut de ipso filio dei, sicut eum cœternum patri factum postea hominem immutabiliter significet. Vt si quis pauper antea, modò factus sit diues: sic enim factum esse non essendi principium notat, sed traductionem in aliam rem significat. Hic igitur quærendum, quomodo Deus Iesum fecit, & dominum & Christum? Dicimus igitur, quod verbum & filius dei erat semper, vt est omniũ dominus. In serui autem forma factus, vnctus dicitur: quoniam id homini conuenit, & in potestatẽ dominandi, vt homo similiter ascendit. Hominem enim assumpsit, nõ vt liberam deitatis naturam in formam serui submergeret, neque vt deitatis dignitate suppressa, in proprietate nostra teneretur: sed vt seruitutem nostram in dominandi honorem extolleret, & dedecus nostrum ad nobilitatem suam traduceret: ideò fratres Christi vocamur, & filij dei gratia domini nostri Iesu Christi. Quando ergo dicitur, quod dominum ipsum & Christum deus fecit, deum aut pro tota trinitate accipias: aut si ad patrem referas, nec sic verbum patris ea operatione priuabis. Filij enim sunt opera, quæ patris opera sunt: ideò ipse saluator ait, Ego à me nihil facio: sed pater qui in me manet, ipse opera facit. Tunc igitur & dominus & Christus fit, quando homo factus & Iesus & seruus vocatus est. Et aduerte, quod mirum in modum nõ dicitur solùm quòd dominum & Christum ipsum fecit, sed additur, hunc Iesum quem vos crucifixistis: nec dicitur, quod fecit eum filium aut verbum, sed dominum & Christum: quod non essendi principium, sed inductionem quandam in aliud (vt diximus) significat. Aut etiam hic, fecit, pro declarauit, vel ostendit, intelligendum: vt ipse Petrus alibi: Iesum Nazarenum mirũ declaratum à deo in nos virtutibus, & prodigiis, & signis, sicut etiam ipsi scitis. Ostenditur enim & declaratur, quod ipse sit Christus per omnia, tum ea quæ ipse fecit, tum ea quæ credentes in ipsum ferunt per spiritum sanctum: ideò Iudæis Christus dicebat, Si mihi non creditis, credite operibus vt cognoscatis quia ego in patre, & pater in me est. & rursum: Si ego non facio patris mei opera, non credatis mihi. Si ergo, quia potest patris opera facere, & quia patrem in se habet, & ipse similiter est in patre, deus verus declaratur & demonstratur: in hoc factus est credentiũ dominus, & manifestatus quod ipse est Christus. Si verò à deo factus esse domin⁹ dicitur, etiã id probè se habet. Per opera enim patris verus filius cognoscitur, & dominatur in eos qui olim non credebant. Ita patris testimonio deus cognoscitur, & dominatur credentibus, non quia tunc cœpit dominus esse: semper enim deus & dominus est: sed quia quando nos in eum credidimus, tunc & deum, & dominum nostrum esse cognouimus. Quod autẽ filius dei semper & rex dominus erat, inde cognoscens, quod Abraham Dominus eum appellans adorabat, & Moses similiter. &, Pluit dominus à domino ignem & sulphur. &, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Rursum apud Psalmistam: Et solium tuum deus in seculum seculi, propterea vnxit te virga rectitudinis, virga regni tui. Et regnum tuum regnum omnium seculorum. Si ergo etiam ante incarnationem & rex & dominus erat filius dei, quomodo non erit impius, qui ad essentiam eius verbum fecit, refert? Credendum igitur, semper filium dei dominum esse: sed tunc credentium proprie factum esse dominum, quando suo sanguine omnibus redemtis Christus dominus declaratus est. Nam si de homine quoque aliquo diceretur, alicuius rei factum ipsum dominum esse, quis adeo insaniret, vt tunc factum illum hominẽ putaret ac initium essendi habuisse, quãdo dominus factus est? Non enim tũc ipse homo factus est, sed tũc dominus factus est. Nos igitur olim diis falsis seruientes, corruptioni atq; dedecori eramus subiecti: sed dei filius factus homo, ab errore nos reuocauit, & ad seruitutem suam reduxit, factus dominus noster. Vnxit autem ipsum pater, vt per ipsum virtus vngentis ad nos vsque peruenireret. In primo enim Christo natura humana reparata est, & diuinarũ gratiarũ dona quæ nobis cõcessa sunt, in ipso & per ipsum vt hominem sunt, & ab ipso vt deo: deus enim fuit in carne. Quod autem fieri & effici, non semper essendi principium significet, Psalmistam audi: Fias mihi in deum protectorem, inquit, & rursum: Factus est dominus refugium pauperi. Nemo enim dicet tunc cœpisse deum esse, quãdo pauperi factus refugium est: sed eum semper fuisse, etiam antequam factus est Psalmistę & refugium & protectio. Quemadmodum ergo quod semper est, id rursus fit petenti atque oranti: sic etiam Christus quum sit deus, rex etiam & dominus semper est: factus autem etiam nobis deus protector, & dominus tunc est, quando diaboli reiecta tyrannide clamamus ad patrem: Emitte lucem tuã & veritatem tuam.

De eodem proposito textu: De die & hora illa nullus nouit, nec angeli cœlorum, neque filius, nisi pater solus.

CAP. IIII.

SEd quomodo, inquiunt, eiusdem cum patre filius erit substantiæ? quum fateatur nescire se diem vltimum, patrem autem scire. Magna enim hinc naturæ filij ad naturam patris differentia emergit. Mirum est quod per ipsum vniuersa, tempora quoque ac secula facta esse fateamini: deinde quasi obliti, vnum ab eo ignorari diem contenditis. Quomodo enim ignorare poterit ea quæ ipse fecit? Et certè si diligentius examinatis quæ ad discipulos dicit, facile enim prospicere poteris vltimum quoque diem & horam vt deum non ignorare. Omnia enim quæ diem vltimum præcedunt, discipulis suis narrabat, dicens: hoc & hoc erit. Et tandem addit, quod consummatio & finis erit: finis autē seculi quid aliud est, quàm vltimꝰ dies? Eam ignorare dispensando dixit, vt homini, quem assumpsit congruentia diceret. Hominis enim naturæ proprium est, ignorare futura. *Marc.13.* Necessarium igitur est ad intelligendas rectè scripturas, tempora considerare, in quibus dicta sunt quę scribuntur. Sic enim facile poterimus errores euitare, præsertim in verbis saluatoris. F Si ergo ante incarnationem humile aliquid dei filius dixisse inueniretur, ratiocinari quispiam verisimiliter forsan posset de deitate ipsius verba fieri: sin verò quādo caro factus est, humano more loquitur, vt verè se hominem factum ostendat, inconueniens est deitati suæ accōmodare illa, quæ ipse vt homo protulit: quod certè nemo facit, qui dispēsationis suscipit modum. Nam si homo factus nō sit, cuncta vt deus loquatur: sin autem factus est homo, concedatur vt more hominum etiam loquatur. Non enim vlla propter dispensationem incarnationis deitati potest fieri iniuria, si pie cuncta intelligantur: quod à Paulo *1.Cor.10.* dictum sic est: Captiuantes omnem intellectum in obedietiam Christi. Vt ergo proprium hominis est futura ignorare, sic verbi dei, in quantum verbum est, apprime proprium est, vt omnium quæ per ipsum facta sunt, & principia & vltimos terminos cognoscat, creaturarum verò vnà tempus est. Quare filius dei qui tempus quoque fecit, non potest ignorare quousque *Ioan.12.* duraturum sit: ipse certe ad patrem dixit, Pater, venit hora, glorifica tuum filium. Si ergo exacte horam ipsam sciebat, quam iam aduenisse dicebat, quid prohibet eum vltimā quoque diem G scire vt deus, quam ignorare se vt hominem ait, vt conuenientia nostræ naturæ seruaret? Non oportet igitur propter hāc vocem ignorationem diei verbo inurere: sed potius misericordiā eius admirari, quod non recusauerit propter nos ad tantam humilitatem descendere, vt omnia nostra, & ipsam etiam ignorātiam humanam susciperet. Quam enim ob rem angelos quidem & filium nominauit saluator, spiritus verò sancti nullam fecit mētionem? Non enim dicit spiritum sanctum ignorare, sed angelos & filium. Nec filium dei dicit, sed filium solummodo. Perspicuū igitur est angelos ipsum dixisse, quia ignorant vt creaturæ. Quum enim discipulis id patefacere noluisset, ratione quadam occulta (quis enim nouit mentem domini?) ne mœrorem illis efficeret, filium etiam ignorare ait, de seipso vt homine loquens, nec sibi derogans vt deo: scit enim vt deus, quod vt homo ignorat: idcirco non addidit, quod spiritus sanctus etiā ignoraret. Spiritus enim omnia scit, ipsa etiam profunda dei, vt scri- *1.Cor.2.* bitur. Quod si spiritus sanctus non ignorat, quia à filio accipit *Ioan.16.* (ille nāque, inquit, de meo accipiet) quomodo filius ignorabit, qui omnia scientis spiritus est largitor? Præterea, si pater om- H nia per filium operatur (nihil enim sine ipso factum est) vnum autem ex omnibus est diei & horæ illius determinatio, in qua mundi huius terminus erit, determinata certe res quoque ista per filium est. Quod verò per ipsum determinatum est, quo- *Ioan.16.* modo id ignorare potest? sed ignorat videlicet, vt homo, quod *Ioan.14.* vt deus optime nouit. Ad hæc, omnia patris filij sunt, vt ipse ait, sed pater cognitionem illius diei atque horæ habet, ergo etiam filius. Adde quod si verè ab eo dicitur, Ego in patre, & pater in me est: non pater aliquid scire potest quod filius ignoret. Imago enim patris incommutabilis, filius est, & character perfectissimus. Si ergo aliquid ignorat quod pater scit, quomodo *Ioan.10.* character & vera imago patris est? Accedit, quod ipse nouit patrem, vt scribitur. Quid ergo prohibet vltimum huius mundi etiam diem & horam scire? nisi forsan dicerent, magis esse hanc diem & horam scire, quam patrem cognoscere: quod impium E est. Si verò cognitio patris omnem cognitionem excedat, quomodo qui maxima nouit, hoc minimum ignorabit? Quod autem ignorationem vltimæ diei atque horæ sibi non vt deo, sed vt homini attribuit: facile ītelliget, qui aduertet quomodo quasi historiæ mentionē hominum fecit illorum qui erant in tem- *Matth.24.* poribus Noë. Quumque dixisset, comedebant & bibebant, nu- *Lucæ 17.* bebant viris & ducebant vxores quousque venit diluuium, & abstulit omnes, statim addidit: Vigilate igitur vos, quia nescitis qua hora dominus vester venturus est. Et rursum: Qua non putatis hora filius hominis veniet. Oportebat autem, si vt deus ignoraret, hoc modo dicere: Nescio qua die venturus sum, quia qua hora non arbitror potero mitti. Verum quoniam auditores vigilare hortatur, quoniam nesciant quādo ipse venturus est: patet, quia ipse vt deus scit, ignorat autem in quantū serui formam assumpsit. Aduertere verò diligēter debemus, quod dies Noë, diebus aduentus contulit sui, quando iudicaturus orbem terrarum venturus est, sed diem diluuij non ignorauit: ipse *Gene.7.* enim est, aut si vis, pater per ipsum qui dixit Noë: Ingredere tu & filij tui in arcam: ego enim post dies septem inducā pluuiam in terram. Ergo nec diem sui aduentus ignorat. Sic enim temporum atq; rerum similitudo conseruabitur. Sēd interrogandi hæretici sunt, quid facient quando saluator dicitur esuriisse, sitiisse, laborasse ex itinere, dormiisse ingressus in scapham: audebúntne dicere verbū dei hæc esse perpessum? an hęc humanitati suæ attribuent, & verbū dei ab istis liberabunt? Sicut ergo voluit, tanquam homo fame ac siti, cæterisque huiusmodi laborare: sic etiam vt homo diem illum ignorat. Aliquando enim vt deus, aliquando vt homo loquitur, vt & deum & hominem se verum ostendat, vt deus dixit ad discipulos, Lazarus amicus *Ioan.11.* noster dormit, quum nullus ei nunciasset: vt homo, quum ad sorores Lazari longo peracto itinere peruenisset, interrogabat, vbi posuistis eum? qui longe absens mortuum esse sciebat, quomodo iam præsens locum ignorabat vbi corpus Lazari erat? Non enim est verisimile illud eum sciuisse, & ignorasse: sed vtrunque vt deus sciuit, & vtrunque vt homo ignorauit. Ita igitur diem illum etiam & horam & ignorat & scit, alterum vt homo, alterum vt deus. Similiter quum esset in partibus Cæ- *Matth.16.* sareæ Philippi, vt homo discipulos interrogabat dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Quumq; Petrus respon- *Matth.11.* disset: tu es Christus filius Dei viui: statim ipse intulit, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Nullus enim nouit filium nisi pater, vt scribitur: & quoniam per filium pater omnia facit, estque vnum ex omnibus etiam reuelatio, ipse quoque filius reuelasse Petro inuenitur. Quomodo igitur qui reuelauit, quasi ignorans interrogat, quem me dicunt homines? sed perspicuum est, vt deum non ignorasse, quasi ignorans vt homo dispensatiuè interrogabat, non ignorans quid discipuli responsuri essent, vt responsione ipsorum approbata, fidem aperte stabiliret. Similiter igitur diem ac horam aduentus sui, in quantum verbum & sapientia dei est, non ignorat: sed ne dolorem teneris adhuc discipulis faceret, desiderantibus illud scire, verè se dixit vt hominem ignorare: infirmitates enim nostras omnes accepit: hac de causa ignorasse se dixit, quod inde patet. Nam post resurrectionem, quum iam ascendere in cœlos vellet interrogatus de rebus futuris, acerbius respondit dicens: Non est vestrum cognoscere tempora & momenta, quæ pater posuit in potestate sua. Quod si (vt hæretici dicunt) penitus *Actu.1.* ignorasset, non ita certe respondisset, sed iam dixi vobis me nescire, dixisset: nunc autem non ita, sed quasi irrationabiliter interrogantes redarguit, & dehortatur ab inquisitione maiorum rerum quàm ad eos pertineat. Hinc igitur patet, tunc vt hominem ignorare se dixisse diem & horam illam, quoniam maior erat illius rei cognitio, quàm discipuli tunc capere potuissent. Sed respondeant quæso, quādo deus in paradiso Adam patrem nostrum vocabat, dicens: Adam Adam vbi es? & quando *Gene.3.4.* Cain interrogabat: Vbi est Abel frater tuus? quid dicent? Nam si ignorantem deum interrogasse affirmabunt, manifesta impietate tenebuntur: sin autem dispensationis modo quodam sic interrogasse deum dicent, cur mirantur si filius quoque dei, per quam etiam tunc facta interrogatio est, vtiliter dispensāns ignorare se dicit horam illam vt homo, quāuis vniuersa sciat vt sapientia patris? Quod autem dispensatiuè solebat ignorantiam sibi at-

sibi attribuere saluator, manifeste ab ipso Euangelista in alio loco dicitur. Nam quando miraculose multiplicatis panibus *Ioan.6.* sequentes se voluit alere, vt ignorans interrogabat: Quot panes habetis? Sed addidit Euangelista: Hoc autem dicebat, tentans Philippum. ipse enim sciebat quid facturus esset. Si ergo, quamuis sciret quid facturus esset, tamen quasi ignorans interrogabat: quid etiam nunc prohibet vtiliter dispensandi gratia dixisse ipsum putare, quod diem & horam illam ignoraret? præsertim quum verè ab eo dicatur vt ab homine: fratribus enim in omnibus similis fuit, secundum Paulū Sed omnia, inquiunt, *Hebr.2.* pater scit, filius verò non omnia, vt ipse testatur. Pater enim die *Cauillus hæreticorū.* illum & horam scit, filius autem ignorat: hoc enim modo perpulchre demonstratur non eiusdem esse naturæ patrem qui *Eccles.23.* omnia scit, filio qui non omnia scit. Necesse igitur erit credere, diuinas mentiri scripturas, quæ de ipso prædicant: Qui nouit omnia ante generationem ipsorum: in omnibus enim etiam ille dies connumeratur. Quomodo igitur omnia nouit, si illum diem ignorat? Sed scriptura non mentitur, dicens omnia scire filium. Frustra igitur vos contenditis, diem illum ab eo, quasi à Deo, deíque filio ignorari: nec in mentem venire vobis potest, quoniam vt Deum & filium Dei dixisse id affirmatis: sic quoque posse conuenienter intelligi, si dicatur ideo nescire, quoniam inde naturaliter scientiam omnium habet, vnde ipsum etiam esse habet. Ignorare autem, vt vos dicitis, quomodo potest, nisi nihil penitus ex futuris scire ipsum audebitis confirmare? Nam si antecedētes dies ante vltimum diem scit, non potest certe illum ignorare. Simile enim erit, si quis diceret ignorari ab eo denarium numerum, qui nouem optime nouit: nam qui *Matt.24.* nouem nouit, vnitatem nouit, quare decem etiam numerum optime nouit. Christus autem antecedentia vltimum diem signa prædixit: quomodo igitur ignorauit post illa futurum finem? Vndique igitur veritas elucet, perspicuúmque factum est, vniuersa sciri à filio Dei non minus, quàm à patre, quamuis dispensatiuè, vt homo se multa ignorare dicat.

Thesauri Cyrilli Libri noni finis.

EIVSDEM LIBER DECIMVS.

De eodem, id est, de consubstantialitate filij & patris, proposito textu. Quod pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. &, Quod omnia mihi tradita sunt à patre. &, Quod non possum ego à me facere quicquam: sed sicut audio, iudico, cæteríque huiusmodi.

CAP. I.

SED quomodo, inquiunt, similis patri filius erit, qui aperte ait, omnia se à patre accepisse? Nam si à seipso haberet, non accepisset: quoniam verò se accepisse verè ait, certe non habebat à seipso. Quid facietis ô vos, quum audieritis ipsum dicere, omnia quæ habet pater, mea sunt, & omnia mea patris similiter? Nam si nihil habet filius à seipso, D nihil etiam habebit pater à seipso: patris enim sunt omnia, quæ filij sunt, Quod si omnia pater naturaliter habet, ea ipsa filius quoque naturaliter habet. Quare necesse erit consequenter hunc ipsum defectum, quem filio imponere conantur: patri quoque imponere, ne quid eorum quæ filij sunt non esse in patre videatur. Id si impium est, vt certe est, necesse erit confiteri omnia patris in filio naturaliter esse, & omnia filij similiter in patre. Nam dum filius à patre nascitur, omnia naturaliter, ipsum etiam esse à patre habet, & ideo dicitur à patre accipere. Non igitur quoniam non habet, accipere aliquid à patre scribitur. Habet enim omnia naturaliter, quum verbum & splendor lucis paternæ sit, vno solo excepto, quod pater non est. Accipere autem à patre se dixit, vt futuras hæreticorum opiniones radicitus euerteret. Nam ne quis omnia patris in filio perspiciens, propter incommutabilem simili- A tudinem atque identitatem eundem putet patrem & filium esse, quod Sabellio accidit, necessariò à patre se accipere ait, quæ ab eo naturaliter habet: vt quum alter det, alter accipiat, dualitas personarum demonstretur, non omnibus solum, sed verè ac personaliter distincta. Nec tamen falsus sermo est. Nā quum ex substantia patris filius prodeat, omnia patris æternaliter habet: æternaliter etiam hac ratione ex eo accipit omnia, quæ ipsius patris sunt. Quare nihil deitati filij derogatur, quoniam ab eo dicitur, omnia mihi tradita sunt à patre meo: sed potius hic sermo demonstrat naturaliter ipsum Dei filium esse. Nam si omnia sibi tradita sunt, nec est quicquam præter numerum omnium, non erit ipse vnus omnium quæ sibi tradita sunt, sed ex patre proprie nascitur, & vt secundum naturam filius habet omnia quæ patris proprie sunt. Proprium autē patris est, vt omnia possideat: possidet ergo etiam filius omnia, & sic solus est naturaliter hæres patris, in quem omnia quæ patris sunt, naturaliter (vt ita dicam) defluunt. Non est ergo vnus omnium, neque creatura, sed solus proprie atque verè patris filius. Præterea de seipso alibi dicit: Sicut pater vitam habet in seipso, sic dedit *Ioan.5.* & filio vitam habere in seipso: similiter enim id quoque intelligetur. Nam quia dedit, scribitur, & ex patre ipsum habere naturaliter significatur, & alium personaliter esse quàm qui dedit demonstratur. Quoniam verò dicit, sicut pater habet, sic & filius habet: apertissime docet, quod sicut pater æternaliter in seipso vitam habet, sic & filius æternaliter vitam in seipso habet. Si ergo filius aliquando vitam non habebat, nec pater tunc habebat: id quoniam impium est: semper enim pater habet vitam in seipso, habebit etiam filius sic, hoc est, semper vitam in seipso sicut & pater. Dicit autem quum semper habeat, accipere, vt & originem suam ostēdat, & alium se personaliter esse à patre demonstret, nec identitati naturali aliquid deroget. Nam si quis splendori, qui à luce profluit vocem attribuat, diceréque illum confingat, omnia mihi lux sua dedit: illumino enim sicut illa, audebit ne quispiam dicere, non fuisse aliquando in splendore illuminandi virtutem? & quomodo splendor esset si non splenderet? Sin autem, quia semper splendet atque illuminat, omnia lucis habet: & quia rursus ex ipsa profluit luce, accepisse ab ipsa omnia verè dicit, quomodo non erit inconueniens altiora, C quàm per exemplum significatur in verbo Dei esse non confiteri? Nam quum omnia naturaliter habet à patre: accipere ab ipso ait omnia ex quo nascitur.

De eodem proposito textu: Data est mihi omnis potestas. &, Glorifica filium tuum, aut vniuersalius, de eo quod filius glorificatur, & aliquid accipiat.

CAP. II.

NOn quod gloria, vel alia vlla re filius Dei in quantum deus est indiget: idcirco petere aut accipere aliquid à patre scribitur: sed quia dispensando factus est homo, quum Deus verus etiam sit. Nam quoniā homo facile potest amittere bona quæ à Deo accepit, quod Adam perpessus fuerat, denudatus data sibi gratia propter inobedietiam, necesse fuit ne rursus in eadem incideremus, vt incommutabilis Dei filius factus homo, vt homo gratias Dei peteret, vt per ipsum qui amittere gratias non posset, naturæ nostræ firmiter seruarentur. Omnis enim gratia in Christo abundantissime permanet, & inde ad nos propter similitudinem transfunditur: omnes enim sumus similes ipsi vt homini. Sicut enim, & fratres eius, & vnum cum Deo, gratia per ipsum facti sumus. Petit igitur, accipítque à patre quæ naturaliter habet vt Deus: sed quoniā homo factus est, & carnem sumpsit, quæ non alterius quàm ipsius filij Dei caro est, iure gloriam petit, qua natura humana eget, & accipit à patre atque etiam à seipso, quæ naturaliter habet vt Deus. Ipse igitur petit vt homo, & dat vt deus, vnà cū patre. Cur igitur huiusmodi voces hos turbant? Nā si factus est verus homo, cur non cōcedunt ei, plerunq;, tanquam verus homo loquatur? Si enim factus homo non esset, ipsi verbo hæc viderentur attribuenda; sin autē credunt verum hominem factum esse, cur ignorationem, petitionémque gloriæ, cæteráq; huiusmodi vt homini non attribuūt? Sed impie in filium Dei ita hæc inferunt, vt creaturam prædicare non vereantur. Præterea, si absurdum est opinari ver-

bum Dei glorificari à patre,aut accipere aliquid aut ſanctificari,vt iſti credũt:nos certe ſumus qui accipimus,& ſanctificamur atque glorificamur in ipſo:& propter nos ipſe vt homo,huiuſmodi vocibus vſus eſt. Nam ſi propter ſeipſum verbũ Dei glorificari, ſanctificaríque petit, nihil nobis contulit incarnatio Chriſti, & natura noſtra denudata Dei gratia demonſtratur. Nam ſi verbum glorificari & ſanctificari eget:quomodo nobis hæc largita per ipſum ſunt? Deinde ſui potius cauſa,quàm noſtra factus homo videbitur,ſi tunc glorificatus,ſanctificatúſque poteſtatem accepit, & cætera quæ de ipſo ſimiliter ſcribuntur, quibus iſti aiunt etiam ante incarnationem ipſum caruiſſe,& accepiſſe poſtea factum hominem. Gratias igitur agat carni, per quam melior factus eſt. Verùm quoniam impia hæc cogitatu ſunt (venit enim vt hominem glorificet atque ſanctificet) non accipit hæc De i filius vt verbum: ſic enim perfectus eſt quemadmodum & pater:ſed nos in ipſo vt in homine tunc hæc accepimus,quando carnem aſſumpſit. Sicut enim nos per reſurrectionem ſuam reſurreximus, & per aſcenſum ſuum in cœlos renouata nobis aſcendendi via eſt:ſic quando glorificari & ſanctificari dicitur,nos in ipſo omnia hæc accepimus. Itaque illa ipſe naturaliter habet vt deus,& ea propter nos petit vt homo. Pater,inquit,glorifica filium tuum.&:Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.& poſt reſurrectionem:Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Omnia enim per ipſum facta ſunt. & Pſalmiſta,omnia ſibi ſeruire ait. Et ipſe de gloria inquit: Pater glorifica filium tuum ea gloria, quam habebam apud te ante conſtitutionem mundi. Si ergo antequam mundus eſſet, gloriam hanc habebat apud patrem,quomodo eam petit? Perſpicuum eſt propter nos ipſum petere vt hominẽ: ita naturæ noſtræ petitio,vt glorificaretur in ipſo,facta eſt. Poteſtatem etiam, quam poſt reſurrectionem dicit ſibi datam, ante reſurrectionem quoque habebat. Nam ſi non habebat,quomodo repulit diabolum dicens:Vade retro ſatana? Et quomodo diſcipulis poteſtatem aduerſus dæmonia dedit? Quomodo filiam Abrahæ (vt ſcribitur) à diabolo ligatam, vt poteſtatem habens ſoluit? Quomodo paralytico ſanitatem largitus eſt? quomodo peccatrici fœminæ peccata dimiſit? quomodo mortuos reuocauit à morte,& cæcorum aperuit oculos? Perſpicuum igitur vndique eſt,non vt verbum ante incarnationem, ſed vt hominẽ, quando factus eſt homo, patris gratias vobis petere. Sic enim etiam Deo participare dicimur:quia ipſe noſtram humilitatem ſuſcepit,vt nos ad celſitudinem ſuam extolleret,non vt ipſe inferior fieret. Idcirco nos quamuis homines natura ſimus, dij tamen gratia in Chriſto (qui verus & homo & Deus eſt) facti ſumus. Quemadmodum igitur, quando per carnem miracula efficiebat(ſputo enim cæcum curauit: & manu extenſa, feretróque tacto vnigenitum viduæ filium è mortuis reuocauit:& voce inſtrumentis corporis emiſſa, Lazare dixit,veni foras) non ipſi vt homini hæc, ſed vt Deo attribuimus:ſic quando humano more aliquid de ſeipſo dicit, quod alienum à deitate ſua videatur, carni idipſum accommodare debemus. Sic enim ſingula factorum atque dictorum congruè diſtribuentes, à vera cognitione ſaluatoris non aberrabimus. Vnum enim Chriſtum ſcripturæ prædicant. Vnus enim Deus pater,inquit,& vnus Dominus Ieſus Chriſtus. Sicut igitur ab operibus verus Deus cognoſcitur, ſic neceſſe erat à conuenientibus homini dictis atque operibus, addo etiam paſſionibus,in quibus nulla delicti ſuſpicio inuenitur,vt verus homo cognoſceretur. Vtrunque igitur in ipſo cernimus. Interrogabat enim vt homo, vbi Lazarus poſitus eſſet: imperabat autem vt Deus,vt è mortuis rediret. Et matri:Quid mihi & tibi ô mulier?vt homo dicebat. Et aquam in vinum vt Deus conuertebat. Duarum igitur naturarum ſuarum cognitio,& dictis & factis neceſſariò facienda erat. Quare ipſi quoque nos debemus, quæ Deo vero conueniunt, diuinitati ſuæ: quæ homini vero,humilitati noſtræ,quam propter nos aſſumpſit,accõmodare. Sed ipſe ait(inquiũt) omnia mea tradita ſunt mihi à patre meo. Cui autẽ omnia tradita ſunt ab alio,nihil habet a ſeipſo: quomodo igitur is ſecundum ſubſtantiam idem erit patri, qui omnia poſſidet? Si nihil ex ſeipſo filius habet, ſecundum vos, quoniam ipſe à patre accepit omnia: pater ergo quum dederit omnia,nihil habet in ſeipſo:quod abſurdiſſimum eſt. Quomodo enim pater poterit denudari iis, quæ ſibi natura inſunt? Habet igitur ſemper omnia pater, quæ filio dedit: & filius ſimiliter ſemper habet, quæ ſe accipere vt hominem ait, vt ipſe dicit: Pater diligit filium, & poteſtatem dedit ei iudicium facere,quia filius hominis eſt. Si ergo iudicandi poteſtatem datam ſibi eſſe ait, non alia quadam de cauſa, ſed quia factus eſt homo:perſpicuum eſt quia non vt verbum Dei & deus ipſe accepit,ſed vt homo. Accipere igitur omnia,ipſi vt homini attribuendum,quæ vt Deus naturaliter habet:& ſic erit imago patris incommutabilis.

Aduerſus ea,quæ dicuntur ab hæreticis,quia Chriſtus fleuit: & quia dixit: Nunc anima mea turbata eſt,& Tranſeat à me calix iſte.& Triſtis eſt anima mea. cæteráque huiuſmodi.

CAP. III.

QVaſi ab homine nudo, has vocès dictas credunt hæretici, quia mortem timuit,& triſtis factus eſt, cæteráque huiuſmodi perpeſſus vt homo verus. Deus enim verus,ſicuti Chriſtus eſt, quomodo vt Deus mortem timuiſſet? qui ait: Ego ſum vita, qui alios ex morte reuocauit, qui diſcipulos hortabatur, dicens: Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt occidere. Vt verbum autem Dei, quomodo timere potuit,qui Abrahæ dixit: Noli timere quoniam ego tecum ſum, qui Moſen aduerſus Ægypti regem ſuſcitauit, qui ad Ioſue dicebat,Confortare vt vir: quomodo etiam alios ipſe timuiſſet,ad quem ſancti clamant: Dominus mihi adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo? Quomodo autem ſi venit ad interimendam mortem, mortem timebat quam interemit? Sed infernum timuit,inquiunt. Mirum eſt quod hæc audeant dicere. Ianitores enim inferorum quum primũ eum vidiſſent, ſpiritus incluſos exire præ timore dimiſerunt. Quod patet,quia multi ſanctorum excitati à morte,in ſanctam (vt ſcribitur) ciuitatem intrarunt, & viſi à multis ſunt. Aut quomodo timebat morté,qui non fugiebat dum quæreretur?ſed dicebat ad quærentes,Ego ſum,dimittite iſtos,qui dicebat: Poteſtatem habeo ſumere animam meam. Et, Nullus tollit eam à me, ſed ego pono ipſam à meipſo,Non timuit ergo filius Dei mortem vt deus,ſed natura humana, quæ id pati nata eſt. Tempora ergo (vt in ſuperioribus etiam tetigimus) in quibus dicta factáue ſunt, quæ de ſaluatore dicuntur, diligenter conſideranda ſunt illis, qui recte volunt ſcripturas intelligere. Si ergo antequam hominem aſſumpſiſſet verbum Dei, fleuiſſe vnquam,aut mortem formidaſſe,aut aliquid tale perpeſſus ſcriberetur,ſicut deũ etiam hæc perpeſſum iure credere poſſent: ſin verò poſteaquam homo factus eſt, hæc de ipſo ſcribuntur, quare non credunt vt ab homine dicta,factaue eſſe? Sed qui fleuit,qui timuit, triſtíſque fuit,quomodo erit natura Deus? Creaturarum enim, neque omnium hæc propria ſunt. Qui Lazarum à mortuis ad vitam redire imperauit: qui aquam in vinũ nutu conuertit,cæteráque huiuſmodi multa fecit,quomodo nõ erit natura Deus? præſertim quum ipſe clamet:Ego & pater vnum ſumus: Dei enim veri hæc opera ſunt. Quod ſi ex dictis,factiſúe humano more perturbamini, quare non proficitis ex illis, quæ vt Deus verus & dixit & fecit? Et ſi propter humilia dicta factáue, humilia de ipſo intelligitis,cur ſublimia quoq; de ipſo nõ creditis, propter dicta factáue vt à verò Deo:Nã qui humiliter illa dixit, fecítque vt homo,hæc ipſe ſublimiter vt verus Deus & dixit & fecit,vt & verum deũ,& verum hominem ſeipſum eſſe demonſtraret. Nam quoniam ita factus eſt verus homo, vt verus eſſe deus non amiſerit:nec enim aliter noſtrũ genus ſaluari poterat: ne quis audiens ipſum factum eſſe hominẽ, mutatum eſſe verbum dei in naturam noſtrã putaret, aut aliud factũ quàm eſſet ſemper,vt tertiũ quid(verbi gratia)ex homine atque deo compoſitũ, hac de cauſa neceſſariò modò more hominis & loquitur & facit,ſine delicto,modò vt verus deus: vt vtrunq; ipſe intelligatur eſſe. Ideò permittebat vt natura hominis, quæ in ipſo erat abſque peccato, paſſionibus noſtræ naturæ moueretur. Operabatur autem etiam plerunque vt deus, dicebátque ad credentes: Si mihi non creditis,quia videlicet hominẽ videtis, credite operibus meis, vt cognoſcatis quia ego in patre, & pater in me eſt. &, Ego & pater vnum ſumus. Quæ igitur Deo conueniunt dicta factáue,Deum verum eſſe demonſtrant: quæ autem

autem homini,verum hominem.hoc enim fidei catholicæ præcipuum myſterium eſt. Vos autem hæretici ex propoſito, filio dei repugnantes, quum audieritis,Ego & pater vnum ſumus: in peruerſum ſenſum id dictum diſtrahere conamini.quũ autẽ verba humanitus dicta aut facta proferuntur,non ipſi vt homini,ſed vt verbo dei ſtatim accommodatis: putantes hinc demõſtrari poſſe,non verum Deum, ſed creaturam verbum Dei eſſe, quem tamen creatorem omnium negare non auderis. Aut ergo attribuatis ei, vt vnum cum patre ſit, ſicut verbum eius: & tunc non inuenietis flentem, vel triſtem, vel timentem. Aut ſi non creditis dicentiſe vnum eſſe cum patre,neq; quoniã timuit, credatis: vt ad Iudæos omnino reiecti,quia nullũ verbum euangelicum ſuſcipiatis, à tot & tantis turbationibus Dei eccleſiam liberetis. Nos enim articulum eſſe fidei maximũ, imò fundamentum non ignoramus verum ipſum eſſe Deum vt verbum patris, & hominem verum: quia ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Deſcernãtur ergo dicta eius & facta,& quum audias,Ego & pater vnũ ſumus: vnã patris & filij deitatem intellige,& filiũ ex patre naſci æternaliter credas. Et rurſus, quando audis quia fleuit, quia timuit, quia doluit: hominẽ quoque verũ eſſe cognoſcas, & naturæ hominis hæc attribuas. Mortale nanq; corpus aſſumpſit, omnibus paſſionib. naturæ noſtræ ſubiectũ, peccato ſemper longè remoto. Conueniẽter igitur,quoniã idem homo verus,& deus verus eſt,hominis paſſiones ſibi attribuit,propter perſonalem identitatem. Sic dicimus etiã deum paſſum,& crucifixum,mortuũ, ſepultũ: quæ omnia vt homini ſibi,non vt verbo dei attribuuntur. Sic enim quæ homini conueniunt,vt ex homine dicta ſunt,per inſitos humanæ naturæ motus naturales,quos ita mens percipit, vt per linguã proferat, quæ in occulto abſque voce verbo mẽtali dicuntur. Præterea, non alia de cauſa verbũ dei homo facto factum eſt,niſi vt nos liberaret, & infirmitatib. noſtris deitate ſua coniuncta,naturã humanã firmaret,& ad robur (vt ita dicam) ſuũ conuerteret. Quando igitur formidaſſe mortẽ videtur vt homo dicebat:Pater, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non vt ego volo, ſed vt tu. Quãuis enim mortem vt homo abhorrebat, voluntatem, tamen patris, & ſuam vt verbi, perficere vt homo non recuſabat, ideò dicebat,ſpiritum eſſe promptũ,& carnẽ infirmã. Quum igitur dixit, Non vt ego volo,de ſe vt homine intelligit:deinde quũ infert, Sed vt tu pater vis,de ſeipſo etiã intelligere debemus. Omnia enim quæ pater vult,vult filius quoque ſimiliter:quod inde patet,quia ſeipſum tradidiſſe & obtuliſſe pro nobis ſcribitur. Morti ergo quã vt homo formidabat, ſeipſum pro nobis vt deus tradidit. Adhæc ſi ſanctos viros contempſiſſe mortẽ inuenimus,& conſtãter per eam voluiſſe ad vitã æternam tranſire:idq; animi robur habuiſſe,quoniam habebant Chriſtũ in interiore homine habitante,quomodo pertimuit mortem vt Deus, qui facit ne alij timeant? Aut quomodo non abſurdũ erit,fortitudinẽ eorũ mirari,qui dei verbũ in ſeipſis habuerũt: ipſum autẽ filiũ dei formidoloſum ita putare, vt timoris morbo victũ credamus? Sed omnia ille perpeſſus fuit,vt nos ab omnib. liberaret. Sicut igitur niſi mortuus eſſet, mors nõ extingueretur: ſic niſi timuiſſet, nõ eſſemus nos à metu liberati: niſi doluiſſet, non ceſſaſſent dolores noſtri. Et ita ſingulas paſſiones carnis fuiſſe in Chriſto abſque peccato commotas inuenies, non vt ab ipſis homo ille ſuperaretur ſicut & nos: ſed vt commotæ vincerẽtur virtute inhabitãtis verbi,& ſic natura noſtra reformaretur ad melius. Et quoniã in cruce ſua gloriamur,credimúſq; nos ſaluos eſſe,quia Dei filius homo factus pro nobis, crucifixus & mortuus eſt, vt mortem noſtram moriendo deſtrueret,& in ſeipſo nos omnes à corruptione ad incorruptionẽ traduceret: opus erat certè ad fidẽ noſtrã,etiam in ipſo paſſionis tempore,verũ ſe hominẽ eſſe oſtendere. Ideò ne quis dubitare poſſet, vt homo clamabat Deus meus, Deus meus, cur me dereliquiſti? & rurſus: Tranſeat à me calix iſte. His igitur atque ſimilibus totum ad ſe hominem verè aſſumptũ eſſe oſtẽdebat. Tenebris verò & terræ motu, cæteríſque huiuſmodi deum ſe quoque verum demõſtrabat. Vnde nonnulli qui eum antea deridebant, cõmoti clamarunt: Verè filius dei erat iſte. Quomodo igitur non erit ſtultum perturbari, quando vt hominem loqui eum audias, & more humano dictorum factorúmve recordari: quæ verò vt Deus dixit fecítq; omnino contemnere? Timebat vt homo: ſed illud ſemper tenẽ,quod vt deus dicebat: Poteſtatem habeo ponere animam meam,& rurſus poteſtatem habeo ſumere ipſam. Poſtremo,maximę ingratitudinis eſt,quũ ſcriptura clamet,hominem filium dei eſſe factum: non vt ipſe qui eſt immutabilis ad naturam noſtram mutaretur: ſed vt nos ſibi coniunctos, ad ſuam,quãtum poſſibile eſt,per miſericordiã ſuam, reformaret. Omnia eñ ſua factus homo nobis dedit,& filios dei nõ natura (id enim impoſſibile eſt)ſed gratia fecit. Maximę inquã ingratitudinis eſt, quoniam infirmitates noſtras accepit conuenientérque noſtra ſibi abſque peccato propter identitatem perſonalem attribuit,vt etiam in nobis paſſiones carnis extingueretur propter illum,qui eas propter nos in ſeipſo ſuperauit, idcirco à nobis inter creaturas collocarit. Illud etiam non prætermittendum, quod ſæpenumero per prophetas Deus & cor & manus ſibi attribuit,& timorem & dolorem,& iram & animã. Quum igitur perſpicuum ſit Dei verbũ in propheris locutum fuiſſe, an audebunt iſti huiuſmodi, & patres hominis Dei verbo ante incarnationem accommodare? Non facient certè, ſed ttopologice aut alio modo, quodã humano more dicent omnia hæc conſcripta fuiſſe. Quomodo igitur poſtea quàm homo factus eſt, non intelligunt non naturæ verbi, ſed naturæ humanæ (quam verè cum omnibus ſuis paſſionibus ſine peccato aſſumpſit) omnia hæc eſſe accommodanda.

De eodem, videlicet quod filius non ſit creatura, propoſito textu illo: Primogenitus totius creaturæ.

CAPVT III.

SI creatura, inquiunt, filius non eſſet, non diceretur omniũ creaturarum primogenitus. Nam quia magnam habet cum creaturis coniunctionem, quamuis primus earum & ante omnes ſit, hoc nomine appellatus eſt. Et ſi difficile non eſt ad rem ipſam ſtatim reſpondere,primum tamen illud dicendũ: Si quia primogenitus omnium dicitur creaturarum,cum creaturis connumerandus videtur,omnem rurſus excedere creaturam videbitur: quia ſolus vnigenitus dictus eſt. Nam ſicut primogenitus vocatur,qui multos fratres habet:ſic non eſt vnigenitus, niſi qui ſolus ita natus eſt vt nullos habeat fratres. Quomodo igitur & primogenitus & vnigenitus ſimul erit,quũ hæc inter ſe manifeſtè repugnent? Nam quoniã vtroq; modo à ſcriptura nominatur, neceſſe eſt vt diligenter quæratur, quomodo vnigenitus, & quomodo primogenitus eſt. Vnigenitus igitur eſt,quia ſolus ex patre naſcitur,& ſolus dei filius naturaliter eſt: primogenitus verò non ſimpliciter, ſed in multis ſcribitur fratribus. Quando igitur natura ipſe Deus, homine aſſumpto frater factus eſt noſter, tunc etiã primogenitus factus eſt in multis fratribus:quia multos filios dei per gratiã effecit. Primogenitus ergo vocatur,nõ quia tẽpore præceſſit, nec quia eiuſdem ipſe, in quantũ dei verbũ, cum creaturis eſſentiæ eſt: ſed quia in ipſo primo deificati ſumus: ideo vnigenitus nulla cauſa addita ſimpliciter appellatur, quia ſolus vt verè filius, in ſinu patris eſt. Primogenitus verò ita dicitur,vt & cauſa,& quorum eſt primus,ſtatim afferatur. Primogenitus enim, inquit, in multis fratribus,& primogenitus ex mortuis. Nã quum ipſe natura increatus ſit,& omniũ dominus atq; creator, creatura etiã factus,primus inuenitur inter omnes homines, quos aſſumpta humana natura reformauit. Nõ eſt igitur ipſe vt verbum creatura. Nam ſi in eo vniuerſa creata ſunt (vt ait Paulus) nihil eſt creatũ,quod per ipſum creatũ non ſit. Aut ſi omnia quæ creata ſunt, per ipſum facta ſunt,ipſe ſeipſum creauit, ſi creatura ſecundum hæreticos eſt: quod omnino impoſſibile inuenitur. Primogenitus igitur in multis fratrib. piè intelligitur, vt diximus:quia factus homo & frater noſter,primus nos in ſeipſo ſanctificauit:primogenitus autẽ etiã ex mortuis, quia primus ipſe morte calcata ſurrexit,& primus carnẽ noſtram in cœlos reduxit. Ideò ait: Ego ſum via, & ego ſum oſtium, per ipſum enim natura noſtra nouum iter facere docta eſt,& quaſi per portam quandam cœlos ingreditur. Propter miſericordiam igitur ſuã creaturis ſe factus homo connumerauit, & primogenitus earũ factus vniuerſa reformauit. Vnigenitus ergo filius patris ſecundum naturam eſt. Et vidimus, inquit, gloriam eius, ſicut gloriã vnigeniti à patre. Deus enim verus eſt,ex deo verò,lumẽ

ex lumine: primogenitus verò propter nos, vt sicut per ipsum facta sunt omnia, sic etiam in ipso reformata saluentur. Quare sicut initium viarum creatus est, quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere, sic primogenitus vocatur in multis fratribus, quia vocauit nos omnes ad adoptionem Dei per gratiam. Et rursus, primogenitus ex mortuis, quia primus ex morte resurrexit, & naturam nostram in incorruptionem reuocauit. Sed vnigenitus (inquiunt) dicitur, quia solus à solo patre creatus est: cætera verò cuncta per ipsum. Si hac de causa vnigenitus patris filius dicitur, non erit pater omnium vniuersaliter creator: sed omnia ex ipso esse scriptura clamat. Non ergo quia solus à patre creatus est, sed quia solus ex patre naturaliter nascitur, idcircò vnigenitus appellatur. Nam si vnigenitus diceretur, quia solus à solo patre factus est: nónne dies quoque vnigenita diceretur quia solū modò fit? Nónne artes quoque multæ aut imagines aut opera, quæ solus aliquis solaque fecit, vnigenita dicerentur? Nónne sol ac luna, cœlum quoque multaque alia vnigenita vocarentur, quia sola in specie sua facta sunt? Sed nemo profectò vnigenitum illud dicit quod factum est, quamuis solum à solo factū sit: nec igitur etiam filius, quia solus à solo factus, sed quia solus à solo genitus, vnigenitus dicitur. Opus enim non genimen appellatur, quod factum est: filius verò genitus est ex patre, quia ex ipso naturaliter prodiens, essentiæ paternæ verus per generationē hæres inuenitur. Quod si vnigenitus (vt nonnulli aiunt) appellatus sit, quia solus omnia excedit, pater quoque vnigenitus hac ratione diceretur: & quicquid in specie sua excedere videretur, vnigenitū vocaretur. Non ergo propter excessum, sed quia ex patre solus na- *Cauillationes hæreticorum.* scitur, idcirco vnigenitus est. Sed vnigenitus, dicunt, est, quia solus paterni consilij angelus est. Si ergo insitum nobis quoq; verbum cogitationes mentis solū enunciat, rectè posset vnigenitum mētis appellari: quod nemo vnquā dixisse inuenitur. *Colos. 1.* Sed vnigenitus, inquiunt, dicitur, quia creator solū omniū est, quę post ipsum creata sunt, ne sui quoq; ipsius creator putetur: at scriptura, ô vos, omnia simpliciter in ipso & per ipsum facta esse prædicat. Prętrea primogenitū nonnunquam dicimus eū qui primo natus est: hoc modo Christus primogenitus virginis dicitur secundum carnem: non quod alios etiam genuerit, virgo enim post partum etiam remansit: sed quia primum plerū- *Luc. 2.* que & absolutè & in se, & non per comparationem ad alia dicitur: ita ergo etiam ex Deo primogenitus est, non vt multorū primus, sed vt solus ex Deo genitus: ad hæc, quæ prima simpliciter sunt, causa sunt eorum, quæ secundo loco sunt: Dei ergo filius, primogenitus aliorum potest dici, quia ipse primus causa est, vt filij appellatio cęteris omnib. accōmodetur: ita & pater Deus, primus pater est, quia primus omniū genuit, qui æternaliter generat. Adde, quod sibiipsis hæretici repugnant. Primogenitum enim filium dicunt, quia solus à patre factus sit: cætera omnia per filium esse producta concedunt. Hæc certè repugnant. Nā si ea ratione primogenitus est, non ab eo certè, sed à patre solo cætera quoque producta essent, quorum comparatione ipse primo productus dicitur. Sed quomodo, inquiunt, *Colos. 1.* si verus Dei filius verbum est, cæteris eum connumerat scriptura dicens: Primogenitus totius creaturæ? Necesse enim omnino est tale esse verbum secundum naturā, qualia sunt quorum est primum. Magna in huiusmodi oratione impietas est. Non enim quia creatura est filius, totius creaturæ primogenitus dicitur: sed quia omnes nos in ipso & per ipsum adoptati filij Dei per gratiam efficimur, cuius gratiæ ipse autor est, similes sibi per misericordiam faciens credentes in eū. Quoniam verò primogenitus est, idcirco imago patris vera demonstratur.
Ioan. 1. Nam sicut ipse, primus filius verè est: sic & pater, primus pater. In ipso enim primus pater est & ipse primus filius in primo patre: & per ipsum omnia facta sunt, & per ipsum omnis creatura rationalis adoptatur. Postremo, si quia primus totius creaturæ filius dicitur, creaturam ipsum quoque creditis: quid diciris, quando pater de se dixit: Ego primus & ego post hæc? An & *Esaiæ 44.* ipsum primū creaturarum & creaturam audebitis prædicare? non arbitror. Sicut igitur pater nō est creatura, quāuis primus dicatur, sic & filius. Et sicut pater principium seipsum esse omnium ostendens, dicit: Ego sum primus: sic & filius totius creaturæ primus dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt, & ipse principium omnium atque creator est.

De textu euangelico: Sedere autem à dextris meis, aut à sinistris meis, non est meum dare.

CAPVT V.

Sed quomodo, inquiunt, æqualis patri filius est, dixit ad filios Zebedæi: Non est meum dare? Id enim apertè ostendit *Matth. 20.* non habere se potestatem dandi quod petebatur: non est igitur æqualis patri, quoniam pater omnium potestatem habet. Oportet certè non ita inconsiderate saluatoris verba exponere. Nam si diligenter perspicere singula volueritis, nihil inuenietis quo impietas vestra possit iuuari. Accesserunt Zebedæi filij ad Christum, supremósque honores petebant, qui aliis debebantur. Ad quam petitionem conuenienter saluator respondit: Non est meum dare: non quia potestatem dandi non habeat, sed quia præmia proportionaliter certantibus dantur. Nam quemadmodum, si quis certamē instituerit, & munera declarauerit, ad petentes maxima præmia dicat, Non est meum dare: non enim certandi munera sic mihi proposita sunt, vt velim petentibus dare quibuscunque, sed illis solum qui certando superabunt. Sic saluator quoque: Non est meum dare, inquit, supremum honorē vobis petentibus, qui reseruatus est in præscientia patris illis, quos excessus certandi commendabit. Quare Domini hæc responsio potestatem negat, sed dispensationem ostendit. Quomodo enim ipse non potest dare quibus velit, quum inueniatur omnibus discipulis id esse largitus? Amē amen, inquit, dico vobis, quando filius hominis sedebit in so- *Matth. 19.* lio maiestatis suæ, sedebitis & vos super duodecim sedes. Non enim vt propheta hoc prædicit, sed vt autor benignè largitur. Quomodo ergo qui omnibus potuit dare, duobus non potuit? Nisi forsan audebitis dicere, non habituros (quod dicitur) apostolos. Quod si facietis, nemo amplius Christianus alloqui vos debet, sicut veritatis contemptores. Sicut igitur si Zebedæi filijs non posset id dare, non esset æqualis patri: quoniam omnibus discipulis dare potuit, æqualis genitori erit in omnibus.

Præterea, si verè dicit omnia sibi tradita esse à patre, & in omnibus gratia etiā hæc continetur: non negat potestatē dandi quū dicit, Non est meum dare sed dispensatiua oratio est. Esaias *Esa. 15.* enim aperte clamat, dicēs de saluatore: Propterea ipse dominabitur multis, & fortiū spolia partietur, quoniā tradita est in mortem anima eius. Si ergo ipse honores sanctis viris partitur, quomodo dicitis eum nō posse dare petentib. si velit? Certè omnia pater per ipsum operabitur, quorū vnū est distributio munerū singulis sanctorū: ipse igitur distributor munerū est. Sed sensum euangelicorū verborū altius exponamus. Quum saluator noster dominus Iesus Christus discipulos hortaretur atq; moneret, vt nihil in hac vita vellēt habere: sed cultui diuino attenderent, ac ingētes honores mādata sua seruantib. polliceretur, accesserunt discipuli dicētes: Ecce nos iam omnia negleximus, & *Matth. 19.* te solū secuti sumus, quid ergo erit nobis? Respondit Christus: Quando filius hominis in solio maiestatis suæ sedebit, tunc in illa regeneratione vos quoq; in duodecim sedebitis sedibus, iudicaturi duodecim Israeliticas tribus. Id quū filij Zebedæi audissent, non conuenientē sibi mercedem concupiuerunt. Nam quod omnib. discipulis quasi pro mercede beneuolentiæ erga Christū erat propositū, soli rapere studuerunt. Verum ne inanis gloriæ cupiditate victi viderētur, ipsi quidē pudore silent, matris verò ministerio vtūtur. Accessit igitur illa ad dominū, dicens: Dic vt isti duo filij mei sedeāt, vnus à dextris tuis, & alter à sinistris tuis. Apertè igitur per hęc verba videtur mulier id quod *Matth. 20.* omnib. debebatur, ad filios solūmodo suos velle traducere. Nā nisi hoc esset, qua ratione, quod datū omnib. erat discipulis, de numero, quorū etiam filij sui fuerunt, id ipsa rursus petit? Non alia videlicet, nisi vt cōmune omnium præmiū ad suos transferret. Hęc saluator quū sciret vt Deus, filios Zebedæi ad se vocat, nec acriter propter misericordiā suam eos increpat, ne doloris magnitudine, mœstitiæq; submergeret: sed dicit, non esse suū dare. Nec naturæ suæ his verbis impotentiā (vt hæretici dicunt) ostēdit. stultū enim omnino id dictum est, præsertim quū iam prębuisse omnib, hoc inueniatur. Sed quoniā, inquit, iniustam petitis gratiā, quā me nō decet vobis largiri, nō est meum dare. Iustus enim sum iudex, & honores singulis, quos per gratiam

gratiam affero, quasi debitos laboribus virtutibúsque suis distribuo. Adhæc, inani gloria moti, à dextris & à sinistris meis sedere concupiistis: id autem dare meum non est. Non enim dabo morbum alicui, qui doceo atque hortor, vt à morbo caueatis. Ita ergo id dicitur, queādmodum si ignis refrigerari peteret ab ipso, diceret, Non est meum dare id tibi: calefaciendi enim, non frigefaciendi mihi natura inest. Sic Christus quoque dicit: Iustus sum munerum declarator in certaminibus positis: ac ideò non petentibus simpliciter largiri debeo, nec per iniuriam, certantium omnium ad duos solum honores traducere: sed pro rebus ab vnoquoque gestis, quasi debiti à me honores distribuendi sunt. Illi ergo iure hoc accipient, quibus à patre meo (qui per me & in me omnia operatur) præparata hæc sunt. Nemo certè hic suspicari debet ideò à patre honores præparatos dici, quia ipse præstare non possit: sed propter dispensationem incarnationis, sicut ab homine dicitur. Solet enim omnia, quæ naturam hominis excedunt, patri vt Deo attribuere. Nam quum ipse quoque Deus secundum naturam sit, & vnum atq; idem cum patre, omnia profectò poterit sicut Deus. Ab inani ergo Zebedæi filios gloria, improbáque ambitione deterret, ad modestiámque reducit: vt à sequentibus patet. Moleste namque tulisse cæteri discipuli scribuntur, quoniam propositum omnibus honorem petitione mulieris rapi videbant. Et certè, quantum ad ipsam & ad filios suos fuerat, ereptus hic honor à cæteris fuit. Saluator autem (vt scribitur) vniuersaliter, ne Zebedæi filios turbaret, ad doctrinam ipsorum & omnium dixit: Gentium reges & principes earum dominantur ipsis, non sic erit in vobis: sed qui voluerit primus esse in vobis, erit omnium *Luca 14.* seruus. Deinde seipsum in exemplum proponit: Sicut, inquit, & filius hominis venit, non vt sibi ministretur, sed vt ministret. Et demum quasi apicem apponens, & sensum verborum suorum enodans, parabolam apponit: qua vocatis in conuiuium consulit non rapere primum locum, sed expectare donec honor sibi à principe conuiuij tribuatur. Melius enim est, inquit, ab extremo loco ad primum honorifice vocari, quàm ab occupato imprudēter primo ad extremum turpiter depelli, ac alium ad primum ipso audiente vocari. Ita & Zebedæi filios eodem sermone honestissime castigauit, & cæteros accommodatissime consolatus est. Hac ergo de causa, non quia non potuit, non est meum dare, Zebedæi filiis respondit.

De textu Euangelico: Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

CAP. VI.

Ioan. 17. *Esa. 44.* Ecce, inquiunt, ipse filius ait solum patrem Deum verum esse. Sed ipse quoque pater dicere inuenitur: Ego Deus primus, & ego post hæc, nec est Deus præter me. Quomodo igitur ad primum & solum verum Deum, alium vos quasi verum Deum adiicere audetis? Sed non ad deiectionem filij hæc à patre dicuntur, nisi forsan (vt apud fabulas gentium fertur) inter filium & patrem bellum esse credatis. Sed ad deiectionem falsorum deorum primum postremúmque, hoc est, sempiternum se pater Deum appellat, secúmque, filium necessariò intelligit. Vbi autē filius est, ibi spiritum quoque suum adesse necesse est. Quod autem saluator ait, vt te cognoscant verum solū Deum: nónne videtis quod statim coniungitur, & quem misisti Iesum Christum? Vt ergo verus Deus pater cognoscendus est, ita non aliter Iesus quoque Christus habendus est. Nam si verbum patris est, sicuti certè ab omnibus esse conceditur, quis adeò mētis inops dicere audebit, patrem vt filium à deitate depelleret dixisse, nec est Deus præter me? Creaturas igitur à quibus falso nomen Dei occupatur, illis verbis pater, non filiū repulit. Quod vt apertius intelligatur, ponamus nonnullos errore impulsos, hominis aut bruti animalis cuiusdam statuam erexisse, quam credant lucis esse originem, quámque lucis nomine appellent. Adhæc fingamus solem ad huiusmodi homines magna voce clamasse: Erratis nimium omnes vos ego solus enim sum lux, nec alia est præter me. An igitur his verbis splendorem solis & lunæ non esse lucem putabitis? vel aduersus falsam lucem illa verba solis dicta interpretabimini? Hoc extremum profecto facietis. Quare quum à patre quoq; dicitur: Ego solus sum Deus, nec est alius præter me: falsos Deos, non filium extrudi firma fide credēdum est. Quomodo enim non erit insanum de verbo Dei hæc dicta esse confingere? per quod omnia facta sunt, sine quo nihil factum est: quod per prophetas loquutum est, quódque semper in patre est. Falsi ergo dij, deique filij, quos humana ignorantia finxit repudiantur. Nec etiam quia solus pater verus Deus à filio dicitur: idcircò filius à consubstantialitate sua eiicietur. Verus enim & ipse Deus est, quoniam verè dicit: Ego *Ioan. 14.* sum veritas. Quare verò patri (etiam si dirumpantur hæretici) æternaliter coniungitur. Quod ergo dicitur, Vt cognoscant te solum verum Deum: aduersus falsos gentilium deos necessariò accipiendum est. Nam si filius non esset natura veréque Deus, vt pater: quomodo verè se coniunxit vero Deo, dicens, Et quem misisti Iesum Christum? Non enim potest simul cum natura creata res increata cognosci, nec vnquam cum creaturis connumerabitur. Nulli enim præterquā filio certè dabitis quod possit dicere: Vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Dic quæso an poterit quicquam aliorum id Deo patri proferre? nequaquam. Soli certè filio verba hæc cōgruunt: quia creatura non est, sed ex patris substantia prodit, & genitori non iniuria connumeratur. Ipse nanque nos docuit, quod patris veri genimen verum est. Manifestaui, ait, nomen *Ioan. 17.* tuum hominibus, quia videlicet verus pater es, & filiū verum habes. Ioannes etiam ait: Et simus in vero filio eius Iesu Christo. Non enim potest excludi filius, quando solus pater esse vel *1. Ioan. 5.* facere aliquid dicitur, qui solus extendit cœlum. De patre à quodam propheta scribitur: Et ipsius patris vox fertur, ego *Iob. 9.* solus cœlum extendi. Et tamen apertè de filio quoque legitur: Verbo Domini cœli firmati sunt. Si ergo, quamuis pater dicat *Eccle. 27.* se solum cœlos fecisse, filius tamen etiam fecisse inuenitur: per- *Psal. 32.* spicuum est, quia quando etiam solus pater verus Deus appellatur, vnà cum eo semper filium (per quē omnia facit, per quem loquitur) intelligi necesse est. Sic enim est in vno solo primo, & vero deo naturaliter, quemadmodum in luce splendor.

Proposito textu: Iesus autem proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum, & apud homines.

CAP. VII.

Qvomodo, inquiunt, æqualis erit patri substantialiter filius, qui non perfectus est? Inuenitur enim in sapientia proficere. Proficit autem, quod perfectum non est: pater verò perfectus est, nullius indigens rei, ac ideò nullum in melius suscipit *Luca 2.* profectum. Interrogādi hæretici sunt, de quo putant scriptum esse quod proficiebat in sapientia, & gratia: de Christo certè dicent, Christum porrò quem arbitrantur fuisse? Nam si cōmunem nudúmq; hominem, in quo nihil vltra naturam nostram fuerit, proficiat quoq; ipse vt homo: sin verò deus est & homo propter nos factus, vt scribitur, quomodo profectum suscipiet? aut quomodo imperfectus erit, qui non rapinam arbitratus est, se esse æqualē deo? Quod si æqualis deo est, vt Paulus affirmat, *Philip. 2.* & tamen proficiebat, maiorem iam patre secundum vos dicere eum necesse erit: quod absurdissimum est. Quum igitur perfectus sit, & perfecti patri filius, propter incarnationem dictum esse istud accipiatis. Nā si vt verbum factus homo profecit, non ipse nobis profuit, sed magis caro quam assumpsit, profectum sibi attulit, & ad perfectionem imperfectum conduxit. Quomodo igitur nos gratias agimus sibi, tanquam propter nos homini facto? quum oporteret profectò, vt ipse nobis gratias referret? Quod quoniam vel cogitare impium est, non vt verbum profecit, sed propter incarnationem illud dictum est, vt modò latius dicemus. Prętrea, non nudis, sed veris vocabulis verbum Dei appellatur Deus, & dei sapiētia, & virtus, & forma, & ima- *1. Cor. 1.* go patris. Quomodo igitur, quum hæc omnia verè sit, pro- *Coloss. 1.* fectus est susceptibilis? Esset enim aliquid maius Deo, & sa- *Hebr. 1.* pientia, & virtute, & forma, & imagine Dei: quod impossibile est. Adhæc, principatus, dominationes, angeli, archangeli, & omnis rationalis creatura, participatione verbi proficiuntur. Quomodo igitur imperfectus est ipse, quo cætera omnia perficiuntur? & quomodo sapientia Dei proficere in sapientia potest? aut quomodo in gratia ille proficit, qui omnium gratiarum largitor est? Nisi forsan Paulo non credant, qui sapientiam

dei filium appellat,& gratiæ largitorem. Accedit, quod semper imperfectum quod est,ad perfectionem ascendere conatur: & primum locum in quo est negligit, maiorem autem atque meliorem desiderat: vt homines (verbi gratia) in sapientia omnique virtute paulatim proficientes, ad perfectiorem vitam ascendunt. Dei autem verbum,hoc est,dei filius,quum totus in patre sit,& totum in se patrem habeat,quò ascendet? Nam qui patrem replet (vt modo corporum dicam) & repletur à patre, si recipiet incrementum, patre maius videbitur, quod nefas dictu omnino est. Non ergo proficit qui perfectus est, nec mutatur qui immutabilis est Sicut ergo quando Paulus dicit, humiliauit seipsum formam serui accipiens: non perturbamur, nec minora de verbo dei opinamur, sed misericordiam & gratiam eius miramur: sic non oportet perturbari, quando profecisse ipsum legimus. Nam quemadmodum nihil ex illa humiliatione verbi deitas passa est, sic ex isto profectu nihil penitus fuit perpessa: sed sicut propter nos humiliauit seipsum, sic etiam propter nos proficere voluit: vt nos in ipso in sapientia proficiamus, qui propter peccatum, quasi iumenta effecti eramus, vt etiam in gratia in ipso similiter proficiamus, qui pulsi propter primi hominis præuaricationem à pristino Dei gratia fuimus. Omnia enim nostra propter nos Christus sine peccato suscepit,vt ad melius omnibus reformatis, omnium nostrorum bonorum fieret principium. Sed sensum nunc ipsius textus altius inuestigemus. Naturalis quædam lex facit, vt non subito nec in breui tempore, sed paulatim secúdum profectum corporis, in sapientia etiam, omníque virtute homo proficiat. Verbum igitur dei, quod factum caro describitur, quamuis sapientia & virtus perfecta patris sit: tamen quoniam se verè factum hominem oportebat ostendere, non præter naturam hominum, sed secundum naturam paulatim crescente corpore, paulatim quoque sapientior videbatur. Occultam igitur sapientiam suam paulatim reuelabat,legem naturę nostrę sequutus. Quum igitur audis profecisse ipsum in sapiétia & gratia,noli putare quicquam ipsi additum fuisse, qui nullius vnquam rei egere potest. Sed quia videntibus atq; audientibus eum,sapientiorem gratioremq; indies se præbebat, idcirco scribitur profecisse. Ita detegendo seipsum indies, non ipse, sed qui mirabantur ipsum atque amabant,proficiebant. Et certè quod in re aliqua proficit, aliud est, quàm res illa in qua proficit. Si ergo Christus,qui est sapientia, profecisse in sapientia scribitur, non ipse profecto (sapientia enim in seipsa proficere nō potest) non ergo ipse, sed humana proficiebat natura. Nam dum indies in ipso deitas manifestaretur, mirabilior & sapientior videbatur. Proficiebat autem in ipso natura humana hoc modo: Assumpsit sapientia dei,hoc est filius dei,nostram naturam, paulatímque tum verbis tum factis deificationem assumpti hominis reuelans, proficere ipsum reuelando faciebat. Et sic ipsa natura proficiebat in sapientia, in qua erat deificata, per quam etiam nos filij dei per gratiam effecti sumus. Et ita in Christo tantum profecit natura nostra, vt à corruptione ad incorruptionem, & ad dignitatem deitatis in Christo peruenerit. Sed nos,inquiunt audiuimus per scripturam ipsum filium dei hominem factum, Iesum Christum appellari. Ipse igitur filius dei est, qui proficiebat: nec istas distinctiones vestras suscipimus quum Paulus vnū Iesum Christū prædicet. Si ergo vnus est, & hic vnus proficiebat, imperfectus erat certè: quomodo igitur perfectissimo patri erit æqualis? Vnus profecto dominus Iesus Christus est, & non duo, & vnus hypostatice atque personaliter in duabus naturis. Deus enim hominem assumpsit atque induit, & ideò verbum dicitur caro factum esse. Quur igitur omnia, quæ homini sine peccato conueniunt,etiam verbo nō attribuitis? præsertim quum hinc nulla in re deitati verbi derogetur. Quoniā igitur carni proficere proprium est, dicas eum vt hominē profecisse: sibi enim attribuit quæ carnis sunt. Sic enim mortem etiam perpessum prędicamus,neque vt deum,sed vt hominem id perpessum credimus. Quoniam igitur vos quoque ô hæretici hominem verè factum dei verbum negare non audetis: sicut quando auditis, splendorem esse ipsum Christum,& sapiętiam & characterem patris, non hominem,quem assumpsit,sed filiū dei, qui assumpsit intelligitis: sic quādo apud scripturas aliquid dicitur quod nō deo,sed homini cōueniat,non ad verbum dei, sed ad hominē, qui verbo hypostatice vnitus est, referre debetis. Vndique igitur patet, non sapientiam ipsam,inquantum est sapientia,sed humanam naturam in sapientia profecisse. Paulatim enim natura nostra manifestabatur, sicut instrumentum esset deitatis, quę habitauit in ipsa: ideò nō dicit verbum dei profecisse,sed Iesum: ne scilicet verbum proficere videretur,sed humana natura, quæ profectus susceptibilis est. Sic igitur quæ de Christo scribuntur, intelligenda sunt, vt nec quæ deitati conueniunt, humanitati eius attribuantur: nec quæ humanitatis propria sunt,ad deitatem ipsius distorqueantur.

Philip.2.

Canillus hę reticorum.

1. Cor. 8.

Ioan.1.

De eodem proposito textu Apostoli: Quum verò subiecta sibi omnia fuerint, tunc & ipse quoque filius subiicietur ei, qui sibi cuncta subiecit.

CAP. VIII.

ET quomodo, inquiunt, æqualis patri secundum naturam filius erit, si verè Paulus dicit,quod ipse quoque filius patri subiicietur? Nemo enim negare potest, minus esse quod subiicitur eo,quod subiicit: sicut victore,quod victum est. Non intelligunt hæretici se pugnantia dicere,& omnino absurda. Minorem enim filio patrem contendunt esse, idque affirmare conātur,quia Paulus tunc,inquit (tempus enim determinate proponit) patri filius subiicietur. Vnde sequitur secundum ipsos, modò filium patri subiectum non esse: rationalis autem natura quando subiecta non est, in propria tunc suaque voluntate est. Quid ergo dicent audientes Christum: Non veni vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris? Respondeant igitur nobis isti, qui se acutè scripturas intelligere prædicant, an qui facit voluntatem alicuius, ei non subiicitur? Quod quoniam dicere verebuntur,quomodo si nunc quoque filius patri subiicitur,in futuro tempore tādem subiicietur? Credant igitur verè de ipsis nos posse dicere: Erratis,nescientes scripturas. Præterea, creaturam esse filium contendunt. Si ergo, vt scripturæ clamant, deo creatura omnis seruit,quomodo ipse nunc patri non subiicitur? Necesse autem est, vt aut pater non possit modò ipsum subiicere, & erit nunc filius maior patre, quod contra ipsos est. Aut si honestum est, vt filius patri subiiciatur, turpiter facere ipsum istis concedendum erit,qui postea subiicietur,& modò subiectus nō sit. Quomodo igitur dictum est de ipso,quod peccatum non fecit? Imò,inquiunt,quomodo minor patre filius non est, qui ei semper secúdum vos subiicitur? Perspicuum omnibus est, non destrui æqualitatem subiectione. Subiicitur enim æquali æquale plerunque dispensationis modo quodam. Nónne conceditis vnum eundemque spiritum in prophetis esse? Quur igitur Paulus scripsit,spiritus prophetarum prophetis subiici? Quomodo autem subiectio ab æqualitate patris repellere filium poterit? Nónne in hominibus quoq; filij patribus subiiciuntur,nec tamen minores vllo modo sunt,quātum ad substantiæ,naturæq; rationem? Si ergo debere ita fieri nemo negabit in nobis, neque idcirco maiores esse, aut minores natura dicet eos qui subiiciunt, aut qui subiiciuntur: quare id in deo quoq; similiter sine impietate fieri non putabimus? nō enim subiectio in ipso esse filij est, aut ipsum esse filij in subiectione: sed quū in ppria sit hypostasi, subiici patri dicitur. Vnde subiectio minorem filij naturam patre ostendere non potest. Quod si putatis subiectionem,quasi definitionem ipsius esse filij, videte inquantum impietatis hæc vos depellet oratio. Tunc enim vobis necesse erit dicere: filium futurum (quum antea non esset) quando subiectionis venerit tempus: quod Paulus nondum venisse,sed venturum ostendit. Sed quid dicetis,si pater quoque subiici filio reperietur? Subiicitur certè alteri qui ei ministrat. Pater verò ministrat filio,vt canit Psalmista: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Si ergo pater, quamuis ministret filio, minor tamen ipso propterea non est: nec filius quia patri subiicitur, minor patre putandus est. Sed sensum verborum Apostoli modo consideremus. Omnia pater per filium operatur: idq; subiectionis conditio est, vt voluntatem patris in omnibus filius habeat. Vna enim voluntas amborum est, vnde quum dicat pater: Faciamus hominem: homo à filio diuinitus, formatur. Docet igitur Paulus,in futuro quoque seculo patrem in nobis non aliter quàm per filium habitare, ideò scribit: Quando subiecta filio erunt omnia,tunc ipse quoque patri subiicietur, qui sibi omnia subiecit.&

1. Cor.15.

Ioan.6.

Matth.22.

Psal.118.

Esaiæ 53.

1.Cor.14.

1.Cor.15.

subiecit. & addit: Vt deus sit omnia in omnibus. Videtur ergo dicere, nemo putet aliter nos quam per filium patris fore participes in venturo seculo. Per subiectionem ergo nihil aliud significare voluit,quam filium nobis patrem etiam tunc largiturum. Et ita subiecto non minorem filium ostendit, sed identitatem trinitatis demonstrat incommutabilem, quæ nunquam aliter se habebit, sed erit etiam in illo seculo pater per filium omnia in omnibus & vita,& incorruptibilitas,& gaudium & virtus,& quicquid sanctis gratię dabitur,ex patre per filium in spiritu dabitur. Sed vide quæso quàm prudēter,imò diuinitus verba hæc Pauli conscribuntur. Nam quoniam à patre omnia subiecta iri filio dixit, ne quis patrem non dominaturum postea omnibus credat,quoniā filio omnia subiecta sunt,necessariò filium subiicit patri, vt rerum omniū principatus ac dominatio in patrem per filium redigatur: & ita vna deitas, pater scilicet in filio & in spiritu sancto regnet. Sed quomodo, inquies, si modo quoque patri subiectus filius est,subiicietur tunc? Paulus inquit, & ita in venturo seculo solummodo id futurum ostendit. An quia subiectus modo non sit, neque patris peragat voluntatem? qui seipsum humiliauit (vt scribitur) & serui formam assumpsit, vt opus patris perficiat: quemadmodum verbo & in omnibus actibus suis reipsa cōprobauit. Quomodo igitur iam subiectum in futuro seculo subiici (quasi modò non sit) tunc ipsum quoque filium diuina vox Pauli clamat? Verba igitur singula diligenter, & totus contextus eorum considerandus est. Quando, inquit, subiecta ipsi erunt omnia, illo videlicet excepto qui filio subiicit omnia, tunc ipse quoque filius subiicietur ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Hoc igitur significare voluit: Subiectus nunc quoque Christus patri est, non tamen pro omnibus, sed pro solis credentibus in eum, pro quibus seipsum tanquam immaculatum agnum patri obtulit, vt ab omni peccato liberatos patri offerret. Quando igitur omni vndiq; exterminato errore, vniuersus terrarum orbis ad verum deum conuersus,dominum deum Iesum Christum confitebitur,salutariaque ipsius mandata sequetur: tunc,inquam,quia omnes ibi erunt subiecti, ipse quoque pro omnibus patri subiicietur, & pontifex omnium simpliciter factus, omnibus per seipsum participationem patris largietur. Sic enim deus omnia erit in omnibus, per filium in omnibus habitans. Ideo non dicit,tunc ipse quoque filius patri vt minor subiicietur: sed, subiicietur, inquit, vt sit deus omnia in omnibus. Vides quia mediationē filij, qui nos ad patrē adducit,sermo hic significat. Simul enim rursus cum sanctis erit,& seipsum proportionaliter ad gratiam singulorum omnibus largietur, vt per ipsum patrē omnes participent: & hic est subiectionis modus. Patris enim benedictionem naturaliter per ipsum in spiritu sancto concessam, vocatis in regna cœlestia ipse ministrabit. Hæc autē ministratio atq; subiectio non repellit eum à naturali dignitate filij. Nam quamuis natura filius & æqualis patri, condescendens tamen etiam tunc ministrabit patri, cognitionem deitatis nobis largiēs, vt tantum cognoscamus quantum recipere poterimus. Illud ad hæc addendum videtur: Subiicimur nos filio, nec tamen propter subiectionem nostra natura in aliud mutatur: voluntatis enim atque cognitionis subiectio est. Similiter ergo filius quoque subiicietur patri, non mutata natura: incommutabilis enim deus est. Et modus subiectionis erit in illo tempore, quod omnibus secundum voluntatem patris abundantius gratias in spiritu largietur. Nam qui tunc solummodo subiectum fore patri opinatur, aut æqualem modò, aut maiorem necessariò confitebuntur: tunc autem minorem, sicut subiectum, vt aiunt. Mutatio ergo erit in natura filij: quod omnino impium, & contra scripturas est.

Philip.2.

1 Cor.15.

De eodem proposito textu: Pater glorifica me illa gloria, quam habebam apud te antequam mundus esset.

CAPVT IX.

SEd quomodo, inquiunt, non est inconueniens eiusdem dicere substantiæ filium patri, quum à patre filius gloriam petat? Glorifica, inquit, me pater ea gloria, quam habebam apud te antequam mundus esset. Nam si superfluum est petere quod habes,paret hinc non esse tam magnum petētem filium, quantus pater à quo gloriam petit. Non est possibile,vt gloria indigeat, gloriæ dominus, quum nihil deesse possit perfecto: nullus enim ferre vos poterit, si dei filium imperfectum in aliqua re dixeritis: quāuis alioqui turpissimum quid opinari quasi hominem nudum,cupiditate victum gloriæ,à patre id petere. Sed alior dispēsationis modus in hoc sermone reconditus est. Quū enim Christus dixisset,Pater glorifica tuum filium: illico pater respondit: & glorificaui,& rursus glorificabo. Si ergo talem filius gloriam petebat, qualem vos putatis, paterque statim promisit, cuius gratia post petitionem statim contrarium sequitur? captus enim à Iudæis, patibulo affixus est. Non sibi ergo à patre gloriam petebat, qua sicuti natura deus non indigebat, sed paternam gloriam in hominem quem assumpsit petendo vt homo traducit: omnia enim in ipso & per ipsum bona consecuti sumus. Sed non ab re cum hoc est, potestatem etiā verbi considerare. Doxa enim Græcè, modò gloriam, modò opinionem significat. Quando igitur filius dicit: doxason me tu pater ea doxa, quam habebam antequam mundus esset: hoc apertè dicit, Quoniam ô pater homo factus, id solū esse hominibus videor, nec cognitus sum cœternus tibi esse: doxasōn me tu, id est talē opinionem atque fidem hominibus de me largiaris, qualem haberent credentes me apud te semper fuisse, etiam antequam mundus esset, vt videlicet me deum existiment, credantque esse secundum naturā lumen de lumine, deum verum de deo vero. Quod autem ita hic locus intelligēdus sit, ex sequētibus manifestum est. Nam posteaquā hāc opinionē existimationemq; de se petiit, vt deus esse manifestaretur, causam intulit, dicēs: Quoniam & ego nomen tuum, hominibus manifestaui. Si ergo petit quod fecit: fecit autem ipse nomen patris manifestum hominibus, nihil aliud certè petit, quam vt homo hominibus deus esse manifestetur, non propter se, sed propter salutem ipsorum. Petit autē vt homo: & quicquid à patre vt homo petit, quoq; à seipso vt deo,& spiritu sancto petit. Gloriam verò petere filium quasi non habeat, & ea de causa inferiorem patre ostendit putare, nōne pudet in filio enim pater inspicitur. Si ergo pater gloria non eget, nec filius eget profecto. Quomodo enim poterit esse non egens in egente? sed qui videt patrem, videt & filium. &: Ego & pater, inquit, vnum sumus. Perfecte igitur filius, sicut & pater gloriam possidet.

δόξα. δόξασον. δόξη.

Ioan.14.

Ioan.10.

Thesauri Cyrilli libri decimi finis.

EIVSDEM LIBER VNDECIMVS.

Aduersus dicentes, quod deus nihil plus sciat de substantia sua quàm nos sciamus: & quicquid ipse scit de seipso, totum id homines quoque scire possunt.

CAPVT I.

INGENITA est, inquiūt, essentia dei: nec esse dei aliud est quàm esse ingenitū. Quis quis igitur scit hoc esse deū, ipsum deum perfectè cognoscit. Sed ipse quoque deus nigenitum esse se non ignorat: nulla igitur scientiæ differētia est, quum & ipse & nos nihil aliud quàm ingenitū esse deum sciamus. Ridicula hæc sunt, imò autem omni furore plena. Nam quum sciis homines, quos diuina essentia in infinitum excedit, eandem cum deo vos habere sciētiam imprudenter asseritis, nec audistis Esaiam dicentem: Quis metitus est manu aquas, & cœlum palmo? quis cognouit mentem domini? Dicant ergo nobis, qui immensam dei naturam atque incomprehēsibilem humana ratione assequi, qui se eam ad vnguem intelligere credunt, quum tamen cœlum metiri palmo non possint, vtrum ingenitum ipsum esse dei sit, an non? Nam si negabunt, tota hæc cauillatio impudenter dicta videbitur: sin autem pergent asserere, deliramenta sua facile cognoscent, si attendere voluerint. Non enim quia deus ingenitus sit, idcirco etiam dei esse, ipsum ingenitum est. Simile nanque est, si quis dicat hominem, quoniam impennis, hoc est sine pennis est, hoc ipsum esse ipsius substantiam atque essentiam: non enim quia impennis est, hac de causa homo est: sed quia homo, ideò impēnis est. Præsuppositā enim substantia, cætera de ipsa dicuntur. Similiter igitur, ingenitum & increatum, cæteraque huiusmodi de substantia dei dicuntur: de iis enim sunt quæ circa substantiam dei conspiciuntur, ita vt non ipsa substantia sint: non enim ipsum dei esse, sed non esse factam substantiam dei significant.

Esaiæ 40.

Ioan.17.

Ioan.17.

Nam si quicquid de solo Deo dicitur, id erit substantia eius, ex multis erit substantiis compositus. Multa enim de deo secundū naturam dicuntur, quæ de aliis non ita dicuntur: sicut rex, dominus, immortalis, inuisibilis, ingenitus, hoc est æternus & nō factus, & mille huiusmodi. Si ergo singula pro substantia capientur, erit Deus compositus: quod absurdissimè dicitur. Ingeniti ergo vox vnum eorum quę in deo sunt significans, ostēdit ingenitum non ipsam essentiam Dei significare. Omnis enim substantia ex eo quod est, non ex eo quod non est definitur: nullus enim mentis compos hominem definiendo, dicet impennem esse, & non quadrupedem: sed ex quibus est rectè definiet, si dicet animal rationale. Ingeniti autem vox non significat, quid deus secundum naturam sit, sed quid non sit: factum enim non esse significat. Quum ergo non ipsam substantiam ostendat, non significabit essentiam Dei, nec esse Dei, erit vngenitum esse. Nam quicquid ita dicitur de alio, vt quid sit essentialiter significet, vel sicut genus, vel sicut species, vel sicut differentia, vel sicut definitio de ipso prædicatur. Horum enim quatuor solummodo aliquid interrogationi quid est, verè accommodatur. Ingenitum autē nec vt genus, nec vt species dici de Deo potest. Genus enim & species, alterum specie, alterum numero de multis dicuntur: ingenitum vero de Deo solo dicitur. Sed nec vt definitio de Deo vngenitum prædicatur: tum quia definitio non vocabulum vnum, sed oratio est: tum quia priuatiua nomina non quid est: sed quid non est significant. Ingenitū enim vnico, n, Græcè scriptum, non factum neque creatum significat, & de Deo vniuersaliter prædicatur. Gemino autem, nn, scriptum, non natum, nec ex alio esse significat, & patri accommodatur. His ergo rationibus nomen ingeniti, nec definitio nec definitium est. Relinquitur ergo si neque vt genus, neque vt species, neque vt definitio ingenitū de Deo prædicatur, vt sicut substantialis differentia prædicetur: quod etiam falsum est. Videmus enim substantialem differētiam in compositis solum inuenire, Deus verò simplicissimus est. Vndique igitur colligitur, quod ingenitum non quid est esse Dei, nec essentiam eius significat: sed modū ostendit quo est, quod scilicet factus & creatus non sit. Verū si putant ideò essentiam Dei per ingenitum significari, quia solus Deus ingenitus est, erit secundum eos risibile humanæ substantiæ significatiuum: cæteráque simpliciter quæ propria specierum sunt, substantias significabunt. quod falsum est. non enim substantiā rei, sed proprium substantiæ significant. Ingenitum etiam, quū non quid sit deus significet, sed modum quo est ostendat, qui modus in Deo solummodo inuenitur quasi proprium eius esse videtur, & de ipso inseparabiliter prædicatur, sicut de corpore color secundum vos. Ex huiusmodi autem inseparabilib. propriis substantia propriè cognosci non potest. nec enim cygnū aut niuē quid essentialiter sunt, cognoscere poteris: ex eo quod scias res albas esse. albedo enim substantia non est, sed substantiæ accidit. Quare, quamuis inseparabile aliquid à substantia Dei ingeniti nomine secundum vos significetur, substantia tamen Dei non significatur. Vnde sequitur quamuis homines sciant Deum ingenitum esse, nescire tamen quid Deus secundum naturam sit: sed solum cognoscere non factum, sed æter naliter esse Deum. Sed ingenitum, inquiunt, nomen aut essentiam Dei ostendit, aut accidens ei aliquid significat, accidens autem Deo nullum inesse potest. Perfecto enim ex seipso nihil accidere potest: ipsa ergo substantia Dei significatur ingeniti nomine. Omnes ergo qui sciunt Deum ingenitum esse, æqualiter id sciunt. Quare non minus ipsi Deum cognoscunt, quàm ipse Deus seipsum. Sapienter certè dicitur, nihil accidere substantiæ Dei quoniam in seipsa perfecta est: sed tamen cogimur nonnunquam quasi accidentia, etiam si nō omnino accidant deo, hæc dicere & mente accidentium modo concipere. Quid enim dicemus. intelligentes ante productionem huius mundi creatorem deum fuisse, sed non actu? creato autē mundo, actu quoque creatorem esse, id quoque modo quodam sibi accidisse, quamuis nulla mutatione sui, sed productione totius à nihilo ad esse, actu creator factus esse videatur, qui æterna incommutabiliq́ue tunc creandi voluntate, quando æternaliter voluit, omnia produxit. Multa huiusmodi sunt, quæ quasi accidisse Deo videntur. Frustra igitur contenditis, nullo modo aliquid accidere deo posse, quum multa in essentia eius, quasi accidentia esse conspiciantur. Sed quoniam palmo meri cœlum conantur, & diuinam essentiam non minus quàm ipse deus se intelligere pollicētur, dicant nobis quæso vtrū vocabulū hoc pater, substantiā in deo significet, an accidēs aliquod? Sed accidens in deo aliquid esse nō improbe negant, erit ergo necessariò substantiæ secundum ipsos significatiuum. Sed eadē substantia ingeniti quoque nomine significatur secundum ipsos: non enim compositus, sed simplex deus est: erit ergo ingenitus & pater idem. Et si sic, quemadmodum quoniam est ingenitus, non incepit esse: ita quoniam pater idem ingenito est, nunquam incepit esse pater, erat igitur semper pater: quare filius quoque coæternus ei est. Præterea, si nihil vultis quasi accidens, ratione ac mente in Deo inspicere, magnæ vos vndiq; difficultates aggredientur: si quis vos interroget, vtrum ingenitus, immortalis, inuisibilis, cæteráque huiusmodi, quæ secūdum naturam in deo sunt, & de ipso solum prædicantur, substantiam singula significent, an non? Nam si substantiam singula vnam significent, ex tot Deus substantiis erit compositus, quotquot erunt quæ naturaliter sibi adesse videntur. Et ad hęc opposita quoque, vt genitum, mortale, visibile, earundem erunt substantiarum significatiua. Ad eandē enim prædicationē opposita reducuntur. Non igitur prohibebit eadem esse dicere genita & ingenita, mortalia & immortalia, visibilia & inuisibilia, & ita maxima confusio in rebus erit. Non omnia ergo quæ in Deo sunt & de deo dicuntur, substantiā significant. Reliquū est igitur, vt voce, modóque dicendi accidentia esse dicamus, quoniam modò accidentium ea intelligimus. non enim potest humana natura maius aliquid quàm ipsa concipere possit, de Deo dicere. Nostro enim proprio modo intelligimus & loquimur, ex iis quæ in nobis sunt, quasi per exēpla maiora, hoc est diuina intelligentes: sicut qui in minima charta cœlestē circulū describunt. Sed Deus, inquiunt, naturam suam optimè nouit, & substantiā suā maximè cognoscit. Si ergo nos quoq; substantiam suā non cognoscimus, non verè de ipso opinamur, sed aliter quā res se habet. Erramus ergo, aliter ipsum cognoscentes quā ipse seipsum. Non intelligunt propter temeritatem, in quā magnā impietatē sibi oratio exeat. Formidare nanq; videntur, ne minores in intelligēdo quàm deus videātur, nescientes tantū à scientia dei scientiam nostrā superāri, quātum increata natura creatā excedit. Quomodo enim nō est absurdum dicere, si non scimus aliquid, sicut is qui optimè, verè perfectéque scit, lōgè nos errare ab illius rei cognitione? Possumus enim minus scire quàm qui perfectè sciat, & tamē non aberrare. Scit aliquis (verbi gratia) lunam eclipsari: sed qua ratione, ignorat. Alius quomodo id lunæ accidat, & vbi, & quādo maximè nouit. Nū igitur ille qui solūmodo lunā eclipsari nouit, modum & rationē ignorans, errare dicēdus est? Item qui acute videt, & qui obtusius videt, similiter lunā eclipsari cognoscūt. Nec errat qui obtusius videt: nō enim aliter quā ille qui acutè videt, eclipsari lunā sentit: nec aliter eam passionem lunæ appellabit, nec eclipsim appellādo erret, quemadmodum vos elicitis. Si ergo possumus vnam & eādem rem alij minus, alij magis cognoscere, & vtrique verè cognoscere: quid prohibet minus nos homines, & quidem in infinitum minus Dei essētiam scire, quam ipse seipsum sciat, & tamē nullo errore implicari? Præterea, multis modis veritatem cōsequimur, & alius alio melius; vt si interroges, vtrum idem homini equus sit: & hoc duo aliqui negent quorum alter rationem afferat, quia homo rationale animal sit, & equus irrationale: alter, quia homo animal risibile sit, equus nō huiusmodi: nōne vtriq; verè dixerūt, & veram rationem reddiderūt quamuis multo melius qui per essentialia respōdit, quàm qui per accidētalia? Certè ita. Quum igitur possibile sit, diuersis rationibus ad eādem vetitatem venire, quid prohibet Dei substātiam perfectè ab ipso sciri: nō sic autem ab hominibus, & tamē veras nos quoq; de Deo habere opiniones? Præterea cognitionē rationalium creaturarum naturæ suæ commēsurari videmus. Minor enim in angelis est, quàm in archāgelis, multo maior in superioribus virturibus quare cognitio quoq; hominis naturæ suæ commēsurabitur. Et sicut rationalium creaturarum vltima homo est, sic & cognitio sua infirma erit. Quomodo igitur cognitioni diuinæ in cognoscēdo ipso Deo, æqualis erit hominum cognitio, quum neque angelicum intellectum homines assequantur? præsertim quum neminem lateat

ἀγέννητον. ἀγέννητον

Cauillatio aduersariorum.

teat infinitam atque incomprehensibilem Dei scientiam esse. Ad hæc, multa de Deo nomina feruntur, quorum singula non quid Deus substantialiter sit significant, sed aut quid non sit, aut relationem quandam ad exprimendam distinctionem ostendunt. inuisibile nanq; atque immortale de Deo dicta, quid Deus non sit ostendunt. Pater autem atque ingenitus, alterum genitorem filij demonstrat, à quo distinguitur, quia pater non filius est: alterum non esse factum ostendit. Sed hæc omnia nō substantiam, vt diximus, sed aliquid eorum quæ in substantia inspiciuntur, significant. Si ergo per ista nomina & significationes ipsorum ad cognitionem Dei nos ducimur, quomodo essentiam eius cognoscemus, si non quid est essentialiter docemur, sed sola ea quæ in ipso inspiciūtur, perdiscimus? Simile enim est, si quis dicere substantiam humanæ animæ optime se scire quid sit, quoniam sciat ipsam incoloratā esse, & sine qualitate & sine figura: Aut corporis alicuius (vt humani verbi gratia) naturam pulcherrime cognoscere, quoniam non ignoret huiusmodi corpus album aut nigrum esse. Nam substantiæ profectò non possunt optimè cognosci ex iis, quæ in ipsis inspiciuntur: sed ex seipsis perfectè intelliguntur ab ea mente, quæ ipsas perfectè potest concipere. Posttremò, nō compositus, sed simplicissimus Deus esse ab omnibus prædicatur. Impium ergo est, cognitionem suam de seipso nostræ cognitioni similem putare. Aliud enim nos sumus, aliud cognitio nostra. Quod si similiter esset in Deo, vt aliud ipse, aliud cognitio sua esset, compositio in ipso esse profectò videretur: verum quoniā simplex est, nō erit aliud ipse, aliud cognitio sua. Non ergo ita nos ipsum cognoscere possumus, vt ipse seipsum. Nam ipse quidé vt intellectus supremus atque optimus, seipsum optimè cognoscit: nos verò non possumus datam nobis mensuram excedere, sed sicut in speculo & ænigmate incomprehensibilem Deum videmus.

Thesauri libri Cyrilli vndecimi finis.

EIVSDEM LIBER DVODECIMVS,

in quo ex nouo testamento multa colliguntur auctoritates, quibus ostenditur filius Deus esse secundum naturam, non creatura.

Autoritates ex epistola ad Romanos collectę.

CAPVT I.

Rom. 1. AD Romanos scribens Paulus, Seruus, inquit, Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. De saluatore autem dicit, per quem accepimus gratiam & apostolatum in obedientiam fidei in omnibus gētibus pro nomine ipsius. Attendite diligenter, quia quum in euāgelium Dei segregatum se scripserit, statim addidit, vt prædicaret in omnibus gentibus pro nomine domini nostri Iesu Christi. Quare necesse est Christū esse deū, in cuius euāgelium segregatus fuit. Quomodo igitur erit creatura, qui Deus naturaliter est? In eadem epistola: Gratia, inquit, vobis, & pax à Deo patre, & à domino Iesu Christo. Aduertite simul cum deo patre Christū in gratiæ ac pacis concessione cōnumerari. Quomodo igitur nō est naturaliter deus qui simul cum patre dona sanctis largitur, & omnia facit similiter, quę genitor suos facit? Nemo enim vnam esse operationē dei veri & creaturæ concedet, ne aut craturam in dignitate diuinæ collocet essentiæ, aut Deum in creaturarum cōditionem deprimat. Nā quorum virtus & operatio vna & eadem penitus est, eorum vna & eadem natura est. Esaias quoque clamat: Domine Deus noster da nobis pacē. Hanc, vt Paulus ostendit, filius cum patre largitur. Deus igitur est, & Deus verus, qui vnà cum patre pacē & gratiam sanctis suis largitur. Sed Christus quoque paulò antequā pateretur: Pacem, inquit, meam do vobis, pacem dimitto vobis. Si ergo pacem suam esse dicit, & quasi proprium naturalémq; bonum in ipso insitam: quomodo nō erit perspicuum, non participationis modo hæc præcipua bona patris sic transire ad filium, sicut ad rationales creaturas: sed ratione identitatis essentiæ ac naturaliter, genitoris propria bona ad genitum etiam filium pertenire? Ideo vt collargitor naturaliter atque inseparabiliter gratiæ ac pacis cum patre filius à Paulo accipitur: quomodo non erit naturaliter Deus, qui vna operatione simul cūpatre dona sanctis largitur? Quod si Deus natura, secundum hæc verba Pauli est, quomodo creaturam esse putatis? Reuelatur (deinde inquit) ira Dei à cœlo in omnem impietatē & iniusticiā hominū, qui veritatē in iniusticia continuerunt, quia cognoscibile Dei manifestū est in ipsis. Deus enim ipsis manifestauit. Inuisibilia em̄ eius à creatione mūdi, à creaturis intellecta cōspiciuntur, & ęterna ipsius virtus & diuinitas. Si ergo ex creaturarū magnificētia creatoris deitas inspicitur, nō erit creatura filius, cuius deitas sicuti creatoris per creaturas intelligitur. Adde, quod omnes qui à magnificētia & ordine creaturarū deitatem creatoris possunt cognoscere, inexcusabiles ait Paulus futuros: quia quū Deum cognouissent, nō vt deum glorificarunt, aut gratias egerunt. Si ergo deū cognoscunt, qui creatorem cognoscunt: verbo autem domini cœli firmati sunt: profectò deus, & nō creatura est filius, qui vniuersa creauit: quem qui glorificare nolunt, inexcusabiles erunt. Accedit, quod glorificatio soli deo debetur, creatura enim aliena est ab huiusmodi dignitate. Quod saluator discipulos exhortans ostendit: Resplendeat, inquit, lux vestra coram hominib. vt videntes bona opera vestra glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Vides quod bonorū operum quæ apostoli facerēt, gloriam non ipsis, sed vt Deo debitā, deo attribuit. Si ergo gloria Christo debetur, vt veritatis ipsius testis affirmat, quomodo Christus deus non est? Præterea, traditos, inquit Paulus in intellectum improbū, & in passiones ignominiæ, omnes qui dei veritatem in mendacium mutarunt, qui & coluerunt & seruierunt creaturæ, & non creatori, qui est benedictus in secula. Si ergo in mendaciū veritatem mutat, qui creaturam, nō creatorem colit, is profectò veritatem conseruat, qui contrà non creaturam, sed creatorem colit, & ei soli seruit: filius autem creator est. Iure igitur ipsum vt deum omnium colimus, nec erramus, nec veritatem in mendacium vertimus. Nō enim potest esse creatura, qui vt creator benedictus in secula est. Ad eos præterea, qui nullā de peccatis suis pœnitētiam agunt, sed obstinate vitia complectūtur, Paulus dicit: Secundum autem duritiam tuam, & cor tuum impœnitens, iram tibi thesaurizas in die iræ & reuelationis insti iudicij Dei, qui retribuet singulis secundum opera ipsorum. & rursus: omnes nos oportet manifestari coram Christo, vt vnusquisque accipiat propria corporis prout gessit, siue bonū, siue malum. Si ergo ad tribunal Christi omnes ducimur (pater enim neminem iudicat, sed omne iudicium filio dedit, & ipse retribuet singulis secundum opera ipsorum) quomodo non erit deus naturaliter, quum Paulus dicat reuelationem iusti iudicij Dei futuram? Reuelationem autem sentētiam de malis, & bonis operibus latam appellat, qua boni & mali manifestabuntur. Malis enim dicet, Ite maledicti in ignem æternum: bonis verò, Venite benedicti patris mei. Item in eadem epistola, Ex operibus, inquit, legis nō iustificabitur omnis caro coram ipso. Per legem enim cognitio peccati, nūc autem sine lege iusticia dei manifestata est, cui attestatur lex & prophetæ: iusticia vero Dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes. Quoniam ergo credētes, in Christum iustificamur, certè natura Deum, & verum Deum cognouimus. Hoc enim ipse quoque Paulus gētibus dicens concludit: Nūc autem cognoscentes Deum, imò verò cogniti à Deo. Quomodo igitur creatura erit, qui Deus esse & cognitus est, & vt Deus nos cognouit? Eos etiam qui iustificantur per fidem in Christum, approbās ait: Putamus enim fide iustificari hominem sine operibus legis: an Iudęorū solum est deus, non autem etiam gētium? Siquidé vnus est deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidē. Id autē à Christo factū esse meminimus. Iustificare nāq; pollicetur credētes in ipsum, dicens: Amen dico vobis, qui credit in me, non iudicatur, sed habet vitam æternam. Si ergo solus deus iustificat, Christus autē iustificat, quomodo nō erit natura deus? & si de° est, quomodo

Rom. 1.

Psal. 32.

Matth. 5.

Rom. 1.

2. Cor. 5.

Ioan. 5.

Matth. 25.

Rom. 3.

Gal. 4.

Rom. 3.

Ioan. 6.

creatura? De patre quoque nostro Abraham sic Paulus dicit: *Rom. 4.*
Qui est pater omnium nostrum, vt scribitur: Quia patrem mul- E
tarum gentium posui te corã Deo, qui viuificat mortuos. Deus
igitur est (vt Paulus ait) qui mortuos viuificat. Filius autem de
seipso dicit: Ego sum vita. & rursum: Qui credit in me habet vi- *Ioã.14. et 6. Ioan.11.*
tam æternam, & ego suscitabo ipsum in nouissimo die. & rur-
sum: Ego sum resurrectio & vita. Quare quis compos mentis
non confitebitur Deum uerum filium esse? & ex ipso patre na-
turaliter genitum, omnia in seipso naturaliter genitoris habe- *Ephes. 2.*
re bona? Deus igitur verus, & non creatura est. Adhæc? Recor-
damini vos gentes (Paulus inquit) quod abalienati eratis à te-
stamentis promissionis, separati à benedictione Israel, spem non
habentes, & sine Deo vos fuisse in hoc mundo: nunc verò co-
gnouistis Deum. Cognitionis deinde modum explanans dicit: *Rom. 10.*
Propè te verbum est in ore tuo, & in corde tuo: id est verbum
fidei quod prædicamus. Quia si confessus fueris ore tuo, quod
Dominus Iesus: & credideris in corde tuo, quia Deus ipsum su-
scitauit ex mortuis, saluus eris. Si ergo qui credit in Iesum Chri-
stum, & confitetur quia Dominus est, iustificatur tanquam ve-
rum cognoscens: quomodo filius non erit secundum naturam F
Deus? & si hoc, quomodo erit creatura? Accedit, quod diuini *Rom. 15.*
mysterij ministratorem Paulus se ostendens: Audacius, inquit,
scripsi vobis ex parte in memoriam vos reducens per gratiam
datam mihi à Deo, vt essem minister Iesu Christi ad gentes,
ministrans ad euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium acce-
ptabilis, sanctificata in spiritu sancto. Nam etiam hic accepisse
per gratiam à Deo ait, vt esset Iesu Christi minister. Admini-
strationis deinde modum exponens, ad euãgelium, inquit, Dei.
Nullum autem euangelizabat, quàm Dominum nostrum Ie-
sum Christum. Verum igitur Deum & naturaliter Deum co-
gnouit esse Christum: nec enim nominasset ipsum Deum, nisi
verum Deum cognouisset. Nec hac in re tam summopere glo- *Gal.1.*
riaretur, dicens, Voluit Deus reuelare filium suum per me: si
creaturam, & non verum Deum filium esse sciuisset.

De eodem, ex epistola Pauli ad Corinthios prima.
CAP. II.

DE principibus huius seculi, & temeritate ipsorum verba fa- G
ciens Paulus scribit: Si cognouissent, non vtique crucifi- *1.Cor.1.*
xissent Dominum gloriæ. Si gloriæ igitur Dominus est filius,
qui pro nobis patibulo secundum carnem fuit affixus, quomo-
do non erit natura Deus? aut quomodo erit creatura, qui à se-
raphim, cæterisque cœlorum virtutibus glorificatur, plenos di-
centibus esse cœlum & terrã gloria sua, & Dominum sabaoth
nominantibus? De ipso enim hæc glorificantes dicunt, quum *Esa. 6.*
ipse Dominus sit gloriæ, secundum Paulum. In eadem epistola
1.Cor. 4.
sic ait: Nos homo existimet vt ministros Christi, & dispensato-
res mysteriorum Dei. Si ergo filij mysterium, Dei mysterium
vocat, quomodo filius non erit natura Deus? aut quomodo si
creatura est filius, verè poterat Paulus mysterium Dei, myste-
rium Christi nominare? Aut quomodo ausus fuisset prædicare:
Ego enim non accepi ab homine, hoc est, non doctus sum hoc *Gal.at.1.*
ab homine, sed à Deo videlicet? Quis igitur hos magis scriptu- *1.Cor.4.*
ras peruertentes, quàm Paulum à Deo doctum audiet? Eodem
loco præterea, inquit: Nolite ante tempus aliquid iudicare, do-
nec venerit Dominus qui & illuminabit occulta tenebrarum,
& manifestabit consilia cordium, & tunc vnicuique laus fiet H
ab eo. In euangeliis autem scribitur, quod in nouissimo die
Christus oues ab hœdis separabit, & alios vituperabit, dicens:
Matt.25.
Ite maledicti in ignem æternum. Alios laudabit: Venite di-
cens, benedicti patris mei. Si ergo virtute ac fidei præditos
Deus, secundum Paulum, quando veniet laudabit, & Christus
id facturus in euangeliis perhibetur: quomodo non erit Deus
verus ex Deo vero, æqualis in omnibus atque coæternus ge-
2.Cor.4.
nitori suo? Adhæc: Deus, inquit, nos apostolos nouissimos o-
1.Cor.9.
stendit, tanquam morti destinatos. Ecce rursus dicit: Deus nos
apostolos nouissimos ostendit: Christus autem est qui hoc fe-
cit: quomodo igitur non erit verus Deus, qui vbique Deus &
non creatura nominatur à scripturis? Postremo: Factus sum,
inquit, non habentibus legem tanquam non habens legem,
quum non sim non habens Dei legem: sed habemus legem
Christi. Deus igitur Christus est, cuius leges habentes, legem
Dei habemus. Nec dubium est, quoniam Deo soli conueniat
diuinas leges ferre atque sancire.

De eodem, ex epistola Pauli ad Corinthios secunda.
CAP. III.

NOlumus, inquit, vos fratres ignorare de tribulatione no- *2.Cor.1.*
stra facta in Asia: quoniam supra modum grauati sumus,
supra virtutem, vt tæderet etiam nos viuere: sed ipsi in nobis-
metipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in
nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos: hoc est, responsum libe-
rationis à morte in nobis ipsis cognouimus. Ecce rursus Deum
esse ait, apertè eum qui suscitat mortuos: id autem Christus fa-
cit, qui est resurrectio & vita, in quem qui credit, vitam æternam
habet: & ego, inquit, suscitabo eum in nouissimo die. Deus igi- *Ioan.11.*
tur secundum naturam filius est, quum propria possit agere po- *Ioan.6.*
testate illa, quæ Deus solus potest. Rursum eodem in loco: Fi-
delis, inquit, deus, quia sermo noster ad vos non est ita & non.
Dei enim filius Iesus Christus, qui per nos in vobis prædicatus
est, per me & Siluanum & Timotheum non est ita & non, sed *2.Cor.1.*
ita in ipso est. Quoniam igitur à patre vt filius demonstratur, di- *Matt. 3.*
cente: Hic est filius meus dilectus. Et rursus: Ante luciferum ge- *Psal.109.*
nui te ex vtero: quomodo isti qui creaturam audent ipsum di-
cere, non faciunt ipsum ita & non? nam neque naturaliter ex
Deo genitus creatura erit, neque creatura naturaliter Dei filius
fiet. Verum quoniam Christus veritas est, & factum est ita in
ipso: vt Paulus ait. Ipse enim est Christus, & ita prædicatur, non *2.Cor.2.*
erit creatura, sed verus deus. Deo gratias, inquit deinde, qui sem
per triũphat per nos in Christo Iesu, & odorẽ iustitiæ suæ ma-
nifestat per nos in omni loco: quia Christi odor sumus in Deo
in iis qui saluantur, & in iis qui pereunt. Si ergo per sanctos a-
postolos manifestũ mundo facit deus pater odorem cognitio-
nis Christi: hoc est, rationem cognoscendi eius: quam qui acce-
perunt non errant, neque cum impiis, & spem non habentibus
connumerabuntur (cognouerunt enim deum, vt ait Paulus, *Gal.4.*
imò etiam cogniti sunt à deo) deus profectò verus est Christus,
qui gentes à falsis diis liberauit, & secundum hoc ab ipsis co-
gnitus est, & cognouit eas per fidem, quam habent in ipsum.
Qui autem verus deus est, quomodo erit creatura? Non enim *2.Cor.4.*
sumus (ibidem inquit) vt multi cauponantes sermonem dei. Si
ergo apostolorum sermo ac prædicatio de saluatore est, & est
sermo de Deo: Deus profectò filius est, cuius doctrinam verè
prædicantes non cauponantur, negantes ipsum esse creaturam.
Non cauponantur autem, quia meram veritatem prædicant de
filio Dei, nec ipsam quasi aqua falsitatis adulterant. Et odorem,
inquit, cognitionis suæ per nos manifestat. Quisnam alius erit
præter Christum, qui per euangelicam & apostolicam prædi-
cationem manifestatur? Ipse enim est odor cognitionis Dei pa-
tris: & ab ipso dicitur, Nullus venit ad patrem, nisi per me. &:
Qui videt me, videt & patrem. Quum ergo cognitionis dei pa-
tris odor sit, consubstantialis ei necessariò est: & sicut odor qui *Ioan.14.*
naturaliter ex floribus manat, naturam vnde manat ostendit:
sic & filius, quum quasi odor paternæ substantiæ sit, in seipso
genitorem ostendit. Non ergo potest esse creatura, quoniam
nec pater, qui in ipso videtur, creatura est. Non enim (eodem *2.Cor.4.*
loco Paulus inquit) nosipsos prædicamus, sed dominum Iesum
Christum: nos autem seruos vestros per Christum, quoniam
H deus qui dixit, ex tenebris lux fulgebit, is fulsit in cordibus no-
stris ad illuminationem cognitionis gloriæ suæ. Ecce gloriam
patris filium nominat. Nam quum pater fulserit in cordibus
nostris, ad Christi cognitionem illuminamur, vt ipse ait: Nullus *Ioan.6.*
potest venire ad me, nisi pater qui misit me, trahat ipsum. Tra-
hit autem ad cognitionem filij, singulorum corda illuminans.
Quum igitur patris gloria Christus sit, quomodo erit creatura,
& non filius, & deus verus ex Deo vero? Per naturalem enim
suam magnitudinem facit filius, vt genitor glorificetur, qui vi-
detur in ipso tanquam in imagine atque charactère: ideo dicit,
Qui videt me, videt & patrem. Præterea, si quum sit filius glo- *Ioan.14.*
ria patris, creatura tamen esset, dicerentur etiam singulæ crea-
turæ gloria Dei patris. Nam si creata natura potest ad id digni-
tatis ascendere, quid prohibebit singulas creaturas id posse as-
sequi? Quod si possibile sit, erit aliquando, etiam si nunquam
adhuc fuerit. Sed de nulla re alia id vnquam dictum est: soli
enim

enim filio inest: non ergo creatura est filius, neq; cum aliis con-
numeratur, sed aliud quidem est præter cætera omnia: id autem A
2.Cor.5.
verus deus est. Omnes nos (deinde ait) oportet manifestari an-
te tribunal Christi, vt vnusquisque accipiat secundum ea quæ
fecit, siue bonum, siue malum. Si ergo ad tribunal Christi addu
cemur, & ipse est qui iudicat terram: deus autem est, qui hoc fa-
Psal.81.
cit (Exurge deus iudica terram, Psalmista dicit) deus profectò
& dei filius, non autem creatura Christus est. Solomon etiam
deum esse iudicem ostendit, dicens in Ecclesiaste: Quia totam
Eccle.12.
creaturam adducet deus in iudicium. Postea subiũgit: Non ite-
2.Cor.5.
rum nosipsos vobis commendamus, sed occasionem damus vo
bis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui gloriantur in fa-
cie, & non in corde: siue enim mente cessimus deo, siue sobrij
sumus vobis. Ecce rursum Paulus Christum deum appellat, cui
etiam mente cessisse se ait: & quomodo cessit ipse docet, dicens:
Galat.6.
Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Christi, per quem mihi
2.Cor.11.
mundus crucifixus est, & ego mundo. & alibi: Hebræi sunt, &
ego: Israelitæ sunt, & ego: secundum legem pharisæus, secũdum
iustitiam legis factus irreprehensibilis. Sed hæc propter Chri-
stum iacturam puto, & arbitror stercora, vt Christum lucrifa- B
Philip.3.
ciam, & inueniar in ipso non habens meam iustitiam quæ ex le
ge est, sed iustitiam quæ est ex fide Iesu Christi. Vides quomo-
Matth.13.
do omnem legis gloriam reliquit, vt Christum lucraretur. Hoc
ipsum saluator quoque per similitudinem faciendum docet. Si-
mile est, inquit, regnũ cœlorum homini mercatori bonas quæ-
renti margaritas: qui quum vnam magni precij inuenerit, iuit
& vendidit omnia sua, & emit ipsam. Si ergo omnia reliquit
propter Christum, idque propter deum fecisse ait: Christo e-
nim mente cessit, deo autem id se fecisse affirmat: quomodo
2.Cor.5.
non erit natura deus, Dei filius? Et si deus verus est, quomodo
erit creatura? Deinde Paulus: Transierunt, inquit, vetera, ecce
facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit
nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconcilia-
tionis, quia deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians,
nec reputans eis delicta eorum. Hic considerandus est modus
Ioan.14.
reconciliationis nostræ cum deo: nec dubium est, quia creden-
tes in Christum quod filius dei, & deus verus sit, per ipsum pa-
tri adducimur. Nullus enim venit ad patrẽ, inquit, nisi per me.
Sed ipse quoque saluator abalienatos homines propter pecca- C
Matth.11.
tum, misericorditer vocat ad seipsum, clamans & reconcilians
eos sibi: Venite ad me, dicens, omnes qui laboratis & onerati
estis, & ego reficiam vos. Si ergo Christo reconciliati, deo recõ-
ciliati sumus, & remissionem peccatorum consequimur: quo-
modo non erit deus verus ex deo vero, qui cum patre & in pa-
tre accedentẽ ad seipsum iustificat, totum sibi recõcilians mun-
1.Cor.5.
dum? Si autem deus verus est, quomodo erit creatura? Pro Chri
sto (postremum ait) legatione fungimur, tanquam deo exhor-
tante per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini deo. eum
enim, qui peccatum non nouerat, deus pro nobis peccatum fe-
cit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Sicut igitur vnigeni-
tus dei filius in similitudine carnis peccati factus, ipse pecca-
tum esse factus dicitur: sic & nos reformati ad ipsum per fidem,
iustitia dei dicimur facti, quæ propriè filius est. Nos enim natu-
ralium bonorum Christi per spiritum sanctum participes su-
mus: ipse autem rursum in seipso humana suscipit, ad diuinam
pulchritudinem naturam nostram in seipso reducens. Quo-
niam ergo Christus iustitia patris est, quomodo erit creatura?
aut quomodo non erit patri coæternus? an nõ erit semper deus D
pater iustus? Sed certè semper iustus est: quare iustitia sua, hoc
est filius suus, in eo semper est.

De eodem, ex epistola Pauli ad Galatas.
CAPVT IIII.

SI quis vobis euangelizat aliud quàm accepistis, anathema sit. *Galat.1.*
Modò enim hominibus suadeo, an deo? Si adhuc hominibus
placerem, Christi seruus non essem. Si ergo Paulus deo per-
suadere, hoc est, ostendere conabatur quantum ipsum amaret,
idque faciebat non vt hominibus placeret, sed Christi seruus es-
set, deus certè secundum naturam filius est, cui bonorum ope-
rum seruitutem offerentes, vt deo & domino rationem omnes
Galat.3.
reddimus: hoc enim est ipsi persuadere. Non est ergo creatura,
qui deus naturaliter est. Itaque lex (deinde ait) pædagogus no-
ster fuit ad Christũ, vt ex fide iustificemur. Sed vbi venit fides,
iam non sumus sub pædagogo: omnes enim filij dei estis per fi-
dem in Christo Iesu. Quicunq; enim in Christo baptizati estis,
Christum induistis. Si Christum induentes, per fidem reformamur in ipsum, & ita filij dei per gratiam adoptati efficimur
quod autem per gratiam & adoptionem est, semper fit ad imi-
tationem eius quod secũdum naturam est: natura certè & non
adoptione Christus filius est. Qui autem, vt natura filius, ex
deo nascitur, quomodo erit creatura? Ratio enim ipsa cogit, vt
vel nolentes confiteamur consubstantialem esse filium patri.
Præterea, eodem in loco: Dico autem quod quanto tempore *Galat.4.*
hæres paruulus est, non differt à seruo, quamuis sit dominus o-
mnium: sed sub tutoribus & dispensatoribus est, donec ad ætatem constitutam à patre deueniat. Sic & nos quando eramus
paruuli, sub elementis mundi seruiebamus: quando autem ve-
nit plenitudo temporis, misit deus filium suum factũm ex mu-
liere, factũ sub lege: vt eos qui erant sub lege redimeret, vt ado-
ptionem filiorum reciperemus. Si mundi elementis & creatu-
ris seruientes, paruuli atque amentes eramus, non minus etiam
nunc, secundum hæreticos, paruuli & amentes sumus, creatu-
ræ adhuc seruientes, secundum ipsos: sin verò Christo seruien-
tes, propter nos ex muliere nato & facto sub lege, liberati su-
mus à seruitute creaturarum. Deus profectò verus, Christus
est: cuius nos facti participes adoptionem recipimus, & liberi
iam sumus, liberum filium induentes: sic enim conditio seruitutis nostræ aboletur. Insuper eodem loco Paulus ait: Signifi- *Galat.1.*
co autem vobis fratres, quod euangelium quod à me vobis euan
gelizatum est, non est secundum hominẽ. Ego enim non accepi
illud ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. Videamus
igitur quid dicit de Christo is qui à Christo mysterium Chri-
sti didicit. Iesus, inquit, Christus heri & hodie ipse etiam in se-
cula. Ecce quàm apertissimè prædicat incommutabilis naturæ *Hebr.13.*
filium esse, quod solius verbi dei proprium est: nulli enim crea-
turæ inesse potest. Quomodo ergo qui naturæ immutabilis, sicu-
ti pater est, nõ erit idem omnino cum patre, præterquam quod
filius est, & non pater? Præterea subiungit Paulus: Ego enim *Galat.2.*
per legem legi mortuus sum, vt deo viuam. Christo concrucifixus sum, viuo autem non ego, sed Christus in me. Si saluato-
ris nouam recipiẽtes legem deo viuimus, & legi Mosaicæ mor-
tui sumus: non enim viuimus secundum illam, deus profecto
verus & non creatura Christus est. Quod verò Christo ipsi vi- *2.Cor.5.*
uimus, ipse Paulus testatur, dicens: Si enim vnus pro omnibus
mortuus est, omnes ergo mortui sunt: vt viuentes non sibi ipsis
viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Si autem vi
uẽtes Christo, deo viuimus, quomodo Christus non erit deus?
& si deus, quomodo creatura? Rursum ibidẽ Apostolus: Quum *Galat.3.*
præuidisset scriptura, quia ex fide deus gentes iustificat, antea
euangelizauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes.
Ecce deus dicitur gentes iustificare. Christus autem id facit, qui *Ioan.1.*
tollit peccata mundi, secundum Ioannem. Deus ergo filius est, *Marc.2.*
& deus verus. Istud enim solum malicia Iudæorum verè di-
cebat, quod nullus potest dimittere peccata, nisi solus deus, *Galat.4.*
qui legis dominus est. deinde subdit: Sed tunc ignorãtes deum,
seruiuistis non natura diis: nunc autem deum cognoscentes,
imò cogniti à deo, rursus verrimini ad imbecilla elementa
mundi, quibus rursum seruire vultis. Si contra mundi elemen-
ta, quæ naturæ creatæ sunt Christus distinguitur, non erit certè creatus vt illa: qui tanto sublimior illis est, vt ista quidem dij
non sint, Christus autem deus esse verus perhibeatur. Hanc
enim differentiam inter elementa & Christum hic sermo Pau-
li ostendit. Quod autem gentes vt deum verum, Christum
cognouerunt, omnibus (vt arbitror) perspicuum est. In ipsum
enim credentes, ab errore liberatæ sunt creaturis nõ seruientes.
Quod verò rursus gentes non solum Christum cognouerunt,
sed à Christo quoque cognitæ sunt, ipsum Christum audiatis: *Ioan.10.*
Oues, inquit, meæ vocem meam audiunt: & cognosco meas, &
cognoscor à meis. Insuper ait Paulus: Fratres obsecro vos, nihil *Galat.4.*
me læsistis: scitis autem quoniam per infirmitatem carnis euan
gelizauerim vobis iampridem, & tẽrationem vestram in carne
mea non spreuistis neque respuistis: sed sicut angelum dei rece-
pistis me, sicut Iesum Christum. Et pietatẽ Galatarũ in deum,
& amorem erga se Paulus exponẽs, primo se dicit tanquam an-
gelum dei ab illis susceptum: deinde maius addens dicit, sicut
Iesum Christum. Quantũ autem Christus angelos excedat, ipse *Hebr.1.*

Psal.96. & 2. Psal.109. Psal.103.

docer,quando,inquit,primogenitum in orbem terrarum intro duxit, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Cui enim dixit vnquam angelorũ,Filius meus es tu,ego hodie genui te? Sede à dextris meis,donec ponã inimicos tuos,scabellum pedũ tuorũ?

Scriptum est enim rursus de ipsis: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Quum igitur tanta sit differentia vt filius adoretur, angeli adorent: & ille rex atque dominus sit, angeli vero ei vt serui ministrent: quomodo non erit deus, qui vt verus deus ab angelis adoratur? Nam si creatura esset, vt hæreticorum impietas asserit, non solum nos qui homines sumus, verumetiam cœlorum virtutes errarent, creaturam non creatorem adorantes. Sed recte illi adorant, quem verum Deum cognoscunt. Non est ergo creatura filius Dei.

Galat.4.

Rursum,inquit apostolus: Non sumus fratres ancillæ filij,sed liberæ: libertate enim nos Christus liberauit. Si domini est liberare: liberauit nos autem Christus, & à iugo seruitutis in filios pro misericordia sua vendicauit: non erit certe ipse seruus, sed Dominus, & filius secundum naturam, qui etiam cæteros per gratiam ad adoptionem dei patris adduxit.

De *eodem,ex epistola ad Ephesios.* CAP. V.

Ephes.1.

PAulus apostolus Iesu Christi per voluntatẽ dei, sanctis omnibus qui sunt in Epheso, & fidelibus in Christo Iesu. Qui

Hebr.1.

per volũtatem dei patris apostolatum accepit, vt ipse ait, is ipse asserit splendorem patris & characterem filium esse: quomodo igitur increatæ patris hypostasi filius character erit, si à nihilo ipse, secundum hæreticos creatus est? Necesse enim est vt imago perfecta habeat similitudinem illius cuius imago est. Quare sicut pater increatus est, ita & filius increatus erit: & sicut pater deus verus est,ita & filius verus est deus. Deinde paulo post:

Ephes.2.

Quare memores estote quod aliquando vos qui eratis gentes in carne,qui dicebamini præputium,ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta: qui eratis in illo tempore sine Christo,alienati à cõuersatione Israel,& procul à testamẽtis promissionis,spem non habentes & sine deo in hoc mundo: nunc autem in Christo Iesu vos,qui olim longe aberatis,facti estis propè in sanguine Christi. Si in priscis temporibus, in quibus gentes errabant, abalienatæ fuerunt à Christo, nec spem habebant vllam, & erant sine deo in mundo: Christus ergo spes omnium, & deus omnium est, quem gentes quum cognouissent,non sunt postea sine deo. Quomodo igitur creatura erit? qui vt deus cognitus saluat credentes in eum, & in firmam adducit spem,dicens: Serue bone & fidelis,quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Matth.25. Ephes.2.

Rursum Paulus: Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans. Scribitur certe de lege dei, ne quis audeat aut addere quicquam, aut subtrahere ab ipsa: nec enim fas est creaturæ id facere. Solus autem Chri-

Deut.4.

stus vt legis dominus id fecit: subtraxit enim,quum legem mandatorum euacuauerit: addidit autem fidei & pietatis euangelicæ dogmata, quomodo ergo creatura erit legis diuinæ dominus? Ad hæc ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis

Ephes.2.

conciues sanctorũ,& domestici Dei. Quomodo ergo filius nõ erit Deus, quum omnes qui sibi per fidem coniungimur, domestici Dei propter hoc efficimur? Sed ipse quoque, spiritalis

Matth.12.

coniunctionis modum ostendens dicit? Quicunque fecerit voluntatem patris mei,hic frater meus & soror,& mater est. Præterea subiungit Paulus: Huius gratia flecto genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Quæ positione, hoc est non natura, sed gratia vel adoptione fiunt, naturalibus (quantum possibile est) similia sunt. Similiter omnia quæ ad imitationem aliquorum fiunt, quamuis non omnino assequantur eorum naturalia & propria quorum imitatione fiunt, similitudinem tamen non minimam habent ad illa. Si ergo paternitatis nomen à deo in nos transit, vt Paulus asserit: quomodo non erit impium putare nos quidem natura patres esse filiorum nostrorum, qui per imitationem,qua suum creatorem natura imitatur, patres dicimur? Ipsum vero deum & patrem, primo non vere patrem opinari, nec ex ipso essentialiter prodire filium confiteri, sed alienum paternæ substantiæ arbitrari? Aut quomodo pater erit, si ex seipso non genuit? Quum nomen id proprie hoc ipsum significet. Quoniam ergo pater ad filium verè dicit, Ex vtero ante luciferum genui te: & genuit eum ex seipso (hoc enim significat, ex vtero) non erit creatura filius,quia ex deo, sicut ex patre naturaliter prodit. Item eodem loco: Vnus Dominus, vna fides, vnus baptismus, vnus deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus. Quum vnus sit dominus deus pater, quomodo filius esset dominus, si creatura esset? Perspicuum enim est, quia facta omnia naturæ seruili sunt. Quomodo etiam quum fides sit vna, qui credit in filium, in patrem credit, si secundum istorum impietatem filius non coniungitur naturaliter patri? Certe igitur quum deus pater dominus sit, dominus etiam filius est: & qui credit in eum, in patrem credit. Nam quum ex patre & in patre naturaliter filius sit, & patrem rursus in seipso habeat,in vnam necessariò deitatem fides vera colligetur. Quomodo igitur creatura erit,cui omnia paternæ substantiæ propria,communia sunt, sicut verò patris fructui, & nõ per adoptionem filio,quemadmodum nos? Præterea imitatores dei sitis sicut filij dilecti, & ambulate in charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Aduerte rursus quomodo apertè Christum deum appellat. Nam quum dixisset, sitis imitatores dei: statim Christũ apposuit, & modum ostendit quo imitandus sit, dicens: Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Quũ igitur Christus à Paulo (cui euangelium Dei cõmissum est) deus apertè nominetur: quis audire poterit ipsos qui verbum Dei creaturã appellãt? Eodem quoq; loco: Omnis fornicator aut immũdus aut auarus,quod est idolatria,non habet hereditatẽ in regno Christi & dei. Ecce rursum quũ nominauerit Christũ,statim intulit & deũ: vt ostẽderet quod deus pater in ipso filio regnat,& filij rursum in patre, sicut ab ipso filio dicitur omnia mea tua sunt, & tua mea. Vnũ autem ex omnibus regnum est cõmune filio cum patre, simul videlicet etiam spiritu sancto regnante. Sic enim sancta & adorabilis trinitas ad vnam deitatis naturam colligitur. Quomodo ergo creatura est filius, qui cum patre & in patre simul regnat? Rursum ait Paulus: Nullus vos inanibus decipiat verbis: propter hæc enim venit ira dei in filios inobedientiæ. Sed qui possunt esse inobedientię filij,nisi omnes qui saluatoris doctrinam negligunt? aduersus quos nullus alius iram immittit, nisi saluator. Ite,enim inquit,maledicti in ignem æternũ. Deus ergo saluator est,& non creatura. Deinde subiungit: Surge qui dormis, & resurge ex mortuis,& illuminabit te Christ⁹. Illuminare quidem,opus est lucis. Christus autẽ illuminat: lux ergo est, & lux vera. Tenebrę enim ipsam non cõprehenderunt. Et erat lux vera,quæ illuminat omnem hominem. Sed pater quoque lux vera est: filius ergo lumen de lumine, & deus de deo est, & non creatura. Præterea, quod participatione lucis illuminat, id non proprie lux est,sed extrinsecus gratiã habet: filius autem lux vera est,sicut & pater. Quomodo ergo erit creatura, nisi & patrẽ audeant creaturam appellare? Postremo dicit Apostolus: Viri diligite vxores vestras,sicut & Christus dilexit ecclesiam,& tradidit semetipsum pro ipsa, vt ipsam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo. Omnia quæ naturaliter diuinæ insunt naturæ,non possunt naturaliter ac propriè creaturis inesse,sed per gratiã innata sunt. Quid enim habes quod nõ accepisti,Paulus clamat. Quare sanctitas quoq; soli deo inest naturaliter, in aliis per gratiam. A deo enim sanctificata, quasi à fonte sanctificationem accipiunt,& ideò sanctificare non possunt. Id autẽ Christus facit: sanctificauit enim ecclesiam: deus igitur verus erit certe,& non creatura.

Ephes.5. Matth.25. Ioan.1. Ephes.5. 1.Cor.4.

De *eodem,ex epistola ad Philippenses.* CAP. VI.

OMnia facite sine murmuratione & hæsitatione,vt sitis syn ceri absq; vlla querela, filij dei sine reprehensione. & sicut ipse Paulus alibi dicit,à Christo de nobis illud dicitur: Ecce ego & filij,quos mihi dedit deus. Ipsius Christi ergo filij sumus per fidem & charitatẽ immaculati. Deus igitur Christus est,& non creatura. Rursum in eadem epistola: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, secundum operationem, qua ipse potest subiicere sibi omnia. Ecce Paulus eam potentiam attribuit filio hic, vt possit cũcta sibi subiicere: quę res in sola virtute patris est. Nam quoniam deus simplicissimus est, non est aliud ipse, aliud

Philip.2. Hebr.2. Esa.8. Philip.3.

aliud virtus sua,hoc est filius suus, sed vnum & idem essentialiter ac naturaliter,Quomodo ergo non erit verus deus,qui non aliter quàm pater cuncta sibi potest subiicere? Præterea, omne creatum ex nihilo productum est: si ergo Christus qui est sapientia & virtus patris,à nihilo productus sit, vt hæretici clamitant: necesse erit confiteri insipientem aliquando & impotentem patrem Deum fuisse, postea verò & sapientem & potentem factum,quando filius à nihilo ad esse productus est. Quod maxime impium inuenitur,sed stultum etiam. Nam si virtute ac sapientia pater ante productum filium caruit: quomodo sciuisset,aut potuisset tantum filium producere, vt imago & character suus appelletur? quomodo enim absque sapientia & virtute filius qui omnem creaturam excedit, produci potuerit, quum longè inferiores ipso creaturæ in sapientia productæ, à

Psal.103.

scriptura dicantur,& virtute Dei? Hæc, cæteráque similia insaniæ referta sequuntur eos, qui filium patri consubstãtialem,

Philip.4.

& coæternum esse negant. Deinde eodem loco dicit: Dominus propè est,nihil solliciti sitis. Dominum Iesum Christum propè

Hiere.23.

ait Paulus esse. Per prophetam autem quendam scribitur: Deus

Philip.4.

appropinquãs ego sum dicit Dominus. Deus ergo Christus est, & non creatura. Postea subiungit Apostolus: Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deũ: & pax Dei quę exuperat omnem mentem,custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. Saluator ad suos discipulos dicebat: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Christus ergo pacem suam

Isam.14.

esse affirmat: Paulus autẽ Dei esse ipsam ait. Deus igitur Christus est,qui pacem suam sanctis largitur,ad quem spiritu sancto

Esa.26.

motus Esaias in persona fidelium dicebat: Domine Deus noster pacem da nobis. Simile illud est eiusdem Pauli: Hæc cogi-

Philip.4.

tate,inquit,quæ didicistis,& accepistis,& audistis in me hæc facite,& Deus pacis erit vobiscum. Christus igitur qui verè dicit pacem esse suam, Deus modo à Paulo appellatur: quem ita sequi debemus,vt istos omnes, qui audent dicere filium Dei esse creaturam,contemnamus.

De *eodem, ex epistola ad Colloſenſes.* CAP. VII.

Coloss.1.

IN omni opere,inquit, bono fructificantes, & crescentes per cognitionem Dei: Qui dominum nostrum Iesum Christum per euangelicam & apostolicam prædicationem cognoscũt, non creaturam, sed ipsum Deum verum secundum Paulum cognoscunt: quúmque filium cognoscãt, patrem etiam cognoscunt. Alter enim in altero cognoscitur: nam & relatiua ita se

Ioan.17.

habent. Et ipse saluator ad patrem suum dicebat: Manifestaui nomen tuum hominibus. Simul enim seipsum filium Dei esse operibus adaperuit, & patrem fecit manifestum. Quomodo igitur creatura est,qui ex patre verè nascitur,ita vt simul & ipse, & pater cognoscantur? Eodem quoque loco: Gratias agentes Deo patri,qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Omnem creaturarum naturam

Psal.118.

Deo diuina scriptura vt seruam subiicit. Omnia,inquit,tibi seruiunt. Soli autem Deo regiam dignitatem attribuit,clamans ad

Psal.5.

ipsum: Tu es ipse rex meus,& Dominus meus. Nam qui natura Deus est,is etiam rex est: & contrà qui natura rex est,is etiam Deus est. Si ergo nulla creatura regnare cum patre dicitur, filius autem id habet: quomodo erit creatura filius; qui vnà cum patre in spiritu sancto regnat? Rursum ibidem: in ipso creata sunt omnia,quæ in cœlis & quæ in terra sunt,siue visibilia, siue inuisibilia. Si ergo omnia in ipso creata sunt,quare vos cum omnibus ipsum creaturis connumeratis? Nam quum omnia dixerit, nihil eorum dimisit, quæ ex nihilo ad esse producta sunt. Aliud ergo ipse est præter creaturas, & ideò non est creatura.

Coloss.2.

Deinde subiungit: Volo enim vos scire quantam habeo sollicitudinem pro vobis, & iis qui Laodiceæ sunt, & pro omnibus qui non viderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate in omnes diuitias plenitudinis intellectus,in agnitionem mysterij Dei patris Iesu Christi: in quo sunt omnes thesauri sapiętiæ & scientiæ abscõditi. Si omnis cognitionis & scientiæ mensuram mysterium Dei excedit, & sublimitas sapientiæ & intelligentiæ in verbis ipsius conspiciuntur ac sunt autem in mysterio Christi omnes sapientiæ & cognitionis thesauri abscõditi: quomodo non erit Deus, qui omnem intellectum & sapientiam excedit, quem nulla potest comprehendere creatura? Quis enim generationem eius enarrabit? Deinceps ait Apostolus: Si ergo consurrexistis Christo, superiora quærite, vbi Christus est in dextris Dei sedens. Nulla certè creatura in eodem cùm rege omnium solio sedet. Cui enim dixit vnquam angelorum, Sede à dextris meis? Solus autem filius hanc dignitatem habet? simul enim sedet cum patre, & regnat simul cum ipso. Non est igitur creatura, qui dignitate omnem creaturam excellit. Præterea inquit: Quando Christus manifestatus fuerit vita vestra, tunc & vos in ipso manifestabimini in gloria? Si omnes in Deo & viuimus & mouemur & sumus, quomodo filius Dei non erit Deus, quum sit vita omnium? Creatura enim vita esse non potest, sed particeps vitæ. Præterea, nihil in Christo falsum, sed omnia vera sunt: ipse enim est veritas: vita autem esse scribitur: quare non falso, neque participatione, sed verè vita est. Deus igitur est, & non creatura. Ad hæc subiungit Paulus: Nolite mentiri adinuicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum hominem, qui innouatur in agnitionem Dei secũdum imaginem ipsius qui creauit eum. In Christum per fidem reformamur, quod ipse Paulus ostendit clarius, dicens: Filioli quos iterum parturio, donec Christus formatus fuerit in vobis. Et sicut induti sumus imaginem terrestris, sic induamur imaginem cœlestis. Quoniam ergo in imaginem filij Dei reformati, ad imaginem creatoris reformamur: certè filius Dei, verus Deus est: ipse enim creator hominis est.

Coloss.3. Hebr.1. Coloss.3. Act.17. Ioan.14. Coloss.3. Gal.4. 1.Cor.15.

De *eodem,ex epistola ad Theſſalonicenſes.* CAP. VIII.

AVobis enim sonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaia, sed in omnem locum vestra fides ad Deum exiuit. Si qui credunt in Christum, non in creaturã, sed in deum credunt: non erit Christus, hoc est filius Dei creatura, sed Deus. Iterum eodem loco: Conuersi estis ab idolis ad seruiendum Deo viuo & vero. Vide quomodo gentes ab erroribus suis ad fidem Christi conuersæ, ad Deum cõuersæ scribuntur. Cui qui seruit euangelica mandata custodiens, Deo, inquit, vero seruit: quomodo ergo non est natura Deus, qui verus deus est? Idem enim est, verum deum esse & natura deum: qui autem natura verus deus est, is creatura esse non potest. Deinde paulò pòst inquit? Ipsi enim scitis fratres, non fuisse inanem ingressum nostrum ad vos. Nam (sicuti scitis) apud Philippos libere locuti sumus in deo nostro, & locuti sumus ad vos euangelium dei. Ecce rursus deum apertissimè ipsum Christum appellat, cuius Euangelium prædicabat. Neque id semel, sed sæpius ab eo euangelium Christi, Euangelium Dei appellatur. Voluimus, inquit, tradere vobis, non solum euãgelium dei, sed & animas nostras. Et paulò pòst: Prædicauimus vobis euangelium dei. Insuper ait Paulus: Propterea etiam nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam accipientes vos verbum dei, nõ vt verbum hominum accepistis, sed sicut est, verè verbum dei, quod & operatur in vobis credentibus. Si beati Apostoli de fide Christi verba fecerunt: Nos enim, inquit, Christum prædicamus crucifixum: quis poterit compos mentis apostolis contradicere, & Christum verum esse Deum negare?

1.Thess.1. 1.Cor.1.

De *eodem, ex epistola ad Hebræos.* CAP. IX.

MVltifariè, multísque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Quum voluerit Paulus Euangelicam doctrinam Mosaica lege, & omni scriptura prophetica præstantiorem ostendere, à personarum diuersitate hoc facit. deúmque per prophetas locutum patribus ait, & legem ac veterus testamentum hoc modo edidisse. Nouissimè autem per filium nobis locutum asserit, qui tantum prophetas omnes excedit, quantum natura Dominus, natura seruis excellentior est. Omnes enim prophetæ sicuti verè ministri, hæc dicit dominus, clamant: filius autem vt

Heb.1.

Matt.5. verè Dominus: Dictum est priscis, ait, non mœchaberis: Ego autem dico vobis. Quomodo igitur creatura erit filius Dei secundum naturam, aut quomodo erit seruus, qui omnium Dominus est & omnium hæres? Necesse est enim vt aliud ipse sit præter omnia, quorum hæres est. Sed per ipsum etiam secula facta sunt: erat ergo ante secula. Nulla verò creatura ante secula fuit: omnia enim in tempore sunt, præter solum Deum. Verus igitur Deus & non creatura, filius est. Deinde subdit Apostolus: *Hebr.2.* Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam retributionem mercedis: quomodo nos effugiemus, si tãtam neglexerimus salutem? quæ quum initium accepisset enarrari per dominum, ab iis qui audierunt, ad nos confirmata est. Hic apertissimè per differentiã personarum demonstrat, quantum euãgelica prædicatio legales vmbras excedit. Si enim, inquit, legis, quæ angelorum ministerio data est, tanta erat autoritas, vt præuaricatores, contemptorésque ipsius grauiter puniti sint: quomodo non magis punientur, qui euangelicam doctrinam contemnunt, quam ipse filius dei nobis tradidit? Quantum autem filius angelis præstet, perspicuum est: quia illi ministri sunt, & ad ministrandum mittuntur: filius autem cum patre glorificatur, & angeli sibi ministrant, vt in euangelio scribitur: Et ecce angeli venerunt & administrabant ei. *Matth.4.* Quomodo ergo natura dominus, natura minister erit? aut quomodo natura rex, inter natura seruos collocabitur? Insuper in Christum beatus Paulus referens, quod in octauo scribitur psalmo: *Hebr.2.* Quid est, inquit, homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti ipsum super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius. Deinde statim infert: Quum enim omnia sibi subiecerit, nihil dimisit non subiectum ei. Nónne igitur natura rex, & natura Dominus ab omnibus recte prædicabitur is cui omnia subiecta sunt? Deo certe soli omnia subiiciuntur. Quomodo igitur cum creaturis numerabitur, qui super omnia est, & cui omnia subiiciuntur & seruiunt, & qui omnibus dominatur sub pedibus eius subiectis: vt per prophetam quendam dicit: Sedes mihi cœlum est, terra verò scabellum pedum meorum. Præterea subdito eo loco Paulus: *Esa.66. Hebr.3.* Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, sicut & Moses in omni domo eius. Ampliorisenim gloriæ istæ præ Mose dignus habitus est, quanto ampliorem honorem habet is qui fabricauit domum, quàm ipsa domus. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit deus est. Quum non æqualiter creaturam, & creatorem honorãdos esse doceat: patet quia filium non inter creaturas numerandum ostendit. Maiorem enim, inquit, habet honorem qui domum ædificauit. Quod autem filius cuncta produxerit, & hic & aliis multis in locis Paulus docet: *Colass.1.* Per ipsum enim, inquit, creata sunt omnia, siue visibilia, siue inuisibilia, siue principatus, siue dominationes, omnia in ipso & per ipsum creata sunt, & ipse est ante omnia. Quomodo igitur creator omnium, ipsorum etiam seculorum atque temporum (ex omnibus enim etiam hæc sunt) creatura erit, qui ante omnem creaturam est? Esset enim in tempore, si creatura esset. Omnia enim in tempore sunt, præter Deum, qui est æternus. Ipse verò ante tẽpora est, vt temporum creator, quomodo ergo creatura erit? Præterea, continuò subnectit Apostolus: *Heb. 3.* Et fidelis quidẽ in tota domo ipsius Moses sicut seruus fuit: Christus verò sicut filius in domo sua, quæ domus nos sumus. Ita & nominibus & rebus in dignitate vtriusq; ostendit quanta differentia sit inter Mosen & Christum, hoc est, inter omnes creaturas: ad hanc enim conclusionem sermo deducitur. Moses enim seruus fidelis est: Christus autem filius, & vt filius fidelis in domo sua sicut hæres. Si ergo in eadem domo vtrique fideles sunt: ille vt seruus, hic vt filius & ædificator ipsius domus, quomodo creatus erit? quum aliud natura sit qui construit & ædificat, aliud quod construitur. Sic à rebus, hoc est à dignitate, quam vterque habet in domo Dei, filius Deus etiam demonstratur & dominus domus. Nã persona Mosis, & domus ipsa *Leuit.26.* pro omni capitur creatura. Præterea, Deus est qui per prophetam loquitur quendam: Habitabo in ipsis, & ero deus ipsorũ, & ipsi erunt mihi populus. Quomodo ergo nos domus filij sumus, si filius Dei non est? Sumus autem domus filij, quia oramus (vt inquit Paulus) Christum in interiori homine habitare. *Ephes.3.* Deus igitur Christus est, & non creatura. Deinde subiungit Paulus: Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malũ *Heb.3.* incredulitatis, discedendi à Deo viuo. Fides in Christum est, & *Ioan.6.* per eam nobis vita æterna datur. Qui credit in me, saluator ait, habet vitam æternam. Sed qui hanc fidem negligit, corde cogitationibúsque prauis à deo viuo recedit. Quomodo igitur filius non erit deus viuus? Est autem etiam pater Deus viuus: idem ergo natura Deus, pater & filius. Rursum eodem loco: Viuum e- *Heb.4.* nim est verbum Dei & efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti, & perueniens vsque ad diuisionem animæ & corporis, iunctarum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis; nec est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia verò nuda & aperta sunt oculis eius. Hic etiam videre licet, omnes dignitates naturæ patris proprias, filio quoque ab Apostolo dari. Omnipotens Deus pater est, omnia videt, corda etiam & renes non ignorat. Quis enim, inquit, iste *Iob 42.* est, qui me consilium cælat? & deus appropinquans ego sum, *Hiere.23.* dicit dominus, & non deus de longe: nec poterit aliquid à me occultari. Hæc ipsa filio quoque inesse Paulus testatur. Viuus est pater, imò vita ipsa: viuus & filius, & vita secundum naturã. Quomodo ergo nõ erit impius, qui filium inter creaturas enumerat? quarum nulla verè dicere potest, Ego sum vita. Vel quomodo non erunt eiusdem naturæ atque substantiæ illæ, quorum naturales operationes & proprietates eædẽ omnino sunt? Deinceps dicit Paulus: Fide intelligimus apta esse secula verbo *Hebr.11.* Dei, quod ex inuisibilibus visibilia facta sunt. Nulla certe creaturarum ante secula fuit. Verbo enim diuino, id est, per filium dei, ipsa quoque secula facta scripturis dicentibus credimus. Quare necesse est ipsum ante secula esse, qui à nihilo ad esse ipsa produxit. Quomodo ergo seculorum creator creatura erit, quum æternitatem deo soli conuenientem habeat? Postremò idem ait: Beneficentiæ & communionis non obliuiscamini: ta- *Hebr.13.* libus enim beneficiis deus placatur. Aperte hic quoque Paulus filium dei appellat. Ipse enim iudex est, qui reddit vnicuique secundum opera eius. Et placatus honorificentia dicit: Venite benedicti patris mei, & possidete regnum vobis paratum ab initio *Matth.5.* mundi. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Quomodo ergo nõ erit verus deus, cui sacrificandum est, & qui reddit vnicuique secundum opera sua.

De eodem, ex epistola ad Timotheum prima.

CAP. X.

I.Tim.1. PAulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ, Timotheo proprio filio in fide. Ecce rex imperio dei saluatoris nostri, apostolatus ministerium se accepisse Paulus asserit. Videamus ergo, si Christus in apostolatu eum cõstituit. Quis ignorat in Actibus, *Act.9.* quando ab Hierosolymis Damascum aduersus Christi discipulos proficiscebatur, visum sibi fuisse Christum atq; dixisse: Saule Saule, quid me persequeris? Paulo verò interrogante atque dicẽte, Quis tu es domine? Ego, inquit, sum Iesus, quem tu persequeris: sed surge, & intra in vrbem, & dicetur tibi quid oporteat te facere. Quid autem sibi dictum sit, in eisdem Actibus *Act.13.* rursum inuenitur. Ieiunantibus enim ipsis, & administrantibus domino, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabã & Paulum, ad opus ad quod eos vocaui. & rursum: Illi missi per spiritum sanctum, inquit, profecti sunt in Seleuciam, & inde in Cyprum, & postea in Salamina, & annunciauerunt verbum Dei in synagogis Iudæorum. Vides quia mandato saluatoris nostri per spiritum sanctum in apostolatum segregatur. Quum etiam & Deus, & saluator, & spes nostra Christus appelletur: quomodo nõ erit impium inter creaturas ipsum annumerare? Aut quomodo non erimus idololatræ, creaturam colentes, & spem in ipsa habentes? Eodem item loco ait Paulus: Iusto, inquit, lex *I. Tim.* non est posita, sed iniustis & inobedientibus. multísque connumeratis, tandem infert: Et si quid aliud doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi. Cuius igitur euangelium Paulo creditum est? nónne Christi? Cuius etiam Apostolus, prædicatórque fuit? nónne Christi saluatoris nostri? Hunc igitur beatum deinde appellans, ostendit

ostendit creaturam non esse: Non est enim Deus, qui ex nihilo factus est. Nam omne huiusmodi recens est. Quicquid autẽ *Psal.89.* recens est deus esse non potest. Non erit, inquit, tibi deus recẽs. *1.Tim.2.* Non est igitur filius dei creatura. Quod autẽ euãgelium saluatoris sibi creditum sit ab ipso salitatore, in sequentib. significat, dicens: Gratias habeo Christo, qui me confirmauit quia fidelem me existimauit ponẽs in ministratione: qui prius blasphemus fui persecutor, contumeliosus: sed misericordiam Dei cõsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Fidelis sermo & omni acceptatione dignus: quia Christus venit in hunc mũdum peccatores saluos facere, quorum primus sum ego. Sed ideò misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus omnem clementiam, ad informationem eorũ qui crediturí sunt in ipsum ad vitam æternam. Si per fidẽ qua credimus in Christum saluamur, & vitam æternam iugo mortis excusso assequimur: quomodo non erit secundum naturã deus qui vitam æternam credentibus largitur, & à morte liberat? *Esa.45. & 62.* Solus enim deus id facere potest, vt scribitur: Ego sum Deus *Ephes.2.* saluans te, & nõ est præter me. Verè enim nec legatus, nec an- *1.Tim.1.* gelus, sed ipse Dominus saluauit nos; qui nobis salutem per prophetas pollicitus est, & carne assumpta clamat, Ecce adsum. Venit enim & annunciauit pacem nobis, qui longe aberamus, & iis qui propè erant, vt Paulus dicit. Insuper dicit ibidem Apostolus: Regi seculorum, incorruptibili, inuisibili, soli sapienti deo, honor & gloria in secula amen. Rex seculorum filius est, sicut Dominus & creator ipsorum. Ipse ergo est Deus incorruptibilis, inuisibilis, solus sapiens; hæc autẽ naturales substantialésque dignitates patris sunt. quomodo igitur non erit consubstantialis patri, aut quomodo creatura erit, quum hæc sibi naturaliter insint? Quod autem rex seculorum sit, audi *Luc.1.* quæ Gabriel archangelus ad sanctam virginem de Christo dicit: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit ei *1.Timet.2.* Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni eius non erit finis. Præterea quum orare pro vniuersis ac præcipuè pro regibus & principib. Paulus iusserit: sic deinceps ad discipulum scribit: Hoc honestum est atque acceptabile coram saluatore nostro deo, qui omnes ho- *Ioan.14.* mines saluari vult, & ad cognitionẽ veritatis venire. vides quod saluator omnium deus est: vides quod saluamur, ad veritatem conuersi. Veritas autem filius dei est. Ipse igitur est deus saluator noster. Natura igitur deus est, & nõ creatura, deus saluator ex saluatore deo patre æternaliter natus. Rursum in eadem *1.Tim.2.* epistola: Vnus deus, & vnus mediator Dei & hominum Iesus Christus, qui dedit seipsum in redemptionem pro omnibus. Mediator dei & hominum Iesus Christus est, non solum quia reconciliauit homines deo, verumetiã quia naturaliter & substãtialiter & deus & homo in vna hypostasi est. Hoc enim modo naturam nostram sibi deus reconciliauit. Nam aliter quomodo vnum mediatorem Christũ Paulus dixisset? Multi enim *1.Cor.4.* sanctorum mediationis ministerio vsi sunt, & ipse Paulus cla- *Iacob.20.* mat: Rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Moses quoq; *Hiere.18.* mediator fuit: ministrauit enim filiis Israel legem datam à deo. Mediator etiã fuit beatus Hieremias, præcipuè quando clamabat ad deum: Recordare mei stantis corã te, ad loquẽdum pro ipsis bona. Quid multa? singuli prophetarum mediatores fuerunt, Apostolorum quoque singuli. Quomodo igitur vnicus mediator dei & hominum Christus est, nisi noua inauditaq́ue in aliis mediatio sua sit? Sed modum quoque perstringere nõ alienum est. Quod igitur duo quædã sicut medium coniungit, ab vtroque necessario tangitur: & hoc modo diuersa per medium coniũguntur. Est autem Christus mediator dei & homi- *Ephe.2.* num, quia in eo vno deus & homo coniunguntur. Non est tamen ipse aliquid tertiũ præter deum & hominẽ, sed deus verè, & homo verè: ipse enim est pax nostra. Et quoniam naturaliter nobiscum coniungitur, diuinæ substantiæ natura nostra in ipso coniungitur, & hoc modo diuina natura communicamus: quomodo igitur erit creatura filius dei, si natura nostra ipsi cõiuncta, deo vero coniungitur? Deinde subiungit Paulus: Fidelis *1.Tim.4.* sermo, & omni acceptione dignus: in hoc laboramus & certamus quia speramus in deum viuum, qui est saluator omnium *1.Tim.4.* hominum, & maximè fidelium. Futura per spiritum sanctũ & saluatoris aduentum præuidens Psalmista, clamabat ad ipsum Spes omnium finium terræ, & in mari longe. Si vero spes omnium Christus est, & in ipso fideles omnes speramus, & is in quo speramus, deus à Paulo viuus appellatur, quia naturaliter vita sit; quomodo creatura erit spes nostra, & non filius viuus, ex patre viuo æternaliter natus? Ideò enim vita ipse naturaliter est, quia ex vita nascitur. Postea eodem in loco dicit: Præcipio *1.Tim.6.* tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Põtio Pilato bonam cõfessionem, vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentũ Domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilẽ. Aut ipse certè Christus aduentum suum ostẽdet, aut pater suus. Si primum, quomodo creatura erit, qui rex regum, & dominus dominantiũ est, & solus beatus? Hæc enim, cæteráq; huiusmodi nõ possũt naturaliter creaturis inesse. Nihil enim naturę diuinæ & creaturis cõmune inuenitur: sed omnia quæ deo patri conueniunt, filio quoque inesse scribuntur. Non est ergo creatura filius dei, sed verè deus. Sin autẽ nõ ipse filius, sed pater aduentũ filij ostendet, & ipsi patri soli immortalitatem, cæteráq; Paulus attribuit: quomodo si solus pater immortalis est, filius quoq; immortalis perhibetur? immortalis enim natura est, qui vita naturaliter est. Christus aũt ait de seipso: Ego sum vita. Perspicuũ igitur est, quod non ad extra productus est, vt creaturæ, *Ioan.14.* sed ex patre natus, omnia quæ patris sunt naturaliter habet. Et ideò deus verus est de deo vero, lumẽ de lumine, vita de vita, immortalis dei immortali.

De eodem, ex epistola ad Timotheum secunda, & ex epistola ad Titum.

CAPVT XI.

NOli igitur erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora in euangelio secundum *I. Tim.1.* virtutem dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta. Ecce rursus Christum deum & saluatorem nominat. Ipse enim est qui vocat, nos dicẽs: Venite ad me omnes qui laboratis, & *Matth. 11.* onerati estis, & ego reficiam vos. Quomodo igitur creatura erit, si est deus saluator? Non enim creatura, sed solus deus saluauit nos. Apparuit gratia dei saluatoris omnibus hominibus (Paulus ad Titum ait) erudiens nos vt abnegantes impietatẽ *Titum.2.* & secularia desideria modestè, iustè, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduẽtum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Si spes omnium Christus est, & ipse deus quoque magnus & saluator est: quomodo non erit furor inter creaturas eum collocare? aut quomodo nõ omni benedictione priuabitur, qui sic ingratus repetitur, vt patri cõsubstantialem esse ipsum neget? Benedictus enim homo (inquit propheta quidam) qui sperauit in domino, & est dominus spes eius. Qui ergo non sperat in naturaliter domino, hoc *Hier.17.* est naturaliter deo, maledictus est: contrariũ enim ex contrario sequitur. Si ergo seruus & creatura filius est, nec natura dominus: quomodo secundũ Psalmistam, benedicti nos à domino *Psal.33.* qui speramus in ipso? Aut quomodo Paulus verè dicet, Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos *Ephes.1.* in omni benedictione spiritali? Dominus ergo secundũ naturã est filius: quare non creatura. Omnis enim creatura serua est.

De eodem, ex actibus Apostolorum.

CAPVT XII.

PErtransierant autem Phrygiã & regionem Galatiæ, & pro- *Act.16.* hibiti sunt à spiritu sancto prædicare in Asia. Venientes autem per Mysiam, tentabant in Bithyniam ire, & non dimisit eos spiritus Iesu. Ecce hic etiam manifestè spiritus sanctus spiritus Iesu dicitur, est autem etiam spiritus patris: quomodo ergo filius nõ erit natura deus, si spiritus sanctus ita suus est, quẽadmodum patris? Nam si cuiusdam vnquam creaturæ spiritus sanctus appellatus in scriptura est, credatur etiã filius creaturæ esse: sin autẽ patris solũmodo & filij spiritus scribitur, quomodo erit creatura, qui adeò creaturas excedit, vt solus cũ patre spiritum sanctũ possideat? Deinde paulo pòst subiungitur: In mẽ-

dia verò noctè Paulus & Sylas orãtes laudabãt deum,& vincti audiebant eos. Factus est autem repente magnus terræmotus, vt fundamẽta carceris quaterentur, & portæ oẽs apertæ sunt. & post pauca: Tremens, inquit, custos carceris genua flexit Paulo & Sylæ: & educens ipsos foras dixit, Quid oportet me facere domini, vt saluus sim? Illi autem dixerunt: Crede in dominum Iesum & saluaberis tu & domus tua. Et locuti sunt ipsi sermonem domini, & toti domui eius. Et accipiens ipsos in illa hora noctis lauit à vulneribus,& baptizatus est ipse,& omnes sui statim. Et ducens eos in domum suam, apposuit mensam, & gauisus est: quia cũ tota domo sua credidit in Deum. Vide quod qui credidérit in dominum Iesum secũdum apostolorum præcepta, sicut in Deum credens cum tota domo gaudebat. Si autem creatura filius dei esset secundũ hæreticos: quare non veritas custodi ab apostolis aperitur? quare hortatur credere in dominũ Iesum? quare quũ in eum credidisset,in deum credidisse dicitur,& nõ in creaturam? Manifestum igitur tiam hinc est, quoa Deus secundum naturam filius est, & non creatura.

De eodem, ex epistola Iacobi Petri, Ioannis & Iudæ.

CAPVT XIII.

Iac. 2. IAcobus Dei & Domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus,quæ sunt in dispersione. Deum hic & dominum Iesum Christum appellat:id enim natura esse Iesum nõ ignorabat prædicator veritatis. Quomodo igitur audent isti Deum & dominum natura creaturam prædicare? Nisi fortè patrem etiam qui similiter secundum naturam Deus & dominus est, creaturã esse opinantur. Nam si natura Deus, & dominus creatura potest esse: cur filius solum erit creatura, & non pater? Sed creaturam esse patrem recte negant. Credant igitur etiam filium, qui similiter secundum naturam dominus & deus est, Iac. 2. creaturam non esse posse. Deinde eodem loco: Fratres, inquit, nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Quomodo igitur glotiæ dominus filius erit, si consubstantialis patri non est? Nihil enim potest habere gloriam Dei, nec vllus gloriæ dominus appellari, præter Deũ. Non enim mentiri potest spiritus veritatis, per quem pater in sanctis prophetis locutus est, dicens: Gloriam meam non dabo Esai. 42. alteri. Non erit ergo filius dei creatura. Nam si creatura esset, non esset Dominus gloriæ. Presbyteros (Petrus inquit) qui 1. Pet. 5. in vobis sunt, obsecro compresbyter, & testis Christi passionũ, qui & eius quæ in futuro reuelanda est gloriæ particeps, pascite gregem Dei, qui est in vobis. Sapienter admodum Petrus filium dei deum esse hic asserit. Quũq; audisset à saluatore nostro Iesu Christo: Simon Ionæ, diligis me? Pasce agnos meos. Ioan. 21. & rursum, pasce oues meas. Similia succedentibus suis scripsit præcepta, & gregem Dei saluatoris fideles appellauit. Nec per Matth. 16. carnem aut sanguinem, sed desuper ab ipso patre dei mysteriũ cognouit. Quomodo igitur erit creatura filius, qui Deus ab apostolis est prædicatus: Præsertim quum creaturæ atque creatoris differentiã ostendens Psalmista, clamat: Ipse fecit nos,& Psa. 99. nõ ipsi nos: nos autẽ populus eius,& oues pascuę eius. Deitatis Psal. 94. igitur natura in hoc cognoscitur, quia creatrix est. Natura verò rerum productarum à nihilo, in hoc percipitur, quia creata est. Quoniam ergo rerum omnium filius creator est, non potest esse creatura, qui virtutem creandi habet: nec potest esse seruus, qui natura dominus est. Scribo vobis patres (Ioannes 1. Ioan. 2. in epistola inquit) quia cognouistis eum qui est à principio. Nulla certè creaturarum aut à principio, aut in principio est. Omnia enim in tẽpore, vel in tẽporis quodam momẽto vocata sunt ad esse. Filius autem, quem fideles cognouerunt, à principio, & in principio est: quomodo igitur erit creatura? Subiungit deinde in eadem epistola beatus Ioannes: Qui negat 1. Ioan. 2. patrem, filium quoque negat: & qui negat filium, is quoque patrem negat. Non aliter certè filius negatur, nisi creatura esse credatur. Negant enim ipsum, qui non esse patri consubstantialem asserunt: confitentur autem, qui verum filium dei prædicant & eiusdem esse cum patre substantiæ fatẽtur. Quicquid igitur de patre dicitur, id de filio quoque necessariò dicitur prę terquam quod nec pater filius est, nec filius pater. Deus secundum naturam pater est, omnipotens, creator, Dominus, rex, incorruptibilis, immortalis, vita, nõ à nihilo productus, sed æternus. Hæc omnia incommutabiliter filius etiam est. Si autem patrem hæc esse concedis, à filio autẽ hæc remoues, inter creaturas ipsum connumerans, à patre quoque rerum consequentia cogeris hæc remouere. Similis enim omnino, imò idem natura filio suo est. Imago enim eius filius est, & qui videt filium videt & patrem. Quare si pater non creatura, sed creator est: Ioan. 14. filius etiam creator est, non creatura. Rursum eodem loco ait Ioannes: Et vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitã æternam, quæ est apud patrem, & manifestata est nobis. Æter- 1. Ioan. 1. nitatis vocabulum de deo dicitur apud scripturam, productionem enim à nihilo penitus interimit, & ideò æternitas dei solũmodo naturæ substantialiter inest. Si ergo æterna vita filius est, & est apud patrẽ: quomodo erit creatura cũ creatura ęterna dici non possit? Postremo ibidem Ioãnes: Et scimus quia filius 1. Ioan. 5. dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus verum deũ, & simus in vero filio eius Iesu Christo, hic est verus deus, & vita æterna. Quid dicent hæretici ad hæc beati Ioannis verba, quibus apertissimè deus verus filius appellatur? Nam si deus verus est substantialiter, non participatione hoc ipsum est, sicut creaturæ. Qui autem deus verus est, natura deus est. Quomodo igitur erit creatura, nisi hanc impietatem in ipsum quoque patrem transferre velint? Sed nullo modo deus verus à nihilo producibilis est. Est autem filius deus verus, non est igitur pro- Iud. 1. ductus à nihilo, sed natura deus, & vita æterna. Commonere autem (Iudas inquit) vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populũ de terra Ægypti saluans, eos qui non crediderunt, perdidit. Si Iesus, secundum apostolum Iudam, populum eripuit ex Ægypto, ipse certè est qui dicit ad Mosen: Ego sum qui Exod. 3. sum: & audiens gemitum filiorum Israel descendi ad liberandos ipsos. Si ergo ipse est qui est, quomodo erit creatura? Nam qui est, semper est: creatura verò nõ semper est, nec essendi principium vnquam (sicuti creaturæ) habuit.

De eodem, ex euangelio secundum Matthæum.

CAPVT XIIII.

IOseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam vxorem tuã: quod enim in vtero habet, de spiritu sancto est. Pariet autẽ Matth. 1. filium & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluabit populum suum à peccatis suis. Saluat populum suum filius, & dimittit peccata populi vt deus, & dominus legis. Quis igitur inter creaturas ipsum, nisi temerarius atque impius, collocare audebit? quum nullus possit peccata dimittere nisi solus deus: quumq; populus nullius possit dici proprius, nisi solius dei qui omnium populorum deus & creator est. Rursum eodem loco: Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium & vocabitur nomẽ eius Emma- Esa. 7. nuel, quod interpretatur, nobiscũ deus. Nisi filius naturaliter deus esset, non vocaretur nomẽ eius Emmanuel, quod est nobiscum deus. Per virginẽ enim sanctam, & de spiritu sancto factus est homo: quẽ non angelus, neq; aliqua creatura, sed ipse deus Emmanuelẽ vocauit. sicut ipse ostẽdit propheta, dicẽs de Christo: Et vocabunt nomẽ eius nouum, quod dominus nomi- Esaiæ 26. nabit. Nouũ enim nomen Emmanuel filio impositum. Nam ante incarnationem deus solummodo vocabatur: post incarnationem autem non solum deus, sed etiam nobiscum deus, hoc est deus homo factus. Quum igitur ipse dominus & pater, deũ filium suum appellet, erubescant aliquando qui temere audent ipsum Creaturis cõnumerare. Præterea subiũgit Matth. Audi- Matth. 5. stis quia dictũ est priscis, Non occides, quicunq; autẽ occiderit, deut. 4. reus erit iudicio. Hinc rectè filij deitas vera (vt mihi videtur) colligitur. Regi eñ maximè legũ latio cõuenit, ac ideo rex deus nulli permittit addere aut auferre aliquid à lege Mosaica. Filius autem quod minus est abstulit, & addidit quod maius est, atque perfectius. Vt Deus ergo & legis dominus id fecit. Aut si deus verus non est, vt hæretici dicunt, iniquus videbitur, quia legis Mosaicæ non parua, neque pauca addidit. Sed nõ est iniquus. Peccatum enim nõ fecit, vt scribitur. Vt deus igitur & Esa. 23. dominus legis, magna cum licentia addidit, dicens: Ego autem dico vobis. Quomodo igitur erit creatura, quæ vt verus deus magna cum potestate Mosaicã legem ad melius atq; perfectius mutat?

mutat? Deinde subiungit: Si enim dimitteris hominibus peccata ipsorum, dimittet etiam pater vester cœlestis. Si autem non A dimiseris hominibus, nec pater vester dimittet peccata vestra. Matt. 9. Deus pater peccata potest dimittere: sed filius quoq; id potest, Fili, enim dixit ad quendã dimittuntur tibi peccata tua. Quum ergo dimittere peccata solus Deus possit, quomodo audent Matth. 7. hæretici creaturam filium dicere, si eadem potestate dimittendorum peccatorum fulget, qua pater? Postea subdit Matthæus: Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Sententia hæc sic vniuersaliter à saluatore nostro dicta verissima est. Quare modò placet ad diuinam essentiam hanc ipsam reducere sententiam. Bona, inquit, arbor bonos fructus facit. Simile enim omnino est quod producitur, ei quod producit. Sed ipse pater increatus est, non potest ergo creatum ex se naturaliter filium generare. Nam si posset ipse increatus creatum ex se naturaliter filium generare, posset arbor bona malos fructus producere. Nam increatus pater, bonus naturaliter, hoc est, ipsa bonitas est: creatura vero quælibet ipsum bonum esse non potest. Quare si pater increatus est, & filius creatus, non esset arboris fructus bonus, quum arbor sit bona: quod contra dictam saluatoris sententiam est. B Matth. 8. Non ergo creatura filius, sed patri cõsubstantialis. Consequenter ait Matthæus: Et ecce leprosus adorabat ipsum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. & extendens manum, tetigit ipsum dicens: Volo, mundare, & statim mundatus fuit. Ita enim saluator, sicut Dominus iusserat: quomodo ergo seruus & creatura erit, qui omnia potest quæ vult: quod Dei solius proprium Psal. 134. est? Omnia enim, inquit, quæ voluit Dominus fecit. Qui ergo hac potestate ac omnipotentia, qua pater, fulget: quomodo non erit consubstãtialis patri? præsertim quum semper eiusdem substantiæ sint omnia, quorum vna operatio est. Sed filius viMatt. 8. uens & consubstantialis actio, & virtus, & sapientia patris est: non potest ergo esse creatura. Iterum ibidem: Tunc surgens increpauit ventum & mare, & facta est tranquillitas magna? Homines autem mirati sunt, dicẽtes: Quis est iste? quoniam & mare & venti obediunt ei. Porrò ad ostẽdendam omnipotentiam suam, deus per quendam prophetarum aduersus improbos huHier. 5. iusmodi verba dicit: An non timebitis me, dicit dominus? an non pauebitis à facie mea, qui posui arenam terminum mari, mandatum æternum, quod non pertransibit? Simile quid etiam C Iob. 38. apud Iob: Posuit (inquit ipse) mari terminos, & imposuit claustra & ostia, & dixit ei: ad hoc vsq; venies, & non pertransibis, Psalm. 88. sed in teipso conterentur vndæ tuæ. Beatus quoque Psalmista spiritalem pulsans lyram, sic canit ad deum, dicens: Tu dominaris potestati maris, motum autẽ fluctuum eius tu mitigas? Quoniam igitur diuinæ naturæ proprium est, mari quoq; dominari, & aquis leges imponere, ac omnia elementa sub iugo suo domare idque summa cum potestate filius dei facit: quomodo Matt. 8. nõ erit natura deus? aut quomodo erit creatura, qui omnia potest facere, quæ pater quoq; potest? Rursum, inquit Matthæus: Dæmones autem rogabant eum dicẽtes: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et dixit eis Iesus: Ite. Illi autem ierunt in porcos, & ecce vniuersus grex ruit præceps ad mare, & mortui sunt in aquis. Id quoque proprium naturæ deitatis est, vt omnia cõtineat atque gubernet, res etiam deiectas atque humillimas. Ad cuncta enim prouidentia sua peruenit, quod ipse saMatt. 10. luator testatur, dicens: Nonne duo passeres asse veneũt? & vnus ex ipsis non cadet in terram sine patre vestro qui in cœlis est. Si ergo quammaximum id ipsum est, deique proprium, & inuenitur non magis in patre quàm in filio, cuius potestas detinebat dæmones, ne vel porcos, abiecta certè animalia possint inuadere: quomodo erit compos mentis, qui audebit negare non eiusdem cum patre ipsum esse substãtiæ? Deinde ibidem: Et quum aduocasset, inquit, duodecim discipulos eius, dedit eis potestatem contra spiritus immundos, vt eiiciant ipsos & curent omnem ægritudinem & omnem languorem. Vide rursus hic potestatem filij, non potestatem esse creaturæ, sed Dei veri. Nam facere aliquid mirum, quod naturæ vires excedat, sancti quoque viri possunt: sed non à seipsis, neque naturaliter, sed participatione spiritus sancti, & per gratiam dei. Donare autem cæteris eãdem gratiam, longè remotum est à sanctis viris. Non enim potest creata natura spiritus sancti gratiam quibuscunque velit largiri. Dominus verò noster Iesus Christus, sicut deus natura & filius Dei verus, summa cum potestate sanat ægrotos: non per orationem ad deum vt sancti faciunt. non enim alienam virtutem inuocat, sed à seipso, quibuscunq; vult, gratuam spiritus largitur: quemadmodum & ignis appropinquantibus calorem suum naturaliter emittit. Quomodo ergo qui participes Dei per virtutem spiritus sancti facit appropinquantes sibi, creatura erit, & non deus verus? Præterea, inquit Matthæus: Matt. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo cognoscit filiũ, nisi pater: neque patrem aliquis cognoscit, nisi filius. Non potest certè rationalium creaturarum mens diuinam essentiam apprehendere. Omnem enim mentẽ excedit pulchritudo substantiæ diuinæ, nec ab vllo quid sit secundum naturam nisi à seipsa cognoscitur. Quare pater & seipsum & filium cognoscit, & filius similiter & seipsum & patrem. Sic enim verum illud esse inuenietur: Ego in patre, & pater in me est. &, Qui videt Ioan. 14. me, videt & patrem. Quum igitur nulla secundum naturam inter patrem & filium differentia sit: quomodo filius erit creatura, quũ pater sit increatus? Insuper: Venite ad me omnes qui Matt 11. laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. Omnis creaturarum natura sub iugo dei est, B & soli seruit creatori. Sed saluator noster omnes ad ferendum suum iugũ vocat: quomodo ergo ipse sub iugo seruitutis creaturarum erit, qui gubernacula omnium tenet? Aut quomodo poterit oneratos & laborantes reficere, nisi Deus verus, & non creatura sit? Adhæc, an non legistis in lege, quia die sabbatorum Matt. 12. sacerdotes in templo sabbatum non custodiunt, & tamen sine culpa sunt? Maior est, & ideo magis colendus deus, qui in templo habitat, & sanctificat ipsum, cuius in gloriam tẽplum quoque constructum est, quàm ipsum templum. Quomodo ergo templo maior & sanctior Christus est, si non est ille deus qui in ipso templo colitur? Est autem maior & sanctior ipso templo, sicut filius dei, & non creatura. Ipse certè est, quẽ Israel in templo adorabat: ipse, inquam est, de quo scribitur: Dominũ deum Deut. 6. tuum adorabis, & illi soli seruies. Rursum Matthæus, à fructu, Matt. 12. inquit, arbor cognoscitur: aut ergo facite arborem bonam, & fructum bonum: aut arborem malam, & fructum eius malũ. Si ergo à fructu arbor cognoscitur: est autem filius patris fructus, erit profectò talis filius, qualis pater. Quare si filius creatura est, erit etiam pater creatura: sed pater increatus est, erit ergo filius quoq; increatus: & sic arbor à fructu suo cognoscetur. Deinde Matt. 14. dicit idem, quod agitabatur apostolorum scapha vehemẽtius, quia non paruæ lacum procellæ diffundebant: & noctis quarta custodia saluator, quasi per terrã ambulans, in medio lacu à discipulis conspicitur. Clamabant autẽ discipuli, non cognoscẽtes eum: saluator autem dicebat: Ego sum, nolite timere. Quúmq; susc epissent ipsum in scapham, omnis ventorum & maris turbatio cecidit atque requieuit: tunc omnes qui erant in illa nauicula, adorarunt ipsum dicentes: Verè filius dei es tu. Quid igitur dicent veritatis inimici, quum videant, vniuersum apostolorum ordinem eum cultum filio dei reddere, vt non solum filium dei appellent, sed verè filium, quasi iurantes addant. Nam si creatura est, quomodo verè filius dei erit? Non enim potest verè filius esse alicuius ille, qui naturaliter nõ habet esse ex eo, hoc est ex substantia eius, cuius filius esse verè dicitur. Quod si discipulos dicant falsam de saluatore habuisse opinionem, quomodo saluator tacuit, & errantes non correxit? præsertim quum in multò minoribus errantes aperte corrigat. Petro enim nõ rectè respondenti: Vade satana post me, inquit: scandalum enim Matt. 16. D es, quia nõ sapis quæ dei sunt, sed quæ hominũ. Quoniam igitur vere filiũ dei esse discipuli adorantes dicebãt, neq; Christus quasi falsa dicentes redarguit: quis nisi insanus, audebit creaturam dicere ipsum, qui verè filius dei est? Non enim potest filius dei simul esse verè & creatura. Idem enim verè filius & naturaliter filius significat. Non ergo adoptione ipse filius est, sed naturaliter. Nam per adoptionem filij, per similitudinem quandam dicuntur filij. Quare nisi prius naturaliter filium deus habuerit, nullo modo poterimus nos ad similitudinem veri filij per gratiã adoptari. Deinde subiungit Matthæus: Quum autem venisset Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Illi autem dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiã, aut vnum ex prophetis. Et dixit eis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens Petrus dixit: Tu es Christus fi-

lius dei viui. Respõdens Iesus dixit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Animaduerte, credeque quod ipse pater reuelauit Petro. Non igitur ab alio Petrus quàm ab ipso patre didicit Christum esse filium dei viui. Neque dixit ipsum vnum esse de filiis dei, ne per adoptionem & gratiam filius esse putaretur: sed, Tu es, inquit, Christus filius dei viui. Et quia vnicus naturaliter filius patris est, hac professione Petrus à Christo laudatur, quia maiora discere diuinitus potuit. Quomodo igitur creatura erit, quę ipse pater per Petrum apostolum credentibus filium esse suum reuelauit? Accedit quod postea dicitur: Venturus enim est filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Si verè dictum per deum patrem est, Non dabo gloriam meam alteri: quomodo eam dat filio, si creatura est, & non eiusdem substantiæ cum patre? Sed nefas est opinari non verè dictum esse à patre: Non dabo gloriam meam alteri. Dedit autem ipsam filio, vt euãgelium loquitur. Eiusdem igitur essentiæ atque naturæ filius & pater est, spiritu etiam sancto semper connumerato. Quomodo igitur creatura erit filius, si eiusdem substãtiæ cum patre est? Et ecce (inquit idem) nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox ex nube, dicens: Hic est filius meus dilectus. Magna est inter filium dei & creaturam differentia. Nam si idem esset creatura & filius, vt quibusdam videtur: quicquid creatura est, filius dei esset. Verum qui hæc dicunt, non vident etiam in hominibus quanta differentia inter filios nostros, & ea quæ facimus sit. Filios enim ex nobis ipsis consubstantiales nobis parimus. Quæ verò facta sunt à nobis, extrinsecus, & alienam à nostra natura capientes naturam ea facimus. Similiter & in deo dicendum est, nisi quod materia non indiget Deus. Quomodo igitur potest filius Dei creatura esse? quum sit ex ipso deo & in ipso, non autem ad extra productus sicuti creaturæ, sed verè atque secũdum naturam filius de quo pater desuper clamat: Hic est filius meus dilectus: per quem nos adoptati, in spiritu eius dicimus, abba pater. Præterea, Quid faciens magister bone (dixit quidam Christo) vitam æternam possidebo? Et Christus ad eum: Cur me dicis bonum? Nullus bonus nisi vnus deus. Illud proprie bonum est, quod non participatione alterius, sed secundum naturam, hoc est essentialiter bonum est. Quum ergo alius sit personaliter pater, alius filius, quem dicit iste essentialiter ipsum bonum esse? Nõ dubito quia patrem respondebunt. Quis igitur audebit negare, filium quoque naturaliter atque essentialiter ipsum bonum esse? quum ab ipso audiat, Ego & pater vnum sumus. Qui videt me, videt & patrem. Nam si ipsum bonum essentialiter filius non esset, quomodo patrem qui bonus essentialiter est, in se ipso ostenderet? Non aliter igitur quàm pater, ipse quoque bonus est. Sed quomodo inquiunt, vnus ab eo dicitur esse bonus? quia videlicet sanctissima trinitas vnum est. Vna enim & eadem essentia in tribus personis est: ideo vnum bonum essentialiter est, & nullus bonus nisi ipse deus. Non est igitur creatura filius, sed patri consubstantialis. Rursum, quum à sacerdote summo interrogaretur Christus, si filius dei esset: non negauit, sed annuit dicens: Tu dixisti. deinde addidit: Verumtamen dico vobis, ex nunc videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, & venientem super nubem cœli. Nihil autem aliud intelligitur, quando de deo sedere, & sedes, aut solium dicitur, nisi principatus & regia potestas, quam naturaliter super omnes habet creaturas. Magna enim amentia est, sessionem & sedem, aut omnino situm aliquem deo attribuere: sed quæ corporaliter nostro more de ipso scribuntur, conuenienter intelligenda sunt. Quare quum filius à dextris sedere virtutis dei etiam scribitur, nihil aliud significatur, nisi non esse filio minorem, quàm patri cultum & honorem attribuendum: sed eundem omnino. Id autem assumptum est à cõsuetudine nostra: in dextris enim nostris collocamus, quos nõ minoris dignitatis putamus. Quomodo igitur hæc omnia filius habeat, nisi patri esset consubstantialis? Secundum istos enim non solum deus regnat super omnem creaturam, neq; solus deus adoratur, sed creatura quoque simul cum ipso: quod omnino impium est. Vnus ergo est deus ipsa trinitas sancta. Quumque ipsa vnus sit Deus, & pater similiter, & filius & spiritus sanctus Deus est: ita vt tres personæ sint, & vnus Deus. Non est igitur creatura filius, vt impie multi contendunt.

Matth.16.

Esa.42.

Matth.17.

Matth.19.

Ioan.10.

Ioan.14.

Matth.26.

De eodem ex euangelio secundum Ioannem.

CAPVT XV.

IN principio erat verbum. Si erat in principio, quomodo isti dicunt factum atque creatum esse? Principium enim necessariò ante omnem creaturam est. Nec potest quod à nihilo ad esse productum est, in principio esse. Sed ipse filius etiam principium est: non est igitur ipse ab alio principio creatus. Ita enim duo principia, vnum ante alterum darentur: quod dicere stultum est. Deinde si erat filius, quomodo à nihilo productus est? Nam si à nihilo productus est, non erat: sed erat: non est igitur à nihilo productus. Et verbum erat apud deum. Apertius nobis Euangelista principij vocabulum explanat, nihil aliud esse dicens quod principium appellauit, quàm ipsum deum patrem: vnde filius effulget, sicut lumen ex sole: alius quidem hypostatice à patre, sed non alius ratione substantiæ. Principium igitur filij pater est, non temporis aut aliud huiusmodi: sed ex quo filius, & in quo simul est, sicut calor ex igni. Caloris enim principium ignis est, & tamen ex ipso & in ipso inseparabiliter calor est. Et quamuis omnes huiusmodi similitudines in infinitum à diuinis distare nõ ignoremus, hinc tamen intelligere possumus filium ex patre & in patre æternaliter esse, nullo tempore intellecto. Nam verbum erat, sic nos intelligere cogit. Et deus erat verbum. Apertissime hic non esse recentem deum filium asserit, deus enim erat, ait, & in principio erat: quomodo igitur isti creaturam ipsum esse opinantur? præsertim quum non possint dicere, per gratiam deificatum. Nam quod per gratiam alicui datur, id addi postea necesse est. Præintelligitur enim necessario natura & essentia & hypostasis, cui conceditur gratia: sicut & nos quum simus natura homines, per gratiam dei dij appellamur: & homines nos esse, per prius intelligitur, quàm simus per gratiam deificati. Sed non habent dicere qui creaturam esse filium mentiuntur, quid filius secundum naturam esse per prius intelligatur, quàm deus esse dicatur. Deus enim erat verbum, secundum Ioannem. Hoc erat in principio apud deum. Non ad extra productum, sed ex ipsa patris substantia emanare filium ostendit, sicut in ipso & ex ipso secundum naturam effulgentem: neque id in tempore. Hoc enim ait, erat in principio apud deum. Quomodo igitur verus genitoris fructus aliud natura quàm genitor suus erit? Nam sicut non nascuntur ex dumis vuæ, sic nec ex vite nascuntur dumi. Quoniam ergo pater natura deus est, erit filius quoque deus natura. Aliter minoris erit dignitatis quàm creaturæ suæ. Creaturæ enim consubstantialem sibi fructũ ex seipsis producunt: deus autem secundum istos non natura deum ex se generabit: quod absurdum penitus est. Omnia per ipsum facta sunt. Nihil factum est, quod ab ipso factum non sit, vt ipse asserit. Quare qui numero factorum non comprehenditur, aliud est præter ipsa facta. Ipse autem est filius dei, qui ad esse vniuersa vocauit. Non est igitur creatura creator omniũ, sed deus verus, & patri consubstantialis. Scriptum est enim, inquit, Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Quomodo igitur si creatura est filius, secundũ istos, & à nobis & ab angelis adoratur? cuius rei testis Paulus est: Quãdo autem introducit primogenitum in orbem terrarum, & adorẽt ipsum, ait, omnes angeli dei. Certè si homines solum eum adorarent, dicerent forsan isti non esse mirum, si nos erramus: nunc verò cœlorum virtutes adorãt, nec errare ipsas (quũ angeli dei sint) audebunt dicere. Accedit, quod præmia in cœlis deposita sunt colentibus Christum. Non est igitur deus recens, quem colere prohibemur, sed Deus verus, & natura Deus, quia colere ipsum iubemur. Præterea, si creatura esset filius, quum omnia per ipsum facta sint, non deus, sed creatura erit creator. Magna itaque ostentatione iactaret deus, quum dicit: Manus mea fecit hæc omnia. Sed nihil factum, creãdi virtutem (quæ infinita est) suscipere potest. Ad hæc ab omni creatura, Deus esse verus creator prædicatur. Magna igitur impietas est, filium dei creaturam appellare. Deinde ait Euãgelista: Erat lux vera: Non possunt negare, lucem veram patrem esse. Est autem & filius lux vera. Quomodo igitur aliud pater natura, aliud filius erit? Aut quid magni deo patri attribueretur, quando dicitur lux vera, si aliqua etiam creatura posset esse lux vera? Quare si nihil creatum proprie, hoc est, essentialiter id potest esse naturaliter quod deus est: nihil enim habet quod non accepit, consubstantialis patri certè filius erit: quia naturaliter lux vera, &

Ioan.1.

Luc.6.

Ioan.1.

1.Cor.4

vera, & idipsum est quod pater est. Non est igitur filius creatura. Subiungit ibidem: Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lux quæ ad mundum à patre missa est, verbũ eius, hoc est filius suus est qui ex ipso nascitur. Ego, inquit, ex patre exiui, & veni. &, Ego lux in mundum veni. Ad ipsum igitur etiam illud Psalmistæ dicitur: Quia tu illuminabis lucernam meã domine, Deus meus illumina tenebras meas. Quomodo ergo creatura est, quem Dauid in spiritu sancto dominum & Deum suum appellat? Rursum ait Ioannes: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Conditio quædam atque proprietas, vel (si ita vis) dignitas alia creaturæ, alia creatori necessariò inest: creatura serua est, creator dominus: sed creatura quoque domino suo coniuncta, à propria conditione liberatur, & in meliorem traducitur. Ita natura nostra à filio Dei assumpta, mensuram suam excessit, & in cõditionem assumentis eam per gratiam translata est. Qui autem suscipiunt filium, hoc est, qui credunt in eum, filij dei per gratiam fiunt. Quare qui dedit potestatem hominibus filios dei per gratiam fieri, non potest ipse filius dei per gratiam esse. Necessariò igitur filius dei secundum naturam est, & non creatura. Deinde subiungit: Et ex plenitudine eius nos omnes accepimus. Sola deitatis natura perfecta est, sola nullius rei indiget, sola omnia replet. Sed hoc ipsum filius quoque dei habet naturaliter: quomodo ergo erit creatura? Postea subnectit: Quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Si filius Dei non est Deus secundum naturam, sed creatura: falsus esse videbitur Deus. Quomodo igitur gratia & veritas per ipsum facta est? Deinceps ibidem: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Esaias etiam dicit: Quis deus sicut tu, qui deles iniquitates? Si ergo dei est proprium delere peccata: Christus autem id facit, quomodo erit creatura? In crastino (Ioãnes inquit) quum exisset Iesus in Galileam, inuenit Philippum, & dixit ei, Sequere me: & ita Philippus saluatoris discipulus ostenditur. Sed aduerte quæso quomodo etiã hinc colligitur, quod Deus secũdum naturam filius sit. Nam quum multos vndique concursuros ad fidem saluator videret, dixit ad discipulos: Messis quidem multa, operarij autẽ pauci, rogate igitur dominum messis, vt multos in messem suã operarios immittat. Nec vllam rem aliam messem appellat, quàm venientiũ hominum ab idolatria ad fidem Christi, quorum dominus ipse Christus est. Quomodo igitur non est deus verus? præsertim quum etiam Paulus per pœnitentiam omnes ad Christum vocet, dicens: Rogamus pro Christo, reconciliamini deo. Quoniam igitur solus Deus, qui est dominus omnium, messis quoque huiusmodi dominus est, ipse solus erat operarios in messem missurus. Sed hoc ipse fecisse saluator inuenitur. Iussit enim Philippo vt sequeretur se. Deus igitur verus est, & non creatura. Postea, Tollite ista hinc, inquit, & nolite facere domũ patris mei, domum emptorij. Si filius creatura est, & per gratiam filius dei vocatur, sicut & aliæ rationales creaturæ, quibus non natura dignitatem huiusmodi præstat, sed gratia dicentis: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, erit de numero omniũ, qui filij dei per gratiam appellantur. Quomodo igitur si nihil plus cæteris ipse habet, communem omnium per gratiam patrem, suum solius appellat, dicens: Nolite facere domum patris mei? Non enim ita iure dicere potuisset, si creatura esset: sed illo potius modo, Nolite domum patris nostri, domum negotiationis facere. Quum igitur sibi soli magna cum potestate dignitatem attribuat, non gratia, sed natura filium dei seipsum esse cognouit. Deinde subiicit: Quod signum nobis ostendis, quia hæc facis? Respondit Iesus: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus suscitabo ipsum. Quod verò suum corpus templum appellaret, statim Euãgelista ostendit: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Quando igitur surrexit ex mortuis, recordati sunt discipuli quia hoc erat quod dicebat ipsis. Templum autem proprium, atq; verè nullum dicitur, si deus in ipso non habiter. Nemo enim corpus suum animę templum appellabit. Sed tunc per gratiam homo templum dei fit, quando per fidem Christi spiritussanctus in eo habitat. Corpus verò Christi templum est verè: in ipso enim voluit habitare corporaliter tota plenitudo deitatis, vt ait Paulus. Nec vllus dubitat, quia verbum dei caro factum sit. Quomodo igitur erit creatura filius dei, qui corpus in quo habitauit, sicuti verus deus templum dei effecit? Rursum eodem in loco Quum autem esset Iesus in Hierusalem in festo paschæ, multi crediderũt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Ipse verò Iesus non credidit seipsum eis, quia ipse omnes cognoscebat, nec indigebat vt aliquis testaretur de homine: ipse enim sciebat quid erat in homine. Diuinam admiratus naturam beatus Psalmista, illi soli testatur proprium esse vt corda hominum sciat, dixit enim ad deum: Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Quoniam ergo solus verus deus corda hominum scit, & occulta hominũ intelligit, & hæc ipsa filius quoque scire ac intelligere perhibetur: quomodo non erit verus deus, aut quomodo erit creatura? Rursum, quum saluator noster ad Nathanaelem dixisset: Antequam Philippus vocaret te, quum esses sub ficu, vidi te. hoc solo signo Nathanael admiratus, Rabbi, dixit, tu es filius dei, tu es rex Israel. Si ergo secũdum ipsius saluatoris testimonium Israelita verus erat Nathanael, in quo dolus non erat, necesse est credere ipsum non mentiri, dicẽtem de Christo: Rabbi tu es filius dei, & tu es rex Israel. Nam si mentitus est quum hæc dixerit, dolus erat in eo. Sed saluator mentiri non potest: nec igitur Nathanael etiam mentitus est, filium dei & regem Israel Christum appellans. Quam quidem dignitatem regni, non gratia, neque vt homini (nullus enim videbat satellites) sed vt verè filio dei incarnato attribuit. Quomodo igitur filius dei & rex Israel, creatura & seruus erit? Legimus præterea saluatorem non rectè interrogantibus pharisæis dixisse. Erratis, ignorantes scripturas. Decebat enim ipsum sicut dominum & magistrũ, non rectè dicentes corrigere, & ab ignorantia homines ad veritatem reuocare. Si ergo Nathanael erauerit, filium dei & regem Israel ipsum appellando, cur statim non corrigitur? cur statim non fuit ad veritatem reuocatus? cur non audiuit illico, Erras ô amice, non enim sum rex, sed seruus: nec filius dei, sed creatura? Si enim & Nathanaelem ab errore reuocasset, & nullam sibiipsi reprehensionem relinqueret, quod sic falso tantæ dignitatis opinionem venaretur: nunc autem qui semper alios errantes reprehendebat, Nathanaelem, vt rectè dicentem honorat. Rex ergo Israel & filius dei est, & nõ creatura. Ad hæc, scribit Ioannes, Sic enim deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum dederit: vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Si præcipua, mirabilisque dei patris dilectio erga mundum ex hoc cognoscitur, quia filium suum hominem factum mundo dederit, certè, verè ac naturaliter filium suum assumere hominẽ voluit. Parua enim res, nec magni existimanda esset, si non verè filium, sed creaturam quandam pro mundo dedisset. Et ad hęc, non verè vnigenitus filius diceretur, quum etiam aliæ rationales creaturæ filij nomen per gratiam habeant. Sed præcipua, maximaque dei patris in mundum dilectio est. Non ergo creaturam, sed verè filium assumere hominem pro mundo voluit: quod inde significauit Euangelista, quia vnigenitum ipsum appellauit. Deinde ait: Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat. Quomodo ergo creatura est, si fides in eum saluat? Nam si creatura esset, perirent certè omnes qui in eum credũt: nunc autem qui syncere atque integre in ipsum credunt, saluantur. Non est igitur creatura, sed patri consubstantialis. Postea subiungit: Non enim misit deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Dominam rerum omnium naturam significare volens deus, per prophetam Esaiam: Ego, inquit, sum deus, & non est præter me qui saluat. Sed filius etiam saluator mundi est, & à patre missus est in mundum saluare ipsum. Ipse igitur est qui per prophetam clamat: Ego sum deus, & præter me non est saluator. Non est igitur creatura, sed patri cõsubstantialis. Insuper scribitur Ioannes Baptista de Christo dixisse: Quia illum oportet crescere, me autem minui. Neque certè incrementum aut decrementum corporis hic intelligendum. Dignum enim aliquid mente Ioannis dictum ab ipso existimare debemus. Maior igitur fiebat Christus, & Ioannẽ indies minorem magnitudine sua efficiebat. Non quia quantum homo homini, aut creatura creaturæ præstabat, quotidie homines animaduertebant: parua enim hæc, & indigna differentia est. Sed quia ipsa opera Christi, dei opera erãt, & ita indies ab operibus deum esse ipsum verum homines colligebãt: & ita sequebatur, vt quanto magis Christus secundum opinionem hominum veram, in sublimitatem deitatis ascendebat: tanto Ioannes, vt homo nudus & creatura, minor videretur. Quomodo igitur non

Ioan.1.

Ioan.8.

Ioan.12.

Psal.17.

Ioan.1.

Luc.9.

Esa.43.

Ioan.1.

2.Cor.5.

Ioan.2.

Col.ij.2.

Psal.32.

Ioan.1.

Matth.22.

Ioan.3.

Ibidem.

Esaiæ 43.

erit amentia, filium dei creaturam appellare? Præterea eodé loco ait: Qui desuper venit, super omnia est. Nihil aliud desuper in hoc loco (vt ego arbitror) significat, quàm substantiam dei patris, quæ super omnia est. Nemo enim dicet locali altitudine filium gloriari, aut Baptistam de huiusmodi spaciis intellexisse. Nec vllus nisi omnino amens, motum à loco in locum hic intelligi dicet. Quid aliud igitur significare desuper hic potest, quàm ex sublimi ac ineffabili patris substantia? quomodo igitur, qui ex illa venit, hoc est ex ipso patre secúdum naturam nascitur, non erit eiusdem naturæ cum patre? Aut si erit creatura, quomodo verè dicetur super omnia esse, qui non dominus, sed seruus vt cæteræ creaturæ naturaliter erit? Serua enim est omnis creatura, secundú Psalmistã: filius verò super omnia est. Non est igitur creatura, sed verus deus. Quare si est super omnia non erit vnus ex omnibus, sed aliud præter omnia. Super omnia enim est, non locali (vt diximus) spacio, sed sublimitate & ineffabili natura, in qua nihil ex creaturis cũ ipso potest conuenire. Nam si aliqua cõueniret, nõ esset ipse simpliciter super omnia. Idem quoque Ioannes Baptista de saluatore ait: Qui acceperit eius testimonium, signauit quia deus verax est. Qui ergo credit omnia quæ Christus dicit, is signauit quia deus verax est. Christus ergo deus est, qui vt verus ab audientibus fide suscipitur. Quúmque nullum recipere deum recentem iubeamur, quomodo erit creatura filius dei, quem sicut deum iubemur recipere? Ego (inquit saluator) sum vita. & rursum: Ego sum veritas. Veritas autem mentiri non potest. Vita igitur est secundum naturam. Nulla vero creatura secundum naturam, vita est. Sola enim vita est secundum naturam, quæ semper & essentialiter vita est: creatura verò nec semper est, quum ex nihilo producta sit, nec essentialiter vita esse potest. Rursum, ait saluator: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Ideo igitur magis quærebant Iudæi occidere Christum Iesum: quia non solum soluebat sabbatum sed etiam patrem suum dicebat deum, æqualem seipsum faciens deo. Infesti erant Iudæi Christo: quoniam quum homo sibi esse nudus videretur, non communem patrem, sed suum proprium, deum esse dicebat. Pater meus, dicens, vsque modo operatur. Ex his illis verbis, quia deum patrem suum appellabat, ad naturalem & veram sententiam vocati, dei æqualitatem sibi Christum rapere querebantur. Nam quod ex aliquo naturaliter est æquale illi naturaliter comprobatur. Huius sententiæ quum Iudæi essent, quis vnquam illos redarguit? Aut quis dicere ipsis ausus est, non esse saluatorem æqualem deo, quamuis proprius sibi pater deus est? Sed neque ipse saluator hãc illorum increpauit opinionem, quum soleret etiam occultas cordis eorum cogitationes, quando improbæ erant, reprehendere: nunc cõtrà æqualem se ipsi deo patri comprobat, dicens deinceps: Quæcunque enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Suum ergo naturalem patrem deum esse omnibus manifestat, & se patri æqualem ac consubstantialem ostendit: quomodo igitur creatura erit? Iterum dicit saluator noster: Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Quid ad hæc saluatoris verba hæretici dicent, si eos interrogabimus quomodo pater mortuos viuificat? vtrum tanquã particeps vitæ, an sicut ipsa vita, secundum naturam ac essentialiter? hoc vltimum scio dabunt, & quum ipse pater vita sit, ipsum viuificare mortuos dicent natura, & nõ participationis gratia. Quoniam igitur etiam filius non aliter viuificat mortuos quam pater, vita etiã ipse naturaliter ac essentialiter erit. Quum ergo idem sit quod pater, vita enim vterque est: quomodo filius erit creatura, si pater non est creatura? Deus igitur verus de deo vero, & vita de vita filius est. Deinde subiungit: Nullũ em̃ pater iudicat, sed omne iudiciũ dedit filio, vt omnes honorent filiũ, sicut honorant patrẽ. Deus secundum naturã, pater etiam ab ipsis conceditur, filius autẽ creatura esse dicitur, & non verè deus secundũ istos: quomodo igitur æqualiter poterit ab istis & ita sicut pater honorari, si pater sicut verus deus honoratur, & filius non ita ab ipsis? Aut quomodo ipse pater eum honorem iubet filio suo dari, qui sibi datur? nónne ipse dixit per Mosen: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies? Nisi fortè credant, ab ipso deo patre nobis iuberi, vt creaturam colamus: quod dictu impium est. Quare quum pater iubeat, vt non aliter colamus filium sũ, quàm seipsum: non erit filius creatura, nec ad extra ex nihilo productus, sed ex ipso patre natus. Deinceps ibidem addit: Sicut etiam pater vitam habet in seipso, sic dedit & filio vitam habere in seipso. Pater non per participationem, sed essentialiter vita est: sed filius sic habet vitam vt pater: non habet ergo per participationem, sed ipse essentialiter vita est. Nec conturbetur aliquis, quum audiat vitã filio esse datam à patre. Simile enim est, quèadmodũ si calor, qui profluit ex igne diceret: Sicut ignis calidus est, sic etiam mihi dedit vt calidus sim. Nulla enim participatio est, quamuis calor idipsum quod est, ab igne accepisse dicatur: sed nec diuisio aut separatio aliqua intelligitur, sed propter vnitatem, quæ est in emittente & emisso consubstantiali, rectè dicitur, quicquid habet emissum, ab emittẽte accepisse. Quomodo igitur filius, qui sic incommutabiliter vitam habet sicut pater, creatura erit? Præterea, ad Iudæos ait dominus noster: Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum: alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quod verum est testimonium, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioãnem, & ipse testimonium perhibuit veritati: ego autem non accipio testimonium ab homine. Perhibuit certè Baptista testimonium, quum dixerit de saluatore: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Verùm quoniam saluator dicit non accipere se testimonium ab homine, sed alium esse qui de seipso testimonium perhibet: quis est iste alius Ioanne, imò simpliciter homine maior? patet de patre ipsum dicere. Pater enim dixit ad Ioannem: In quem videris spiritum descendentem & manentem in ipso, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Spiritu autem descendente in Iesum, vox patris audita est dicentis: Hic est filius meus dilectus. Quum igitur ipse deus pater filium suum Christum appellet, idque testimonium verum sit, quia ab ipsa veritate de veritate dicitur: nónne manifestè, impietatis crimine isti seipsos damnant, qui filium dei creaturam audent prædicare: Ego (inquit deinde Christus) habeo testimonium, Ioannis testimonio maius. Opera enim quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Parum posse Ioannis testimonium Christus dicit: non quia Ioannes nõ verè testimonium perhibuerit (venit enim in testimonium missus à deo, vt testimonium perhiberet de lumine) sed quia iam apud Iudæos testimonium eius quamuis viri magni, & omnis virtutis genere integerrimi, parùm pendebatur, operum magnitudine atque miraculorum demonstrari rectè saluator ait, quia ex ipso patre exiuit ac venit. Nõ enim potestate propria vt de tot tantáque præter naturam fecisset, nisi verè filius dei esset. Quum igitur quę pater potest facere, filius quoq; facere possit: nónne vt impij fugiendi sunt omnes, qui non deum, sed creaturam dicere ipsum audent? Postea ibidem subdit: Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: si alius veniet in nomine proprio, illum accipietis. Quomodo filius venit in nomine patris? videlicet vt deus, vt dominus, vt vita, vt omnipotẽs, vt lumen, vt ille qui potest mortuos viuificare. Hæc enim omnia pater potest. Quare si hæc omnia filius quoque nõ est, non venit in nomine patris. Venit autem in nomine patris: quia omnia quæ pater est, ipse quoque est, vno solo excepto, quod pater non est. Quomodo igitur creatura erit? Rursum: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. &, Qui manducat me, viuet propter me. Missum se filius dicit à patre, aut secundum incarnationis modum, quia seipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & factus est obediens vsque ad mortẽ: aut quia sicut ex sole lux emittitur, vel ex igne calor, sic inseparabiliter ex patre emanat. Viuere autẽ propter patrem dicitur, non quia particeps vitæ (sicut nos) sit: sed quia omnia paternæ substantiæ propria, naturaliter in ipsum, sicut in filium trãseunt. proprium autẽ patris est viuere: vel vt aperrius dicã, ipse essentialiter vita est: hoc igitur & filius est propter patrẽ, quoniam ex eo nascitur. Non enim potest ex viuo patre non viuus filius nasci, nec ex increato creatus. Postmodũ apud eundẽ Euangelistam legimus, quod respõdit Iesus: Nec me cognouistis, nec patrem meũ. Hinc etiã animaduerte, veram patris imaginẽ filium esse. Nam si à cognitione ipsius filij cognitio patris habetur: quomodo non erit necessarium, eandem naturam, hoc est, essentiam patris & filij esse? Si igitur nulla differentia est inter patrem & filium, nisi sola personalis: quia hic pater est, ille filius:

Psa. 118.
Ioan. 3.
Psal. 80.
Ioan. 11.
Ioan. 14.
Ioan. 5.
Matth. 9.
Ioan. 5.
Deut. 5.
Ioan. 5.
Ioan. 1.
Ioan. 5.
Ioan. 6.
Philip. 2.
Ioan. 10.
Ioan. 5.
Ioan. 8.

filius: quomodo filius erit creatus, quum pater increatus sit? præsertim quum relatiua nomina alterum ad alterum dicãtur, & vno dicto, alterum statim intelligatur: nam qui patrem dixit, filium illicò intellexit: & qui filium appellauit, ad patrem confestim retulit. Si ergo creatura filius est, nón poterit ad patrem verè referri, sed ad creatoré: & ita non poterit aliquis à cognitione filij cognitionẽ patris habere. Sed qui nouit filiũ, nouit & patrẽ. Verè igitur filius est, & consubstantialis patri. Iure igitur audire isti simul cum Iudæis possunt: Si me cognosceretis, patrem quoque cognosceretis. Præterea dicit Euangelista: Responderunt Iudæi: Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem deum habemus. Dixit eis Iesus: Si deus pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex deo exiui & veni. Non veni enim à memetipso, sed ille me misit. Qui filium Dei non dilexerunt, quomodo possunt dici deũ patrẽ, ex quo filius est, dilexisse: Et qui fructũ non honorarũt, quomodo arborem honorasse videbuntur? Si autẽ dei patris fructus ipse filius est (hoc enim significat, quod ex patre exiuit & venit) quomodo erit creatura? aut quomodo ex ipso deo patre nõ deus nasci naturaliter poterit, quũ nec creatura quidem vlla hoc patiatur? Homo enim ex homine, & bos ex boue nascitur. Deum igitur verum de deo vero nasci necesse est. Aliter verior in creaturis generatio, quàm in deo inueniretur: quod absurdũ est. Missum autem se filius à patre dicit non mutatione locorum (non est enim deus in loco) sed sicut calorem ex igne, aut illuminationem ex lumine. Rursum Ioannes ait: Pater meus qui dedit mihi, omnibus maior est, & nullus potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Maior omnibus pater est, non vt corpus corporibus, sed vt creator creaturis: sic enim omnia excedit, & super omnia est. Sed ipse pater qui super omnia est, vnum est cum filio. quare ipse quoque filius similiter vt pater, maior est omnibus, & super omnia est. Non est igitur creatura, sed vnum & idem essentialiter cum patre. Insuper inquit: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod igitur ipsorum lapidatis me? Responderunt Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu quum homo sis, facis teipsum deum. Quum saluator noster diceret, Ego & pater vnum sumus: non intelligentes Iudæi à quo id diceretur, & in carnem solummodo respicientes, eum impietatis crimine accusabant, & lapidare conabantur. Id enim solum recte intellexerunt, quod opinarentur deum seipsum facere illum, qui dicebat, Ego & pater vnum sumus. Meliores igitur Iudæi Arianis viderentur: quippe qui, quoniam Christus dixit, Ego & pater vnum sumus: hoc admisso viderunt necesse esse Christum deum verũ & æqualem patri concedere. Quomodo enim vnum potest esse cum deo vero, si creatura est? secundum ergo naturam deus verus est, & vnum cum patre. Deinde dicit Euangelista: Respondit Iesus Nónne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, dij estis? si illos dixit deos, ad quos verbum dei factum est, & non potest solui scriptura: Quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi: Filius dei sum. Animaduerte quomodo seipsum apertè distinguit ab iis, qui per gratiam dij sunt: vt ostendat se non gratia vt illos, sed natura deum esse. Quomodo igitur natura Deus erit creatura? Insuper, Si opera patris mei non facio, inquit, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non creditis, operib. credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me pater est, & ego in patre. Quæ natura, hoc est essentia disseparantur, diuersas habent operationes: quorum autẽ eadem simpliciter operatio est, eorum substantia etiam eadẽ est. Id saluator ostendens, dixit: Si non creditis in me, quia hominem esse videtis, operum tamen inaudita potestas, & magnitudo facile vos potest impellere, vt credatis quia deus verus de deo vero sum. Nam qui deo patri æqualis in operibus est, quomodo erit aliud ab eo secundum substantiam? imò verò, quomodo non erit vnum & idem in omnibus, ita vt & ipse in patre sit, & patrẽ in seipso habeat? Insuper ait saluator: Ego sum resurrectio & vita. Si pater resurrectio & vita est, & idcirco vt Deus verus colitur: cur filium quoque similiter hæretici non colunt, quũ ipse quoque resurrectio & vita sit? Quum autem vita sit, quomodo erit creatura? Omnis enim creatura particeps vitæ, non vita est: solus autem Deus verus, ipsa vita est. Quare pater, & filius, & spiritussanctus ipsa vita essentialiter est. Rursum ibidem Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Si ita vnum cum patre filius est, vt qui credit in filium, in patrem credat: quomodo non erit stultum dicere filium esse creaturam? nisi fortasse quis diceret, ipsum quoq; patrem creaturam esse. Verùm, quoniam pater increatus ab omnibus, sicut est, creditur, erit filius quoque increatus. Sic enim solummodo verè filius erit, & pater in ipso conspicietur. Omnia (deinde inquit) quæ pater habet, mea sunt. Si omnia quæ patris sunt, filij quoque sunt: est autem præcipuum essentiæ patris, vt increatæ substantiæ sit. Erit ergo etiam filius similiter increatus, & ita in principio cum patre, & in patre, verbumque eius & filius eius est, secundum ineffabilem & incomprehensibilem generationis modum. Deinde subiungit: Exiui à patre, & veni in mundum. & rursum: Dimitto mundum, & vado ad patrem. Dicunt ipsi discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis: nunc scimus quia nosti omnia, nec opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus quia à deo existi. Maximum est sanctorum apostolorum testimoniũ & quasi quoddam sigillum fidei. Credere enim iam dicunt, quia à deo exiuit: hoc est, ex ipso patre natus æternaliter est, & verè filius est. Hoc enim non certè aliud significat, quia ex deo exiuit. Sed aduertè quæso, vnde & quibus argumentis in hanc veram & firmam fidem deducti apostoli sunt. Nunc, inquiunt, scimus omnia te scire, nec esse tibi opus, vt ab aliquo interrogeris. In hoc credimus, quod à deo exiuisti: quia omnia Christum, corda etiam ipsorum scire viderunt, ideò filium dei verum esse crediderunt. Deo enim verò solummodo rerum omnium scientia conceditur, nec minus cogitationũ nostrarum: quomodo ergo creatura erit, qui omnia non aliter quàm pater scit? Rursum ait: Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Solus est deus verus pater: quia dij gentium omnes falsi erant: sed cũ patre simul etiam filius Deus verus est, & spiritus sanctus similiter: quia pater & filius, & spiritussanctus vnum sunt. Ad hæc adiungit: Manifestaui nomen tuum hominibus. Quod nomẽ patris manifestum saluator hominibus fecit? an quia deum esse prædicauit? Sed propheræ quoque omnes dominum omnium deum appellant, & significatio huius nominis, etiam ante incarnationem verbi dilucida erat: an quia creatorem esse ipsum patrem Christus docuit? Sed beatus Moses Genesin scribens, ita statim incepit: In principio fecit deus cœlum & terrã. Quod igitur nomen à saluatore declaratũ est? Non aliud certè quã nomen patris. Nemo enim ante incarnationem verbi apertè declarauerat, quod Deus haberet filium ex seipso natum. Per euangelicam autem doctrinam in filium Dei credidimus. Et ita patrem quoque ipsum verè patrem esse cognouimus, à naturali pulchritudine filij ad pulchritudinem genitoris sui deducti. Si ergo filius creatura esset, non cognosceretur per ipsum Deus esse pater verè, sed creator: filius enim sic ad patrem dicitur, vt creatura ad creatorem. Quare si re ipsa & verè deus pater cognitus est, errant vehementer qui filium dei ex ipso deo verè natum non confitentur. Aliter enim nõ erit verum, quod nomen patris hominibus Christus manifestauit. Præterea, Noli me tangere, saluator ad Mariam post resurrectionem dixit: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, quòd ascendo ad patrem meum, & patrẽ vestrum: & deum meum, & deum vestrum. Hinc etiã si quis aduertat, non creatura, sed verè filius dei Christus esse ostenditur. Nam quum verè homo propter nos factus sit, sicut propria naturæ nostræ sibi verè assumit: sic sua nobis attribuit, & ad honorem diuinitatis suæ hominem exaltat. Homines enim nos sumus secundum naturam, ipse verò deus secundum naturam, sed factus est homo ex misericordia. Serui nos dei sumus secundum naturam, ipse dominus quidem secundum naturam, quia deus: sed seruus factus est, quia verè homo. Contrà etiam deus ipse secundum naturam est, nos per adoptionẽ ad fraternitatem eius vocati. Si ergo nos per gratiam dij & filij dei sumus: erit verbum Dei (cuius gratia dij & filij dei facti sumus) re ipsa verè filius Dei. Non enim potuisset si per gratiam ipse quoque deus esset, ad similem gratiã nos exaltare. Nõ enim potest creatura quod à se nõ habet sed accepit à deo, aliis propria potestate donare. Non est ergo creatura filius Dei, sed verus Deus. Pax vobis, saluator ad discipulos ait: Sicut misit

Ioan. 10.
Ioan. 11.
Ioan. 12.
Ioan. 16.
Ioan. 17.
Gen. 1.
Ioan. 20.

me pater,& ego mitto vos.Qúmque dixisset,sufflauit,& dixit ipsis:Accipite spiritum sanctum.Creatiuus secundum naturam
Psal. 103. spiritus sanctus,à Psalmista etiam prædicatur:Emittes enim(inquit ad Deum patrem)spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quum igitur spiritussanctus & creat & renouat omnia, sicut substantialiter verus Deus: quomodo erit creatura filius,qui creatoris spiritus est largitor?Insuper,Quum discipuli Thomæ condiscipulo dicerent surrexisse saluatorem è mortuis,séque ipsum vidisse subdubitans Thomas,respondit:
Ioan. 20. Si non immittam manus meas in locos clauorum, nõ credam. Quum dominus deinde rursum apparuisset, & manus atque latus Thomas ostenderet, ad firmam reuocatus fidem,ille magna voce:respõdit Dominus meus,& deus meus.Quo dicto,& tunc laudatus fuit,& nũc à nobis in admiratione habetur:quia saluatorem verè & dominum,& deum appellauit. Nec minus beati ab ipso Christo dicuntur,qui quãuis ipsum non viderint, dominum tamen & deum (vt Thomas)confitentur. Quomodo ergo erit creatura,si deus & dominus est? quum istæ appellationes verè ac secũdum naturam,increatæ solum naturæ verè congruant.Quod si creatura esset filius, vt isti mentiuntur,non erraret aliquis profecto, si cæteras quoque creaturas (vt verbi causa angelos) dominos & deos vocaret. Errat autem, & impius existimatur,quicunque recentem, hoc est creatum Deum & dominum sibi facit. Non est igitur filius Dei creatura, sed patri coæternus. Denique dicit Euangelista: Multa etiam alia signa fecit Iesus coràm discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc autem scribuntur, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei. Non considerant profectò hæretici, quæ differentia sit inter creaturam & filium.Creatura enim non est ex ipsa creatoris substantia,sed ad extra producta. Quod verò ex aliquo nascitur, & ex ipsa natura eius, hoc ipsum à similitudine creaturarum ad deum commode reducere debemus: & sic à nostris diuina recte intelligemus. Cuius igitur gratia, si creatura esset filius Dei,multa dicit Euangelista, facta signa per Christum, vt credamus quia ipse est filius Dei?an quia difficile esset credere ipsum esse creaturam? Profectò non,scripta enim esse signa, inquit, quæ Iesus fecit, vt credatis Christum esse filium Dei,deum verum de deo vero.Ad hunc enim intellectum signa illa & miracula,summa cum potestate nos impellunt.

Thesauri Cyrilli Libri duodecimi finis.

EIVSDEM LIBER DECIMVSTERTIVS.

Quod spiritussanctus Deus verus est, quod ex substantia patris & filij emanat, & quod per filium creaturis donatur. CAP. I.

Obiectio hæreticorum.

SI quoniam spiritus ex Deo à scripturis dicitur, idcircò consubstantialis patri est, erunt omnia consubstantialia patri. Omnia enim ex Deo esse scribuntur,& ita innumerabilis multitudo deorum introducetur, quod non solum impium, verum etiam stultum est. Solutio. Opus est, vt qui volunt recte scripturas intelligere, parati ad fidem sint. Nisi enim credideritis,non intelligetis, qui-
Esa. 7. dam ait propheta. Verum quoniam impudẽter multi hæc nobis obiiciunt, necesse est pro virili parte conemur in veritatem eos reducere, aut saltem à rectè credentibus huiusmodi tela ipsorum repellere. Dicimus igitur quod non similiter spiritussanctus,& cætera omnia dicuntur ex Deo esse. Nam spiritus quidem sanctus in ipso deo essentialiter est, & inseparabiliter ex eo prodit: creaturæ verò ex Deo patre per filium in spiritu sancto ad extra productæ sunt. Quod si ex deo patre omnia esse dicũtur, & spiritussanctus similiter, contendántque non esse differentiam inter creaturas & spiritum sanctum:dicant nobis quæso,quare nulla creaturarum scit ea,quæ Dei sunt?& quare nulla inuestigat profunda Dei? cur etiam per nullam creaturam secreta sua deus pater reuelat, sed solummodo per spiritum sanctum? Quoniam igitur per spiritum creaturis reuelatio fit,ipse

E verò spiritus profunda quoque dei nouit:patet quia non est ad extra productus vt creaturæ,sed in ipso Deo: & ex ipso inseparabiliter est:& ita Deus verus vnà cum patre & filio est, & non creatura. Hæc autem ita se habere Paulus testatur,dicens: Nos autem spiritum Dei accepimus, vt sciamus quæ à Deo donata 1. Cor. 2.
sunt nobis. & rursus:Quis hominum nouit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic & quæ Dei sunt, nullus nouit, nisi spiritus Dei qui est in ipso. & alibi: Nobis enim reuelauit Deus per spiritum sanctum. Spiritus enim omnia inuestigat,etiam profunda Dei. Ibidem.
Aduerte quod spiritus hominis non per reuelationem scit quæ in homine sunt,sed propriè ac naturaliter occulta cordis cognoscit. Sed spiritussanctus similiter scit quæ sunt in Deo patre,secundum Paulum. Sicut ergo spiritus humanus non est alienus à natura hominis,sic& spiritus dei patris eiusdem substantiæ cum ipso Deo patre est. Vos autẽ(idem ipse enim Paulus ait) non estis in carne, sed in spiritu,si quidem Rom. 8.
spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis,corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus antem vita pro-
F pter iusticiam. Disce rursum à Paulo rectas de spiritu sancto sententias: hinc enim habes ex saluatoris substãtia spiritum sanctum esse,nec alienum ab vnius deitatis essentia. Nam quum spiritum Dei vocauerit,statim & spiritum Christi appellauit:vt ostenderet, omnia quæ patris sunt, in filium suum dum ex eo nascitur naturaliter pertransire. Sed spiritũ sanctum, Christum etiam vocat, dicens:Si autem Christus in vobis est:vt ostenderet spiritum non esse alienum à substantia verbi, sed ita vnum cum verbo, vt quamuis in propria hypostasi sit, in ipso tamen verbo sit,& verbum in ipso. Ex deo patre igitur spiritum sanctum esse confitemur. Sed hæretici cætera quoque omnia ex Deo patre similiter esse aiunt, & Paulum dicentem nobis incutiunt:Vnus Deus pater,ex quo omnia, & sic non ex substan- 2. Cor. 8.
tia patris,sed ad extra productum spiritum, sicuti creaturas cõtendunt,quoniam ex Deo patre ipse quoque dicitur esse. Neque animaduerterunt,quod spiritus sanctus in Deo, & ex Deo inseparabiliter est: creaturæ verò ad extra per voluntatem Dei productæ. Quod ita esse patet, quia quum spiritus sanctus in nobis habitat,ipse Christus qui est deus verus,in nobis habitat.
G Non autem ita fit,si creatura in nobis habitat. Non enim si angelus (verbi gratia) vel archangelus in nobis habitaret, Deus quoque statim diceretur nobiscum habitare. Quum igitur tãta differentia inter spiritum & creaturam sit,patet spiritum non esse creaturam: quia naturaliter in ipso creatore est, & ita eiusdem essentiæ cum patre & filio necessariò inuenitur. Rursum idem Paulus: Qui, inquit, spiritu Dei ducuntur,filij Dei sunt. Rom. 8.
Non enim accepistis spiritum seruitutis in timore,sed accepistis spiritum adoptionis,in quo clamamus abba pater. Si ergo spi- Gal. 4.
ritus sanctus filios dei facit eos in quibus habitat, & participes Dei ostendit,eósque Deo ipsi coniungit,adeò vt possint clamare,abba pater:non erit certe seruus,nec creatura: sed essentialiter Deus verus,ex ipso Deo patre per filium creaturis donatus. Et ideò Deos & filios Dei per adoptionem facit eos, in quibus habitat. Ipse,inquit,spiritus contestatur spiritui nostro, quia sumus filij Dei:nam quia ex substantia filij est, ideò Christus largitur ipsum sanctis hominibus. Verbũ igitur Dei per spiritum sanctũ in nobis habitat:& sic adoptamur in filios Dei,ipsum filium in nobis habentes, ad quem spiritus sancti participatione
H reformamur,& ad filiorum conditionem per gratiam suscepti, dicere audemus,abba pater. Natura igitur & essentialiter spiritus sanctus deus est: quoniam qui ipsum suscipiunt, dij per gratiam efficiuntur. Sicut enim induimus (rursum Paulus ait) 1. Cor. 15.
imaginem terrestris, induamus & imaginem cœlestis. Terrestrem hominem appellat primum omnium hominum: cuius imaginem induimus, in similitudine præuaricationis eius ad mortem atque corruptionem impulsi. Cœlestem autem vocat, dominum nostrum Iesum Christum: cuius imaginem, hoc est, viuificantem spiritum si acceperimus,ad ipsum viuum Dei verbum reformamur, & ad incorruptionem reducimur in æternam vitam renouati. Spiritus enim est qui viuificat, vt saluator Ioan. 6.
ait. Quemadmodum igitur quoniam filius imago patris est, si quis filium susceperit, patrem etiam habet: sic quoniam spiritus sanctus imago filij est,si quis eum susceperit filium quoque habet. Itaque si quis spiritum sanctum acceperit, & filium & patrem

patrem similiter accepit. Quomodo igitur spiritus sanctus quũ sit incommutabilis imago filij dei, inter creaturas connumerabitur? Non puto aliquem ita insanire, vt audeat dicere, posse creaturam aliquam incommutabilem creatoris imaginem esse, & veram atque perfectam, ita scilicet vt omnia in seipsa sint, quæ in eo sunt, cuius imago est. Deus igitur verus spiritus sanctus est, quoniam filij dei (qui est verus deus) imago perfectis-
1. Cor. 14. sima est. Scriptum est rursus: Prophetæ duo vel tres loquantur, & deinceps. Si autem omnes prophetant,introiuerit autem infidelis aliquis vel idiota,redarguitur ab omnib⁹, & occulta cordis eius manifesta fiunt, & sic cadens in faciem adorabit deum, annũcians quia verè deus in nobis est. Quoniam igitur qui spiritum sanctum acceperunt, sicut deum habentes in seipsis prophetant,& ideò in admiratione habentur: quomodo erit creatura spiritus sanctus? aut quomodo non erit verus deus, à patre per filium ad idoneos procedens, sicut & calor ex igne ad reliqua corpora? Qui enim loquitur linguis inquit, non hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria. Ecce apertè Paulus dicit deo ipsum loqui, qui linguis loquitur. Deinde non minus aperte deum esse spiritum sanctum ostendit, dicens: Spiritu autem loquitur mysteria. Quomodo igitur non erunt impietatis rei, qui inter creaturas
2. Cor. 6. audent spiritum sanctum collocare? Ad Corinthios itidem scribens Paulus ait:Nos enim tẽpla sumus dei viui,sicut dixit deus:
Leuit. 26. Inhabitabo in ipsis, & inambulabo & erunt mihi in populum,
Ephes. 4. & ego ero ipsis in deum. & paulo post: Nolite contristare spiri-
1. Cor. 3. tum sanctum dei,qui habitat in vobis. & rursum: Si quis templum dei corrumpit, corrumpet hunc deus: templum enim dei sanctum est. quod estis vos. Si ergo sancto spiritu accepto, domus & templum dei efficimur, & deum habemus in nobis habitantem & inambulantem: quomodo spiritus sanctus nõ erit verus deus? aut quomodo erit creatura, vt cõtendere audẽt,qui
Roma. 1. scripturæ obtemperare non solent? Idem Paulus seruum seipsum Christi, & vocatum Apostolum dicens, destinatum se in euangelium dei ait. Idipsum etiam aliter significans scribit ad
2. Corin. 3. quosdam de deo: Qui sufficientes nos, inquit, ministros noui fecit testamenti, non literæ, sed spiritus. Si ergo testamentum spiritus, ipsum euangelium dei ad quod destinatus fuit, appellat, quomodo spiritus sanctus non erit deus? Idem Paulus rursum scribit: Si autem spiritus eius qui Iesum Christum suscita-
Roman. 8. uit à mortuis,habitat in vobis, ipse qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per spiritum suum, qui habitat in vobis. Si creatura spiritus sanctus est, secundum hereticorum furorem,quomodo totam operationem dei habet? Non enim puto posse aliquos adeò insanire, vt audeant dicere deum verum, organis atque instrumentis aliquibus operationes suas ad extra emittere. Quoniam igitur vita secundum naturam filius est, & spiritus etiam sanctus, quem ipse largitur,viuificat:necesse est omnino confiteri spiritum sanctum ex substantia patris & filij esse,totámque ipsius virtutem atque operationem habere:veluti si ex aqua vapor ascendat,& eos frigefaciat ad quos peruenit. Non enim aliam naturam, quàm ipsius aquæ ostendit.

Quod spiritus sanctus deus est,& eandem operationem cum filio habens:nec est alienus à substantia filij. & quod quando deus dicitur habitare in nobis, ipse spiritus est qui habitat.

CAP. II.

2. Tim. 1. PAulus ad Timotheum scribens ait: Bonum depositum ser-
Roman. 15. ua,per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Ad Romanos autem: Non audeo loqui aliquid eorum, quæ non fecit Christus per me,in obedientiam gentium verbo & opere, in virtute signorum & prodigiorum,in virtute spiritus dei. Et rursus:Ob-
Ibidem. secro igitur vos fratres per dominum nostrũ Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti,vt adiuueris me in orationibus
1. Cor. 6. vestris. Ad Corinthios: An ignoratis quia membra templum
Ibidem. spiritus sancti sunt, qui in vobis est,quem habetis à deo? Et rur-
1. Cor. 3. sum: Qui adhæret domino, vnus spiritus est. Ecce apertè hic spiritum sanctum dominum esse ait. Quod dilucidius facit, dicens de Iudæis: Vsque ad hodiernum diem idem velamen in lectione veteris testamenti manet. Nónne quum legitur Moses, velamen super cor ipsorum iacet? quando autem conuertuntur ad dominum,aufertur velamen. Dominus verò, spi-

A ritus est:vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Et rursus: Nos autem omnes discooperta facie gloriam domini intuentes,in Ibidem.
eandem imaginem reformamur à gloria in gloriã,sicut à domini spiritu. Quoniam igitur vnus est dominus Iesus Christus,vt ipse Paulus ait: & quoniã spiritum sanctum dominum similiter 1. Cor. 8.
appellat: nullam certe differentiam essentialem filij & spiritus nouit. Et ideo spiritum sanctum dominum similiter appellat,sicut ex ipso filio,& in ipso naturaliter existentem. Idem quoque Paulus scribit: Quis cognouit mentem domini? deinde ait:Nos 1. Cor. 2.
autem mẽtem Christi habemus, & intelligit spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Si ergo mens Christi vocatur,quomodo erit creatura? quum nullo modo possibile sit,vt deitatis natura, quæ simplicissima est, habeat aliud in essentia sua nisi æternum atque increatum? In hoc (inquit euangelista Ioannes) cogno- 1. Ioan. 4.
scimus quia in nobis est deus, ex spiritu quem dedit nobis. Et rursum: In hoc cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis,quia de spiritu suo dedit nobis. Si ergo spiritu sancto inhabitante in nobis,deus est qui inhabitat:quomodo spiritus nõ erit deus? quum omnia propria quæ dei sunt habeat, & à deo
B patre per filiũ creaturis præbeatur. Christus etiã ad Iudæos ait: Lucæ 11.
Si autẽ in digito ego dei eiicio dæmonia, venit ergo in vos regnum dei. Digitum hic dei, spiritum sanctum nominat: modo enim quodam ex substantia dei emanat,& naturaliter inde dependet,sicut ex humana manu digitus. Brachiũ enim & dexteram dei,filiũ dei scripturæ vocant. Saluauit enim,inquit,dextra Psal. 97.
eius, & brachium sanctum eius. Et rursus: Domine sublime est Esaiæ 53.
brachiũ tuum,& nesciuerunt. Quemadmodum igitur brachiũ toti corpori naturaliter coaptatur, omniáq; facit quæ menti videntur,inungere quoque solet digito: sic filium quidem dei ex ipso & in ipso patre naturaliter esse intelligimus. Ex filio autem naturaliter ac essentialiter spiritum sanctum, sicut ex patre prouenire credimus, per quem filius omnia iniungens sanctificat. Non est igitur aliud spiritus à deitatis essentia, sed ex ipsa & in ipsa naturaliter, sicut & digitus in manu,& manus in corpore. Eiusdẽ enim substantiæ digitus cum manu,& manus cum corpore est. Hæc quum ita se habeant, deus certe verus & nõ creatura spiritus sanctus est. Quò ibo à spiritu tuo (Psalmista canit) & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum,tu ibi es:
C si ad infernum descendero,ades. Si suscipiam alas meas in mane, & habitabo in extremis maris: etenim ibi manus tua deducet me,& detinebit me dextera tua. Spiritum sanctum tuum faciem patris appellat,quoniam ostendit ipsam essentiam dei,vnde est:tum manum, propter virtutem omnipotentem quæ ipsi inest. Quomodo igitur non erit verus deus & consubstantialis patri spiritus,qui ex ipso & in ipso est,non separatus ab eo,quẽadmodum & manus nõ est separata à corpore humano? Quod autẽ spirit⁹ sanctus deus sit, ab apice quoq; Apostolorũ Petro, Matth. 16.
cui hæc mysteria (vt saluator ait) non caro nec sanguis, sed pater ipse cœlestis reuelauit, discere possumus. dicit enim ad Ananiam: Anania, cur satanas impleuit cor tuum,& mentitus es spi- Actor. 5.
ritui sancto,tibíque attribuisti à precio loci? Et addit:Non mentitus es hominibus, sed deo. Si ergo spiritui sancto mentitus, deo mentitur, deus recte spiritus est, & non creatura. Paulus item ad Galatas: Filioli quos rursum parturio,quoadusque for- Galat. 4.
metur Christus in vobis. Formatur autem Christus in nobis per operationem spiritus sancti, renouatis nobis in similitudinem suam,& spiritalibus effectis. Deus igitur est spiritus Christi,quo
D in nobis ipse Christus formatur. Deus etiam ipsius aduentus sal Hiere. 3.
uatoris bona nobis prænuncians,de gregibus suis dicit:Suscita- Actor. 20.
bo ipsis, pastores secundum cor meum, & pascent greges cum scientia. Paulus verò Ephesinis presbyteris scribens,dicit:Attendite vobis ipsis & omni gregi,in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos. Aduerte quod Deus solicitus est hoc facere, quod cum potestate spiritus sanctus facit,pastores suscitans, vt prædictum est à prophetis. Non est ergo alienus à deitatis essentia spiritus sanctus, sed quasi operatio naturalis ac essentialis: in ꝓpria tamen hypostasi ex ipso prodiens deo, & in ipso manens, omnia quæ dei sunt operatur. Ad hæc, Christus ad suũ patrem de nobis dicit: Sanctifica ipsos in veritate tua. Et ipse deus rur- Ioan. 17.
sum per Ezechielem prophetam: Et ero ipsis deus, & ipsi mihi Ezech. 18.
erunt populus. Et cognoscent gentes quia ego sum dominus, qui sanctifico ipsas. Vide ꝙ deus est qui sanctificat permanẽtes in charitate sua: spiritus autẽ sanctus sanctificat: deus igitur est,

& non creatura. Insuper, hominem à dei verbo assumptum esse, vniuersa scriptura clamitat, nec isti negare audent. De ipso igitur Christo scriptum est, quia ducebatur spiritu in eremum, & ducebatur Iesus in virtute spiritus in Galilæam. Dicant ergo nobis, qui spiritum inter creaturas collocant: quomodo filius dei, qui est sapientia & virtus patris, ipsius spiritus sancti virtute modò in Galilæam ducebatur, modò in eremo diabolũ vincebat? An ita imbecillé dicunt filium dei fuisse, vt creati spiritus secundum ipsos auxilio indigeret? Et quomodo dominus virtutum, creaturæ adminiculo quasi necessariò vtetur? Quoniam igitur id dictu stultissimum est, necesse est deum esse spiritũ sanctum, qui naturaliter ex patre in filio est, & totam ipsius habet operationem. Verbum autem per spiritum sanctum vincit. Vtitur enim ipso, vt propria virtute. Est & in eo essentialiter, quo & diabolum in èremo vicit, & in Galilea signa effecit: omnia enim ex patre per filium in spiritu sancto facta sunt. Rursum, deus ex parte cuiusdam prophetæ: Nónne ego cœlum & terram impleo? dicit dominus. Implet autem, quia vbique per spiritum suum est. Quod ostèndit, dicens: quò ibo à spiritu tuo? Si ascendero in cœlum, tu ibi es, & cætera. Si ergo deus omnia replet, ídque per spiritum sanctum, deus certè spiritus sanctus est, & non creatura. In deo verò (Paulus ait) viuimus & mouemur, & sumus. Dominus autem noster Iesus Christus has operationes à deo nobis datas, à spiritu sancto datas asserit, dicens: Spiritus est qui viuificat. Si ergo deus est, in quo viuimus & mouemur, secundum Paulum: viuimus autem in spiritu, secundum saluatorem: non erit creatura spiritus sanctus, sed Deus verus. Insuper: Ego (ait saluator) & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sed nemo dubitat patrem & filium in sanctis viris per spiritum suum habitare. Quoniam ergo patris & filij simul præsentiam spiritus sanctus, quum in hominibus habitat, facit: perspicuum est ipsum non esse alienum à deitatis essentia, sed ex ipsa naturaliter emissum, totam patris & filij habere operationem. Quod autem spiritus sanctus à patre per filium ad sanctos viros mittitur, ipse saluator ostendit, dicens: Quando autem veniet paracletus, quem ego mittã à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et rursum: Paracletus autem spiritus sanctus, quem pater mittet in nomine meo, ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis. Præterea, Paulus seipsum in principiis epistolarum apostolum Iesu Christi vocatum appellat, apostolatum ab ipso Iesu Christo accepisse ostendens. In Actibus verò apostolorum huiusmodi aliquid scribitur: Ministrantibus autem ipsis domino & ieiunãtibus, dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabã & Paulum ad opus ad quod vocaui ipsos. Si ergo à spiritu sancto in apostolatum vocatus, à Iesu Christo vocatus dicitur: manifeste probatur spiritus sanctus non esse alienus à substantia filij, sed esse in ipso filio, & ex ipso, sicut operatio quædam naturalis in propria hypostasi: & ideò omnia facere posse quæ vult, sicut & filius.

Matth.4. *Luc.4.* *Hiere.23.* *Actor.17.* *Ioan.6.* *Ioan.14.* *Ioan.15.* *Ioan.14.* *Roman.1.* *Actor.13.*

Quod spiritus sanctus perfectus est, nec quicquam in eo est imperfectum. CAP. III.

Obiectio hæreticorum.

SEd quomodo, inquiunt, nõ erit stultum ex substantia dei patris spiritum prædicare, & deum ipsum putare? quum deus perfectus sit, & nihil habeat imperfectionis: spiritus autem imperfectus, quippe qui nihil habeat ex seipso: sed quicquid habet, participatione habeat: quod liquide saluator in euangeliis dicit, Non enim, inquit, loquetur à seipso, sed loquetur quæ audiet. Certe si spiritus perfectionem haberet, loqueretur etiam à seipso, nec admonitione alterius semper egeret. Solutio. Non iniuria mirabitur aliquis tantam esse hæreticorum vel superbiam vel amentiam. Quibus enim doceri possunt, deum esse spiritum sanctum & fructum (vt ita dicam) diuinæ essentiæ, quoniam in ipsa est, & ex ipsa inseparabiliter prouenit, & eiusdem substantiæ cum patre & filio, & in propria hypostasi, illis ipsis magis turbari videntur: sed peccatis (vt scribitur) propriis oppressi, rectam discipulorum Christi viam agere non possunt. Non enim hęc saluator de spiritu sancto dicit, vt imperfectionẽ eius ostendat: sed vt auditores intelligant se non aliud audituros à spiritu sancto, quàm quod ipse velit. Id autem eiusdem substantiæ spiritum & filium probat. Mens enim filij spiritus est, secundum Paulum: Nos autem mentem Christi habemus, inquit. Non ergo potest spiritus alia loqui, quàm ille cuius mẽs est. Nihil ergo ex seipso locuturum spiritum dixit. quasi diceret: ego ipse rursum locuturus vobis sum, quemadmodũ si humana mens de prodeunte ab ipsa sermone diceret: nihil loquetur à seipso, sed loquetur quæ audiet. Nõ enim propter hoc sermonem hominis qui prius in mente vnde prodit formatur, & ea quæ mentis sunt accipit, imperfectum aliquis dicet, imò naturalem coniunctionem sermonis cum mente videbit: quoniam quæ in mente sunt, ea ipsa in sermone sunt. Huiusmodi aliquid de spiritu quoque sancto intelligere oportet. nam quum mens Christi sit, omnia quę Christi sunt discipulis loquitur. Nõ enim ex propria voluntate, aut aliena à voluntate eius, in quo & ex quo est, loquitur: sed veluti ex substantia eius naturaliter prodiens, totam ipsius voluntatem operationémque habet. Quod autem ex substantia patris & filij spiritus sanctus sit, beatus quoque Moses ostendit. Formato enim ex terra homine, sufflasse in faciem ipsius deum ait spiritum vitæ, & factum esse hominem in animam viuam. Spiritum autem ita per sufflationem homini datum, non dicimus animã esse hominis: esset enim immutabilis, tãquam ex diuina progressa essentia. Sed spiritus sancti participationem, animæ hominis impositã credimus: creaturarum enim per spiritum perfectio est. Hinc ad imaginẽ dei hominem factum asserimus, quoniã participatione spiritus sancti ad deum formatus fuit. Sed quem spiritum Moses per sufflationẽ datum homini asseruit, hunc Christus denuo post resurrectionem in nobis renouans, insufflauit discipulis suis, dicens: Accipite spiritum sanctum, vt reformati ad pristinã imaginem, creatori conformaremur per participationem spiritus sancti. Quoniam igitur spiritus sanctus nobis datus conformes nos deo efficit, & quoniam ex patre per filium prodit, patet quod diuinæ substantiæ est, in ipsa substantialiter, & ex ipsa prodiẽs: sicut & spiritus qui ex humano prodit ore, quamuis parua & indigna similitudo videatur: omnia enim deus excedit. Vtilem sanè Paulus doctrinam ecclesiis tradit, præcipiens singulis quomodo apparere deo debeãt. Vir, inquit, non debet caput velare, imago enim & gloria dei est. Mulierem autem in eodem loco viri gloriam asserit esse. Quærendum igitur vtrunque est, & primo quomodo vir imago & gloria dei sit. Sic igitur appellari virum putamus, quoniam spiritus sancti particeps factus est, hoc est, ipsius diuinæ naturæ, & ita gloria etiam dei fuit repletus. Quia igitur spiritum dei habet in seipso, & participatione ipsius in similitudinem eius formatus est, ideo imago dei, & gloria vocatur: quod etiam inde apparet, quia & mulier gloria viri esse dicitur, quoniam ex substantia eius facta est. Cepit enim deus, inquit, vnam de costis viri, & fecit ex ea mulierem. Sicut igitur mulier gloria viri dicitur, quia ex parte membrorum viri facta est: sic & vir gloria dei dicitur, quoniam particeps dei est per habitantem in eo spiritum. Non est igitur creatura spiritus, sed deus verus simul cum patre & filio adoratus. Insuper, adiit quidam dominum nostrum Iesum Christum, & dixit ei: Magister bone. Cui Christus respondit: Quid me dicis bonum? Nullus bonus nisi vnus deus. Et Christus quidem hic vnum verè & essentialiter bonum ait, quod est Deus. Psalmista verò, Spiritus, inquit, tuus bonus deducet me in terram rectam. Si ergo bonus non est aliquis præter Deum, spiritus autem sanctus bonus est, quis ambiget ipsum Deum esse verum, qui à scriptura bonus appellatur? Et Paulus: Notum, inquit, facio vobis, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Quare patet neminem scire Iesum dominum esse, nisi qui participat spiritu sancto: & neminem ignorare Iesum non dominum esse, nisi qui participat spiritu sancto. Sed quomodo, qui particeps est spiritus sancti, cognoscit quod Iesus dominus est? Non aliter certe, quàm qui mel gustarunt. Isti enim quum gustarint, ex qualitate propria ipsius sciuerunt, quia mel dulce est: sic & spiritus sancti particeps, Iesum cognoscit Dominum esse. Ex substantia igitur filij, spiritus sanctus est, & quasi (vt ita dicam) Dei ipsius qualitas, ex ipso est. Deus igitur est, & non creatura. Ad hæc, gratiarum distributionem Paulus spiritus sancti operationi attribuit dicens: Alij per spiritum sermonem sapientiæ dari, alij fidem in eodem spiritu, alij operationes virtutum, alij prophetiam, alij discretiones spirituũ, alij genera linguarum, alij interpretationé sermonum. Hæc autẽ omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens

Ioan.16. *Prouer.5.* *1.Cor.2.* *Gene.2.* *Matth.19.* *Psal.42.* *1.Cor.12.* *Ioan.20.* *1.Cor.12.* *1.Cont.*

tus diuidens vnicuique sicuti vult. Ita quum sciret spiritum sanctum Deum esse, in eadem epistola scribit, quod Deus constituit in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, & tertio magistros, postea virtutes, deinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Quis ergo mentis cõpos potest ambigere, Deum esse verum spiritum sanctum? Ecce enim apertissimè Paulus genera linguarum à spiritu sancto diuidi, quibus vult ait: deinde Deum asserit eum, qui huiusmodi gratias in ecclesia distribuit. Quare si autoritatem Pauli suis cauillationibus præferrent, spiritum sanctum sicut Deum cum patre & filio adorarent. Insuper, leges mulieribus distribuens Paulus: Mulier, inquit, quanto tempore viuit vir eius, ligata est: si autem mortuus vir fuerit, libera est nubere cui velit, solum in Domino. Beatior autem erit, si sic manebit secundum sententiam meam. Videor autem ego spiritum Dei habere. Quid igitur à nobis colligitur? Hoc certè soli Deo congruit huiusmodi leges ferre. Paulus verò has leges scribit, sicut spiritum Dei habens. Deus ergo spiritus sanctus est, qui in Paulo erat, & leges per ipsum dictitabat. Ipse etiam Paulus alibi inquit. Nos vobis annunciamus spiritalia Dei esse: quæ spiritalia ideo Paulus appellauit, quia spiritum sanctum Deum esse non ignorabat. Saluator itidem in euangeliis veritatem seipsum appellat: deinde ostendens spiritum sanctum ex substantia patris & filij esse: Spiritum, inquit, veritatis, qui à patre procedit: In epistola verò Ioannes euangelista, Spiritus, inquit, ipsa veritas est. Quomodo ergo spiritus sanctus, qui à patre procedit, qui spiritus veritatis est, & ita vt sicut filius veritas est, sic & ipse veritas sit, creatura erit? Impossibile certe id est, dictúque stultissimum. Deus igitur spiritus sanctus est, & verè veritas, qui ex patre procedit. Adhæc, Ioannes euangelista verbum Dei lucem ait esse veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Paulus verò ipsum spiritum sanctum illuminare asserit corda nostra, ad illuminationem cognitionis gloriæ dei in facie Christi. Si ergo dei verbum lux vera est, quæ illuminat omnem hominem, illuminet autem etiam spiritus sanctus, necesse est vt vnum & idem essentialiter filius & spiritus sint. Ita enim filius per spiritum sanctum omnem hominem illuminat, quasi quendam radium naturæ suæ protẽdens ipsam illuminationem spiritus sancti. Sed insultant nobis hæretici, moliuntúrque veritatem ipsam subuertere. Sanctorum, inquiunt, animos vngi à deo spiritu sancto dicitis, quia spiritus quasi vnguentum vobis erit, quomodo igitur erit consubstãtialis Deo? Nónne videtis etiam apud nos, aliud esse natura quod vngit, aliud quo vngitur? Solutio. O temulentos omni amentia homines, & turpissima fatuitate refertos: in Theologia enim omnia quæ dicũtur de deo, accipiunt tanquam si de corporibus dicerent. Dimittant quæso corporum proprietates, & quæ de deo verbis dicuntur hominum (nec enim aliter loqui possumus) non aliter intelligant, quàm diuinam decet naturam. Nam si nos quoque istorum amentiam sequeremur, & carnalia, nõ spiritalia saperemus: quid prohiberet dicere, quoniam Deus spiritu sancto nos vngit, non solum aliud natura esse spiritum sanctum, aliud deum, verum etiam compositionem esse in spiritu sancto, quoniam loco vnguẽti ipso perungimur? Vnguentum enim ex multis atq; variis compositum est. Adhæc, irrationalis creatura vnguentum est. Quoniam ergo spiritu sancto perungimur, erit etiam spiritus sanctus irrationalis creatura. Sed hæc talia atque impia, in capita hæreticorum conuertãtur, nos autem respondeamus: Si non esset consubstantialis spiritus Deo, qui ipso perungit sanctos suos, quomodo spiritu sancto habitante in nobis, ipse filius Dei, qui est patri consubstantialis, etiam in nobis habitare dicitur? Quod sciens Paulus dicit: Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ confortari virtute per spiritum suum in interiori homine, & habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Quoniam ergo per spiritum sanctum in interiori homine Christus habitat, non potest spiritus sanctus alterius esse naturæ, quàm sit ille qui habitat in sanctis viris per ipsum. Insuper extremè puniri lex Mosaica iussit eos, qui blaphemia vsi sunt. Vnde filius Ægyptiæ in eremo lapidibus à tota multitudine iussu Dei oppressus fuit. Sed non minus ipse quoque dominus noster Iesus Christus eundem naturæ deitatis seruans honorem, dimitti peccatum dixit in filium hominis blasphemantibus: blasphemantibus autem in spiritum sanctum nec in hoc seculo dimitti, nec in futuro. Sed si creatura esset spiritus sanctus, & non verus Deus vnà cum patre ac filio, quomodo blasphemia in ipsum sic puniretur, sicut blasphemia in Deum verum? Ex Deo igitur, & in Deo spiritus sanctus est, & Deus ipse quoque verus: aliter enim non vt Deus à scripturis honoraretur. Præterea, qui natus est ex spiritu, spiritus est, saluator ait. Hic autem nec ex sanguinibus, nec ex voluntate viri aut mulieris, sed ex Deo natus est. Spiritus sanctus ergo Deus est secundum naturam, quoniam ipse homines regenerat ad vnitatem Dei. Nam quum habitat in ipsis, naturæ suæ eos participes facit. Quare si deos participatione sui per gratiam fideles facit: ex igitur Deo ipso naturaliter erit, cuius largitor est filius. Per ipsum enim renouat creaturas ad ipsum. Et sicut luminis illuminatio opus est, sic & spiritus sancti opus est, in deos per gratiam reformare participes suos: quod facere non posset, nisi ipse Deus natura esset.

1.Cor.7. *1.Cor.2.* *Ioan.14.* *Ioan.15.* *1.Ioan.5.* *Ioan.1.* *2.Cor.4.* *Obiectio hæreticorum.* *Ephes.3.* *Leuit.24.* *Matt.12.* *Ioan.3. et 1.*

Quod spiritus non participatione Dei patris sanctus est, sed natura: quia essentialiter ex ipso est.

CAP. IIII.

SAnctificare, inquiunt, spiritum sanctum etiam ipsi cõfitemur, sed non quia ipse per seipsum sanctus sit: sed quemadmodum vasculum quodpiam, ex ferro (verbi gratia) vel auro, vel ex quacunque materia velis, quum participatione ignitum fuerit, ignis ipsius opera facit: sic & spiritus sanctus quum sanctitate Dei participatione refertus fuerit, creaturas ipse sanctificat. Cuius rei saluator ipse testimonium perhibet, dicens de spiritu: Quia ex meo accipiet. Solutio. Vndique argumentum hoc suum impietate refertum probabitur. Non enim intelligere scripturas, sed peruertere conari videntur. Nam verba etiam quædam saluatoris ad comprobandam falsitatem proferunt, neque sensum textus exponentes, & multa consequentia, antecedentiáque consulto prætereuntes, vt ad sententiam suã euangelij verba doloſe accommodent. Non enim, inquit saluator, ex meo accipiet & sanctificabit vos, quamuis etiam sic rectè intelligentibus pia veritas pateret: sed de meo, inquit, accipiet, & annunciabit vobis: Non, enim inquit, loquetur à seipso, sed quæcunque audiet loquetur. Nam quoniam carnis dispensatione iam ferè absoluta, ascensurus erat ad patrem, & paracletum missurus, ne quis suspicaretur alienam fortassis doctrinam spiritus sancti à sua fore, vt ostenderet suum esse spiritum sanctum, ac ideò non alia verba locuturum, quàm ipse vellet, & eandem voluntatem ac vnam doctrinam suam, & spiritus ostenderet: Non loquetur, inquit, à seipso, sed quæcunque audiet loquetur, quia ex meo accipiet. Simile enim penè est, si in quo que de dulcedine sua (quæ qualitas sibi naturaliter inest) diceret, nihil sui dulcedo mea dabit à seipsa gustantibus, sed de meo accipiet, Naturaliter enim substantiarum qualitas atque inseparabiliter prodit ex ipsis: vt verbi gratia, dulcedo ex melle, calor ex igni, frigiditas ex aqua. Sicut igitur istæ qualitates non dicuntur participare substantias in quibus sunt, sed naturaliter in eis esse, & ex eis prodire: sic de spiritu quoque sancto intelligendum est. Præterea, quicquid per participationem sanctitatis receptaculum est, in propria natura constitutum prius intelligitur: vt verbi gratia, homo, angelus, aut aliqua alia rationalis natura. Dicant ergo nobis isti, qui per participationem Dei patris non naturaliter sanctũ esse spiritum sanctũ contendunt, quidnam aliud est ipse spiritus sanctus per se? Sed nihil aliud, quàm sanctũ esse à scripturis didicimus. Nõ ergo per participationem, neq; per compositionem sanctus est: sed substantia est per seipsam, & naturaliter sanctificatiua, ex deo prodiens, sicut dulcedo ex melle, aut sicut ex flore odor. Adhæc, quod per participationẽ alicui datur, auferri etiã ab eo potest. Sola enim quæ naturaliter insunt, inseparabilia sunt. Si ergo, quasi accidens, spiritui sancto sanctificatio accessit, poterit secundum ipsos ipsa sanctitate spiritus sanctus priuari: quod impium omnino est. Non igitur participatione sanctitatis sanctus est spiritus, sed quia ex deo naturaliter est. Accedit, quod scriptura spiritum dei, sanctum semper appellat. Vnde ostenditur, non accidens aliquod, sed ipsam essentiam spiritus sancti significari. Sanctus enim spiritus dicitur, quia sanctus essentialiter est. Naturalis enim & viua, & subsistens Dei operatio est, quæ creaturas per

Obiectio hæreticorum.

ſuam participationem ſanctificãdo perficit. Poſtremo omnium rerum nomina aut ſubſtantias ipſas, aut operationem vel miniſterium ſignificant. Vt ſi hominem dixeris ſubſtantiam, hoc eſt ipſum hominem ſignificaſti. Prophetam autem, aut apoſtolum ſi appellaueris, miniſterium homini datum expreſſiſti. Si ergo ſpiritus ſanctus per participationem ſanctus eſt, erit ſanctitatis nomen miniſterij ſui, non ſubſtantiæ ſignificatiuum. Quare ſi non erit ſecundum eſſentiam ſanctus, neceſſe eſt aliud aliquid ipſum ſpiritum eſſe, & ſanctificandi proprietatem extrinſecus ſibi adiectam à Deo: & ita erit imperfectus eſſentialiter, quum Dei ſanctificatione indigeat. Quomodo igitur ipſe ſi imperfectus eſt, omnes perficit creaturas? Aut quomodo ſi participatione ſanctus eſt, non ſolum homines, verumetiam angelos, archangelos, Poteſtates, Dominationes, Principatus, cæteráſque cœlorum virtutes ipſe ſanctificat: Quomodo autem à patre ipſe ſanctificatione repletur? Quia videlicet dicunt, virtus & operatio ſanctificans, à patre in ſpiritum tranſit. Sed quid opus eſt ô vos, qualitates & accidentia in Deo fingere? Ipſam enim ſanctificandi virtutem, quæ ex patre naturaliter prodit, & creaturas ſanctificat atque perficit, ſpiritum ſanctum appellamus. Non enim per medium aliquod creaturæ perficiuntur aut ſanctificantur: ſed ipſe Deus pro miſericordia ſua ad minima vſque peruenit, & perficit atque ſanctificat omnia per propriũ ſpiritum. Omnia enim ex patre per filium in ſpiritu ſancto facta ſunt. Adhæc, lex, inquit, per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Magnum quid, imò immenſum inter Moſi & mediatoris domini noſtri Ieſu Heb.7. Chriſti miniſterium intereſſe videtur. Neceſſe enim eſt Moſi legem imperfectam, & quaſi mancam concedere. Nihil enim ſecundum Paulum perfecit. At verò ſaluatoris gratia, vera & perfecta eſſe ſcribitur. Quæ igitur hæc gratia eſt non alia certe quàm ſancti ſpiritus in cordibus noſtris facta infuſio. Hæc quomodo vera erit, ſi per creaturam nobis miniſtrata eſt, ſicut lex per angelos fuit? Si enim ſpiritus ſanctus nõ eſt natura ſanctus, ſed per participationem deitatis ſanctitate repletur, & datam ſibi gratiam nobis infudit, perſpicuum erit per creaturam nobis ſanctificationem infundi. Quæ igitur differentia erit inter legem per angelos miniſtratam, & gratiam ſaluatoris? Nulla profecto, aut parua, ſecundum iſtos. Euangelium autem immenſam eſſe prædicat. Gratia enim, inquit, & veritas per ſaluatorem facta eſt: gratia verò effuſio ſancti ſpiritus in cordibus noſtris eſt. Ipſe igitur ſpiritus ſanctus eſſentialiter vt Deus verus, ſanctus eſt, & non participatione ſicuti creatura.

Theſauri Cyrilli, libri decimi tertij finis.

EIVSDEM LIBER DECIMVS QVARTVS, *continens autoritates ſcripturæ, quod ſpiritus ſanctus natura Deus eſt, & non creatura.*

Ex epiſtola eiuſdem Pauli ad Romanos.

CAPVT I.

Rom. 1. AD Romanos ſcribens Paulus de ſaluatore noſtro, prædeſtinato, ait, filio Dei in virtute, per ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione de mortuis Ieſu Chriſti Domini noſtri. Sit ergo, quoniã ex mortuis Chriſtus reſurrexit, & viuificatiua ſpiritus ſancti virtute vincula mortis ſoluit, idcirco filius Dei verus cognoſcitur: non erit profectò creatura ille, per quem diuina hæc virtus oſtenditur, hoc eſt ſpiritus ſanctus. Nam ſi creatura eſſet ſpiritus ſanctus, per quem Rom.1. reſurrectio Chriſti facta eſt, videretur filius Dei creaturæ auxilio indigere, & non potius ſpiritu ſancto, tanquam ſua vſus virtute. Idem Paulus: Deſidero, inquit, videre vos, vt tradam vobis aliquam gratiam ſpiritalem ad confirmandos vos. Si ſpiritus ſanctus per ſuam gratiam eos confirmat quos vult: non ambiget vllus, qui recte voluerit intelligere, non eſſe ipſum inter creaturas, neque inter ſeruos collocandum. Scriptum eſt enim: Confirmat iuſtos Dominus. Si ergo Dominus confirmat ſecundum Pſalmiſtam, ſpiritus autem ſanctus eſt, qui ſua gratia confirmat, Dominus certe ſpiritus ſanctus eſt, non ſeruus: omnis autem creatura naturaliter ſerua eſt. Non eſt igitur ſpiritus ſanctus creatura, ſed Deus verus. Inſuper, quanta miſericordia vſus erga nos Deus pater ſit, Paulus docet, dicẽs: Quod charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum Rom.5. qui datus eſt nobis. Sed ipſe Deus amor & charitas eſt, ſecundum Ioannem. Nec aliud eſt ipſe Deus, aliud charitas & amor 1.Ioan.4. qui in eo ſit: ſimpliciſſimus enim atq; incompoſitus eſt, qui effuſus eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis. Deus ergo ſpiritus ſanctus eſt, qui quum habitat in nobis, ipſa charitas Dei, hoc eſt ipſe Deus in nobis habitat. Exit enim ab ipſa ſubſtantia Dei, & intelligitur eſſe ex patre: in propria tamen ſubſtantia, & per filium creaturis donatur. Scimus, ait deinde Paulus, quia lex ſpiritalis eſt. Et poſt pauca, Rom.7. Condelector, inquit, legi Dei ſecundum interiorem hominem. & rurſum: Lex enim, inquit, ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Ecce quum legem primo ſpiritalem nominaſſet, legem videlicet ſpiritus ſancti, ſtatim ipſam Dei quoque legem appellat: Deus igitur ſpiritus ſanctus ſecun- F dum Paulum eſt. Sed apertius Deum eſſe clamat, dicens legem ſpiritus vitæ. Non enim ſolum leges ferre ſpiritus ſanctus dicitur, ſed ſpiritus etiam vitæ ſcribitur. Sed quænam porrò vita eſt? Ipſe profectò Chriſtus qui dicit: Ego ſum veritas & vita. Quum igitur Chriſtus leges ferat & ſtatuat, ſpiritus quoque Ioan.14. ſanctus, qui in ipſo, & ex ipſo naturaliter eſt, eaſdem leges ſancit. Præterea quum motus carnis Paulus improbaret, oſtendéréque vellet quantum voluntati ſpiritus repugnent: Caro, inquit, aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim Rom.7. inter ſe opponuntur. Deinde poſt pauca infert: Ego igitur ipſe mente quidem ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. Ita legem quidem peccati, carnis ad varias voluptates motus appellauit: Dei autem legem, ſpiritus voluntatem dixit. Quare perſpicuum eſt, quia ſpiritus ſanctus Deus verus eſt, qui ſecundum voluntatem ſuam leges nobis imponit. Non enim ignoremus nulli conuenire, vt ſua poteſtate leges ponat, niſi ſoli Deo. Vanitati, deinde ait, creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed Rom.8. propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. Quare ſi creatura ſpiritus quoque ſanctus ſit, ſecundum iſtos: neceſſe erit confiteri ipſum quoque vanitati ſubiectum eſſe, & congemiſcere, doloréſque partus nobiſcum pati: & eſſe modo in ſeruiture, libertatémque vix habiturum in redemptione gloriæ filiorum Dei. Sed contra hæc omnia Paulus clamat: Non enim, inquit, accepiſtis ſpi- Rom.8. ritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adop- Gal.4. tionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Non eſt igitur ſeruus ſpiritus ſanctus, ſed liberator omnium, in quibus habitat, quos etiam reformat in libertatem & adoptionem filiorum dei per participationem ſui. Deus igitur verus eſt, & non creatura. Congemiſcere autem Paulus creaturam dixit, deinde addidit: Nõ ſolum autem, ſed etiam ipſi nos, qui primitias ſpiritus habemus. Quid igitur eſt quod dicere volo? Primitiæ, rei alicuius primitiæ ſunt: vt verbi gratia, Vini primitiæ, vinũ eſt: tritici, triticum: & hordei, hordeum. In futuro autem ſeculo, perfectiſſimam habituri ſunt ſancti viri participationem deitatis, quantum fieri poterit in ſingulis. Cuius participationis primitiæ ſpiritus ſanctus eſt, quia ſanctis à filio etiam in hac vita donatur. Quare neceſſe eſt, quoniam primitiarum participationis dei futuræ loco, nunc ſpiritus ſanctus datur. Deum ipſum eſſe, & non creaturam. Deus igitur eſt, & ex Deo & in deo naturaliter. Idem etiam Paulus ad eoſdem Romanos ſcribens, Rom.12. ait: Dico enim per gratiam, quæ mihi data eſt, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Et idem rurſus ſancti ſpiritus poteſtati gratiarum diſtributio- 1.Cor.12. nem attribuit, dicens: Alij enim Deus dat ſpiritum ſapientiæ, alij fidem, multíſque gratiarum generibus enumeratis, addit: Et hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens vnicuique ſicuti vult. Si ergo ad cæteras gratias, fidei etiam gratiam ſpiritus ſanctus largitur, & menſuram vnicuique quantã vult, determinat: quomodo non erit impium, non ex Deo eſſe ipſum dicere, ſed creaturis cõnumerare? Poſtremum, de actis per ſeipſum in vtilitatem gentium à ſaluatore rebus gloriatur Paulus, ſcribens: Gloriari habeo in Chriſto Ieſu. Nec enim audeo Rom.15. quicquã loqui eorũ, quæ non perfecit Chriſtus per me, in obedientiam

dientiam gentium verbo & opere, in virtute ſignorum & prodigiorũ, in virtute ſpiritus ſancti. Si ergo prodigia & ſigna per A Paulum Chriſtus operatur in virtute ſpiritus ſancti, naturalis quædam virtus & viuens, & (vt ita dicam) qualitas deitatis filij, ſpiritus ſanctus eſt. Quomodo ergo erit creatura, qui naturaliter in deo, & ex deo eſt? aut quomodo tota filij naturalis virtus inter creaturas non impiè collocatur?

De eodem, ex epiſtola prima ad Corinthios.

CAPVT II.

1.Cor.2. NOn indigere prædicationem euangelicam vi orationis & eloquentia, Paulus docens, dicit ad Corinthios: Et ego in infirmitate & timore tremoréque multo fui apud vos: & ſermo meus, & prædicatio mea non fuit in perſuaſione ſapientiæ humanæ, ſed in demonſtratione ſpiritus & virtutis, vt fides veſtra non eſſet in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Vide quomodo demonſtrationem ſpiritus, hoc eſt, operationem ipſius ſpiritus ſancti, virtuté ait eſſe dei. Ex ipſo enim, & in B ipſo naturaliter ſpiritus ſanctus eſt, quo vniuerſa perficiuntur: quomodo ergo erit creatura ſi deus in ipſo naturaliter, quantũ 1.Cor.6. nobis poſſibile eſt, & quaſi in ſpecie & ænigmatè cognoſcitur? Præterea, nullum de turpiter viuentibus cœlorum regnum poſſe adipiſci Paulus docens: enumeratíſque fornicatoribus & rapacibus, ſtatim infert: Et hæc quidem aliquando fuiſtis, & abluti eſtis, ſed ſanctificati & iuſtificati in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri. Si ergo ſoli Deo conceditur poſſe peccata dimittere, dimittit autem etiam ſpiritus Ibid. ſanctus: quia iuſtificat quos vult, & ſanctificat eos, in quibus habitat: deus profectò verus eſt, quoniam dei veri habet in ſeipſo naturaliter operationẽ. Inſuper, An neſcitis, inquit, quod qui coniungitur cum ſcorto, vnum corpus ſit? qui verò cũ domino coniungitur, vnus ſpiritus eſt. Coniungimur autem per fidem & gratiam cum ſpiritu ſancto. Dominus ergo ſpiritus ſanctus eſt: quare deus etiã verus. Participatione nanq; ipſius participes dei efficimur: & cũ ipſo coniuncti, deo cõiungimur. Non eſt igitur creatura. Ad hæc, An ignoratis, inquit, quod veſtra mẽbra templũ ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis à deo? Si mẽbra noſtra tẽplum ſunt ſancti ſpiritus habitãC tis in nobis: templum autẽ, Dei domus eſt, quomodo non erit deus, ſed creatura ſpiritus ſanctus? Nulla enim creatura, vt deus 1.Cor.13. in tẽplo dicitur habitare. Proprium enim id cũ multis aliis, dei veri eſt. Poſtremo, Qui loquitur linguis, inquit, non hominibus loquitur, ſed deo: ſpiritu autem loquitur myſteria. Si ergo qui ſpiritu loquitur, deo loquitur, deus profectò ſpiritus ſanctus eſt.

De eodem, ex epiſtola ſecunda ad Corinthios.

CAPVT III.

2.Cor.5. REſurrectionis mortuorum veriſſimum dogma introducẽs Paulus, ait: Quod nos qui ſumus in tabernaculo hoc, ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari: ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt à vita: qui autem effecit nos in hoc ipſum, deus eſt, qui dedit nobis arram ſpiritus. Arram vitæ ſpiritum ſanctũ appellat, quia vita naturaliter eſt. D Spiritus enim, inquit, viuificat. Nihil autem naturaliter vita eſt, niſi ſolus deus. Pater enim vita eſt, & verbum ſuum ſimiliter. Sicut enim pater habet vitam in ſeipſo, ſic dedit & filio vitam Ioan.9. habere in ſeipſo. & rurſus: Sicut enim pater quos vult viuificat Ioan.5. ſic & filius quos vult viuificat. Si ergo quum pater & filius viuificet, ſpirituſſanctus etiam viuificat: quomodo non erit conſubſtãtialis patri & filio ſpirituſſanctus, qui ſimiliter vita eſſentialiter eſt? Nam ſi creatura ſit, ſecundum hæreticorum amentiam, & tamen non aliter quam pater & filius viuificat quos vult: quid magni erit in Deo, quũ dicitur viuificare? Aut quare ſcriptura de ipſo dicit: Viuo ego, dicit dominus? Rurſus ſi Eph.4.18. ſpirituſſanctus, quamuis ſit creatura, ipſe etiam vita eſt, quomodo eadem erit operatio creatoris & creaturæ? aut quomodo ex diuerſiſſimis naturis, creatoris dico & creaturæ, æqualis, imò eadem profluet virtus? Eadem enim virtus, & eadem operatio vnitatem ſubſtantiæ atque naturæ arguit. Neceſſariò igitur ô vos, aut creatricem naturam in creaturarũ naturam indigne deducitis, aut creaturæ deo conuenientem dignitatem accommodatis, & confunditis inter ſe, atque permiſcetis illa, quæ permiſceri ſecundum naturam non poſſunt. Si ergo nihil eſſe poteſt eſſentialiter in creatura, quod in Deo eſſentialiter eſt: eſt autem in ſpiritu ſancto vita eſſentialiter: viuificat enim nõ aliter quam pater & filius: quomodo erit creatura ſpiritus ſanctus, qui naturaliter habet in ſe proprietatem diuinæ ſubſtantiæ, quę eſt viuificare? Quare ex deo ſpirituſſanctus, verè eſt, & deus ipſe verus eſt, & non creatura, vt multi prædicare audent, qui temerariè bellũ veritati indixerũt. Rurſum Paulus: Si quis, inquit, cũ ipſo noua creatura vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua: Chriſtus ergo eſt qui nos renouat 1.Cor.5. atque in vitam nouã tranſponit. Sed ſpirituſſanctus etiã renouare ſcribitur, ſicut in pſalmis ad deũ canitur: Emitte ſpiritum tuũ, & creabuntur, & renouabis faciẽ terræ. Quare neceſſe eſt Pſal.103. concedere ſpiritũ ſanctum conſubſtantialẽ filio eſſe: nam quia ex ipſo naturaliter eſt, ab ipſo etiã ad creaturas miſſus, renouationem facit. ſanctæ nanque trinitatis ipſe cõplementum eſt. Deus ergo, & de Deo eſt, & non creatura. Præterea in eadem epiſtola Paulus: Suauiſſimè, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Spiritus certè ſanctus 1.Cor.12. eſt, qui habitat in nobis, & per ipſum Chriſtus: quare Chriſti virtus ſpirituſſanctus eſt. Quomodo igitur erit creatura, qui filio dei naturaliter ineſt? Niſi forſan velint dicere, verbũ dei ex creatura, & increata natura, hoc eſt ſua, cõpoſitũ eſſe. Sed hoc impium, longeq; alienũ à veritate eſt. Non eſt igitur creatura ſpirituſſanctus, ſed ex incõprehenſibili diuina eſſentia, vt virtus eius, naturaliter emanat. Adhæc ſubiungit Apoſtolus: voſipſos tentate ſi eſtis in fide, voſipſos probate: an nõ cognoſcitis voſipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi forte reprobi eſtis: 1.Cor.13. ſpero autem, quod cognoſcetis, quia nos non ſumus reprobi. Perſpicuũ eſt, quia ſpirituſſanctus in probis habitat: ac ſpiritu ſancto habitante in probis, Chriſtus eſt qui in eiſdem habitat. Quare neceſſe eſt dicere ſpiritũ ſanctum diuinæ ſubſtãtiæ eſſe, cuius fiunt participes omnes, qui ipſo participant. Nemo enim non inſanus dicet, participationem dei per creaturam in nobis fieri. Nihil enim longius diſtare poteſt, quàm creatura à creatore. Vnde fit, vt nullo modo per creaturam poſſit creatoris participatio in nobis fieri. Poſtremo dicit Paulus: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei patris, & communicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis. Ecce rurſum hic completiuus ſanctæ trinitatis ſpirituſſanctus oſtenditur. Quomodo autẽ ſimplex deus erit, ſi ſpirituſſanctus, qui in ipſo eſt, creatura ſit, & aliud ab eo? Sed deus vnus atque ſimpliciſſimus, & ab eo omni compoſitione remotiſſimus eſt, ita vt vnum ſimpliciſſimum ſit, & nihil aliud ab eo in eo ſit: quas ob res ſpiritus eius, qui ex ipſo & in ipſo naturaliter eſt, quaſi fructus eius, nõ ad extra productus eſt: neque à nihilo hoc factus eſt quod eſt, ſecundum hæreticorum furorem.

De eodem, ex epiſtola Pauli ad Galatas & Epheſios.

CAP. IIII.

FIlioli, quos iterum parturio, quouſque Chriſtus formetur in vobis. Chriſtus in nobis per ſolum ſpiritũ ſanctum formatur, & lineamenta (vt ita dicam) ſua per ſpiritum ſanctum Gal.4. in nobis imprimit, ad deitatisque pulchritudinem naturam noſtram per ſpiritum ſanctum renouat. Deus ergo ſpirituſſanctus eſt, ſicut & ille qui formatur in nobis per ipſum. Non ergo ad extra productus ſpirituſſanctus eſt, ſed ipſius ſubſtantiæ filij proprius. Præterea ibidem Paulus: Fratres, ſpiritu, inquit, Gal.3. ambulate, & deſideria carnis non perficietis: caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcũque vultis, illa faciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Si per voluntatem ſpirituſſancti in deuotionem, & rectè viuendum conuerſi, ad libertatem à ſeruitute legis vocamus: Deus profectò ſpiritus ſanctus eſt, qui poteſt nos liberare. Dignitas enim hæc, & poteſtas liberationis huiuſmodi, deo ſoli attribuitur: quod patet, quia nullus poteſt præter deũ peccata dimittere. ſed

saluator etiam id verbis suis affirmat, dicens: Nisi filius vos liberauerit, serui estis. Nulla igitur creatura hoc facere potest? filius autem vt hæres & Deus de deo, potest. Sed potest etiam spiritussanctus, vt ex proposito textu Pauli perspicuum est.
Marc. 2. Ioan. 8.

Quomodo igitur non erit eiusdem cum filio substantiæ spiritussanctus, qui eadem voluntate & potestate cuncta gerere potest, quæ filius? Magna ergo impietas est, filij spiritum alienum ab essentia sua putare. Idem Paulus de saluatore nostro Iesu Christo verba faciens, ad Ephesios scribit: In quo & vos quum audieritis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ in quo etiam credentes signati estis spiritu repromissionis sancto, qui est arra hæreditatis nostræ. Si spiritu sancto signati, ad deum reformamur: quomodo erit creatura spiritussanctus, per quem essentiæ diuinæ character nobis imprimitur, quo susceptо, ipsius increatæ naturæ signa in nobis imprimuntur. Non enim pictoris more diuinam essentiam spiritussanctus in nobis depingit, neque nos ad similitudinem Dei hoc modo ducit, vt possit dici aliud esse quàm Deus: sed quum ipse deus verus de deo vero sit quasi quoddam sigillũ in cordibus suscipientiũ, sicut in cera inuisibiliter imprimit: & sic cõmunicatione ac similitudine sua in pristinã pulchritudinem naturam nostram depingit, & ad imaginem Dei rursus hominem renouat: quomodo ergo spiritus sanctus erit creatura, per quem natura nostra reformatur ad deum, per participationem ipsius spiritussancti? Idem Paulus de saluatoris aduentu disserens, ait: Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe, & pacem nobis qui propè, quia per ipsum habemus adductionem vtrique in vno spiritu ad patrem. Si quum spiritum Christi susceperimus, per ipsum ad Deum patrem adducimur, & participes diuinæ naturæ inuenimur: quomodo erit creatura spiritussanctus, per quem filio & patri cõiungimur? Rursum eodem loco: Ergo, inquit, iam non estis hospites & aduenæ, sed estis cives sanctorum & domestici dei, in fundamento apostolorũ & prophetarum superædificati ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino: in quo & vos ædificamini in templum sanctum, in habitaculum dei in spiritu sancto. Templum sanctum per spiritum sanctum efficimur: per ipsum enim deus in nobis habitat. quomodo igitur non est impium, inter creaturas spiritum collocare, qui ex diuina profluit natura, & vt deus in nobis habitat? Adhæc Paulus ad Ephesios scribens: Mihi, ait, omnium sanctorum minima data est gratia hæc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi & illuminare quæ sit dispensatio mysterij occulti à seculis in deo qui omnia creauit. Dixit autẽ sic paulo antea: Sicut scripsi vobis paucis, ad quod potestis legẽtes intelligere intellectũ meũ in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est cognitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius, & prophetis in spiritu. Si ergo verè clamat propheta ille: Quis cognouit mentem Domini? perspicuũ est à nulla creatura diuinum sciti consilium, nec solum homines id ignorare (quod omnes, vt arbitror concedunt) verum etiam omnes cœlorum virtutes.
Ephes. 1. Ephes. 2. Ibidem. Ephes. 3. Esa. 40. Sap. 9. Rom. 11.

Angelus enim apud prophetam Zachariam orans dicit: Domine omnipotens, quo vsque non miseberis Hierusalem & ciuitatibus Iudæ? Non enim interrogaret, si sciret. Nulla igitur creatura diuinũ consilium scit: spiritus autẽ sanctus illud optimè nouit, quin ipsa etiã profunda dei scrutatur, & occulta in ipso Deo sanctis viris reuelat, manifestaq; facit quãdo vult & quibus vult. Quomodo igitur pie negari poterit esse consubstantialis deo? aut quomodo dici poterit non esse Deus de deo? qui in ipso deo naturaliter est sicut spiritus eius, qui scit omnia quę in deo sunt: quorum nihil rationalis scire potest creatura, nisi ipse spiritussanctus reuelauerit.
Zach. 1. 1. Cor. 2.

De eodem, quod scilicet spiritussanctus Deus sit, veluti Deus verus de deo vero, atque ideo creatura esse non possit, ex epistolis Iacobi, Petri & Ioannis.

CAPVT V.

NOlite fratres mei dilecti errare, Iacobus inquit: omne datum optimum, & omne donum perfectum desuper est descendens ex patre luminum. Aduerte diligenter, quod ex patre luminum varia diuinarum gratiarum dimittitur copia, quas omnes gratias Paulus per spiritum sanctum dari asserit. Spiritus enim sanctus, ait, diuidit eas vnicuique sicuti vult. Quomodo igitur spiritussanctus non erit Deus de Deo: qui omnia operatur quæ deo cõueniunt, & diuidit summa cum potestate sicuti vult? Non est igitur creatura, sicut impiè contendunt hæretici. Petrus etiam: Modesti, ait, sitis, & vigilate in orationibus, & ante omnia charitatẽ inter vos habeatis: quia charitas multitudinem peccatorum operit, hospitales adinuicẽ sine murmuratione. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in vos ipsos eam ministrantes, sicut boni dispẽsatores variæ gratiæ dei. Aduerte rursus hic diligẽter, quia quum spiritussanctus diuinas gratias summa cum potestate sicut vult, singulis sanctorum distribuat: à Deo huiusmodi gratiarum variam distributionem Petrus fieri asserit. Si ergo Petrus spiritum sanctum deum esse affirmat: quomodo non erit impium simul & stultum creaturis ipsum connumerare, & sanctorum apostolorum doctrinæ atque prædicationi repugnare? Sed Ioannes quoque in epistola: Hæc, inquit, scripsi vobis de decipientibus vos, & vnctionem quã accepistis ab ipso, maneat in vobis: nec opus habetis vt aliquis vos doceat, sed sicut vnctio eius vos de omnibus docet: & verum est, & non est falsum. Et sicut docuit vos, manete in ipso. Fertur quidam in prophetis sermo: Et erunt omnes docibiles dei. Quoniam ergo qui crediderunt in Christũ, & sancto spiritu perũcti sunt, per ipsum sanctum spiritum omnia docentur: nec sibi hominum doctrina opus est, sed solum Dei docibiles secundum prophetam sunt, deus certè spiritussanctus est: quomodo igitur erit creatura? Insuper eodem loco Ioannes: Qui seruat, inquit, mandata eius, in ipso manet, & ipse in eo. Et in hoc cognoscimus, quia in nobis manet, ex spiritu quem dedit nobis. Si ergo spiritu sancto habitãte in nobis, non alius quam ipse deus in nobis habitat, quomodo spiritussanctus non erit Deus de deo? quem qui habet, deum habet in seipso habitantem, qui per quendam prophetam dixit: Habitabo in ipsis & inambulabo, & ero deus ipsorum. Si ergo Deus, & de deo spiritussanctus est, quomodo ęternos fugere poterũt cruciatus, qui audent inter creaturas ipsum cõnumerare? Rursum Ioannes in eadem epistola ait: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quia Iesus est filius Dei? Hic venit per aquam & sanguinem & spiritum Iesus Christus: non in aqua solum, sed in spiritu & sanguine: & spiritus est qui testimonium perhibet. Spiritus enim veritas est; quia tres sunt qui testimoniũ perhibẽt, spiritus & aqua & sanguis, & hi tres vnũ sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Aduerte rursus diligenter, quia hic etiam veritatis prædicator, deum verum de deo vero spiritum sanctum naturaliter esse docet. Nam quum dixisset spiritum esse qui testimonium perhibet, post pauca statim addidit, quod testimonium dei maius est. Quomodo igitur creatura erit spiritussanctus, qui non aliter quàm pater, deus ab apostolis appellatur?
Iac. 1. 1. Cor. 12. 1. Pet. 4. Leuit. 26. 1. Ioan. 5.

De eodem, ex Euangelio secundum Matthæum & Ioannem.

CAPVT VI.

IEsu autem Christi natiuitas sic fuit: Quum enim desponsata esset mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens ex spiritu sancto. Potestas creãdi, diuinæ solummodo inest naturæ: & hæc est inter alias Deo conuenientes dignitates præcipua: sed spiritussanctus in vtero virginis templum filio dei creauit. Quis ergo nisi amens simul & impius, creaturam esse spiritum sanctum dicere audebit? Ipsam enim diuinam essentiam conatur hoc modo ad creaturarum conditionem reducere, quum recentem nobis Deum tradere velit. Sed non erit in nobis deus recens, vt scribitur. Increata ergo & æterna diuina essentia & natura est: quomodo igitur spiritus sanctus, qui in ipso deo æternaliter est, creatura erit? Præterea, ad Iudæos calumniatores dominus ait: Si ego in Beelzebub dæmonia eiicio, filij vestri in quo eiiciũt? propter hoc ipsi iudices vestri erunt. Si autem in spiritu De eiicio dæmonia, ergo peruenit ad vos regnum Dei. Si per operationes spiritus sancti filius Dei & Deus ipse dæmonia eiiciens glorificatur:
Matth. 1. Psal. 80. Matth. 12.

rificatur: si creatura (vt isti aiũt) spiritus sanctus est, erit potestas Dei, hoc est, filij Dei in creatura: quæ maior quàm ipse, Deus erit, aut certè æqualis, siquidem Deus & Dei filius in ea glorificatur. Quare si hoc impium vel cogitare solum modo est, non erit certè spiritus sanctus creatura, in quo Deus pater per filium vniuersa operatur atque glorificatur. Adhæc. Quotquot autem receperunt eum (Euangelista Ioannes ait) dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Spiritus sanctus est, qui per fidem Christi ad salutem nos regenerat, & huius rei gratia filij Dei efficimur. Quomodo igitur spiritus sanctus non erit Deus, per quem nos dij per gratiam efficimur, ab ipso regenerati? Quod autem de spiritu sancto fideles renascuntur, ipse saluator testatur, dicens ad Nicodemum: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde venit, & quò vadit: sic est, inquit, omnis qui natus est ex spiritu. Denique alio loco Dominus apud Ioannem: Quando autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritus veritatis qui ex patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. A Deo patre spiritus sanctus procedit, quasi fructus aut odor essentiæ ipsius. Est autẽ Deus pater increatus: quomodo igitur spiritussanctus, qui à deo profũditur, creatus erit? Aut quomodo fideles susceptо spiritu sancto, Dei templa efficiuntur? si ipse spiritus sanctus (vt isti temerè contendunt) Deus non est?
Ioan. 1. Ioan. 3. Ioan. 15.

Libri decimiquarti & vltimi, Thesauri Cyrilli finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, *in libros Dialogorum de Trinitate, Prologus ad Nemesinum.*

RES diuinæ, etiam his qui in arcanis & quæ mentis captum transcendunt contemplandis exercitati multum valent, comprehensu difficiles sunt. Nam vt valdè crassa est hominum ratio, & propter frequentes cogitationes hisce impar, vident & ipsi iuxta Paulum sapientissimum, in speculo & ænigmate. Vnde haud mirum si de Deo loqui periculosum sit, atque adeò vt sapientes silentium magis eligendum censeant, quod nihilominus his quibus docendi munus concreditum, detrimentosum fuerit. Quod sciens beatus Paulus, inquit: Væ mihi, si non euangelizauero. Accedens itaque ad præsentis libri lucubrationes, tibi Nemesine frater eruditissime, istum de sancta consubstantialique trinitate librum elaborani. Totum autem voluminis corpus in septem libros partitus sum, collatis quæ vel in genere, vel in specie de singulis queri solent, colloquutus cum Hermia viro & doctissimo & æquissimo, vnde character dicendi sat humilis est, vtpote dialogeticus, duabus personis inter se colloquentibus, quarum vna per α, altera per β, signatur. Necessaria autem visa est personarum introductio, propter magnam subtilitatem in crebris interrogationibus, dum semper id quod exquiritur, confirmatur ac confutatur.

Nos pro α Cyrillũ, & pro β Herminam non sine causa posuimus.

Diligenter igitur obseruentur præmissa elementa, quo discreta & ordinata sententiarum inuentio, atque adeò totius libri ordo ac virtus habeatur. Valere te in Domino precor, dilecte.

DIVI CYRILLI ARCHIEPI-

SCOPI ALEXANDRINI, CVM HERMIA DIALOgorum Liber primus, Quòd consubstantialis & coæternus Deo ac patri sit filius.

CYRILLVS.

HERMIAM illum sanctum & heri & nudiustertius nobis videre non licebat. Neque in forum emendi gratia, neque aliam ob causam domo egressum opinor: sed domi hyems illum detinebat, & factum est id nimirum recte: at nunc illum vix tandem clara ostēdit serenitas. HERMIAS. Vera dicis. Senes enim sem per ad egrediēdū difficiliores quàm adolescentes. CYRILLVS. Iucunda hæc res est, miramq; si dicatur, gratiam habet. Senes vtique marinis piscibus recte quis comparârit. si enim vento tempestuoso & valido, aquam magno stridore turbante & concutiente, fecessus profundos, quasi syluas vel florulenta loca ingressi, commoditati suæ consulunt: verum vbi radiorum solis splēdor aquis redditus fuerit, & totum mare arridere quodammodo viderint, resumunt animos & renatant, abiectoque metu & desidia, in summis ludunt fluctibus. HERMIAS. Ita scias amice non aliter habere meam causam. CYRILLVS. Iam verò quum à turbis & negociis semotissimus sis, & mens tua, vt opinor, non minus quàm iuxta focum vacet. Quid hinc afferes nobis emolumenti? maximum vtique & quantum afferre sanctos decet: aut nihil boni solitudinibus tribueremus? HER. Omnino. CYR. Verùm hûc sermonem per Psaltis lyram à Deo cantatum comprobant. HER. Quidnam cantatum dicis? CYR. Vacate & scitote, quia ego sum deus. Nam oculus quidē corporalis, à puluere & fumo & aliis quæ obturbare possunt, liber, in obiecta sua, subtilem minimeque impeditam efficaciam habet: at si affectione quapiam offendatur, visibilibus minus quàm res postulat intentus erit, aberrabitque, quamuis & de diligētia eius nihil desideretur. Humana quoq; mens, si quieta fuerit, & secum habitans, aque phantasiis frivolis & abominabilibus abscedere solita, acutè & perspicuè aspiciet, citraque errorem retum cognitionem percipiet. Quod si perturbationibus crassior facta fuerit, nunquam diuinam pulchritudinem contuebitur, & in his quæ magis terrena sunt residebit, similis passeribus complutis, madefactione à subuolando in sublime prohibitis. HER. Bene dicis. CYR. Nunquid igitur ô Hermia ociosus domi sedens, huius diuinæ vocis memor es, quid scilicet proferat terra tibi etiam, sicut heri & olim? Sunt enim tibi ad manū libri sancti, & sedet in animo tuo alacritas discendi auida, & ad indagandum omnia quæ discēda sunt, tanquam sagacissimum canem quendā incitans. Num fortasse etiam vacationē ab istis rebus tribuemus ætati decrepitæ, & tempus accusabimus? vel certè aliud quiddā, tametsi minus verum, dices? suauiter ita loquens te incesserim, quod vir senex, dictis suis haberi fidem vult, etiam mendacium non horrendo. HER. Multas quidem corporis ægritudines accusare possem. Venimus enim ad vitæ crepusculum, sed dicam, quod magis necessarium, istis nunc præteritis. Mens sanè mea gaudet in discendis vtilibus, nihilque aliud quàm id solum desiderat. Cæterùm sicut generosus, perniciissimusque ac pedibus valens pullus, in campis nō admodum planis cognoscitur (nam velit nolit roboris latentis indicium prodere cogitur) num deses sit, vel minus admirabilis. Pari modo me quoque feruida irrefrenabilique alacritate quadam correptum vrgent loca in diuinis scripturis minus accessa & peruia, aditumque habentia nō simplicem, sed cursui obsistentem, vt sic comparet quis, quo asperitas à desidia mentem illuc se conferentem vindicet. Sic sermo de fide, quæ est summa spei nostræ, præ omnibus aliis me accendit. CYR. Etiam, fateor te vera dicere. Verùm omnibus perspicuum est, quod supernum aliquod bonum, diuinumque munus possidere, vt opinor, haud absq; sudore contingat. Quæ enim naturam excedunt, & singularem opinionem habēt, nec volentibus tam accessa sunt facile, & ardua ac difficilia ægrè capiuntur, & quem non exigunt laborem ac molestiam? HER. Iam quid facient interim ij, quibus est optimorum illorum studiorum desiderium ingens & alacre, quæ tamen ægerrimè assequi possunt? CYR. Quid autem aliud his faciendum censes, quàm vt sermonibus obtemperent sanctorum, qui id dicti crebro clamitant: Si quis vestrum sapientia indiget, petat à deo, qui omnibus dat simpliciter & non confundit, dabiturque ei. Iacob.1. Diuina enim spiritualisque luce, omnia quæ luce indigent, illustrantur. Et sapientia, sapientiam dat his quæ sapientiam & intelligentiam non habent. Cæterum lux & sapientia intelligatur Christus, qui fulsit in cordibus nostris, vt illustretur agnitio eius. Etipuit enim nos deus ac pater, vt diuinus Paulus inquit, ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ in lucem. Quin illum & sanctus quidam vocauit diei irradiationem, & luciferum præterea. Dicit enim: Donec dies irradiet, & lucifer oriatur in cordibus vestris, nominans nimirum diei irradiationem, & luciferum orientem, illuminationem in spiritu per Christum. HER. Nemo dubitārit Christum quidem esse, & mensem, & diem, & iubar, & luciferum eorum qui sunt inter eos ad fidem vocati. At nunc te rogauerimus, vt sermonem de fide clarissimum prorsus syncerum minimeque fallentem exhibeas: aut negabis te dicturum, more meo, torporem perpetuum senectutis incommodum, & mihi haud ratum, deligens? Innumera enim sunt quæ à multis diuulgantur, qui rectum veritatis sermonem adulterant, & variis modis, pro sua libidine depraua nt. Ad hæc, tum ciuitates, tum regiones, quasi agrestes vespæ, passim volantes grauibus bombis implent, loquentes ea quæ in cordibus ipsorum sunt, & non ex ore domini, sicut scriptum est. CYR. Demiror tuum in rebus diuinis incomparabile studium, oroque te charissime, ne ab hac laudatissima sententia desistas vnquam. Absque labore & abunde apud te assequi liceret ea de quibus rogas, nihilominus tamen quæris, vt spiritualem rationem exquiras, ac promittis te discturum. Etenim satis de hoc sancti patres cōscripserunt, in quorum lucubrationibus si quis vigilanter ac attentè versari voluerit, breui, diuina luce mentem replebit. Non enim ipsi locuti sunt iuxta saluatoris vocem, sed spiritus dei ac patris qui loquebatur in eis. Omnis item scriptura diuinitùs inspirata & vtilis. Matthæo. Nónne? HER. Etiam, hoc quoque verum est, at si grauaberis ipse, & nihil cooperaberis, clausáque quodammodo intra dentes lingua ociosus fueris, persuaserisue quod satis & copiose de talibus nobis locuti sint patres? Verùm hoc factum neutiquam laudarim ego, qui conor, vt studiosis auditoribus muniantur argumenta, quæ nullo agone subuerti queant: oro autem, vt illud quod peto, mihi dicas. CYR. Quid à me rogabis? non attendis ingenij mei mediocritatem? HER. Absit, ne ea sit mihi mens, vt quātus sis tentem. Itaque respōde mihi, & ne me euagatione vaga abducas ab his quæ tibi proponens, scisciter. CYR. Igitur si placet, post hac dicito. HER. Nónne si quis nostrûm pascere vellet in agro oues forte vel capras, opus habebit pedo, & canibus, quibus se à feris, quæ inuadere possent, defendat, dum illi aut latratibus terrentes, prohibent aggrediendi audaciam, & domino illæsos greges custodiunt. CYR. Recte dixisti. HER. Quod si tempore procedente mori contingat canes quosdam, & deinde alios pastor admiserit, nunquid superuacaneus horum latratus, & inutilis vigilantia, quandoquidem priores satis probati fuēre? CYR. Et quomodo pro inutili censeretur conducibile? HER. Iam committens non patrum scriptis, irreprehensibileque tuum silentium putās, dicis superuacaneam rem, velle eadem diuinissima studia amplecti: tametsi animas simpliciores, ferocium hæreticorum ora impudētia perdere non cessent? CYR. Igitur quoniam

Senes piscibus comparantur iucundè.

Psal.45. Solitudinis vtilitas.

Hiere.23.

2.Timo.3.

quoniam me vehemens incessit desiderium (extimulatus enim & impulsus sum nō mediocriter, ne laborem hunc detrectem) age igitur, allatis in mediū his quæ accurate & exquisite in sancta & celeberrima synodo, quæ olim in Nicæa ciuitate congregata fuit consideremus, quid reprehensibile sit in iis qui diuersa asserunt. Nam si quis fidem illam à sancta & magna synodo, optime & diuini afflatu definitam ac expositam dicere voluerit, basin animarum nostrarum, fundamentumque inconcussum & munitum, is vtique probatissimè loquitur, & ab ipso Christo laudem habiturus est, fidelis quoque & verus adorator relucebit, Suis autem verbis à nobis scribatur, diuinum & sanctissimum synodi illius oraculum, hoc est elaboratū & tornatum ad omnes veras fidei sententias symbolum. Atq; adeò nullus prorsus accipiatur sermo eorum, qui linguæ vitio nobis obstrepunt, dum alienis nos adoriuntur dogmatis, & relicta via regia, in alterā deflectuntur, prout sibi solis videtur. Quem sanè mentis morbum, equidem curatu difficillimum censuerim. Sapientia enim quæ redargui nequit, errat, sicut scriptum est. In hunc autem modum fidei nostræ expositio habet:

Autoritas concilii Nicæni.

Nona dogmata cane.

FIDEI NOSTRAE EXPOSITIO SECundum concilium Nicænum.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον ἰησοῦν χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, μονογενῆ τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. Τοὺς λέγοντας. ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἢ ἐκ τοῦ μὴ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ κτιστὸν, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

CRedimus in vnum Deum, patrem omnipotentē, omnium tam visibilium quàm inuisibilium factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei, vnigenitum ex patre, vnigenitum, hoc est ex substantia illius, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est & sepultus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos venturus est ad iudicandos viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, vel non erat priusquam nasceretur, vel ex nihilo factus est, vel ex alia substistentia, vel dicunt esse substantias, vel creatum, vel conuersilem, vel mutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

HER. O purum, & summum puritatis fastigium, mea sententia, singuli qui hæc locuti fuēre meritò Boanerges, hoc est filij tonitrui appellandi forent. Insolidum enim quiddam ac supernaturale dicunt. CYR. Oprime igitur mihi videor hæc ita considerare & facere, vt præter hæc nulla alia vel sentienda, vel in lingua habenda sint, sed sequi potius oporteat iudicium, & sermones per spiritum inuentos. Equidem nosti vt omnem hunc sermonem in precio habuerim. HER. Rectè dixisti, sed non persuadebis, vt eadem quæ tu, sentiant & aduersarij. Nam sicut vituli abarmentati & dispersi eunt recta ad id quod sibi arridet, & prætercursis optimis & verè pulcherrimis pascuis, ad tribulos festinent & spinas, dum pascuntur imprudentium quorundam falsorum doctorum sermonibus. Et Sapientiæ sermo illos deplorauit: O vos, inquit, qui dereliquistis vias rectas, vt iretis in vias tenebrarum. Qui lætamini in malis, & gaudetis in iniquitate praua, quorū semitæ peruersæ, & flexuosæ viæ eorum. CYR. Bene dicis. Deplorare eos etiam decet cum propheta Hieremia, qui inquit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo populum meum die ac nocte. Nam qui insipienter neglecta veritatis via declinant ad impostura & subuersiones, & ad prophana mendacia, quomodo non erunt digni luctu? Et ex nobis quidem exierunt, vt sanctus quidam Christi discipulus scripsit, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, vtique mansissent nobiscum. In quo possunt taxare hanc tam rectā & exactam, & quæ extra omnem reprehensionem est fidem, vel certe fidei confessionem? HER. Etiam inquiunt: Iure increpamus homousij nouum vocabulum, & ἄγραφον, hoc est, in diuinis scripturis non repertum, asserentes. CYR. Insipientissime hoc dixerint amice. Nihil enim damni verbum secum affert, siquidem verissimum fuerit, quod per id significatur, nónne & tu concedes verum esse quod dico? HER. Vtique verum est. CYR. Vide igitur, an non & alias eiusmodi voces solemus interdum diuinæ naturæ attribuere, tametsi in sacris & diuinis literis non legantur. HER. Quásnam dicis? CYR. Nam si quis deum appellare voluerit incorporeū, & infigurabilem, aliis communicatum sit à veteribus. Et inde nimirum prisci ὑσίας, hoc est subsistantiæ vel essentiæ dictionem deriuauntque meritò, adeóque vt si quis filium patri dixerit esse connaturalem ac consubstantialem, nihil insolitum in nominis impositione nouasse intelligatur, quandoquidem primitiuum in diuina scriptura inuenitur. Etenim quæ à talibus nominibus deriuata sunt, non prorsus secundum positionem propriam ab illis ipsis seiuncta sunt, eo quod in primitiuo vt in radice plantata sunt. Si igitur extra viam & consuetudinem sacram, ὁμοούσιον consubstantiale esse affirmārint, germanum deriuationis nominum modum impugnant nam ab ὄντος est ὑσία &, ὁμοούσιον, hoc est ab esse essentia, vel à subsistare substantia consubstantiale, vel coessentiale. Atqui sic indociles sunt, hoc pacto facile è medio rollent etiam alias voces, quibus parum id quod per speculum & ænigma de Deo videmus, & diuinitatis tenues quasdam imaginationes accipimus. HER. Quid autem, si nō dicant, filium ὁμοούσιον consubstantialem patri, sed ὁμοιούσιον, hoc est, similis substantiæ? CYR. Non sic recte dicent amice, & ipsi primum à seipsis dissentire deprehendētur, dum vitant verbum Consubstantiale, vel ὁμοούσιον, vt nouum, & in scripturis non cognitum, & admittere nolunt: volunt autē quod dicatur filius

Contra eos, qui contentioſe vocuſi quis deum appellare voluerit incorporeū, & infigurabilem, las in ſcri- pturis nō cō tētas vrgēt.

Vbi nomen conſubſtantiale in ſcriptura fundatum.

Iohan.2.

Exod.4.

Iude.2.

Hier.9.

homœusios hoc est, similis substantiæ, quod non minus à substantia deducunt quàm nos. Adulterant autem vocẽ Homousion, quam clamant esse notham, & sacris literis incognitam ac erroneam. Quid enim talium non dicunt? suam verò vocem Homœusion inter probatissimas scribunt. Et si quis illis dicat filium patri consubstantialem, quid nam ipsi facturi videbuntur? HER. Non mediocriter iniuria afficient, & à dictionis virtute abhorrebunt, vtpote eius quæ veritatem dilucide & egregie demonstrat. CYR. Ne suspiceris, quod aliter se habituri sint, quàm ij, qui iuueniliter ineptiunt eliminantes filium à naturali habitudine & proprietate cum Deo & patre, idq; sola impudentia sua, & prophanissimis doctorum suorum præceptis, & vix imaginem & similitudinem habere commiserando permittunt, vt videatur tandem parum differre ab his, qui secundum imaginem creati, vel certè ad modum qualitatis formati quasi ad diuinam & immortalem pulchritudinem. HER. Quomodo dicis? CYR. Non audis ô amice Christum præcipientem, ac manifestè dicentem:

Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester qui in cœlis est?

De charactere dei in nobis. HER. Etiam. CYR. Non intelligis igitur quod & nos morum qualitas transformat, & virtutũ efficacia, diuinus nobis character quodammodo insculpitur? Res enim bona inderiuabilis substãtialiter est diuinitas. Huius autẽ per imitationem, & nos sumus capaces, si in omnibus rebus arduis volũtarium desiderium & alacritatem honestate morum declarauerimus. Nondum enim censebimur, si mente ac corde fuerimus boni, diuinam habentes effigiem in nostris animabus morum qualitate relucentem, expressam etiam & plenam imaginẽ eius habere, quæ & substantialis sit, & immobilis, & æqualiter decentérque ad omne quod illi adest, se extendat: alioquin concederemus diuinitatem nobis esse similem, nullamq; prorsus à nobis discriminare differentiã. Conditi enim sumus ad imaginem & similitudinem eius. At non ita habet res, absit. Innumera enim inter nos & illum intersunt. Nos enim non simplices sumus natura, Deus verò simplex, & omnino incompositus, diues quoque est omni perfectione in seipso, nullo egens. At omnis corporea natura, ex particulis quibusdam ad vnius cuiusp iam integri plenitudinem ac constitutionem concurrentibus, & nos quidem de terra secundum carnem scilicet corruptibiles, & marcescẽtib. floribus agri similes, at deus ab his est semotissimus. Est & hominis anima ad lapsum procliuis, varias habens vicissitudines, ita vt ab optimis ad praua, & à prauitate ad bonum transeat. Firmatus autem & fundatus, vt sic dicam, est Deus in suis bonis, nec de vno in alia transitionem in se admittens, imò substantialiter est ipsa firmitas, non secura voluntariæ electionis inuentio. Igitur manifestum est, quod creaturis non ineſt naturalis quædam ad deum similitudo, & expressa

Natura ad-huc salua post pecca-tum. effigies, sed quodãmodo in opere & operũ qualitate refulget. HER. Vltráne sermo noster decorem suum amittat? Vbi angeli non seruato principatu suo, & nos quoque à familiaritate cum Deo excidimus, offensi quidem sumus in natura nihil. non enim omnino in nihilum recidimus, sed sumus, licet virtute, ac scientiæ & artis cognitione, magna desidia, & in nequitiam propensione, destituti & immutati verò, iterum vocati sumus ad resumendam primæuam. & exemplarem pulchritudinem per Christũ ad hoc eruditi. Et nondũ dicimus quod in aliam quandam naturam ex humanitate transeuntibus concedat ad hanc pertingere nobilitatem, sed studio laborioso, in

Characteres deitatis in nobis. hoc vt faciant & sentiant meliora, enitentib. CYR. Igitur non est obscurum ô Hermia, diuinæ imaginis characteres in nobis lucere, qui alacriter enitimur, vt bonum operemur, sicut & ipse iam cõfessus es, & propter similitudinem cum deo, aliquo modo cum eo conferri possumus, & nihil impediret (siquidem sic se res haberet) qui eiusdem cum conditore essemus naturæ. Quæcunque enim omnimodam similitudinem inter se habent naturaliter, ea nulla opinor ratio à naturali proprietate quam inter se habent, separabit. An non secundum naturam angelus similis angelo, & homo item alteri sibi simili?

Dolus Arianorum. HER. Sic habet. CYR. Hoc modo ij qui sola peruersa sapiunt, prætereuntes nomen Homœusion consubstantialem, quum signanter identitatem naturalem manifestet, tanquam friuolum: accedunt autem quàm libenter ad ea quæ ipsi inuenerunt, nempe ad suũ Homœusion, id est similis naturæ, verbum loisto externam similitudinem inferentes, miraque versutia assertionem suam adumbrantes. Nominant quoque & Deum, & filium, & saluatorem, & redemptorem, sed aliis quibusdam rationibus, quas ex secularibus sapientibus colligunt: nec filium secundum naturam, nec verè esse Deum asserentes. Et miseri, quantum in ipsis est, coniungunt illum cum his qui configurati cum deo ob similitudinem studiis obtentã, & creaturæ coniungunt, nihil omnium conditorem reueriti, dum scilicet dicunt non esse ὁμοούσιον consubstãtialem, sed ὁμοιούσιον, id est, similis naturæ, tametsi etiam hoc meritò dicatur aliqua ex parte. Quod si quis dicat eis: Dum repellitis & vituperatis verbum illud tanquam nouum & insolitum, quid nunc egregium relinquitis? si quis vobiscum dicat ὁμοιούσιον, hoc est, similis naturæ? opinor de hoc perplexa mente dubitaturos. Porrò non fuerit difficile intelligere, etiam si ipsi non dicant, quod eneruent ac adulterent vim ac significationem verbi homousion. Hoc, sicut opinantur & dicunt, non ideò fit, quia non desumptum ex sacris scripturis hoc verbum, sed quia declarans filium esse non alterius naturæ, quàm ex ipsa quæ est verè Dei ac patris, veritatem magis commendat. HER. Optimè dixisti. CYR. Verisimiliter conectas, hostes illos dei oblitos esse vocis Christi, qui manifestè clamans, se esse ineffabilis naturæ, & non creaturæ, quæ initium sumpsit, ac producta est, fructum dicebat: Ego non sum ex hoc mũdo, vos estis ex hoc mundo. Et iterum: Vos desubtus estis, ego supernè sum. Præterea & sapiens scribit de eo: Qui supernè venit. Ioannes super omnes est. Quid enim est supernè, quã omnino ex summa, & omnium præcellentissima natura esse? Et quid est non esse ex hoc mũdo quàm alienum esse à communi omnium creaturarum natiuitate, fontémque habere solum deum patrem?

Ioan. 8. *Ioan. 3. Christũ supernè esse.*

HER. At si non ita intelligendum velint verbum Supernè, vt tu nunc dixisti: sed sic, quod Christus non sit ex hac quæ infra est humanitate, & terrena, sed ex cœlesti vel saltem ex alia natura, multo melius quàm hæc nostra habente: quid tum diceremus eis? CYR. Quid aliud quàm hoc diceremus eis? Si ita habere dicent, quemadmodum & intelligere solent, quid eximium in naturam & gloria filij dei spectauerit quispiam? An non & omnes sancti angeli supernè sunt, & ad nos veniũt, hoc est ex cœlo? & throni, potestates, dominationes, ac alij Seraphin, multo melius habent, quàm nostra natura? Itaque si nihil sublimius est in filio & ipse in naturalibus istis coditionibus videatur vt ego reor, nihil differet à rationalibus creaturis, quæ scilicet supernè ad nos olim veniunt, & in ministerium emittuntur, spiritus ministratorij propter eos qui hæreditatem salutis accepturi sunt. Aduentitia igitur & extranea diuinitatis gloria ei tribuetur, & falsè loquetur, dicens: Ego sum veritas.

Ioan. 14. Quomodo enim, vel vbi esset veritas, quod nõsic se habet sicut in scripturis diuinitùs inspiratis nominatur? Quid autem omnino dicunt de hoc, quod filius non sit de hoc mundo?

HER. Ego dicam. Non dicunt quidem consubstantialem Deo & patri secundum naturam ineffabilem: obseruant autem nescio quomodo coactè eximium quiddam in eo, vltra creaturam. Non enim dicunt esse eiusdem naturæ cum creaturis, sed occupare quasi mediam regionem quandam, hoc est habere rationem naturæ, qua neque omnino substantialiter iunctus sit ei qui genuit, neque etiam omnibus modis ad id quod infra est, hoc est, ad creaturam accedat. CYR. Itaque siquidem apertè dicere voluerint, filij naturam, confusi opinor dicent, quod neque Deus secundum naturam sit, neque factus. Nam siquidem substantia Dei & patris inferior est, & melior quàm creaturarum natura, amiserit quidem digne, quod sit verè Deus, & nescio quo pacto, ne inter creaturas numeretur, effugiet. HER. Rectè intelligis. Etenim de verbo certantes, mediatorem ipsum dicunt nominatum esse Dei & hominum, non alia sanè quàm hac de causa, vt opinor.

Impiè à quibusdam Christus me diator intelligitur.

CYR. Iam quid his stupidius? Inimici nostri insipientes, sicut scriptum est. Quo pacto enim non essent quàm semotissimi à cordis inculpata sapientia, ij qui frigidissimis suarum cogitationum adinuentionibus suspicãtur veritatis dogmata expugnare se posse? Quippe verè sanctus & sapientissimus Paulus, imò omnis sanctorũ chorus nouit & affert nobis de filio (postquam vnitus est carni, hoc est nobis similis factus est iuxta perfectam similitudinem, absque peccato tamen) duplicem sermonem.

Duplex de Christo ser-mo.

monem. Etenim variam nobis connexens doctrinam nonnũquam nudum, & à creaturæ conditionibus destitutum, & prorsus nostræ naturæ non adiunctum ostendit vnigenitum: aliquando autem quasi serui figura adumbratum, veruntamem fortiter iunctum, & adhærentem bonis suæ naturæ congruis & diuinitatis dignitatibus inseparabiliter conspicuum. Diuinus enim ille vir dicens: Iesus heri & hodie, idem & in secula, declarat quod semper similiter se habeat, versionísque adumbrationem ac vicissitudinem pati nesciat. HER. Ad hæc verba cum illis vt conueniunt? CYR. Quod ad sacras literas

Heb. 13. non ignauam vel supinam mentem afferre oporteat, quasi in tam eximiis rebus ludere licitum sit, dum à via recta, nescio quomodo excidunt, & in alteram mouentur ac deflectunt. Regia enim via incedendum esse non aliud esse dixerimus, quàm nec in dextram, nec in sinistrã declinare. Vide enim quàm incircũspectè ad omne quod ipsis probatur, cõtendant, non expendentes, vel probãtes quæ nã scripta congruunt Verbo nudo, hoc est, vt ante incarnationem intelligitur, & fuit, & quænam Verbo, postquam ad nosttam similitudinem descẽdit. Nam siquidem arbitrantur nihili faciendam horum rationem, sed recipiendum simpliciter, & absque cõsideratione vlteriore, quicquid scriptum est. Doceant, oro, ipsi, quid obstat, quo minus dicatur comedere, & dormire, & non posse absque labore incedere? Fatigatus enim est ex itinere. Et quod amplius est, mori, & alimenti indigum, laborísque & infirmitatis capax & morti obnoxium esse Verbum dei confiteri debemus.

Horum igitur nullámne distinctionem dicis necessariam, quæ cuique seruientia tempori secernat & distribuat? HER. Quomodo non maximè necessaria? CYR. Itaque quum demonstratum sit, omnibus modis bonum esse discernere singula, vt de illo dicta sunt: audias iam quis sit secundum naturam, dum scribit Paulus: Qui quum sit splendor gloriæ, & expressa imago substantiæ illius portánsque omnia verbo virtutis suæ. Et alio loco iterum: Viuum enim verbum dei & efficax, &

Heb. 3. penetrantius quouis ancipiti gladio, & pertingens vsque ad partitionem animæ ac spiritus, compagúmque & medullarũ, & discretiuum cogitationum & intẽtionum cordis, nec est vlla creatura quæ nõ sit manifesta in conspectu illius, sed omnia nuda & resupinata oculis eius, ad quem nobis est sermo.

Heb. 3. At de ipso, vt factus est nobis similis & in carne, inquit. Qui in diebus carnis suæ preces & supplicationes ad eum qui ipsum saluare poterat ex morte, cum clamore valido & lachrimis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tamesi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Nónne incongruè secundum id quod de ambobus manifestatur, rerum natura secum pugnat? splendor gloriæ Dei ac patris, diuinæ substantiæ character, portans omnia verbo virtutis suæ, viuum & efficax, & penetrantissimum verbum preces dicitur, & supplicationes adhibere, idque fusis lachrymis, vt mortis reptimat insultum. Verùm in diebus inquit, carnis suæ, hoc est quãdo Deus existens Verbum factum est caro secundum scripturas. Nec fuit in homine sicut in cæteris sanctis quos per parti-

NOTA. cipationem inhabitat, in spiritu scilicet sancto. Itaque duplex de filio sermo est. Referendi igitur ea quæ Dei sunt ad Deum, quæ autem nostra, hoc est humana, facto nobis simili. Valde autem cauenda est inepta & indiscreta operũ confusio, quæ exactam & exquisitam sententiarum considerationem suffuratur, & veritatis decorem non parum honestat.

HER. Bene dicis. CYR.

Quando igitur dicitur mediator, nomen illud non est substantiæ vnigeniti definitiuum. Absit: aptetur autem potius ad

1. Cor. 10. obedientiam Christi. Nam sic destruet cogitationes crassas, & omnem celsitudinem, quæ extollit contra cognitionem Dei, & captiuum ducet omnem intellectum ad obedientiam Dei,

Locus scripturæ. sicut scriptum est. HER. Verus est sermo, sed de his satis dictum est vir egregiè, quæ alioquin extra controuersiam sunt. Porrò de mediatione filij libens te audierim, quis à vobis intelligatur modus. Hoc enim seductorum sermonem diuersa sentientium, friuolum declarabit. CYR. Pergat igitur, si

1. Tim. 2. placet, & ad hoc se conuertat sermo noster. Examinandum tamen ante alia, quando filium in mediatoris ordine posuerit scriptura. Dixit igitur Paulus: Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum redemptionis pretium pro nobis. Itaq; non arbitror aliud tempus congruere mediationi filij quàm nouissimum, quando, sicut dixit, ipse in forma Dei existens, non rapinam est arbitratus se æqualem esse Deo, sed semetipsum exinaniuit, humilians in forma serui, quamuis Deus existeret ac dominus, vt nos per se ipsum lucrifaceret

Philip. 2. Deo ac patri, & conciliaret omnia sicut scriptum est, pacificatis per crucem, tam his quæ in cœlo quàm his quæ super terram, mediator erat vt homo. Itaque rogamus pro Christo, conciliemini Deo, Christi persona assumpta iterum dicebat Paulus: Quoniam enim humana natura propter imbecillita-

2. Cor. 5. tem suam, ad nudam & synceram diuinitatis gloriam accedere non poterat, vtiliter vnigenitus nostram substantiam induit, vt ineffabilem Dei ac patris reuelans voluntatem, spirituales efficeret adoratores, non iam figurarum astrictos vmbris, & addictos legi, quæ nihil perficiebat. Sed quoniam Deus spiritus est, vt etiam nos in spiritu, & veritate adorare & colere illum conaremur. Annon & optimus Esaias natũ nobis

Esai. 9. puellum dicit, & vocatum nomen eius, magni consilij angelũ? HER. Optimè dixisti, at si copiosioribus persuasionibus agere voles, apte accommodandis, ad demonstrandum Christum esse mediatorem, etiam ex vetere instrumento plurimam, vt nosti, habiturum est gratiam.

CYRILLVS. Igitur ad ipsum sacrorum ducem Mosen euntes, & factorum dictorúmque per illum virtutem, quasi lucidissimam mediationis in Christo imaginem erigere molientes elaboratum de illo sermonem proferamus. Velle enim aduersarios increpare, & confundere semper prout sibi placet, tametsi abluditur à Sactis literis, & sic iisdẽ quibus illi capi lapsibus, opinor equidem summæ stulticiæ partem habere. HER. Bene dicis.

CYRILLVS. Itaque Israelitæ, mole necessariæ seruitutis excussa, & iugo disrupto, à terra Ægyptiorum profecti sunt, quum habitarent circa montem, qui vocatur Sina, legésque iam figurabantur quæ decernerent, quid faciendum, videbatúrque Deo vt congregarentur ad radicẽ montis, ac abluerent vestimenta, & sic præcipiebat ad insolitam diuinam visionem accedere. Vbi autem hæc ad prænotionem Mosẽ perfecta sunt, descendit Dominus in specie ignis, fumi expli-

Exod. 9. cabantur, & exiliebant, & nebula caliginosa, & ignis discursiones, & tenebræ, & procellæ, quæ vsque in summum æstuãdo feruebant, & distinctus tubarum sonus audiebatur.

Tum Moses quidem eduxit populum in occursum Dei ad pedem montis. Scriptum est enim sic: Res autem hæc typus erat mediationis Christi. Dicit enim manifestè: Nullus venit ad patrem, nisi per me. Accedimus enim non aliter ad Deum

Matth. 11. Per Christũ ad patrem accedi per Mosen figuratur. ac patrem quàm per Christum, dum omnem, veterem abolemus cicatricem, & omne inquinamenti genus eluimus, indumus verò quodammodo mentem in puritate quæ est in Christo. Induimini enim Dominum Iesum Christum, diuinus nobis ait sermo. Sic sanè spiritualis puritatis vim, vestimentorum ablutio figurabat. An non & hoc verum esse dicis probabili ratione persuasus? HER. Dixerim. CYRIL. Quum igitur Deus in specie ignis descendisset, & gloriam sensibilem etiam non summam, sed spectantibus insolitam ostenderet, facta est facies eius Israelitis intolerabilis. Attoniti autem & tremuli rogabant pædagogum, Mosen inquam, & loquebantur: Loquere tu nobis, & non loquatur nobiscum Deus, ne fortè moriamur. Ecce manifestè rogabant, vt mediator esset, vtpote non valentes ad puram Dei gloriam accedere. Itaque quasi ex manifesta imagine, ex his iam dictis, scias & de vnigenito, quod quoniam non nudam diuinam gloriam nos accedere non valebamus, vt nos doceret Dei ac patris voluntatem, factus est nobis similis mediator Dei ac hominum. Ipse enim est pax nostra secundum scripturas. Ne au-

Ephes. 1. tem existimes me nugari conferentem ministerium Christi cũ

Deut. 18. ministerio Mosis. Hinc autem facile disces. Repetens enim in Deuteronomio, de congregatione filiorum Israel, sic dixit: Perfectus eris coram Domino Deo tuo. Gentes enim illæ, quas tu ab hæreditate sua destituis, diuinationes & vaticinia audient. Tibi autem non sic. Dedit Dominus Deus tuus prophetã ex fratribus tuis, vt me, suscitabit Dominus Deus tuus, illum audietis, iuxta omnia quæcunque petiuisti à Domino Deo tuo in Horeb die congregationis, dicentes: Non adiiciemus

audire vocem Domini Dei noſtri, & ignem magnum hunc
Moſes typus Chriſti. non videbimus vltra, neque moriamur. Et dixit Dominus ad E
me, Recte omnia quæcunque loquuti ſunt: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum eorum ſicut te, & dabo verbum meum in ore eius, & loquetur eis ſecundum quod præcipiam ei: & homo qui non audierit verba eius, quæ loquetur propheta in nomine meo, ego vlciſcar de eo. An non euidenter vt in figuris & in vmbris adhuc Moſaicis oſtenſum eſt, humanitatis infirmitati opus eſſe mediatore? veruntamen hoc eſt conſiderandum. HER. Quidnam? CYR. Iſraelitæ accedentes Moſen, dicebant: Loquere tu nobis, & ne loquatur nobis deus, vt ne moriamur. Et hoc quærebant in Horeb, in die congregationis, quando Deus erat in ſpecie ignis ſuper montem Sina. At conditor illos quidem ferebat tanquam optime loquutos & conſiderantes: præfigurans tanquam in figuris veritatem, Chriſti mediationem pollicetur, dicens: Recte omnia quæcunque loquuti ſunt. Prophetam illis excitabo de medio fratrum, ſicut te, mediatorem ſcilicet, afferentem populo cœleſtes ac diuinos ſermones, explanantémque ineffabilis ac indicibilis naturæ voluntatem, id quod facillimè videri poteſt per ipſum
Ioan. 7. Chriſtum conſummatum eſſe. Clamabat enim manifeſtè: Ego ex me loquutus non ſum, ſed pater qui miſit me, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Et iterum: Verba quæ
Ioan. 3. ego loquor, non ſunt mea, ſed eius qui miſit me patris. Scribit quoque & ſapiens Ioannes de illo: Qui accepit eius teſtimonium, obſignauit, quod deus verax eſt. Quem enim miſit deus, verba Dei loquitur. Nunquid ô amice, ſuffragaris mihi, quod vera loquar, vel renuere negabis? HER. Minime. CYR. Itaque ſic de Moſe dictum ſit. Vis & aliud quiddam præter hoc dicamus, quod nobis modum mediationis filij arcanè figuret, vel his præteritis putas alia nobis tranſeundum via? HERM. Sed quare vir egregie, præteritis his, quæ in manibus ſunt, & quæ plurimũ profuturæ ſperamus, iremuſ ac properaremus ad aliarum ſententiarum indaginem, quum ſatius ſit hoc facere, maxime dum otioſi ſumus, & à nullo impedimur? CYRIL. Vertam itaque me ad iſtud quod non ingratum & lubens edicam. Core, Dathã, & Abiron pari erant ex tribu & genere Leui, ſed non conſtituti inter eos qui ad ſummam ſacerdotij functionem admiſſi, ſed inter eos qui ſeruile miniſterium in taber- G
naculo teſtimonij peragebant, Leuitæ tamen nihilominus & ipſi, & hæc illorum conditio: deinde ſacerdotij gloriam intempeſtiuè ſitientes, & de honoris loco à Deo dato imprudenter ingrati, non vocati ac temerarij in medium proruperunt, & ſeditioſum fecerunt populum contra Moſen & Aaronem, & miſſimum amaris ſermonibus perſtringentes, irritabant & contriſtabant. Portrò hi pœnam facinoris luentes, iuſto iudice vindicante, & cum tota domo perierunt. Terra aperto ore ſuo abſorpſit eos, & filios eorum, & iumenta eorum, & omnia quæ illorum erant. Poſtquam autem illis iuſtiſſime punitis, quidam eiuſdem factionis ægreferentes, ſicut ſerpentes adorti ſunt Moſen, tum Deus ad iram prouocatus eſt. Scriptum eſt autem ſic:
Num. 16. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen ac Aaron, dicens: Segregamini de medio congregationis huius, & ſemel exterminabo illos, & ceciderunt in faciem. Et dixit Moſes ad Aaron: Accipe thuribulum, & pone in illud ignem ab altario, & mitte thymiama ſuper iſtum, & defer ſtatim in caſtra, & propitiationem fac pro eis. Exijt enim ira à facie Domini, & cœpit ſauciare populum. Accepitque Aaron ſicut loquutus eſt ei Moſes, & cucurrit H
ad ſynagogam, iámque cœperat peſtis in populo, & immiſit thymiama, & propitiationem fecit pro populo. Et ſteterit inter mortuos & viuentes, & ceſſauit lues. Nunquid tibi adhuc mediatio filij etiam poſt hoc obſcura erit ô Hermia? HERM. Etiam. Dixerim ſanè diligenter ſpectandum, quid ſub hiſtoria lateat. Itaque manifeſta, tu enim id poteris, ac decenter. CYR.
Aaron typ⁹ Chriſti mediatoris & ſacerdotis. An non putas Aaronem ad imaginem & figuram ſacerdotij ſaluatoris noſtri etiam ab initio poſitum, quum podere ſuccingeretur, humeralíque ornaretur & aureo petabo in ſummis temporibus, ac lapidibus ſculptis, & quod his multo clarius ſolus permitteretur ſemel in anno in ſancta ſanctorum ingredi, ídque non ſine ſanguine, vt ſacrificium pro toto populo perficiat. HER. Bene dicis, quoniam & diuinus Paulus ſcribit:
Hebr. 9. Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, hoc eſt, non huius conditionis, neque per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per proprium ſanguinem ingreſſus eſt ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et quod vetera quidem figuræ ac vmbræ, hæc autem, id eſt ea quæ Chriſti, clara & dilucida veritas ſint, quis vel mediocriter eruditus dubitaret? CYR. Igitur aſſumpto in pontificem & apoſtolũ confeſſionis noſtræ Ieſu Chriſto, & deformioribus figurarum typis, omnigenæ veritatis colore illuſtratis, age dicamus porrò. Omnes latum hunc *Omnes peccatores ſumus.* & immenſum habitantes terrarum orbem, voluntatem noſtram, diuinis dogmatis ac dominicis oraculis oppoſuimus, & in conditorem deſiderantem, gloria & honore congruo hominem beare, non mediocriter impegimus, vnde corruptio inſurrexit, quæ nos depaſcitur, & morte ſauciat. Et regnauit mors *Rom. 5.* ab Adam, & vſque ad Moſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudine tranſgreſſionis Adæ. Et dilatauit quidem infernus animam ſuam, ſicut dicit Eſaias propheta, aperuit au- *Eſa. 5.* tem os ita vt non ceſſet, licet vniuerſam depopuletur terram, extenta ſagena quam nullus effugeret, nec egrederetur, niſi vnigenitus Dei verbum, iuxta beneuolentiam Dei ac patris, quaſi è quodam ſuperno & cæleſti tabernaculo ad nos deſcendiſſet & adueniſſet. Nam ſeipſum inaniuit forma ſerui ſumpta, vt & appelletur pontifex, & loco thymiamatis ſeipſum Deo ac patri ſacrificans placaret lucem. Dicit enim ſcriptura: Stetit inter viuentes ac mortuos, medius, & ceſſauit lues. Nónne & per hæc videre licet mediatorem Dei & hominum fuiſſe Ieſum? Nam ſoluto quodammodo vetere diſſidio, & amoto omni priſtino interſtitio, inter ſe cõuenerunt quæ erãt ſeiuncta, hoc eſt Deus & humanitas, mediatore nimirum Chriſto, qui ſumma cum infimis per ſeipſum colligauit. Proinde diuus Paulus dicebat *Epheſ. 2.* ipſum eſſe pacem noſtram, qui fecit ex vtriſque vnum, & inter- *Rom. 5.* ſtitium maceriæ diruit. Et iterum: Iuſtificati igitur fide, pacem habemus cum Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. HER. Nunquid, quod vnigenitus, peccatum intercludens, & excludens nos à charitate & familiaritate cum deo, è medio ſuſtulit, reduxítque nos ad initium & aboleuit inimicitias, ſola cauſa eſt, propter quam intelligitur mediator, vel etiam alius quidam modus ponitur? dic oro, libenter enim & cum ſiti quadam diſcerem. C. Vtique dicam. non enim grauor. Ex confeſſo eſt, quod aboleuit quidem inimicitias in car- *Epheſ. 2.* ne ſua, ſicut ſcriptum eſt, & quaſi conciliator factus & mediator quidem noſtri, qui à charitate in Deum excideramus quàm longiſſime ob mundanæ voluptatis amorẽ. Et quoniam creaturæ præter creaturam ſeruiuimus per ſeipſum ad Deum ac patrem nos adduxit, iuſtificatóſque fide lucri fecit: veruntamen non propterea dicimus quod propter ſolam diſpenſationem vocatus ſit mediator. Porrò eſt & alius arcanus & myſticus ſermo, ad nomen & rem mediationis accommodatus. HER. Quomodo igitur & hoc dicis? CYR. Et quomodo aliter, quàm iuxta hoc quod ſcriptum eſt: Hoc ſentite vnuſquiſque *Philip. 2.* in vobis ipſis, quod & in Chriſto Ieſu, qui in forma Dei exiſtẽs, non eſt arbitratus rapinam æqualem eſſe Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, forma ſerui ſumpta in ſimilitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo? Ipſe enim quum exiſteret ſyncera pulchritudo, & forma, & ſpecies Dei ac patris, ex ipſo & in ipſo Deus Verbum, demiſit ſe in exinanitionem, non à quopiam ad hoc coactus, ſed in beneuolentia patris iuxta ſuam voluntatem factus eſt homo, ſeruans interim in ſeipſo naturæ ſuæ dignitatem prorſus incorruptam & non vitiatam. Aſſumpta autem humanitate, vnus ex vtriſque intelligitur filius, dum diuina humanáque natura in vnum concurrerunt, & congregatæ ſunt ineffabiliter, ac indicibiliter, nec intelligitur quod ſint in vnitatem compoſitæ. nondum enim dicimus Verbum Dei in naturam terrenæ carnis conuerſam eſſe, vel ſaltem in ipſius Verbi carnem. Hoc enim ego extremæ dementiæ morbum eſſe conceſſerim. Nomen autem conuentus illius ſignificat concurſum ſummum & indiuulſe ad vnitatem ſe habentem, interim vtroque manente in ſuo termino & ſermone. Idem enim Deus ſimul eſt & homo. Neque ſi Deum dixeris, ab humanitate liberaueris poſt vnionem: neque etiam ſi nominaueris hominem, deitatis dignitates amoueris, ſiquidem rectè ſapere volueris. Et eſt vnigenitus ac Verbum, vt ex Deo patre prodiit & genitus. Eſt iterum primogenitus, quando factus eſt homo, & in multis fratribus. Et ſicut nomen vnigenitus proprium exiſtit Verbi, & ſeruatum

ſeruatum eſt illi iterum etiã carni inuito: ita primogenitus, eius proprium quum non ſit, factum eſt proprium eius cum car- A
ne. Mediator igitur & hac ratione intelligitur, quia oſtendit in ſeipſo collatas & vnitas diuinitatem ac humanitatem, quæ ſecundum naturam valde diſcretæ ſunt, & magnum habent interſtitium, & coniungit nos per ſe deo ac patri. Nam deo eſt cognatus, quandoquidem ex eo eſt, & in eo: ſed & nobis quoque cognatus eſt, quandoquidem ex nobis eſt, & in nobis. Neque nobis alienus eſt ſecundum humanitatem Emanuel, ſed per omnia abſque ſolo peccato aſſimulatus. HER. Rectiſſime dixiſti, huc enim ſermo tendit, vt & conſubſtantialis deo ac patri dicatur filius. CYR. Conſubſtantialem dicimus, quandoquidem eſt verè ex ipſo, & in ipſo ſecũdum naturam, & ſubſtantialiter. Nam ſicut nec verè, nec exactè, nec decenter intelligeretur vel diceretur eſſe conſubſtãtialis nobiſcum, niſi factus eſſet homo: ita nunquam eſſet ex Deo & in Deo, niſi naturalibus ad vnitatem cum ipſo rationibus colligaretur, neque alter humanitas diuinæ naturæ particeps eſſet, niſi per mediatorem filium poſſideret, naturalem quodammodo ſortita copulæ mo-
Ioan. 17. dum. Bonum autem fuerit, audire filium dicentem patri cœ- B
leſti, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus, quod tu me miſeris: & ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut nos vnum ſumus, & ego in ipſis, & tu in me, vt ſint perfecti in vnum. HER. At ſi dicerent vnitatem filij cum patre talem
Ad obiectionem quod filius vnum ſit cũ patre vnanimitate & voluntatis cõcordia. fortaſſis eſſe, qualis & de nobis ipſis intelligeretur, quid nã cogitaremus? Scriptum eſt: Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Enimuerò vnionis nomen & res, vnã omnium quotquot erant in omnibus, animam fuiſſe, dicens, vtique non naturam ipſam deſiniens, ſed affirmat potius, vnum fuiſſe & idem conſiderare ac velle, & vnitatem tribuit in diuulſis voluntatum propenſionibus. Et quoniam filius ſemper idem vult ac probat, ac ſentit quod pater, hac ratione & hoc ei competit. Hæc ſane miſeri illi paſim muſſitant. CYR. At facile
Eſaiæ 32. deprehenderitur mentẽ ſuam impleſſe etiam in hoc ſumma & extrema ſtultitia, adeò nulla tam infirma eſt & abiecta cogitatio ac abſurda, vt videtur, quæ illorũ mentem nõ depopuletur, ídque abſque labore. Stultus enim ſtulta loquetur, & cor eius vana cogitabit, loquẽdo contra deum errorem, ſicut ſcriptum C
eſt. Quomodo enim poſthac quis non exiſtimabit ſtultitia, temeritatéque omnium poſtrema plenum eſſe, dicere & velle contendere, vnionem filij cum patre, non eſſe naturalem, ſed voluntariam potius? Nam ſi ita res haberet, veritáſque eſſet, nihil differret ab adoptatis in filios, & ad nomen diuinitatis per voluntatem patris aſcitis, qui & eximiis virtutũ meritis iam nobilem & claram gloriam ſibi compararunt. Sed dicant illi, quid iam prohiberet etiam omnes ſanctos, qui ſentire & facere volunt ea, quibus deus oblectatur, & quæ propria videntur, quaſi facta voluntate quadam, quin hanc admirabilem filij vocem loquantur, & clament ad patrem: Sicut ego & tu vnum ſumus. Afferant autem talem quandam ſancti cuiuſpiam vocem, ſed non poterunt: Abſit. Contrarium, opinor, facile quis animadterit. Nam etiam pientiſſimi, quod ſint peccatores, multifariam deplorant, quamuis probè ſuam naturam nouerint. Et fortaſſis haud difficile foret multas voces coaceruare, ex ſanctis ſcripturis colligentibus: atqui ſatius fuerit nobis & huic inſtituto conuenientius, vt talia ſtudioſis inquirenda exercitationis gratia relinquamus: conuertam autem me rectius ad ea, quæ illi tradunt, & quæ nunc magis neceſſaria, & repetens dicam ſermonem de vnitate noſtra. Etenim ad vnitatem, quæ eſt per fidem circa controuerſiam collecti ac congregati ſumus, differemus autem inter nos in nullo diuerſitate ſubſtantiæ, licet ſinguli quodammodo in ſuam ſubſtantiam diuidantur. Sumus enim eiuſdem ſpeciei, & ſubſtantiæ omnium vna eſt definitio, vnáque ratio, quæ de omnibus ex æquo prædicatur. Vnitatem autem cum deo, non ex ſolis & nudis voluntatis propenſionibus aſſequimur, ſed ex alia arcana, ac neceſſaria ratio cogit. Etenim quemadmodum diuinus nos Paulus erudiuit: Vnum corpus multi ſumus, eo quod ex vno pane participes ſumus. An ignoras dicit, & gentes vnum corpus Chriſti factas, vnionem cum illo per fidem ſortitas? nam & myſticæ benedictionis participes factę ſunt. HERMIAS. Profecto ita eſt. CYRILLVS. Itaque naturalem ſimul, & voluntariam vnionem in nobis ipſis poſſidemus: diſpiciamus autẽm nũm talis ſit noſtra, & ea quæ in Chriſto. HERMIAS. Quomodo dicis? non enim ſatis aſſequor. CYRILLVS. Amice, nihil ardui in his eſſe dixerim, id quod quiſquis ſapit ac rectè ſentit, facile diſcet, expendens ſecum primum quidem identitatem, qua nos homines naturali conſtitutione inter nos diſtricti ſumus, coniuncti autem & alio modo. Diſſecti enim quodammodo in ſubſiſtentiam propriam, hoc eſt, ſingularem, iuxta quam hic quidem eſt Petrus, ille Thomas vel Matthæus, eiuſdem corporis facti ſumus in Chriſto, vna carne paſti, & vno ſpiritu ſancto ad vnitatem obſignati. Et quandoquidem eſt indiuiſibilis Chriſtus (nullo enim modo diuiſus eſt) vnum omnes ſumus in ipſo. Propterea & ad patrem cœleſtem dicebat, vt vnum ſint, ſicut nos vnum ſumus. Vide enim quomodo in Chriſto & ſancto ſpiritu vnum ſumus & ſecundum corpus, & ſecundum ſpiritum. Redarguendi igitur ſunt, qui ſecus ſentiunt, quòd neque illa recte intelligunt, quæ de nobis ſcripta ſunt. HER. Redarguendi vtique ſunt, recte enim dixiſti. Nihilominus, vt mos mihi eſt, interrogo vtrum filium vnitum eſſe deo ac patri recipiemus, ſicut ſcilicet & nos mutuum, vel vltra hanc, admittet quis & aliam vnionem? CYR. Vnitum eſſe dicemus patri filium ſicut nos, & vltra quàm nos. Nam ex confeſſo, genitori filius omnino conſubſtantialis eſt, quandoquidem eſt verè filius, & ex ipſo. Sanè quum in propria exiſtat ſubſiſtentia, qua valde rectè creditus eſt ſe habere non ſicut nos inter nos, vel certè iuxta legem corporum diſtinctus erit, habẽs & ipſe à patre in vniuerſum ſectionem. Ad diuerſitatem ſcilicet ſingularem, natiuam habet ac ineffabilem vnitatẽ, non confuſionem quandam, quam patiuntur mutuum ſubſiſtentiæ, ſicut quibuſdam videtur, ita vt idem ſit pater ac filius: ſed quum vterque ſit ac ſubſiſtat propriámque habere dicatur exiſtẽtiam, ſubſtantiæ identitas vnionem declarat. HER. Dicis igitur filium eſſe in propria ſubſtantia præter eam quæ à patre?
CYR. Non in ſubſtantia alia ab ea quæ vt dei, ſed in ſubſiſtẽtia quæ vt filij. HER. Aliud igitur eſt ſubſtantia, alia ſubſiſtentia. CYR. Etiam. Magnum enim inter illa diſcrimen *Subſtantia & ſubſiſtẽtia differũt, οὐσία & ὑπόστασις.* eſt, quandoquidem ſubſtantia ſingularia continet. HER. Quomodo dicis? tardior enim adhæc, vt apparet, ſum ego. CYR. An ignoras, quod & ipſe nõ ſim adeò expediti ſermonis adhæc explicanda, nihilominus tamen eundem ad propoſitum examen diuinæ eminentiæ, quæ in ſummis eſt faſtigiis, ſídque quaſi in imagine. Itaque ſubſtantiæ declaratio videtur ſicut commune & vniuerſale quiddam eſſe: nomina verò ſubſiſtentiarum ſingularum, ſub illo vniuerſali prædicãtur ac dicuntur, putas me nunc illud declarare? HER. Quód nam? Definiuimus hominem eſſe animal rationale mortale, iuxta rationem illi congruentem ſic ponẽtes, & hunc dicimus ſubſtantiæ eius terminum eſſe, qui conueniat omnibus particularibus ſub eo exiſtentibus, vnde ſub hoc communi, hoc eſt, ſub homine, vel hominis definitione cadit opinor & Thomas & Marcus: vel ſi dicere placet, & Petrus, & Paulus. & hoc ſanè modo, ſubſtantiam quis deſignarit: eorum autem, quæ & ſingularia intelliguntur, nõdum manifeſtam & euidentem fecerit declarationem. Non enim ſi quid eſt homo, id mox eſt Petrus ac Paulus. Et ſi quis dixerit Thomas vel Petrus, non mox ſubſtantiæ terminum enunciarit, etiam ſi declaretur. Homo enim nihilominus eſt, at oſtẽdit fortaſsis in ſpecie tali, & in propria ſubſiſtẽtia & ſeparata. Igitur nomen ſubſtantiæ habet ſe vt homo, & gerit in ſe nomen vniuerſale & commũnem rationem generis. Contra ſubſiſtentia intelligetur cõuenientius vt ſingulare, quod neque à communitate deſtituat quod explanatur, neque etiam ſingulare cum obſcuro confundit & commiſcet. HER. Intelligo nunc. videtur enim mihi non imperite dictum. CYR. Igitur confitentes filiũ deo ac patri cõſubſtantialem exiſtere, in propriáque ſubſiſtentia cõiunctim & diſcretim vnitũ eſſe dicimus, identitatis ſermonibus coaptantes maxime neceſſariam perſonarum, vel nominum diſtinctionem, vel ſubſiſtentiarum varietatem, quæ vt in patre & filio, ſecundum hoc ipſum & ſolum, vt non omnino ſubſtantiæ expreſſiſſimam ſimilitudinem, & ſicut illa, ſimiliter & abſque variatione habeat, in patre & filio deducat modum quendam & differentiam, & valdè ægre diiudicabilem proprietatem vtriuſque quodammodo efficiat. Nam ille quidem pater eſt, & non filius: hic verò iterum filius,

& minime pater. HER. Itaque si placet, dicamus esse duas substantias: vnam quidem patris, alteram autem filij. Sic enim manifestior & ad discernendum magis faciens, vnicuique esset differentia. CYR. Non magis faceret ad discretionem, absit. Caue ne in alienum sensum illorũ sermonibus aueharis, & relicta quodammodo via regia, per male trita & imperuia incedas. HER. Quo pacto? CYR. Nam si vna natura patris esset, præter illam autem vna & alia filij, quomodo non necessarium sermonem intelligi in duobus, quę inæquales naturæ inter se, & separantia ac distinguentia simul sint? quomodo enim eadem natura, vna & altera intelligeretur? Si enim fas est de hominibus qui vnam & eandem consubstantialitatis rationem sortiti sunt, vnam & alteram substãtiam dicere, & vnicuique rei, quasi proprium quendam cõmunitatis sermonem tribuere. Nam si hoc fecerimus, & quasi necessariæ differentiæ modos adiecerimus substantiis, nempe dicentes vnam & alteram, euanescet vniuersale. An non diuersitatem quidem substantialis differentia & quod vnum aliter & aliter habeat in definitione naturali, diuersitas in his ostendit ac parit? HER. Opinor scilicet. CYR. Cõsectaneum igitur erit, etiam si dicere nolint, filium iam deo ac patri non consubstãtialem, sed alium ac diuersum natura, & à diuinitatis definitione separatum, siquidem propriam habuerit rationem à dei ac patris substãtia extraneam. HER. Nam contendunt, quod aliter habeat filius quàm pater, secũdum naturam existere intelligitur. Igitur vbi abiecerint nomen Consubstantiale, & subornarint nouum ac insolitum aliud, dicunt debere nos confiteri eum esse ὁμοιούσιον, hoc est similis naturæ, addentes quod hoc mediationis nomen sit illo dignissimum & congruentissimum. CYR. Et quid hoc aliud, quam deliramentum, & verè anile nugamentum? Nam si mediam quãdam naturam in ipso intelligunt, & propter eam putãt mediatorem nominandũ, insipientissime dicunt. Quid igitur hinc, vel qualis contemplandi inferatur ratio, equidem non video, tu verò ipse dixeris: ex te discere cupio. HER. Quid dicerem ad hæc? CYR. Dic igitur, & doce, vtrum genitus vel ingenitus sit mediator, vtrũ verè deus, vel & ipse sit inter creaturas? Nam iuxta illos neque pure deus, neque manifeste creatura est. Quem igitur apud illos obtineat inter entia locum, etiã si vel obiter vellem dicere solum, nõ possem ego. HER. Inter ambos, nempe inter deum ac creaturam ponunt, etenim & hanc ob causam eum mediatorem vocatum esse aiunt. CYR. Obscurissime loquuntur, & crassissime sentiunt, qui sic sentiunt. Etenim dum omnium rerum naturam, mẽte mea súsque deq; verso, & quomodocunque habere possint, anxie inquiro, non licet videre vllam talem naturam, vel cogitatione, vel sermone comprehensibilem, quæ & extra definitiones veræ deitatis egrediatur, & *[Ioan. 1.]* effugiat, ne factura dicatur, melioremq; suam nobis ostendat existentiam, quàm creaturam. Nunquid est aliquid inter genita, & ingenitum, non factum & facturam? HER. Equidem non admiserim, rectè enim dicis. CYR. Duas igitur contemplemur in vniuerso naturas. vnam eius qui semper & eodẽ modo se habet ac est: alteram eorũ, quæ receperunt, quod ab alio sunt facta. Iam illam quidem quæ est eius qui absq; natiuitate existit, sitã super omnia, & super omnia prospectare, & in summis maioribusq; dignitatibus supernatare: hanc autem subiacere, & quasi subiectam esse tanquam sub pedes domini, scies manifeste, dum Christus Iudæorum turbis dicit: Desubtus estis, ego supernè sum. Supernè autem venire vnigenitum ad nos etiam sa- *[Ioan. 3.]* pientissimus Ioannes declarat, dicens: Qui supernè venit, super omnes est. Sentiebat enim tribuendã substantialiter deo, secundum naturam existenti, & ex deo secũdum naturam nato, *[Supernè quid significet.]* summam excellentiam perfectionemq; eminentissimam. Aduerbium autem supernè non loci esse significatiuũ: sed potius substantiæ dei ac patris, quomodo non certissimum, sancto quopiã *[Iacob. 1.]* Apostolo manifeste differente: Omnis donatio bona, & omne donum perfectum supernè est, descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio vel conuersionis obumbratio? Enimuerò licet quis pretercurrat angelos, superioráque ac media omnia, ita vt ad ipsos perueniat Seraphin, summásque consideret glorias, nondum tamen creaturarum transilierit naturam. Quid enim est ἄνωθεν supernè: hoc est ex patre luminum, & propter hoc deus ac solus vnus filius supernè. Vel quid per desuptus intelligitur? nimirum creatura & à creatura. Medium autem omnino nullum. At si quis rogauerit ab aduersariis: Heus vos, quíd nam nobis dicitis? Vtrum ille talis filius, & mediator secundum vos, genitus est vel ingenitus? Semper enim hæc nullum medium admittere videntur. Quíd nam responderent? HER. Hæsitaturos opinor, ídque meritò. CYR. Hæsitabunt vtique. Viuit enim veritas, & vincit, vt scriptum est: nos autem scrutantes viam, quæ in vtrunque tendit, quæ probabilia sunt age, percõtemur. Ingenitum enim si talem mediatorem admiserint, id quod solius deitatis secundum naturã est, tribuent ei quod vltra terminos eius est, ostendentes maiorem esse quàm conueniat. Deus enim gloria ac natura longe est super omnia, cuius proprium bonum fuerit, esse ingenitum. Et hanc ob causam creatis ac corruptibilibus inest natura talis imperfecta, & illi non coordinata. At si hoc non asserẽtes dixerint esse genitum, quomodo à quopiã intelligeretur non cognatum creaturæ, quod illi cognatum? Igitur quomodo adhuc mediator maior quidem, quàm deus secundum naturam, & maior quoque creaturæ vel gloria, vel natura sinat? Si per hoc quidẽ, quod vnigenitus est, ad gloriam diuinam pertineat, & longe mediationis mensuras transiliat, per hoc autem quod genitus est, ad inferiora vadat, & inter creaturas locum mediationis dimetiens, se humi collocet (Quandoquidem quod factum est, factum est cum omni quod factum, iuxta rationem eius qua factum esse aliquid dicitur) quale est hoc delirum & insipientissimum cauillum, quod incomprehensibilia vt comprehensibilia proponit, & naturæ nobis format loca, ad quæ nulla vnquam mẽs pertingit? Nouus enim & obscurus sermo est. Operępretium vero dixerim, vt sermones illos euidens sequatur demonstratio. Viderit autem quis imposturam illorum ingeniose ad decipiendum compositam. Nam quoniam prophanissima faciunt, & stultissima sentiũt, qui debacchati sunt in filium? vt à consubstantialitate cum deo patre eiiciant, suffurantur sibi interim per impudentiam breuem gloriolam, & afferunt quidem creaturis paruum decorem, excludunt autẽ quasi à transitu ad summa, vt non intelligatur secundum naturam deus, dum illi medium locum partiuntur, & tantam gloriam metiuntur, quanta ipsis placuerit, quasi scilicet definitores ac legislatores constituti essent filio, quibus in locis illum esse deceat. Quemadmodum statuarij, in suo artificio nobiles, humanæ formæ speciem in lapide vel ligno insculpunt, & deinde superadditis ornatibus decorãt, vel auro solidant, vel aliis quibusdam coloribus ornant, adeóque spectatorum mentem demulceant, non permittentes vt rideant internas & occultas materias, sed vt externis & caducis mundi splendoribus applaudant: eodem modo & ij mediatoris idolum delineantes, simpliciores mentes deprædantur, & tanquam seruos sub hastam mittunt, ne possint diligenter inuestigare, quæ maligno studio ab illis præparata & adinuenta sunt. HER. Optime dicis. CYRILLVS. Itaque si volebant suam sententiam, & opinionem non haberi, vt reiectaneam, sed momenti alicuius, oportebat eos de illo non tam incomprehensibilia imaginari, & conari, fingere, ea quæ nulla ratio solet, vel nudis & solis cogitationibus apparentiam præ se ferant impersuasibilem: sed aduertere simpliciter filium in naturalibus deitatis fastigiis intelligi, expendentes, quod genitus ex patre, hoc est ex substantia eius etiam euidentem & necessariam consubstantialitatis cum eo habiturus sit rationem: Quandoquidem filium verè filium esse confessus est deus ac pater, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacitum mihi est. Cur non magis clamare videtur: *[Matth. 17.]* Hic est mediator? Nam cum secundum illos mediator sit, optime dixisset etiam sic. Factum enim mediatorem ostendisset, at quoniam homo factus erat filius, illam meritò vocem proloquutus est deus ac pater. Dic mihi obsecro, & hoc apertè, num & in hanc stultitiam sint prolapsi, vt neque filium cõfiteantur. HER. Filium quidem esse, & natum esse dicunt, sed vt mihi videtur, erubescunt tam impudenter ac apertè omnibus, vt ita dicam, sanctis obluctari scripturis. Veruntamen non ex ipsa nobis substantia patris, neque naturalis natiuitatis vocabulum suscipiendum vel intelligendum putant. CYR. Ficta mente filiationis & natiuitatis nomen se ac alios sentire tradunt. Nam vt vides, verum generationis modũ decutientes, à substantia patris ac dei auferũt, & vnigenitum quoq; priuant ne sit secundũ naturam filius. Dura enim & amara verba esse aiunt, vt sunt elegantiarum

elegantiarum studiosi. Quo pacto nam & illud prætereũt? non enim sentiunt, quod & ipsam Dei patris naturam in hoc simul dehonestant, quandoquidem contẽdunt non esse fructiferum, & spoliant eum gignendi facultate, cuius tamen figuras parturiens & fructificans creaturarum natura in se declarat. HER. Fortassis autem & ad hoc dicent, quod siquidem natiuitatis nomen omnimodo verè, iuxta quod dictum est & impositum est, necessariò omnino sentiendum, & recipiendum quod innumeri sint geniti ex Deo ac patre. Dictum est enim alicubi & *[Esa. 1.]* de Israelitis: Filios genui & exaltaui. CYR. Comperimus *[Psal. 140.]* eos, sicut Dauid in Psalmis cantat, prætextus in peccatis prætexentes, & ad sermones iniquitatis declinantes. Nam siquidem aliud quiddam esset ex confesso filius, quàm id quod est, & creditus est à nobis, & nobiscum sortitus esset vocabulum natiuitatis & filiationis, nihil obstaret, & hæc maiore abusu dicta, & credita esse. At quoniam veritati vim facientes, & quantum in ipsis est, maligno studio ipsum in aliam quandam naturam transferentes, mediatorem nominauerunt, & nugaciter hanc de illo fabulam finxerunt, non mediocriter reprehenduntur, quod non desinunt illum à sua substantiali eminentia expellere: & nothis quasi quibusdam dignitatibus, cum contumelia illudere ei, qui verè ex patre, non grauantur miseri. Non enim in sortem nobis similem, sed neque in gloriam adoptionis filiorum cum factis æqualiter vocatus est filius, neque etiam extraneam eminentiam agnominatio ei parit. Absit. Annumeratus enim esset, & cum iis qui secundum gratiam filij, siquidem res sic haberet, & creaturæ mensuris circunscriberetur. At nugæ hæc sunt, & multiloquium inane, blasphemiarúmque turbatio, ac nihil præterea aliud. Quod autem inter adoptiuos filios sese numerare noluerit vnigenitus, sed scierit se habere diuinam & ineffabilem super omnia eminentiam, & adoptionis filiorum veram dignitatem, disces facile, dum dicit Iudæis de *[Ioan. 10.]* Mose & sanctis prophetis. Si illos Deos dicit, ad quos verbum Dei factum est, & non potest solui scriptura, quàm pater sanctificauit, & emisit in mundum, vos dicitis: Blasphemas, quia dixi: Filius sum Dei? Iam quum eos ad quos factum est verbum dei, deos declarauit & filios, quomodo non magis ipse, & filius, & Deus esset, meliúsque & verius is per quem illi dij & filij? Non aduẽtitium igitur vnigenito esse filium, sed ita se habere significatiuum nomen fuerit, quemadmodum scilicet & ipsi patri ac Deo pater. Nam pater quidem pater, quia genuit filium: filius autem filius quoque, quia genitus est à patre. Huius rei gratia ego opinor, quamuis naturæ diuinæ bona variis, & plurimis dictionibus proferamus, licet ad paruam eius noticiam venientes, nomen tamen paternitatis & filiationis non connumerarim cum illis, tametsi etiam alia rectè ac inculpatè de vtrisque dicantur. HER. Quomodo dixisti? CYR. Quia *[De bifariã indicatur.]* tanto studio quæris, libenter dicam. Bifariam prærogatiuas diuinæ naturæ denotare solemus. Vel enim agnoscitur à nobis per ea, à quibus est, vel per ea à quibus nõ est. Nam dum vitam esse dicimus, & lucem eam nominamus, dicimus verè ab his quæ esse creditur. At dum dicimus, quod corruptibilis non sit nec visibilis, quæ in ea non sunt loquimur. Quod enim corruptione & ne à quopiam videatur, superior sit, nostrorum verborum vis declarat. Nónne sic est? HER. Verum dicis. CYR. Num existimabimus nos patrem aliquid facere in mundo, si quis illum dicat vitam esse ac lucem, sicut reuera est, & etiam incorruptibilem ac inuisibilem, modo rectè sentiat, & filij naturæ ea accommodet, & æqualibus nominibus honestare, Verbum ex Deo patre voluerit. HER. Etiam. CY. At si & regnum dicat, & omnibus dignitatibus venerari vellet, quibus diuina solet natura, nónne & illud commune esse diceremus filio? HER. Quomodo non? CYR. Igitur omnino indocte loquuntur, vtcunque studiosi sint. Quoniam vtrique communes sunt gloriæ & eminentiæ prærogatiuæ. Neque enim *[Ioan. 17.]* mentietur veritas, hoc est Christus patri cælesti, dicens: Omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Itaque siquidem dignitatis lege, sicut cętera accidere dicimus patri quidem quod pater sit, & filio quod filius. Quid obstaret & impediret, dic mihi ex mediis nominibus fieri differentiam? ambósque vocari & patres, & filios? vtpote æqualiter communia sortitos opera, dignitatúmque eminentia ęqualiter redimitos? H. Omnino haud verisimile est, vt hoc vel dicant, vel sentiant. Esset enim non aliter se habens pater, quàm sicut est, hoc est pater, & similiter filius. maneret enim filius, & non intelligeretur pater. C. Rectissimè & verè ô Hermia. Itaque comprobabis & corroborabis manifeste sermonẽ, qui ostẽdit quod patri patris nomen non sit dignitatis significatiuum. Opinor enim sic dicendum iis, qui venerantur congruam rei manifestationem. Neque etiam filij appellatio, quasi esset in vtroque, sicut de vita, luce & aliis eiusdem ordinis dicere licet, sed manifestandum vtriusque nomen, vt habet. HER. Planè ita est. C. Sanè repelli quodammodo confusionem, nominum virtutem, firmam autem quasi exigere in ipsa sedem immobilem, vtrique esse taliter attribuit. Nam pater, pater, & non filius, quia genuit: filius autem iterum filius, quia genitus est. Age enim, si placet, parumper à patre quod patris est per imaginationem & sermonem amoueas, & iterũ à filio quod filij, ô amice, quomodo nobis vtriusque persona significari poterit? Itaque dum dicitur Deus vel vita, vel lux, vel incorruptibilis, vel inuisibilis, vel rex, inde non satis discernitur quid manifestetur. Verum enim de vtroque, quod proprie vtrique inest, quomodo euidentem manifestationem faceret? Solitarie autem & verè pater significatur, dum intelligitur quod genuit: solitarie autem & vere filius, dum intelligitur quod genitus sit. Itaque proprium alteri quod eius & solius, quamuis alia indiscriminatim de eis dicãtur. Illa enim in naturalium dignitatum ordine relicta sunt, ista verò non sic se habent, sed partim genitorem, partim genitum demõstrant.

Dialogorum libri primi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI

Alexandrini, cum Hermia Dialogorum Liber secundus, quòd consubstantialis & coæternus Deo ac patri sit filius.

CYRILLVS.

NOnne verè dicitur ô Hermia, simplicem veritatis sermonem, in simplicibus cordibus, præcipuam & optimam habere sedem. Sæpenumero autem dulcior melle labor est, id quod verum esse persuadebit diuinus Psaltes ad omnium saluatorẽ Deum, dicẽs: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. *[Psal. 118.]* H. Etiã. Veritatis sermonẽ simplicem & ego fauis dulciorẽ astipulor: at simplicitatis in istis quotuplex modus à nobis intelligitur? C. Quid enim aliud simplicẽ veritatis sermonẽ nobis ostẽderet, quã liberari à multiplicibus cogitationibus, & mẽte quæ toruè & tetricè spectãs & maligne affecta, latentẽ morbum suũ ostentat, non in his quæ ad veritatem inueniendam conducũt, sed quibus auditores multum incommodãtur. Poteris autem, si placuerit, tanquã in tabula clare videre sermonem illum meũ æquissimũ esse & honestissimũ, si Arij & adhærentiũ ei hæresim cognoueris. In quos recte illud dici posse arbitror. Si immutauerit *[Hiere. 13.]* Æthiops cutem suam, & pardus maculas suas, & vos poteritis benefacere, quum didiceritis mala. Mentem sanè aduersariorum à pardo nihil differre opinor. Pardus enim variis notis, & omnigenis coloribus interstincto tergo est: illi verò inæqualem & non coherentem animum habent, & sermonem quẽ in cordibus tenens, sursum mittunt. Sagitta enim vulnerãs lingua eius est, vt scriptura dicit, dolosa verba oris eorum, proximo suo loquitur pacifica, & intra se gerit inimicitias. Simulãt *[Hiere. 9.]* enim, quasi nullo modo gloriæ Christi obluctentur: vulnerant autẽ sicut iaculum acutũ verba molesta, & blasphemia linguæ illorũ verba. H. Qualia nam dicis? C. Nam valde rectè filium dei vnigenitũ verbũ nominant, & non deuitant, quin genitum confiteantur, Veritatis sermonem detorquent clandestina vi, & prophanè in diuersum illius gloriam, & in aliam planè naturam transferunt, quæ in patre non intelligatur, quasi extra substantiam illius, & alterius naturæ sit, imò in vniuersum subsistat extra naturalem habitudinẽ eius, qui gignere dicetur, ita vt vltrà iuxta eos non dicatur esse genitus. Quod autem in hanc stoliditatẽ peruenire soliti sint, nihil aliud in causa esse dixerim

Hæreticorũ morbus.

quàm hoc. H. Quale hoc? C. Quod valde arrogantes sunt, ac putãt quod possint sapere & loqui abstrusius quiddam quàm alij, adornaréque verborum pugnas, vnde videantur in bonis artibus enutriti esse, & posse suarum cogitationum versutiis in omnia valide trahere eos qui simpliciter viuere voluerint, dum arundineum quodammodo suis animabus subdunt baculum, mundanam sapientiam, & adulterinorum sensuum paleas colligunt, quod à rectitudine dogmatum non aberrare,

Num.16.

opinor existimentur. Non enim animaduertunt, quod sanctus chorus filiorum Aaron igne exustus est, quia sacerdotium vi inuaserat, & adulterinum altario ignem attulerat, neq; obtemperarat legi clamanti: Et nõ inferes abominationem in domũ tuam, & anathema eris, quemadmodum & hoc offendiculo grauiter ostẽdes, & abominatione abominabilis eris, quia anathema est. Verè enim alienus, deóque non dignus ignis est, ferendus mentis impetus diabolica sapientia plenus, & non sacra

Ignem alienũ offerre.

scriptura accensus. Abominatio autem ista est idolum ad figuram Dei effigiatum. Talem & illi effinxerunt filium Dei honore quidem, & præclara, deóque digna gloria coruscum, veruntamen non verum, sed nothis & supposititiis quodãmodo nominibus, & diuinis vocibus ficticium Deum. Nam dicere quidem natum esse & filium nominari eum, non autem adhuc putare natum esse & filium natura, quid aliud est quàm hoc? Nobis autem, qui thesaurum habemus in vasis testaceis humanæ sapientiæ, diabolicæque deceptionis expers veritas amica est. HER. Amica est, & optime dixisti, sed perge nunc ad examinanda ea, quæ illi de patre & filio suspicantur. nam id lectoribus plurimum conducibile fore admiserim. CYRIL. Proderit hoc plurimum, scio, & quoniam hæc recta tibi videntur age, sicut Græcorum poetæ dicunt, Funibus solutis, & quasi littore & portibus relictis, sermonem tanquam nauem in pelagus mittamus, HER. Abeundum igitur. C. Proprie certè Deum & patrem, patrem nominari & esse, per ea quæ iam elaborata sunt affirmauimus, & nõ ob aliam causam, quàm quod genuit ex seipso filium. Propriè autem & filium esse & nominari asserimus, quia natus est ex deo & patre. Videtur autem hæc sententia ab omni calumnia lõgissimè abesse. HER. Vtique videtur, veruntamen illud interrogo, formidans & turbidus, dum video quorsum nos cogitationum perducat discursus. Finge peruersum dicere, si Deus & pater, pater propriè nominatur ac dicitur, quia genuit: filius quoque, quia genitus est, & verè dicitur filius, significata non habitura mutuam in se mutationem. Erit enim semper pater pater, qui in filium non transformatur, & filius quoque filius, qui in patrem non transfertur. Proprium erit patris esse ingenitum, quoniam proprium filij esse genitum. Et siquidem verè aliud est esse ingenitè ab eo quod est esse genitè, aliter habebunt & ipsi, & non in similibus, absque variatione esse intelligantur. CY. Iam quid deinde qui tales sunt aliud facerent, quàm vt obliterent simplicitatis quàm in Christo intelligunt pulchritudinem, quemadmodum & qui aureum numisma adulterant? Vide enim quomodo rectum veritatis sermonẽ detorqueant, & adulterinæ sapientiæ commentis exultent. Dum autem loquuntur sublimia, respuendam putant Domini congregationem, sicut arrogans Goliad. HER. Res quidem sic habet, veruntamen scito hoc eos interrogare & vrgere his quæ nuper dixi verbis. C. At post hac fas est omnibus videre illos mente sana, & corde bono destitutos, qui ob suam inscitiam se deplora-

Esa. 28.

re debeant, si hæc dicant bene habere, dicetur hic quod & aliis rectè dicitur, quasi de se dicant: Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegemur. Ignorant enim, vt opinor, primum quidem quod non idem est, neque similem habet expositionem, Ingenitus & pater. Non enim si quid pater erit, mox omnibus modis & rationibus ingenitum: neque si quid ingenitum, hoc est & pater. An non sic habet? multa enim ingenita, & pauci patres, innumeri quoque patres, tot autem esse & ingenita ostenderet nobis cogitationum examen. Nam si rerum considerauerimus naturam, & vniuscuiusque rationem vt vnum digno uerimus, non omnia, per natiuitatem ad hoc vt sint producta esse cõspicabimur, vt sit maxime friuolus & eneruis peruersorum sermo, dum non vnum quid propriè ingenitum significat, multa enim ingenita etiam specificis differentiis secundum naturam diuersa. Quid igitur dicendum, si quis rogarit fortassis, nomen pater quid significat, vtrum quod non sit genitus ab aliquo, vel magis quod genuerit? HERM. Opinor quod genuerit. CYRIL. Rectè igitur si quidem paternitatis ratio omnibus modis patres facit exaltari, vt & ipsi ingeniti sint, cur non & nos ipsi, qui reuerentiam habemus vt patres, in ingenitorum ordine constituimur? Iam quum naturæ lex ea quæ nascuntur non ducit ad hoc vt ex se ipsis nascantur, & non aliter res habeat, quare veritatem corrumpentes, proprium dicunt esse Dei & patris ingenitum esse, quum & in nobis ipsis patris agnominatio nihil aliud manifestare possit, quam hoc solum quod genuerit. H. Finge quis nos rogare velit, vtrum genitus vel ingenitus sit Deus an pater? quid dicendum? C. Dixerim & inculpate quod ingenitus quidem dicatur, verum non quia pater ideo omni modo & ingenitus, sed quia nõ genitus est ab aliquo: verum dũ est modo ingenito, habet ex se & in se proprium filium genitum, atque hac ratione pater nominatur. H. Et sint hæc, dicent, veruntamen quod ingenito modo est, ab eo quod genito modo est, aliter habebit, & non idem intelligetur. Si enim non est aliud & aliud, finge verò esse idem, sequeretur iterum in vtrisque inseparabiliter mutatio, & nominum proprietas similiter esset patris & filij, sicut dicitur incorruptibilis & inuisibilis, &c. C. Tergiuersari nullus potest quin aliud sit esse ingenito modo, & esse genito modo. Honesti enim & veri ordinem non obluiscemur, veruntamen in talibus nominum differentia, nec diuersitatem, vt Dei tanquam Dei, insinuat, sed significat tantum, quod non taliter est, hoc est, non genitus. Proinde quid ad hoc dicent, omnia inter se promiscuè confundentes, tametsi in his valde seueri, supercilióque elato inflentur? H. Accidit igitur Deo & patri ingenitum? C. Minimè. Nam simul intelligitur Deus & cum ipso omnia quæ eius sunt cum eo, nullúmque accidens intelligitur in eo. Nec mireris, quoniam & in nobis ipsis rem sic habere qui volunt absque difficultate vidét. Qui enim in tempore esse cœpimus, simul cum his quæ substantialiter & inseparabiliter insunt definimus. Nihil igitur intelligitur meritò in Deo quod ei accidat. Et siquidem essent accidentia quæ substantiis quorundam naturaliter insunt, non omnino tamen ipsa per se in propria & distincta differentia, sicut in homine intelligimus, vel saltem in quopiam alio quod est. Videtur autẽ magis circa rerum essentias, qualem locum habere in Deo coniectare debeamus ingenitum. Nam si staret ipsum ingenitum esse per se, & haberet propriam existentiam, esset autem hoc, sicut illi dicunt, proprium Dei ac patris, aliud esset ab eo cuius est proprium. Nam quod est & existit proprie subsistens, aliud certe omnino est ab eo cuius est, & consequẽter duplex facta esset simplex patris natura, ex patre & ingenito cõposita. Attendẽdum autem est non ad vmbratilem illorum sapientiam, sed ad saluatoris voces bene discernentis inter suam & eius qui genuit naturam. Ingenitum quidem nullo modo, patrem autem nobis ipsum nominauit. HER. Mulge lac, & ede butyrum, cantat nobis Salomonis sermo, & sapiens, vt mihi videtur, oraculum. Nam vt is cuius mẽs arcanis sententiis & diuinis doctrinis impleta, necessaria quædam dicat, meo iudicio nihil aliud fuerit, quàm studiose inquirere & quasi lac quoddam, exprimere sermones ad religionem pertinentes. Proinde si permittis interrogando talis ero, vt alacritate quadam interponam semper pro maiori intelligentia quod obiici posse videtur. Itaque interroganti & hoc respon-

Prou.30.

de: Nunquid scit, inquit, filius ingenitum esse patrem? CYR. Etiam, minime enim negabo, neque deprehendar vsquam manifeste contendere. Veruntamen sciens esse ingenitum sicut incorruptibilem, & immortalem, & inuisibilem nullius horum mentionem fecit, agnominauit autem patrem, dicens: Pater sancte, serua eos in veritate tua. Et iterum: Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ. Quin & hoc dicit: Ego à patre exiui & veni. Cur autem non & hunc terminum in sancto baptismate constituit, & in principiis fundamentum immaculatæ fidei iis qui in vniuerso mundo iecit. Nónne illis incorruptibilem esse & ingenitum dico, præteritis, baptizare iussit in nomine patris, & filij & spiritus sancti? Per quę adducor perspicacibus rationibus, vt opinor, per illa sanctam nobis trinitatem minime declarari, sed collegit, & præ aliis proposuit nomina, distinctissimè nobis constituentia vniuscuiusque significati propriam existentiam. Communia enim, vt sic dicam, totius

An filius sciat ingenitum patrem

Ioan.17.

Matt.11.

totius trinitatis dicerentur quæ substãtiæ summæ agnata sunt. Et diuinam quidem si quis agnominaret naturam, integram nobis quasi in vno significato ostenderet statim sanctam Trinitatem, quæ in vna deitate intelligitur. Veruntamen nondum manifestaret vnus personam propriè. Patrem autem, & filium, & spiritum sanctum dicens, non eorum ex quibus est indiscrete omnis deitatis natura, manifestationem facit, sed eorum ex quibus sanctæ Trinitatis dignoscitur identitas, in substantiam eorum quæ intelliguntur in subsistentiis propriis, sermone vnicuique distribuente conueniens nomen & ponente in propriis subsistentiis, quæ substantialiter vnita sunt. Nam summam quidem radicem vltra quam nihil intelliges patrem, & summa radice natum & genitum accipies filium, non in ordine æquali cum creaturis sortitum in tempore habitudinem, neque miroribus quàm in his in quibus pater est, suæ declarantem naturæ pulchritudinem, sed simul & coæternum, & per omnia æqualem mensuram habentem, excepto hoc quod genuit id quod soli Deo & patri conuenit. Sanctum item spiritum agnominamus ex Deo patre per filium profundi naturaliter, & quasi in figura spirationis quæ ex ore illius, nobis desi-

B

gnare subsistentiam. Sic enim manifestam & inconfusam triũ subsistentiarum in propriis existentiis proprietatem seruans vnam & consubstantialem naturam omnium reginam adorabis. HER. Optimè dixisti, dicta enim hæc sunt à me, non quod sic habeant. Dictunt nihilominus quod per vocem ingeniti dei & patris propriè definiatur natura, ita vt postea absque labore declarent alterius naturæ esse filium, quãdoquidem genitum non est idem cum genito.

In Deo non est accidens ingenitum.

CYR. Igitur optimè dixerimus eis, & meritò: si filij naturam definit genitum, alteriúsque naturæ hac ratione, & alienum à substantia patris, quid inde sequetur? stupenda quidem crimina, blasphemæque opiniones quæ temerè audeant substantiam vnigeniti summam ad inferiora decutere, quãuis dicat manifestè ad nos tanquam factos: Vos de infernis estis, de sua autem subsistentia, ego de supernis sum. Quomodo autẽ summus & supernè descendet ad nos, ad inferius, & alienum à se, intellectu facile est rem consideranti. Igitur non quod vnigenitum cum ingenito omni concedat quis communem habere rationem, dixerim quantum ad id quod ingenito modo est.

Ioan.3.

Sic esset iuxta sermonem, qui ratiocinationem consequitur, etiam cum omni genito, genitum simile & æqualem habens rationem. Deinde quomodo hoc ambiguum? eadem enim ratiocinatio est in vtrisque absque immutatione. Itaque ô Hermia, haud contemnendam adhuc impietatem dices, vel obliuisci potes fallacis sermonis aduersariorum, qui fucatam quidem speciem habet, & diuinis verbulis illustratus est, ita vt possit simpliciorum mẽtes auferre, & teterrimam parere blasphemiam. Nam delato nobis filio inter creaturas, etiã inter ea quę natiuitati & corruptioni obnoxia sunt, cõputabitur is in quo viuimus, mouemur & sumus. Nã si terræinus filij secundũ illos erit nomẽ genitus, & susceperimus vocẽ hanc substantiæ significatiuã eandẽ habebit rationem, secundũ quod intelligitur genitus cũ omni genito. Innumera autẽ & vilissima quæq; vtputa culices & mures, & adhuc turpiora hucusq; pertingũt. H. Rectè dixisti. C. Quare autẽ & filium nominant, vel saltẽ putant patrẽ existere Deũ, si non ex sua nobis substantia verè filiũ genuit? Itaq; neq; patrẽ, neque filiũ adhuc nominant. Amica eñ semper Christianis ueritas. Quomodo nõ melius esset silentiũ

Prou.26.

D

quàm illorũ vomitus? Ne respondeas enim insipienti, inquit, secundum insipientiã suã. Verũ vt ne indicta causa persequentes impotentius & sæuius vrgeãt, facientes multis negociũ sermonum volubilitate, putãtésq; subuerti nõ posse sermonẽ ab ipsis, nescio quomodo enunciatũ, ac miseris syllogismis confirmatũ: age instructos illos in fraudib. & omnis doli armatura, nos leues quidã, & quodãmodo non thoracati milites, Christo præsente & propugnãte pro virili, obiectionibus quæ à cõmunib. sumptæ sunt sentẽtiis manifestabimus, cãtãdo oppurtunè quod per vocẽ Dauid dictũ est: Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non seruabit me, seruasti enim nos à tribulãtibus nos, & odientes te confudisti. H. Tene hoc valde firmiter. Dimicabit enim nobiscũ in acie, & simul arma sumet omniũ dominus. C. Satis quidẽ alacer sum, minimè eñ torpescendũ est, opinor autẽ hoc ante alia dicendũ esse. H. Quod nã? C. Quã

Psal.43.

Terminus logicæ.

imprudẽter & imperite ingenitũ dei terminum esse dicũt. Terminũ verò voco, quod habet definitionis vim. An non talis apud illos natus est sermo, & in hanc venisse impudentiã deprehensi sunt? H. Etiã. Nam absq; formidine sic habere dicent, & vrgebunt. C. Neutiquã mentiris. Res enim audax est, & ignauiam imperitia roborat, nec vllius rei curã gerit. Nam minimè timere solet, & si rectum & irreprehensibile condẽnet absq; inquisitione ad omne quod sibi videtur vergit, etiam si videatur maximè absurdũ. Vide igitur laqueis imperitiæ in hoc grauissimè detẽtos. Nam substantiarũ terminos non in nomine & dictione vnica facere inueniemus eos, qui dialectices sapiẽtissimi sunt, & cõperiemus hoc absurdũ apud eos, qui sermones diligẽtissimè probãt & examinant, quod vnũ aliquid dictione vnica terminos faciat. Nã neq; eũ qui duas accipiat dictiones perfectam definitionẽ daturũ dicunt, sed si tribus vel plurib. perficiantur termini, tunc tãdem erũt magis manifesta quæ definiũtur. H. Exẽplum vellẽ. C. Nam si quis affirmare voluerit fortassis quid sit homo, & deinde respõsum angustissimũ quasi vno verbo dare velit & definiat, dicẽs animal, obscurissimè dixerit. Nam quãuis homo animal sit, nõ tamẽ solus, & ita proprie. Conuenit enim hæc agnominatio & alijs, nam & multa alia animalia sunt, est & canis, & bos, & pardus animal. Si autẽ quis primæ dictioni & aliã adiiciat, definiẽs esse animal mortale neque sic perfectã & plenã demonstrationem fecerit, quamuis verè dixerit. Sũt enim canes & boues & cætera animalia mortalia. Quod si quis deinceps ponat omnia alia quæ homini insunt substãtialiter & generaliter ac propriè, simũl vocãs animal rationale & mortale, mẽtísq; & sũctiæ capax, definitionẽ protulerit, in qua nihil deest quod ad definitionẽ necessariũ. Intelligis quomodo sermo noster rectus sit ac verax? H. Intelligo & quomodo nõ: C. Quãdo igitur dũ definitiõis vim vnico verbo cõprehendunt, declarãt se imperitos, viles & in sua arte nullos, quid diceret (quãuis valde sapiẽtes videãtur) si dei & patris substantiæ terminũ esse affirmauerint ingenitũ? Valde autẽ inconsiderarè in tales sermones incidũt, quãuis subtilẽ & defecatam mentẽ habeãt vt putãt. Nam hoc eos opinor latet & præterit. H. Quod vel quale dicis? C. Si substantiarũ definitiones profe rantur iuxta propriã rationem, ipsis congruã, à genere quidẽ in-

C

cipiunt, & cũ genere simul inferunt vnusquisq; significati substantialẽ differentiã vel differentias. Vis ne iterum dicendum exemplũ? H. Manifesta, sic enim nobis sermo ille tractãdus est. C. Si igitur quis te interrogârit, & vellet sibi dici, quid sit canis vel bos, quid dixisses ô Hermia? H. Dixissẽ quod animalia. C. Vltra dic mihi, si hoc & solum dixisses, nũ putabis te congruã fecisse manifestationem. HER. Minimè. Nam si voluissem quę congruũt dicere, adiecissem etiam alias differentias vtrique conueniẽtes. CYR. Verissimè & bene habet. Itaque non est contẽdendum, sed manifestum sit quod primum per genus, deinde per specificam differentiam quæ vnicuique conuenit eundum est.

Definitio non fit ex vna dictione, & quomodo constituatur.

HER. Non aliter habet. CYR. Vide igitur, imò declarent nobis qui ingenitum imperitè in definitionis virtutẽ recipiunt, vtrum eã dictionem velint esse genus, vel differẽtiæ significatiuam. Itaque si genus esse dicunt, significet nihil ac aliis exemptum, vt non deprehẽdamur specificæ differẽtiæ virtutem generi adiungere, ipsumque à propria virtute amouere. At si hoc transeũt, & dixerint esse differẽtiam, indicent simul nobis cuius sit differẽtia, quum nullius generis verbum adhuc præmittatur. Quomodo igitur definitio substãtialis sufficiẽs erit, & iuxta propriã rationẽ ex sola differentia componetur? An non risum necessario excitabũt, si sic se gerere pergent? H. Excitabũt planè, nec est dubiũ. C. Igitur siquidẽ quis vellet ad hæc dicere, & quod & ipsum extrema calũnia plenũ omnino dogma eorũ deturpet, quomodo nõ verissima dicet? H. Dic cum exemplo, quid? C. Sic antea dixi ab vno quopiã, substantiæ definitio nunquã rectè fit. Prius enim genus quodãmodo semper intelligitur quã propriæ differẽtiæ, à quo sicut à repagulo succincte vadens sermo, & immitat distinctè sequentib. rectámq; & indubitatam facit manifestationẽ. Si igitur ingenitũ termini virtutem impler, imperite contẽdunt, differẽtia enim non erit. Nam significat nobis non vltra quidem quod non genitum sit, sed neque dictioni permittemus, quod talem virtutem habeat. Assumatur itaque potius apud illos sicut genus sim-

pliciter & indistinctæ, quamuis congruam rationem non habeat, veruntamen supponatur quod genus in ipso ingenitum, secundum quod illis inconsideratis placet. Genus autem omnino nobis nihil significat, vt ne differentiæ accipiat locum & virtutem, dum non affert vltra vox ingeniti expositionem eius quod est non genitum esse, qualem nobis differentiam exhibebit patris cum filio, vel quomodo habebit minus secundum aliquid, etiamsi existere intelligatur esse genitus? Equidem profecto non intelligo, tu autem quid dicis Hermia?

HER. Quid posset obsecro, ad hoc dici? CYR. Iam opinor satis redarguimus & manifestè quod ingenitum, nec sanè, nec docte definitionis vim recipiat. Neque mos est nobis talibus sermonibus vti, sed tribuimus hoc necessitatib. quod præter voluntatem & vltra debitum in illorum disciplina versamur. Non est difficile tamen etiam alias sententias iam antea inuentis adiungere. Attentabo autem quatenus potero. Dicũt enim valde diserti & studiosi, & exercitati in talibus, omni definitioni conuenire conuersionem. HER. Et quidnam hoc est, quàm cupidè ex te audierim. CYR. Itaque in iisdem sermonibus sum, & scholastice rogaturus. Nã definimus quidem hominem tali sermone: Est animal rationale mortale, equum verò tali, est animal hinnibile. Faciemus autem & aliam prædictorum manifestationem, omnino non à primis, sed à postremis vocibus retrorsum, euntes ad definitionem principij. Si enim quid mortale est & rationale animal, ipsum intelliges & hominem: vel rursus, si quod hinnibile animal, hoc equi monstrabit naturam. Si igitur ingenitum est definitio, cur non accipit conuersionem? Fatentur enim, quod si quid est ingenitum, hoc sit terminus & substantia Dei patris, sed non est verus sermo. nam innumera sunt, & difficile esset enumerare. Sentis in quantam absurditatem sermo pertingat? HER. Etiam, in valde grauem.

CYR. Considerabimus autem, si & alia ratione quàm ista ingenitum nõ possit esse definitio. Definimus enim vnũ quod que ex his rebus, ex quibus esse creditum est, & est verè. Non enim euenit, vt priuetur quis illis ex quibus non est quasi ex aliquibus. HER. Quomodo dicis?

CYR. Nam ignem vel aquam quid vel quale vtrunque sit, natura prædicare volentes. De igne quidem dicimus, quod corpus sit calidum & siccum: de altero autem, quod humidum sit & frigidum, & hoc opinor, est definire ea ab iis ex quibus sunt. Si autem diceremus, explicantes naturam ignis quod neque frigida, neque humida sit, & omitteremus dicere, quod sit calida & sicca: de aqua verò, quod neque calida, neque sicca, quum debeat dici quod sit frigida & humida. Vnde tibi videremur fecisse manifestationem? HER. Ex illis quibus priuata sunt, & quæ ex confesso non sunt. CYR. Igitur si cui videbitur de quacunque re sic sentiendum & loquendum demõstrauerit distincte & simpliciter sic veritatem in vnaquaque? HER. Minimè. CYR. Proinde si de Deo & patre solum ingenitum nobis quod non esse genitum manifestat, quo pacto & definitionis vim habet? eo quod non quid est, sed quid non est, hoc modo significat. HER. Quod nõ genitus est omnino dicis? C. Sic dixi, nam dictionis vis hoc quodãmodo habet. Quid autẽ iterũ cogitant, si adiecerimus, & dixerimus quod substantiarũ termini cũ nullo habeant differentiã oppositam necessariò, neque in ordinem relationum suscipientur, ita vt si quis nominauerit vnum, alterius quoque omnino quodammodo meminerit. Semper enim per vtraque alterius manifestatio simul adiudicatur. HER. Non valde manifestus sermo mihi est.

C. Attamen nihil obstat, quin clare à te intelligatur. Nam patrem si quis nominauerit, vtique inducit audientium mentem ad cogitandum de filio vel simpliciter & ruditer de prole: id quod è diuerso de filio etiam verum fuerit. Simul enim venit gignens cum significatione prolis. Similiter autem se habẽt & æquali modo, dextrum ac sinistrum, nam alterum cum his nominatur & simul enascitur. Qui autem hominis substantiæ definitionem enunciarit, vel alterius cuiuslibet animalis, nullúmque illi coniunxerit oppositũ, hoc est quod necesse ex opposito exurgat, quemadmodum scilicet est in dextro sinistrum vel in patre filius, vel in gignente quod gignitur. Homo enim homo est, & lapis lapis est, & nihil illis est contrarium, sed sua illis & propria nomina sunt. Vox autem ingeniti habet secum cogitationem quandam, eius quod est, non esse genitum. Vnde quodammodo genitum simul insinuatur, cuius qualitatem effugere, illa sua proprietate contendit. Præterea quomodo vox ingenitum esset definitio, quæ non se habet similiter iuxta id quod ex vtrisque declaratur? HERMIAS. Nihil ergo esse dixeris in Deo patre ingenitum?

C. Neutiquam, nihil. Equidem dixerim, seruatam eam vocem esse vni, & coniungendam illi, iuxta rationẽ eius quod est, non genitum esse, quamuis hoc minimè ferendum sit ad vim definitionis. HER. Sed ad definitionis vim, inquiunt, non ordinatum est ingenitum. Attamen in Dei & patris substantia sit hoc eius, & quamuis ingenito oppositũ non esset genitum, esset tamen idem cum patre secundum naturam filius, nominum qualitate nobis substantialem differentiam definiente.

CYRILLVS. Quàm acutus iste sermo, & quàm versutis cogitationum ab aliis in alias discursionibus leuiter & variè se vertit. Videntur & mihi impiorum istorum dogmatum propugnatores, qui qualecunque tale supponendum dicunt, facere sicut solent ij, quorũ ars in tabula & pictura qui quando ostendunt animal quoddam alieno colore, fallente ipsorum cogitatione & manu, iterum aliis tincturis colorem variant, vt rectè habere videatur, præter naturam, ita vt putet spectatores picturæ vix eò peruenire, vt non fallantur, etiam si magna illis sit exercitatio: at dum inde se probari putãt, obliti quomodo dudum lapsi sint, quodammodo seipsos laudibus celebrant. Verum correctionis laus ostendit indignitatem eorum quæ ab illis imperite facta sunt, an non verum est quod dixi?

HER. Verum quidem est, attamen relinquam hoc inultum, & eamus ad illa, etiamsi ipsi ad alia concedere vellent, ne superciliosè nobis obiiciant, velle nos super hoc certamen vitare. C. Permittamus igitur, & esto quod rectè hæc se habeant, quamuis imperite dicunt, ingenitum esse substantiam Dei: sed statim opinor quis, & ad hoc multum ridens dicet. Si hoc ingenitum substantia Dei est, innumera quæcunque ingenita modò sunt in mundo, & omne quod ingenitum est, id est substantia Dei: hoc est habebit ingenitum in ratione substãtiæ. Est autem ingenitum, vt sol, & similiter luna, stellæ, & cœli: transeo enim principatus & thronos, & omnem creaturam quæ super nos est, quæ non per natiuitatem sicut nos subsistentię accepit initium. Sed non omne ingenitum substantia dei est, neque his quæ ingenito modo sunt, in substantialem definitionem ingenitum computabitur. Num ingenitũ in hoc recipiemus, sanum & incorruptum adhuc seruãtes sensum? Alioqui, vt opinor, oporteret etiã hoc inferre: Si quod ingenitum substantia, substantiæ autem nomen, neque generis neque speciei, neque differentiæ vel differentiarum plenitudinem auditoribus ostender. Veruntamen quia substantia nihil in deo significat, solum ingenitum, non etiam quod non genitus sit reputetur significatiuum? sed quod solum substantia, & incertum cuius. Caret enim & genere, & specie, ac differentia. Dicamus autem sic & de filio natiuitatis nomen, & intelligatur solum substantia nude absque omni vlteriore definitione. Itaque quum vtrunque nomen simpliciter & absque distinctione proferatur, ita vt nullam aliam cogitationem afferat, quàm solam essentiam, quæ erit vltra differentia patris à filio? Nam quum nullus substantiam substantiæ addat, neque enim maius, sicut dicit, neque minus recipit, neque diuersum faciens habitura est, sed omnino similitudo substãtiæ cum substantia absque distinctione quadam erit, apud rectè sentientes, licet substantiæ intelligantur solum & nominentur. Proinde imperite & indistincte substantiam dei esse ingenitum excipientes, erubescant de sua imperitia, & non filij naturæ obstaculum dictionem ædificent, dogmatum contra veritatem latrantium varietatem nusquam nobis visam tanquam manifestam afferentes. Et si ingenitum in deo & patre, non est non genitum esse, neque certè aliud in filio genitum esse significat. Substantiæ enim ambo sunt, & absque oppositione. Monstrauit autem dudum sermo noster, quod nihil separet substantiam à substantia in hoc scilicet, vt aliter & aliter habeat secundum quod dicimus & intelligimus esse substantias.

Proprietates substantiæ.

Ingenitum non est substantialis.

Nunquid

Nunquid igitur, manifestus & sanus sermo est, vel corriges, & emendabis? HER. Minime, bene enim habet. C. Quod si ipsi abstulerint à voce ingeniti, manifestationem eius quod est non genitum esse, & substantiam simpliciter existere institerint, quæ ratio nos cohibebit, volentes auferre à genito natiuitatem, & illam in substantiæ vim distribuere, quemadmodum scilicet & ipsi ingenitum? Iam quomodo adhuc dignoscemus, & qualis ratio nobis deputabit? differentiam patris & filij, vel filij & patris, in persona & subsistentia? Quis enim adhuc qui genuit, & quis qui genitus est? Obscurum iam quomodo. Itaque periculum, quod omnis fidei nobis sermo disperiturus sit. Vnde iam & quo modo in patrem & filium credimus tanquam in genitorem & genitum? Non enim suscipiemus nudam & corruptam, inque ijs maxime nominibus significationẽ. Absit. Dixerim meritò, quod si quidẽ fidẽ habemus incertam & necessariã veritatem, etiam non aberrabimus à vera cognitione, qui in patrem, & filium, & spiritum sanctum baptizati sumus. HER. Bene dicis. Audiui autem, quod & illud dicunt: Vocatus est pater, vt conditor, & ijs qui ex nihilo vt essent productis quasi natiuitas & origo. Vnde & nos quoque edocti sumus, aiunt, nominare ita Deum, & prædicare in precibus: Pater noster, qui es in cœlis, & cætera. CYR. Vltra, vir optime, dicemus ad hoc illis: Iussi ne sumus vocare Deum patrem, ideo quia ipse omnium creaturarum genus perfecit, vel quod gloria adoptionis filiorum redimiti sumus, & inter filios reputati? HER. Propter naturam quidem tanquam creaturæ, propter gratiam autem filij. C. Sed hic quidem si non nominaretur pater, & filius quoque, ne simul inferatur esse factura, neque videatur tunc aduentitia ei facturæ ratio. Quoniam patri quidem est habitudo ad filium, & filij ad patrem nullo obstãte, quemadmodum scilicet creatori ad creaturam, & creaturæ ad creatorem. Iam si abstulero suum cuique decorum, & virtutem eorum quæ dicuntur ad aliquid, deprehendemur contumelia afficere, patrem quidem vt creaturam, distribueréque filio habitudinalem quandam vim ex significatis ad factorem. Quomodo non inde & valde meritò in summa dementia risum excitabimus? HER. Tanquam filij patrem vocabimus Deum, sed insipientium fuerit arbitror in superfluis contendere. C. Sed neque pater secundum veritatem esset, neque etiam filius, si quis intelligatur, qui genuit, & qui genitus est. H. Recte dixisti. C. Vocatus itaque deus sit, si placet tropo abusiuo, vnde ergo amice inuenit agnominationem, siquidem ipse non est pater secundum naturam, num fortassis à nobis, dicent qui natura & veritate patres sumus? HER. Bene scis, quod & hoc dicunt. C. Quodnam? An non ponemus beatum Paulum paternitatis initium non nobis, sed neque vlli creaturarum tribuere, segregare autem & consecrare quodammodo soli Deo, & primo patri. Scribentem autem nobis audiet quis: Ex quo omnis paternitas tam in cœlo quàm super terram nominatur. Respondе enim ô Hermia, vt sermonem nostrum exerceas. Si voluerimus discere. Nunquid in tempore ingenitus factus est Deus, qui is non fuerit ab initio, vel certè simul intelligitur ingenitus, & fuit ingenito modo? H. Ingenito modo erat. Nam aliud quiddam quàm hoc dicere, quomodo non valde ineptum. C. Num vox ingeniti significat non genitum esse, vel quomodo? H. Scilicet, non genitum esse. C. Cur Deum qui principio caret, videri talem omnino oportebat? vel qualem illi distinctionẽ contra quosdam afformauit dictio vel natura siquidẽ ipsius natura est ingenita, quum nullum adhuc esset genitum, vel coexistens, quandoquidem patrem dicunt non esse genitorem filij. Ad quid enim ingenitus, si genitorum substãtia prorsus adhuc occulta sit: Non enim dixerint, vtne videantur quæ genitorum modo condita sunt, simul initio carere & coæterna esse cum Deo ingenito. Et siquidem esset ingenitus semper pater, quum sit Deus, supponendum omnino necessario dici esse, & eum propter quem ingenitus est, hoc est propter filium qui natorum modo, cuius imagine locupletari, & propter virtutem ac pietatem assecuti figurationem, patrem vocamus Deum, & nos quoque iuxta similitudinem summi & primi patris patres nominati. Imaginibus exemplaria antiquiora sunt. HERM. & quid prohibet aduersarios Deum vocare patrem abusiuo modo, quandoquidem nos omnino secundum naturam sumus patres, vocatus autem pater, quod his qui facti sunt autor fuit vt essent? Existentiam habens ingenitum in substantiæ vim. CYRILLVS. Atqui diuus Paulus vere nobis attestatus est, quomodo accipiatur ab ipso paternitatis nomen, contra omnem rationalem facturam, secundum similitudinem & imitationem primi, ostendentis manifeste hoc quod est, & in nobis ipsis. Dixit autem minime, quod & ab ipso sit omnis innascii in cœlo & in terra. Num oportet omnino natum esse nihil. vt & in sanctis ingeniti significetur imago? Nihil enim æquè creaturam decorat, ac figurari & effigiari ad id quod super omnia est. HER. Negabimus itaque creaturam auferentes eius natiuitatem, vt conformetur ad id quod ingenito modo se habet? C. Non hoc, inquam, sed sensuum qui illinc absurditatem colligendam censeo, à quibus vt quàm longissimè discedamus sapiẽs ille sermo persuadebit: Teipsum castum seruа, & non esse communicandum alienis peccatis, bene adiiciens. Nam quum oporteat nos mordicus amare, & tenere sanctorum patrum inculpatam opinionem, quid alienis oblectamur, & tam mentis ferocis efficimur participes? Ferox enim mens est quæ contra gloriam filij latrat, & contra iusticiam Dei loquitur, sicut scriptum est. Videbatur enim & valde recte, celebribus illis viris, qui sacramentorum saluatoris nostri dispensatores fuerunt, placidi & probatissimi substantiam quidem Dei nullo modo esse ingenitum, vocem autem solum audientibus significare non est genitum, quod certe in sermone subsistentiæ Dei & patris esse dicimus non ipsam rem Dei substantiam. His enim qui considerare voluerint, quia omnia quæ nobis sunt, vel etiam quod sunt, in nostra coniectura sunt, quasi ficto substantiæ habitu, alia quidem in propriis sedibus sunt, & esse quoque quod sunt, in subsistentiis obtinuerunt: alia verò non sic se habent, sed sedes autem potius sunt: & in propriis quidem non fundata naturis, sed rerum essentias circundant, propter quod cuipiam accidere possunt, vel certe dicendum cuipiam videri, quod cum habentibus subsistant, & alienam quasi propriam naturam induant. HERMIAS. Quomodo dicis? C. Non enim tenes memoria sermonem quem fecimus, & pro virili bene commonstratus. Quia ea quæ in ordine accidentium vel simpliciter inhærentium numerantur, minimè quidem in se ipsis, sed magis: in aliis quis existere animaduerterit & videntur quidem esse secundum se & dici, naturam autem eius cuius sortita sunt quasi propriam habent. non enim idem aliquod per se, & in substantia existit quod genitum & ingenitum sit, sed solum nobis manifestant vel genitum esse, vel non genitum esse. HER. Bene dicis. C Itaque existimare oportet ipsam innascibilitatem, quasi in ratione subsistẽtiæ Dei & patris existentem, & ponẽda quidem est esse ipsius, non autem ipsa. Cõsidera enim hic absurditatem, si placet. Nam si verè substantiam esse dicunt ingenitum. Innumeras autem res quotquot genitę existunt, quid prohibet adhuc cogitantes dicere, neque subsistere res aliquas, quamuis esse sortitæ sunt genito modo? Quoniam quicquid non esset ingenitum, abscederet & excideret ab essentia, ne esset. H. Excideret vtiq;. C. Quomodo autem non etiam illud congrue dicendum eis. Nam si substantiam Dei & patris dixerint ingenitum, hanc autem quasi propriam sequestrent naturam, aliis semotis, Deus qui super substantiam est, & vltra omnia genito modo esse consequenter cogitandus erit, & in proprias quadam iacere natura, nihil ad illam naturaliter habente commune. Qualis enim & quæ esset geniti ad ingenitum ratio, quantum ad qualitatem attinet substantialem inquam. Deinde quid dicerẽt, mali, ad quodlibet audaces, qui ea quæ Dei & patri propria, etiam in sobole, hoc est filio viderent. Vita enim & lux, & Deus verus pater, sed sunt hæc & filius non participatiuè, vel comparatiuè, sed substantiue, & æquali modo. An non sentis posthac, quæ deitatis propria & eximia, rationem & modum innascibilitatis magis dicerent, vt ne aliorum esse dicamus, quæ absque natiuitate esse & subsistere videntur, cõgruit autem magis vt Deo & patri sic enim transeunt posteа quasi ad filium, illo etiam ex ipso natura. Opinor solum hoc, quod in substantia idẽ. Itaque ingenitum substantia quidem Dei minime est, significat autem, vt dixi, solum non genitum esse patrem, & non est per se subsistens. H. Rectè habet. Dixerint autem fortassis aduersarii: Si genitè filium esse in idẽtitate, & consubstantialem

Rerum aliæ substantiæ, aliæ accidẽtia.

Ephes. 3.

Ingenitum non est subsistẽtia patris.

esse dicis deo & patri, non grauaberis iam, vt par est, quod & E
semper coexistat intelligere, & non absque passione & deflexu,
à quo nasci dicitur, natus esse, quamuis omnino nobis persua-
deat cuiusuis causam præexistere causato: & quod omne quod
gignitur consequitur quodammodo eius quod nascitur natu-
ram, præcedit enim vt partem. Præcedat igitur natura & veri-
tate natiuitas, omni modo & omnino afferens quod oporteat
pati defluxum, naturam, quæ supra omnem passionem & no-
cumenti expers est. CYR. Iam nónne hoc planè est quod
dicebam, suis enim efficiunt sermonibus, id quod intelligi vo-
lunt. Sicut tinctura nouo colore inductæ, in alias transeunt for
mas, & ad quodcunque prompte vertant. Neque ab harun-
dine differre eos opinor, qui ad tam paruum sermoné afficiun-
tur. Quamuis non erat committendum, vt talia diligerent, &
pueris similes fierent, sed maxime adulterina ista, vt inutilia ab-
iicere debebant. Etenim perdunt mentem optimam, ita vt in-
circunspecte ad quoduis moueatur, & quæ venerint in men-
tem rapiunt, & omnem putridum & infirmum sermonem ap-
preciant. Porrò seruile hoc dixerim, & mentis infirmæ. Nobis
1. Cor. 14. autem Paulus dixit: Fratres, nolite effici pueri sensibus, sed ma- F
licia pueri sitis, sensibus autem estote perfecti. Etenim sapere mi
nus quàm oportet, & minus quàm satis est ad veri cognitionem
transire, etiam in viris perfectioribus: & non iam ephœbis vel
parum doctis, sed venientibus in mensuram ætatis plenitudinis
Christi, indecorum & minime sanctis dignum, quod autē dam-
num afferat hic quibus insederit, ita vt difficile deleatur, haud
dubium est. HER. Non aliter habet, recte enim dicis. CYR.
Vis igitur vt hæc relinquamus, habeant se vtcunque velint, &
pergamus vt illorum nugacitati veritatē opponamus. HER.
Vtique. Hoc enim & vtilius fuerit. CYR. Itaque causam
& causatum nescio vnde sumpserint ac nominarint, non enim
hoc à diuina scriptura dicunt, quid igitur credunt se sapere?
HER. Etenim nuper audiebas dicentem, quomodo semper
quodammodo est in antiquiore cognitione & subsistentia cau-
sa quàm causatum, & quod generans non sine passione atque
defluxu vnquam generet, atq; id circumferentes, minorem esse
patre filium affirmant. Faciunt autem esse talem, & quodāmo-
do sero genitū, & fortassis etiam hanc non veram natiuitatē im
piè diuulgantes, syncerit atem quæ ex substātia calumniantur. G
CYR. Itaque natrent dicētibus illud, nunquid vtiná credunt
patrem filio aliquid esse, aut vt existēti in ordine creaturę & di-
spositio more artificij in creaturis, vel nō sic? Simul autē dicent,
quod secúdum verum natiuitatis modū, ex propria nobis sub-
stantia id quod genitum proficiscatur. HER. Sicut patrē di
cunt vel cōditorem. Simplex enim existens, & supra substātiam
deus, sicut intelligitur cōdere, ita & generare. Etenim nō vnius
speciei operationē is qui simplex est, componet, aiunt. CYR.
Etiam hoc fuerit, omnia sursum, deorsúmque versare, & bene
discretam rerum naturam absque compositione valde confun-
dere, & inferre in promiscuam sentinam ea que inter se longus
& diligens sermo, quasi fluentis æqualium amnium separat. Ita
Aliud gignere & condere. enim dicebat gentilis quidam philosophus: Aliud enim est con
dere & gignere, idque omnis nobis ratio astipulabitur. Opinor
sanè eum, qui extraneas sententias recte tenet, & in bona fide
fundatus est, simplicitatem patri non absurde tribuere, neque
sermonem qui de illo cōfundere. Si enim condit, ita & gignit,
& inter illa nullum discrimen intelligitur, neque aliter & aliter
habent: non vererer illud dicere, quod quorumcunque quis sit H
opifex, eorum sit & pater: & omne quod factum est, intelliga-
tur esse & proles eius. Quot autem ista sunt, & in quot specie-
bus & differentiis, dictu quidem difficile, attamen apud eos qui
volunt expendere, nulla res est quæ non admittat sermonem
quod facta sit. Sunt autē omnibus modis inter entia, etiam quę
extrema abiecta, neque hoc quis negat. Itaque omnium pa-
ter erit Deus, si talia sint? HER. Et quomodo non valde ab-
surdus iste sermo? CYR. Vtique vltra summam impietatem
potius dixeris, si recte loqui voles. Nam si apud deum & patrē
idem esse dicunt cōdere & gignere, veréque indistincta, & non
diuerso modo se habere propter substantiæ simplicitatem, pri-
mum quidem affirmant fabulosam esse sacram scripturam, quę
vnigenitum filium nominat eum, quandoquidem verè est (id
quod dicunt aduersarij) inter multos fratres, imò inter omnes
simul, quibus esse concreditum est. Vel genitum fortassis, vel
quasi artificum industria productum ad existentiam. Viden-
tur enim illis ambo hæc esse idem, & non diuerso modo se ha-
bere. Esset autem & in sermone lapsus etiam ipse magnus do-
ctor noster Ioannes, dum de filio arcana pronunciat, quod vni-
genitus sit in sinu dei ac patris. Non ementitum arbitror hunc
illius natiuitatem, quam demonstrans nos audaciores efficit.
Iam quum verbum sapiens facile Iudæorum indiscretos impe-
tus repellere posset, audētium inuadere quod se dixisset filium,
deprehendetur quod illos magis in se exacuerit. Cur enim non
potius dicebat: Ego sum creatura & factura Dei, patremq; pro- *Ioan. 5.*
prium nominabat Deum, æqualem se faciens Deo? Quid item
oportebat dicere in synagogis: Qui credit in filium, non iudica-
tur? & non id quod erat verisimile, & valde facile demulsisset
auditorum implacabile odium. Qui credit in creaturam, non
iudicatur. Opinor enim, si hoc clamantem audisset quis, non
putare illis onerosum, neque voluisse lapidare ipsum, & neque
vsque ad supercilium montis deducentes, vt præcipitent attен-
tare. Quid autem faciebant sapientissimi discipuli, sentientes es-
se filium, & non creaturam? Nam postquàm ambulans in sum-
mis fluctibus, & liquidam ac defluentem aquarum naturam in-
effabili virtute substernens pedibus, latum transiret pelagus, in-
solitum sanctis Apostolis spectaculum exhibebat. Vix autem
simul ingressus naui vectus est: quamuis facile siquidem voluis-
set, potuisset etiam ipsis vehi fluctibus. Considerantes autem
illi, & inuictam potestatem reputantes adorabant, dicentes: *Matth. 14.*
Verè dei filius es. Nunquid non & cum iuramento iam causam
agentes esse filium dei verè dicunt? arguentur meritò vt men-
daces, & à verò aberrantes, deprehendenturq; & reprehenden-
tur. Si enim est non filius ex genitoris substantia natus, sed crea-
tura potius filiationis gloria honestatus, & agnominationem
humiliorem sortitus, quam ob causam adorarunt, cur autem &
filium nominarunt doctores, & veritatis præcones? HER.
Optime sermo noster habet. CYR. At diuinus & sanctissi-
mus Paulus, quamuis vas electionis nominatus à Deo, & ordi-
natus minister ad gentes, & diligens promus sacramentorum
saluatoris nostri, quid voluisset significare, quando clamat de fi-
lio & sanctis angelis: Qui existens splendor gloriæ, & character *Hebr. 1.*
substantiæ eius, & purgatione peccatorum facta cōsedit in dex-
tra magnificentiæ in excelsis, tanto melior factus angelis, quan-
to excellentius præ illis hæreditauit nomen. Cui enim angelo-
rum dixit aliquando: Filius meus es tu, ego hodie te genui? Et *Hebr. 2.*
iterum: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum. Nónne omnes sunt ministratorij spiri-
tus, qui in ministerium propter eos qui hæredes futuri sunt sa-
lutis? Et iterum: Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus
est solidus. Et omnis trāsgressio, & præuaricatio accepit iustam
remunerationem, quomodo nos effugiemus, tantam negligen
tes salutem? Quomodo enim omnino intelligetur à nobis ipsis,
& sanctis angelis ineffabilis gloriæ character. Et etiam splendor
substantiæ dei ac patris filius, si virtutem filiationis non re ipsa
verè recipiat, sed solum nudis honestetur vocibus, aliter secus
habens secundum naturam, & coordinatus creaturis? Neque
enim, vt videtur, est quod impediat etiam ipsum patrem inter
creaturas ponere, quandoquidem ipsius character & splendor
factus existat, sit filius. Quomodo autem adhuc nomen excel-
lentius præ angelis sortitus est: Nam si generare & creare apud
deum idem sunt, manifestum esset, quod & in filij ordine indi-
screte computata esset etiam factura, & quod inter creaturas
verè esset connumeratum, nihilominus esset & genitum. Cur
igitur deus adhuc moratur etiam singulis angelis dicere: Filius
meus es tu, ego hodie genui te? Quod enim habent volentes
intra se ac essentialiter, cur non eis tribuere videtur? imò (fer-
uentius enim dicetur) quid declinat & offendit eos, qui sortiti
sunt natiuitatis gloriam etiam in filij ordine numerare: Differet
enim omnino nihil secundum illorum stultam mētem, gigne-
re à creare apud deum, sed confunduntur duo hæc in vnum
quiddam, quod manifestatur, & ad identitatem recurrat.
HER. Etiam, videtur quod illi sic sentiant & dicant. CYR.
At nos non dicemus sic se habere. Absit. Nos enim magnum
discrimen habemus nominum, & rei. Responde autem, si pla-
cet, mihi interroganti. HER. Interroga quæ vis. CYR.
Diuinarum nostrarum doctrinarum magister optimus & emi-
nentissimus Ioānes scripsit de filio: In propria venit, & sui eum *Ioan. 1.*
non

non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis po-
testatem filios dei fieri. Nunquid, his qui non habent in sua na-
tura datam esse dicemus filiationis gratiam, vel his qui minime
opus habent vt accipiant, sed domestičè & substantialiter locu-
pletes sunt, ne hoc ab aliquo accipiant? HER. His qui non
habent, hoc enim opinor & verè. CYR. Vltra. Quis inter
eos qui sunt, omnino non habere deprehendetur, siquidem ge-
nitum non est aliud à condito, imò siquidem vnum ambo &
idem, & nulla diuersitate distant. Genitum enim esse dabimus
omne quod est, vtcunque productum fuerit, HER. Nun-
quid igitur ex sua propria natura genuit nos pater? CYR.
Non genuit quidem ex sua nos natura deus & pater alioqui id
quod in aliquo nostrūm videtur indecorum & ineptum, non
esset id quod omnio repugnat filio æquali secundū naturam.
Conditi quidem nos sumus citra controuersiam. Ille autem ex
substantia natus est dei ac patris, ad quem & nos cōfiguramur,
& in natiuitatis ordine recipientes ex benignitate gratiam, in
filios ordinamur dei, extraneam & adoptiuam assecuti dignita-
tem. Appositi filij, & formati ad verum, & vocati ad gloriam
eius, qui secundum naturam. Adoptiui autem omnino non es- B
sent filij, si secundum naturam non præexisteret, & verè natiui-
tatis in posterum, imago prius appareret in ipso archetypo. Ita-
que si non genuit verè pater, & apud ipsum gignere à creare
non est diuersum: cessat quidem nobis de filio sermo, & non ge
nerans etiam patris deprehendetur natura. Inanis quoque spes
erit susceptorum ad fidem. Vbi enim omnino filiatio adhuc?
vbi autem quæ inde dignitas? quomodo qui inter creaturas est,
vt melius habens reformare posset, siquidem æqualis rationis
cum genito, quod factum est, concurrente iuxta illos in vnam
quandam rem, creatione & generatione? An non omnino de-
liramentum & omnium fœdorum esset turpissimum? HER.
Vtique ita est. CYR. Si autem eiusdem sedis esse dicitur, &
est verè filius cum patre, dum non externè adducitur in verita-
te natiuitas ei modis omnibus, vt fulgeat in natura gignentis,
propter omnimodam similitudinem & æqualitatem: non ma-
nifeste iam dicent quodammodo gloriam in generante existen
tem, ac eo dignam, & ad ipsam iam pertingere genitorum na-
turam, & seruilia ad dominorum peruenire dignitatem? Etiam
Hebr. 1. diuinus Paulus scribit: Cui enim dixit aliquando angelorum: C
Filius meus es tu: vel, Sede à dextris meis? Quare enim hoc vo-
luit deus? nam illos quidem sibi voluit assistere & ministrare, &
dignam ipsis sortiri gloriam: hunc verò summis sedibus deitatis
immorari, & eum qui nullo pacto æqualis natura, & eiusdem
throni ac sedis habere participem? Magnum vtique momētum
patris voluntatem permouit, vt hunc illuc poneret, illos autem
tametsi non cōtemptibiles in suis dignitatibus. Tribuitur enim
hoc eis, quod immortabiliter persistant, & quod seruare possint
suum principatum, ac sursum & deorsum transire ministrantes
deo. Iniuria affecisset igitur, vt verisimile deus & pater, si non
æqualibus & ipsos permisisset potiri? At non sic habet. Absit.
Neque enim tam alieni à bono corde sicut illi erimus. Maxi-
mum enim interuallum & incomparabile discrimen est inter
factum ac genitum. Et ille quidem filius est, & existens æqualis
throni, illi autem assistunt ad hoc conditi à deo. Quid igitur cō
miscent quæ non commixta? & colligare attentant in identita-
tem absurde, à mutua cognatione secedentia, in tantum quan-
tum ipsamet rerum natura testis existens celebrārit? Verum, vt
apparet, studium illis nihil velle dispicere, vel vrgere quod ve- D
rum, impiè autem quasi ludentes immorari in multiplicibus
verborum ambagibus & irrefrenata nugacitate. HER. Fal-
leris minimè, nihil enim illis necessarium curæ est, coniecto ta-
men quod hoc dicant. Quomodo quod simplex varias nobis
faciat operationes, & generet quidem vario modo, vel sic forte
operaretur, & operetur non sic, vel quodāmodo generet etiam
simplicitatis non corrumpens rationem? CYR. Et hoc quo-
que est quod ego iterum opinor, nihil aliud quàm quod pro-
Esa. 36. pheta Esaias dicit, arundineum baculum in manus capere. Ete-
nim tam putribus & fragilibus rationibus vtentes, existimare
quod prudenter sapient, & firmis fundati sint: quomodo quis
non iure dixerit arundineum baculum manibus suis substitue-
re? Facile enim subuerti posse, quod sapiens videtur esse, vide-
bis: sic dogma probaturus, & intendens animo diligentiore &
curiosiore in res ipsas. Innumeræ enim rerum naturæ sunt, A
querum aliæ quidem ad differentiam inter se, & pugnantiam
minime coactæ ab eo qui ea quæ aliquando non erant produ-
xit, sed separatæ potius ad propriam sortem, vt secus habeant
quàm aliæ. Aliæ autem non hoc sortitæ solum, sed mutuis se
perimunt coniunctionibus non conuenientem habentes inter
se ad idē cōcursum. Lex enim ipsis naturæ accendit inimicitias.
Nunquid tibi pedetentim dictorū sensus venit. HER. Non
multum. CYR. Intellige igitur, quod dixi, dixerim absque
mora. Igitur producta sunt arte & efficacia dei, angelus ac ho
mo, cœlum similiter ac terra, bóspue & equus, lignum ac lapis.
Horum autem vnumquodq; in sua & separata intelligitur na-
tura, & non modis omnibus absque variatione in omnibus,
quàm in quibus cætera, nec diuerso modo habēt se ad alia. Res
enim est non repugnans, neque aliter non adiungibilis, homini
quidem angelus, angelo verò homo. Contrarię enim nullo mo
do inter se naturæ. Cœli autem existentia, vel certe & existen-
tiæ ratio non repugnat aliis. Nulla enim inimicitia distat terra à
cœlo, vel à terra illud, vel à lapide lignum: neque esse repugnan
tium, & in diuersitatem sectorum sortita sunt. Præterea omnia
facta esse dicimus efficacia dei, ignemq; adustinum, & aquam
refrigeratiuam, sed vnius simplicis opera ambo sunt: & siqui-
dem sunt hæc simplicis efficacię opera, quamuis diffidentia in-
ter se tāto discrimine, quomodo adhuc multiplicem efficaciam
simplici substantiæ detrahemus, impietatis occasionem, veritā-
tis sectam, nescio quo pacto suspicantes? Vide autem si tibi vi-
detur, & cum his aliud quiddam. Si enim, quandoquidem est
simplex deus, efficax est vniformiter ad eandem speciem, & de-
cere dicunt hoc eum maxime, cur non & simplicē affectionem
inesse ei credunt? HER. Quomodo dicis? CYR. Non e-
nim ô optime, abominabitur & despiciet impios, ac exosum ha
bebit peccatorem, oblectabitur autem in sanctis, & dignam lau
dem distribuet eximiè bonis. HER. Et quomodo non?
CYR. Concedes autem esse motionem quidem ad iram de-
linquentium vindictam, māsuetudinis verò fructum, honorem
& gratiam quę sanctis impenditur? HER. Concedo, etenim
sic habet. CYR. Igitur quoniam dicunt diuinam naturam
simplicē esse, & inde prouenire multiplicia opera, propter hoc
simpliciter habere putent etiam nō variam in ipso affectionem.
Vnde quos laudat, eosdem & vituperat: & quos approbat, eos-
dem etiam vituperat, & opus furoris & iræ est fructus mansue-
tudinis. Esse autem idem cum mansuetudine existimabimus
iram. Adiecerim item prædictis & hoc. Nam natura quidē dei-
tatis vnica & simplex. Dicimus autem ipsam esse vitam & vir-
tutem, ac sapientiam & gloriam. Et vita quidem viuit quod vi-
uificatur, virtute autem corroboratur quod forte, & sapientia
sapientiam accipit, quod sapiens est: gloria quoque glorificatur
quod gloria indiget, hoc est quod glorificatur: an non verum
id quod dixi? HER. Vtique verum. CYR. Substantiæ
autē simplicis, quo pacto esset fructus, id quod operatione tam
multiplex, secundum quod illi suspicantur bene habere. Multis
autem modis efficax est, quamuis natura simplex existat deus.
Nunquid ô Hermia putas aliquid his esse absurdius? Nónne
melius & magis rationabile videtur, putare quidem deum, na-
turam simplicem, gerentémque se & operantem vario modo:
permittere autem vt ipse & solus sciat, neq; vltra curiosius age-
re? Deus enim & quæ eius sunt, mentem sermonémque, ran-
scendunt. HER. Bene dixisti. CYR. Itaque bene habe-
bimus, si intellexerimus minime aridam & sterilem absque fru
ctu secedente & propriè, vniuersorum procreatricem naturam
manere, ad quam omnia quæ fructum proferunt effigiata sunt,
& secundum hoc suum fructum producentia. HER. Melius
sanè & incomparabiliter, simul autem petent, iuxta quod veri-
simile est, vt dicatur: Quomodo intelligatur pater, qui genuit?
deinde cur non passus sit ea qualia gignētibus accidere solent,
diuisionem, inquam, & defluxum? Quo pacto causa ipso causa-
to non sit omnibus modis cogitatione & positione antiquior?
CYR. Difficillima ô Hermia inuestigatu res est, & eloquentis-
simo non effabilis, imò nec intelligibilis. Mente enim ea quæ
super mentem sunt, neutiquam comprehendi possunt, neque
sermone quæ super sermonem, explanabilia sunt. Nam quod
pater quidem deus genuit verè ex propria substantia filium no
bis tradidit fides, obsignauit autem, & verum esse declarauit, di
uinitus inspirata scriptura, patrem & generationem vbique no-

minans. Opinor autem id quod fide susceptum, non vlterius inuestigationibus audaculis inquirendum. Etenim quod vl- E tra inquiritur non est fides, quemadmodum spes. Quod enim videt quis, cur & expectat iuxta sapientissimi Pauli vocem? sic certè fides quæ scrutinio exquiritur, fides non esset secundum rationem spei congruentem. Probatio enim qua fides appreciatur omnino libera est. Dico volentem accedere, oportere credere quidem quod sit Deus, inquirere autem non item. Ita sentiendum est, quod pater Deus & genuit. Vlterius autem inuestigatio, quomodo sit, reliquenda. Neque deridendum aliquem opinor, qui modeste definiat, quod vincamur ab his quæ nos excedunt. Diuinæ autem generationis modus omni mente superior existimatur. Porrò audiendus est manifeste clamans Deus ac pater ad Verbum, quod ex ipso secundum naturam natum est: Ex vtero ante luciferum genui
Psa. 109. te. Etenim quod quasi germana natiuitate nobis ex ipsa substãtia patris enatum esse filium bene ostenderet, rectè hoc dictum. Ex vtero, quasi ab exẽplo sicut nos habemus vtilissimè assumptum est. Porrò antè luciferi natiuitatem dixisse, significat forsitan, quod in obscuritate & incomprehẽsibilitate, & quasi in tenebris profundis generationis modus vocatus sit. Nam si lucifero quidem ex orientalibus iam finibus oriente, & ad superna transcendente, tenues radij disperguntur in aere, & lux dubia ac impotens cum prænunciãte solis splendore simul ascendit, & noctis tenebræ abeunt, nondum autem illa abeũte nocturna prævalent, quando & crassæ tenebræ offunduntur oculis æqualiter cæcis ac videntibus. Alioqui diceres ipse nobis quid miraculum deo dignum in quod natus est filius, etiamsi intelligatur ante luciferum? HER. Mira res est amicè generatio. Antiquitatẽ enim eius & vetustatem eius didicerit quis per hoc quod dicitur ante luciferum.

CYRILLVS. At cur non potius dictum est natum esse ante solem ac lunam, imò cœlum ac terram? antiquiora enim hæc sunt astris & lucifero, atque adeò antè cœlum ac terrã & simpliter ante omnem creaturam esse dicit filium, existimarim ego paruum & vile. Natus enim est ex patre, qui principio caret, modo generationis ineffabili & inexcogitabili omnibus modis. Ea propter & ipse noster celebris Esaias inquit: Gene-
Esa. 35. rationem eius quis enarrabit? Vitam autem existentiam bene vocãs, quàm ab omni terra sublatam esse, hoc est alleuari & excedere omnem terrenum sensum inaccessamque & inuestigabilem humanitatis mensuris. HER. Verissimè mihi dicta videntur.

CYRILLVS. Quod autem omni tempore vlterior & principio tali superior natus sit filius, non minor quàm pater, alius quidam propheta sanctus nobis persuadeat, clamãs:
Mic. 5. Et tu Bethleem domus Ephrata minima es, vt sis in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur vt sit in principem in Israel, & egressus eius ab initio à diebus seculi. Existentiam ex patre, proprium egressum quasi factum esse dicit, iuxta quem ab initio, retro quod nihil omnino cum suo patre, non ingeniti, sed geniti modo intelligatur. Quantum igitur putas risum excitare eos humanis considerationibus, & crassis cogitationibus suspicantes se posse, nescio quo pacto, tam sublimia attingere?
Psal. 17. Quis enim viderit, quomodo Deus gignat, an non is qui prius didicerit quid nam secundum naturam sit? HER. Verum hoc impossibile fuerit, posuit enim tenebras latibulum suũ sicut scriptum est, & in circuitu eius tabernaculum eius, quod opinor inuisibile, imò & incomprehensibile. Dicens igitur tene-
Matth. 11. bras, & appellans tabernaculum, in quod modo quodam is qui omnia impler recipit, ipse à seipso, & à solo suo filio noscitur. Dicebat enim: Nullus agnoscit quis sit filius, nisi pater: neque patrem quis agnoscit quis sit filius, nisi filius, & cui filius reuelarit.

CYRIL. Bene dicis, sed nunc tuos admiror sermones. Igitur si quis curiosius inquisierit, & periculosè inuestigarit mẽte incomprehẽsibilia & sermonum virtute non attingibilia, talem dicemus minimè quidem quod discendi auidus, sed quod vanis & superfluis laboribus deditus sit. Dicetur autem de tali
Psa. 10. non absurdè, qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, & ipse sectatur aues volãtes. Reliquit enim vias vineæ suæ, & errare fecit arma agriculturæ suæ, ambulatque per solitudinem inaquosam & terram siticulosam. Relictis enim his quæ ad vtilitatem quasi necessaria & veritate plena, insipientissimè mendacia loqui amplectuntur, & recipiunt tanquam necessariũ quod fructu pietatis caret. Ascendit mens illarum arrogans eò, vt postea quasi crimẽ vocet, permittere soli deo scire quomodo natura ipsius habeat, quamuis diuina scriptura clamet vias diuinas ineffabiles, & humanas mentes multũ transcendere, hoc est quæ sit dispẽsatio & absolutio singulorum factorum. Diuinus enim Dauid iterum atq; iterũ psallit: In mari via tua. & semitæ *Psal. 76.* tuæ in aquis multis, & vestigia tua nõ cognoscentur. Nã ramus quidem secundis ventis compellẽtibus, & in profundum peruenientibus pelagus, obscurum vestigium, & sicut aratrum insculpit, & super dorsum maris per medios fluctus transiit, qui mutuis concursibus cõfundunt statim quod sectum esse videtur, an non sic est? HER. Vtique, sed considera tu potius, quomodo natiuitas absque passione & defluxu erit, & siquidẽ possibile est dicere causatum non fuisse ante causam.

CYR. Non antea extitit? Quomodo hoc? Absit, sed neque natiuitatem vlla secuta passio fuerit, si in deo intelligatur quod possit pati, & oporteat in tempore quod nascitur generari. Nam siquidem de corporibus sermo esset in præsentiarũ, F quibus cõgruit etiam pati, natura defluxum incitatũ habente, etiam congruo tempore sequi, tempore definiri: & natiuitatis habere principium, id quod absque principio meritò haud dixerim, vix enim hanc suspicionem euadere possent. At quoniã de summa natura nobis sermo quæ supra omne tangibile, visibiléque corpus est, vel ipsorum seculorum est opifex, & omni tempore antiquior: quomodo nõ omnino stupidi esset putare aliquid pati illam generantẽ, & ex ipsa habere temporalẽ natiuitatem, quod proprium sit & existat in ipsa? Causam autem & causatum neq; nominare fas est, decet item de Deo potius dicere patrem ac genitũ filium. HER. Sed esto, quod hoc quoque fortassis admittant. nam hoc sic quidem videtur se habere. Dicendum tamen, quomodo si genuit pater ex seipso sicut nos, & non prius est sustinens dissectionem & defluxũ, qui in aliud quid ab ipso, siquidem est verè ex ipso secundum substantiam, per se subsistendo filius. Quomodo autem non gignens omnimodo non præexisteret genito, & præintelligeretur.

G CYR. Stultus stulta loquitur, & cor eius vana cogitabit secundum prophetæ vocem. Qui iure non mediocriter erubescerent, siquidem esset eis aliquid rectæ mentis, nescio quomodo audent imprudenter in seipsis diuinam naturam definire, & tribuere ei sectiones & defluxum, & quod in tempore generet. Deinde quomodo non fuerit melius intelligere, neq; in tẽpore neq; secundũ corpus, natiuitatem decere intelligi vel dici? Non enim possent dicere, quod in tempore factus sit pater deus, sed sit absque tempore & principio hoc quod est, simul existente cum hoc, per quod scilicet est pater. Effulsit enim modo quodam nõ intelligibili. Et, quod nullus dixerit, patris substantiæ filius non secundum perditionem vel diuisionem eius qui genuit propriam existentiam vt aliã habens, sed existens quidem proprio subsistendi modo, natus autem sit vt nascitur incorporeũ, quod sectionis & partitionis omnino expers est. Nam si verè sectionem & partitionem diuina natura, vt illi dicunt, reciperet, intelligeretur & corpus. Si autem hoc & in loco omnino, & in magnitudine & quantitate, & si quanta facta esset, non effugeret circũscriptionem, sequeretũrq; ad hæc H etiam aliarum cogitationum nostratum turbatio. Vnde tribuerentur absurdè ei cogitationes, nempè eorum quæ reliquis corporibus propria sunt. HER. Assentior & ego.

Corpora nõ sunt sine loco & circũscriptione.

CYRILLVS. Amicè, nec hoc dixisse vererer.
HER. Quod? CYR. Nam si corporum moribus & legibus natura Dei & patris est subdito, pariet quidem, & non absque passione, sufferétque partitionem. Erit omnino & in proprio quodam situ & loco quod generatur, vt egrediatur in omnem quantitatem eius qui genuit. Hæc enim à corporibus nascuntur. Igitur siquidem opinantur omnia implere deum ac patrem. Vbi igitur quod ex ipso ponemus, quem & locũ inuenient? HER. Optimè dixisti, quod inde futura sit prophanarum cogitationum multitudo. Igitur deuitandum aiunt, esset natiuitatis negocium, & ne sentiatur verum de Deo. Disperibit enim sic & cogitationum absurditas. C. Quin etiam hoc est nihilominus aliter fidei sermonem impugnare, quomodo

do enim adhuc identitatem in trinitate, diuina & ineffabilis possidebit natura, si verum natiuitatis modum abstulerimus? A Nugæ, opinor hæc sunt, & Iudaicæ dementiæ imperita temeritas. Æquales certè erimus & nos ipsi iis, qui vnum quidem sentiunt esse vniuersorum autorem ac patrem Deum, minimè autem recipiunt Dominum nostrum Iesum Christum. Cur autem sic vocare se, illum vetuerint reprehen-
Ioan. 8. dentes Iudaicè: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo quum sis, facis te ipsum deum. Si enim veræ natiuitatis modum impiè tollent, non opinor quis posthac in eam perueniet cogitationum leuitatem, quod Deũ esse secundum naturam putet filium, sed solum vocatum sicut & nos ipsos, & adoptionis veræ deitatis nomẽ sortitũ esse, vtputa non ex ipsa prodeuntem substantia Dei ac patris. Quoniam
Rom. 1. autem iuxta illos iam non est filius, sed est vt videtur, nobiscum creatura nondum quidem redempti sumus ne seruiamus creaturæ supra creatorem, adorantes illum. Et iniustè propter hoc deus nos impietatis accusat, quin in seipsum culpas reuehat, quãdoquidem introducẽs primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei, qui autem & ab ipsis B angelis adoratur, & gloriam deo ac patri conuenientem habet vt propriam, quomodo non esset ex patre naturaliter, & idcircò deus? Sentis igitur qualis illorum finis, qui putant nihil quærentes, non tenendam veram natiuitatem de deo, neque volunt ipsum naturam habere generantem, & adiciunt quasi ex ineffabili postea necessitate ei sectiones & fluxuram, & proprias corporum passiones? HER. Intelligo quidem. Quomodo autem gignit, & non omnino sequetur pati

CYR. Sicut antea constanter dixi, pium est intelligere in corporeum non esse subiectum corporum legibus, neque quoniam non sine passione & partitione gignit corpus, gigneret sic non aliter incorporeum: sed sicut secundum rationem qua est vt aliter habeat quàm corpus, etiã natiuitatis modum habebit omnino sibi congruentem & proprium. Et quoniam in tempore corpus gignit, gignet omnino dissimiliter quod incorporeum. singulæ enim res non aliorum sed suas seruant leges & proprietates. Et commune quidem est entibus esse, sed natura distribuit singulis diuersitatem, suis constitutionibus prohibẽs ad hoc, vt non se habeant omnino, perinde ac essent aliud. Ita- C que subiecta sint corpora consuetudinibus & legibus corporalibus & gignant sibi similia, & partitiones experiantur. Incorporeum quoque suas seruet rationes, gignat sibi simile naturam habeat à sectione & passione liberam. Et pertingat quidẽ mens ad hoc, vt possit perspicere quomodo corpus gignit, intelligit autem non iam in corporeę naturæ natiuitatem. Cur suam inscitiam non vituperat, dum quod maius & melius quàm corpori simile, & incomparabiliter transcendit, in deterioris locũ detrudit, & non erubescit illi passiones nullo modo conueniẽtes attribuere? Et si id quod nobis haud facile est intelligere, vel etiam incomprehensibile scitu, hoc omnino etiam negabimus, & quoniam quid sit pater secundum naturam nullus addiscet. Nulla enim mens idonea est opinor: quid imprudentius impiis & neq; ipsum esse dicentibus? Vel certè, quoniã nulla creatura à passione libera est, contẽdatur quod & ipse qui ingenitus est quiddam patiatur, & creaturarum legibus subiaceat. At nulla opinor ratio deũ illuc deponet, qui manet firmiter in bonis suis in quibus esse creditur. HER. Manet, quãdoquidem diuinæ naturæ prorsus nihil decedere potest. Sed dicunt, siquidem genuit deus, prius, omnia intelligentur quàm filius, & antè suam prolem subsistit.

CYR. Itaque dicam iterum, quod si incorporeum non sequitur leges corporũ, gignit certè omnino sibi simile, & non secundum corporum naturam. Nam prius intelligi & subsistere quàm genita, necessaria & inuicta demonstraret ratio: & siquidem est vnũ, ex vno censebuntur & antiquiora, & sicut secundum à primo procedent secundum tempus, nõ absque initio ex his quæ gignere solent prognata, quoniam neque ipsam radicem suæ natiuitatis absque principio habent. Quod autem absque principio existit, & interire nescit, deum puto, quomodo dic, oro, suæ & naturæ legibus obluctaretur? Principiũ suo filio secundum naturam, in tempore afferens. Esset enim quod gignitur ex alia natura & alterius ingenij, & falsò referret gignẽtis naturam, imò res erit portentosa. Etenim putare id quod gignitur à gignente separatum esse naturali diuersitate, non val de à monstriloquentia aberit. Itaque incorporeum patiet iuxta propriam naturam, ita vt proles non habeat temporalẽ natiuitatem, sed intelligitur & subsistit simul cum gignentis existentia & minimè sequitur, quandoquidẽ prodiit ex principio sine principio, etiam à seculis semoto. H. Rectè dixisti. Verumtamen si fieret manifestus sermo, & dimitteretur quodammodo ad facturarum naturam, ostenderetur id de quo quæritur. Hi enim sensus, qui longe ab auditorum mente resiliunt clarius manifestarẽtur, si per euidẽtia exempla cõmonstrarentur.

CYR. Verus quidem sermo est optime, sed si veram naturam expenderis, posséne exacte dicere, cuipiam ex omnibus assimilatus est deus, quod possit expressam & inuariabilẽ per omnia effigiem referre. HER. Minimè. Quandoquidem Deus secundum naturam nihil est ex his quæ inter creaturas sunt, admirari itaque multum oportebit sanctum nostrũ Paulum succlamantem: Videmus enim iam per speculum & in ae- *1. cor. 13.* nigmate, quin & quod iam cognosco ex parte, sancti & prudentis fuerit admirari. HER. Bene quidem. CYR. Eundum itaque quàm citissimè ad ipsum sanctam scripturam. Volantes autem sicut apes per amœnum & florulentum pratum, multigenis variegatum germinibus, & insidentes exemplis sermoni conuenientissimis, natiuitatis illius ineffabilis modum assimilamus, & quasi corporeo oculo literis minutioribus adhibito, ita & mente intendamus, tamersi ex parte & vt in ænigmatẽ, diuinam vt se habeat naturam quodammodo cognoscamus. Pater igitur filium verbo cõparans, inquit: Eructauit cor meũ verbum bonum. Scias igitur amicè, qualis vel modus, *Psal. 44.* vel locus dissectionis & fluxurę in his intelligatur. Nam mens humana parit & emittit à seipsa verbum, & mota subtili parturitione, profert quod placet, & discursibus ad superiora & exteriora substantiali quodammodo natiuitate verbum nobis fingitur, & aliud quiddam esse à prolato videtur, separabitur autem minimè, neque etiam mens antiquior existimabitur, verbo quod sursum transilit. Est enim verbum semper ex men- *Verbũ mentis & promentis.* te & in mente, insuper etiam mens in verbo. Vel si dixerint quod secus sit, & mens sine verbo erit, & verbum sine mente, & id quod ambo hoc quod sunt intelligi facit, vanum quodammodo euanescet, & in nihilum abibit. Mens enim semper verbi radix & origo, mentis autem verbum fructus & pro- *Mẽs radix verbi, verbũ fructus mentis.* les, & illa quidem sine verbo minimè, tametsi verbum pariat, hoc autem gignentis qualitatem & speciem quasi naturam propriam sortitum est, proditque in offenso parente. Stultum autem opinor dicere, in his maximè, quod gignens genito sit antiquior, prodit enim ex mente verbum. Quoniam autem est mens, quia verbum habet, & iterum verbum, quia refertum est mente, quomodo intelligeretur aliquando absque verbo mens, & verbum mente priuatum? Quæ enim habent aliquid quod haberi dicitur, antiquiorem in seipsis exigunt opinionem quod sint, & nudis cogitationum apparentiis incanuerunt, non minus quàm vt patres se habent ad filios. At necessarium omnino vt existat cũ his, quod cum aliis simul cogitare conuenit: perficitur autem sic, esse, & simul subsistere aliquid, si quis adaptat quod minus in tempore, & quod antiquius, & non magis, quod simul pereat dicimus, si inter se alius alio prius oriatur & appareat. HER. Tametsi non sim tardus ad hæc discenda, non tamen bene intelligo quod dicis. Igitur manifesta, & ne mihi ignauiam oppro- D bres, neque eam silentio vlciscaris.

CYR. Et ego dicere paratus sum, non est locus tarditati in tam subtilibus causis, ne minus feliciter currat sermo. Theoremata enim illa vix comprehensibilia, sursum, deorsum, ac in circuitu versare nihil nocet, sed & magnam vtilitatem affert. Videbis enim hoc manifeste, si colorum consideraueris naturam. Albedinem enim ac nigredinem, si nondum adhæreãt suis substantiis quibus adhærent nunquid putabis illas posse per se existere? HER. Minimè. Accidant enim aliis hęc magis, deinde hoc quod sunt vix tandem demonstrant.

CYR. Rectè dixisti. Itaque substantiæ quædam sunt, ante albedinem ac nigredinem antea cogitatæ & præsuppositæ, verùm sunt inter ea quæ habentur & accidunt. At si quis velit seorsim secare, id quod habet & id quod habetur: & hoc quod habet antiquius dicat, istud verò quod habetur posterius esse

cogitet, in quem ſubſtantiæ locum reponet hoc quod natum eſt eſſe album, ſi nondum eſt album? vel quomodo eſſet albedo, id quod eſſe dicitur, niſi ſignificetur per hoc quod accidit habentibus & ſcientibus quod albedo ſit? Nam niſi ea quæ concurrunt ad conſtitutionem vnius quodcunque illud eſt, neque aliter ſe habere poſſunt, niſi eodem tempore cõcurrant, conſiderari quidem poterunt, ſeu nõdum iuxta rationem ſibi conuenientem, exiſtentiam ſunt habitura. HER. Sic quidem res habet, & verè ſic dictum eſſe ipſe ſentio: opinor autem alios non minus ſentire, quàm me. Iam patri & filio quomodo poterimus ambo exempla accommodare? C. Quia verbi quidem ex mente enunciatio, etiam natiuitas eſt paſſionis expers, & genitum non diuidetur, manet autem magis in mente quæ genuit, & mentem quæ genuit in ſe habebit, ſufficientiſſiméque & manifeſte demonſtrabit. Et adhæc, præterea quod connaturalem abſque medio & ſimul ſubſiſtentem habet, eam quæ in cogitationibus exiſtentiam. Alterum autem exemplum dicimus, res quaſdam neceſſario natas eſſe in quibuſdam ſubſtantiis, & quod neceſſariam habentium coexiſtentiam vnum non poſſit altero eſſe antiquius: nam æquali curſu ad eiuſdem temporis initium currunt. Diuinæ quidem natiuitatis modus quis à nobis intelligeretur, non poſſum manifeſtare: ſed illud quod ſiquidem eſt pater Deus, non in tempore hoc quod eſt, inuenit. Eſt enim ſemper eodem modo, & ſimiliter, & ſuperior verſione quæ in vtroque intelligitur. Perfectiſſimus enim eſt, & nulla bonorum plenitudine indiget, neque ipſum contriſtare poteſt creaturarum caſus. Idẽ etiam omnino de manifeſtatione filij iudicatur & de exiſtentia eius, quod non poſterior fuerit tempore, neque ſequatur gignentis gloriam. Propteréaque oportet de Deo omni modo & ſimul intelligi, & ſemper coexiſtere filium quidem patri, & patrẽ filio, in antiquitate illa principij neſcia, teſtimonium exhibere per ſeipſum, licet ſit genito modo tanquam ex patre ſecundum naturam. Etiam ſplendorem gloriæ Dei ac patris, diuinus Paulus ipſum nobis nominat, quin & quod character ſit ſubſtãtiæ eius. Obſignat autem ſermonem, ſicut opinor, nuper factum reprehendi minimè debere, & ad veritatem ac rectitudinem rei conducit. HERM. Quomodo dixiſti? C. Rem igitur conſiderans, iterum ſic dico: Lux quæ ab alia effulget, ipſa affert opinor, exteris agnitionem fulgurantis ſubſtantiæ implicitam ſenſibus ſemper per oculos, vel alio modo applicãdo ſe familiariter corporibus. Hæc quid eſt ſecundum naturam? nónne promicans & effulgurans eius radix & origo? Verum ſermo ſit ordinatior, ſumpta in exẽplum ſolis, & radij ex eo promanantis natura. Quid enim ſecundum naturam eſt ille ſplendor, qui ex eo progreditur, declarent. Nunquid ſolis natura, verè diuiſionem, hoc eſt ſectionem, & defluxum, & paſſionem quandam inexplicabilem perfert, quum effundit & ſubſtantialiter ex ſe lumen emittit? ſed eſt quidem perfecte in ipſo, licet emanet: habet quoq; iterum in ſe proprium lumen, quod non eradicatur dum diffunditur, & videtur quodammodo iam per hoc & in propriã diuerſitatem currere. Vbi enim ratio ſolem ſeorſim ſeparauerit, imaginatur quis illum eſſe per ſe ſecundum ſubſtantiam. Lumen autem quod in ipſo, & ex ipſo promanat, proprium quidẽ eſſe eius, verũtamen in diuerſitatem indiuiſibilem, quæ nudis & ſolis cogitationibus concipitur, bene diſpenſat. Propterea opinor, nullum cordatum vel ſapientem dubitaturum ridiculum eſſe, ſi quis obproceſſionem ex ipſo ſole, ad externa, ſolis originem eſſe antiquiorem: virtutem vero luciformis efficaciæ, quæ in illo eſt, aliquantulo poſteriorem. Idem ſanè eſſet dicere ſolem non eſſe, vel non habere coexiſtens, id per quod intelligitur hoc quod eſt. Itaque hãc ſenſibilium exemplorum vim, rectè vt figuram quandam, ſi in attentiſſimis cogitationibus acceperis, diuinam natiuitatem non corrumpes, nec ſectiones & defluxus, & paſſionem inſipienter admittes. Natiuitas enim ſummæ omnium ſubſtantiæ, paſſionum expers eſt, & etiam ſubſtantialis prolis exiſtentia, & libera eſt à ſectione, & concurrit cum gignẽte, nec deuitari poteſt quin ſimul intelligatur & incedat ſimul. Sapiens enim Ioannes teſtimonium perhibuit filio, quod temporali initio careat, dicens: In principio erat Verbum. Et iterum: Qui eſt, qui erat, qui venturus eſt. HER. Optime de hac re ſermo elaboratus eſt. Putas autem, veriſimile eſſe, à negocijs nos liberatos, nulláque vlteriore diſputatione opus eſſe

Natiuitas diuina docetur ex enunciatione Verbi.

Heb. 1.

A ſole & radiis eius docetur diuina natiuitas.

Ioan. 1.

ad demonſtrandum, quod pater nullo modo prius ſubſtitiſſe videatur quàm filius, ſed intelligendus ſit connaturalis & coexiſtens, neque ſatisfaciant menti, quæ tam difficilem & arduum habent aggreſſum? C. Quæ nam dicis? HER. Scis enim acerrimos ſermones dicturos, nempe vtrum voluntarie vel inuoluntarie pater genuerit filium? C. Iam ſcire vellem libenter, vbi nam malignitas tam importunas adinuentiones repererit. H. Adiecturos dictis ſuis etiam hæc opinor, quod ſiquidem præter voluntatem patri eſt filius, peperit non volẽs, ſed ab eo in hoc compulſus, adeóque deprehendetur, vel neceſſitatem, vel aliquid præter voluntatem paſſus. Afferẽtes autem tam abſurdum ſermonem, concludunt, oportere confiteri poſthac, dicendo filium à patre non præter voluntatem eſſe genitum. & ſub finem addunt: Si non præter voluntatem genuit pater filium, ſed voluntario, & ſecundum voluntatem, vtique voluntas patris prius cogitabitur & apparebit fuiſſe ante natiuitatem filij: quum autem prius ſubſtitiſſe conſideretur, inquiunt, etiam prole antiquiorem gerit voluntatem. CYR. Quàm prophanas adinuentiones contra nos moliuntur peruerſi, ſic autem veritatis dogmatibus inſultat ſermo, vt ſi quis vel peſſime vellet & abſurdiſſime agere, haud amplius opinor, poſſet. At ſic ignobilem aſſecuti victoriam dum imperitioribus impietate ſumma præſtant, audiant dein: Iuſtificata eſt Sodoma ex te. Sed heus abunde ſat amaritudinis & peruerſarum cogitationum: quin recta ad veritatem eamus & dicamus, quod nunquam intelligatur pater, qui abſq; principio & ſempiterne eſt, abſque filio, qui ſimul ſubſiſtit? An licet non ſit præter voluntatem filij pater, nec præter voluntatem patris filius, non tamen proſpectabit & emerget ante genitum voluntas. Nam quum ſit in ſapientia & Verbo voluntas patris, neque enim ſine ſapientia & voluntate dicent voluntatem diuinam, ſapientia autem ac verbum eſt, Dei ac patris filius. Ipſe enim eſt ille, in quo omnis voluntas patris, atque adeò nugatores graui conatu & temerario conatu obſiſtunt his, qui contrarium dicunt, neque nos qui ab abſurdis cogitationibus abſtinuimus, excluſerint interrogemus. Vtrum voluntario, vel etiam inuoluntario exiſtat & ſit pater, & ſiquidem non voluntario, neceſſariò eijcietur, ne exiſtat: at ſi non ſic, ſed voluntario, velle eius iam cogitabitur ante ipſum exiſtere. Et quoniam velle manifeſte exigitur ſcilicet, & non abſque verbo, ſapientia autem & verbum filius prius ſubſtiterit, quàm pater. Conſilium autem & voluntatem Dei ac patris diuinus nobis nominat ſermo. pſallit enim in ſpiritu diuinus Dauid, quaſi in perſona credentium: Apprehendiſti manum dexteram meam, in conſilio tuo deduxiſti me. Et etiam alio loco: Domine in voluntate tua præſtitiſti pulchritudini meæ virtutem. Deducimur enim in Chriſto ad voluntatem patris, & ad ſummam pulchritudinem per ipſum configuramur, roborati in omni genere bonorum. Igitur quãtum pertinet ad cogitationum vanitatem & rationum abſurditatẽ, ipſe filius exiſtens voluntas ante patrem extitit, & genitus apparuit ante genitorem. Vide igitur quantum aberrent, & ſi illos probaueritis, num longiſſime à fide abſitis? H. Videtur. C. Objiciet autem illis quis abſque labore magno, etiam aliam abſurditatem dicens reſpondendum illis, hunc eſſe anilem prætextum. H. Quem nam? C. Vtrum conditor & rex miſericors & bonus intelligatur ac dicatur à nobis & ab angelis pater, vel non? HER. Et hæc certè vt ſunt, abſque pœnitudine dicerent, vel quomodo non? C. Dicant igitur, voluntariò ne eſt iſta, vel inuoluntariò. Nam ſi eſt inuoluntaria, dicẽt paſſum eſſe ipſum voluntatis coactionem, & ex neceſſitate paſſionem. Quod ſi non præter voluntatem, putabunt, ſed antea extitiſſe voluntatem, vt ipſe ſit ea quæ eſt, non ſemper virtute fuit conditor, neque etiam ſine initio rex, vel miſericors, vel bonus: tempus autem quoddam appetijt, quo quum adhuc non eſſet illa conſideratus ſit quod eſſe cœperit. Quis igitur tales audiet ſermones? at illorum nugas nos deplorabimus, & dicto vale relinquemus, melioráque quàm illi conſideremus. & rerum contemplemur naturam. Ratiocinatio eſt, quod in operabilibus quidem, volitio & nolitio locum habeant, in generationem autem non item: & cauſam quærẽtibus reſponderi ſolet, quod quibuſdam celebre eſt ac decantatum. Natura conſulebat, cui leges non ſunt curæ: additur autem, quod conſilium, inconſiderantiámque nihil curat. An non tibi viderer rectè intelligere,

ſi

Vtrum deus voluntario vel inuoluntario genuerit.

Ezech. 16.

Pſalm. 78.

Pſal. 28.

ſi reſponderem, quod quæcunque eſt ſubſtantialiter deus ac pater, non ex incremento iuxta voluntatem habet conuerſus ad præſtantius, neque voluntatis modo obtinet, quod ſit pater.

ἠφύσιςτε ἐβούλετο ὁ- ἡμῶν ὃ- ἐμέλλει

HER. Quomodo dixiſti? CYR. Num ſanctum dicis eſſe patrem & etiam bonum? HER. Vtique. CYR. Nunquid ſubſtantialiter ei agnatæ ſunt virtutes, vel extrinſecus adhibitæ per voluntatem, quod ſi & patiatur fortè volitionem, abituræ ſint? Motio enim illa voluntaria eſt. HER. Subſtantialiter. rideretur enim opinor, ſi quis audeat aſſerere bene dici quod ſic habeat. C. Amice, bene dixiſti, tuámque docilitatem demiror. Iam quomodo deus ac pater voluntario modo eſſet, vel certe inuoluntario pater, & non magis ſubſtantialiter, quandoquidem eſt ſic ſanctus & bonus, & non nudis volitionibus habet quæ eſt. HER. Cur autem? C. Quomodo hoc non vides, quod ita grauiter moleſtum eſt aduerſariis?

HER. Nondum didici. C. Sed ſcies, dicam enim libenter volenti diſcere, intelligis autem ipſe quod dico. Nunquid putabunt quod confitendum ſit genitorem eſſe ſecundum naturam patrem, & ſubſtantialem ei hanc rem dicent, vel prophaniſſime ſentientes etiam hoc negabunt? Si enim non dicunt eſſe ſubſtantialiter genitorem, negabunt in vniuerſum exiſtentiam filij, qui ſuam eſſe abſque generatione non habet, ſed eſt & ſubſiſtit ex patre, iuxta fidem ſanctarum ſcripturarum. At ſi Deus ac pater non habet verè naturam generatiuam, volitione autem mouetur ad hoc vt poſſit gignere, tunc iam dicendum quodammodo, quod ipſe demonſtretur ſuam feciſſe naturam generatiuam, & inductus in hoc quod non erat. Vnde meritò intelligetur & ſeipſo antiquior, ſiquidem conſultauerit id eſſe, & ſubſiſtere quod eſt, nempe pater. Verum intolerabilia hæc abſurda, in maris fluctus, vel in montes relegentur, quoniam friuolum & vanum eſt opinari, patrem exiſtere genitorem voluntariò vel præter voluntatem, ſed pater eſt natura & ſubſtantialiter. Eſt enim non abſque voluntate, quæ eſt naturaliter quum voluntas cum natura eius ſimul currat, vt ſit quæ eſt.

HER. Hęc ſic habere & mihi videtur. C. Præterea & in aliam quandam abſurditatem periculoſe labuntur, quod dicendum putant de deo ac patre antiquiorẽ eſſe voluntatem quàm filium. Conſiderandum igitur, ſi placet, vtrúmnam nunc tandem deus ac pater, dignitatem ſe decentem habeat quod genuit, vel inueniemus magis congruum, quod generandi vim non habeat? Itaque ſiquidem diuinæ naturæ conuenit, quod genuit, non diſparebit: cur igitur miſeri tribuunt ei vilitatem quæ ex nõ generando proueniret? At ſi melius eſſet ac decẽtius quod nõ genuiſſet, quid eum prouocauit ad generandum, quo deterior futurus erat? Itaque aberrauit, nequid ſe deceret, cogitans: & aſſumptum eſt ab eo voluntariè, quod offendere poterat eius & naturam & gloriam. Et ita inſolitum quoddam pullulat crimen contra ineffabile conſilium dei. Nónne quouis vomitu hæc magis abominabilia ſunt, ſummam ſimul maliciam & impietatem referentia? HER. Etiam. C. Age igitur, iſtis præteritis ad illud eamus. HER. Ad quod? Quid dicis?

C. Dico, debere nos animabus noſtris de deo ſententiam optimam includere & cogitare, quod nihil quidem præceſſerit filij natiuitatem, neque prius orta ſit voluntas quàm is qui genuit: fuerit autem ſimul pater deus, & volens, vt eſſet pater. Eſt enim non ſine voluntate quod eſt, neq; neceſſariam in hoc ſuſtinet volitionem. Quemadmodum videlicet ſi intelligatur ſanctus & bonus, & volens eſſe quod eſt, ita & nõ aliter de deo coniectandum eſt. Simul enim eſt deus, & ſimul pater, non poſteriorem habens natiuitatem quàm eſſentiam. Sed ſimul concedendum eſt, quod ſit pater, & ſubſiſtat intelligatúrque in tali natura, & ſimul ſubſiſtat ſine principio genitus, hoc eſt filius.

HER. At ſi vis, dicũt, habeat ſe ſic & intelligatur ſimul exiſtere. Erat enim ſemper pater potentia deus. Nuda autem contemplatione, & ſola imaginatione accipiatur filius ante generationem, natus autem ſit poſtea. C. Itaque veram quidem tunc, & ex patre verò poſtea cõfiteantur natiuitatem. Qui enim natus eſt eſſe potentia & actu pater, nõ habet volitionem vtraque moderantem, ſed ſequitur magis leges naturæ, quibus & genuiſſe intelligatur: ſed neque externi cuiuſpiam eſt pater, ſiquidem ſemper quod gignitur eiuſdem naturæ eſſe oportebit cum gignente. Quod autem patri & verſionis ignominioſam maculam aſpergunt, licet ſcriptura diuina dicat, apud quem

Iac. 1.

non eſt immutatio vel verſionis vmbratio, etiam hinc ſcies. Quid enim obſecro amice, eſt hoc quàm conuerſio & craſſa quædam quodammodo commutatio, ex potentia, inquam, concedere ad efficaciam & actum? Aliquid enim eſſe potentia, quæ ſecundum naturam conſideratur, non iam monſtratum eſt & efficacia vel actu: ſed ſtat adhuc in potentia, ſuſcepit autem nondum modum ad actum & operationem, quamdiu moratur in principio ſuo. Vbi autem cœperit moueri ad actum, tranſibit nimirum ad aliud quiddam opinor, ab eo quod erat in principio: ſiquidem non vnum & eundem locum tribuunt, ei quod ſecundum potentiam, & ei quod ſecundum efficaciam vel actum. HER. Non opinor. C. Itaque ſi dicent nihil diſtare, ſed referent & collocabũt ſimul in vno & eodem loco. Actus vel efficacia pater, & ſine principio fuit pater. Hoc enim dicere, non excludet, vt ad idem cogamus, id quod ſecundum potentiam, & id quod ſecundum efficaciam vel actum. At ſi minime quidem ſic, diſtinguent autem inter illa & non mediocri differentia: quomodo nõ variatio erit in deo, quum iam ſtatum non ſeruet, qui eſt ſecundum potentiam, ſed experiatur quodammodo motionem ad actum. HER. Dixiſti quidem probabiliter, veruntamen & illud opinor aduerſarios cogitare, & velle dicere: Nunquid quoniam ſemper quidem eſt ſecundũ naturam, & ſine principio conditor pater, fecit in tempore quæ facta ſunt? non enim coæternam habet naturam, ſed in tempore produxit illa ex nihilo, & dabimus propterea moueri & verſionis adumbrationem pati incõuertibilem eius naturam? & quis hoc auderet dicere? Igitur nónne conueniet aiunt, etiam ſimiliter dici gignere ex potentia progredi ad actum, licet non tribuatur res & motus verſioni ad mutationem, ſed magis naturæ quæ hoc ſtudium habeat circa generationem? CYR. Quàm verſatilis tibi mens eſt, ſi quid vrgens putas habere aduerſarios. Exquirendus enim eſt in vtriſque motionis modus, & quid in medio iacens mediam oſtendat differentiam, ſcieſq; poſtea illorum ſermonem eſſe anilem imperitiam. Quod enim ex ſeipſo aliquid gignere dicitur, & progredi à potẽtia ad actũ, quaſi in propria natura commotum eſt. Pateretur enim ab aliis quibuſdam, quàm in ſeipſo motum ſecundum actum vel efficaciam. Quod autem tranſit à non faciendo aliquid ad operandum, non in ſeipſo motionem, ſed in aliis habere, & facere inuẽnimus. HER. Profuturus eſt non minus quàm dudũ, ſi clariorem feceris enarrationem. C. Itaque dicamus, vt de homine exempli gratia, qui natura quidem eſt generatiuus & potentia, hoc eſt ſtatim ab initio, procedit autem cum tempore ad actum, idem autem & ſapientiam habet, nõ ſine exercitatione, & ſubſtantialiter ac natura inſitam, vt poſſit facere aliquid per artes ac ſcientias quod homini conuenit. Fabricat enim nauem onerariam, figurat ęrearũ formarum ſpecies, vel etiã aliud quiddam ſimile operatur. Nunquid æquali modo & rationẽ motus tibi eſſe videtur, & is qui vt ſit pater ad efficaciam & actum, ex potentia adductus eſt, & is qui vt ſit opifex eorum, quæ callet, venit? HER. Nunquam opinatus ſum. Nam hic quidem non à ſeipſo motus eſt, ſed circa externa, ſuæ artis demonſtrationem facit: at ille ſubſtantialiter in ſeipſo quo quodammodo mouetur, & poſt ſtationem quãdam & verſionem, circa ipſam naturam quæ ex nobis operabitur, hoc eſt naturæ in quouis actum & potentiam. C. Et hoc quoque eſt id, quod iam dicebam, differentiam motus conſiderandam in vtroque volens. Vnde nihil eſt, quod cogat quaſi ex neceſſitate Dei naturã motam eſſe dicere, & ſuſtinere oblationem ſubſtantialiter, ſi tempore procedat ad aliquid cõdendum, pateretur autem motum ad ſubſtantiam ipſam, ex potentia ad actum gignendi adducta, neſcio quo pacto. HER. Recte habet. C. Aliter quoque opinor, ſagaces canes imitari oportet, ſiquidem veritatem indagare voluerint. Viderit ſane quis imbecillem ac rudem aduerſariorum ſermonem. Nam opinor nullam neceſſariam aut dignam rationẽ obſtare, quominus diuina & ſumma proles cum ſuo genitore ſubſiſtat, qui ſine principio, pater ac Deus intelligitur & eſt. Quoniam autẽ creatura eſt opus conditricis potentiæ maximæ, quomodo & vnde haberet cum Deo ſubſiſtere, & gloriam quæ ſemper exiſtat: quoniam neque ſine principio in tempore, & motionem ad eſſe haberet: an non neceſſarium eſſe dicis prius intelligi & præſubſiſtere omnimodo conditricẽ naturam ante vniuerſum quod ab opifice vt exiſteret vocaba-

Deum eſſe ſimplicem actum, vel ἐνέργειαν.

[library stamp]

tur? HER. Etiam dixerim. CYR. Igitur creatura sic quidem producta est, erat autem & tunc conditor Deus, & non quia conditor ea ratione & pater, sed quia genuit, filius autem quia genitus est. Quando igitur non est necessaria coexistentia conditoris & creaturæ: diligens autem cogitatio afferet ineuitabilem coexistentiam in deo, siue pater, siue filius nominetur: quo pacto igitur alterum altero prius apparuerit, & ortum fuerit? siquidem est id quod est alterum, dum intelliguntur simul existere, & non priuata mutuo inter se concursu. nam vt pater ad filium, ita eduerso. Videtúrne tibi sermo hic reiectaneus tanquam minus bene habens? HER. Minime profecto. CYR. At si deo ac patri videbatur optime habere ac sapientissime, oportere ex ipso gigni, & se filij secundum naturam videri patrem. Quæ illa cura & deliberatio, vt oporteat gignere, & vnde esset? Quid quod obstet, quare nondum deus fuisset pater vtilitérque & necessariò deterrens? Nam quod homines quidem semper potentia patres & nondum efficacia & actu, nulli obscurum est. Manifesta autem & ante pedes posita est excusatio. Nam quum statura corporis nondum ob ætatem perfecta est, naturæ virtus reconditur & quiescit, & congruum expectat tempus quo se clare exerat. Deus autem quum perfectus sit semper, nec ipsi ex incremento accedat aliquid nódum agnatum, & quod accessione temporis suam demonstrationem habeat, sed effulgere faciat ex sua subsstantia filium, vt substantialem characterem, & sic natam in ipso propriam habeat prolem: quomodo intelligeretur quod non semper & simul esset gignens secundum efficaciam, magis quàm stans in potẽtia, & ferens subsstãtialem motionem, recipiensque mutationem quæ non erat ab initio? Impij autem etimus & in filium non vulgariter, nisi aduersariorum obluctemur opinionibus. Non enim vltra erit conditor seculorum vnigenitus, tempore clam ingresso, & quasi antiquiorem habente imaginationem, quam secundum actum dicatur gignere pater & deus. Siquidẽ quod exagennesia adhuc, hoc est ex potentia ad generationis actum, non absque tempore peruenisset, etiam minimum quoddam momentellum intelligeretur medium. Id foret fœdissimum ac turpissimum, solem quidem cogitare & ignem, nunquam quidem id quod sunt non esse, sed neque sedem & stationem habuisse vnquam, quæ in sola intelligatur potentia, & venire sic ad actũ, quasi in motione temporali & secundum naturam, imò & accidentia eorum simul nata cum principio generationis concurrere. Deum verò neque corporibus superiorem dicere, neque etiam cogitari, quod vel naturæ sequatur leges vt gignat, quẽadmodum ipsi congruit.

Dialogorum libri secundi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, cum Hermia dialogorum Liber tertius, quod consubstantialis & coeternus deo ac patri sit filius.

CYRILLVS.

OPTIME quidem Hermia dixeris, & ipse scio, debere nos clarescere in hisce studiis quæ ad virtutem ducunt, versarique potissimum in libris qui pietatem docent, & de deo loquuntur. Proinde & sacra scriptura dicit: Et loqueris de his, sedens in domo & ambulans in via, quiescens in lecto, & surgens. Nam opinor diuinum sermonem iugiter in lingua habere, plurimum conducibile, & non alios magis decere quàm eos, qui piè in amore dei viuere curant. HERMIAS. Equidem assentior, nihil enim hoc melius. At quia in præsentiarum de diuina & ineffabili natiuitate sufficienti sermone examen fecimus, quod non aliunde prognatus sit, sed ex ipsa subsstantia dei ac patris effulserit filius, sic enim habere videbatur. At quid moratur adhuc aduersarios, quod putant vnum quidem esse deum patrem secundum naturam & verum. nullum autem prorsus cum illo connumerandum, sed naturam solius & veri filij appositam etiam alias à vera deitate procul semotis? CYRILLVS. Quid sit quod moretur illos sic decernentes, siquidem placet vt dicatur tibi, ipse dixerim: Vitis *Deut.32.*

quidem illorum de vinea Sodomorum est, & palmes eorum de Gomorrha, vua eorum vua fellis, botrus amaritudinis illis. Inebriati enim falsiloquiis, quæ nescio vnde exquisiuerint, de malo thesauro cordis sui eructant mala. Laxant autem ad blasphemias in filium, linguam freni impatientem, & laborant eadem & cognata impietatis dementia, vt negent eum esse deum, qua & pharisæi olim, proinde & cum illis audiant: Progenies viperarum, quomodo potestis bona dicere, quum mali sitis? *Luc.3.*
Atqui decebat, vt ij qui tam veneranda & arcana mente indaganda suscipiunt, non mox quod sibi probatur, putare, quod omnino bene & inculpate habeat, sed quasi in circuitu internum & occultum oculum circumferentes, & per plurimarum cogitationum latitudinem discurrentes, discedere quidem ab his quæ leuiter composita, probantes vero diligenter, quid conducat ad apprehensionem recti sensus, & clari sermonis in solis veritatis dogmatibus comprehendendam acquiescere. Apoplexiam enim & defectionem mentis arbitror, dicere non esse deum secundum naturam, & verum eum qui ex patre prodiit filium, sicut verbum ex mente, vel sicut ex lumine splendorem, & friuolis quasi natantes ianiti cogitationibus, & adulterinis adinuentionibus gloriari. Nónne satius foret, docili mente illud spectasse, quod vbi quidem est gigni secundum naturam, verè illic geniti ad gignens non tam secundum habitudinem quàm falsò nomine, sed naturalis proprietas? Nam quod nascitur, est ex ipsa generantis essentia. Quomodo igitur secundum illos à veritate deuium est, quod is qui ex deo genitus verè Deus sit?

HER. Etiam, & ipsi forsitan dixerint, quod sit deus & ex deo, veruntamen alio & diuerso modo. CYR. Itaque quid nam sit illud diuerso modo, equidem parum intelligo, proinde tu si nosti, dicito. non enim absque causa te interrogo.

HERMIAS. Audiui, nam Deum quidem esse dicunt verum patrem, filium verò nõ sic se habere, etiamsi vocetur deus, & ex deo. Etenim dicunt & omnia ex deo esse. CYRIL. Hoc scilicet fuerit aperte clamare, quod filius neque deus sit, sed æqualis aliis qui ex deo, eo scilicet modo, quo creaturæ. Itaque vt esset, productus est, quũ antea non fuerit, & adductus vt cum cæteris creaturis quasi cognatis coordinetur. Etenim existimo vtilissimum & prudentissimum detegere vafriciem & artificium istarum adumbrationum & fucorum: at non permitto vt aduersarij comptis verbis filij naturam inaurent, nihil verum de illo sentientes: sed manifeste quod de illo credunt, dicendum suadentes. Omnis enim illorum stultitiæ sermo deiicietur. Et quod ex Deo prodiisse filium, non aliud quid esse suspicetur quis, siquidem mentem habet incorruptam, quàm quod natus sit, & quod ex ipsa patris subsstantia prodierit, proximus noster & iam absolutus sermo demonstrauit, nunc autem mens indagini idonea, recte opinor aliud mordicus insectabitur. HERMIAS. Quàm gratissimum fuerit, si id molitus fueris. Quod autem sermonibus enarrandum, putant nostri familiares, hoc est. Dicunt enim: Vnus nominatus est Deus verus, pater, tam in antiquioribus quàm recentioribus literis. Quippe Moses dicit: Audi Israel, dominus Deus tuus, dominus vnus est. Quin & in psalmis inducit ipsum Deum, qui clamat: Videte videte quia ego sum, & non est Deus præter me. Et iterum: Ego Deus primus, & ego posthæc, & non est præter me. Insuper & ipse filius dicit ad patrem suum: Hæc *Ioan.17.*
est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Adiecerint autem sexcenta id genus citra laborem conferendo, sed magis strenue laborant in suis dictis, atque adeò spem non paruam habent, quod quidam cum eis consentire voluerint, quod sit quidem vnus & solus verè ac natura Deus, pater, cum ipso autem alius omnino nullus. C. At dicito vnde persuadentur illi, quod noua sapiant. Nam in hoc nullo nobis labore opus fuerit, quãdoquidem in his promptissime cum eis currimus, & non refragamur. Quo pacto enim vel vnde dubitarit quis, quũ receperimus in fide vnum, & natura & verum deum patrem. At si præterea dixerint, quod cum ipso alius omnino nullus, minime id filij naturæ præiudicarit. Nam extra omnia est, & non inter omnia subsistens cum suo patre, & vnà fulgens semper, & in deitatis natura, cũ eo qui genuit vnitus. Propterea vnus deus, & hic verus. Redempti enim sumus à deorum multitudine, maculamq; hanc abluimus, & vix tandem vnum & verum dominum cognouimus. Porrò his nunc præteritis, ad illud eamus, sic enim

enim oportere fieri tibi videtur. HER. Quod nam dixisti? C. Vnum dixit Deum verum filius patrem? HER. Vtique dixit. C. Item, quod nullus alius sit Deus præter illum, vetus nobis eloquium clamauit. H. Verum. C. Pergendum itaque & nobis ô amice ad sacras literas, & sanctorum qui diligenter hæc scrutati sunt, sermones. Agevideamus nũ certe quis solum dixerit filium Deum, nominauerítque & verum. H. Bene dicis. C. Itaque mox aderit nobis quidem sapiens Ioãnes, tonitrui filius cognominatus, manifestè clamans: Et scimus, quod filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt verum Deum sciamus, & sumus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna. Accurrit autem ad nos Baruch, & manifestam facit mentionem naturæ & gloriæ filij, & sic ipse clamãs, tantúmque non digito demonstrans. Hic Deus noster non reputabitur alius cum eo. Inuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc autem super terram apparuit, & cum hominibus conuersatus est. Quin etiam dicere possem, quod vnum quidem Dominum Iesum Christum sanctus nobis Paulus dixerit. Psallit autem & Dauid in spiritu: Quis præter Dominum, & quis Deus præter Deum nostrum? Nónne vnigenitus manifestissimè, euidentissiméque theologorum voce, vnus & verus Deus prædicatus est? H. Verum. C. Quia igitur solus & verus introductus est Deus pater, & iterum æquali modo & absque variatione se habere filius introducitur. Nullus enim alius reputabitur cum eo. Quonam igitur curret credentium mens? siquidem ambo per seipsos pellantur, nec in gloria diuina stabiliantur? Nónne verum est dicere, quemadmodum si acceperimus esse vnum verum Deum patrem, obsignabimus statim aliam naturam filij, & à veræ deitatis definitionibus repellentes illum, in alia quapiam natura factum dispiciemus: ita si soli filio, veræ diuinitatis nomẽ ac vocabulum tribuerimus, nullum omnino cum illo reputantes, nónne omnino patris gloriæ derogabimus? quæ neque dixisse fas fuerit. HER. Eò quidem sententiarum vis reptitat, nisi forte verisimile sit aduersarios etiam illud dicere, quod omnino vrgeamur, siquidem filius est Deus verus, non vnum oportere dici, sed duos Deos. C. Nihil illi quidem absurdum intentatum relinquunt. Vnde per omnes blasphemiæ vias, tanquam per latam viam incedunt. Porrò noster scopus est non hoc dicere, absit. Sermo autem magis eò tẽdit, vt oporteat intelligere ex subsstãtia Dei & patris per veram natiuitatem natum esse filium, Deum verum ex Deo vero, non in externam & alienam quandam naturam prognatum, sed existentem subsstantialiter istucipsum quod intelligitur esse & pater, excepto eo quod sit pater. Etenim sic connumeratur, & simul recensetur etiam spiritus sanctus in diuinitatis sermone. postea vera & secundum naturam deitatis inconsubstantiali adorantur trinitate. H. Sed dicunt, si tres esse subsistentias dederimus, etiam diuinitas in triplicitate intelligeretur, iuxta verisimilem scilicet rationem. C. At sermo diuinæ doctrinæ erudiuit nos hæc non sic se habere. Baptizati enim sumus in patrem & filium, & spiritum sanctum, & nondum tamen dicimus, quod fides sit in tres Deos, sed in vnam deitatem quæ in trinitate adoratur. Quid igitur commodi affert humanis rationibus explorare ea quæ neque dici, neque cogitari possunt, quæ etiam opinor sola fide oportet venerari, omni curiositate sepositâ? Nam valde prophanum, & summè impium curiosius summam naturam exquirere, quomodo nam, & quæ trinitas, & quomodo per se habeat diuinitatis natura. At magis pium est velle rectè cogitare, quonam modo in sancta trinitate vna adoretur deitatis natura. Age igitur ô Hermia, nónne hoc nos rectè scimus & asserimus, aduersarij autem prophanè agunt, qui absque intellectu miseris suis inuentionibus, ea quæ omnium mentem transcendunt, exquirunt. HER. Bene dicis. Equidem illos hoc facere dixerim. Vnde igitur, & quomodo Deus vnus in nobis, siquidem suis subsistentijs & pater filius intelliguntur CYR. Assumemus necessariò in hoc duplicem consubstantialitatis modum in adiutorem & socium. Ille quod duplex est in subsistentijs in vnum quiddam, quod per ambo constringit, & quod videtur diffundi in proprietatem quæ in vtroque & seorsim in identitate colligere bene poterit, atque ita neque duplicitas in simplici & in composita à quopiam omnino celebraretur natura: neque etiam deprehendemur erubescentes simplicitatis sermonem obliterare, duplicitatem in subsistentiis tollendo. Sed verum esse consubstantialitatis sermonem, & illa ipsa testimonia quæ de filio ex sacris literis à nobis prolata explanant. Pater enim quum vnus existat natura & verè Deus, vnicum existentem Deum natura & verè filium assumpserint non alia ratione, ad hoc vt propria existentia subsistat, & in identitate naturali, si non existeret quidem ille ex illo, & in illo, haberétque filius in propria natura eum qui se genuit. Et hac ratione intelligerentur dici & existere vnum. Quapropter & Christus increpabat nobis Philippũ, docilem mentem non valde exquisitis verbis honestantem, tametsi in filio esset, Dei & patris ostendi naturam rogaret, dicens: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et adhæc *Ioan.14.*
Christus inquit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe? Non credis quod ego in patre, & pater in me est? Qui vidit me, vidit & patrem: quia ego & pater vnum sumus. Et verus est sermo. Nam quoniam filius ex Dei & patris subsstantia processit. Existit quidem ipse in suo patre, demõstrat autem in seipso, per identitatem naturalem suam, & eius quæ genuit. Intelligitur itaque pater non aliter quàm per filium & in filio, quandoquidem est expressa similitudo subsistentiæ eius à quo ortus est, conseruans naturam in propria figura. Etenim arbitror hoc etiam secundum nos dicendum. Quapropter & de vtroque, id quod de aliquo dicitur dicierit enim omnino & seorsim in vtroq; neutrius sanè incommodabit gloriam. *1.Cor.13.*
H. Quomodo igitur & hoc dicis? C. Nunquid audis amice clamantem beatum Paulum de Deo & patre, vt sit Deus omnia in omnibus? HER. Sed quare hoc? C. Scias itaque & vide distribuentem æqualitatem gloriæ filio, & insignientem naturam vnigeniti his, quibus & ipse pater bene honestatur. Nam alicubi de illo dixit. Plenitudo eius qui omnia in *Ephes.1.*
omnibus implet. H. Dixit sanè. C. Itaque opinor nullum qui hoc secum animo expendit, hæsitare quo pacto res habeat. Nam si Deus & pater in nobis adimplet omnia, & est ac intelligitur, vt Deum decet, in omnibus: vbi nam recipietur per filium repletio, aspicere non possum. Proinde necessariò consideratur, quòd nisi vterque in vtroque subsstantialiter sit, superflua quædam, vt videtur, declaratur impletio quæ à Deo & patre est, quum sufficiat nobis ea quæ per filium est, vel certe infertur rebus frustra, & non iam congruè impletio per filiũ, quum sufficientissimè, & abundè satis se habeat pater ad implendum omnia. Iam cuius gratia ostendat quis opus fuisse, vt habeat plenitudinem à patre? Quapropter amice superfluè & frustra in libro suo scripsisse cognosceretur sapiens Ioannes de *Ioan.1.*
sanctis & filio dicens, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam quo indigentes ea de plenitudine filij sumeret, quũ Deus & pater in suis sufficiat præstare creaturis, ne à quopiam alio vllo opus sit vt accipiant. H. Rectissimè dixisti. C. Iam si & hanc impletionem, quæ scilicet per vtrunque est, voluerimus diligenter inquirere, nónne foret vnicuique manifestum, quod siquidem vtrisque essentiæ sermo dispensatus esset, vt diuerso modo se habeat, quasi alter natura habeat, & sic in nos operetur impletionem. H. Necessariò. C. Et scilicet siquidem est Deus verus pater, diuina quædam erit omnino operatio, etiam à vera deitate excidente filio. Non enim vltra diuina, sed similis illi omnino etiam impletionis virtus. Operationem igitur suscipiemus impletionis bifariam & dissimiliter, & nisi plenitudo patris his in quibus operatur ad salutem, sufficiens futura esset, diuina quædam existens & altera melior, quid etiam perfecte operatus esset in nobis filius, quum deteriorem apposuerit, siquidem non sic operaretur quemadmodum & pater. At si vt vile & necessarium ad salutem viaticum, impletionem quæ per filium accipimus: intelligendũm vtique erit & dicendum, quod deteriore opus habuerit id quod excellentius, & quod defecerat minus præstantiori apposuerit, quãdoquidem non per omnia suffecisset Dei & patris ad saluandum nos impletio. Verùm quod hoc irreprehensibiliter habeat, putare & dicere, summæ stupiditatis crimen & culpam esse dixerim. Itaque abijciamus id deliramenti tanquam absurdissimum, cẽseamus autem & credamus vnum esse in nobis per vtrunq; efficaciam & impletionẽ. Vna enim natura est Iã naturæ quæ in differentiam interse coactæ sunt, intellectam, secundũ diuersitatem, & in alienissimã enũciatæ, vniformitatem

Trinitas magis adoranda, quàm exquirenda

Quomodo plenitudo omnis in patre & filio.

secundum actum, & omnibus modis æqualitatem non haberent in vllis rebus, sed vbi scilicet ratio essendi in aliquibus esset diuersa, sequeretur omnino illic, etiam quod secundum actum est, non similiter habere. HER. Verum est, attamen libenter audirem ex te, quomodo in nobis & patris & filij impletio intelligatur & fiat, quum vna quædam sit, & non diuersa. CY. Quin etiam nullo modo in hoc quod difficile est, vel ægre apprehensibile. Quomodo enim aliter quàm per sanctum spiritum, impléte nos diuinis donis per seipsum, & ineffabilis naturę
1. Ioan. 5. participes faciente? Sic enim alicubi dicit saluatoris discipulus: In hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. HER. Per vnum igitur sanctum spiritum, impletionem vtrique operantur, non diuisim. CYR. Etiam ô Hermia, hoc autem oportebat inquirere, & discere ac vrgere, quomodo sit per vnum spiritum vtriusque efficacia, quæ perficiat adimpletionem. HER. Clarius exponas. C. Cogita itaque, vt verisimile est, quod siquidem inter se dissimilem naturam sortiti sunt, vtpote quod filius substantialiter sit minor, quemadmodum illis, nescio quomodo, videtur, & siquidem operentur in nobis non æquali modo & absque omni diuersitate operationem eorum perfectam esse, quomodo iam per vnum sanctum spiritum quæ ab vtroque in nobis est, impletio intelligeretur? quum non ministrorum modo, quæ vtriusque impletionem significaret, & impleret in nobis ministri vsum, sed quod in propria natura quæ vtriusque est inueniret. H. Prudentissimè dixisti. Hoc enim in mente mea versatur. C. Versetur itaque ad istuc ipsum sermonis nostri studium. Dixerim autem, quod faciés in aliis per se alicuius participationem, nullo modo recedet à natura, quæ illi iuncta, operabitur autem sic quasi æqualiter quodammodo & illud esset. Opinor enim cum substãtiali identitate necessaria lege coordinata esse, quæcunque inter se æqualis virtutis efficaciam sortita videntur. H. Doce me per exempla, non enim bene assequor. CYR. Paratus sum, & dicam. Nam sol quidem per seipsum intelligitur, & est: at illud quid, quod sic se habere sortitus est, aliam quidem viam transit, nutibus eius qui fecit? Demittens autem radium, & attingens terrena immittit quidem sensum caloris. Si autem qualem & quam multiplicem naturam sortitus sit, diligenter inquirere voluerimus, absque labore rectè faciemus, G nempe quod calidus & igneus sit, vnde vnusquisq; qui semel facile particeps fuerit, intelliget radium ex ipso prospectantem & effusum manifeste calidum recepisse. HER. Bene dicis, vtique intelliget, quandoquidem nullius laboris res est. CY. Iam quomodo illud his qui mente prædíti sunt, postea non etiam est manifestum? HER. Quidnam dicis? C. Quia illud quod ex sole profunditur in ea quæ sunt sensus capacia, alterius naturæ non est à natura solis, qualis tandem illa fuerit. Nam quomodo aliter posset operari quàm ille, quod est sortitum naturam solis, suæ egressionis radicem quasi quandam matrem, vt ex illis ipsis ex quibus esse creditum est, substantiæ emittentis totam in se habere qualitatem declaretur? HER. Non aliter haberet. CYR. Itaque pergendum iam ad ipsam quodammodo sancti spiritus naturam, quam diligenti examinatione considerabimus. Non immorantes in difficilioribus quibusdam sermonibus, sed tempore nunc adhortante, ad alia magis congrua transeamus, vtrum nam spiritus ordinetur cum patre & filio, & in vna deitatis natura describendus sit vel non? HER. Vnum dicunt verum esse Deum patrem, H & annumerant illi omnino nullum. C. Itaque iuxta illos à vera Deitate eliminabitur cum filio & spiritus, & in creaturarum decidet multitudinem: & eiusdem quidem erit naturæ secundum illos cum filio, eo quod vterque factus sit, quàm longissimè autem aberit à substantia Dei & patris? Igitur qualis iam Deus in nobis habiteat, quum in his qui baptizantur, & domicilium habeat spiritus, demonstrent illi. Nam de Deo & patre, neque ipsi dicerent, sicut opinor. Etenim nullus vnquam deitatis verè & secúdum naturam participationem, per factum spiritum vellet, alioqui neque hæc illius naturalis esset participatio. Relinquitur igitur vt dicatur, quod sit quidem in nobis solus filius, quamuis secundum illos nominatus sit alterius naturæ, & egressus de substantia Dei & patris, & propter hoc cõnumeratur creaturæ. Itaq; creatura in nobis, & nõ vltra Deus, & per spiritum creatũ creatura sanctificationem accipit, nihil habens à Deo & patre. Iam si præterito illo, ad meliora conuerterint se, & Deum esse filium velint, dicant illud, vtrum futura sit in nobis deorum dualitas, quum pater & filius domicilium suum habuerint, vel iam saltẽ ille solus. Dixit enim Christus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & ad ipsum *Ioan.14.* veniemus, & habitationem apud ipsum faciemus. HERM. Non opinor, quod illi ipsi velint intelligere duos Deos, sed ad hoc forte se conuertent, quod recte se habet, & reprehendi nequit, si dimittatur Deus vnus esse in nobis nempe verus & naturalis. Adiicient autem fortassis ipsi patrem, & solum. C. Itaque necessarium etiam non volentes quodammodo, vt illud audeant dicere, quod siquidem est in nobis vnus & solus Deus pater, iam absque vtilitate, imò & superflue filius simul aderit, quum non possit esse Deus verus. Esset autem quasi temeraria turbatio in nobis, implerio quæ ab ipso est. Essent item & alio modo non in ornatu conuenienti perfecta, quæ opportuno tempore euenerunt. Nam templa quandoquidem sumus Dei, & minime deorum, acclamabit quis, iam filio abeundum esse ex omnium corde, imò quid prorsus & simul ingredi principio promittit, quandoquidem nullus erit qui simul ingrediatur, Deo secundum naturam existente patre, & non satis bene templum in quo fuerit, implente. Igitur repetam iterum sermonem illum, neq; Deus in nobis per spiritum. Operabitur enim nullo modo diuinæ naturæ in nobis participationem, quod non ex illa secundum illum: superuacuum autem est, vt videtur, vt cum suo patre ingrediatur filius, & nihil iam prohibet dicere beatum Paulum sermone lapsum, & temerè nugatum, quum manifestè scripsisset: Christus in nobis vt Deus per patrem, qui vocauit per illum ad participationem deitatis veræ & secundum naturam. H. Deliramenta hæc sunt, & valde impij sermones. C. Censeamus igitur, quod vna quidem deitatis natura sit, cui & hoc est esse secundum veritatem, id quod est, & dicitur, omni modo sequeretur, quod filius scilicet iam secundum illos non sit natus ex patre, sed quasi ex illo & in illo Deus existens verus ordinabitur cum eo, qui genuit, ad naturalem identitatem. Sic enim in nobis iam non duo dij intelligerentur: vnus autem & solus, qui in sancta trinitate adoratur. Putas illos in his aliquid redarguere, vel attenG tare, vt dicant quod non bene habeat? HER. Minime. C. Itaque vide, si placet, ô amice, & ipsum Mosen sanctissimum cum simplici & incomposita natura Dei adaptantem Verbum simile persona non simpliciter. Licet enim & illinc absque labore considerantibus videre in vna deitate triplicitatem secundum hypostasin. H. Vellem audire, quod nam sit quod dicis. Dic igitur obsecro manifestius. C. Nónne primum composito suæ historiæ libro describit nobis Deum authorem & factorem vniuersorum, in sola autem hominis conditione, quum aliorum omnium generationem rudius tractasset, cœpit dicere: Faciamus hominem secundum imaginem & secundum similitudinem nostram. & post pauca addit, dicens: Fecit hominem Deus, secundum imaginem *Genes.1.* Dei fecit illum. H. Disco. C. Quum autem turrim quam quidam stultissime decreuerant vsque in cœlum extruere, demoliturus dixit vniuersorum Deus: Venite, & descendentes cõfundamus eorum qui illic, linguas. Igitur quis ille loquens, & quibus nam dicit: Venite, & descendentes confundamus eorum qui illic, linguas. Non enim opinor dixerint quidam, quod manu sanctorum angelorũ opus habuerit, vel certè consp iratione & concursu aliquarum rerum ad hoc vt Deus quod placebat ei perficere posset. Nam diuinitas fortissima est & sufficientissima ad omne quod ei placet faciendum. Est item omnium rerum tota virtus. Nam quemadmodum illum esse dicimus sapientiam & vitam, & quod nihil possit viuere, vel saltem particeps esse bonorũ sapientiæ, nisi ab ipso quasi à fonte ebullientem habeat largitionem. Eodem opinor modo verum robur non assumeret in auxiliũ. Nihil enim vnquam prodit, vt possit recte operari, nisi ad hoc ab vniuersorum virtute adducatur. Proinde licebit inculpate dicere, quod Deus, neque angelis, neque aliis rationalibus virtutibus dixerit: Venite, & descendentes confundamus eorum linguas, sed sancta trinitas quasi simplici motione naturæ vnius, seipsam ad operandam aliquid excitauit: quoniam opus erat ad solum conditorem spectans, transformare expeditam linguam pro suo arbitrio, &

sermonis

sermonis naturam nostro similis & in nobis ex simplici voce, quæ tunc erat in multiformem & multisonam excursionem A extendere, atque ita etiam per insolitam quandam, & olim incognitam viam ingredi, ad corrigendam mentem singulorum qui peruerse egerant. Vt igitur possimus intelligere, quod hoc minimè angelorum fuerit opus, sed potius ipsius diuinæ operationis. Venite, inquit, ipsa ad seipsam sancta & consubstantialis trinitas. HER. Rectè habet. CYR. Quomodo autem si perfectè hominis naturam configuratam ad Deum esse opinarentur, cuius imagine dicent homines insignitos? HER. Quid si dicerent imaginem dei & patris? CYR. At si solius dei & patris dicerent, ad extremam cogitationum miseriam deducerentur. HER. Quomodo? CYR. Primum quidem, quia quod dicit (faciemus) & etiam (ad imaginem nostram) non vni personæ conuenit, sed potius pluspuam vni & duabus. Ad hoc quoque & illud mente expẽdentes dicimus: Quod configuratur, si à prima specie aberret, & in fœditatem deformetur, nónne reparandum redibit ad illud quod erat in principiis, & ad illæsam naturæ faciem, redit iterũ quod damno primo amiserat? HER. Quomodo obsecro dicis? B CYRILLVS. Audi igitur & valde manifestè, nam pro virili dicam. Si quis optimus & perfectissimus ærarius statuam fabricaret sua illi specie insculpta, illã si inuidorum quispiam è fundamento amoueret, lapsamque cõfringeret ac mutilaret, & sic defœdaret: deinde si artifex ille rem ægreferret, vellétque feruentiori flamma inuidiam illius abolere, & ad pristinam reducere speciem, tolleret quicquid damni passa esset: nunquid tibi videretur rectè sapere, si relicta forma sua ruditer ad alterius formam illam transformaret? HER. Neutiquã. CYRIL. Dabit igitur illi speciem quam principio formauit secundum veritatem, & suam iterum insculpet imaginem? HER. Rectè.

CYRILLVS. Igitur quum sic se ille sermo habeat, quídnam feciſſe dicemus patrem & deum, si factum hominem secũdum imaginem & suã solius similitudinem dixerimus? Sic enim dixisti intellexisse aduersarios. Postquam ergo voluit refigurare collapsum ac deformatum, nónne potius reformauit illum ad primæuã speciem, hoc est ad suiipsius similitudinem? Indidisset autem illi formam aliam, siquidem alius naturaliter C
Gal.4. ab illo filius, cui configuramur. Scribit enim sic quibusdam sapientissimus Paulus: Filij quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et iterum: Quos præcognouit, & prædefiniuit. Manifestum autem iterum, quos deus cõformes imaginis filij sui hos & vocauit. Reformat enim nos per spiritũ ad propriam imaginem Christi, & suæ naturæ pulchritudine spiritualiter & ineffabiliter, piè viuentium animas insignit.
Isa.102. Vnde opinor configurati essemus ad deum quidem iam non verum, sed specie creaturæ nos ornasset. Quod etiam & olim per psallentis vocem psallebatur: Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua: veniret iam ad nihilum, frustra, vt videtur, demonstratum. Renouatio enim minimè secundum scripturas, sed nouitas potius nostra res esset, regressum quidé nullo modo ad superiora sortita, & recursum non habens ad id quod initio eramus, abiectíque essemus quodammodo ad aliquid minus quã prius: multa infirmi fœditate, esset item formatio prior, incõparabiliter sublimior nouatione per Christum siquidem nobis indidisset illam, vt fulgeremus in forma solius & verè Dei: & illa quæ nos transformat ad filium, depingeret nobis speciem D non sic habentem. Quid igitur per Christum amplius accepissemus, etiam ista similitudine erga Deum, vt videtur, spoliati & omnino conspicua naturę gloriatione exuti, quũ cuncta nostra beatitas in hoc sit, vt fiamus secundum similitudinem Dei. Sed fabulæ hæc sunt, & ridicula, aniliaque nugamenta. Renouamur enim ad imaginẽ primam, euidenti signaculo obsignati filio: vt sic habeamus, qui est character & similitudo patris, & non alius ab illo, secundum identitatem in essentia. HER. Diligentissimè dixisti.

CYRILLVS. Vide enim in quantam absurditatem sermo illorum perueniat, qui solent reprehendere eos qui sic sentiunt, & sapere volant. Deus enim siquidé est solus & verus pater sic habere præ stupiditate illi dicẽt, vnde opinor quodammodo necessariò sermone colligetur, quod filius non sit Deus secundum veritatem. HER. Necessarium.

CYR. Sed erit omninò minor quàm pater, quandoquidem quod super omne est, Deus natura est, & verè. HER. Erit itaq;. Nam quodammodo ad hoc postea sermo deducit.

CYR. Proinde vide quod periclitamur ô Hermia, secundum quod imprudenter illis videtur: quamuis imminutum filium, meliorem quodammodo & præstantiorem etiam ipso deo reputare, si sanctorum vocibus diligenter persuademur. HER. Etiam hæc res non est ambigua. CYR. Audi igitur clamantem diuinum Paulum, quod fuerit quidem secũdum legem pharisæus, secũdum æmulationem persequens ec- *Phil.3.*
clesiam: Secundum iusticiam quæ in lege, factus sum irreprehensibilis: sed quæ erant mihi lucra, ea reputaui propter Christum damnum. Quinetiam arbitror omnia damnum esse propter eminentiam cognitionis Iesu Christi Domini nostri.
HER. Dixit sanè, sed quid hoc vult? CYR. An non lex antiquis inter oracula ostendit quod vnus Deus & Dominus sit? HER. Etiam. CYR. Hunc autem esse dicunt, patrem scilicet. HER. Dicunt. CYR. At ille doctor orbis arcanorum, Christi prompt uariũ nobis seipsum ostendisse dicens quidnam docebat vel cogitabat? Ponebat cognitionem Christi meliorem incomparabiliter veteri legali do ctrina, & præstantiorẽ nominat, ruderaque arbitratur ea quę in lege. Miratur autem, & valde stupescit euangelicam & salutarem prædicationem. An non necessarium, quod nos cogitemus & sapiamus sequi, quod ea quorum maior est cognitio, intantum etiam excellere ea quibus cõparantur? H. Opinor

CYR. Iam quomodo in hãc peruenìat ruditatem ac fatuitatem mens nostra, vt meliorem dicat aliquando, vel saltem putet patre filium, qui quasi radicem habet & fontem genitorem. Nam simul iniuria afficimus cum arbore fructum, & cum radice germen, & cum fonte flumen inde profluens, & nõ alienum ab eo, & cum lucis splendoré, qui ex illa fulgurat?
HER. Simul iniuria afficimus, vel quomodo non? CYR. Proinde necessariò assumemus in naturalem vnitatem iunctũ verbum patri filium, & in naturali & vera deitate socium.
HER. Necessarium planè, hoc enim sic habet. Veruntamẽ *Quomodo cognitio Christi emi-nentior.*
illud dic, quomodo cognitio Christi præstantior sit & eminentior veteri & legali doctrina, quum in naturalem identitatem C assumptus sit cum patre Deo & vero, & simul prædicatus per antiquas scripturas.

CYR. Multo melior est, & transilit primam (manifestiorem enim habet narrationem) & ad scientiam dilatatur legi incognitã. Etenim & ipse noster sacrorum dux Moyses, precabatur sanè diligenter vt euidentem, & absque vmbris scientiam Dei assequeretur. Proinde dicebat ad vniuersorum saluatorem Deum: Ostende mihi teipsum, cognoscens videam te. Præcipiebatur etiam fodere in petra, & per augustissimum foramen si vellet videre: per ænigma nobis significante etiam in hoc Deo, quod lex de deo scientiam his qui docebantur, adeò paruam irradiabat, & quasi per angustissimum foramen lumẽ vix immittebat. Nam quod solum vnus sit Deus, credere voluit, separans eos qui aberrauerant in opinione deitatis: at quomodo per seipsam diuina & ineffabilis natura habeat non manifestè demonstrauit quemadmodũ saluaris prædicatio, de ea loquor, quæ per Christũ. Nam postquam agnouimus, quod filius prodierit & natus sit ex patre sicut ex radice, & prolis scié tia genitoris naturã depingens quasi in tabula, præparauit oculum mentis ad inuestigandum ea, quæ super mentẽ & sermonem. Ea propter dicebat ad cœlestem patrem & Deũ: Manifestaui nomen tuum hominibus. Et ad Iudæos: Neque me no- *Ioan.17.*
uistis, neque patrem meum: si me nouisletis, & patrem meum *Ioan. 8.*
nouissetis vtique. At scire rem quandam quod sit & non item quomodo habeat, minus esse opinor vnusquisque dixerit qui discernit, quantum interfit inter quid sit, & quomodo sit. Sequetur itaque Euangelicas prædicationes legalis eruditio, quæ *Noua lex docuit Trinitatem.*
prædicat quidem quod vnus sit Deus, & nullo modo dilatat diuinitatis naturam ad triplicitatem secundum subsistentiam: nec iterum congregat ad vnitatem naturalem. Hoc enim noua docuit scriptura. Vnitate igitur & identitate naturali non demonstrata de Deo patre & filio, imò esset ferè confusio quędam ex his quæ olim proposita sunt, & peruersitas, & sanctarum literarum fides nunquam vltra, sicut opinor, stabilitatem habitura esset. HER. Quomodo?

C. Vnum enim esse deum natura & verè diuina scriptura nobis clamante, ab hac gloria & honore filium amandaremus, nisi subſtantiæ idẽtitas nullo modo varians, simul includat modum quendam cum deo & patre. An non audisti sanctos nobis de deo clamantes, interdum quod vnus sit legislator & iudex, interdum quod solus habeat immortalitatẽ: quomodo igitur coniectandum est, solum esse legislatorem & iudicẽ, & solum habere immortalitatem? HER. Opinor quod alij omnino de patre, & de nullo alio dicturi sint.

CYR. Et ipse scio quod dicũt: Venit enim ad eam inconsiderantiam illorum mens. Putabimus igitur minimè esse legislatorem & iudicẽ filium? Possidere autem & immortalitatẽ, & possidere in se vitam externè adductã, & quid quod illinc sub lege iam quodammodo & iudicio erit, etiam non volũtarius? Iam quomodo nõ deceptio & insania, atque adeò si quid turpius est, diuina nostra erit prædicatio (de Euangelica loquor) quæ suader nobis, vt veris sermonib. de filio astipulemur. Dixit enim: Ego sum vita, quamuis iuxta illos immortalitatẽ non habens, quandoquidẽ solus pater immortalis est. Quinetiã quod sit iudex, & apparuit legislator, nullo ad intelligendum labore opinor opus habebit. An nõ audisti dicentẽ alicubi: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quod omnis qui spectauerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam illius mœchus factus est in corde suo. Et iterum alio loco: Non enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. HER. Audiui, attamen illud dic. Vis contradictionis argumentis sermonem excitemus, vel quasi non audito aduersario, absque exemplo eũ consideremus?

CYR. Quin scias ad hoc, quod mens magis acuatur, si aduersarius se opponat, & strenue rationes eorum qui obsistere videntur, repellat. HER. Itaque seorsim singula & manifestè iam dicamus. CYR. Dic quid videtur, minimè enim hanc tuam, sed potius aduersariorũ sententiam dicemus. HER. Vnus est legislator & iudex Deus & pater: solam enim vniuersorum reginam naturam, decet leges ferre ac iudicare. Aduenit autem etiam filius ad hanc gloriam annuente Deo ac patre, vt illam sumeret. CYR. Et cui sapientum obscurum est, ô amicè, quod friuolos sermones hauris, & frigidam ac inutilem cogitationum multitudinem coacervas, nisi cum his quæ dixisti, etiam consonas sanctorum nobis scripturas ostenderis. Sequemur enim non eos, qui volunt & solent suæ mentis eructare cogitationes, sed eos qui loquuntur ex ore Domini, sicut scriptum est. HER. Bene dicis. Itaque alicubi psallit diuinus Dauid, quum faceret sermones quasi ad patrem & deum, de vocatione gentium: Constitue Domine legislatorem super illos, sciant gentes quod homines sint. Implecum autem hoc, & valde manifestè, de seipso, & ipse nobis se aduenisse dicens filius: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Zion montem sanctum eius, annuncians præceptum eius. Qui autem vt alterius voluntatis donum habet quod regnat & legislator est, quomodo non vtrumque, externa & aduentitia potestate, quæ neutiquam naturalis sit, haberet? CYR. Edormite ebrij vinum vestrum. Acclamat quis, & valde merito peruersos. Nam filius quidem existens in forma & æqualitate cum patre, inanitionem quidem sustinuit voluntariam, demittens se in speciem nostram, factusque homo est, cuius est regnare, & legislatorem esse non alio modo quàm datum est. Postquam autem vnà nobiscum pauper factus est, & seruilem induit mensuram dispensatiuè, extraneam habere fatetur quod naturæ inerat, & cum inanitionis operibus ac sermonibus bene configuratur: & nihil opinor damni ex hoc, his qui in illum credunt, si in tempus respiciant sermonib. cõueniens. Quando enim legislator factus est gentibus Christus? quando item aduenit annuncians in Sion præceptum Domini? Nónne quando factus est homo? quamuis & manifestè viderit quis in Mosiicis scriptis, quod non alio quodam tempore missus est prædicans præceptum Domini filius Israel, quã quando nostram induit paupertatem, & prophetarum Dominus propheta nominatus est, & connumeratus est cum hominibus, & quod in sinu erat patris, monstratum est Verbum. Dixit enim aliquando deus sacratissimo Moysi, de illo copiosum præstans sermonem: Prophetã excitabo illis de medio fratrum sicut te, & dabo Verbum meum in os eius, & loquetur illis sicut præcepero ei. Nunquid ô amicè, Verbum nondum habẽs coniunctionem cum carne, & nondum vnitũ humanæ naturæ ineffabiliter & super mentẽ, frater intelligeretur Israelitarum, & ex ipsis natum esse terrigenis? Vel certè illud dixeris essemelius & verius, quod appellatus sit frater & in locũ surrogatus sit Mosẽ, pædagogus scilicet, & ad hoc vt dicatur esse legislator, & vt seruile ministerium quoddã adimpleat, quando agnatæ gloriæ sublimitatem vrgebat, vt in tẽpore opportuno demitteret seipsum in voluntariam inanitionem. HER. Certè quàm optimè dixisti, sciásque & me intelligere.

CYR. Itaque siquidẽ vellent rectè cuiuis tempori quod oportet distribuere, vtique non excideremus in mentem attonitam, & cor peruersum, & possent rectè intelligere veritatis sermonem. Adiecerim autem dictis etiam hoc. Si cui parum esse videretur, & pro nihilo haberetur, singulis quæ scripta, oportere, apud diuinam scripturam, suum tempus cõgruum & propriissimum accommodare: quid obstaret etiam, si intelligatur fortè nobis similem factum vnigenitum Dei verbum, mortuũ esse dicere, crucemq; sustinuisse: & quæ in illa, etiam antequã conuenisset in carnem hanc terrenam, debacchatos quidem impiè Iudæos in eum, fecisséque ac dixisse, quæ vtique solam illorum insaniam decent, quando quidem quasi iam passus alicubi dixit Christus: Tergum meum dedi in flagella, maxillas meas ad alapas, faciem verò meam non verti à confusionẽ sputorum. Nunquid non insanum & ridiculum meritò foret putare hæc non facta congruo tempore? Manifestum autẽ, quod eo quo filius cum carne passus est. HER. Verùm.

Singulis suũ tempus accõmodandum inscriptura.

CYR. Etenim relicto de hoc sermone, si tibi gratum videtur, ad id quod præsens eamus. HER. Ad quale? CYR. Vt descendamus inquam, ad examinandum & addiscamus diligenter interrogantes aduersarios, an in eo quod constitutus est rex & legislator, sit tale esse secundum substantiam, vel saltem tale esse sit filij. Non in eo quod constituitur, quemadmodum ego opinor, vt talis sit vel non, dicent esse filij. Nõ enim opinor in hanc peruenient stultitiam, quamuis delirent sine fine, vt dicere audeant, quod & constitui sit de definitione substãtiæ. HER. Illud fortè dicet, quod declaret naturam eius qui constituitur, ipsum constitui. Non enim alio accepisse dicent quod natura ei assit. CYR. Igitur ô strenui à nobis dicetur iterum, quod deprehendemini minimè quidem rectè sapientes, & receptæ rectæ doctrinæ amatores, sed valde faciles ad præcipitantiã & ad deceptionẽ. Obliti enim estis ea quæ scripta sunt, congruis temporibus attribuenda, & ea quæ diuinitati minus conueniunt, incarnationis tribuenda temporibus, etiam si fortè dicantur de vnigenito. Quoniam enim nõ peruenistis omnino ad cogitationũ rectitudinem, nõ esse substantiam dicitis, quod constituti prædicetur de filio: sed rei sit consignificatiuum, quid impedit opinari & dicere, quod deus & pater voluerit regem & legislatorem substantialiter existentem filium, id quod est demonstrare hominibus? nec tamen dico quod cœperit propterea regnare, sed quod permiserit quodam modo, illis postea legem ponere, & quod voluerit propriis sceptris eius subiugare eos, qui per errorem, quo colebant multos deos, à potestate & principatu sub ipso exciderant. Absurdum autem opinor omnino, si Verbum patris nugari velint quidam beneplacito eius qui genuit, vocatum esse ad principatus, vt legem ponat, & non iam putandum esse legislatorem secundum naturam vt Deum. Nunquid enim si in domicilium tenebrosum, & nebula plenum ad tempus quoddam solaris radij non ingrediatur lux, si nullus ingressum promitteret, quo tamen facto, ingrueret statim, & abirent quidem tenebræ & insolita lux in locis arrideret: id quod & siquidem veller, vocem enarraret fortassis rem admirantibus, quod sit quidem à genitore sole, ad hoc quod oporteat infundi etiã in hoc loco, & illustrare semper quæ in tenebris comprehensa erant. Nunquid admitteret aliquis, statim primum & ad lucis productum esse naturam, quando & primum ingressum est? HERMIAS. Neutiquam, vt est verisimile. Erat enim semper lux.

CYR. Igitur quid illi nobis, tanquam inexpugnabilem murum opponunt dici filium constitutum esse legislatorẽ, vel etiam regem à Deo & patre, quamuis vt legislator sit, minimè tunc cœperit initium, quando ostendit gloriam naturalem,

lem, postea constitutionibus propriis, etiam gentium: sed quod debuerit turmas subiugare significarit, qui simul annuit & approbat Deus pater, qui solus iam superioribus temporibus Israelis ceruicem etiam diuinis legibus, subiugabat. HER. Sed siquidem vellent manifeste ostẽdi filium esse legislatorem, quomodo vel quando hoc fiet à nobis? CYRILLVS. Sufficeret in hoc mediocriter docilibus opinor id quod nuper diximus. Etenim de lege & de his quæ antiquis responsa sunt, Deo manifeste dicente: In illis non est addendum, & in illis non est minuendum. Decet enim & solam vniuersorum reginam naturam, legem ponere, adiicereque & adimere quæ voluerit: legem tulit filius, & antiquam alleuiauit vt grauiorem legem, immisitque nouam, hoc est Euangelicam: & hoc sicut legislator, non trepidè & humiliter, sed in autoritate quæ Deo congruit. Cõfirmabit autem sermonem & sapiens Paulus per epistolam scribens: Factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifaciam: iis, qui sine lege, tãquam sine lege, quum non essem sine lege Dei, sed in lege Christi, vt lucrifaciam eos qui sine lege. Vide enim quomodo sine lege esse Dei vrgeatur, vt dicat se esse in lege Christi, quo in vtroque gloriã illi tribuat: & vt Deo secundum naturam legislatorem esse, tribuens tanquam eximium. Quando igitur secundum vocem sancti, non expers sit legis Dei, quisquis est in lege Christi, quæ iam causa depelleret filium, quo minus sit legislator? HER. Nulla, quemadmodum ego opinor. CY. Adiecerit quis prædictis apposite & hoc. HER. Quale? C. Opinor equidem, quod minime demonstrabit quis, quod antiquis vel posteris seorsim & solus legislator fuerit Deus, absque labore autem videbitur cum filio, & per filium. Vbi enim vel quibus legem tulit pater, tacente & absente filio? HER. Vtique hoc & sapiens Paulus per epistolam demonstrat, quod olim Deus locutus sit patribus in prophetis. Moyses autẽ Israelitis iterum dixit: Dominus Deus vester locutus est nobis in Horeb. C. Bene scilicet, ô amice. Nam seruatibus sanctis, vt dixisti, personæ Dei & patris, vetus illud & in vmbris responsum. Age tibi ostendamus proprium illum à filio nominatum. Venit enim, minimè sublaturus & subuersurus quæ per prophetas dicta, sed completurus potius & prophetas & legem. Dico enim vobis, inquit, quod iota vnum vel vnus apex non prætereat à lege, donec omnia fiant. Cœlum & terra trãsibit, sermones autem mei non transibunt. Intelligis itaque quomodo dicens legem oportere impleri omnibus modis in veritate, illam vocauit sermones suos. Viderit autem quis ipsum & per alium quẽdam sanctum propheram clamare manifestè: Ipse qui loquebar, adsum. Homo factus enim, & in specie nostra factus, ille olim loquens, quamuis Deus & pater per sanctos prophetas locutus fuerit. Quoniam autem legislatoris gloriam naturaliter habentem sequitur omnino, vt etiam iudex esse debeat. Neutiquam dubitandum est eos, qui id quod definitum contemnunt, & ad id quod sibi videtur declinãt, amaris suppliciis obnoxios fore. H. Ita profectò modis omnibus. C. Itaque sicut si etiam diceretur vnus quidem legislator, vnúsque iudex pater, nullo modo filius à glotia & veritate, quę in vtrisque exciderit, quum nihil sit quod filium à naturali identitate cum Deo patre separet: quomodo, licet solus habere immortalitatem dicatur Deus & pater substantialis erit & in filio dignitas, & appellabitur omnino immortalis, vel ipsa secundum naturam immortalitate, etiam eius qui genuit dignitatibus conspicuus, & à nobis & sanctis angelis adorabitur? At si dicerent hæc de se non sic habere, & mendaces nobis faciant Scripturas, quum veritatem amandent, dicant illud. HER. Quale nam? C. Primum quidem quod vitam ac immortalitatem possidet, & à se hoc non habens, mortale erit omnino, & aliunde sumit vitam quasi ab alio datam. HER. Mortale enim erit virtute, quod non mortale natura. C. Et ad hæc respondeant etiam quæ intelligatur vitæ efficacia in his quæ vitæ indiga? H. Viuificatio videlicet, quemadmodum scilicet & lucis opus esset illustratio. C. Bene dicis. Si autem opinaretur viuificari quidem ab alio vitam, illustrarique & lucẽ, nunquid videretur tibi rectam similitudinem afferre? H. Minimè, sed aberraret, atque recta ratione excideret. Iam enim non est vita, quod ab alio viuificatur. CYR. Quum igitur vnigenitus in medium prodeat, & clamet: Ego sum resurrectio & vita, coniectandum ne, vitam esse ab immortalitate destitutam, vel quomodo? HER. Non destitutam, absit. Etenim vita est secundum naturam immortalitas. CYR. Itaque quum vnus Deus pater habeat immortalitatem, sic enim alicubi diuinum habet eloquium, quo pacto eam haberet etiam filius: sed opinor omnino, quod vocabulum vnitatis facile in vtroque ostendat subſtantialem vitam, & insitam immortalitatem, non aduentitium bonum. At si desipiẽtes omnino arbitrantur dicendum quod externus sit a Deo & patre filius, & aliam quandam & propriam habeat naturam, & non habeat quod sit verè Deus, licet secũdum naturam immortalis existens, immò sit ipsamet vitaan non ea quæ soli diuinæ & ineffabili accidunt naturæ, & ea ob quæ verisimiliter & nos & sancti admiramur, adiecerint etiam, & dicent inexistere, quamuis postea in creaturis sit secundum quod ipsis stulte videtur. H. Quomodo? C. Opinor scilicet deum verum, & naturalem etiam ipsi dixerint, quod possit viuificare & sit vita. Itaque si hoc est subſtantialiter pater, excidit autem, vt illi dicunt, filius à naturali identitate cum illo, & in hoc minor existẽs, & vitam seipsum esse dicit: & quod eximium est in subſtantia patris, suæ adscribit naturæ, quomodo non verum id quod dixi? Etenim iam quod ineffabili naturæ proprium est, eductum est, & in hoc quod non est ex seipsa, simul autem quodammodo vocatum est. Intellexerunt enim in his quæ credita sunt, deum quidem esse ante omnia, & post illum creaturam, intermedium autem aliud omnino nihil. An non verum est id quod dixi? H. Verùm. C. Vnde siquidem est alterius subſtantiæ filius, & non in his in quibus dicunt esse patrem, quomodo intelligeretur vna & non varians, efficacia naturalis eorum qui inter se distant, secundum rationem quo aliquo modo sunt, Dicit enim, sicut pater quos vult viuificat, ita & filius quos vult viuificat. H. Captus est profectò dicunt. Vita quidem est filius, nihilominus dicit: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, igitur vita est propter patrem. C. Itaque viri egregij, etiam ipsum viuificari filium à Deo & patre, vnà cum alijs suspicabimur? & vita annumeranda erit cum his, qui externam & aduenticiam habent vitam? Vnde coordinatus sit, & cum morientibus filius. Quod enim aduenticium abiici potest, & pro quibus quis voluerit creaturam, commutabit, quantum possibile: quando etiam naturalibus legibus continentur, vt cõgruè habeant. H. Itaque quomodo quis putarit illum propter patrem viuere? siquidem & ipse secũdum naturam est vita. C. Etiam hoc est nobilitatis ex Deo & patre demonstratio, & euidens identitatis secundum naturam imitatio. H. Quomodo dicis? C. Non enim dixit alicubi manifeste viuificari à patre, sed viuo propter patrẽ. H. Quidnam igitur hoc? C. Ei qui propriam habet naturam immortalitate, & vita destitutam, & aliunde aduẽticiam hanc rem accipit, cõuenire existimarim, & valde recte dici: Vitã dedit mihi pater, quum sciat quidẽ quod vita prodiit ex vita, & fructum habet subſtantiæ immortalitatem vt diuine dicat, viuo propter patrem. An nõ si hominis proles rationalis ex rationali suo prodeat patre, dicet rationale animal sum propter patrem, etsi ex igne procedat calor, & dicat habeo calidum radium eo quod ex ipso igne processi: nónne ea quæ sortita sunt proprietatẽ naturatum, videbuntur alicui prudenti illa per seipsa habere, vel certè aduenticiam, & in ordine donatorum vt taliter sit? H. Videtur. C. Viuit igitur filius propter patrẽ verus existens Deus, quemadmodum scilicet & is qui genuit. Facio autem adiurorem meorum sermonum sapientissimum Ioannem, de illo sic scribentem: Et scimus quod filius Dei venit, & dedit nobis sensum bonum, vt cognoscamus verum deũ, & simus in vero Iesu Christo filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna. Quid: tibi ne aliquid manifestius hoc iam videtur? vel certè ad arguendum neruosius, ne diuerso modo habere putetur filius quàm sicut se habet secundum naturam pater? H. Nullum, vt ego opinor, huic voci theologi, quæ inexpugnabile testimonium, aduersarius opponet. Veruntamen si dicatur verus Deus, ridentstatim, & dicunt non esse Deum reipsa verum, sed datum ei esse nomen secundum voluntatem patris? Dixit enim alicubi diuinus Paulus, inquiunt: Exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. C. Datum quidem illi nomen super omne nomen scias, quod & ipse dixerim. Cæterũ stulte opinor theologorũ vocibus hoc opponi à stulta mẽte

quapiam,& esse desipientis & attoniti imbelle inuentum. Obstupesco etiam aduersarios tam ineptos ad deceptionem, qui E occasionem quare datum sit neutiquam secum animaduertūt: sed ita venantur dictionem,& magno desiderio rapiunt,vt omne quod filij glorię & honori obsistit, existiment melius,quamuis tempus quod donatum sit, non aliud definiat nobis diuinitus inspirata scriptura,quàm illud quo in figura dei existēs vnigenitus. Non est arbitratus rapinā esse æqualem deo,sicut scriptum est: sed seipsum exinaniuit, forma serui accepta in similitudine hominum factus,& habitu inuētus vt homo. Humiliauit se factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Tunc enim vtique deus illum exaltauit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu Christi omne genu se flectat,cœlestium, terrestrium,& infernorum,& omnis lingua confiteatur quod dominus Iesus Christus in gloria dei sit patris. HER. Itaque quid hoc? CYR. Via sit plana ad veritatem ducens eos,qui rectè intelligere volunt. Vnde amice intelligas,quod accipere nomē super omne nomē tanquā in loco beneficij est, exinanitio dicitur & humiliatio verbi erga nos dispensatiua. Si autem in mensuris exinanitionis inuenitur accepisse is,qui antea omnino immunis erat eorum quę inanitionis, videtur postea propter hoc quod possedit naturaliter id qđ erat: hoc est, quod in forma dei & patris, licet humiliarit seipsum opere quodam singulari & excellenti,veniēs ad hoc quod minus, redibit vtique ad id quod erat quum exaltatur, non ad alienam rediens gloriam & honorem, sed quasi propriam & primæuam. At si multum laborauerint,vt affirmēt quod ad insolitam gloriam & honorem redierit filius,accepto quod super omne est,nomine, ita vt iam nihil à patre obsistat verisimiliter, quod contrarium intelligitur sacramento dispensationis cum carne: sed omnino secus habet. Dicam autē quomodo. Si enim non est inanitio filio quod accepit,sed inuentio eorum accidentium quæ nullo modo substantialiter inanito accidunt. Inanitio quidem esset,& vt verius dicatur,tempus ante inanitionem, eminentiæ & gloriæ,secundum quam nescio quomodo,inanitus esse dicitur,quāuis possideat ea quæ super naturam & mensuram suam,& ad ea quæ incomparabiliter superiora, quàm ea in quibus erat priusquam repentè ad hæc veniret. Vnde congruit,quod recte se habere, & tibi videtur, quod per illud tempus deceat vtique tunc datum esse nomen filio,quod super omne nomen, quando & habitum sicut nos induit, quasi vnus ex nobis. In filium scriptus est dei, positus nobiscū & propter nos germanus,vt & nos per ipsum filij, aduenientes ad nobilitatem super naturam, etiam diuinæ eius naturæ comprobemur esse participes. An nō putas hunc nostrum sermonem de hac re rectè incedere? HER. Incedit vtique. CYR. Quum vt meliora quàm illi imprudentes tradunt sapiamus, operam impendimus, illæsam quidem seruabimus vnigeniti gloriā, cogitationes verò demoliemur,& omnem celsitudinem,quæ extollitur, sicut scriptum est,& omnem sensum captiuum ducimus ad obedientiā illius: at si hoc facere noluerimus, permittemus illorum sycophantiis vt vincant, eiiciemúsque vnigenitum ne sit verè deus, ac dicemus quod nihil amplius possideat quàm nos. HER. Dic, vel quomodo dicendo tardus es? CYR. Equidem alacriter dixero,& in his nihil morabor. Nunquid non verè dicitur,quod siquidem ipsi donatum est nomen super omne nomen, & iam scilicet quodammodo vocari deum, denegabitur ei id,cuius capax est: Quod enim datum,nō omnino firmatum, periclitaretur autem & ipse pater, quantum attinet ad rationes eorum quæ non est fas dicere. Erat enim minor, quàm secundum filium,& ponetur super naturam eius qui genuit,ea quæ secundum illos minor,imò qui deitatis gloriam minus nobilem habet, & non germanis dignitatibus vix gloriatur, siquidem in nudo homine & solo poterit verè vocari deus. HER. Quàm grauia & absurda sermo nobis affert? CYR. Verè quidem grauia,sed necessariam habentia adiectionem: nam veritatem diligentius inquirimus in eo quod suspicamur non rectè habere. Vnde siquidem, vt opinantur, mercedem accepit filius,& quasi remunerationem quandam suæ inanitionis tulit à deo & patre,nomen,ante inanitionis tempus, etiam illo priuatus intelligeretur meritò,siquidem videatur accepisse in tempore aduenticium illud facilęque reiectaneum beneficium. Iam quomodo fuisset in forma & æqualitate dei ac patris. Inanitione quidem nondum voluntario susceptа, formam ac mensuram seruilem non dignatus accipere? Non enim rapinam arbitratus est esse æqualem deo, quum hoc habuisset extraneum. Vnde siquidem esse ante inanitionis tempora dicimus filium in forma & æqualitate patris,honore autem destitutum inanitum, & rediisse ad mensuram gloriæ quæ in ipso ampliorem, vtique ipse super patrem ipsum efferetur. HER. Quàm austerus est sermo ille? CYR. Nihilominus verus est,quantum scilicet ad rationes attinet, & siquidem aliquid melius accepisset filius,sumpto nomine quod super omne nomen, consequeretur omnino quod ad hæc quæ per se habet,etiam dei & patris acquisiuisset naturam. Hoc enim nobis austerus dudum sermo ostendit. Si autem minime meliorē quàm fuerit,etiamsi intelligatur accepisse cognoscet quis ipsum,adiectūmq; beneficij omnino nihil. Nónne inconditi & mendaces deprehendentur audaculi, qui non cauent eò venire,vt dicere audeant iam, quod ineffabilis deitatis natura paruam creaturam, vt ne dicam consummatam non reddat locupletiorem, nihílque ei prosit, licet ad dignitates fulgidas prouehat,& quę sua sunt tribuat: sed hoc cogitare absurdum. Nam quæ deo digna sunt, eminentissima sunt. Iam seipso quodammodo etiam melior deus & pater videtur,& meliorum quàm sunt ea quę habet,est dator. HER. Quomodo? CYR. Nam existentem in forma & æqualitate cum ipso filium, etiam ante inanitionis tempora, minorémque nullo modo gloria quæ in ipso existit, summum & excelsum fecit, dans ei nomen, quod super omne nomen. Nónne tricæ hæc sunt,& asperæ blasphemiæ,cogitationésque absurdæ fœtorem extremæ inscitiæ olentes? HER. Valde profectò.

CYR. Et aliter quoque opinor aduersus absurditatem illorum,si & illud consideret,sermonē quis fecerit iustissime. Nam si hoc nudo nomine deitatis filius seipsum vocat, & fructum, hoc est rem naturæ non habet,quid manifeste clamans persuadet: Ego sum veritas. Nam quod adulterinum est, non est verum, & quod externis & adductis vtitur coloribus, non id est secundum naturam quod videtur, sed vi quidem intruditur vt verum putetur,habet autem non sic secundum veritatem, & si examinetur,turpe redarguitur. Cur igitur nō diis cognominatis seipsum annumerandum censet, deus natura non existens, sed seipsum sequestrat à sanctorum multitudine, & in propriū locum quendam, nullíque aliorum accessum concedit, dicens: Si illos dixit deus, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis blasphemare? quia dixi filius dei sum, Nam si illi dicere vult: Vocati sunt dij, qui verbum dei in suam domum recipiunt, & in anima assumpserunt: quomodo non esset deus ille,per quem isti dij? Deus enim Verbum erat iuxta Ioannis vocem. Dictio autem, Erat, non tribuit ei nouiciam gloriam, sed omni scilicet tempore antiquiorem. Igitur vbicunque tandem posueris dictionem, Erat, laberis. Vel quando nobis venit verbum, Erat,quod semper vlterioris temporis capax,& irrefrenabili cursu mittitur,antiquiúsque est quàm vt tempori tribuatur, & quasi vltra tempus præcurrere solet. HER. Bene dicis. Verbum enim, Erat,semper quodāmodo tempore præstantius est. CYR. At diuinus Paulus filium non alienis dignitatibus conspicuum, sed potius natura existentem deum vna ligat cum patre & Deo vnione substantiali & naturali. HER. Quomodo? CYR. Scribit enim sic: Et siquidem sunt qui dicuntur dij multi & domini multi,siue in cœlo,siue in terra,sed nobis vnus deus pater ex quo omnia,& vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Itaque siquidem credidit illum debere connumerari his qui per gratiam dij sunt, cur non misceri permittens eum aliis, vnum ac solum demonstrat nobis deum & dominum patrem, sed seorsim quodammodo alterum ponēs deitatis quidem nomen patri, dominationis verò filio tribuendum senſuit? Porrò sapienter & necessariò intelligetur, neque à deitate vera & naturali,gloriam dominandi & imperandi cunctis moueri. Neque etiam à vera dominatione naturam deitatis desilire: tribuatur autem magis vtrique quod videtur esse vtriusque & seorsim. Euidens verò vnius naturæ demonstratio, quod perfecte coronetur naturalibus proprietatibus quas vterque habet, & quod in vtroque in omnibus æqualiter naturale, & testimonium habēs identitate inculpabili, neutiquam vt extraneum assumitur. HER. Quomodo? CYR. Si autem quis

Accepisse nomē super omne nomen.

Quomodo adoptati simus in filios.

Ioan.10.

1.Cor.8.

quis interrogaret, vtrum substātialem & naturalem filiationem filio appoſuerit, vel certe eam quæ in sola gratia patris, qualem scilicet quis etiā concederet nobis ipsis, quid tu diceres ō Hermia? HER. Substantialem equidem dixerim,sed aduersariis nō existimarer verax esse. CYR. Nónne opinatis etiam adiecturos quod sensu priuati simus, & ratione recta destituti? Quem enim obsecro, ex his qui ipsis consentire nolunt non vituperant, siquidem eò peruenerunt insaniæ, vt existimandum putent adoptiuum filium,& aliis coordinatum,quamuis in suis inuentis veritatem erubescāt,gloriam ei fingunt eximiā,& aliis præcellentiorem,& tantam apud se fingunt nobilitatem,quantam sua poreſtate metiri voluerint: sed libenter interrogauerim illos modum filiorum adoptionis quæ de vtrisque intelligitur, quomodo nam factos esse dicant. Vocati enim sumus nos in filios. Hoc autem quomodo factum sit,nō nos dicemus,instruat autem scribens Paulus: Quod autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Igitur quandoquidem in nobis ineffabiliter habitat per summum spiritum filius, nos ad adoptionem spiritualem vocatos esse dicimus. An non sic factum esse hoc dices? HER. Profectò. Memor enim sum & illius, quod sapientissimus Ioannes nobis de filio clamat: Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. CYR. Vide igitur amice quò tandem sermo noster de vnigenito se tendat,si coordinetur æquali modo cum his qui ad filiationem vocati sunt. Sic enim nō aliter in ordine filij esset,quàm per filium in spiritu. Et testificabitur Paulus,dicens: Quod autem estis filij,misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater. In quonam igitur erit & ille: haud opinor dicent quod in seipso,& per seipsum,quamuis inter eos qui secūdum adoptionem numeretur, siquidem non esset secundum naturam & verè filius, vt illi dicunt. HER. Sed si dicerent,quod nos quidem intra nos habemus filium,ipse autem patrem,quid posses ad hoc dicere? CYR. Dixerim, siquidem ipsi ex se ipsis diuinam nobis, vt habet,definierint naturam, & leges de illa pronunciārint, idque absque examine, breuis valde,imò nullus qui verisimilis de illo erit sermo. Quandoquidem eructant quidem de cordibus suis, nihil autem loquuntur de ore domini: & si putārint oportere ambulare per viam diuinæ cognitionis lucidæ, & ita sapiendum sciunt, obsignent vocibus ex diuina scriptura. HER. Etiam inquit. Dixit enim filius ad Philippum: Non credis,quod ego in patre,& pater in me est? CYR. Nunquid sanctificat filium pater in illo factus? HER. Hoc omnino asserent. CYR. Quum secundum naturā sanctus sit, & à seipso habeat sanctimoniam, & posse sanctificare eos in quibus fuerit, nunquid ab alio hanc rem assecutus est? HER. Sanctus scilicet secūdum naturam ipse existens. CYR. Itaque ô boni viri, & ad omnia absurda propensi,sanctitate quidem naturali filius priuatus est, & sortitus naturam non liberam, vel saltem non omnino alienatam à peccando, quantum ad ipsam pertinet. Vnde siquidem permiserint ipsam, vtilitatis aliquid accipere, ex eo quod sanctificata est à patre, & sumere stabilitatē & gloriā in his propter quę in admiratione est,& sanctificari nihil adderet filio, vanū postea opinor dicere,diuersari ac habitare in illo deum ac patrem. Verum ipse est in patre, & pater in ipso. At quis sit illius modus, vel quomodo res habeat,optime sic consideraremus. Nam filius quidem,secundum quod ipsis prophanissime videtur,intra se habet patrem sanctificatione indigens. Quid autem intelligeretur, accepisse, & ipse pater filium habens in seipso? Itaque siquidem est dicent, modus hic,quod oporteat perfecte sanctificari quod sanctificabile est. Cur non & nos spiritum accipientes in ipsum transiuimus, vt ille quidem in nobis, nos verò in illo iterum habitaremus. Porrò si vltra tumultuetur valde hoc esse indecens? Nam spiritus in nobis, & non nos in ipso secundum naturam quomodo non variis immergentur cogitationibus,non identitati substantiæ tribuendum putantes quod in patre quidem filius,patérque iterum describitur in filio: sed volentes contendere & sapere, genitorem in filio habitare partem esse externorum & accidentium bonorum. Alioqui illud opinor dicere oportebit, vnitate cum filio, qua per spiritum in his qui volunt operatur,ad filiationem cōfiguramur,ad gloriam quasi filio seorsim figurante nos, & insigniente suæ formæ characteribus,& quodammodo scribente in susciptentium animabus.

HER. Etiam. CYR. Igitur posse viuificare,referetur ad filium quasi naturalis efficacia,& non alterius gratia, sicut opinor,irreprehensibiliter siquidem est filius. HER. Esto,quid autem inde? CYR. Patrem inhabitare secundum verisimilem & euidentem rationem,nō alterius opus esse dabimus. Sic autem consummari dicimus quod intelligatur & de filio quicquid per ipsum cōpletur. Patrem enim omnino,& non filium demōstrauerit pater in quo voluerit habitare, & ad suam illum imaginem refigurare. HER. Nunquid dic nobis diuinam imaginem in nobis, quam hominis natura accepisse dicitur (facta est enim secundum imaginem & similitudinem dei) ad solam effigiem quæ in filio esse dicimus, vel ad hoc accipiemus cum filio patrem, & ad totam diuinam nos naturam dicemus formatos esse, quum dicamur filij, & ordinemur inter filios?

CYR. Iam amice,an non putas intelligendum, quod omnis fidei nostræ sermo huc tendit, vt vnam quidem videamus deitatis naturam, quæ in tribus subsistentiis propriis, quæ conformes, & eiusdem speciei inter se ad vnam quādam summam simul currunt pulchritudinem, ad quam & nos configuramur secundum scripturas, obsignemur autem ad filiationem per filium in spiritu. Sic enim imago filij quidem filiatio, patris autem paternitas, vnde filij per filium, imago autem dei & similitudo. Manifestum autem quod nos ad totam principio formati naturam, nempe ad summam. HER. Bene dicis. CYR. Itaque nugæ sunt nihil vtilitatis habentes, velle contendere indignis quæstionibus: sapientis autem fuerit considerare & sapere ea ad quæ semper & omnibus modis sequetur vtilitas. HER. Profectò ita est. CYR. Nugæ sunt quę illi tradunt, longeq; à nobis abeant summa mala, nos verò minime opinemur, vnquam externum quiddam esse,& nuper natum, deum filium, sanctificarique vel etiam ad filiationem vocari à deo, & gloriam accipere aduentitiā nobiscum: sed lege naturæ id quod est possidere, in filiúmque receptum esse, non per sanctum spiritum. Quod enim proprius filij sit spiritus, quemadmodum scilicet & patris, didicerit quis absque magno labore, ipso quidem dicente: Vnde si vos quum mali estis, scitis dona bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui est in cœlis, dabit bona petentibus se? Et iterum: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si autem & Paulo credunt per epistolam scribenti: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si verò quis spiritum dei non habet, hic non est eius. At si Christus in nobis,corpus quidem mortuum propter peccatum,spiritus autem vita propter iusticiam. Igitur nos homines filiationis gloria, honestans spiritus, quandoquidem & filij est, operabitur quidem in aliis filiorum adoptionem, otiosus autem erit omnino in illo cuius scilicet est, non aduentitius, neque etiam extrinsecus propugnatus, sed substantialiter existens eius, & per eum diffusus, vt à dignis accipiatur iuxta bene placitum patris, an non recte hæc dicere & sentire videor? HERMIAS. Omnibus certè modis. CYRILLVS. At diuinorum sacramentorum minister Ioannes, quando in medium prodit clamans de Deo & nobis: In hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis, quo pacto non omnino facile fuerit videre, quod Deus verè, & ex dei ac patris substantia processerit filius, siquidem est vt Deus, & non alius quidem habitat in nobis spiritus eius. Insuper & hoc dixerim: Si spiritus Dei & patris in quo naturam eorum quæ vt sint producti sunt, viuificat & sanctificat proprius est & filij, quis in tātam mentium confusionem peruenirет, vt sapiat vel loquatur illum excidisse à consubstantialitate cum patre ac Deo, & inter creaturas esse, & non ea quæ diuinæ naturæ propria, & eximias illius definitiones efferat & largiatur creaturæ, ita vt nihil videatur variare, æqualem autem mensuram habeat creatura præclara & natura, cum ea cui est imperium super omnia?

HERMIAS. Periculosa res citra controuersiam. CYRILLVS. Itaque quandoquidem apud sacras literas facile quis vnigenitum viderit ex patris effulsisse dignitatibus, age & alias sententias simul colligentes, imbellem ac stupidum expugnemus aduersariorum sermonem, proferamúsque in medium ea per quæ appareat æqualis opere,& virtute cum Deo & patre. Insuper & Deus, non his qui secundum gratiam adductis, connumeratus est, neq; etiam externa nobilitate illustratus,

An ad solā filij imaginē conditi simus.

Filij sumus dei per filium.

Spiritus⁹ proprius filij. *Lucæ 11.*

Matth.10.

Roman.8.

sed vetus magis,& euadens secundum aliquid saltem minutior esse, quàm sit patris eminentia, quæ super omnem creaturam intelligatur. HER. Quantum amicè,imò prorsus hoc equidem fide dignum dixerim.

CYR. Putas igitur amicè,inesse cuipiam creaturæ,vt possit operari,& facile perficere ea quæ vniuersitati imperans natura sola, & facile perfecerit. HER. Nulli.

CYR. Rectè dixisti, proinde sacratissimus Paulus, quasi supernaturale & eximium terminúmque vniuersæ transcendens factura, Deo patri attribuit viuificare posse mortuos. Dixit autem sic: Vbi non est lex, ibi neque transgressio. Propter hoc ex fide, secundum gratiam, vt stabilis sit promissio omni semini, non ei quod ex lege solum, sed etiam ei quod ex fide Abrahæ, qui est pater nostri omnium, sicut scriptum est: Quia patrē multarum gentiū posui te, eo quod credidit Deo qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Cognosce igitur & hanc, si videtur filij gloriā. nam non est minor quàm si pater, sed potius vide ipsum ornatum æqualibus efficacijs. Nam idem Paulus iterum nobis dicit: Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oēs viuificantur. Vitā enim non aliter in seipso habens, quàm si esset etiam ipse pater. Audi enim iterum alicubi eum dicentem: Sicut enim pater excitat mortuos & viuificat: ita & filius quos vult viuificat. Itaque diuinitas ipsius in operando euidens iudicium esse naturæ,ac gloriæ ipsius ostenditur, dum dicit: Si non facio opera patris mei,ne credite mihi:sin facio,& si mihi non creditis,operib. credite. Nónne per hęc quod deus secundum naturā sit dignabatur ostendere,& quod siquidem cupiā videtur accidere deo,æqualiter posse operari,æqualis ille omnino gloria, & aliud nihil sit quā deus? Opinor enim eò sermonem nos ducere. HER. Verisimile est,nō enim dignus, qui æqualibus operibus absque vlla variatione gloriari debeat, habendus est, qui non æqualem gloriam possidet. C. Sancta autem scriptura nos alloquēte: Omne donum bonum,& omnis donatio perfecta, desursum est descendens à patre luminū, apud quem non est transmutatio, vel conuersionis adumbratio. Vnde putas ipse distributionem diuinarum gratiarum nobis fieri? HER. Ex deo patre scilicet.

CYR. Quin & sanctis apostolis, autoritate sua dabat Christus virtutem contra spiritus immundos,ita vt eiicerent illos,& curarent omnem morbum, & omnem languorem in populo: & quod his excellentius est, etiam vt possent ipsam mortē vincere, diuinissimè præcepit, dicens: Infirmos curate,& mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia eiicete. Cōfessus est autem perquam manifestè diuinus Ioannes nobis dicēs: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Donum autem bonum & donatio perfecta. Estne aliud quiddam secundum quod tibi videtur,quàm participem fieri spiritus sancti? HER. Nullo modo.

CYR. Proinde vide obsecro amicè, etiam ex his, filium proprium suum insitum ita, vt non abiciatur,spiritum sanctū, per quem omne donum bonum,de sua plenitudine demisisse. Nam postquam ascendit destructa corruptione, vinculisque mortis abiectis, reducens nos ad sanctificationem, & primæuam naturę pulchritudinem,quemadmodum in principio generis humani tradens apostolis, sufflauit in faciem eorum, dixit: Accipite spiritum sanctum. At siquidem est supernè, & à patre omne donum perfectum, operatur autem horum distributionem non vt ministet, filius, sed autoritate diuina: quónam modo postea cessabit, vt non sit quod est secundum naturam, id quod est is qui genuit eum, verus scilicet Deus, & non adulternis quibusdā honoribus quasi in tabula deformās? HER. Nullo modo, vt ego opinor.

CYR. Num verbum fidei non suffecit ad vberrimam demonstrationem, quod secundum naturam Deus sit filius? HER. Quomodo dicis? CYR. Quia Christo credentes, accedimus ad Deum verum secundum naturam,& liberati sumus ab errore multorum deorum, eductique ne vltra seruiremus creaturæ, & vt adorantes, liberi essemus ab hoccine crimine. Vnde & vocatis per fidem ad veritatis cognitionem sapiens scribit Paulus alicubi quidem: Ideò memores estis vos gentes, in carne quæ dicebamini præpūtium ab ea quæ dicitur circuncisio manufacta, quod fueritis tempore illo absque Christo abalienati à spe Israel,& alieni à testamentis promissionis, spem non habentes, & impij in mundo. Alio verò loco iterum dicit: Sed tunc quidem nescientes Deum seruiistis iis, qui natura non sunt dij: nunc autem vbi cognouistis Deum,imò autem cogniti à Deo, quomodo conuersi estis iterum ad infirma & egena elementa, quibus iterum ab integro seruire vultis? Impij autem siquidem fuerunt, qui absque Christo,& Deum cognouerunt, postea vbi aduenit fides, & crediderunt filio dicenti: Qui credit in filiū, non iudicatur, quia credidit in nomine vnigeniti fil j Dei: quomodo nō intelligeretur deus nō externis fucatis laudib. & à nobisipsis & ab angelis honorē accipiens, sed substātialiter creditus, id quod est verē Deus scilicet & ex Deo secundum naturam. Cum enim,dic obsecro,cōcederes intellexisse Paulum, qui de illo scripsit, & dicit: Deus erat in Christo mundum concilians sibi,non imputans eis delicta ipsorū,& posito in nobis verbo reconciliationis. Pro Christo, conciliamini Deo. Quando igitur, si in Christo quis conciliatur, Deo conciliabitur, & in Christo mundus habet cum Deo coniunctionem. Nónne valde ridiculum censebitur Verbum, quod ex patre natum, & est in ipso, non esse substantiæ illius? HER. Omnino.

CYR. At imperare debere omnibus & summè excellere super omne quod factum est, & incepit esse, tribueréne cuipiam rei, & non aberrares? HER. Deo scilicet. Psallit enim alicubi Dauid: Quia omnia seruiunt tibi. Et iterum: Venite adoremus & procidamus coram eo, quia ipse fecit nos,& non ipsi nos: nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. CYR. Bene. Deus enim in his nobis manifestè laudatur. Nulli igitur vt facturæ, vt proprium tribuendum. Et siquidem hoc facere velit, regni gloria carens, nónne reum criminis & accusationis dicemus? HER. Sic habet.

CYR. Iam quid sentiens filius, credentes,qui patris sunt suas vocat oues? Dicit enim: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego do eis vitam æternam,& non peribunt in æternum,nec rapiet quis illas de manu mea. Venisse etiam illum in propria dicit Ioānes theologus. Propria illius dicens humanitatem super terram, & omne opinor quod factum. Operatur autem & in nobis patris operationem,non manca potestate:& dominationis gloriam non extraneam habere conspicitur, sed propriā potius. Differens enim alicubi secum incedentibus,& sequentibus se discipulis, dicit: Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate igitur dominū messis, vt eiiciat operarios in messem suam. Sed messorum demonstratione, quamuis se patris voluntati subiiciat, mox tamen se Dominum messis declarat, conferens tanquam rem eximiam apostolis,quod docere alios debeant. Illius autem esse aream & sapiens Ioannes affirmauit dicens: Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream. Præterea eos qui illi crediderunt diuinus Paulus tanquam domino ac Deo assignat, dicens vno loco sic: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus & concupiscentiis. Alio verò loco iterum: Si autem quis spiritum illius non habet, hic non est eius. Quamuis deo dicat quidam, imò omnis sanctus: Tuus sum ego, saluum me fac,quia iustificationes tuas exquisiui. Nunquid aliquādo ij,qui propriè esse intelliguntur patris,illi æquali modo essent & Christi,si non vtriusque substantia in vnitate coniuncta sit? HER. Non dico,Deus enim vnus apud nos,& dominus vnus,substantialiter autem vtrumque in ambos pertingeret.

CYR. Verus sermo est, nam pater plenus dominatione & gloria quæ inde fluit refertus, vt Deus vt Dominus filius. Esset autem neque deus pater sine domino,neque verè dominus filius, si à vera & naturali deitate amotus esset. Proinde ad indiuulsam societatem quodammodo quæ vtriusque conueniunt, commiscens diuinus Paulus, interim Dei patris, interim Christi euangelium esse dicit. Vis ad vberiorē demonstrationē ex sacris literis, proferantur aliqua? H. Maximè. C. Dixit igitur Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus,segregatus in euangelium Dei Afferens autē quodāmodo dei gloriam ad filiū,qui ex illo,& in illo,& cum illo,dicebat iterum,Sed non vsi sumus potestate illa,ne quā offensionē demus euangelio Christi,amborū nimirum nominum manifestationem propter idētitatem substantiæ in vnum cōstringens. Audacius,inquit,scripsi vobis ex parte, suggerens vobis propter gratiam quæ mihi data

Rom.4. *Genes.7.* *Rom.5.* *Ioan.5.* *Ioan.8.* *Iac.1.* *Matth.10.* *Ioan.1.* *Ephes.2.*

Ex imperio probatur Christus Deus.

Gal.4. *Ioan.3.* *1.Cor.5.* *Ioan.10.* *Ioan.1.* *Matth.10.* *Matth.5.* *Galat.5.* *Rom.8.* *Psal.118.* *Rom.1.* *1.Cor.9.*

Rom.15. data est à Deo, vt sim minister Iesu Christi inter gentes ministrans euangelium dei, vt sit oblatio gentium accepta,sanctificata in spiritu sancto. Igitur vnum euangelium Christi & Dei; & quasi de deo sermo, hic congruit & filio. At si quid intercederet & separaret,& inæquales faceret genitum & genitorem, esset iam non idem de vtrisque sermo. Nónne hoc verum esse dicis Hermia? HER. Ego planè.

C. Separaturus igitur si quis est,&differre faciet narrationes, vt aliter & aliter habeat, & quod quis rectè habere putauerit de deo & patre, non hoc cogitabit conuenire & filio. Igitur vnum quomodo esset vtrorumque eūangelium,præcederentq; nobis absque variatione de illis iisdem sermones, nisi deus secundum naturam esset filius? & non potius seduceret eum qui docetur, vel nunquid ad veritatis cognitionem veniretur? H. Verum.

CYR. At qui sacramenta Dei, hoc est fidem in illum, his qui nondum discunt ministrat, quomodo diceretur minister Christi,& Christum prædicaret deo gloriam parans & dei ministrum quidem se vocans. Semper enim,dicit commendantes nos ipsos vt dei ministri. Alio quoque loco iterum de quibusdam: Ministri Christi sunt,desipiens loquor,amplius ego. Nunquid igitur est sermo in illis naturali in æqualitate separās à Deo & patre filium? HER. Non possum intelligere.

CYR. Absurdum autem & alia quadam ratione fuerit, quod filius non debeat putari Deus secundum scripturam. Nam quum sacræ scripturæ clament, Dei esse ecclesiam,& iterum eandem esse Christi. Dicit enim sic quibusdam diuinus Paulus: Asque offendiculo sitis & Iudæis, & gentibus, & ecclesiæ dei. Se verò iterum commendasse ecclesiam immaculatam, & sine ruga affirmat filium. Præterea quum & deus dicat per vnum prophetarum, se inhabitaturū in nobis,& deambulaturum. Christus quoque inhabitat, & quod olim dictum est, vt deus operatur. Nam fidelis quidem erat Moyses in tota domo eius vt seruus, secundum quod scriptum est in testimonia eorum quæ dicenda sunt,& testimonia eorum quę dicta sunt: Christus autem sicut filius super domum illius, cuius domus nos sumus. HER. Quid prohibebat igitur? nónne omnino nihil, vt sentiretur verè. Quod quandoquidem nobis ex ipsa substantia patris filius prognatus sit, non alius intelligatur ab ipso esse quantum ad identitatem naturalem.

CYR. Bene scilicet ô amicè, sic enim sentire etiam beato Paulo rectum videbatur. Nam si Deus, inquit, pro nobis,quis contra nos? qui sanè suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non & cum illo nobis omnia largietur? Vnde siquidem proprius verè dei & patris est filius nunquid recederet ad naturalem diuersitatem,excogitatetúrq; sermo, qui non possit carpi, diuidens æqualitatem & alienum declarans, quod cuius quod sit proprium, eius proprium intelligatur & dicatur. HER. Non opinor.

CYR. Cur autem, nónne innumeros esse dicimus ad filiationem vocatos quæ sub Deo est? HER. Ita est, scriptū est enim: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. C. Nunquid vnum fortassis vel duos ex immenso illo numero audiebit quispiam dicere, esse proprios filios dei ac patris,neque reus erit pœnæ,quę debetur his qui veritatis pulchritudinem obliterare volunt. HER. Equidem dixerim,bene enim dicis.

C. Si autem vellem interrogare, quare innumeri alij vocati sunt dij, proprietas autem propriè & verè ad vnum vergit, quid ipse diceres? HER. Dicerem,quod illi quidem adoptati sunt ad filiationem,superna liberalitate donum hoc & vocationem istam assecuti. At ille non sic se habeat, sed proprius verè dei ac patris, vt pote & cum ipso in naturam quæ supra omnia, separatus.

C. Proprium autem deo naturaliter quod si non deus, ergo creatura, vel quomodo dices? HER. Etiam hoc nullo modo dubium. Nam diuinitas proprietas dei est, quemadmodum scilicet & creatum esse, creaturæ. C. Siautem quis opinaretur creaturam vel creatum esse, proprietatē esse dei naturaliter, diuersam ab hoc sermone viam incedere, secutum opinor. Proprietatem enim creaturæ dicere esse dei,nihilne offenderit? sed sic sapere nefas esset. Absurditate igitur cognitionum compellente, vt rectè sapiamus, proprius sit ergo dei ac patris filius, non adoptiuis connumeratus, sed vt deus ex deo & quoniam nullam differentiam distinctiuámque essendi rationem, vt naturaliter extraneus sit, sortita sunt, ea quæ scilicet ad vnum & sine variatione colligāt genus& speciem. Nam vnus fieret de omni homine sermo, & terminus substantiæ significatiuus. Igitur deus natura non est alius ab eo ex quo natus est filius, sed deus verus. Nam proprius nominatus est dei natura & verè, & differens à multitudine adoptatorum, & in gloriam vnius & verè filij transiens. HER. Bene dicis.

CYR. Porrò iterum sacra scriptura nobis dicit, seruandam filio cum patre substantialem diuinitatem. Habet enim sic: Omnis enim viri caput Christus est, caput autem mulieris est vir, caput verò Christi Deus, proprietatem opinor substātiæ, & quod ex ipsa secundum veritatem ortus sit filius, per hoc significans.

HERMIAS. Quomodo dicis? C. Putas omnino examinandum à nobis hunc sermonem, quid arduum igitur & difficile habeat dic. HERMIAS. Dicunt hoc maximè eliminare filium ab identitate cum Deo & patre.

CYRILLVS. Quónam modo hoc poteris dicere? HER. Facilè. Namsi vir,inquit,caput est mulieris,quod cum ipsa æqualis sit natura & identitate substantiæ, licet ex parte intelligatur melior. Caput enim in corpore res dignior est, & maioris gloriæ. Viri autem caput nominatus est Christus habitudine videlicet naturali,vocante illum ad agnationē cum creaturis, quemadmodum scilicet & de viro & muliere quodammodo diceretur. Deus adhuc & verus, vel quomodo habere posset cum deo patre identitatem naturalem qui cum creaturis connumeratur, licet in ordine intelligatur capitis? Ponetur enim, inquit, supra conditionem creaturæ, sicut in eminentia glorię filius. C. Papę, quanta in omnia absurda facilitas, quàm grauis nobis, & quàm præceps turpis ille aduersariorum transit sermo. Manifestè enim creaturam esse, filium ex patre prodeuntem, blasphemauit. Sed de hoc considerabimus, considerationibus illis opportunum tempus distribuentes, & per ocium mentem ac linguam ad hoc accommodantes. Et quod maximè admirantur illud,dico qđod nihil minus aberrauerunt à rectis cogitationib. quàm olim etiam nunc ij,qui per omnia indocti. Nam viri quidem caput dictum esse Christum, eo quod naturali habitudine coniunctus est, minimè negabo, vtpote optimè & rectè dictum. Quoniam autem Christi caput positus est Deus, quid obsistat generosi (diceret quis ipsis) vel quid prohibet intelligere,quod siquidem est filius eiusdem generis cū creaturis (quandoquidem viri dictus est caput) audeamus etiam ipsum patrem,deducere inter creaturas? caput enim positus est filio, quamuis creatus ille & factus secundum vos exiſtat. Nam videtur iis,quod bene & absque reprehensione sic sentiant qui delirare volunt, sed opinor blasphemiæ pondus eos imminuturos, quum valdè impudenter egerint,& in tam euidentibus pueriliter luserint. Age igitur, his repulsis, vel in montem transfatis, vel in fluctus dissectis, æquius quippiam conquiramus. Nam caput quidem mulieris virum dicimus, quādoquidem ex illo prodiit principio,& formata est ad imaginem viri, qui Deum habet archetypum,sic enim factus est secundum scripturas. Definimus autem caput viri, esse Christum vt radicem generis secundam, & primitias humanitatis, redeuntis ad incorruptionem per sanctificationē in spiritu. nomen autē Christo secundus Adam, non ob aliam causam, quàm ob hanc & solam, nempe quod Christi etiam caput,patrem esse sentiamus & credamus,vt consubstantialem illi coniunctā naturaliter,secundū quod intelligitur & est deus quamuis prodierit in carne, & factus sit nobis similis, conterminus autem quodammodo deitati ac humanitati Christus,vt in vno vtriusq; copulā tenens,& duorum natura distātium ad identitatis concursum, secundū vnionem dispensatiuā, inaccessam rationi,linguáq; & sermonibus non explanabilē. Deus enim simul & homo est Christus,fontē quidem quodammodo & radicem subsistentiæ patrem habens, qui in cœlis, cum quo fine principio est, ac æternus,nullúmque secundarium primatum gerens, siquidem necessarium est caput simul subsistere cū eo cuius caput esse dicitur,iunctus verò secundū carnem etiam huic nostræ naturali habitudini. Quando igitur Christi caput Deus intelligitur & est citra mendaciū,quomodo nō esset deus verus,qui radicē habet deitatis verā,& substantialiter iunctus

1.Cor.11. *Psal.81.* *Rom.8.*

1.Cor.11. *1.Cor.10.* *2.Cor.11.* *Heb.3.*

Quomodo Christus ca put viri,& deus caput Christi.

ei qui genuit? Etenim æquale natura quodammodo corpori intelligi reliquo caput necessarium. Si autem oportere opinãtur Verbum quod ex Deo natum, à deitatis excidisse terminis & in hanc creaturarum peruenisse mensuram, audiant manifeste. Vel facite arborem bonam, & fructum eius bonum: vel facito arborem putrem, & fructum eius putrem. HERM. Optime dixisti. C. Etenim summæ stupiditatis & fatuitatis manifestum indicium est, ponere quidem plantam optimam esse & generosam, alteriúsq; naturæ ab ipso fructum quodammodo afferre. Etenim Deus generabit Deum, an non ita habere dicis? H. Ego certè dico. C. Quomodo enim non Deus, ac Deus verus is, in quo & solo norit quis Deum esse secundum naturam & vere patrem. Scribit enim sic credentibus Paulus: Deo gratia, qui triumphare nos facit in Christo, & qui odorem scientiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo. Quando igitur in Christo bonus odor Dei & patris apparuit, & in ipso cognoscitur, quomodo igitur coniectandum, oportere hoc perfici? Nascuntur quidem in pratis & hortis suis temporibus mala ac lilia. Igitur amice malo insitus ne erit lilij odor, & lilio malum, suum exuget, erítque in vtrísque omnino, quod alteri extraneum? HERM Nullo modo, vtrunque enim quod suum edet. C. Itaque quomodo esset Dei ac patris scientiæ verè bonus odor Christus, nisi ex deitate vera natus credatur? Monstratum est enim quod suum vnumquodque, quodammodo olere facit naturam. Deitatis autem quæ secundum naturam odor, quomodo fieret per creaturam? & naturam alterius speciei, quomodo haberet Deus? Nam sicut non putarit quis, siquidem mentem habeat, deitatis fragrantiam esse in natura factorum: (Valde enim stulta res esset.) Sic non ingenitæ & super omnia deitati, diuersi generis & naturæ ab illa fructum, quasi in illius ordine adaptarit filium. Prognatus enim est ineffabiliter ex Dei & patris subsistantia vnigenitus totam nobis fragrantiam emittens in seipso naturæ eius qui genuit. Ea propter etiam ad ipsum, quasi in persona sponsæ ecclesia ex gentibus inquit: Vnigenitum exinanitum nomen tuum. Propter hoc adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te. Per ipsum & in ipso, odoriferam natiuitatem patris accepimus, opulenti facti. H. Assentior, videris enim rectè hoc dixisse & considerasse. C. Esset iterum & alia ratione non obscurum, quod & Deus verè & ex Deo prodierit filius, licet hunc de illo considerauimus sermonem. H. Quomodo dicis? C. Decebit ne, dic obsecro, rem vllam posse distribuere ea, quæ diuina, & solo largitur natura? H. Nullo modo C. Pax igitur Dei donum est, & cœleste, & solis diuinis veniens nutibus. Suffragabitur autem sermonibus propheta Esaias clamans, & dicens: Domine Deus noster, tuam pacem da nobis, omnia enim dedisti nobis: Domine, extra te alium nescimus, nomen tuum nominamus, & ita etiam pacem esse omne bonum, illos opinor dixisse. H. Est ita C. Supernæ igitur efficaciæ fructus est pax & xenium, & sicut iam dixi, nullius quidem creaturæ, sed solius Dei secundum naturam. Solum enim Deum dicit posse dare, & præter eum nullum. H. Verum. C. Vide igitur largitorem simul & munerarium, eorum scilicet quæ nobis tribuit Deus & pater, esse Verbum quod ex eo prodiit. Dixit enim alicubi sanctis discipulis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Proprium autem bonum pacem esse dicit, & rem à Deo datam, & non aliter. Quin adhæc dicit Paulus: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Qui autem simul cum Deo & patre suppeditator est ac dator, & pari absque varietate, liberalitate simul & magnificentia agit, quo pacto, dic mihi, diuina gloria minor, & non magis æqualis & par erit per omnia ei qui genuit? H. Rectè habet? C. Vade igitur & ad illud. H. Quid nam dicis? C. An nõn verum esse dicis, quod sanctorum opinionibus assentiri, nobis quidem veritatem accessam facit, ad illud verò referet quod Deo placet, & quod per sanctum spiritum de filio prædicitur? H. Et quid nam hoc est? C. Hoc nempe quod Deus secundum naturam & verè filius. Dicit enim sapiens Paulus de Deo & patre: Deus & pater Domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentiar. Iam honoris & gloriæ æqualem coronam statim & filio imponens, nihil formidans, quandoquidem cognouit Deum esse natura & verè, scribit per epistolam de illo, vbi de reiectione Iudæorum declarat. Optabam enim ipse ego, anathema esse à Christo, pro fratribus meis cognatis secundum carnem, qui scilicet sunt Israelitæ, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnes Deus benedictus in secula, Amen. Hunc igitur super omnes Deum sub Deo cum omnibus ponemus quasi non sit verè Deus, & connumeretur cum his quiper gratiam assumpti sunt. Quamuis qui sortitus est esse super omnes de magna, illa & diuina dignitate loquar, & benedici super omnes, idque perpetuò ac sine fine, cum signaculo verbi Amen: nunquid sana mente hoc cogitabunt aduersarij? H. Minime, habet magis sanam mentem, qui Deum verum & ex Deo vero natum esse confiteretur filium, per quem & cum quo Deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula seculorum.

Dialogorum libri tertij finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI

Alexandrini, cum Hermia Dialogorum Liber quartus, quòd filius non sit creatura neque factura.

CYRILLVS.

NOnne is, qui Deum ex Deo iuxta ineffabilem natiuitatem prognatum, non ponit in gloria filij naturalis, sed asserit esse factum & formatum, meretur pœnam, quam Dei gloriam blasphemantibus intentatam esse dicimus, sacra scriptura sic suffragante: Qui maledixerit Deum suũ, peccatum accipiet, nominans autem & nomen Domini, morte moriatur, lapidibus lapidet eum omnis congregatio, siue aduena fuerit, siue indigena eo quod nominauit ipse nomen Domini, moriatur. HER. Minime euasurum opinor, quin se dignum réportet supplicium: CYR. Optimum igitur fuerit Hermia, non curare aliorum procacitatem, qui probatam mentem nobis auferunt, sed magis fidei canonem rectum & non peruersum, hoc est sermones ab apostolis factos, nec aliis quã illis ipsis applaudere nos decet, ac dicere: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. H. Rectissime dixisti. Igitur vnigenitum Dei verbum, minime quidem factum, vel transitum vt conderetur sortitum, adorare norunt: sed dicunt fructum esse substãtiæ genitoris coæternum & concurrentem, & filium nominãt ac Deum verum, & vitam æternam. Vnde diuinorum mysteriorum doctor Ioannes: Et scimus, inquit, quod filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verũ, & sumus in vero ipsius Iesu Christo. Hic est verus Deus & vita æterna. C. At vir bone licet sit Deus verus filius, nihilominus tamen est creatura & factura, quamuis tam nobilem sortitus sit gloriã. An non hæc assertio etiam Dei ac patris subsistantiæ præiudicat, nullo impediente? HER. Quomodo? C. Nónne Deus quidem verus nominatus est & ipse, viuificátque omnia, vita secundum naturam existens. Viuimus enim in ipso, & mouemur, & sumus, quemadmodum & sapiens dixit sermo? H. Verum. C. Pertingat ergo ad illum quoque rudis ac blasphemus sermo, & vocetur factus. Nihil enim est quod prohibeat vel impediat, quum vera deitas semel patiatur filium esse inter creaturas, & nescio quomodo emoueri ab æterna vita, vt sit vita & aliis creaturis: promiscuè autem quasi ex necessitate, & in tempore dimensam accepisse existentiam. Nã quod factum est, non est absque principio, neque omni tempore antiquius. H. Amice, quàm grauis res est, & pietatis accusatio verè vix euitabilis? C. Itaque bene vitari potest. Nam permittit quidem his qui volunt, facile abire, & pernicioſum & damnosum sermonem aduersariorum repellendo, tribuunt piè victoriam sanctorum vocibus. Nusquam enim factorem vnigeniti, sed patrem potius vt genitorem, illæ celebrarũt, quem & mundi posuerunt lucem, eius propriam non ignorantes, naturam Christi inquam. Nam alicubi ad illos dixit: Vos estis lux mundi, insuper & mysteriorum doctores, ostendens illos, minimè errãtes sed veraces. Euntes, inquit, docete omnes gentes,

tes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vbi autem pater, ibi verè & natiuitas, insuper & filius. nõ aliunde inuectam habens filiationis dignitatem, sed substantialem & ex patre. Qualem haberet locum cauillum illud de creato filio? HER. Nullum quemadmodum ego opinor. C. CYR. Propterea sapiens Ioannes minimè nobis mendacium dixisse asseritur, dicens manifeste: Multa quidem & alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quę non sunt scripta in libro isto. Hæc autem scripta sunt, vt credatis quod Iesus est Christus filius Dei. Porrò credentem summis & aureis præmiis ornat. Scribit enim iterum: Quis est qui vicit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius Dei? Præterea amice, ipse filius non parum admiratus est dilectionem Dei & patris erga nos. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, vt & filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quamuis autem aliquando coronidem quandam, & superstructuram suarum nobis conscriptionum fecit, oportere credere quod incarnatum dei Verbum sit Dei filius. Siquidem non esset filius, quomodo vincet totum mundum is, qui opinionem non habet, quod sit factura & conditus, dignissimamque retributionem tam recte cognitorum lucrifaciet victoriam mundi? Nam siquidem esset non periculosum dicere, quod deus peruersa sentientes colat, & obseruet, & diuinis donis coronet: dixerim ego, & meritò omni honore venerandos & maximi faciendos, minimè filiũ, sed creaturã factum esse stulte facientes, etiamsi generari dicatur & filius, nominatusque sit patre & spiritu sancto. At si loqui fas non est, cogitareque impium, verum omnino erit contrarium. Coronat enim solos veritatis amatores, & propter hoc credentes tanquã in filium verè, non in opus artificij. Nam hoc quidem grauis morbus esset, & summa stupiditas. Hac enim ratione diuinus nobis sermo dixit beatum Petrum eximium inter sanctos apostolos. Nam vbi interrogauit Saluator circa fines Cęsareæ, quæ vocatur Philippi: Quem dicunt homines esse filium hominis? & quis rumor de illo per Iudæorum peruagetur regionem, hoc est, finitimas Iudææ ciuitates? puerilibus & indecoris popularium opinionibus relictis, valdè sapienter & scienter clamabat, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Tam veræ de illo sententiæ remunerationem, non multo post reportauit Christo dicente: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Et ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt contra illam. Petram opinor per agnominationẽ, aliud nihil, quàm inconcussam & firmissimam discipuli fidem vocauit, in qua ecclesia Christi ita fundata & firmata esset, vt nõ laberetur, & esset inexpugnabilis inferorum portis imperpetuum manens. Petri autẽ fides sic in filium non inconsideratè fiebat, & tumultuariè, nec ex humanis mentibus scaturiebat, sed ex ineffabili eruditione superna, Deo ac patre manifeste suum filium indicante & immittente in animas syncera, certam de illo manifestationem. Minime enim mentiuntur Christus, dicens: Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis. Iam si beatus Petrus tam nobiles honores assecutus est, filium dei viuentis illum confessus, quomodo non ter miseri & abiecti, qui id etiam quod deo ac patri bene habere, & verum esse videtur, tanta temeritate contumelia afficiunt, quique substantiæ illius fructum ad facturam detrahunt, & vitæ germen cœternum inter eos, qui aliunde datam vitam habenti insipientissimè connumerant? An non valde crassi tales?

HER. Vtique omnibus modis CYR. Quoniam autem tam humilem & abiectam de filio habent opinionem, & ipsum magnum & felix hoc de dei ac patris charitate subuertunt miraculum, deprehenduntur quoque impudens os contra deitatis dignitates extollere. HERM. Dicas, quomodo: nondum enim assequor. CYRIL. Et valdè alacriter. Nihil enim arduum. Deditne pro mundi vita suum filium? HERMIAS. Etiam. CYRIL. Melius autem certè genitum, eo quod per artem constat, vnicuique videbitur. Nam illud quidem est fructus ex nobis, & gignentis subsistentiæ. Hoc autem optimi consilij adiuuentio & sapientiæ opus, non germen substantiæ.

HER. Quid igitur hoc? CYR. Nónne vt minorem quidem admiraretur dilectionem dei ac patris, audiens expositum ad redemptionem totius creaturæ filium, qui est pars creaturæ, siquidem esset factus, abundantius autem admiraretur quis nec iniuria, si cognosceret in precium vitæ mundi filium fuisse datum, & non peperciſſe patrem fructui suo, quem carnem fieri & mori voluit, suam vt melius sit durationem mundo sitiente.

HER. Intelligo & ego, vt opinor, & nemo indignetur, si pia audacia repetam sermonem hunc, quod Christus nõ esset con dignum precium totius creaturæ redimendæ, neque sufficeret ad bene redimendam vitam mundi, etiam si suam deponeret animam, vt preciũ pro nobis, & preciosum quoque sanguinem, nisi verè esset filius, & tanquam ex Deo Deus, creaturáque & creaturæ pars. CYRIL. Bene dicis. Addiderim autem quod & saluata sit creatura, quum nihil omnino acceperit à Deo, & superna cooperatione nõ indiguerit. Quomodo enim vel vnde ipsa? siquidem per seipsam & ex seipsa redemptionem haberet, ac vt bene sit durationem: saluasset enim vt ipsi dicunt, omnem creaturam creaturæ pars existens filius. Itaque quare nos gratiarum actiuos psalmos deo referimus? Cur autem non ipso vt superuacuo præterito, glorificamus creaturam? At magis accedimus obsecrantes & dicentes de omnium domino Deo: Benedic anima mea dominum & ne obliuiscaris omnes laudes eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes iniquitates tuas. Redimit à corruptione vitam tuam. At qui dum illud facimus, sine dubio mente optima destituemur, & in Deum impingeremus. Cæterum dum in illum referimus, quæ & huic conueniunt glorificationes, sapientes & veri erimus adoratores. Quomodo igitur si est factura, qui vnus & pro omnibus dignum precium, vt deus ex Deo, & filius verè? An non sic res habet? HERMIAS. Quomodo non? CYRILLVS. Age, si placet, etiam hoc adiiciamus & dicamus, quod nomina quæ ad aliquid se habent, & relatiua sunt, ipsa per vtraque significantur, & vtraque mutuam inter se notitiam simul pariũt. Vnde si quis dixerit quid sit dextra, omnino etiã didicerit quid sit sinistra. Insuper & hoc è diuerso verum vnusquisque testabitur. Igitur nomen relatiuum vel ad aliquid est pater, æqualiter autem sicut illud est & filius: quorsum igitur & ad quod respicientem hæc facient relationem & mutuam habitudinem, cuius congruam rationem minime relinquent? & cui hoc obscurum? Nam sicut pater

cum filio, ita etiam & filius cum patre intelligitur & dicitur.

HER. Iam quid peruersi illi, & defecta mente didicerunt nominantes quidem nobis patrem deum, contendentes autem facturam esse filium. An non stultum & incongruum valde dicere coordinatum esse quod factum est cum patre, & patrem cum eo quod factum, idque iuxta rationem ad aliquid? CYR. Itaque valde incongruum est, vt ne & ipsum patrem dicamus
Ioan.8. esse facturam, fortitum naturalem habitudinem relatiuã cum facturis, quantum ad rationes attinet. Itaque audiant & illi clamantem Christum: Neque me nostis, neque patrem meum: si
1.Ioan.2 me cognouissetis, & patrem meum nouissetis. Interrogantibus autem stupiditatis causam, respõdit, dicens: Qui negat patrem & filium: & qui filium negat, neq; patrem habet. Et valde meritò ac verè. Nam si non est pater quod natura genuit, neque filium subsistere dederit quis. Nam filius quia genitus, & si non est filius existens genitus, neque pater esset iuxta rationem congruam, pater quidem quia genuit. Igitur & simul subsistere & simul tolli per ambo vtrunque verum, & vno subsistente subsistat omnino, & quod ideò dicitur, & est quod est. Quid
Ioan.5. autem sentire velint, si interrogarentur Christo dicente ad inobedientem Iudæorum populum: Ego veni in nomine patris mei, & non suscipitis me, quum patrem quidem nullo modo
In nomine, id est celebritate. nominarit se Christus, sed filium, & ex patre. Quomodo ergo, inquit, quod ad nos missus sit postea in nomine patris? Num scilicet hoc: In nomine, intelligendum in gloria & celebritate patris, quandoquidem diuina scriptura interdum nomen vocat celebrem gloriam, & insignem nobilitatem, quemadmodum scilicet in libro Prouerbiorum traditur: Eligibilius nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Nunquid sermo Saluatoris qui dixit manifestè quod venerit ad nos in nomine patris, cessauit esse sapiens & verus? HER. Sanum est dicere, quod veritas non aberret à veritate. C. Itaque si verus est sermo, vel deducendus erit deus & pater in creaturas, ne videatur plus gloriæ dare filio, vel certè filius subuehendus in deitatis dignitatem & filiationis naturam, quæ substantialiter intelligatur. Minime enim & nullo modo Deo ac patre minor fuerit, si sic
Iacob.1. habere videatur. Suffragabitur & sapiens Ioannes nobis, dicens: Qui supernè venit, super omnes est. Porrò quod verbum supernè cõmendet nobis excelsam & summam naturam, docebit Saluatoris discipulus, dicens: Omnis donatio bona, & omne donum perfectum supernè est, descendens à patre luminum. Itaque filius descendit à patre nobis sicut à fonte, & à summa radice prognatus, fulgorem. Sed hoc: Super omnes, ostendit nobis fulgorem vnde natus sit, esse quemadmodum scilicet pater. Porrò super omnes in hoc maxime dicimus non secundum gloriam solam, neque quod habeat creationẽ eminentissimæ nobilitatis, sed trãscendit super omnem substantiã, & simul cum patre qui genuit vniuersa excedit. Iam si super omnes est, quomodo inter omnia intelligeretur? Nam si creatura quidem est, verè cum aliis creaturis numerabitur, quomodo igitur alius ab omnibus & super omnes est, nisi naturaliter non sit numerandus inter omnia? Aut localibus ne sublimitatibus, incorpoream filij naturam venerati, non fruſtra celebrabimus? HERMIAS. Quomodo dicis? CYR. Vis vt supernè dicamus quasi ex loco, contrarium intelligatur cum eo quod est infernè & infra, & ex mensurabili interuallo?

CYR. Iam quid faceremus filium, siquidem esset in tali loco. nam hoc proprie est corporum? CYR. Itaque optime dicimus, quod supernè intelligendum sit à patre, vnde & à solo patre innotescit, & solus notum facit suum patrem, & deum. Inuisibilis enim res quædam est, nulliq́ue rei cognita vnquam verè ipsa secundum seipsam summa natura. Nam quod subsistat & sit deus, credimus. Quid autem secundum naturam sit, scrutari absurdum est. Quin & incomprehensibile, Dei enim natura super omnem mentem est. Iam quomodo siquidem est conditus & factus ipse, & solus scit patrem, solus quoque à solo noscatur patre, cum scire quidem naturam dei omnino omni creaturæ incomprehensibileq́ue est? Edissere autem, quid hoc quod productum aliquando est & factum, non transilit omnem mentem, etiam si longe semotum sit à nostra mente? Itaque si solus ipse nouit patrem, & iterum à solo patre innotescit, meritò effugit, ne accusetur, & sentiatur esse factus. Nam summa & ineffabilis natura sola nouit seipsam, & res est omnino inaccessa creaturis. HERM. Itaque inaccessus est Deus, quoniam vltra omnem mentem est. C. Quomodo autem omnino diceretur à nobis filius creatus esse, quum & sapientissimus Paulus clamet: Dico autẽ quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, Dominus omnium existens, sed sub *Galat.4.* curatoribus est, & dispẽsatoribus, vsque ad præfinitum tempus patris. Ita & nos quando eramus paruuli sub elementis mundi, eramus in seruitutem adacti. Quando autem venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum accipiamus. Igitur adhuc quidẽ ruditate infirmi, & antiquæ puerilię criminibus obnoxij, mundi elementis addicti ac subditi creaturæ seruiemus, quum soli verò & naturali Deo cultum offerre oporteat? At vbi nos filius effulsit, tunc meliores & præstantiores puerorum mente declarati sumus, peruenimusq́; ad veritatis lumen, liberati quodammodo, sicut ego opinor, & comprobabis etiam ipse scio, ne mundanis elementis subditi simus. Hoc enim nobis sacer ille sermo demonstrauit, quem sapientem & verum esse dicent omnes, quibus veritas curæ. Loquitur enim de Christo sacramenta. HER. Dicerent. C. Nunquid ô Hermia sic omne quod dicimus factoris nutu productum inter elementa mundi numerandum, vel etiam vt pars mundi cum vniuerso ordinabitur? HER. Etiam. C. Liberati autem sumus, adque perfectionem mentis & cordis adducti, adulterinum & vile censentes, velle subiacere elementis mundi. HER. Sic dico. C. Nónne hi qui suscipere fidem in filium vt verè filium, vel quomodo? HER. Sic. C. Itaque non factus sit vnigenitus, vt ne videatur quidem ipse cum aliis elementis, & ne sit inter creaturas, & ne nos simus paruuli & gloriatione adhuc in perfectione mentis priuati, friuoliſque cogitationibus demẽtati. Proinde siquidem verè spem firmam & cognitionem adepti sumus, nempe illã, quæ in filium. Quid enim omnino prodesset nobis vnigenitus, quãuis propter nos factus homo, si nõ liberati essemus ne seruiremus creaturæ? Dic autẽ obsecro, venientes ad fidem in illum, tanquã filium, nunquid oberrauimus? HER. Videretur, siquidem esset factus.

C. Quid autem? nónne doctrina per Mosen melior esset ea quã Christus dedit, siquidẽ fides esset in aliquam creaturã. Dicerem autem, quod sancti post ponẽtes euangelicis oraculis vetus mandatũ, vane loquerentur. Nam lex nihil quodammodo *Roma.1.* consummauit. Et iustus nobis ex fide viuet. Quamuis per- *Roman.8.* deret quidem fides in filium habita, profuisset autem antiquis lex, si peruersorum sermones receperimus. HER. Dic quomodo? C. Impigre certè & alacriter, puta autem, me hæc volusse dicere. HER. Quæ nam dicis? C. Lex respondit antiquis per sapientissimum Mosen: Audi Israel: Dominus deus *Deut.5. & 4.* noster dominus vnus est, & propterea non facies tibi idolum, neque similitudinem omnium, quæ in cœlo supra, & quæ in terra deorsum. Et adhuc ad meliora deducens, & abducens ad huius mundi elementis, inquit: Attende tibiipsi ne respiciens in cœlum, & videns solem ac lunam, & stellas, & omnem ornatum cœli seductus adores ea. Igitur ad vnum naturalem & verum Deum lex vocabat, ab omni periculoso, & deteriore abducens. testabatur enim nullo modo adorãdam creaturam vltra creatorem, & vt securiores in hoc vocatos faceret & fundaret, pœnam intentauit volenti negligere sui sanguinis iacturam. Et illa quidem lex. Age dicamus, quomodo hæc apud nos præterierint. Præteriit quidem lex quasi in vmbris & figuris prædicata, effulsit autem veritatis lumẽ, quoniam fidem in filium susceperimus, quamuis, vt illi dicunt, factum existentem, & formatum. Nónne quidem nos ter miseri, qui meliorem partem sortiti videmur. Qui iuxta legem, Deum vnum & naturalem colere edocti, & quod multo amplius est, qui nondum veritatis lumen assecuti erant, verum & naturalem Deum cognouerunt. Nos autem ampliorem nactos nos existimantes scientiam, quam ij qui ante nos fuerunt, & illis non concessam, aberrauimus & diuina luce magis excæcati quàm illustrati miserè agimus? HER. Quàm asper sermo. CYR. Si autem & illud didiceris, admiraberis opinor multo magis.

HER. Quid nam? C. Pædagogus nobis lex fuit ad Christũ. Audi enim beatum Paulum, qui sic scripsit. H. Audiui. C. Examinãdum itaq; in quantũ & quomodo pædagogus noster ad Christũ deducens lex fuerit, hoc est ad sermonẽ & scientiam de

de Christo. Nunquid ad meliorem & præstantiorem ea quę in illa & adhuc figurata in figuris, vel adviliorem & humiliorem? H. Ad meliorem & clariorem. C. Bene amice, & sic se habere comprobabunt opinor omnes sapientes, & recta mente prædĩti. Itaque si lex pædagogus noster, quamuis vnum & naturalem prædicet Deum, deducit nos ad sacramẽtum quod est in Christo, non tanquam ad viliorem cognitionem. Erit igitur filius non factus, vt ne lex nos offendere videatur. Neque quasi ponens excellentiorem eam quæ est erga facturam cognitionem, quàm sit illa quæ erga Deum, laqueus & rete diabolicum inueniatur, quamuis per angelos pronunciata & data nobis in subsidium. Dicit enim quidam sanctorum: Legem in auxilium dedit. Et quum plenitudo legis & prophetarum sit Christus, quomodo posset esse venerabilis diuinæ scripturæ sermo? Desineret enim in errorem, quasi totius scientiæ complementum, quod concludat nos, vt adoremus factam & conditam naturam. H. Rectissimè dixisti. Verũtamen opinor aduersarium tale quippiam dicturum quod primogeniti nomen quiddam significare velit. C. Præstare inter fratres quendam & antiquiorem præ aliis existentiam per natiuitatem fortitum. Iam quomodo nominatus est, aiunt, primogenitus omnis naturæ filius, si non fraternam quodammodo habeat naturam, vtpote eiusdem generis & naturæ? Itaque friuolum, vt videtur, & omnino inutile, manifestatur posthac nomen filius, & dementia erit natiuitas, & fruſtra prædicatio ac sermo patris de illo nobis
Esa.1. venit. H. Minimè, inquit, pater enim vocatus est filij abusiue. Etenim & de filijs Israel dicit, Filios genui, & exaltaui. C. Nunquid igitur vnigenitus erit nobiscum in filiorum adoptionem adscriptus, & solo nutu erit natiuitas, veritas autem de ipso habebit quod factus sit? H. Sic dicunt, quãuis cur relicto studio indagandæ veritatis, tanquam inutili, tantum non prophetĩcum illud dicunt: Posuimus mendacium spem nostram, *Esa.28.* & mendacio protegemur. Dictus est enim primogenitus aliquando, & inter quosdam factum verbum. Discendum autem opinor, & præ aliis sic cor dirigendum erat ad sententiarum rectitudinem sacramento conuenientissimam. Tempora enim nobis & personarum varietates demonstrauerint facillime minime errantem & corruptum, rectáque via venientem sacrarum scripturarum sermonem. Vel siquidem nõ est verum quod dico, temporáque & articuli temporum non sunt examinãdi, nulla loquutio erit quam Dei Verbum adhuc sine carne resipuet, etiam si absque iudicio de illo fuerit loquutus: nec erũt culpandæ blasphemiæ, etiam si quis putarit mortuum fuisse secundum veritatem, quamuis sit vita secundum naturam verbum ex patre, sed arguet plausus nostros, & mendacij laudes: friuole autem locutus fuerit, qui dixerit mortuum ipsum fuisse carne. Omnia enim in ipso facta fuisse absque iudicio dicere licebit. H. Rectè haberet, si sic intelligeretur, etiam non careret crimine & vituperio. C. Nónne autem & in aliam absurditatem deduceret eos sermo, vel si parum strenuus ille sit? H. In
Matt.17. quam dicis? C. Tributum colligebant quidam secundum legem, quam Moses dederat, & didrachmi collationem confiscabant pro duobus capitibus exigentes vnum. Vbi autem accesserunt ad Petrum, interrogandum censebant, num & ipse Christus cum aliis tributum det, vel neget? Accessit quidem statim diuinus discipulus, rogans vt doceatur quidnam ipsos velit facere. Prævenies autem Iesus cœpit dicere: Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, vel ab alienis? Petro verò dicente, ab alienis, adiciens hæc, inquit: Igitur liberi sant filij. Ne autem offendamus eos, vadẽs ad mare, mitte hamum, & primum piscem accedentem tolle, & aperto ore eius inuenies stateram, acceptúmque illum pro me & te eis dato. Itaque sentis, quod propriæ naturæ libertatem vindicat. Hæc autem super creaturam est. Seruile enim factum est, quicquid productum ex nihilo. Ita & diuinus nobis clamauit *Psal.118.* Dauid ad Dominum vniuersorum Deum: Quia omnia seruiũt tibi. Itaque filius minime est in nostris conditionibus seruilibus, & sub iugum mittentibus, sed in diuina natura, & quæ omnes creaturas transcendit H. Verum. C. Igitur ô Hermia, nunquid tam venerabili dignitate splendidum seruitutis iugo submittemus, licet in serui forma venisse dicatur? Et quomodo hoc nõ fuerit crassum sentire? Nam si fuisset in serui forma, dixerim quod ante serui formam fuisset omnino in libera & soluta natura. Non autem sit aliquid quod erat. Quod autem in quibus erat, si præesset, transitum ad aliud quiddam meritò faceret. Igitur venit nobis non ex ministris ad ministrum, sed ex libera natura filio ad seruti fortimã. At siquidẽ nihil est, quod impediat, si nihil vel temporis, vel personarum indago vtilitatis in se habet, & si postea nudus est, & sine carne: liber quidem minime, sed seruus vocetur, & inter creaturas numeretur. H. Et quomodo hæc non sunt omni absurditate referta? C. Igitur audiãt aduersarij, qui non permittunt vt tempora & personæ exquirantur. Quo feriminí? quid facitis, vos qui ab omni malo spiritu agitati & captiui? Quid confunditis tẽpus & personam, quæ incommiscua sunt, & partitis rationibus per quas manifesta, & distinctior eorum quæ de filio dicuntur, consideratio? Nódum enim in carne factus Deus erat. Verbum genitum ex patre. Illic considera diuinam dignitatem incommixtam, synceram & inconfusam gloriam, absolutam libertatem, æqualem cum patre potentiam. Nam ea quæ non erant, producta sunt, vt essent communi consilio & opere, & similitudo non quælibet scripta est per Moysen. Induxit enim nobis dicentem Deum. Manifestum autem, quod ad Verbum quod ex ipso, & in ipso subsistit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Nam verbum, Faciamus, non vni conuenit, sed potius aliquibus supet vnum & duos. Quoniam autem misericordia & dilectione erga nos, ex insita diuina mansuetudine quasi motus in figura dei & patris existens, non rapinam arbitratus est æqualem se esse Deo, sed seipsum exinaniuit, forma serui assumpta, & habitu inuentus vt homo, humiliauit seipsum. Quis nobis sermo persuadebit, qui de ipso recta sapere cum discretione solemus, vt illo propter nos, & super nos demittente ad humiliationem suam excellentiam, inanitionis mensuras increpare & paruifacere audeamus. Tũ enim & primogenitus vnigenitus, habitúsque est inter multos fratres, qui vnus & solus tãquam filius ex patre. Descendit enim ad humiliationem, & apparuit nobis similis, nõ vt aliquid pateretur quod offendere possit, vt abiiciat quod sit Deus, & verè filius: sed vt hoc quod natura est seruile & factum, hoc est nos, in gloriam quæ sibi & soli propriè inest, deduceret, filios Dei efficiens. Quãdo igitur cõnumeratus est nobis, vt propter hoc vocetur primogenitus, nos ipsum non eiiciemus ad hoc quod prẽter naturam est. Ipse autem nos potius prouehet ad dignitatem supra naturam. Etenim diuinam & ineffabilem naturam coactã dicere, vel à creatura vinci, quomodo non omnino stupidi essent asserere? Igitur factus nobis, non nobis similis erit, absit hoc sic fieri, vt quod proprium ipsi abiiciat, sed nos propter illum super nos ipsos, gratia eius qui nos honorat, naturæ propriæ mensuram transilimus, & ad summũ, & ad id quod trãscendit recurrimus. H. Quomodo dixisti? C. Nónne geniti à spiritu, & filij Dei vocati sumus? H. Etiam. C. Propterea & connumeramur. Etenim & asciscimur, vt super terram nullum vocemus patrem, & nostra Deo tãquam patri tribuamus propter primogenitum inter nos factum, & non alterius cuiusdam gratia, quàm vt & nos propter illum filij. Hic enim scopus ad dispensationem cum carne attinet. Etenim vbi iam sapiens illud Christi sacramentum, si suam offendit naturam, nihilque nobis prodest? Descendit enim in hoc, vt esset primogenitus, & cũ multis numeraretur. Quamuis quod alius sit, & melior secundum naturam ab illis cum quibus connumeratur, secundum quod illa videntur, minime habet. H. Sed dicunt vt non mediocriter excellat gloriosus, & incomparabiliter emineat, his quæ coordinata sunt, primogenitus omnis creaturæ vocatur. C. Et vbi esset incomparabilis illa gloria, vel vbi excellentiæ magnitudo? esset enim in æqualibus rationibus nobiscum secundum quod scilicet prædicatur de ipso, & aliis omnibus, conditum esse oportere. Porrò sermo noster curiosius nunc quærit non quid excellat, vel minutius sit in honore & gloria, sed quid sit productum vt esse cœperit, & quid illo superius, & num natura separetur ab aliis vnigenitus, qua sequatur illum, quicquid aliud conditum esse creditur. Etenim num si quis vellet discere quid nam sit sol secundum naturam, & diceret, quid equus? vtrum facti sint, & ex nihilo, vel certe aliud quiddam à creatura, quid ipse diceres?

HER. Dicerem, quod facta. C. Si autẽ vlterius inquireret ac percõtaretur, dicens: Quid autem in altero duorũ priorẽ

ordinem in gloria habebit? Nunquid nobis & risum concitaret euidentissimam apponens quæstionem, quæ & volentibus respondere in promptu sit? HER. Etiam C. Nugamentum opinor res est, equus enim cum gloria solis quomodo certabit? Nam melioris vtique conditionis est, & multum distantis: at si amborum substantiæ ratio trutinetur, & quis considerauerit quid vtrunque horum sit, non alia ratione habebunt inter se, quàm ea qua facta sunt, quamuis in gloria tantum sol distet. Igitur quando examinatur sermo, qui de filio, & quid secundum naturã sit videndum est, frigida verè & simulata gloriatio, quod putandum sit ipsum præstare in gloria, & aliis esse præpositum, si cum creatura locetur, & intelligatur nobiscum vt factus. Quidam enim externis eminentiis eum ornant, perstringentes quidem, & corrumpentes quæ maxime digna. Simulant autem se honestare & ornare gloriolarum & celebritatum splendore, fœdam qua ipsum aspergunt, blasphemiam. Quod enim omnino locatur cum creatura, substantialiter, & est inter facta: neque secundum naturam esset Deus, neque etiam filius & Dominus verè, sed vt eximius inter ministros & subditos, nuda & sola gloria excellens. HER. Bene dicis. C. Tempus est, vt & illud, obsecro, admiremur. HER. Quódnam? CYR. Dum enim prætereunt, ne videant & sentiant quidnam sit vnigenitus, semper insipienter dicunt, nomen primogenitus simplicioribus obiicientes, quamuis quomodo mendax fuerit, siquidem quis vellet ad hoc dicere. si nomen primogenitus conscribentes cum creatura filiũ, vt in multis fratribus, & propter hoc primogenitum nõ esse connaturalem, & simul locandum vnigenitum declarat? Nam quasi non esser, alius ab illo secúdum naturam esset vnigenitus, sed neq; si vnigenitus propter hoc esset primogenit⁹. Vide fortassis, quod neque subsistere omnino putãdum vnigenitum. Opponuntur enim inter se primogenitus & vnigenitus, & quasi inter se colliduntur, variam significationum vim habentia. Quomodo enim alterum ab vno contra idem ordinaretur, & verum intelligeretur? H. Non aliter posset, sicut ego opinor, nisi dispensatio cum carne simul admitteretur. C. Scias etiam, quod non aliud quiddam visum fuerit sanctis Theologis, qui hunc nobis de his sermonem tradiderunt & manifestarunt. Diuinus enim Ioannes & vnigenitum, & Deum nominauit, Verbum ex Deo. Insuper testimonium perhibuit Deo, quod non habeat initium in tempore. Paulus verò is, qui & Christo plenus, ac spiritu sancto repletus, doctorúmque optimus: Quando autem inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Tribuit nimirum cõgruum tempus primogenito, nempe tempus cum carne. Sic enim in mundum inductus est, quum olim & semper in ipso extiterit, & ab ipso nõ cognosceretur, monstratus est autem sic mediator tandem Dei & hominum, habens proprium & eximium quod sit vnigenitus. Deus enim erat ex Deo, solus ex solo, & ineffabiliter natus. Postquam autem factus est nobis similis, tunc & quasi cum fratribus coordinatur, per hoc quod vocatur primogenitus. Vbi enim exinanitio, nisi in eo quod factus est primogenitus ex vnigenito, & inter creaturas nobiscum vt homo, is qui super omnem creaturam? quomodo item pauper factus est dives existens, nisi accepisse videatur quod alienum, per quod & pauper factus est? Nunquid autem in sola exinanitione, & in tempore humiliationis quod factum est, coordinari cum creaturis congruit? minime, dum non exinanitur factum, sed situm est super creaturam, & transit vltra gloriam eorum quæ facta sunt. HER. Congruerit. CYR. Quamuis primogenitus in eo quod propter nos voluit pati, celebrem paupertatem aduenit. Simul enim pauper fuit nobiscum dives existens, congruum fuerit & verum opinor, debere intelligi quod sit vnigenitus, etiam si non sit pauper. Omnino enim nihil in nominibus de hoc mentiendum, est autem in eodem & vnigenitus & primogenitus, sicut filius verè & non factura. HER. Sed positum est, aiunt, nomen filij propter manifestas facturas. Ego enim dixi dij estis, & filij excelsi omnes. C. Iam dic quid verum & naturalem Deum, & filium ex ipsa substantia Dei ac patris natum, offenderet in gloria, vel etiam in ipso verbo, quod quodammodo esse intelligitur, si & nos ipsi quamuis natura terreni vocemur secundum adoptionem filij, & dij? imò quomodo non mediocriter proderit ipsis ad discendum aptioribus, inter sermones de filio etiam hoc quod nobis tribuitur? H. Quomodo? C. Dixerim amice quod neque hæc neque alia sublimem quandam naturam habentia, deduxerit in conditionem deteriorem verborum abusiuorum virtus. Neque etiam quod minus, & quod ab illorum nobilitate vincitur, ascendet ad hoc quod super naturam, nudis verborum excellentiis honoratum. Nunquid nostin quod dico, & bene intelligis? H. Non admodum. C. Audi igitur, quum vnus sit, & adorabilis secundum naturam Deus, dij & ipsi secundum gratiam nominati sumus, & etiam filiationis accepimus gloriam, nónne hoc iam pronunciabas? H. Etiam, C. Quid igitur amice postquam dij vocati sumus & filij, nunquid erimus quodammodo & nos ipsi dij secundum naturam, & verè filij eius qui super omnia situs est, & super omnia oritur, & credimur habere subsistentiam, non vt externum quendam splendorẽ, sed vt summæ naturæ fructũ? H. Minimè, quod enim natura factũ, quomodo esset natura Deus? C. Bene amice, manet enim vnumquodque in sua natura, neque dictionis pondere simul exaltatur, neque etiam subsidet, licet dicatur aliquid humilius de eo. Igitur age dicamus, licet dicatur de filio primogenitus, vtpote facto propter nos, quod apparuit nobis similis, non abiecerit propterea quod est Deus, & filius secundum naturam ac verè. Nam quemadmodum nos quod dicti sumus dij, non euexit vltra aliquid quod est supra naturam: sic opinor nihil deduxerit eum in hoc quod est præter naturam, ita vt cum creaturis ordinetur, propter humanitatem. At si qui deprecentur, ne verbum diuersa significet, neue abusiue capiatur, poterimus opinor, & nos & illi in quouis sermone facultatem hanc habere, & si cui placet, peruerse docere, vrgeréque & dicere, summam naturam, quæ super corpus & speciem est sine quãtitate ac magnitudine, impalpabilis & materiæ expers, quare ad corporales figuras deducunt, faciem Domini, manúsque & pedes nobis nominantes facillime refutauerimus talium increpationes, idque strenuè, ac sapienter dicentes quod indiscreta dictionum pronunciatio, quæ fit necessariò ad vtilitatem auditorum, nihil offendet incorpoream naturam, quò minus sit id quod est. Nónne sermo iste probabilis est, & valde bene habet? H. Optime. C. Quoniam autem inflati isti vana sapientia opponunt manifesta insipientia quasi inexpugnabile argumentum contra vnigenitum, nomen Primogeniti, dicentes esse cum creatura numerabilem ipsum tãquam cognatum, & omnino eiusdem naturæ sortitum naturam, secundũ quod dicitur factus. Vis & aliud quiddam de hoc dicamus, quod nõ inutile futurum? HER. Gratissimam rem dicendo mihi feceris. C. Nónne per filiũ vocati sumus ad adoptionem filiorum, qui accepta fide erga illum configurati sumus ad illum, tanquam ad exemplar imagines? H. Etiam vocati sumus, & configurati sumus ad filiũ. Scriptum est enim: Quotquot acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. C. Optime dixisti. Itaque recte ac euidenter de hoc dixisse te scio, quod vocati sumus ad adoptionem filiorum. Nunquid subsistantialem & naturalem, licet non vocatos esse contingat, sortiti sunt fraternitatem & cognationem, vel quomodo? H. Non substantialem, absit, sed externam & secundum gratiam. C. Quomodo igitur iam factus filius, propter hoc quod primogenitus? quomodo autem subsistantialiter connumerabitur cum fratribus, propter id quod est eiusdem speciei, quum acceperimus fraternitatem, cum eo non naturalem, sed externam magis & temporalem, neque eam quæ fuit ante aduentum cum carne, sed quando factus est nobis similis? Non enim dixerint, quamuis valde delirare voluerint, quod ad fraternitatem hãc cum filio antiquiores legalis litera vocarit: Spiritus enim seruitutis erat in illis. Vnde valde manifestum esset, quod Verbum ex Deo non sit nobiscum inter seruos. Quod enim situm est in seruorum ordine, iam ad fraternitatem non acceptum est. Veruntamen ad illud nunc nobis sapienter & sine euagatione eundum est. H. Quod? C. Quod natura accidit rebus quibusdam ô Hermia, non in temporibus particeps sit, sed neque tanquam alienum assciscitur. Semper enim magis videtur in ipso existere, & comitari ipsum esse: & vt exempli gratia dicam, rationalis ab initio secundum naturam homo, sed non iam dives. Nónne accipiet quidem vt externum & aduentitium ditationem, naturalibus autem legibus insitum habebit

Heb. 1.

Ioan. 1.

habebit ac fundatum, esse & vocari rationalem? Igitur verum est, quod nullus intellexerit, opinor, accipi, & hoc in tempore quod initio cum esse concurrit. HER. Verùm est.

CYR. Si igitur semper frater esset, & annumeraretur creaturis filius, sicut genitus cum illis, & esset propter hoc primogenitus, quid naturæ nostræ accederet quod non habentibus largiretur? Dico sanè fraternitatem. Cur autem & solis dedisset his, qui crediderunt, quam omnes habuissent, etiam si nõ credidissent? Quid enim impediuisset, & familiaritatem separasset? Eò quod commune est geniti cum genito, factum esse. Sentis nunc quò aduersatiorum sermo tendat? HER. Etiam.

CYR. Igitur amicè sinamus illos in stultis cogitationibus versari. Nos autem conferamus nos ad ea quæ inculpata sunt & rectè sentiamus, quod sit quidem propter nos primogenitus, quando factus est nobis similis: vnigenitus autem iterum, quia omnino cum nullo collocatur. Quandoquidem & solus prognatus est, & ex ipsa substantia dei ac patris genitus.

HERMIAS. At siquidem vellent & ipsi vnigenitum illum dicendum putare, quoniam solus ex solo genitus est patre, quid posses ad hoc dicere? CYR. Censebitur meritò mente destitutus esse, & amisisse cor, quod virile & validum aliquid videre soleat. Dixerim autem, quod aberrârint non mediocriter ab exacta nominum doctrina, quodãmodo transilientes ea quæ per illa significantur, & incircumspecte trahentes pro sua libidine quò voluerint. Nam vnigenitus significat id quod ex natura cuiusdã genitum est, non quod arte elaboratum. Vel certè prodeant in medium, respondentes interrogantibus vbi dictionẽ hanc legerint acceptã de eo quod ex arte & scientia. Non enim concedemus illorũ improbitati pro sua sententia legem ponentium, fœdissimè vim significatorum in peruersum detorquere. Nunquid enim si scaphã vnã & solam fecerit faber lignarius, vnigenitum vocaret suũ, quamuis artis ac scientiæ suæ opus sit. Iam quomodo hoc non ridiculum, vel prudenter dictum tibi videtur? HER. Minimè. CYR. Quod autem aduersarij & superfluè contendunt, & insipientissimè dicunt, solum ex solo genitum patre filium, hac ratione & valde eximiam naturam separatam esse, & ad summã nobilitatem peruenisse bifariam delinquere demonstrabuntur, & rudes erunt. HER. Dic quomodo.

CYRILLVS. Primum quidem, quod necessaria & ineuitabili ratione, post filium accusant patrem desidiæ, & sem per mobilem, ociosum suis esse etiam nolentes confitebuntur, & defunctum esse opificio nihil omnino iam post illum attingentem, sed permittentem quodammodo filij potentiæ & naturæ, operari & facere ea per quæ sola summa natura agnosceretur, & ea quæ deitatis propria fructus erunt facta substantiæ. Et gloriabitur, vt videtur, Deus vt pater, in vnica & sola creatura filio, qui in pluribus versabitur & magis sapiet quàm pater, æqualis quidem substantia cum illo, eo quod natus sit creaturas producere, & creare aliquando ex nihilo: plus autem habeat, opinor, in hoc quod est vtilis, quandoquidem boni est ad existentiam adducere ex non existentia, & per gratiam facere, esse, ea quæ esse nondum sortita erant. Proinde ad hoc inconueniens, sermo repet, quod constituet ociosam naturam quæ semper mobilis, cui & soli conuenit his quæ non sunt largiri esse. Nónne benignitatis fontem & originem suarum cogitationum rationibus freti miseri eatenus sistunt donec refutent filium, secundum quod ipsis videtur, quamuis cur, si aliquando Deus ac pater ociosus esse voluit, & sine opere postea sermones composuit nobis beatus Moses, & stultas dementias sicut probabile, vel saltem iuxta illos scribit, dicens, Et dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & similitudinem. Etenim verbum Faciamus declarat minimè in opere ociosum etiam erga nos ipsos, sed operãtem magis cum filio & spiritu. Insuper & operatos manifestè ostendit: Et fecit, inquit, hominem deus, secundum imaginem dei fecit illũ. Sed non videatur mendax, superno præconio insignis diuinus Moyses. Persuadeat autem magis semper esse mobilem & operantem patris naturam. Verbum quod ex ipsa patris natura prodit prædicans. Dixit enim alicubi Christus Iudæos increpans. Nam indignabãtur quidam quod aliquid faceret per sabbatum: Pater, inquit, meus vsque hodie operatur, & ego operor. Et alio loco: Verba quæ ego dico vobis, à me ipso non loquor, sed pater in me manens, ipse facit opera. An nõ absurdum ô Hermia, & periculosum esse dixerim saluatoris nostri obluctari verbis: & quum scriptura diuina affirmet patrem vniuersorum esse cum filio conditorem, illi circa creaturam ociosum esse dicunt? HER. Periculosissimum. CYR. Stultum autem & illud opinor. HER. quódnam?

Ioan. 5.

CYRILLVS. Si filius habet eximium & excellenter meliorem modum factionis quàm ille, huiúsque & solius gratia sortitus est quod solus à solo factus est patre. Dicant illi, nam discere velim, num creaturis post filium, & per illum factis, inuiderit pater, ne ad fastigium beatitudinis perueniant. Num permittis illis, vt seipsa operentur, vel certè dicent illum superiorem inuidia, & omni otio. HER. Dicent, sicut ego opinor.

CYR. Rectè sapientes amicè, vel saltem in hoc. Non enim deteriores apparent Græcorum sapientissimis, quorum vnus de deo dixit, nempe Plato. Bonus erat, bono autem inuidia nulla erga nullum inest. Quãdo igitur bonus est pater, imò ipsamet bonitas, cur non creaturis omnibus, in summũ peruenire, vt rem communem citra inuidiam protulit, vt bonus in admiratione esset, quum id sola voluntate & operatione posset: concessit autem alteri condendi officium priuans reliquã creaturam re incomparabiliter meliore? HER. Sed non in vniuersum, aiunt, ociosus est pater, simul enim opetatur cum filio, & simul subsistunt cætera. CYR. Quam igitur aliã à filio habet collationẽ ad hoc? Nunquid meliorem operatione ipsius, hac ratione & vtiliter suis motibus assumptã, vel deteriorẽ, & minorẽ, & non necessariò assumptã? Itaq; si vt meliorem & vtilem, superfluus sermo est, imò & blasphemia: eum enim ex quo natus est filius transcendet quodãmodo, & abundantius possidebit dei ac patris mensuram absoluens melius id quo ille opus habet. Si autem vt viliorem & non necessariam & quodammodo faciẽtem opificium deterius, quid persuadet, dic mihi, operari cum filio? Vel quomodo non dicet quis statim, quod nescio quomodo patrem pœnituerit melioris, & id quod non sic habet voluerit seruare, impulsus quidem vel etiam negligens per se vt velit circa creaturam operari, quo & solo repente illi pulchritudo induci potuerat, simul autẽ accepit filium, vt ne deteriore non mixtum existentiam & beatam productionem haberet. HER. An non facta creatura aiunt subsistit per se operatione patris. Erat autem aliter non probabile super naturalem & summam eminentiam deduci etiam vsque ad vilissima.

CYR. Etiam hoc fuerit scoria & abominabilis cordis eructatio. An non insipientis esset cogitare, quod si quidem patris per se operatio verè esset molesta & grauis, vel certè omnino inaccessa, factæ & conditæ naturæ, sit delicata & amœna, & tolerabilis soli filio, qui secundum illos eiusdem naturæ natura cum creaturis sortitus est? Quod enim semel facturis intolerabile est neque vni tolerabile esset, etiam si supereminere & lõgè excellentius attingere videatur, quod patrem decet, etiam in tam vilibus duplicem haberet blasphemiam. Nam iniuria quidem afficiunt filium, redarguerit autem patrem quamuis venerari putantes. HER. Quid cogitantes vel dicentes?

CYR. Nam abducunt filium ab eminentia quæ in patre intelligitur. Veruntamen opinor illum venire in summam eminentiam & dignitatem non negauerint, licet quidam sint valde absurdi. Itaque quum sic habeat natura filij, & ad hunc honorem & magnificentiam pertingit, vt oporteat eum creare principatus & dominationes, & quæ vltra illa sunt, congruítne etiam ei dic obsecro, passerculum facere, & illo inferiora? tribuemúsne alterius cuiusdam potentiæ? HER. Minimè, omnia enim per illum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sicut scriptum est.

CYR. Et quomodo non paruum esset & vile naturæ filij condere passeres? quare autem & imago & similitudo existens dei ac patris? Nónne & hanc seruauit cum illo similitudinem, & viuificam, productiuámque virtutem alteri sublegat in tam abiectis rebus. Nónne sicut Dei ac patris summã eminentiam parum dicunt esse ipsi condere angelos: Dixerint meritò, demetientes & filium, quod reptilium factura & passeris creatio, & florum in agris varia differentia, multum absit à dignitate illo digna: quãuis olim summis laudibus creaturas Psal-

tes ornârit, dicens: Exoriri faciens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. Vel igitur subintroducant nobis alios conditores, qui secundum proportionem creaturarum se habeant, vel manifesta contumelia aspergant vnigenitum, eum conditorem esse dicentes etiam vilissimarum rerum. H E R. Non parum periclitatur illorum sermo.

C Y R. Quomodo igitur non superbè & imperitè contra partem dicunt, quod negant eum esse conditorem illorũ, quorum dicunt esse deum, quãuis dicentem audiãt Christum, qui dei & patris admiratur prouidentiam. Nónne duo passeres asse vno vnundantur, & vnus ex illis nõ cadit in terram sine patre nostro, qui est in cœlis? At ille qui vsque ad passeres suã dilatat prouidentiam, quomodo respueret cõdere angelos & firmare cœlum, & compingere terram, solemque & lunam ac stellas proferre, in quibus & admirabilis est laudibus illum sanctis angelis vt magnificum prosequentibus? Dixit enim quando facta sunt astra: Laudauerũt me voce magna omnes angeli mei. Nónne videor tibi probabilia considerasse, & rectè dicere? H E R. Valde. C Y R I L. Dic obsecro mihi, nónne nec paruum nec magnũ inter creaturas, dices nõ esse ex diuina virtute? H E R. Minimè.

C Y R. Iam quomodo non stultum est diuina opera nominari, & dici per filium facta, non credere autem ipsum esse deum, sed connumerare factoris tanquam illis connaturalem? Nam quod factum, non iam deus. Quinetiam non essent vltra creaturæ, eminentiæ substantialis factoris sui demõstratiuæ, non minorem & aliter habentem naturam sortitæ, quàm quẽadmodum intelligitur fortasse conditor. Et hoc bene intelligens diuinus nobis scribit Paulus: Inuisibilia enim eius à creaturis mundi, dum ex factoris intelliguntur, peruidetur sempiterna eius virtus & diuinitas. Nunquid dum intelligitur factus omnium conditor Verbum, diuinitas eius cognoscitur, & sempiterna & similiter se habens virtus? Hæc enim sempiterna. Sed opinor, nihil omnino iam impediet deitatis appellatione creaturam, quin & ipsa gloriari possit. Et quid illinc? suam nobis deitatem ostendent visibilia, & non iam dei. H E R. Quid igitur, si dicerent patris deitatem, & sempiternam virtutem per factorum magnificentiam declarari? C Y R. Ipsi suos accusare sermones & suis sensibus obluctari facilè demonstrarentur. H E R. Quomodo dixisti? C Y R. Quia vsq; ad exclusionẽ filij dimetientes, & definiẽtes, creatricem operationẽ patris, à creatura mundi peruideri illum dicunt: quamuis sancta scriptura mundi facturam, filio tribuat. Scriptũ est enim: Verbo domini firmati sunt cœli, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Itaq; opifex mundi nobis prædicat Verbũ, & potentiam ac diuinitatem commendat manifestã. Etenim creaturã videntes vt creaturã, admiraremur Verbum conditorẽ creaturæ. Et nihilominus meritò illum coleremus vera pietate ac religione, deũ esse secundũ naturam, & ex deo processisse credentes vnigenitũ. Sic enim reiiciẽtes crimẽ, ne videamur aberrasse repellimus, & in ipsorũ capita pœnas remittimus, quas & diuinus nobis Paulus interminatus est. dicit enim sic: Quapropter dedit deus eos cupiditatib. cordium suorũ in immundiciam, vt ignominia afficiant corpora sua inter seipsos, qui scilicet mutarunt veritatẽ dei in mendaciũ, & venerati sunt ac coluerũt creaturam vltra creatorẽ, qui est benedictus in secula, Amen. Igitur si falsam & prophanã, & adulterinã declararunt quidam per mendacium veritatem, factæ seruiendo creaturæ supra deum verum: reproba & nobis mens inesset, abiectíque essemus ad hoc quod non rectè habet, & erraremus cum impiis, seruientes factæ creaturæ filio. Factus enim esset secundum illos. Aut non esset creatura, quod factum? H E R. Et quomodo nõ?

C Y R. Vide igitur ô Hermia, quantã in stultitiam illorũ sensus ruat? Nam diuinus alicubi & sanctus sermo dicit deum viuentem, & verum agnitum à gentibus congregatis per fidẽ in agnitionem filij: miserrimi illi in has deueniunt cogitationes, vt nullo modo eubescant obiicere illi quod humiliter factus sit. Scriptum autem est sic de his qui volant sequi sanctos apostolos. Ipse enim, inquit de nobis: Quem ingressum habuimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum ab idolis, ad seruiendum Deo viuenti & vero? Iam si gentilis cultus turpitudo est creaturam adorare, conuersæ autem sunt gentes ad Deum viuum & verum, ascriptę Domino Christo & translatæ ad adorationem filij cum patre, quomodo iam intelligeretur factus? & non necessariò sentiretur, quod vana quidẽ sit fides, & falsa de deo opinio, etiam apud nos, quamuis euasisse nos dicamus veteris erroris crimen? H E R. Etiã inquit: Conuersæ enim sunt gentes ad deum viuum & verum Dominum.

C Y R. Et quis fieret à nobis conuersionis ad deum modus? & quomodo qui repellunt culturam creaturæ vt friuolã & inanem, irent rectè & sine errore ad viuentem & verum Dominum? H E R. Per fidem opinor, hoc est enim, ex bona conscientia stipulatio cum Deo. C Y R. Verus quidem sermo est, attamen illud dic, nónne in patrem & filium, & spiritum sanctum est fides? H E R. Sic dico. C Y R. Qui autem fidem immobilem & inculpatam, & ab omni macula liberam seruarunt magna alacritate, crediderúntne in deũ simul & creaturam, vel certè vno modo in deum colligantes filium patri vt connaturalem? H E R. Vt in vnum videlicet deũ hoc est in vnam deitatis naturam, vel certè viderint, quod nõ extrahunt à crimine pedem, copulantes cum creatura naturalem Deum.

C Y R I L L V S. Congruit itaque quod & in filium sit fides tanquam in deum viuentem & verum sine labore autem, hoc est manifestum etiam tibi, si audis dicentem filium: Creditis in deum, & in me credite, non in creaturã & deum. Absit, imò propter identitatem in subsitãtia, & sine variatione æqualem in vnam deitatis adducens naturam, iterum dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Credere enim in filium non destituit à patre, sed in genitorem patrem per filium germanum adoratorem verè deducit. Quod autem Christum vt deum & verum cognouerit, ac adorarit, eorum qui idolis seruierant multitudo, facile disces Paulo sic dicente: Ideò memores estis quod aliquando vos gentes, quæ dicebamini præputium à circuncisione in carne manufacta, vt dicitur quod eratis tempore illo absque Christo, abalienati à Repub. Israel, & alieni à testamentis promissionis, spem non habentes & impij in mundo. Intelligis igitur, quod existentes absque Christo deo naturali, aberrarant gentes, & segregatæ erãt à veritate. Etenim impię erant iuxta mũdum. Postquã autem filiũ cognouerunt per fidem, intraque bonum spei apparuit, indignitatis gloriam effugerunt, & exuerunt. H E R. Bene dicis.

C Y R. Deus igitur veréque filius, nam sic inadulteratum manet, ac caullis carebit, quod in nobis per sanctum baptismũ innouatum esse credimus. H E R. Et quid hoc est? nondũ enim intelligo. C Y R Nónne renati sumus spirituali natiuitate, ad filium configurati, & reformati per spiritum ad diuinam illius & summam pulchritudinem, diuinam naturam, participes esse facti filij vt Dei, ostendimur? H E R. Etiam.

C Y R Quomodo igitur adhuc factus? Iam in nobis sacramentum non est deceptio, nec vana spe, nudam, vt videtur, habens, quasi in solo dicto, opinionem: nec illusio vera, & vltra hoc apparentia existit, id quod esse credimus. Diuinę enim naturæ, quomodo vel vnde nos participes? vel quis nobis Dei character imprimitur, quod configurati sumus ad filium? siquidem est non deus vt factus. Vide autem quod putandus est non absque factione existere etiam ipse pater ac deus. Imaginem exemplaris refert character. Vel illud dic. Dicam enim: Nónne in animo concipiens diuinam naturam, aliquid omnino incõparabile nec conferendum cum natura dices? & nulli rei sine variatione assimilatum pones?

H E R. Omnibus quidem modis. Dei enim natura, quomodo non omne quod factum est transcenderet C Y R. Igitur nunquid qui mente præditus, exemplar rei factæ intelliget naturam non conditã & non factam? nihil enim in re quę semper & similiter se habet vnquam viderit naturam, quæ aliquando non sit & facta. H E R. Sic habet. C Y R. Verum etiam opinor quod diuersum. Non enim in eo quod est nunquam, viderimus semper & similiter existens. H E R. Verùm. C Y R. Quid igitur iã admiratione dignũ in nobis ex configuratione illa ad Christũ? Vbi autẽ diuina pulchritudo in credentiũ animab. vt res insolita? quũ omni quod factum ad id quod factum, secundum quod factum esse intelligitur, quid eiusdem speciei non extraneum, naturæ lex inscribat. Esset igitur semper conformis filio, si factus esset omnis creatura, qualis igitur pulchritudo in animabus nostris insinuatur per spiritum qui

qui superflue facit & frustra apponit, id quod etiam si quis nolit, assequatur? Quod ergo secundum naturam possedimus, & intrinsecus habet quis, id ab alio non acceperit. Verùm hunc omnis recta & erroris expers ratio ridebit. Diuinæ naturæ socij, ob habitudinem cum filio per spiritum, non tam in nuda opinione, quàm veritate omnes sumus qui credidimus, & cõfiguramur ad Deum, redeuntes ad summam pulchritudinem. Formatur enim in nobis ineffabiliter Christus, non vt factus in factis, sed vtnõ factus, & Deus in condita & facta natura ad propriam imaginem, quam per spiritum insculpit, & ad dignitatẽ quæ super creaturam, creaturam hoc est nos transfert. H. Igitur nihil est, quod auertit vel transfert à vera filiatione vnigenitũ. Dabimus autem, factum esse ipsum, & non factum esse. C. Etiam, siquidem ipsum in Deum sic receperimus, & adoratione nostri ac angelorum sanctorum colendum censuerimus, deitatíque eminenti gloria coronare dignabimur, vt ne præterito creatore, & natura vniuersorum regina prætercursa creaturæ seruiamus, & non facti gloriam facto dantes iustè audiamus: Ecce stultus, & sine corde. H. Non enim & illud dicerent, quod & filius & Deus. C. Et quomodo non stupidum & ridiculum est nudis quidem nominibus, & vocabulorum differentiis, quasi imagine & pictura illum colorare, positum autem inter creaturas diuina gloria spoliare? an non valde turpe dicere ipsum factum esse, siquidem Deus vt adorabilis est? H. Bene dicis H. Igitur siquidem sic opinari oportet, & præterm issis vtilibus sermonibus ludere, vt eijciatur filius ab ordine diuinæ deitatis, extenta illud dicant voce, & manifeste blasphemẽt. Audituri enim sunt propediem à nobis & sanctis angelis: Ite ad lumen ignis vestri, & ad flammam quam accendistis Nos enim vertemur in viam errore carentem, Verbum ex Deo secundum ineffabilem naturam prodiens, Deum esse, & verum credentes. At si in mentem redierint non valde indocilem & stultam, non negabunt blasphemia, vt opinor, minus molesti. Deũ autem ipsum confiteri solent, & à subsitantia Dei ac patris summouent. Meliorem autem quodammodo creatura esse dicunt, quasi in medio positum naturæ ingenitæ & genitæ, audiant quod Deitatis natura quomodo intelligeretur varia? Deus enim tanquam ad Deum non aliter & aliter habet, secundum hoc scilicet quod est deus, quàm quẽadmodum etiam & in nobis ipsis viderit quis. Nam vnam esse humanitatis naturam dixerimus, & substantiæ definitionem vnam, & in vniuersali & in particulari non variatam Itaque vel Deum esse credentes liberent omnino eum ne inter creaturas sit: vel si hoc non persuaderur eis, omnino neque Deum esse fateantur. Late enim ridentes dicemus, vel facite arborem putrem, & fructum eius putrem: vel facite arborem bonam, & fructum eius bonum. Nam ex fructu arbor cognoscitur. Nónne ô amice, manifeste & sine errore cognoscimus quid vnaquæque res sit secundum naturam ex his, ex quibus verè esse credita est? H. Vtique. C. Age igitur consideremus quænam sit Dei filij natura, & illud mente ponamus, quod siquidem non est Deus secundum naturam, factus est, & vt sit nobiscum productus est, ioxta ebriorum & insanorum illorum sermonem. Quomodo igitur recessit ab eo mundus, & factura separata est? nunquid iuxta interualla secũdum locum dimensa? sed quomodo non est nugamentum hoc? Vbi enim, vel quomodo quod incorporeũ distinguet, vel qualis illud locus circunscribet? Vnde & beatus Ioannes testimonium perhibuit: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Nunquid igitur ô Hermia, recte sapientes, apostasiæ modum, & defectionis intercedentis alium quendam ab illo esse dabimus, mundum, inquam non cognouisse eum qui semper simul extitit conditorem? H E R. Quomodo non? C. Itaque mundus fugitiuus erat, aufugiens à communione cum illo, propter hoc quod nesciebat cõditorem super creaturam, & habitudinem per spiritum abiiciebat in improbitatem prolapsus. Nam simul vt hominis natura ineffabilibus nutibus opificis producta est, etiam habitudine quadam cum spiritu honestata fuit. Sufflauit enim in faciem eius spiritum vitæ, non aliter quàm in animal opinor, quod in sanctimonia & familiaritate cum Deo clarum expiret, nisi sancti spiritus honestetur præsentia. Etenim quãdo vnigenitus factus est homo, inuentam hominis naturã ab antiquis & primis bonis destitutã, iterum eam ad illa redire vrgebat, quasi à fonte

suę plenitudinis immittens, ac dicens: Accipite spiritũ sanctum, sique carnali & manifestiore flatu spiritus naturam adumbrãs. Erit igitur æquale cum primo initio, renouari ad initium, & hoc secedenti modo facta natura laborauit, non distantia secũdum locum, absit: sed expulsa & prolapsa, à Deo. & copula cum Deo per spiritum. Igitur siquidem filius iuxta illos est inter facturas, quónam modo egressa est, & separata ab eo creatura? Semper enim quod cognatum, amicum est, & non separatur factum à simul facto, secundum quod sunt facta. Nam extraneum semper quodammodo, in his quæ sunt diuersi generis, vel diuersæ speciei, non in his quæ vnum & eundem naturæ terminũ sortita sunt, videri solet. Quomodo igitur habitat per spiritum in creatura filius, quam adiectus est, vel donatus? vel ad quam sublimitatem euehit spiritualem? vel quid præstantius in illa signat? Quomodo autem ipse non existẽs melior factus enim nobiscũ, sicut illi dicunt, seipsum inaniisse dicitur: vel quo opus habebat descensu, vt se demittens ex summis quæ super creaturam iungeretur cũ mundo, mundíq; pars fieret, nisi super múdi esset creaturã? H. Opinor illos ad hoc hæsitaturos.

C. Quare autem solus ipse liber, & libertas quũ omnis creatura Deo seruilem ceruicẽ submittat. Dementissimi autem & deliri essemus amice, si filium Deo ac patri cœternum, in his qui ob gratiã assumuntur, ponemus. Vbi enim nostrum, vel quale deniq; exemplar? si descendat nobiscũ, cui configurati sumus, eo quod adoptamur cũ eo, & imitamur eũ. H. Distinctum quidem nobis & dilucidũ sermonem absoluisse videris, reor autẽ aduersarios dicturos: Viri eximij, nónne facturam esse filũ sancti nobis sermones olim collaudarũt, magnúsq; & diuinus apostolorum chorus nouit? Quin & Salomõ dicit, prædicendo depingens, Dominus cõdidit me initium viarum suarum ad opera sua. Eximius quoq; præ aliis Petrus inquit: Certè igitur sciat omnis domus Israel, quod & Dominũ ipsum & Christũ fecit deus, Quid igitur dicerem? si talibus iterũ nos oppugnarẽt sermonibus? C. Quid autẽ aliud, quã id quod vere dici potest: Inimici autẽ nostri insipiẽtes. Iens enim, sapiẽtia quæ supernè vel ex patre luminum descendit non illustrata, sed crassa & nigra, & præ indocilitate caliginem euadere non valens, vt mihi videtur, morbo graui infestatur. Vnde sic Deo canit diuinus Dauid: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Age igitur celerem ac sobriam propositorum scientiam inquirẽtes, & quasi sagaces canes & boni, nondum conspectam & à malis non deprehensam indagemus veritatem. Etenim absque dubio conditum esse seipsum, dixit filius, idque non absque causa dicit hoc sibi euenire, ad opera autem magis illius, & initium viarum illius, nempe Dei ac patris. Igitur creatura in his verbis non significat eam quæ ex nihilo, absit: sed eam quæ est existentis & subsistentis, in talibus quibusdam faciendis productionem quemadmodũ scilicet in intelligentibus extra se facere telã, vel ferrea quædã voluntas excitantis ad opera facit quidẽ operari id quod vtrunq; conatur. Intelligitur autẽ nullomodo illud ad esse, produxisse. Igitur siquidẽ quum nihil omnino illatũ esset, Dominus cõdidit me, dixisset filius, quãtum ad coniecturã attinet, probabile admodum esset, quod illi diuulgant. Postquã autem non simpliciter conditũ esse, sed ad opera & initiũ viarum cur non præterito indigniore quod melius est eligunt, intelligentes quod scriptum est de Deo: Et factus est mihi Dominus in refugium? Nunquid concedes factum esse Deum, si à quopiam celebretur vt refugium? H E R. Nullo modo. C Y R. Quid igitur dic obsecro, discendo. mentem habent rebellem, & aliò se inclinantem, & multiplicibus imposturis quasi bona armatura instructi, depellunt peruersi, cum oporteat velle ad veritatem dirigere, etiam quod non valde diuina dictu videatur propter humanitatem & similitudinem filij nobiscũ. Opinor item & illud congrue dici posse, quod conditum esse dicens addiderit, quod & genitus sit. Ante omnes colles, inquit, gignit me. Vel igitur natiuitatẽ eo quod dictũ est, condidit me, auferemus vel prætereuntes eo quod conditus est, natum esse concedemus. Verba enim inter se pugnant, quæ per vtraque manifestantur, sed vtrinque sermo veritatem habet. Igitur ille genitus quidem est à patre, vt Deus, conditus autem secundum carnem. Et persuadet hoc nobis sacer sermo. Ecce enim, inquit, virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Quod est si quis interpretetur, nobiscum Deus.

Esa. 50. *Prou. 8.* *Act. 2.* *Psal. 12.* *Explanatur illud: Dominus creauit me ad initium, &c.* *Esa. 7.*

Quomodo enim fieret nobiſcum Deus, exiſtens Verbum? nunquid propinquitate & habitudine ſecundum locum & legem corporum? ſed quomodo hoc non abſurdum? Igitur quando cõformitatem ad nos & ſeruitutis humilitatem ſuſcepit, vadítque nobiſcum inter creaturas is qui non factus, tunc factus eſt nobiſcum, quamuis in tantum præceillat & emineat, quantum intelligitur deitatis natura creaturæ & facturę naturam præcellere. Etenim diuinus Dauid immenſis quibuſdam & incomparabilibus eminentiis ſuper nos exaltatum & exiſtentem in gloria ineffabili, vocabat, vt cõfiguraret ſe nobis vnigenitus ex Deo natus, dum pſallit ac dicit: Vt quid domine receſſiſti à longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulationib? Etenim qui lege naturæ diſtans, & cum aliis omnibus, non connaturalem, & inacceſſam ſortitus proprietatem ac excellentiam venit ad nos, quando voluntariam propter nos ſuſtinuit inanitionem. Si autem non ſic habere dicent, quid prohibet adhuc, ſicut ego opinor, citra vllum lapſum dixiſſe, quod fruſtra tradiderit nobis diuinus ſermo nobiſcum factum eſſe filium dicens: quando factus eſt homo, Quando enim fuiſſet non nobiſcum, ſiquidem eſſet factus? HER. Bene dicis. CYR. Si autem dicatur Chriſtus fuiſſe & dominus, cogitabis quod inániuerit ſeipſum, menſuram ſeruilem ſubiens, propter ſimilitudinem nobiſcum: & erat, opinor, ſapiẽter actum & neceſſarium, ne noſtra & carnis humilitate diuina natura vincatur, indebilem ſeruitutis prędicationem habens, & inuectam ignobilitatem, ſed Deitatis gloriæ cedat ſeruitutis humilitas. Igitur quandoquidem inter ſeruos appellatus eſt propter nos, rediit que ad naturam quæ ſibi inerat, & non reiectaneam, naturæque legibus fundatam, Dominus vocatus eſſe dicitur, & nobiſcum fuiſſe propter humanitatem. At ſi abſtinentes à vera contemplatione, annexuri ſimus Verbo, omnia opera carnis: hoc eſt ea quæ propter carnem facta & dicta, non mediocriter impij erimus. Factus enim ſub lege & etiam viſibilis ac palpabilis, & paulò minor angelis, & inter impios reputatus eſt, & ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt, miſerabilemq; mortem ſuſtinuit. Referendum igitur ad naturam verbi etiam ſi abſque carne hoc intelligatur, & in hiſce humilioribus & valde ignominioſis fortaſſis eſſe? Et quid inde? excidit ille dilectus, & patri conſidens ab omni eo poſtea, quod diuina gloria ipſum retinet, imò & vix æqualis erit angelis. Quare igitur ille in diuinis conſpicuus eſt thronis, & conſidet cum patre? Illi autem in circuitu ſtant, non cenſentes ignominiam, quod ſeruilis ſub eo conditionis ſunt. Et ille quidem eſt & dicitur dominus ſabaoth, iſti autem celebritatibus, vt dominum honorant, plenumque cœlum ac terram gloria eſſe dicunt. Nunquid igitur tam admirabilem, qui ad ſummum nobilitatis faſtigiũ peruenit, dicere factum eſſe, frigidi & vani cordis morbus fuerit? HER. Omnibus itaque modis. Nam hęc probo. Nihilominus dicunt ad opera patris præmiſſum eſſe filium, non ſolum quando noſtram induit formam, ſed ex quo & apparuit vt per ipſum omnia operetur, quaſi organicũ quoddam miniſteriũ, in creaturis ſuam motionẽ conferentem. C. Papè, quàm grauem & intemperatam temeritatẽ à quibuſnam tandem abſtinent ſermonibus, qui & contra ipſum Deum ac patrem oblatrãt, quod vanus opifex ſit, & quod minime ſufficientem ad quodlibet poſſideat virtutem, & ſimul aberret à decoro, & ſumma ſic priuetur potentia? HER. Quomodo?

CYR. An non cogitas etiam ante alia illud etiam? melius ſuis motionibus, inſtrumentale miniſterium ſemper ſimul adducere opificem videri deum ac patrem, ſicque idoneum ad faciendum quæ voluerit, quàm non euadere hoc crimen. Siquidem alio modo ad opus pergeret, quomodo non offendit, filiũ non in inſtrumento & mediatione alterius ciuſpiam adducens ad exiſtentiam, dans autem ipſi nudam & ſolã ſuæ virtutis per ſeipſum efficaciam. Et alias quidem creaturas, quas filij gloria inferiores eſſe dicunt, optimum & præſtantem exiſtendo ſortita ſunt locum: at ille quamuis honoratus ſit inter tam excellentes creaturas deteriorem & ignobiliorem. At diſceptarent fortaſſis quidam: Melior eſt per ſe operatio, & eam ſortitus eſt filius. Et quid perſuadet, reſpondeant illi, ſummæ & admirabili voluntati patris, quod non præelegit potius meliorẽ quàm deteriorem creandi modum, & ſic relinquit decentiſſimum abſurde negligens in perficiendis? HER. Dicunt igitur. Oportebat vniuerſorum patrem applicare creaturis operationem ſine medio. CYR. Quamobrem ô amice, inſtrumẽtale dic mihi, & miniſteriale ſubſidium, ipſi accipere melius erat: quum abſurdarum cogitationum plurima nobis illinc oriatur & proueniat multitudo. Quæ enim ex cooperario vtilitas Deo ac patri? Inſtrumenti & mediatoris etiam quæ vtilitas, non video. Nam ſiquidem verè neceſſarium ſciret ſibi concreantis ſuccurſum & vtiliter adduxiſſet in hoc vocatum filium, vt ſit iuxta illos, inter creaturas, quomodo haberet quod perfectè potens dicatur, in hoc quod eſt conditor per inſtrumentum, & vix in ſeipſo congregans, vt perfectè abſoluat? & quod amplius blaſphemũ non dicam? Plenitudo enim deitatis prodiit iam factura, & in ordinem aſſumpta miniſterialem conditoris, inque vtiliſſimum patris ſubſidium. Iam quomodo, dic mihi quum nullus eſſet medius, ſufficiens fuit ad faciendum filium quandoquidem eſt factus, quamuis maior ſit & incomparabiliter præſtet? Etenim ipſum fallacibus honoribus fucare ſimulant, fœdam erubeſcentes opinor blaſphemiam. At ille ad tam excellens & tranſcendens opus ſine ſubſidio, & ſolus ſufficiens, quomodo cooperarium non habens ad inferiorum ſubſiſtentiam, infirmus fuit? An non deplorare dignum eos qui etiam hæc cogitare tantum non abhorruerunt? HER. Quomodo non? veruntamen audis iam. Nam parum eſſe dicunt Deo ac patri in omnibus eſſe per ſe operantem. CYR. Apage vir blaſphemiarum, dixeriſque meritò, vtpote quàm longiſſime ponens animam tuam ab illorum cauſa? Domine, pone cuſtodiam ori meo & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Ne declines cor meum in ſermones malitiæ ad excuſandum excuſationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Qui enim parum eſſe dicit Deo patri, quod ipſe operetur in omnibus ſuperbia, & arrogantia illum non eſſe liberum dicit, ipſiſque abominabilium & inuiſarum paſſionum illarum iugum imponet. Eſt autem & alio modo ineptus ſermo, ſed non intelligens quò tendat ſermo tuus, te audire velim. HER. Quód nam? CYR. Non enim dicunt factum eſſe filium. HER. Etiam. Porrò quid illud?

CYR. Itaque ſiquidem videatur à nobis ſecundum quod comprehendi vnquam poteſt, cunctis imperans natura, nónne paruum videbitur omne quod ab illo factum? HER. Excõfeſſo paruum. CYRIL. Iam ſolum volebas & ſolum opificem, erubeſcas autem, quod mox cõſequitur, quod alterius dat operationibus, vocare ea quæ non erant aliquando ad exiſtentiam, quum gloriæ & celebritatis pulcherrima & optima portio ſit deo poſſe creare, quando per illam poteſtatem quis & quãtus ſit à nobis cognoſcitur. Nam à magnitudine & pulchritudine creaturarum congruenter & ipſarum conditor ſpectatur. Si autem ea per quę cognoſcitur, parua cenſentur, ſuam ipſe confundit naturam, fœdiſſima alicubi, ſicuti veriſimile eſt, illa eſſe ſciens. Quum valde gloriоſum ſit omni homini & omni angelo ea per quæ videri poſſunt, hoc quod ſunt, perfecte poſſidere, & nihil erubeſcẽt vnquam ex his, quæ ſortita ſunt, ſiquidem quid ſecundum naturam ſint cognoſci volunt? Quamobrem igitur confunderetur poſtea de his quæ poteſt Deus? Num pro macula habebit ea per quæ intelligitur Deus? At ſi parum illi, & nullo ſermone dignum feciſſe Seraphim, & produxiſſe angelos, qui ſuæ naturæ magnitudinem & decentiſſimam eminentiam dimetitur, nónne eodem modo parum eſſet ab illis adorari & glorificari velle? quorum enim non eſſe conditor dignatur, quomodo Deus intelligi vellet? Quare autem deſiderat noſtrum honorem & cultum, ſi neque producere nos vt ſimus, dignatur? quomodo autem non ſuam ipſe obſcurat gloriam, ſi paruum arbitratur, quod ideò glorificatur? HER. Quomodo igitur? nónne dicunt: Condidit pater omnia per filium?

C. Tanquam per ſermonem & ſapientiam & potẽtiam quæ eſt in illo. Omnia enim hæc ſunt filius patri. Porrò hic amplius exerceamur, regiam viã euntes, & recta ad veritatẽ pergentes. Nónne bene intellexiſti, quod ſiquidẽ eſſe dixerimus patrẽ opificẽ, ſequetur omnino intelligendum, quod neq; impotens, neque inſipiens exiſtat, neq; etiã ſine verbo condat. HER. Sequetur vtique. nam pſalтes dicit: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Hieremias autem propheta clarius vniuerſi natiuitatem enarrans clamauit, dicens: Dominus qui fecit terram in virtute ſua, qui ſtatuit orbem terrarum in ſapientia ſua, & ſenſu ſuo extendit cœlum. CYR. Cur autem, nónne in ſapientia & fortitudine, & etiam ſenſu omnia facta eſſe manifeſtè nobis ſcribente Hieremia.

Pſal. 10.

Hieremi. 10.

Hieremia. Omnia per filium facta eſſe dicit ſapiens Ioannes: Omnia enim, inquit, per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. HER. Etiam, quid igitur hoc? CYR. Quia ſapientia, & virtus exiſtens Dei ac patris, filius nobis manifeſtatus eſt. HER. Quomodo enim, vel vnde, hoc dubium? CYR. Itaque die, vtrum filium in ſapientia & intellectu & virtute patris productum eſſe ad exiſtentiam, vel certè abſque ſapiẽtia & intellectu, & virtute cenſebimus? Factum enim eſſe dicunt.

HER. At hoc omnibus modis indoctiſſimum foret loqui. Nunquam enim abſque ſapientia & virtute fuit pater. CYR. Bene dicis. Laudabo enim recta & iuſta ſapere volentem. Sed quid adhæc dixerint, qui deſcribunt filium numeratum inter facta? Nam ſi non fuit ſemper, ſed lege creaturæ, vt ſubſiſtat etiam ipſe productus eſt quum ſapientia & virtus, & intellectus exiſtat patris, ſine robore, & virtute, & ſine ſapientia & ſine intellectu confitebuntur eſſe patrẽ ante illum: concedent factum eſſe aliquid filium abſque ſapientia & fortitudine, quamuis opulento illum circũfundant miraculo, ita vt præter cæterarum creaturarum morem in incomparabilibus eminentiis exiſtat. At ſi ridentes omnem ſuum ſermonem, ſummota blaſphemiæ ignominia, putabunt neceſſarium confiteri etiam illum in ſapiẽtia & virtute patris productum eſſe, quod ipſe illo antiquior erit, deinceps & conditor. Cõſtituet enim ſeipſum filius, ſiquidem exiſtens ipſe omnis ſapientia & virtus patris in virtute ſua, & ſapientia factus eſt. Intelligis igitur quomodo vbique ſermo ad abſurditatem prolabatur? HERM. Et valdè. CYRIL. Oſtendetur autem & alio modo valde ſtultum illorum dogma eſſe, idque abſque ſudore. Age enim dei naturam cogitationibus, quantæ nobis poſſibiles ſunt, expendentes quæ & quanta illi conueniat, ſollicite inquiramus amice. Vtrum autem credimus oportere creare occaſionem ad exiſtentiam diſtribuentem creaturis, vt illæ velint, & quod oporteat exiſtere ſolum concedentem his quæ aliquando non erant, & ſic abſoluere omnem creaturam: vel certè miniſterium habentẽ organicum & ſubſidium, quaſi neceſſariò à mediante aſſumptum, quaſi quis marmorario, ea per quæ eſt marmorarius, & factor eorum quę nouit, appoſita eſſe dicat. HER. Iam dic, quis obſecro, negaret, quod ſola voluntate creare omnino diuinum ſit? CYR. Optime dixiſti, quoniam & diuinus Moſes ſic & non aliter oſtendit nobis creantem deum. Dixit enim, inquit, Deus: Fiat firmamentum, & factum eſt ſic. Apparẽte ſimul cum verborum prolatione, operum complemento. Neque inſinuat vllius mediationis mediatorem, vt illi dicunt & miniſtrum operantem, qui & ſicut inſtrumentum moueatur. Operis enim quaſi ſubſiſtentia. Verbum erat firmatio & in ſola voluntate, eorum quę fiebant generatio. Quando igitur optimum & conuenientiſſimum Deo ac patri ſic condere, cur ſubſidium, neſcio qua ſtultitia inuentum, mediatoris & miniſtri vtiliſſimum ei tribuunt, filium factum eſſe dicentes, vt miniſtretur per illum eſſe cæteris creaturis. Ignorant enim, ſicut videtur, quod filium, quamuis factum, & inter creaturas cõfirmatum, meliorem & digniorem patre declarent. HERM. Quomodo? CYR. Si per mediatorem quidem neceſſariò pater, ſola autem voluntate & nutibus quæ voluerit filius facit: leproſo quidem dicens cum poteſtate: Volo, mundus eſto: morte quoque iam cõprehenſos reducens ad vitam, & etiã cæcis immittens deſideratiſſimum & inſolitum lumen. Nunquid igitur mediatorem & miniſtrum in clarioribus dignitatibus, quàm ipſum natura conditorem quis non viderit? neque illi ſic ſubſtituet artificis cuiuſpiam inſtrumentum? HER. Videtur. CYR. Et cur nam conſiderationem & voluntatem, vt recte ſapiatur, quaſi inanem contemnunt, abſque deliberatione ad deteriora propendunt, & firmiter putant quod ipſis placet? Neque etiam illud ſecum expendentes, quod nunquam feciſſent hominis factũram ea quibus eſſet conditor, neque quod alicuius arte fit, nunquam naturalem & veram ſubſtantiæ operantis recte poſſidebit, & hoc abſque variatione. HER. Quomodo hæc? quandoquidem diuerſum verum eſt. Nunquam enim opera fabrilis artis, vel æratiæ, fierent artifex vel ærarius. CYR. Recte dixiſti, & certe induſtriam tuam admiror valde, laudareque debeo. Quomodo enim ſiquidem eſt factus filius, æqualiter operabitur quidem abſque variatione cum deo & patre, & ſummæ omnium ſubſtantię proprietatem & ſublimitatem ſortitus, vocat quidem ea quæ nunquam fuerunt tanquam ſint, adfert autem ſic potenter & abſque labore ad exiſtentiam, vt ſola voluntate perficiat creationẽ. An non ſic creauerit & ipſe pater, habens ſufficientẽ ad hoc ſuam naturam, & efficaciam nullius ſubſidij à creaturis indigam? HER. Sic habet. C. Igitur quemadmodum nõ eſt poſſibile quod quæ fabricata ſunt per humanam manum & ſcientiã facere & operari quæ homo: ſic eodem modo & ratione opera diuinæ manus nõ operata fuerint ea quæ Deus. Quoniam autem filius creauit & operatus eſt, non permixtus aliis omnibus, gratum opus diuinæ manus & ipſe erit. Neque etiam ex nihilo productus eſt conditor, ſed ſubſtantialiter potius hanc rem ſortitus eſt, & non minus habet quàm quemadmodum & ipſe pater. HER. Sed efficaciam habens, aiunt, à patre. Dixit enim alicubi & ipſe: Verba quæ ego vobis loquor à me ipſo non loquor, pater autem in me manens ipſe facit opera. Et iterum: Opera quæ ego facio non ſunt mea, ſed eius qui miſit me. CYR. Itaque hæc quidem ſcio, quod obiiciant nobis aduerſarij. Non ceſſant enim veritatem adulterare, & ea quæ ſanum intellectum conſequuntur, ſi ad diſpenſationem cum carne magnitatem ſophiſticam amplexentur. Itaque ſi negantes & condemnantes omnino ſacramentum Chriſti pueriles facti ſtrepellant à verbo diſpenſationem cum carne, & fingant inſipienter, prout ſibi placet quas voluerint voces. At ſiquidem annuerint his qui rectè ſapere volunt, quod Deus exiſtens Verbum factus ſit caro, & vocatus ſit homo, cur diſpenſationis offendunt myſterium? & ſermones maxime illi congruos adaptant ad quoduis ipſi voluerint, & quantum ad ipſos attinet ac ſpectat, docẽt obluctari vnigeniti naturæ & gloriæ? Etenim miſeros Iudæos quoſdam narrationibus quæ ſuper legem ac rigorem Moſaici ſermonis, & miraculis rationem excedentibus Chriſtum clarum admirari, & laudibus congratulari ac glorificari vt Deum oportebat, hoc quidem non faciebant, exaſperati autẽ in iram, & inuidia quaſi omnes commouentes prouocabant, vt velint calumniari impiè lapſi ſunt. Etenim dicebant interdum: Hic non eiicit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmoniorum: interdum autem, Vnde huic ſapientia & virtus? Sed erat adhuc quodammodo aſperum, & his qui à prudentiſſima diſpenſatione abhorrebant, quod eſſet quidem ex Deo ęuus, apparuiſſe quę propter nos, & factus eſſet homo, manifeſteque diceret. Sum quidem, ô vos, ſapientia & virtus, & admirabilium artifex, nec aduentitiam habens poteſtatem, neque alienis gloriоr dignitatibus, ſed proprie meis. Non enim ſi hæc dixiſſet, ſuſtinuiſſent ij, qui mediocribus ſermonibus obſtrepere, & canum modo inuadentes, oblatrare auſi, ſicubi quid proloquutus eſſet vltra humanitatis conditiones. Igitur adducens illos ab improbitate ſua, & adducens ad meliorem conſiderationem, ciuiliterque inſtituens, nõ oportere putare vniuerſorum dominum & Deum in Beelzebub operari opera clariora ineffabili virtuti patris attribuit, & diuinæ naturæ accommodat, quæ illi congruentiſſima erant: & ſic exiſtens ipſe in patre, & proprium habens in ſeipſo genitorem, propter identitatem abſque variatione, & ſubſtantialem patrem dicebat, in ipſo manentem opera implere. Non enim ſecundum veritatem opinaretur quis mente præditus opus Deo conueniens, quod proprie dicitur eſſe opus carnis, hoc eſt humanitatis ſolius & per ſe. Opinaris autem ſermonem illum aberrare à vere & euidente ſententia? HER. Minime, bene enim habet. CYRILLVS. Dixerim quod & ſuis ipſi pugnent ſermonibus, operandi efficacia ſumpta, operari ſiquidem voluerint filium, & adhæc etiam in ipſum patrem impij erunt. HERM. Dic quomodo, non poſſum enim intelligere. CYR. Nónne amice datum quodlibet & auferri poteſt? licet non auferatur fortaſſis, dum nondum cogitat quiſpiam auferendum, & eum qui poſſit hoc facere, quod certè naturæ legibus nõ fundatum, aduentitium autem & non reiectaneum erit, cuipiam poſſe pati abiectionem, etiam ſi forte non patiatur. HERMIAS. Planè. CYRILLVS. Vide igitur, quanta in hoc contra vnigenitum impietas. ſi enim actus ad operãdum operatur, & datum illi à patre quod creet, qui offendit iam quod nõ nobiſcũ dicit: Gratia dei ſum id quod ſum, & gratia eius quę in me nõ fuit vacua. &: Gratia autem vobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu? Quomodo adhuc prędicaret ita, ac nõ mentiatur ſapiẽtiſſimus Paulus: Quomodo enim eſſet cum patre, gratiæ dator, qui gratia in ſeipſo ratione

iusta, ac vera destituat minimè filium? siquidem opinaretur quis, quod operari ei esset inutile, & aliquando cessèt datum volente patre auertere naturæ filij efficaciam, à qua, vt dicunt, qui mouetur & monstratus est factor. Quod enim ab aliquo mouetur, quiescet, nisi moueatur, quia non vt naturæ proprie fructum, motionem habet. HER. Verum. CYR. Præterea quod illi inter acria & grauia habent, inane erit cauillum.

HERMIAS. Quodnam. CYR. Nónne audiebas, quum obiiceremus grauiter quædam de patre & non vt illi humilem sermonem de eo faceremus productum, dicétes: Vtiliter ac necessariò filium (quandoquidem est in omnibus per se operans, indecorum foret patri, etiam esse creaturæ intendentem) quod minus est quodammodo, vel similà sibi, hoc est filius operetur cætera. HER. Audiui.

CYRIL. Quò igitur sapiens eorum figmentum peruenit? siquidem omnino operatus est pater creaturas. Operari enim per medium quoddam, motionem quidem non habens propriam & per se operantem, quasi autem instrumentalem illam gerens, dixerim ego sine dubio per se operari. Vile autem iam minus pulchrum, dicere Deo ac patri intendentem quidé esse aliis vt paruis, filio autem non item. Quid enim paruas res dei naturæ tribuunt, & stant dimetientes immensam naturam, pauca quædam illi ascribentes, & quod magnum, & super naturam, nescio quomodo delirando dispensant? HER. Optimè dixisti.

CYRIL. Præteritis igitur cauillis superfluis & austeris ad ipsam, & solam eamus veritatem, confitentes quod sit Deus natúsque secundum naturam ex Deo patre vnigenitus. Et siquidé est res verè sine principio & antiquissima, ac nó facta natura, valeat calumnia & impostura. Quomodo enim reciperemus eum qui verè existit dei verbum, tarde genitum & factú, & non diceret nos quisquis rectè sentit, ab optimis excidere consiliis? vel illuc dic. Dicam enim: Nónne verum confiteris quod dico, filium enim siquidem quis nominet dei, non alium, opinor, quis intelligeret, quamuis multi ascíscantur & adoptétur in filios: sed illum ipsum vnum & natura & veré auditorú mens celeri & indubitato cursu accipiet. An non vera res hæc tibi esse videtur? HER. Etiam.

CYRIL. Itaque quemadmodum quum vnus sit in nobis secundum naturam, & verus deus, siquidem aliquis nostrú absque adiectione deum nominare veller, nunquam in mentè acceperimus alterius significationem, quamuis multi sint domini ac dij appellati in cœlo & terra, sicut scriptum est: ita vnú & verè filium citissimè considerauerit piorum mens, siquidem quis omnino filium nominet. Adiecerim autem dictis & hoc.

HERMIAS. Quídnam dicis? CYRIL. Amicè, nónne diceres hoc quod verè est, vnum esse aliquid, & non multa? hoc autem est Deus, id est dei natura.

HER. Dixerim. CYR. Nunquid igitur nihil sunt quæ facta, & vocata ad existentiam per illum? HER. Sunt quidem entia, quomodo enim nó? attamen subsistant ad imitationem eius quod verè est. C. Suffragor veritati quã optimè tenes, semper enim quodammodo quod ad imitationem fit, deficit à gloria quæ est secundum naturam. Itaque licet multa entia intelligantúr ad imitationem eius quod verè est, vnum tamen est, quod verè est. Eodem modo, Licet multi vocentur dij & filij, sed vnus natura filius & Deus, radicem quodammodo aliquam habens ineffabilis natiuitatis patris naturam. Igitur & coæternum nos & sancti angeli meritò prædicamus, & non productum tanquam à conditore cum creaturis, sicut peruersi contemnere illum audent, qui veram veritatem ignorauerunt, hoc est Christum, per quem & cum quo Deo ac patri gloria in secula, Amen.

Dialogorum libri quarti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI *Alexandrini, cum Hermia dialogorum Liber quintus, quod deitatis proprietates & gloria naturaliter in filio sint, sicut & in patre.*

CYRILLVS.

ESTO, colligatur ex omni nostro probabili necessario sermone vt videtur, filiú minimè esse tarde genitú, nec indebilem maculam habere quod sit factura: sed confitendum esse, quod prognatus sit ex ipsa patris substantia, deúmque verum ex deo verò, summam ac naturalem sortitum gloriam, & immensis ac incomparabilibus eminentiis vniuersæ facturę transcendentem naturam, excelleréque in tantum, quantum & ipse pater.

HER. Assentior, rectè enim sapis, & si placet iterum interrogabo aliquid.

CYR. Quin ô amicè, annuerim, quod libenter & impigrè obsistendum sit sermonibus eorum, qui strenuè veritatis sermonibus aduersantur. Etenim mansuetus sit & pugnax, sanctus nobis sermo clamauit: Tu autem perfice quod placet, in mente habens scriptum, mulge lac, & ede butyrum. HER. Scias igitur, si audierint te Deum verum, & consubstantialem patri nominantè filium, statim dicent aduersarij in hunc modum: Optimè iuxta te quomodo non donis suis gloriari illum conuenit, & nõ extraneis. Deus enim verè ex seipso perfectus, integer, & nulla re indigens, cum omni quod suæ naturæ agnatum. CYR. Quid dicis? quàm audax est sermo ille, & ad offendendum valde procliuis. Dic nihilominus manifestè, quonã modo nobis improba peruersorum turba, tam condemnatarũ blasphemiarum multitudinem innouarit? H. Si deus, aiũt, verus & cõsubstãtialis est filius patri, internè habet ea, per quę est Deus, & magis propriis quàm paternis glorietur bonis. Quod enim habere videtur, hoc est à patre & deo datum. Viuere enim se dicit propter patrem, & glorificatur & sanctificatur ab eo, & reuiuiscit tertia die virtute patris, & ipsum Deitatis nomen participatiuè accepit, & adorat nobiscum, & subiicitur patri & regnum accipit ac potestatem. nam sacri quidem ac diuini hæc tradiderunt sermones.

CYR. Heu ô Hermia, quantus & quàm grauis blasphemiarum numerus, veritatem quasi circunsistens vndique prophane allatrat. Et tempus est, vt & nos armemur armatura dei, & gladium spiritus, qui est verbum Dei, viriliter sine metu educamus, licet fœdioribus iam & agrestioribus aggressus nos sit sermonibus. Sed siquidem theoremata hęc confuse ierãt, ac sine ordine, excideret facile sermo noster ex hoc in illud, & iterũ ex illo in hoc, cognitionem deformẽ, & obscuritatem in singulis faciens. Bene autem mõstrat veritatem, & inculpate habebit si seorsim & distincte singulatum blasphemiarum fiat examen. Age igitur distinctè & seorsim, &cum ordine dicamus. Prius autem interrogare te velim. Vtrum theologorum voces veris & rectis calculis probent, vel certè nihil facientes, insipientissimè repellant. HER. Veras opinor esse dicent?

CYR. Scribit igitur optimus & sanctissimus Paulus de vnigenito: is affectus sit in singulis vobis, qui & in Christo Iesu, qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo, sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominũ cõstitutus, & figura repertus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomẽ, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, ac terrestriũ, & infernorum, omnisq; lingua cõfiteatur, quod dominus sit Iesus ad gloriam dei patris. HER. Quidnam hoc vult? CYR. Igitur ô amice, duobus temporibus, enarrationem ac duplicem mysterij cognitionem distribuit. Vni scilicet, quod primum, & in principio, secundum quod Verbũ erat in forma, & æqualitate Dei ac patris: alteri verò quod & in nouissimis, secundum quod, quasi neglecto quodammodo suo esse, & in forma ac æqualitate dei ac patris inaniuit seipsum forma serui sumpta, ipsam in cruce mortem sustinuit. Tunc enim quod natura ei ac subst antialiter inerat, habitum est adoptatiuè accepisse, & vt gratiæ loco, nempe habere nomen super

per omne nomen, & adorari à nobis & ab angelis. HER. Sic habet. CYR. Omnis igitur diuinitus inspiratæ scripturæ sermo ad duo spectat, interdum enim nondum descendisse filium ad inanitionem theologicè narrat, sed in sublimitate deitatis, & in bonis paternis esse, interdum verò misericordia, voluntatiaque gratia, & in carnis humilitatem, eum qui supra erat deorsum venisse, euidenter commendat. Igitur interrogabo nunquid sapienter ac industriè expenderint, qui geminæ naturæ ac duplicem sermonem his adaptant, & congruis temporibus arcanam doctrinam distribuunt, vel qui confusione quadam & commixtione operum ac temporum censent cogitare, & quasi nõ diuisim ea quæ carnis, & quæ propter carnem adaptare Verbo ex patre nato, & ea quæ vnigenito propria & eximia ascribere carni & tẽpori, quo illi adest? HER. Et quomodo dubium quod melius sit confiteri quidem Christum vnum, & filium secũdum scripturas, considerationibusque rationalibus? Quandiu vnigenitus à copula & vnione cũ carne abfuit, erat diuinitatis dignitatibus gloriosus tanquã propriis ac naturalibus: postquam autem carni coniunctus quidé ac factus est homo, tunc & ea quæ humilitatis sunt accepit? CYR. Euidens igitur de vtroque sermo, si quæ quoque tẽpore congruunt, examinentur. HER. Vtique.

CYR. Omnino autem puerile permittere, vt in vtrisque confusio fiat. Etenim etiam, quod rectè scimus, traheretur, ad offundendas tenebras, & perturbandos nos.

HER. Verum. CYR. Aliquando igitur tanquam verbum existens & vnigenitus ex patre, aliquando autem vt homo, & propterea primogenitus, & in multis fratribus prædicatur. Nunquid conuenienter & artificioseque per vtrosque sermones itur, & per eum qui in summum fastigium progreditur & per eum qui ad inferiora & ad nos vsque demittitur ac subsidet, quandoquidem erat illi mens ac voluntas suadere hominibus, quod sit quidem verè deus ex deo, & descenderit propter nos in hæc nostra, inanitionisque conditionem non contemserit. Vel certè ipse seipsum condemnat, quod insipienter & parum consuluerit, quod factus sit quidem nobis similis non impulsus, & erubescat verba, quorum nullo modo humanitatis erubesceret conditionem. Quid enim oportebat, dixerim ego & valde meritò, descendere ad naturam, cuius ignominiam & paruitatẽ subire molestum ac intolerabile erat, Deo scilicet semel ex deo nato, siquidem vitare verba, quæ nobis tribuuntur, ei conueniret, vt posset seruare illæsam & syncerã deitatis pulchritudinem? quomodo non & ante hoc cauisset vniti carni, & ignominiosissimam ferre humilitatem? Sed non opinor, quod vllus ita attonitus futurus sit; quod nõ valde admiretur vnigenitum, qui non rapuit propter nos conspicuam & summam dignitatem in forma & æqualitate patris, voluit autem pati inanitionem in carne, & cum illa sermones ei congruentes & decentes, quod non magnificeit, vt nobis concederet suo opere nullis incommodis affici natura ad suum redeũte principium, & in ipso reducta ad nouitatem vitæ per sanctificationem spiritus. Declarat itaque Paulus incarnationis causam dicens: Verbum Dei non angelos suscepisse, sed semen Abrahæ. Vnde debebat per omnia fratribus similis fieri, vt misericors esset & fidelis sacerdos, in his quæ ad eum. Et iterum: Quoniam enim participes fuerunt carnis & sanguinis, & ipse similiter particeps fuit eorum, vt per mortẽ aboleat mortis habentem imperium, hoc est diabolum. Ad quid hoc dico, cum his qui volunt, manifestè audire liceat Christum clamantem ad cœlestem patrem ac Deum: Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi ecce venio, vt faciam deus voluntatem tuam? Quàm sapiens & salutaris erat erga nos volũtas patris, abolere in morte Christi peccatum, & peccati inuentorem ac autorem ab initio, & per sanctum sanguinem ab illis fieri redemptionem. Vnde & diuinus Paulus iterum scribit sic de filio: Et propter hoc itetum testamenti noui mediator est, vt fracta morte ad redemptionem earum transgressionũ quæ in primo testamento promissionem accipiamus, qui vocati ad æternã hæreditatem. Testamentũ enim in morte firmũ est, alioqui nunquam valet, quam diu viuit testator. Mori autem filium quandoquidem pertinebat ad dispensationis opus, & esset vtile velle mori quomodo non necessarium & vtile erat ipsi in naturam descẽdere, quæ mori potuit, non respuenti, dum semel illam vulgari etiam sermones & nomina paruitatis illius? Num igitur tibi videtur audax, vel insulsus sermo ille, vel ad aliquam declinans impudentiam?

HER. Minimè. CYR. Nam erat & est Verbum etiã in carne factũ quæcunque à carne. Quæ autem assumpsisse videtur per carnem, non erat in initio. HER. Tale autẽ quid est? nam profundus sermo, & captu difficilis.

CYR. Nónne deus erat Verbum, & verbum erat apud deum. Et nónne lux erat vera, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum? Nónne vnigenitus, & in sinu patris? Nónne superne venit, & super omnes est? Nónne & ipse de seipso dicit: Ego non sum ex hoc mundo? HER. Etiã. Dicis enim nobis ea quæ & diuina scriptura. CYR. Nunquid putas inanitionem in Verba operari iacturam naturaliũ, & proprietatũ quæ ab initio, vt conuersionem & immutationem quæ tandẽ offendant? HER. Nunquam existimarim. Nam scimus & credimus filium prestantiorẽ quàm vt vertatur, nobis scribente Paulo: Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula. CYR. Rectè amice, & per quàm sapienter. Nam si suscipiat quod offendat ac contristet gloriam & naturã suam, versione, quomodo adhuc idem intelligetur à nobis? Itaq; necesse est glorificare vnigenitũ quod stabilis sit in bonis in quibus erat, licet sit factus caro, & habitarit in nobis. HER. Necessarium est.

CYRILL. Itaq; eundẽ iam ad ea quæ carnis, vel propter carnem. Palpabilis factus est, qui impalpabilis. Quapropter & Thomas manu & digitis clauorum vestigia attingens dicebat: Dominus meus, & Deus meus. Visibilis apparuit qui inuisibilis, & de hoc dulcé cantilenam afferens diuinus Dauid, dicebat: Deus deorũ dominus locutus est, & vocauit terrã ab oriente solis vsq; ad occasum, deus manifestè veniet deus noster, & nõ silebit. Quando enim, vel vbi & quomodo manifestè nobis venit deus, qui & omnẽ vocauit terram, nisi & quando factus est homo vnigenitus, & quia à nulla creaturarum videbatur, conspicuus monstratus est propter carnem. Laborauit ex itinere, quando Samaritanorũ transiuit ciuitatẽ, & indigebat corporali cibo, quãuis daret esurientib. robur, iuxta prophetæ vocé. Is in quo viuimus & mouemur, & sumus, nobiscũ fuisse dicitur etiam in morte carnis. Igitur ô amice, tribuens hæc vnigenito etiam ante carnẽ, non læseris sanum & piũ de illo sermonem?

HER. Itaq; colligitur. CYR. Refutemus itaq; impiissimam viituperationẽ & impietatis crimina. Quęcunq; enim diuiniora sunt, & super nostrã naturam, filio tribuamus nondũ nobis simili facto. Quæcunq; autẽ humiliora sunt, & nostratũ proprietatum habent opinionẽ, dispensatiuè vertamus, & captiuũ ducamus omnẽ sensum in obedientiam eius iuxta scripturas. Ne dementia laboremus, quando Christus dicit: Et nullus ascendit in cœlum, nisi is qui de cœlo descendit filius hominis, etiam ipsam de cœlo, carnẽ deferamus, quãuis prophetа manifestè ostendat nobis sanctam virginem, & clamet aperte. Ecce virgo in vtero habebit, ac pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, non enim putamus Verbũ ex Deo in vtero corporali habuisse excellentiã existẽtię quam habebat in principio quando splendorẽ glorię ac characterem substãtiæ patris Paulus vocans incorporalem & ineffabilem natiuitatẽ sentẽtiis rationem nostram excedentib. designauit. H. Omnibus modis.

CYRILLVS. Igitur cum operibus, & quæ vtrique conueniunt intelligere oportet, sic enim recta ad veritatẽ peruenientes (neque Verbi sublimitatem in ignobilitatẽ detorquebimus per carnem, & ea quæ sunt carnis, neque ea quæ sunt carnis, & per illã nostra) omnino referemus in illũ propter dispẽsationem, sed seruamus magis vnigenitũ, quod immutabilis sit. Nam illum ipsum esse scimus, & ante copulã cum carne, & quando factus est caro, qualiacunq; humilia & remissa de illo propter humanitatem dicantur. HER. At si volueris omnia, aiunt, prout tibi placet, conuertere ad dispensationẽ cum carne, per quæ iam verbi naturam quídnam sit, inueniemus?

CYR. Igitur vix eximiæ, dixerim iam & ego tibi, si omnia torqueri volueris in hoc quod aliquãdo est verbi natura, vt interpreteris, quod factum sit homo, quomodo scias vel vnde? Nõn enim ex deitatis proprietatibus cognoscet quis humanã. Ei autem quod incõparabiliter transcendit etiam vniuersam

Heb. 2.

Psal. 39.

Heb. 7.

Ioan. 1. Ioan. 3. Heb. vlt. Ioan. 20. Psa. 49. Ioan. 4. Ioan. 3. 2. Cor. 10.

naturam, ac præstat, indubitate credendum est, quomodo dico, tribuetur manifestatio sic humilium? Bene autem videre & manifestè quod Deus erat Verbum, & non quod factum sit homo, non habet sat vtilitatis: sed si accesserit primo & sequẽtium fides, integri ad intellectum erunt fideles. Vnde sapiens & Dei prædicator Ioannes: Quis est, inquit, qui vincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius Dei? nomen enim nouum Verbo Iesus, & concurrens cum carnis natiuitate. Et propheticum oraculum iterum nobis astipulatur quod dicit: Et vocabunt nomẽ eius nouum hoc quod Dominus nominauit. Nónne ô amice, Gabriel virgini voluntatem Dei ac patris conspicuam fecit, dicens: Ne timeas Maria, ecce enim concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. HER. Verum. CYR. Igitur libenter à te audirem, relictis illis qui respuũt sacrarum literarum simpliciorem & seniorem sensum, similes arundinibus, quæ ad omnem impulsum facile agitantur, quamuis beatus Paulus sic clamet: Fratres, firmi estote & immobiles. Et deus ipse plurimum accusat tam leues ac mobiles moribus, pœnámq; receperint morbo, reprobationem. Dicit enim sic de quibusdam: Dilexerunt enim mouere pedes suos, & Deus non complacitum habuit in illis. Etenim firmiter & immobiliter stabilitum, ad omne quod conducibile firmum ac securum. HER. Quomodo igitur illorum sermones repellemus, si participatiuè in filio dixerint esse diuina?

CYR. Vir bone, id fiet non absque labore. Etenim res parum expedita est. Veruntamen veritas ex euidentibus rationibus facile indagari poterit. Primum quidem, si sic sapere voluerint, auferant illius, & præ aliis deitatis gloriam, omniáque potius confiteantur, quàm esse filium, vt commonstrentur obcæcatis Iudæis consentire, & ad summam impietatem detrahere illi, nihil parcentes. Volenti autem audire causas tam magnæ & intemperatæ arrogantiæ, dicentique: Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, propter quod illorum lapidatis me? clament absque amore Dei: Propter bonum opus non lapidamus te, sed de blasphemia: quia quum sis creatura, facis teipsum filium Dei. Attendere autem illis nos non debemus, nec audire in hunc stuporem cadentes, animo ægrotantes cordéque & mente corruptos, sed eos in quibus ipse Christus per spiritum inhabitat, & indidit synceram sacramenti cognitionem. En Paulus qui Deum audiuit, nominauit nobis filium vnigenitum, & imaginem ac similitudinem patris, & characteris loco suscipit propter omnimodam pulchritudinem, & acceptissimam, maximéque perspicuam effigiem. Corporeum autem cum incorporeo quid æquali typo effigiaretur? quomodo non iure videretur idem specie intelligi? Etenim quod longissimè à corpore formationes non sustinet, neque configurationes admittit, & in summa corporum proprietates quomodo susciperet? Etenim quemadmodum eorum quæ sunt corporum, propriè corpora palpabilia & sensibilia erunt susceptiua: ita omnino quæ sensatione superiora, & incorporea natura, non sunt capacia eorum quæ sensibilibus accidunt corporibus. Vel intelligis aliquid, & dicere ipse potes quod diuersum est ab hoc? HER. Non possum, quomodo enim? CYR. Age quoniam nobis incorporeus pater, habeamus in cogitationibus nostris creaturam transcendentibus, naturam eius maximè ineffabilem & immortalem: ac antiquorum indagemus opiniones, & deiíceps ad imaginem eius ab ipso non variantem, nempe filium eamus. HER. Eamus, rectè enim dixisti. C. Igitur descendit quidem in specie ignis super montem Sina, Iudaicam institutionem incipiens, quando & tubarum sonus altus, & distinctus in summitatem tendẽs, intolerabilem metum auditoribus incutiebat, sed ij parum sentientes de Deo, & palmo cœlum metientes his quæ in typo apparebant solis, Dei gloriam includebant, arbitrati secum ipsam Dei se vidisse naturam, quæ nihil aliud sit quàm ignis, & vox instrumentalis inaures susceptа. Hac ratione & gloriantes de Moyse Christi doctrinas ridiculas esse arbitrabantur ac dicebant: Moyses diuinus diuinam nobis ante oculorum sensus exhibuit naturam, & supernam nouem audire concessit, quomodo igitur Christus nos vt rudes, & à veritate aberrantes, atque ab ipsa causa deficientes redarguit? Amen amen, inquit, dico vobis, neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis, & Verbum eius non habetis in vobis manens, quia ei quem ille misit, vos non credidistis. Etenim quum liceret in filio Dei ac patris naturam bene contueri, miseri illi hoc quidem non faciebant, in igne autem & caligine ac fumo deitatis speciem respirare existimabant. Propterea paulò post, melius erudiens, & vtiliter diuino humanum connectens dicebat Saluator: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Nam quum fides non sit simpliciter in hominem, sed in Dei naturam, & erat verbum in carne, propterea non exerceri fidem in ipsum, bene declarauit. Quod autem sit in identitate per omnia cum Deo ac patre propter naturalem effigiem, etiam substantiæ in specie identitatem manifestabat, dicens: Qui videt me, videt eum qui misit me. Quoniam autem pater clare in filio, & absque variatione videtur & cognoscitur, communia quodammodo iam omnia ipsis, imò vnius deitatis propria intelligantur meritò, in vtrisque. Dicebat etenim ad patrem suum ac Deum: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Nihil est enim quod imaginem cum suo exemplari, & exemplar cum sua imagine, diuersa esse faciat, secundum quod in similitudine & in specie idem sunt. Vnde incõsiderantius interrogante vno discipulorum ac dicẽte: Domine, ostende nobis patrem, ac sufficit nobis. Non relinquens intaxatam quæstionem, inquit: Tanto tempore vobiscum sum, & nondum cognouisti me Philippe? Qui videt me, videt patrem. Non credis quod ego in patre, & pater in me? Ego & pater vnum sumus. Nam quod quasi facies Dei ac patris sit, docebit facile Psaltes vno loco, dicens: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Alio autem loco, in persona eorum qui in illum crediderũt: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: Obsignati enim sumus sancto spiritu ad effigiem & similitudinem faciei patris, hoc est filij. Et testificabitur Paulus, scribens: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini in speculo contuentes, ad ipsam imaginẽ transformamur à gloria in gloriam tanquam à diuino spiritu. HER. Quamuis autem & persona, & imago, & similitudo nominetur à nobis, nihil hoc propositionibus præiudicabit. Non enim patris, sed voluntatis eius imaginẽ & similitudinem ipsum esse dicimus. Itaque secundum quod voluntate idem, si quis viderit filium, ipsum iam contemplatus fuerit patrem.

CYRIL. Quàm stulta est hæc consideratio, & postrema improbitate plena, & quàm pueriliter hoc dicunt facile est videre. nunquid enim voluntatem esse dicunt patrem? & quia est voluntas, hoc intelligi eum volunt, vel ponẽtes eum in propria substantia, tunc tribuunt ei voluntatem? HER. Et quomodo esset diuinitas simplex, si & in substantia intelligatur, inquit, & in voluntate distinctè. Nam sic quodammodo esset ex partibus concurrentibus ad integritatem vnium compositus? C. Itaque quandoquidem simplex est Deus, & melior quam vt compositus sit, rectè tibi videtur, non alia ab illo esse voluntas eius. Voluntatem autem quis dicens, Dei ac patris significauerit naturam? HERM. Videtur.

CYRILLVS. At voluntas in subiecto, sicut & artificum species. Etenim velle vel non, accidit non ipsi, nempe ei velle, sed alteri potius, in quo est velle, vel quomodo? H. Sic.

CYRILLVS Est igitur in altero esse patris: & accidit cuipiam existere illum, & compositus erit tibi crassius & vilius nunc quàm tunc. Nam alteri est quod est, non sibiipsi. Siquidem voluntas quidem mea, mea: alterius autem voluntas ipsius in ipso. HERM. Quomodo igitur simplicibus, & incompositis alia ab ipsis sunt quæ ipsorum sunt?

CYRILLVS. Quemadmodum si & ex mente intelligatur voluntas, fontem habens scaturientem mentem, & radicem quasi ante substratam, in quo versetur, tanquam més. Mens enim motuum, qui in ipsa, & cogitationum dominatrix est, qualitas autem motionum in quodliber, & singula voluntas multiplex quædam existens, & rerum qualitatibus ac differentiis, quasi quibusdam tincturis colorata, ad hoc quod aliter & aliter habeat. Plurima enim in nobis voluntatum est differentia, quæ nonnunquam etiam inter se contrariò distant. Non enim eo quod volumus bonum, eo & malum: neque ob quod voluerit quis esse sapiens, ob hoc ipsum erit & contrarium. Proinde omnino stupidum arbitror dicere voluntatem esse existentiam patris. HERMIA. Etiam.

CYRILLVS. Itaque siquidem est voluntas ipsa secundum

dum se in differentiis. Nemo autem recte cordatus sic opinabitur se habere dei naturam. Non enim voluntas pater, sed intelligitur in existentia propria, connaturalem & simul absq; principio, quasi voluntatem habens suum filium, non compositos sicut illi dicunt. Habens autem sic, quod esse intelligatur, etiam ea quæ in simplici natura & sapiente, & quod præter illa otiosum sit: at diuinitas supra mentem & omnem rationem, amice. Nónne sic habet? HER. Dico quidem. Quoniam autem nos minasti nobis consilium & voluntatem patris filium, nunquid poteris hoc ex sacris literis astruere? C. Quomodo enim nõ? & opinor quidem abunde satis persuasurum nobis Dauid deo ac patri cantantem: In consilio tuo deduxisti me. Ostendit autem nobis sermo, etiam per alias sentẽtias veritatem exquirens. Nónne omnia facta sunt per filium, & absque ipso factum est nihil, secundum vocem Ioannis? HER. Sic habet. CYR. Psallit autem alicubi Dauid, & vniuersorum opificem patrem ac deum admirans dicit: Quàm magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Sapientiam opinor filium vocans. HER. Quid igitur hoc? C. Quia ô amice voluntas dei siquidẽ ab illo non est alia, & non absque sapientia. Sapientia verò filius est, quomodo intelligeretur in existentia quæ per se pater? transisset enim quodammodo in filium, & quasi iam cõmutasset esse hoc quod est, sapientia factus. Siquidem est voluntas non participatiuè habens sapientiam, sed ipsamet, & tota sapiẽtia, adiicerem autem quod & imago sibiipsi apparuisset filius, siquidem existens ipse sapientia & voluntas, & imago patris, qui etiã nominatur consilium & sapientia. HER. Apage cum absurdis cogitationibus. C. Verè maxime abominabiles, & multam peruersitatem habent. Itaq; accepimus filium esse imaginem & similitudinem exactam substantiæ dei ac patris, & non solam ipsi adaptamus eam quæ per se est, voluntatem, dignum censentes eminẽtia super creaturam, sed in forma clarissima dei ac patris ad omne quod illi agnatum, tribuentes ei naturaliter. At si quando quidem est simul volés, hac ratione dicunt ipsum existere etiam imaginem patris. Hanc autem habens naturam & conditionem, non formidauit dicere: Qui videt me, videt patrem. Ego in patre, & pater in me, ego & pater vnum sumus. Probabile opinor voce illa admirabili & sublimi, & fiducia loquendi soli filio cõgrua, quasi corona quadam redimiri Dauidem, & valde gloriari in illo manifeste dicentẽ: Ego in patre, & pater in me: Qui videt me, videt patrem: Ego & pater vnum sumus. Nónne virum deo viderit quis factum, idem volentem? Dixit enim alicubi de illo ad beatum Samuelem: Inueni Dauid Iesse filium, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. HER. Probabilis sermo, verun tamen non securus. CYR. Imò minime ô amice, verisimilis, sed ostendens absurdam nugacitatem, quam nescio quomodo proponere nõ erubescant aduersarij. Nihil enim nos solum velimus simul & idem quod pater, faciet ad imaginem & similitudinem naturalem eius, faciet autem hoc & sola naturæ simi litudine, substantiæ clara effigies, ex illo per omnia prodiens.

HER. Itaque secundum diuinam imaginem quomodo ipsi essemus? CYR. Tanquam habentes in nobis filium inhabitantem, & characterem diuinum in nobis possidentes. Conformes enim per illum efficimur dei, species autẽ super omnes & summa, quæ est filius per spiritũ, signatur in animabus nostris. Vnde & Paulus Galatis scribit, qui in deterius leuitate excideRant: Filioli mei quos iterũ parturio, donec formetur Christus.

HER. Optime dixisti. C. Stultum autem, & alia ratione valde inconsideratum, filium non dici imaginem substãtiæ patris, consiliique ac voluntatum. Etenim Philippus inquit: Ostende nobis patrem, & non voluntatem patris. Filius autem seipsum exhibens in imaginem patris, inquit: Qui videt me, videt patrem: quamuis oportebat volentem non mentiri, imò non habentem dolum in ore suo, quod illis videtur non sic dicere, siquidem erat non sic habens: sed solus sciens patrem, & à solo cognitus patre, non nudæ nobis & sine existentia voluntatis imaginem, sed characterem magis substantiæ eius, qui se genuit declarauit, dicens: Qui videt me, videt patrem. HER. At siquidẽ sic sapere verisimiliter cum ipsa veritate persuasi sumus, viam quidem imus bonam. Veruntamen scias & illud dicere, cuius, ô optimi, character esset? omnino non in subsistẽtia qua per seipsam, sed neque proptiam habebat existentiam, sed magis intelligetur in subiecto, & habebitur vt accidens, licet insparabiliter insit, quẽadmodum scilicet species corporibus. Itaque sine existentia filius, siquidẽ est sicut character in patre. CYR. Peruersis illis, inutile, vt videtur, & turpissimis connumerandum, velle intelligere optima, & quæ certa sunt, casumque nullum metuunt: sed in precio est animo ægrotare, & pro nihilo habentur apud illos perpetuè solida, & bene se habere vitio datur. An non melius intelligere, quod naturam filij, quænam sit, mente nostra cognosci nullo modo sit possibile, multoque ampliorem esse quàm vt possit virtute sermonis enarrari? Gloria enim domini occultat sermonem, sicut scriptum est. Cognitionem verò tanquam in speculo ex multis cõsiderationibus, non sine sudore, & vix acquirimus: subtilibus autẽ valde & eliquatis imaginationibus cogitationum, contemplationem quasi per speculum in ænigmate, in mentem congregamus, firmitatem in fide lucrifacientes. Quoniam in creaturis & his quæ generationem & corruptionem habet, nihil exacte & propriè elaboratum est ad claram effigiem, summæ & naturę & gloriæ, intelligimus vix ea de illa decernentes quod vtile ad manifestationem in singulis vtilibus rebus palma quasi merientes cœlum valde breui, quantum situm est in nostra mente ad ea quæ supra vniuersa sunt, instruere non detrectamus. Lucem & vitam, & sapiẽtiam, & virtutem, & alia quædam cum illis dicimus esse filium. Nominatus enim sic est à diuinitus inspirata scriptura. Sed non in vnoquoque nomine ineffabilem eius naturam includẽtes ex diuersis ipsum cõpositum esse dicimus, & in vnum aliquod integrum vix complicatum. Simplex enim est, & vnius formæ, sed ex plurimis ipsi agnatis substantialiter imus ad subtiles quosdam splendores contemplationis & congruæ cõsiderationis de ipso. Itaque si dicatur character substantiæ patris, inseparabiliter cognatum simul existere intellige, & quodammodo speciem eius qui genuit. Quando autem & splendoré quasi luminis emissi & fulgurantis in mente habeam, quæ ex patre quasi ad exterius euagatur, neque omnino separarim à substantia à qua est, neque omnino contractè, sed quodammodo prospectantem, vt per se subsistat, & in propria existẽtia. Moratur enim in patris natura quasi radicem ipsum habens filius, & sectionem omnino non sustinet. Veruntamen proprie substitit, & est filius verè, non sine subsistentia character, neque iniectus vel accidens sicut species in corporibus. Vita enim existens secundum naturam, quomodo intelligeretur non subsistere? an non audisti dicentem: Ego sum qui sum, hoc meum est nomen, & memorale sempiternum in generatione & generationem?

HER. Bene dicis. Tempestiue autem nobis existere dixisti, & vitam filium omnio characterem & exactam similitudinem eius qui est & viuit patris. At dicunt, quid? licet hæc sic se quidẽ habeant, vitam tamen accipit à patre. dicit enim ille: Quemadmodum enim pater vitã habet in seipso, ita & filio dedit vitam habere in seipso. Quin & alio loco non aliter: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, ille viuet propter me. Paulus quoq; nobis dixit: Deus autem diues misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos: & nos quum essemus mortui peccatis, viuificauit cum Christo. Gratia estis seruati, & congregauit, & simul sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, & in summa per omnem, vt dicitur, diuinam scripturam viuificatur à patre, & vitæ videtur particeps. Quomodo igitur verè obuiabimus aduersariis, libẽter ex te audiuerim. CYR. Nónne tibi videor optime dicere, & à scopo non errare, astipularique nobis scripturam diuinam quod filius non sit intelligendus esse voluntatis partis, sed substãtiæ & subsistentiæ character? HER. Optime quidem, nũquam quod rectum est ac bene dicitur, negauerim. CYR. Ea quæ in rebus non solum ad figuram & speciem cuiusdam formata sunt, sed substantialem magis sortita sunt effigiem, connaturalia omnino sunt, & similitudinem ad quodlibet perfectè assecuta.

HER. Quomodo dicis? Non enim mihi sat manifestus est sermo. CYR. Hominis statua facta ex ære vel saxo, vtrum alicuius substãtiæ vel etiam speciei ac formæ effigiatio est? HER. Speciei scilicet. C. Iam filius cuiusp iam ab ipsa substantia in hoc formatus, & summè elaboratus ad similitudinẽ eius qui genuit, de rationibus loquor quæ sunt iuxta naturã, nónne etiam postea intelligeretur naturalis & substantialis imago? H. Etiã. C. Itaq; quũ sit manifestũ & euidens, quod filius existat chara-

cter subſtantiæ dei ac patris, illæſamque & ſynceram diuinam in ſe oſtendit pulchritudinem, manifeſte dicens: Ego in patre, *Ioan.14.* & pater in me eſt.&: Qui videt me, videt patrem. Quomodo igitur non fuerit neceſſarium quod deitatis proprietatibus exiſtens ornatus, quemadmodum ſcilicet & pater nullo modo amittat eſſe vitam & viuificum, vt ne per imaginem is cuius eſt imago contumelia afficiatur. Conſectaneum enim erit. (Siquidem non ſic habet, quantum attinet ad filium qui eſt imago patris) vitã quidem nõ iam, ſed vita potius indigum, & ab alio participem, etiã ipſum patrẽ in ſuſpicionem venire, vel quomodo hoc quod viuificatur abſque variatione ab hoc quod viuificat, quum abundanter poſſit aliis quibus opus habent diſpenſare, poſſit autem propriæ naturæ non ſufficere. HER. Bene dicis. C. Si autem vitæ participem, & non ſecundum naturam vitam exiſtere filium nugati fuerint, vnde diuinã eius naturam aliam eſſe ab eo quæ in illo vitam, intelligere non poſſim, nónne neceſſarium, quod in participatione cuiuſdã factum eſſe creditum eſt, aliud natura ab illo eſſe, vt ne quid dicatur & videatur ſuiipſius eſſe particeps, ſiquidem eſſet eiuſdem naturæ?

HER. Neceſſarium. C. Itaque ſi non eſt vita ſecundum naturam filius, in propria omnino erit natura particeps, quaſi alterius quæ in ipſo eſt vita, id quod ipſe eſt: reſpondeant igitur qui tam corruptis ſuffragãtur dogmatibus, ſub quónam genere erit iuxta illos? Prius enim dixit ſermo noſter quod non ſit factus. HER. Vita, inquit, facta eſt à patre. Dixit enim Ioãnes: *Ioan.1.* Quod factũ eſt in ipſo, vita erat. Verbum cuius eſt vita. C. Igitur qui iunxit ambo in vnum, & colligit vitam, & filium non alium eſſe dicit à vita quę in illo, vt diuerſæ nominarit naturam quæ à nobis intelligitur ſignificati vnius, ſiue filius, ſiue vita dicatur. HER. Sic dico. C. Num factam eſſe à patre ſuſpicati ſunt vitam? & quomodo non ſtultitiæ accuſabuntur? Nónne quod factum eſt dicere productum eſſe ex non exiſtentia, etiam nolentes neceſſarium? Illud quod productum eſt, vt eſſe inciperet, ſortitũ eſt nõ eſſe, multo antiquiùs quàm eſſe. Atqui hoc nõ eſt vita, Abſit. Vita enim eſt, non quod adductum eſt ad vitam. Conuenit autem ei potius ſemper eſſe, & exiſtẽtiam habere principio, fineq; carentem. At ſi ſapienter eſſe putant conſideratum, exiſtere illis verbum in participatione vitæ, tametſi intelligatur vita dimiſſo filio, audiant quod vita dicat, ſe viuificam & non viuificatam, quemadmodum ſcilicet & lucem ipſum dicentes, & ſapientiam ac virtutem, non quod luce indigeat, & ſapientia priuetur, & virtutem quę ab alio deſideret, ſed magis illuminantem, & ſapientes facientem ac corroborantem alios. An non viam videor tibi ire rectam, & non deflexam, & calculis legalibus laudatam? Dixiſti enim vadas via regia.

HER. Et valde. C. Quod autem habitudine naturali accipit, & vix omnino eſſe hoc quod eſt, quomodo æqualiter fieret cum eo quod concedit, participem fieri, & largitur aſſequi ea *Ioan.5.* quæ propriè ei accidunt? Audio enim dicentem filium: Quemadmodum enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ita & filius, quos vult viuificat: & valde meritò. Operatur enim æqualiter, & non cum variatione, patris & filij natura. vita enim eſt pater, vita autem & filius non minus quàm pater. HER. Sed opinor dicerent: Heus tu fabulas dicis, mens enim tua iam ad nihilum tranſit, & aberrauit ab exactioribus ſententiis. Et quod pater eſt vita excellentiore modo, id adulterat & extenuat. Vbi enim vel vnde æqualis fieret filio, ſi vocaretur vita? CYRIL. Si parum morati fuerimus in ſermonibus illis, ludere nos puta- H mur. Hi autem ſua dogmata adiuuent, & attentent ſuadere quod melius, ſed ſcio quod nõ poſſint hoc facere: ſed docebũt, quod libuerit, & pugnabunt contra filium, etiam ſuis legibus vniuerſorum reginam naturam ſubiugantes, & honorare putant patrem, dum filium ex eo ſecundum naturam natum ſuis opinionibus, vt minor ſit, offendunt, quamuis manifeſte dicat: *Ioan.12.* Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, videt eũ qui miſit me. Nã quomodo videremus vitam exiſtentem ſecundum naturam & filium? Cur autem nõ *Ioan.14.* & dicenti credendum: Ego ſum via, & veritas, & vita? Cum articulo autem, & ſingulariter ſeipſum eſſe dicens vitam, an non patrem ac deum ſuum negauerit eſſe vitam, niſi vnius naturæ ambos eſſe dederimus, vt per ambos ad nos æqualiter vitam venire, & non ex duobus, ſed ex vno deo nos viuificante. HER. Sic habet. CYR. An non in ipſo viuimus, mouemur & ſumus? HER. Omnino conceſſerimus veracem eſſe ſanctum Paulum. CYR. Verax quidem, quomodo enim non? Nam viuit in ipſo, & loquitur Chriſtus, qui eſt veritas. Vide igitur ô amice, quod deo quidem patri viuimus, & mouemur, & ſumus. Atqui eſſe, & viuere ſuppeditat, non alius ab eo qui ex illo natus eſt filius, qui exiſtens in patris proprietatibus conſpicuus, & vitę naturalis germen viuificum quaſi bonum proprium vitam indigẽtibus immittit, & totam creaturam, vt ſit conſeruat. Proinde & Iudæos alloquens, inquit: Amen amen dico vobis, non Moſes dedit vobis panem de cœlo verum. Panis enim dei eſt, *Ioan.6.* qui deſcendit de cœlo, & vitam dat mundo. Iam propriam nobis ſignificans naturam: Amen amen, inquit, dico vobis, qui credit, habet vitam æternam. Ego ſum panis vitæ. Igitur ſiquidem æqualiter, & ſine variatione operatur in nobis filius, videlicet ſecundum quod eſt vita, & non minus quàm pater, quomodo non in æqualibus dignitatibus ſubſtantiæ ipſum ponunt nonnulli, ſiquidẽ recte de illo ſentire & conſiderare valent? HER. Sed ſequemur ea quæ ipſe filius dixit. Dixit enim manifeſte: Quemadmodum pater habet vitam in ſeipſo, ita dedit & filio *Ioan.5.* vitam habere in ſeipſo. C. Appone quod reliquum, vel certe veritati iniuriam te facere ſcias. HER. Quidnam? CYR. Quia hoc quod his quæ dixiſti neceſſariò & vtiliter ſubiunctũ, hoc eſt, & poteſtatem dedit illi ac iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. HER. Videris, opinor, velle id ſignificare, quod vitam accipit à patre, non qua intelligitur & eſt deus, ſed qua factus eſt homo, qui natura quidem non habet quod ſit vita, ſed à deo vitæ potius particeps eſt. C. Quid? Num tibi ipſi magis tribuis iſta, quàm ita inconſiderate mihi? Nónne audiſti dicentem, quod pater dedit filio habere vitam in ſeipſo, & iudicandi poteſtatem, quia filius hominis eſt? HER. Audiui, ſed dicunt nunc, dari ordinatum eſſe ad ſolum iudicium. Nam lex iudiciũ, vt eximium honorem deo tribuit. Dicit enim creatura dei eſt, accipit dei gloriam, & dei honorem vt homo. C. Porrò viuificare ô optimi, alteri ne magis quàm deo congruit, quum & ſa- *1.Tim.6.* pientiſſimus Paulus Timotheo ſcribens nobis dicit: Teſtificor coram deo viuificante omnia. HER. Congruit etiam hoc, aiunt deo: & cur non? C. Quod deo congruit, & ſubſtantaliter tribuitur, nónne hominis naturæ datũ eſt & aduentitium? HER. Etiam hoc verum eſt. C. At Chriſtus homo ſicut nos, licet intelligatur deus ſecundum quod prodiit ex deo.

HER. Etiam, quomodo enim non? Itaque quum proprium & eximium diuinę naturę opus ſit, quod vt homini datũ, nempe vita, ſed pater dicitur filio dediſſe vitam. C. Appone tempus, & ſoluetur quæſtio, tunc enim & viuificari dicitur, & vita ſecundum naturam ipſe exiſtens, quaſi ex deo & vita. Vnde & quum pater dicitur quaſi non habenti filio ſuppeditaſſe vitam. Viderit quis etiam abſq; magno labore, filium illi eſſe, vitæ ſuppeditatorem, & nõ dicimus ſecundum quod intelligitur deus, ſed ſecũdum quod apparuit homo, quod vita donum ſit, & externe adhibitum. Dixit enim beatus Paulus: Si autẽ ſpiritus eius, *Roman.8.* qui excitauit Ieſum ex mortuis habitat in nobis, qui ſuſcitauit ex mortuis Chriſtum Ieſum, viuificabit etiã mortalia corpora noſtra, per hoc quod ipſe ſpiritus habitat in nobis. At Dominus noſter Ieſus Chriſtus non aliorum efficaciæ, ſed ſuæ rem hanc tribuẽs, ad Iudæos dicit: Soluite templum hoc, & in tribus die- *Ioan.2.* bus reſuſcitabo illud. HER. Quomodo igitur operatus eſt pater in filio vitã, quum reuixerit Chriſtus ſuis virtutibus & efficacia? C. Quia quum pater ſit vita, filius declarans ſubſtantiam genitoris, vita ex illo ſecundum naturã, & verè prodiit, & totus quidem exiſtens in patre, ferens autem etiam integre in ſe ipſo patrẽ. Hac ratione patris opus, filij dicimus: & id quod filij operatur, hoc eſt opus patris. Vnde & demonſtrans ſuã operationem eſſe ex patre, & in omnibus æqualiter ſe operantẽ, euidens ſuæ cum illo conſubſtãtialitatis indicium, doctrinæ auidis apponit: Si non facio, inquit, opera patris mei, non credite mihi: ſi autem facio, & ſi mihi non creditis, operibus credite. Alicubi *Ioan.8.* iterum ait: Pater in me manẽs ipſe facit opera. Nõ enim ea quæ diuino modo facta ſunt humanitatis conditionibus attribuẽda intelliguntur, ſed naturæ tribuit ineffabili, & omnem mentem tranſcendenti. Propter hoc dicit: Et ſi mihi non creditis, operibus meis credite. Etenim quæ diuino modo & ſuper rationem, non ſinunt opinionem & fidem in illum verſari in exinanitionis menſura. Exaltatur enim quodammodo & homo minime nudus,

nudus, ſed Deus etiam, quia & ex deo eſſe cognoſcitur. An non verum quod dico? HER. Vtique ita eſt.

CYRILLVS. Sed illud ferè omiſſum eſſet. H. Quid nam dicis? CYR. Pauli dictum commodum allatum, in quo manifeſtiſſimè docebatur, quod per ſanctum ſpiritum à patre viuificatio, in ipſo Chriſto, & in nobis perficitur. Dixit enim: Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum ex mortuis habitat in nobis, viuificabit & mortalia corpora noſtra, eo quod ſpiritus eius habitat in nobis. Igitur pater per ſpiritum viuificus, non vt per creaturam viuificans creaturam, ſed vt in participatione naturæ ſuæ, in ſui transformans vitam, quod vitam in propria natura non habet. Datam enim creaturæ, ſcio dicent vitam. H. Dicerent. Dicetur autem & à nobis hoc: Quid enim habes quod non acceſpiſti? Igitur viuificans eſt ſpiritus ſanctus, quem qui accepimus, participationem Dei ſolius & veri vt vitæ, aſſecuti ſumus. CYR. Aſſentior, rectè enim ſapis, quandoquidem & in nobis ipſis participationem Dei & præſentiam ſpiritus implet. Memor enim ſum Ioannis ſic ſcribentis: In hoc cognoſcimus, quod Deus in nobis eſt, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. C. Vide igitur amice, diuini ſpiritus ſuppeditatorem ac datorem filium, qui ex Deo prodit. *Ioan.20.* Inſufflauit enim in diſcipulos ſuos, dicens: Accipite ſpiritum ſanctum. Iam quomodo non eſſet abſurdiſſimum vitæ aliquem exiſtere ſuppeditatorem, qui non ſit vita, ſecundum quod illis, neſcio quomodo, videtur. Quamuis quid vnquam meritò dixerim, ſiquidem nõ eſt vita, quod vt bonum proprium immittit ſpiritum, & modo quodam ſecũdum inſufflationem, ſe ſuppeditatorem eſſe vitæ declarat? Quãdo igitur dicitur vitæ particeps filius, hoc eſt quod viuificatur à patre, diuinam ſtatim expende naturam, quæ tota quodammodo in patre intelligitur, in quo & ex quo etiam filius & ſpiritus viuificus iis, qui vitam externè aduenientem habent, viuificationem operatur, nõ quaſi ineffabilis naturæ inſtrumentum, ſed quaſi donans per ſeipſum creaturæ totam illius qualitatem, & reformans id quod corruptibile ad longiorem vitam. Sententiis autem quæ de hoc perſuaſus, viuificationem in Chriſto factam eſſe inuenies, ad hoc ſolum viuificabilem quatenus eſt homo. Etenim qui ex patre verè & vnigenitus, ſuæ carnis corruptionem auertebat, & proprium templum morte reddebat præſtãtius, Etenim quia erat, deúſque eſt, & ex ipſo vita ſecũdum naturam, hoc eſt patre, natus eſt. Manifeſtus & verus teſtis hic ſit diuinus Ioannes. ſcribit *1.Ioan.1.* enim ſic de illo: Quod erat ab initio, quod audiuimus, & quod vidimus oculis noſtris, quod ſpectauimus, & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ ſcilicet erat apud patrem, & manifeſtata eſt nobis. Manifeſtius quoq; *1.Ioan.5.* faciens, quæ nam ſit vita ab ipſo dicta, iterum inquit: Et ſcimus quod filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus Deum verum. & ſumus in filio eius vero Ieſu Chriſto. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Vbi enim omnino vel quomodo intelligeretur, & exiſtens ab initio & Deus verus, ſi non ſortitus eſſet eſſe perpetuum, & eodem modo ſe habens, multóque antiquius & ſublimius, quàm vt exiſtere incipiat? Vita enim ſecũdum naturam exiſtẽs, tunc recte agnoſcitur. Hoc enim Deo vero congruit, & cõtrarium pugnat etiam cum nomine eius quo dicitur, Qui eſt. Ego enim, dicebat, ſum qui ſum, hoc meũ nomen eſt, & memoriale æternum in generatione & generationem. HER. Si concedis aiunt, patris efficaciam illi, & hoc *Ioan.14.* abſque variatione, quaſi æqualis virtute ſit illi, vbi quod minus *Ioan.20.* iam eſt ſeruabis illi, quum manifeſtè dicat: Pater me maior eſt. Et iterum: Vado ad patrem meum, & patrem veſtrum: & Deum meum, & deum veſtrum. Sciebat enim eſſe deum ſuum patrem. C. Itaque ſi non natura, & verè Deum eſſe credunt filium, creatura dicent omnino & aliud præter hoc nihil erit. De his autem qui ſic ſentire voluerint, congruenter opinor illud dici: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem *Hier.29.* lachrymarum, & plorabo populum die ac nocte, & omnes pij amatoréſque Dei inclament illos: Abalienati eſtis à Chriſto, excidiſtis à gratia ipſius, & ſors veſtra Deus quidem non eſt, abſit, ſed nothus quidam ſimpliciter & falſi nominis, fictam deitatis gloriam habens. Seruierunt verè creaturæ ſupra creatorem. Propter hoc quod crediderunt minorem eſſe quàm patrem, & aduentitiam vitam habere filium, imò & in his in *Gal.5.* quibus creatura non habet propriam vitam. Iam cur adorare ſolent, quem creaturæ conditionibus alligant, & ſubſtantiali eminentia ſuper omnes, impiè priuant. Quamuis manifeſte dicat: Qui ſupernè venit, ſuper omnes eſt. Minimè enim quaſi eminentiam per comparationem ſublimitatem filius poſſidebit, quandoquidem in eo quod dicitur omnia, facti vniuerſi infertur manifeſtatio, quod exiſtat ſuper omnia, nequaquam habens quod ſit inter creaturas, quaſi proprium vt filius, alioqui non in omnibus eſt, ſed ſuper omnes exemptus, eo quod in ſummum peruenerit faſtigium, vltra quod omnino nihil. An non deus nomen ſuper omne nomen eſt, ſicut diuinus Paulus dixit? HER. Etiam. C. Hoc autem erat filius: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. H. Iam quid dicemus, ſi obiecerint ſcripturn eſſe de patre, quod dederit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen? C. Si apponerent nobis ô Hermia, quod velint docere, qua ratione & quomodo filius, quod ſit Deus externè habeat, quamuis ſortitus ſit dignitatẽ, quæ ſe ſecundum naturam comitetur, hinc opinor ſe fundant, & contentionem relinquẽtes, vt morbum apoplexiæ, ceſſabunt quidem calumniari ineB fabilem ſubſtantiam filij, ſapereque volẽt nobiſcum recta. Verunramen illi quidem, vt probabile eſt, vrgebunt ad defendendas ſuas opiniones, & mendacio pugnãdum, & alacriter patrocinandum non alio ardore, quàm quaſi vellẽt armari in bellum & prælium ante pueros & mulieres. Nobis autem volentibus ſubtiliter loqui, operæprecium eſt infirmare quæ iudicata ſunt, & indoctioribus veritatem quàm difficilius acceperant denudare. HER. Bene dicis? C. Dixit enim diuinus Paulus de vnigenito, qui quum in forma Dei eſſet, non rapi- *Philip. 2.* nã arbitratus eſt, quod eſſet æqualis Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, forma ſerui aſſumpta, in ſimilitudine hominum conſtitutus, & figura repertus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortẽ autem crucis. Quapropter & Deus illum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium, ac terreſtrium & infernorum, omníſq; lingua cõfiteatur, quod Dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam Dei patris. Núquid & ipſe incarnationis verbi tempus nondum intelligentibus, manifeſte dicet, quod non ea ratione C qua intelligitur Deus exiſtẽs Verbum, ſed qua apparuit homo, in deitatis aſcenderit gloriam, & quando cum carne, & quãdo exinaniuit & humiliauit ſeipſum tunc & exaltatus eſſe dicitur. Porrò doce, audiam enim te libenter, & dicroganti. H. Quid nam dicis? CYR. Humiliauit ſemetipſum vnigenitus, dimittens ſe in ſerui formam, & ſuſtinuit crucem ignominia cõtempta, factúſque eſt obediens vſque ad mortem, quapropter, inquit, dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, vt in nomine Ieſu omne genu ſe flectat cœleſtium ac terreſtriũ, & infernorũ. Nunquid mercedem bonorũ operum & donum obedientiæ, & coronam fortitudinis, ſicut nos poſſedit, ſic vocari et adorari à ſanctis angelis, et ab his qui ſuper terram ſunt, et ab his qui iam inde emigrarunt. H. Videtur. C. Dicam non curãs etiam ſi nunc minus decorũ videatur. Quandoquidem neceſſarium hominũ lapſibus et noſtris peccatis erat vnigenitũ pati, maximã quidẽ habeat gratiã ipſe, ſciat autẽ quod humanitatis crimina illi diuinæ gloriæ occaſio fuerint. Nã ſi nõ peccaſſemus, neque factus eſſet nobis ſimilis, neque ſuſtinuiſſet crucem: et ſi nõ mortuus fuiſſet, neque aſſecurus eſſet vt adoretur, et à nobis, et à ſanctis. H. Audax quidem ſermo eſt, veruntamẽ probabilis. C. D At ſi etiam inæqualitate ac in forma patris, conditionum exinanitionis non exiſtens particeps, qualem haberet gloriæ acceſſionem, ſuſcepto nomine ſuper omne nomẽ ſecundum inanitionis tempus? Nónne intelligis vnde ſermonem ipſi colligant, ſi ſubtilius ſcrutinium fiat? H. Intelligo. CYR. Vis igitur, vt hoc præterito, quod ſubtilius videtur ad illud eamus, quod vnigenitus Deus fuerit in principio, et in forma, et æqualitate patris, quamuis paruus in præteritis inſumptus ſit ſuper ea re ſermo. HER. Et valde. CY. Itaque per vocem quidem Eſaíæ dicit Deus et pater: Ego Dominus Deus iã ab initio. Audiet autem quis ad illum etiam ipſos ſanctos clamantes: Nónne tu ab initio Dominus Deus noſter, et non morimur? Ecce deus ab initio nominatus eſt, et eſt verus Deus ac pater. Cęterum diuinus Ioan. ad nos ſermones de filio faciẽs, inquit: Quod erat

1. Reg. 1et 2. ab initio :quod audiuimus,quod vidimus oculis noſtris,& manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ. Scribens item nobis,al- E loquitur quoſdam,dicens: Patres qui nouiſtis eum, qui ab initio,& quiſnam ille ſit?Idem iterum dicit.Hæc dicit,qui erat,qui
Apoc. 1. eſt,& qui venturus. H. Dicent autem & ipſi,quod fuerit quidem ante creaturam: quod autem & Deus ſit,nondum manifeſte.Accipitur enim vt non ita manifeſtè ſe habens. C. Iam quomodo non tempeſtiuè ijs qui tam repudiabilem proferunt ſermonem,merito indignamur,dicentes: Surdi audite,& cæci reſpicite. Nam licet Theologus & Euangeliſta non ſimpliciter ſcribat quod erat,ſed manifeſtè,quod erat Deus Verbum. Ipſi quaſi ex vino & ebrietate inconſiderate ad omnia ruentes, veritatem irrident. Age etiam per alias ſententias tranſeuntes agnoſcemus, quod Deus ſecundum naturam ſit filius. Nónne conuenit verè & ſecundum naturam Deo, comprobare & laudibus celebrare eos qui legẽ habent vitæ ſuæ ducem, nobiléque & circumſpectam viram venerantur: punire autem eos qui peccauerunt, vtpote arrogantes & contumaces, & legibus ſupernis inſanè obluctantes. H. Congruit. C. Quid? poſſe implere omnia, & tranſire per omnia, & ſequi in omni- F
Iac. 1. bus, concedes etiam alteri naturæ à diuina? H. Non equidem,quare enim non ita haberet? C. Deo viuere, deóque gloriari, nónne dices ſanctis eſſe maxime congruum? C. Valde ſcilicet. HER. Perge igitur,& illud dic.
HER. Quod nam? C. Nónne omnis donatio bona, & omne donum perfectum, ſupernè deſcendit à patre luminum? Sermo autem ſapientiæ inter omnia clariſſimum donum eſt. HER. Aſſentior, ita enim ſacra ſcriptura dicit. C. Itaque vide quum ſuperna dona à patre ad nos veniunt,filium eſſe diſpenſatorem & præfectum,& illorum poteſtatem habere. Dicit autem Paulus: Vnicuique veſtrum data eſt gratia ſecũdum
Exod. 4. menſuram donationis Dei. Quin & alio loco ad Moyſen ſanctiſſimum locutus eſt Deus: Quis dedit os homini,& quis fecit mutum & ſurdum,videntem & cæcum? Nónne ego Dominus Deus? Nunc vade,& ego aperiam os tuum. Et loquebatur
Matt. 10. iterum ſanctis Apoſtolis Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Ponite igitur in cordibus veſtris non præcogitare,vt reſpondeatis: ego enim vobis dabo os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Pſallit autem & ſanctus Dauid: G
Pſal. 7. Quia Deus iudex eſt quum ita cõgruè ſe habeat, vt vnicuique diſpenſet ea quorum faciet retributiones & quos volet iuſtificare. Deus eſt qui iuſtificat,quis eſt qui condemnat? ſicut ſcriptum eſt: Videbimus in vtroque operantem, non vt miniſtrũ,
Rom. 8. Matt. 16. ſed diuina poteſtate. Quid enim proderit homo ſibi, ſi totum mundum lucretur,animæ verò ſuæ iacturam faciat? Vel quam dabit homo cõmutationem pro anima ſua? Venturus eſt enim filius hominis in gloria patris ſui cum ſanctis angelis, & tũc dabit vnicuique ſecundum opera ſua. Locutus eſt & infirmo cuidam: Remittuntur tibi peccata tua. Ad quem ſermonem phariMatt. 9. ſæi in omni ſermone prophani,offenſi,blaſphemiæ crimina cõnectere auſi ſunt, contra tam diuinam & inculpatam vocem? Dicebit autem: Hic blaſphemat. Quis poterit remittere peccata niſi ſolus Deus? Itaque & legis & ſupplicij Dominus & iuſticiæ remunerator, & coronarum diſpenſator, & dimittens peccata,ſed nulli inter creaturas numerato licet hoc facere. Quomodo nõ eſſet igitur Deus ſecundum naturam? Nũquid tibi hiſce rectè glorificare Deum videor? H. Cuiliſſimè & irreprehenſe. C. Quum igitur Deus ſit in omnibus,& à nullo ab- H
Eſa. vlt. ſcedat,ſed operatione diuina adimpleat. Et propterea dicat ad Iſraelem: Cœlum mihi thronus, terra ſcabellum pedum meorum, qualem mihi domum ædificabitis, dicit Dominus, vel quis locus quietis meæ? Hoc verbum etiam valde rectè ad Verbum quod ex Deo patre prodijt detorquẽs diuinus nobis ſcribit Paulus: vbi non eſt Græcus & Iudæus, circunciſio & præ
Coloſſ. 3. putium, barbarus Scytha, ſeruus liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Iterum quoque dicit: Qui deſcẽdit, ipſe eſt & qui
Epheſ. 4. aſcendit ſuper omnes cœlos, vt impleat omnia. Nũquid igitur quod omnia implet,& per omnia quidem tranſit,& eſt in omnibus,non maius eſt quàm creatura? HER. Quomodo enim non? C. Quum autem omnis ſanctus mundana & carnali vita depoſita & oblata quodammodo Deo ſua anima gloriari ſoleat in nullo alio quàm in ipſo. Scribit iterum Paulus:
Galat. 2. Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam, nempe filio & per illum patri. Erit autem & hoc tibi manifeſtum, ac indubitatum, ſi apponentem audieris. Si enim pro omnibus mortuus eſt, vt viuentes non vltra ſibiipſis viuãt, ſed Deo ipſorum qui mortuus eſt & reſurrexit: & præterea addit, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Chriſti. Quãuis omnis ſanctus 2. Cor. 5. Gal. vlt. dicat: Gaudebo in Deo & ſalutari meo, Dominus Deus meus Pſal. 19. virtus mea. H. Sufficiant nobis illæ ſententiæ. Filium enim eſſe nõ falſi nominis,ſed verum Deum, per innumeros ſermones nobis apparuit. Igitur hoc præterito illud dic, quomodo quis accipiat & intelligat rectè: Vado ad patrem meum & pa- Ioan. 20. trem veſtrum, ad Deum meum & Deum veſtrum? Quid autem docens Deum ſuum patrem vocat? nõ enim negabis quod omnes hoc dicant. C. Harum quæſtionum facilis cognitio, ſi cui eſſet mens integra & ſapiens. Scriptum eſt enim, quod omnia coram intelligentibus, & recta inuenientibus ſcientiam. Si autem quis velit relicta via recta, ſtultiſſime in obliqua currere, & facili conſiderationum via permutata declinare ad alteram, nimirum in tribulos & foueas incidat, & præceps ruat.

Quod opinor, ænigmatice lex ſignificans? Via regia incedes, inquit, & non declinabis ad dextram vel ſiniſtram. Igi- Num. 22. tur quando aliqua minora ſunt quàm gloria Dei requirat, nec tranſcendunt naturam factam, dicunturque de filio, ne ineffabilem ſtatim ex patre propriè naturam cogites, ſed feliciter vade quò conſiderationum ſcopus tendit, neque ea quæ proprie deitatis ſunt, humanitatis adſcribas conditionibus. neque humanitatis paruitatem ſummæ naturæ tribuas, quaſi illi proprie agnatam, ſed diſcretam & idoneam in vnoquoque diſtinctionem fieri ſcias. Sic enim poteris,& non aliter certiſſimam contemplationem capere. H. Quid nam dicis? C. Dixit beatus Paulus de vnigenito, quod ſit ſplendor gloriæ & cha- Hebr. 1. racter ſubſtantiæ Dei ac patris. Surſum igitur in his & ſuper omnem creaturam, mentem tranſfer, diuina ipſa ſpectetur pulchritudo, ineffabilis natiuitas conſideretur, & videns exiſtentiæ modum quaſi in ſpeculo manus gratulãdo complodat. Quod autem ſcribit de illo: Qui in diebus carnis ſuæ ſupplicationes Hebr. 5. & preces ad eum qui ipſum ſeruare poterat à morte, cum clamore valido & lachrymis quum obtuliſſet, & exauditus eſſet propter reuerentiam, quamuis exiſtat filius, didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam: deſcende parumper & humanitatis expende conditionem. Non enim character patris paſſus eſt. Poſtquam autẽ in diebus carnis preces factæ ſunt, carnis ſit timor,& humanitatis proprium ſit formidare mortẽ. Vnde ſicet dicatur accepiſſe nomen ſuper omne nomen, non à deitatis definitionibus qua verbum eſt,& ex Deo natum eſt patre: erat enim natura & verè Deus etiam ante exinanitionem. Nónne etiam hoc dicis? H. Vtique. C. Poſtquam autem apparuit homo,& demiſit ſeipſum in humiliationem ac formã ſerui factus eſt nobiſcum, & ſub Deo nõ amittens id quod erat, humanitatis quoque cõditionem nõ deſpexit. Nam quum dues eſſet, vtpote Deus, nobiſcum pauper factus eſt: quapropter ſub lege,& cum ſeruis & cum iniquis reputatus eſt,& ipſam mortẽ ſecundum carnem ſuſtinuit. Atqui,neceſſarium erat exiſtẽtem natura & verè Deum, perpetuam in hoc habere gloriam, ne humiliationis cõditionibus immoretur, ſed in honorem ſupernè, & ab initio iterum rediret cum aſſumpto habitu. Audit igitur vt homo, quamuis Deus exiſtens natura & filius: Ego hodie genui te. &: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Quoniã enim verè factus eſt homo, & demiſit ſeipſum ad humiliationẽ factus ſic eſt, ei ſub Deo neceſſariò & congruè cum inanitionis figuratur conditionibus. Et Deũ nobiſcum aſcripſit ſibi natura, et verè ſuum patrem. Deũ quoque noſtrum (nam propter hoc et nos ipſi et ſub Deo habentes naturalẽ ſeruitutem) patrem vocamus deũ, recipientes appellationẽ illam, ipſa cum Deo configuratione. Dẽ uerſatur enim in nobis, et inhabitauit filius per ſpiritum ſuum, in quo et per quem clamamus, Abba pater. Quod autem eũdens indicium et quaſi ſignaculum adoptionis filiorum, quam cum Deo habemus, ſpiritus ſit in nobis, per quem cum filio configuremur, manifeſte ſcribens Paulus: Quod autem eſtis filij emiſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. H. Bene dicis. CYR. Opinor ego aduerſarios obſiſtendo fatigari, et obluctando veritatis ſermonibus, quaſi Rom. 8. diſrumpi. Si autem hoc nõ faciunt, inſiſtant, et dicant Deũ verè Gal. 4.

filij

filij patrem exiſtere non ſuſcepta diſpenſatione in qua dixit deum ſuum patrem. Quomodo non neceſſarium dicere, quod A legiſlatores quidam ſint & definitores eorum quæ voluerint cogitare vel dicere? Suſceperimus autem eos minimè. Conuenit: magis veritatem ſaluatoris noſtri vocibus tribuere, quia vado ad patrem meum & patrem veſtrum, & deum meum & deũ veſtrũ. Contendant itaque quod & nos filij cum eo quidem ipſius ſecundum naturam, quandoquidem eſt nobiſcum ſecũdum naturam ſub deo. Vado enim, inquit, ad patrem meum & patrem veſtrum. Nomen verò filij ex patre genitũ eſſe ſignificat. Itaque plurimi ſecundum naturam filij, imò innumerabiles, & quod blaſphemiæ tentetur latitudo. Si omnes filij ſecundum naturam hac ratione & ſerui. Sed opinor omnino ſtatim valdè dicturos, quod alienum quidem erga nos & longiſſimum filiationis dei nomen. Terreni enim exiſtẽtes natura non ex deo geniti ſumus, ſecundum verum generationis modum. Externum autem & aduentitium nobis eſt, quod vocamus deum patrem. Iam quid diceremus & illis ipſis? Heus vos qui auditis temerè omnia, cur non iiſdem rationibus deflectimini ad id quod rectè & inculpate ſe habet? Sic autem delirantes parum erubeſcitis? Quomodo enim non eſſet melius ſapienter in animo cogitare, quod quandoquidem ſecundum naturam eſt ex deo, hoc eſt ex ſubſtantia patris, turpe eſt illi cõnumerari creaturis. Conuenit autem magis eſſe deum. Et poſtquam apparuit homo, aduentitium illi eſt & accidens cum cõditionibus carnis & humanitatis ſub deo eſſe quod ex ipſo.

HER. Sed ſi nihil, inquiũt, diuerſum in filio, omnino & æqualem dices, & in nullo minorem? Deinde, quomodo dicebat ille: Pater meus maior me eſt. CYR. Dei enim, dic obſecro, cum Deo ſi in vtroque intelligatur, quod natura & verè qualem quis viderit diuerſitatem? vel quid intercedit ad hoc vt aliter & aliter ſe habeat? Iam quoniã aſſerimus filium characterem dei patris ſummè & vltra rationẽ quodãmodo ad naturalem effigiem abſolutum, quomodo nobis (ſiquidẽ verè minor eſſet quàm pater, & non perfectus) deſignaret in ſeipſo meliorem & omnes tranſcendentem? Neq; enim quod perfecto indiget, imago & ſimilitudo abſque variatione omnino eſſet. Sed neq; deus excelleret deum. Nũ vel deterior altero intelligeretur, aliquãdo ſecũdum quod eſt deus? at neq; homo ab homine ſecundum quod eſt homo differt. Nam robore quidem & prudentia virtutibúſque & humilitate corporum, deformitatéque & pulchritudine, & colorum varietate, vnus ab alio interdum diſtare dicitur. At ſi quis velit manifeſtè Petri & Pauli ſubſtantiæ definitionem diſcere, æqualem in vtriſque inueniet, & ſimiliter per omnia habentem, & non quod minus ſit. Num adhuc ſtulto, & non ex ſapiente animo conſiderantur iſta?

HER. Itaque quoniam dicunt patrem eſſe maiorem, oſtẽdant ipſi quid excellentius in illo & quid maius aduenerit, nũquid aberrauit à veritate, dicens filius: Pater maior me eſt?

CYRILLVS. Et quomodo mentiretur, dicens: Ego ſum veritas? Sed quomodo quidem intelligi conuenit Saluatoris vocem tranſeam nunc tempeſtiuè enim dicetur. Narra autem nunc quod dico. Vna deitatis natura vniuerſorum opifex, & cunctorum conditrix agnoſcitur à nobis. Dominus enim Deus noſter dominus vnus eſt, vel non eſt vera lex? HER. Vera eſt.

CYR. Simplex autem & vnius ſpeciei deitas in ſancta trinitate creditur, & cognoſcitur in patre, filio, & ſpiritu ſancto. D Nunquid diuerſum ab hoc dicis, & docere potes? HER. Neutiquam. CYRIL. Igitur in vnam quidem & eandẽ naturam collatis & in identitatem collectis ſingulis prædictis, vnum adorabimus deum, cum hoc quod prædictã in propriis ſubſiſtentiis exiſtant & vnum vniuerſorum Deum colemus. At qui ſi diuiſerimus & ſecuerimus in naturalem diuerſitatem, & ſeorſum ſingula in propria quadam natura poſuerimus, tres iã deos etiam nolentes confitebimur, tũ quis nos excipiet ſermo, ne abermus ſi ſic ſenſerimus? Quomodo non ab omni bona & honeſta cogitatione aberrauerit, ſi quis nobis tres pro vno prædicauerit deos? Sed opinor formidantes, quod manifeſtè videantur delirare, dum quidem & verum patrẽ dicent, blaſphemiam verò contra filium, ſibiipſi ſoli congruam & ſolitam effundentes, factum quidem dicent, & conditum in diuinitatis gloria, quemadmodum etiam alios quoſdam adornant, & nu-

monſtrationem propriam afferens naturam, dicis: Qui vidit me, vidit patrem. Ego & pater vnum ſumus. Itaque ſiquidem non eſt in his, in quibus pater, quare ipſum in propria natura depingit & eſſe dicit, ad hoc quod perfecte habet, quod illo indigum eſt & imminutum? HER. Non ſic habet ſecundum quod mihi videtur.

CYR. Itaque conuertar deinceps ad ea quæ nobis diuinam & ſummam naturam decorant pro viribus noſtris ſpectanda. Age igitur conſideremus, vtrum vel maius vel etiã minus in patre, quàm diuinitatis exigat pulchritudo in filio perſpicua. HER. Quàm optimè hæc mihi conſideraſſe videris.

CYR. Itaque diuinus Pſaltes omne quod inter creaturas eſt, deitatis ſubiicit ſceptris, & ſeruitutis iugo alligat, piè & rectiſſimè hoc faciens. Dicit enim ad vniuerſorum conditorem: Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: ipſi pereunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimẽtum veteraſcent, & ſicut veſtimentũ euolues eos, & mutabũtur tu autẽ idem ipſe es, & anni tui non deficient, quia vniuerſa tibi ſeruiunt. Præterea & glorificationibus ipſum honorare præcipit, cœlis cœlorum, & ſoli, & lunæ, & ſtellis, & lumini, & aquis, & iis quæ ſuper cœlos. Et ad homines quidem dicit: Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus deus noſter, & nos populus ejus, & oues paſcuæ eius. De angelis verò, & de his qui adhuc ſuperius miniſterium ſortiti ſunt, dicit: Benedicite Dominum omnes angeli eius, miniſtri eius facientes voluntatem eius: Benedicite dominum omnia opera eius. Intelligis igitur quomodo ſeruitutis iugo omnia coercens, oues quidem manus eius nominauit homines, ſeruos autem & miniſtros angelos? HER. Intelligo.

Pſal. 101. *Pſal.* 94. *Pſal.* 103.

CYRILLVS. Vide igitur oues manus patris filium dicere ſuas, & impoſuiſſe nobis iugum ſeruitutis. Dicit enim ſic: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego do eis vitam æternam, & non pereunt in æternum; & non rapiet quis illas de manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, omnibus maior eſt, & nullus poteſt rapere de manu patris. Ego & pater vnum ſumus. Igitur nos oues ſumus, & dei & patris. Nihilominus etiam & filij oues appellamur & ſumus. Iam quod & angeli miniſtrant ei, etiã ex ſacris literis facile diſces. Dicit enim ſapiens Matth. quod quũ abiiſſet & aufugiſſet ſatanas, vt iam non tentaret Chriſtũ, qui ieiunaret: Ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrauerunt ei. Præterea & Seraphim circumſtantes circa admirabilem & exaltatũ huius thronum, glorificant eſſe ſanctũ, & dominum virtutem nominant, plenumq; eſſe dicunt cœlum & terram gloria eius. Iam qui ex æquo dominatur, omnibus, & æquali manu & robore eſt cum patre, & non minus glorioſus, plena enim ſunt omnia gloria eius, & præterea maximũ omniũ in naturali identitate poſſidere, dicens: Quomodo non haberet eandem reputationẽ? num potes aliquid cogitare, vel dicere, quò tranſcendat gloria patris & minor ſit filij quæ non comitetur ita vt illam indigentiam habeat? HER. Nihil tale poſſum intelligere.

Matth. 4. *Eſa.* 6. *Ioan.* 10.

CYR. Iam quid nobis manus patris ſignificat, vtrũ omniũ operatiuã efficaciã, vel robur? Semper enim de deo ſermo corporali imaginatione quodammodo ſublimior. HER. Aptetur meritò vtrique, vt opinor, nihil enim offendit. CYR. Bene dicis, ſed hoc quod minus, & quodammodo humiliatius habitum, quàm ea in quibus ſupetiora. Quomodo adhuc & æqualis opere & momento in virtute videretur & diceretur? Quomodo autem haberetur æqualis gloria cum patre & vnitate cũ ipſo, qui per ſummã effigiem diligenter exprimit? Ego enim, inquit, & pater vnum ſumus, quãuis ad ſummũ peruenit ſe faſtigium teſtatus ſit, dicens: Pater meus maior eſt omnibus. HERMIAS. Non poſſet, abſit: Minor enim ſiquidem eſſet, vel ſecundum aliquid, ſimul cum ipſe omnia eius ſubſiderent.

Manus dei

CYR. Itaque patris dignitatibus conueniet, quod ne in illo minor factus, atque adeò non ſortitus ſit æqualitatem. Neq; etiam dixerit ad ipſum quis libere: Omnia mea tua ſunt, & tua mea. Age igitur tribuamus patri, quod ſuperius collocatus ſit. Dicamus autẽ indignũ eſſe filium? Iam qualis nobis imperitiæ apparebit modus, qui adaptet quidem omnia patris filio & quę filij patri, intelligaturq; excellere ſublimius? iam quomodo prium hoc filio, qui ſortitus eſt minus, & ſic quum minus eſſe proprium eſt filij, quomodo eſſet etiam patris, qui ſortitus eſt ſuperius eſſe? Ego quidem in hoc perplexus ſum, tu autem nobis demonſtres, quomodo? HER. Non poſſum, nam inequitabile quidem eſt argumentum. CYR. Vadat igitur ſermo ſuo fluxu, & propoſitam viam eat. Dicam autem & neceſſarium quiddam: Nonne in ſola patris poteſtate ſitum erit liberare à peccatis & peccatum noſtrum quod difficile abluitur deleri.

CYRILLVS. Et quomodo non eſt valde periculoſum, audere prohibere filium, quamuis æqualibus operibus conſpicuum, & dicere quod ſit minor quam eſt pater. Quorũ enim voluerit, etiam ipſe peccata remittit. Adhortans enim, vt fratrum commiſſa in nos non vindicemus docebat: Si dimiſeri tis hominibus delicta ſua, dimittet & vobis pater veſter cœleſtis. Ex autoritate poſſe dimittere peccata quibus voluerit, refert in patrem, & ipſe ſibi hoc opus tribuit, dicens: Vt autem ſciatis, quod filius hominis habet poteſtatem dimittendi hominibus peccata in terris, tunc dicit paralytico: ſurge, tolle lectũ & vade in domum tuam. Igitur qui hanc habet poteſtatem & efficaciam, quomodo eſſet indigus, & in aliis rebus infra ordinaretur? HERMIAS. Non fieret. Manifeſtus eſt enim ſermo.

Matth. 6. *Matth.* 9.

CYR. Teſtificabitur etiam prædicta diligenter diuinus nobis ſucclamans Paulus: Quis accuſabit contra electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis eſt qui cõdemnat? & hanc magnificentiam in filium tranſlatam ſcribit, tribuens ei poſſe iuſtificare eos qui crediderunt, dum iterum ſic dicit: Iuſtificati igitur per fidem pacem habemus cum Deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Familiares enim facit nos deo ac patri fides, & per filium nos propè conſtituit, iuſtificat autem nos ſecundum verum & ſyncerum ſermonem. Non ſeorſim quidẽ Deus & pater, ſeorſim autem & propriè filius, ſed quæ eſſe intelligitur iuſtificatio à patre, ea omnino eſt filij: & quam filius largitur, ea eſt & patris. Nam quemadmodum res noſtræ ſortitæ ſunt per filium ſuæ eſſentiæ initium: & non alium habẽt opificem, per quem productæ ſunt ad exiſtentiam quæcunque eſſe cœperunt, ita etiam ſaluantur per illum quę à primæua ſua felici conditione exciderunt. Et ſuſpiciunt, vt iterum bene ſint perſeuerantem durationem ad ſuæ naturæ recurrẽtia pulchritudinem. HER. Perſuadeor.

Rom. 8. *Rom.* 5. *Fides in Chriſtũ iuſtificat.*

CYR. Vnde diuinus dicebat Moyſes Iſraelem, quãuis durum & contumacem miſericordiam ſupernè & à patre conſecutum eſſe. Scribit enim ſic: Sicut aquila tegens pullos ſuos, extentis alis ſuſcepit illos & ſuſcipit ſuper ſcapulas ſuas: operatum autem & hoc eſſe filius affirmat, dicens: Hieruſalem Hieruſalem, qui occidis prophetas, & lapidas eos qui miſſi ſunt ad illam: quoties volui congregare filios tuos, ſicut auis congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et non inconſultò reiiciemus, ſed quod in vtriſque omnimodo æquale reputatur, & idem eſt in ſubſtantia. Etiam quia vniformis & ſimplex eſt Deitas, operantem per filium patrem ac deũ permittit intelligere, omni ſuſpicione, quæ in humilitate miniſtrorum intelligitur quàm longiſſimè abeũte, & nihil offendente, in hoc æqualitatis & nobilitatis modo Verbum quod ex Deo ac patre prodiit. Operatur enim pater, vt propria virtute vtens filio, viuificátque & non alia quàm ille ſecundum quod eſt Deus ex Deo, & in Deo naturaliter, licet vtrique accidat in exiſtentia propria intelligi. HER. Bene dicis.

Deut. 32. *Matth.* 23.

CYR. Quod autem natura & poteſtate & operatione diuina in omnibus, nullo modo filium indigere videamus, quã habet, ſicut habere intelligitur pater, diſces, opinor, facile etiã ex his. Nam Deus ac pater per Eſaiæ vocem dicebat: Conuertimini ad me, & ſaluemini qui ab extremo terræ. ego ſum deus & non alius, per meipſum iuro, ſi non egredietur ex ore meo iuſticia, ſermones mei non auertentur. Dico autem inſignem patris gloriã eſſe, poſſe eos qui ab extremo terræ vocare & ſaluare, & iuſticiam quidẽ vocare & poſſidere tam potens & inauerſabile verbum, dic mihi cui alteri ab illo tribueres? HER. Non ego ſcilicet, nam quę proprie dei ac ſolius eius ſunt, ei ſoli conueniunt. CYR. At ſi æqualibus dignitatibus & filij natura decoratur, & gloriam habet eiuſdem ſortis. Nunquid congruit

Eſaiæ 45.

congruit ei minus ſecundum aliquid? H. Minime. C. Igitur quum manifeſte clamet omnibus: Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum ſuper vos. Nonne hoc eſt: Ego ſum Deus, & non eſt alius? Omnia enim diuino iugo ſubdita ſunt, & ſeruitutis conditionibus ſubiecta. Ante autem ſuos ſermones ſic inquit: Amen dico vobis, donec prætereat cœlum & terra, iota vnum & apex non præteribit de lege, donec omnia fiãt: cœlum & terra tranſibunt, ſermones mei non tranſibunt. Intelligis igitur quomodo ſermones filij ſicut & patris non permittuntur irritari? H. Intelligo. C. Præterea dico poſſe prouidere, ne qua omnino res è manu ſua abeat, nulli alteri, ſed ſoli vniuerſorum Domino Deo meritò videtur accidere. An non hæc tibi optima videntur? HER. Optima.

Matt. 11.

C. Inueniemus igitur patrem & filium in prouidentia rerum, eiuſdem eſſe virtutis. HER. Quomodo dixiſti? C. Etenim filius de Deo ac patre dixit: Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex ipſis non cadet in terram ſine patre veſtro qui eſt in cœlis? Videtur & ipſe tantam beneuolentiam rebus viliſſimis & non magnæ æſtimationis impendiſſe. Nam poſtquam relictis Iudæorum terminis in Gergeſenorum peruenit terram, depulit quidem hominum mala dæmonia, quæ illius nutibus cedere coacta, petebant in porcos poteſtatem. Verum qui omnia ſub pedibus habet, ſponte permiſit, & illa ire iuſſit, quæ ſubdito immittentia ſe in aquas porcorum greges turmatim ſuffocant. Dic obſecro num tam abominabilibus & immundis ſpiritibus conceſſit id doni vt facerent quod vellent, quum nihil vellent boni? & veriſimile hoc minime. Vnde talem nos cogitare neceſſarium filium, quid non minorem rerum curam habeat quàm pater, id quod efficaciſſima opera commonſtrauit, vt per omnia æqualitatis pulchritudo clara & ſyncera in vtriſque appareat. H. Et quomodo fieret hoc inquit? Vbi autem æquale in vtriſque videtur, quum ſubiiciatur & ſubſideat filius, de quo dicit diuinus Paulus: Quando ſubiecerit ei omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſubiecit ei omnia? C. Iam cur dicunt hoc, quod filius patri ſubiectus ſit. Nunquid & quodammodo, genitum ex illo ſecundum naturam, ab æqualitate cum ipſo, expellent? neque omnino naturæ ſermo à nobis ſatis diligenter exquiſitus eſt? Cur res ſubiectionis inſipientiſſime ſubinducitur, quum non ſcribatur in rationibus ſubſtantiæ? HERMIA. Aiunt quod ex eo quod ſubiicitur ſubſtantiæ qualitas, bene dignoſcatur.

1. *Cor.* 15.

C. Amice, diſces etiam hunc ſermonem abſque labore putrem eſſe, & imperitia plenum? Spiritus enim prophetarum prophetis ſubiiciuntur, ſicut ſcriptum eſt, & ſi cuiuſpiam, exempli gratia dicam, filij ſuo genitori quemadmodum ſcilicet dici poſſet, quod Abrahæ Iſaac ſubiectus fuerit, ei quoque iterum is qui ex illo, ſed neque prophetarum ſpiritus propter mutuam ſubiectionem in æqualem illis naturam faciebat. Neque beatum Iſaac alterius naturæ conſtituebat, quod reuerenter patri ſuo obedit, & obedientiam, pulchrum filij munus, patri reddebat. Itaque ſi ij in quibus obedientia videretur, omnino ſubſtantia diuerſi fierent, & naturalibus legibus differrẽt, bene firmatum hoc ſit, & conſtet hoc etiam de filio, verúſque ſit ſermo. At ſi ſubſtantiæ ſermonibus nihil præiudicat, ſed modus eſt, opinor, quidam honoris & obedientiæ filij erga patrem, & ciuili affectione decet officioſe reuerentis. Quod autem nec in nobis prævalet contra rationes naturæ, cur hoc imperitè tribuunt, & quaſi ineuertibile argumentum obiiciunt, miſeri contra eum qui ſecundum naturam ex Deo? Nonne ſcripſit ipſe Lucas de ipſo Chriſto & ſancta virgine, & patre ſecundum carnem reputato, quod erat ſubditus illis? HERMIAS. Etiam manifeſte ſcriptum eſt. C. Nunquid bone vir coniectandum eſt, quod ille humanam naturam illis poſtpoſuerit, quamuis Deus ex Deo natus ſit, & ineffabiliter genitus? Quoniam & ipſis ſubiiciebat ſua, & ſubiiciebatur quidem matri ſecundum carnem, reuerentiáque humiliatus eſt erga Ioſeph quaſi patri congruum honorem exhibens. HER. Minimè, valde autem ſubiectio obturbat, & ſufficientem ingenerat ſuſpicionem, quod minor ſit.

1. *Cor.* 15.

C. Sed nunquid his, qui in fide firma fundati ſunt, faciet, quod vel in aliquo hæſitent, qui ſermonem in ſuis animabus pium & ſyncerum retinuerũt, & ad fallacem ac ruſticam perueſorum opinionem non acceſſerunt, memores autem magis ſunt Pauli ſcribentis: Cogitationes demolientes, & omnem ſublimitatem quæ extollitur contra ſcientiam Dei, & captiuum ducentes omnem ſenſum in obedientiam Chriſti. Nam ſpirat interdum, & inflatur contra gloriam vnigeniti, aduerſariorum ſermo, & ex ipſis ſacris ſermonibus prædicationem perficit. HER. Quæ nam hæc eſt?

2. *Cor.* 10.

CYRILLVS. Problema graue & ſemper celebre illud putant. Quando autem ſubiecta fuerint ei omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur ei, qui ſubiecit illi omnia. Cæterum ij qui ſobrij ſunt in his quæ Dei, ad intellectum ſanum & incorruptum, ſi vim fieri veritati viderint ex hoc dicto, & minime per ſe (Scriptum eſt enim recte, & contrariorum ſubuerſionibus impulſum ad hoc vt non recte videatur dictum eſſe) Tunc veritatis armis inſtructi omnem inſipientium cogitationum ſublimitatem ſubuertunt, & dictum ad defectionem, rurſum retorquent ad obedientiam Chriſti, hoc eſt ad diſpenſationem quæ cum carne. Nomen enim & res obedientiæ, ſeruitutis noſtræ tempus deſignat, quando Deus factus eſt homo, & quod habens imperium ſuper omnia non aduentitium, ſed quaſi Deus ex Deo vocatus eſt ſeruus, exiſtens in forma & æqualitate patris humiliauit ſeipſum, demittens ſe abſque coactione, in voluntariam inanitionem. Hac ratione, & valde meritò, creditus eſt factus in noſtris conditionibus, communémque hanc omnium naturam cum aliis ſuis minoribus poſſeſſionibus accepiſſe. Minor autem poſſeſſio naturæ factæ, quodammodo ad Deum eſt, oportere ſubdi. Veruntamen non in eo quod ſubduntur res, habent eſſe, ſecundum quod illis abſque iudicio videtur, & negligenter dictum eſt, ſed exiſtunt & ſubſiſtunt ſecundum propriam rationem, & quaſi vnicuique præmium dederit natura, voluntariè accipit obedientiam, & fit ea fructus mentis. HERMIAS. Vtique.

Obedientia Chriſti.

CYRILLVS. Igitur ſubiectio & contrarium eius, ſita erunt in ſolis voluntariis motionibus, non autem ſubſtantiæ characterem imprimunt? HER. Bene dicis. C. Cur autem & illud cum iſto videre non fuerit dignum? HER. Quodnam? C. Sanctus nobis ſcribit Paulus de Chriſto: Nunc nondum videmus nobis omnia ſubiecta. Igitur ſi ſubiicietur per illud temporis patri, quando ipſi omnia ſubiecta ſunt, tempus erit quoddam, vt videtur, rei congruum. Nam vſque nunc filius non erit ſubiectus, quum nõdum inſtet tempus quo & ipſe ſubiiciatur. HER. Aſſentior, manifeſtus eſt enim ſermo. C. Si autem quis putet nunc quidem ipſum non ſubiectum eſſe Deo ac patri, fieríque hoc ſuo tempore, & definit ſubſtantiæ illius inæqualitatem propter obedientiam. Manifeſte vt videtur, illud dicit, quod erit aliquãdo, vt eſt veriſimile, filius ſecundum naturam ſibiipſi inæqualis, & mutationem accipiet in aliud quiddam ab eo quod nunc eſt, & eſſe creditur. Si enim ô optimi, dixerim ego aduerſariis, obedientia coordinabitur ſubſtantiæ rationibus, afferet omnino ſubſtãtiæ virtutem & cõtrarium; hoc eſt inobedientiam. Et ſi dicimus quod nunc ſit non ſubiectus, & hoc ſit ei natura. Abſcedit omnino vbi ſibiicietur patri, ad aliam quandam & perfecte ſeparatam, & quæ contrario modo ſe habeat, naturam. Itaque mutabilis nobis factus eſt filius, & iam non vltra immutabilis, mentiétúrque diuinus Dauid, tribuens ei præclarum honorem, quod ſtabilis ſit, & ſemper eodem modo ſe habeat. Dicebat enim: Cœli pereunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, & ſicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficiunt. Teſtificatur autem & Paulus ſcribens: Ieſus Chriſtus hodie & heri, idem & in ſecula. HER. Verum eſt. C. Reſpondeant itaque optimi ſophiſtæ, quiſnam & quotuplex variationis erit modus. Nam propter hoc quod oporteat ſubiici, nihil conferret gloriæ omnium ſaluatori & redemptori: ſed damnoſum erit, futuri eius regni tempus, hoc eſt quod in nouiſſimis quando & ſubiicietur patri, & nunc omnino melius habet, quando inanitus eſſe dicitur, & humiliaſſet ſeipſum. At ſi hoc prætercurſo, quaſi indocte allato, dicunt mutationem fore ad aliquid melius. Quare adhuc nugantur contra ſubiectionem, & quod minus illa quaſi filio impingunt, quamuis ponatur illa in ſummis & inexcogitabilibus ac inæqualitate patris. Non enim rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſi-

Pſal. 101. *Heb.* 1. 2.

cut ſcriptũ eſt,ſed ſeipſum exinaniuit forma ſerui accepta.Nónne hæc tibi optime dixiſſe videor? HER. Optime. CYR. Igitur quum ſermo eorum vbique gratia careat, & fœdè langueat, age deinceps eamus ad hoc quod minime damnoſum, non vituperantes quaſi minus quidpiam in ſubſtantia vnigeniti, propter celebrem ſubiectionem, quam & in extremis temporibus fore dicit diuinus Paulus, ſed illud potius cõſideremus piè. HER. Quale? CYR Non enim opinor, dicet quis ſeparari & diſcedere,ad propriã quandã voluntatem ab ea quę eſt patris,filium & vergere quodãmodo extra in aliquod quod ſibi probatur: ſed potius coniectandum eſt meritò, quod ſit eiuſdem ſententiæ & voluntatis, vtpote is qui & ex ipſo,& in ipſo,ſecundum naturam eſt & intelligitur. Nam vt appareret colere patrem ex quo genitus eſt, cum ſummis laudibus extulit. Et alibi dicit: Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſtumata & pro peccato non poſtulaſti,corpus autem aptaſti mihi. Tunc dixi, ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam deus voluntatem tuam. Aliquando autem iterum dicit: Quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Ecce valde manifeſte dicit ſe veniſſe de cœlis, habereque ſe ſic, vt voluntariè perficere velit quod probatur genitori. Quod ſiquidem eſſet omnino ſeparandus à voluntatibus, quæ tendunt ad diuerſitatem, vt contemnat quidem ſua, lucretur autem ea quæ patris, habeatque hunc ſcopum & ſententiam: nunquid alicui videbitur deprecari quidem quod ignobile,nempe videri ſubiectum eſſe,amoueriſque omne quod ſibi placet? HER. Minime. CYR. Igitur qui & nunc eiuſdem ſententiæ eſt & voluntatis cum genitore,imò conſilium eſt & voluntas patris, quomodo ſubiicietur? & hoc olim quaſi nondum intelligatur ſimul volens. Vtar enim voce Pauli quæ vnigenitum in ratione ſubſtantiæ minime offendit. HERM. Qualis igitur res eſt futura ſubiectio? CYRIL. Bona ſpe ſumus ô Hermia,& iure credimus,quod volentibus viuere honeſtè, ſanctamque & admirabilem vere agere vitam,omnis boni participatio exiſtat à deo,& ea quæ ſuper mentem ac rationem,ſanctorũ capitibus imponantur, ſitq; horum omnium diſpẽſator & remunerator filius.Omnia enim à patre in nos per illum in ſpiritu, & non dicimus quaſi filius aferat ad hoc ſeruile miniſterium: ſed magis quod autoritate diſpenſet vt filius ea quę à patre,vt ſit deus omnia in omnibus,iubilus ſcilicet & ſapientia, gloriaque & incorruptio. Quod autem ſubiectis omnibus filio, ſimul ipſe iterum dominetur cum eo,& regnet vniuerſorum deus ac pater,videbitur facile: quod congruè intelligamus eum eiuſdem ſententiæ cum eo,& in omnibus idem velle filium,& per ſuam mediationem implere aliis quæ ſperant. Illud obedientiæ nomine abuſiuè indicaſſe dicimus diuinum Paulum.Sciebat enim,quod nullo modo offenderet,etiam talia quædam dicens. Semper enim ſcopus eſt filio honorare patrem, quia & ex ipſo ſecũdum naturam eſt,æqualiſque & ſimilis per omnia, & nullo modo minus habens. Per illum & cum illo ſit patri gloria cum ſancto ſpiritu in ſecula, Amen.

Pſal.39. Ioan.5.

Dialogorum libri quinti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, cum Hermia dialogorum Liber ſextus, quod humanitatis proprietates, & quæ non admodum diuinæ (θεοπρεπῶς) dicta ſunt de filio, conueniant magis diſpenſationi ſecundum carnem,& non ipſi naturæ verbi, ſecundum quod intelligitur & eſt Deus.

CYRILLVS.

TAQVE de æqualitate, & etiam de eo quod ſubſtantiæ dei & patris, filij natura, euidens demonſtratio ſit, & expreſſiſſimus character, ſufficiente, ac valde manifeſto ſermone elaboratum eſt. Oſtẽdit enim quęcunque eximia de deo & patre dicta ſunt, ea eſſe filij, imò declarauit ipſum filium eſſe omne id quod naturaliter propriũ patris eſſe dicitur. Finge ô Hermia, alterius forte proprietatibus tanquam propriis,ipſum adornari poſſe,quod nunquam illi naturaliter vnitum eſt, ſed quaſi in externam diuerſitatem ſeparatum. HER. Quomodo dicis? CYR. Non enim res omnes proprio naturæ ſermone deſignantur. Videntur enim in vniuerſum fugere,ne cum aliis eadem eſſe videantur,etiam ſi quid in communi illis conueniat. Ad animal enim pertinent homo & equus, ſed in vnoquoque alia quædam ratio proſpectat,quæ ſeparet ab aliis,& declaret nõ omnimodam & perfectam identitatem eis conuenire.Propria enim quędam ratione eſt homini,bouj,& equo. Si autem quis tollat quòd intercedit & genus, & ſubſtantialis differentiæ rationes, humanæque naturæ proprietates,& omnia circumponet aliis, an nõ humanam naturam nobis deſcriberet, & nihil aliud erit quod ſignificetur? HER. Verum. CYR. Igitur docere nequit, imò modis omnibus impoſſibile, poſce cognoſci aliquid alterius proprietatibus, & non putari eſſe iſtuc ipſum quod illud ſecundum naturam eſt, cuius proprietatibus agnoſcitur.

HER. Recte dicis. CYR. Itaque filius in nullo minor eſt deo & patre, ſi diuinitatis proprietatibus integre cohoneſtetur quid nam ſit,ſecundum naturam agnoſcitur, eaque ratione eſt & character ſubſiſtentiæ patris. Per ipſum enim & in ipſo patris naturam contemplari fuerimus. HER. Vis igitur dicamus ea quæ cauſæ vt neceſſaria conducunt,vel certè relictis illis aduerſariorum opinionem cui te oppoſuiſti,quaſi non audiendam relinquamus? CYR. Etiam amicorum, optime, libere quidem quod videtur dicendum erit.Nos autẽ meliores quàm vt torpeſcamus,exerceat & temporis cura, quæ extimulat vt oporteat etiamnum veritatis dogmatibus velle certando adeſſe. Hortatur item, vt hoc aggrediamur diuus Petrus alicubi dicẽs: Parati eſtote ad reſpondendum omni petenti rationem, de ea quæ in vobis eſt ſpe. Quæ autem alia ſpes à Chriſto Ieſu domino noſtro eſſet in vobis? HER. Itaque ſcias, quod omnino & illud dicunt, quod nunquam fuerit deo & patri vel æqualis vel ſimilis filius,iuxta naturę rationem,qui ab illo ſanctificatur, & exaltatur, & glorificatur, & corroborari dicitur. nam quod & adorauit nobiſcũ,& conſummationis diem ignorare ſe confeſſus eſt,ex ipſis ſacris literis oſtẽdere parati ſunt. Porrò in ſingulis prædictis quæ voces,vel quæ fides adhibendæ ſint, & ſcripturis diuinitus inſpiratis facile commonſtraretur,ſi tibi proberatur. CYR. Equidem iam omne certamen confectum,mihi videbatur, ſed adhuc feruet conflictus,& quodammodo pubeſcunt inſidiæ. Quoniam autem ſpe fraudatus ſum,& ad alia exordia venimus. Cumulatim enim aduerſariorũ ruditas propoſitiones in diuinis adducit.Age denuo verum & inculpatum particulatim de vnoquoque ſermonem apponentes,arguemus eos planè ignoraſſe myſterium Chriſti. HER. Et ego quoque perquam alacer ſum, vt eadem tecum incedã via. Etenim non aliter exquiſitius vniuſcuiuſque iudicium habituri ſumus, quàm hoc ſermone. Proinde dicunt, quod filium eſſe participem ſanctificationis, manifeſtet beatus Paulus de illo ſcribens: Quoniam enim qui ſanctificat & qui ſanctificantur ex vno omnes, propter quam cauſam non erubeſcit fratres vocare illos, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Quoniam & ſapiens Ioannes dicit, vidiſſe ſe ſpiritum ſanctum deſcendiſſe ſuper eum ſicut columbam. Porrò adhæc etiam ipſe filius Iudæis dicebat loquens: Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra: Ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos factus eſt ſermò, & non poteſt ſolui ſcriptura, quem pater ſanctificauit & miſit in mundum,vos dicitis:blaſphemas, quia dixi filius ſum dei. Et innumera alia quis iſtis coaceruare poſſet, per quæ addiſcere poſſemus,quod à patre ſanctificatus ſit filius. CYR. Vellem ſcire ex te, quis modus ſanctificandi intelligendus erit, ſi & ſub illo vnigenitus ordinetur. Nam in diuinis literis huius rei magnum diſcrimen videtur. Dicuntur enim quidam ſanctificari quaſi in præſcientia dei præuiſi,quod probatiſſimam legiſque ſeruantiſſimam vitam, magno ſtudio bene operantes acturi ſint, & ſancti ſpiritus participes futuri, quales ſunt de quibus Paulus per epiſtolam ſcribit: Quos præcognouit & prædefiniuit, conformes imaginis filij ſui,vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: quos autem prædefiniuit,hos & vocauit: quos autem & vocauit, hos & iuſtificauit. Dicebat autem deus ad ſapientiſſimum Hieremiam: Antequã formaſſem te in vtero,cognoui te. & antequam tu exires ex vtero,ſanctificaui te. Sanctificantur autem & alij

1. Pet.3.

Sanctificationis varij modi.

Roman.8.

Hebr.1.

Ioan.1.

Ioan.10.

Hiere.1.

& alij quidam, quamuis deum verum non agnouerint, neque illorum ſanctificatio habitudinem & proprietatem quandam cum ſancto ſpiritu deſignat,ſed potius aſſumptionem & deductionem quandã,vt hoc quod deus voluerit,perficere debeant, ſicut de Cyro & Medis poterer Babylonem deſtructuris, & à diuina in hoc adducentis ira dicit: Gigantes veniunt,vt impleãt voluntatem meam,gaudentes ſimul & iniuria afficientes. Dicit autem quod ſanctificati ſint, & ego ducam eos. Cæterum Aggæo prophetæ dicit deus: Si acceperit homo carnem ſanctam. Opinor immaculatum ſacrificium adductũ, & in odorem ſuauitatis deo oblatum,ſanctam carnem vocari. Dicimus autẽ ſanctos & vere per fidem ſanctificatos,ſicque diuinę naturæ participes demonſtratos. Quo igitur modo ſanctificatum eſſe intelligunt filium, quum miſſionem eius in mundo ſimul cum ſanctificatione iunctam neceſſariò dicant? Sic enim dixit Chriſtus: Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum. Quod enim ex vtriuſque concurſu, non imperfectũ,recta cogitatione bene dignoſci arbitror. Mittens enim pater filium ſanctificare dicitur, & non ante miſſionem. HER. Sanctificatum eum eſſe dicũt à patre,ſanctificaſſe autem patrem aliter, veruntamen per ſpiritum ſanctum. Ad quid vltra? CYRIL. Vide igitur amice in quot abſurda illorum ſermo effluat. Nam ſiquidem ante incarnationem, & ante miſſionem in mũdum particeps ſpiritus fuit Verbum, ſicut illis bene videtur dici, quare iterum illũ & cum carne ſuſcepit? Superflua enim res & friuola, ſed nullus vnquã cordatus in illis, ineffabilis dei naturam conſtituiſſe habitus eſt. Non enim aberrauerit à decoro,& inculpate habens,nõ in longe conſiderationem & cogitationis productione, ſed ſtatim id videt in principio motionum, conſilij & ſapiẽtiæ quæ illi inſunt. Si autem poſtquam apparuit ſicut nos, & miſſus eſt cum carne, inque hoc mundo ſpiritualem recepit, & quaſi nouam quandã,per hoc præclaram gratiã nactus eſt, vbi exinaniuit ſeipſum & aduenir quodammodo vt proficeret, & humiliatione factus eſt melior? Igitur inquiunt,id etiam à ſummis malis non abſtinentes, inter quorum leuiora fuerit, ſi non accepto ſpiritu factus eſſet ad ſanctificandum, redderet deteriores eos in quibus eſt. HER. At ne hoc quidem cogitabunt, vt eſt veriſimile,ſed quod ſanctificatus ſit dicent, volante ſuper eum ſpiritu in ſpecie columbæ. CYR. Dein quis eſt qui dicit ſe vidiſſe ſimul ex cœlis aduentum ſpiritus ſuper illum? HER. Ioannes Baptiſta teſtimonium perhibuit, dicens: Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam,& manſit ſuper ipſum. CYR. Igitur metitur tempus quo ſanctificatus eſt. Non enim ante tempus ſanctificabatur deus,exiſtens Verbum: ſed quando factus eſt ſicut nos, quibus ſanctificatio non eſt fructus naturæ propriæ,ſed aduentitius & externus. Aut ignoras,quod humana natura principio quidem vbertim recepit, vt particeps eſſet diuini ſpiritus,& per ſanctificationem ad dei effigiem formaretur? Factus eſt enim homo etiam ſecundum hoc ad imaginem conditoris. Vbi autem diuinum mandatum præuaricata, amiſſo munere morti adiudicata eſt, & peccati iugum ſubiit. Igitur quoniam oportebat ob inſitam ſibi manſuetudinem,perditum genus reduci ad ſua initia, volebat deus alterum quodammodo generis initium exoriri Chriſtum, & perferre natiuitatem per ſanctam virginem, neque carnalem prætereа patrem habere, vt & cum ipſo deum habeamus omnes patrem per ipſum & in ipſo,ad exordium talis gloriæ perueniamus. Oportebat factũ hominem ſpiritũ accipere, vt quandoquidem erat & eſt neſcius peccati, conſequenter in ipſo libenter inhabitaret ſpiritus & requieſceret,ſicut in initio generis & radice ſecunda. Hoc enim opinor ſignificare diuinum Baptiſtam de ſpiritu clamantem, quod viderit illum deſcendentem è cœlis in ſpecie columbæ. Dicendum autem, quod & manſerit in illo: non enim manſit in nobis propter præuaricationem, manſit autem in Chriſto. Naturæ enim erat non ferentis vllam ex peccatis maculam. Sicut autem coexiſtens ſemper rex, & coæqualis throni cum deo & patre ordinatus eſſe dicitur rex, quando ſicut nos factus eſt homo, cui & ſupernè datum eſt regnare. Et quemadmodum ſemper coexiſtens cum patre filius per ſpiritum declaratur, eo quod is qui ſecundum voluntatem filij aſſimilare voluit ſecundum carnem: & quemadmodum configuratus vobis ſub deo, patrem vocabat,quamuis deus eſſet ipſe: ſic & ſanctificatus eſſe dicitur, pertinente ad humanitatem, hoc eſt ad hanc carnem ſanctificatione, eo quod non poſſit intrinſecus habere hominis natura ſanctificationem quandam. Ineſt enim hoc verè diuinæ & ſummæ naturæ, cuius quoniam eſt fructus Verbum, habebit omnino tanquam propriam naturæ, quæ ipſum genuit, ſanctificationem. HER. Qualem ne dicunt abſurditatem ſequi,ſi ſanctificetur à patre filius? CYR. Reuoluens mecum quod nuper dixi,id nunc quoque dico. Nam ſiquidem ſecundum quod homo,vt hominem,ſanctificatum eſſe dicunt, nihil hoc ad Verbum, tametſi in hoc damnum ſit nullum. Quòd ſi dimiſſa veritate, & ſubmota probabilitate, in fœdiſſimã quandam, & præſumptuoſiſſimam incident ſententiam, ipſum ſanctificari dicẽtes,quod ex deo patre natum eſt Verbum, ita vltra omnem abſurditatem peruenient Verbum. HER. Itaque oſtendas nobis modos abſurditatis eius in illis. C. Etenim grauabor minime,adiutorem & cooperatorem nobis veritatis ducem fore Chriſtum expectans. Negligentes igitur,quod adhuc remorari propoſitorum examen poſſet, iam procedamus. Et dic oro illud iterum. HER. Quod hoc eſt? C. Cuius proprium dicimus eſſe ſpiritum ſanctum, vtrúmne ſolius dei & patris, vel etiam filij, vel ſeorſim alterius,& amborum quaſi vnum ex patre per filium, propter identitatẽ ſubſtantiæ? HER. Sic ego dico. CYR. Recte inquis amice, & ob ingenium in ſacris ſcripturis exercitatum admiror quod hanc delegeris ſententiam. Nam intelligitur quidem deus & pater in exiſtentia per ſe,ſubſtitit autem & filius proprie, quamuis propriis ſubſiſtentiis vterque ſeiungatur. Vnde nõ omnem ſeparationem admittit. Non enim ſecernitur pater à filio ſicut angelus ab angelo, neque ſicut nobiſcum aliquis ab aliquo:totus à toto diſtinctus eſt. Neque etiam vtrinque vnum differentiæ ratio ſeorſim omnibus modis vtrique conſtituit. Nónne eſſent etiam duo dij, quum vna & ſola intelligatur deitas, viuentem & ſubſiſtentem vide in patre filium,& ediuerſo in filio patrem, character enim ſubſiſtentiæ ipſius. HER. Aſſentior. C. Vnius igitur naturæ vnus etiam ſpiritus, & procedit quidem quaſi à fonte patre, eſt autem non alienus & à filio, proprietatem omnium habens in ſeipſo. Et quoniam eſt ſummæ diuinitatis fructus, quomodo à bonis diuinitatis nudus intelligeretur? Proprium autẽ deitatis eſt ſanctificatio, cuius ſpiritus eſt capax. Sanctus enim eſt ſecundum naturam, & omnis creaturæ ſanctificator. HER. Et quę erit horum fides, vel quomodo manifeſte diſcerẽ,quod ſpiritus ſanctus proprius ſit filij ſicut ſcilicet patris? C. Non aliena,ſed ipſum Chriſtum afferam dicentem: Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modò:quãdo autem venerit ille ſpiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, non enim loquetur à ſeipſo, ſed quæ audierit loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. An non intelligentes ſermo ille ſufficientibus argumentis docet, quod proprium quidem dicat paracletum,ſpiritum enim veritatis nominauit illum,non alia autem ab ipſo eſt veritas. Adiiciẽs,quia de meo accipiet, ſubſtantialem & naturalem proprietatem oſtendit euidenter, ſecundum quam vnus eſt cum ipſo ſpiritus eius. Non enim participatiue ſapiẽtem fore ab ipſo ſpiritum dicit, neque miniſtrorum modo,filij ſermones allaturum:ſed quaſi ſi quis fragrantiſſimus flos,ſuum diffunderet odorem, & circumſtantium ſenſibus ſe infundens dicat: De meo accipiet, naturalem proprietatem ſignificaret,& non aliquid quaſi participans diſcretim. Sic intelligas de filio, & de ſpiritu. Spiritus enim ſapientiæ & virtutis exiſtens, ſapientia omnino & virtus eſt totam ex toto efficaciam emittentem, in ſeipſa conſeruans, & quaſi in propia natura bene oſtendens eam cuius ſcilicet. Poſtquam autem dixit, De meo accipiet,apposuit neceſſariò: Omnia quæcũque habet pater, mea ſunt: Propter hoc dixi vobis, quod de meo accipit. Quemadmodum enim ſpiritus ſemper eſt ſecũdum naturam, quoniam eſt ſpiritus ſancti patris, ita & ſapiens, quãdoquidem ſapientiæ ſpiritus eſt,imò ſubſtantialiter potius,& quaſi naturalis quædam qualitas ſanctæ & ſapientis diuinitatis, quæ ſicut in patre & filio intelligitur,& ipſo ſpiritu. Quod autem patris ſpiritus, ſpiritus eſt filij, ipſe per ſeipſum erudiat, dicens: Quando venerit paracletus,quem ego mittam vobis à patre,ſpiritum veritatis qui à patre procedit,ille, inquit, teſtimonium perhibebit de me. Intelligis igitur, quomodo propriũ promittat miſſurum nobis ex patre,& ſpiritũ quidem veritatis vocet, emanare etiam ex ipſo definiat patre, & quod etiam teſtimoniũ de ſe perhibi-

Pſalm.13.

Agg.2.

Spiritus ſanctus eſt patris ac filij.

turus sit prænunciet? HER. Et quis intelligetur testimonij modus? CYR. Nam quoniam ea quæ Dei operatus E est per manum sanctorum, testificatus est euidenter, quod Deus est verè filius, cuius & spiritus est, quemadmodum scilicet patris. HER. Satis quidem diuites sumus amicè. Quod enim manifestum & absque controuersia, nullo opus habet disputatore. Spiritus enim est & filij spiritus sanctus, & contradicturum opinor omnino nullum: relinquens igitur laborē & studium quod in hoc insumis, pergas potius ad illa nunc per quæ licet addiscere, quod filius secundum naturam sit sanctus, & non secundum participationem ex patre.

CYR. Ego verò & hoc reor, quod nullus non, modo non sit mente captus, obstupuerit, siquidem definientes proprium esse filij spiritum, attestentur iterum, eius esse participationē, & sanctificationem ex deo patre per spiritum possidisse dicant, datúmque tanquam aliquando non habuerit. Quanquam cur nam interdum non ferunt inquiri istius absurditatis damna, ad vnum solúmque hoc contendunt, quod ipsis videtur nihil considerantes? Particeps enim filius sui spiritus secundū quem modum? num quasi extrinsecus aduenientis? nihil enim F suimet est particeps. Neque etiam in cogitationibus sapientib. ea quæ natura quibusdam assunt adoptiua iudicantur, neque in externorum recensentur numero. Quo pacto igitur per spiritum sanctum sanctificatum esse dicunt, quum manifestè dicat de spiritu: Quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Et hoc dicimus, non participatiuè esse credentes aliquid eorū quæ in spiritu sancto. Perfectissimus enim est, nulliuśq; indigēs secundum suam naturam & subsistentiam. Illud autem magis significantes, quod dei & patris substantiæ, & Verbi secundū naturam & ex ipso, & in ipso prodeuntis, spiritus existit. Vnde omne id quod est deitatis proprium secundum naturam addu citur: fontem quidem habens ipsam quodammodo, effluentē autem quodammodo ex patre per filium: & sanctificantē creaturam. Quod si & illi intelligerent nobiscum sanctificatum esse Verbum, qui colligunt insipientium de hoc verba, dicant illud. HER. Quisnam?

CYR. Cum creaturarum natura spiritum conuersari. Ex confesso enim creaturæ vtilis est. Cur igitur fieret iste modus? HER. Sanctam eam perficit. CYR. Itaque demonstres absque obscuritate. Nihil enim adhuc intelligo, & quidnam sit sanctam efficere, vellem mihi diceres. HER. Libenter. Nam creaturam rationalem, peccato superiorem, & ad tantam præuaricationis malitiam vergentem transformat ad imaginem conditoris per sanctificationem. Sanctus enim omnium opifex est, ideo & dicit: Sancti estote, quoniā ego sanctus sum.

Leuit. 20. CYR. Rectissimè dixisti. Conditi enim sumus & nos ipsi ad imaginem & similitudinem dei. Quod autem diuinā nobis efficit effigiem, vtique est sanctificatio, hoc est in spiritu participatio filij: & certè quando hominis natura corruit, & imaginis pulchritudinem fœdauit innouati sumus, ad exordium redeuntes per spiritum ad imaginem conditoris, nempe filij, per quem omnia à patre. Proinde sapientissimus Paulus inquit: Filij quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. *Gal. 4. 2. Cor. 3.* Etenim quod species formationis, quæ hic dicitur per spiritum sanctum insinuetur nostris animabus, ipse indicabit clamans: Nos autem omnes reuelata facie gloriā domini in speculo repræsentantes, ad ipsam imaginem transfiguramur à gloria in H gloriam, sicut à spiritu domini, dominus autem spiritus est.

HER. Optimè dixisti. CYR. Itaque creaturæ quidem & facturis data est sanctificatio, quam intra se non habent. Vnde & dimitti potest, & qui eam habent, præuaricationem per se accersere sibi valent. Cecidit enim & angelorum natura & principatum suum, vt scriptum est, quidam non seruarunt. Et nos quoque præuaricationum causis obnoxij sumus. Igitur si quis existimarit & ipsi filio datam esse sanctificationem, nónne omnino affirmabit, quod & præuaricari possit? pateretur enim quod posset pati, etiamsi non diceretur pati. HER. Verum.

CYRIL. Quod autem tam venerandum, támq; sanctū neutiquam obnoxiū est peccato, imò neq; morbo quo in malum propensum esse argueretur, quandoquidem sanctificatio malitiæ & peccati detritio ac depositio est. HER. Astipulor. CYR. Igitur siquidem voluerint sentire, & dicere, filium sanctificatum esse cum creaturis, non difficile erit inuenire tempus, quod liceat dicere. Erat adhuc natura filius infirmus, & nondum melior quàm vt non posset delinquere. At si sic se habere intelligitur, quo pacto esset etiā imago dei & patris? quomodo item & splendor ac character substantiæ eius? Non enim in tempore factus est character, sed erat ante illud secundum naturam, & in principio. Ad hæc, quomodo non fuit sancta & synceriſſima patris pulchritudo & substantiæ ille character? An non sermo nos coget necessariò & nolentes, vt postea debeamus dicere, & patrem ipsum aliquando non esse sanctum? HER. Ita est, nam omnino consectaneum erit, oportere videri cum imaginibus eiusdem esse speciei ea quorū sunt imagines.

CYRILLVS. Quid autem amice, an nō seipsum dicit esse veritatem filius, & lux vera esse à sacris nominatur scripturis? HERMIAS. Etiam. CYR. An non frustra & imperitè scripsisse deprehenduntur, si lucem veram indigere secundum naturam sanctificatione dicant? nihil enim aliud affirmant, quàm hoc manifestè dicentes, sanctificatum esse lumen verum, sua quidem natura minimè factum, factum autem aliquando. HER. Prorsus. CYR. Itaque qui illum in ordinem cogunt eorum, qui vel in minimo delinquere possunt, planè mendaces sunt. Non enim egit peccatum neque inuentus est dolus in ore eius, sicut scriptum est. Quare ni *1. Pet. 2.* hil erubescebat dicens sanctificatum se à patre, & nihil illis adiiciebat, egregie autem sentit de se, & in hanc sermonum magnificentiam & excellentiam venit, vt absque distinctione dicat: Pro illis ego sanctifico meipsum. HER. Quomodo *Ioh. 2.* ergo quis veritatem agnoscet?

CYRILLVS. Si sapienter suppetet, quod secūdum naturam sanctus sit vt deus, sanctificatus autem nobiscum vt homo, proprio spiritu suum ipse templum inungēs. HER. Quomodo igitur pater ipsum sanctificasse dicitur? CYR. *Ioan. 14. Christus nunc in nobis est per spiritum.* Quia omnia à patre per filium in spiritu. Sanctificantem autē & sanctificatum natura verè filium, quando factus est homo induxit nobis beati Pauli sermo, dum dicit: Sanctificans & sanctificati ex vno omnes, propter quam causam nō erubescit ipsos fratres vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus G meis. Sanctificat quidem ipse sanctus existens secundum naturam vt deus, sanctificatur autem nobiscum secūdum humanitatem nostra susceptā similitudine, secundum istud dico eum sanctificari, neque mentitus fuerit dicens, se sanctificatum. Nam quamuis omnium potestatem habeat vt Deus, non tamē fratres vocare erubescit. HER. Quin & hoc dicunt, non mentiri se, si dicant sanctificatum esse à patre, etiam excepta dispēsatione, quam nobiscum habuit, extremis temporibus, quibus apparuit homo. Veruntamen ante hoc, cū his qui esse cœperunt, simul factus, & frater creaturarum, secundum quod & ipse non est ingenitus natura, factus autem est à patre. Verè itaque dicit & fratres nos vocans, & consanctificatos dicens.

CYR. At ô vos, qui ad omnia prompte curritis, etiam ad ea quæ præter rationem & decorum, vbi etiam nunc audax vester & attonitus sermo desiturus sit cogitare nō valeo. Nam quod filius quidem non sit genitus non vestris doctrinis, sed sanctis & diuinis doctoribus magis est auscultandū, inter quos & ipse Christus recensetur, dicens: Ite, & docete omnes gen- *Matth. vlt.* tes. Ioannes dixit nobis manifeste de filio: Et scimus, quod filius Dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus deum verum, & sumus in vero filio eius Iesu Christo, hic est verus Deus, & vita æterna. Deus autem verus non est factus cum creaturis, quando igitur iuxta id quod illis imprudenter videtur, particeps est sanctificationis, quamuis deus existat verus Verbum, & quando intelligitur secundum se, & absque carne, veniāt in medium, & Deum nostrum verum, aduentitiā habere sanctificationem, & quibuscunque voluerint demonstrēt causis. Vel non est verum dicere, quod siquidem est in filio Deo secundum naturam existente & vero datum sanctificari nihil prohibeat, etiam insipienter suspicari patrem ex quo est filius, licet deus esse creditus sit. HER. Videtur.

CYR. Vt autem vndequaque illorum impiam audaciam expugnem, minimè grauabor dicere etiam aliquid ex absurdis. An non congruit soli & præcipuè tribuere ei, qui secundū naturam

naturam est deus, quod possit sanctificare, sicut scilicet, & ex nihilo omnia producere? HER. Tribuendum erit. A

CYR. Si igitur inter creaturas numerabitur filius, iuxta turpem & abominabilem illorum sermonem, ea quæ deitatis secundum naturam sunt propria, & eximia perficiuntur, & ad naturæ propriæ gloriam spectant. Seipsum enim sanctificare dicit, delata quidem à summa omnium substantia, in creaturā erunt. Opinor autem verisimile, quod nos sanctificare dicendus sit secundum similitudinem quæ est filij. HER. Quomodo hoc dixisti?

CYR. Si enim ipse exiſtit factus, & adeò ea quæ distantis substantiæ sunt, propria facit bona, quid obstat quin & nos implere possimus ea quę illius sunt? Proxima enim illi est, & nihil distat, nostra ab illo proprietas, eo quod vniuique genito, ad genitum cognatio quædam & habitudo est, nempe secundū id quod genitū esse dicitur. HER. Nō abludere à vero videtur hic sermo. CYR. Erit autem & alia ratio impiè simul & imperitè dictum, credere ipsum sanctificari. HER. Qua ratione? CYR. Quod sanctificatur, nónne re quapiam meliore & præstantiore, quàm sit ipsius natura, sanctifica- B tur? Nō enim viliore dicendū vt opinor, quandoquidē sanctificatio ad aliquid vtile adducit. HER. Optimè dixisti.

CYR. Igitur quandoquidem est verum, quod sanctificatus est, secundum illos, per spiritum filius, omnino quasi re meliore inunctus erit, & ea quæ natura melius habeat quàm ipse. Nihil est enim particeps suiipsius, sed aliud in alio participium habet, iuxta rationem prout fuerit. HER. Sequetur & hoc.

CYR. Vltra quomodo in nobis filius per spiritum sanctū inhabitat? quomodo autē quod melius est secundum naturam per seipsum, deterioris efficiet participationē, & diuina efficiemur societate spiritum suscipientes? quomodo posterior erit filio spiritus? vel quomodo melior seipso? & nónne potius sicut ipse & ab ipso, spiritus ipsius omnem habet efficaciam? & ipsius participationem largietur? Vnde dicebat filius: Non relinquam vos orphanos, venio ad vos. Postquā autem ascendit ad patrē & ex mortuis reuixit, in nobis est per spiritum. Proprius enim ipsius est, & non extrinsecus susceptus spiritus eius, sicut scilicet & hominis humanus. Vbi autem carnē quæ immensè distabat propriam suæ diuinæ & summæ substantiæ tecit, tunc inquam C tunc & sanctificatus esse dicitur, tunc sapienter ac decenter sanctificatione ad humanitatē pertinente, etiā sanctificandi impletionem, hoc est efficaciā, tāquam in persona patris, naturæ deitatis ascribit. Nā illi soli proprium est sanctificare. HER. Assentior, nec opus est, quū recta dicas, vt prolixi sermones tibi obiiciantur. Sanè sapiēs hoc minimè fecerit. Dicunt autē, quod si soli & vero deo potentiam sanctificandi tribuere decet, huius autē filius manifestè apparuerit, nihil est quod prohibeat, quod & deus secundum naturam sit, imò manifestè cōfiteri oportet. Et si hoc admiserimus quū deus verus & naturalis nulla re indigeat, quid docuit is, qui secundū nos filius & deus ostendens naturam suā opus habere gloria, regno & dominatione, dū ad *Ioan. 17.* patrem cœlestē sic dicit: Pater, venit hora, glorifica filium tuū, vt & filius tuus glorificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam ęternā. Hęc est autē vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deū, & quem misisti Iesum Christum. Ego te glorificaui super terrā, quū cōsummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Et nūc glorifica me tu pater apud temetipsum gloria quam habui, priusquā mundus hic D esset apud te. Manifestaui nomē tuū hominib. quos dedisti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē seruarūt nunc cognouerūt quod omnia quęcunq; dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperūt & cognouerūt verè quod à te exiui, & credide *Act. 2.* rūt quod tu me misisti. Dixit autē & Lucas in Actis quasi ex persona Petri: Certò igitur cognoscat omnis domus Israel, quia & dominū ipsum & Christū fecit dominus. Intelligis igitur, quod vbíque pater dat gloriā & dominationem, accipit autem, idq; placidè filius. Iam si talibus quibusdam nos lacessant sermonibus, adiicientes & talia, quodnam foret effugium & quæ euitatio laboris, his qui quàm optimè sentire cupiunt? CYR. Diuinus sermo prædicauit: Mansuetus sit pugnator. Ergo autem dixerit, debere nos aduersariis resistere, nihil formidantes. Deus enim qui operatur in nobis, & sermonem quidem linguis immittit, mentem autem piorum, vt bene se habeat, d iri git. Loqui verò extra rectam viam, & afferre aliquid quod indecorum ac peruersum persuadere, hoc fuerit. HER. Quid nam hoc dicis?

CYRILLVS. Quid? opinor negligere tanquam rem inutilem, cognitionem temporum, quibus vnumquodq; quod fit deceat, & ita fieri incōsideratam sermonū obseruationem. Nam siquidem nō est verbum caro factū, nec habitauit in nobis negligatur quasi vana temporum obseruatio, & diligentiæ in illis habendæ indifferensque sit omnis sermo de vnigenito. Tunc splendor patris ille per quem omnia facta sunt, Verbum, quod consideret cum eo qui genuit, & coæternum est, illeque intangibilis & inuisibilis, dicatur pati in propria natura & in dorso plagas, & in manibus ac pedibus clauorum penetrationem & vulnus in latere, & summum malorum, mortem inquam. HER. Verum hæc omnia dicent veniſſe secundum humanitatem, passus enim est secundum quod homo. CYR. Quid autem amice, nónne ex confusione & ignominia dicimus accidisse filio passionem? HER. Etiam. Scribit enim *Heb. 12.* beatus Paulus, quod sustinuit crucem confusione contempta. *Esaiæ 50.* Et ipse alibi per vocem prophetæ dicit: Propter hoc non sum confusus, sed posui faciem meam vt firmam petrā, & scio quod non confundar, quia propè est qui me iustificauit.

CYR. Excitauit ne, dic mihi, templum suum, vbi mortē & corruptionem susceperit? vtrū sicut nos vt homo, vel vt deus ex Deo quū apparuisset in carne? HER. Sicut deus ex Deo. CYR. Confusio igitur illa & erubescentiæ indecorum disparuit postea, & glorificatus est per resurrectionem filius, quāuis antea propter spontaneam exinanitionem, indignissimam & ignobilem mortem non declinauerit. HER. Sed hanc gloriam à patre assumpsisse dicitur filius.

CYR. Rectè dicis amice, assentior enim. Nam postquam apparuit homo, quāuis sapientia & virtus sit patris, per semetipsum abolita morte, & vita quæ ab ipso suū corpus replebat, quasi fonti suæ subsistentiæ, quod fiebat tribuens. Decebat em nullam aliam rē & creaturā, viuificare posse, & corruptione superiorē, terrenam carnem ostendere, etiamsi intelligatur esse *Caro etiam Christi non viuificat, vt caro.* Christi secundū quod caro dicitur, nisi solā diuinitatis naturā. Quod autem filius potens fuerit resuscitare templū suum, e- *Ioan. 2.* tiam si dicatur, hoc donatum esse ei à patre, facile quis videbit, quandoquidē Paulus dicit de patre, quod excitarit eū ex mortuis, & gloriā ei dederit. Ad Iudæos verò ipse filius dicit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum, mortuus enim est vt homo secundū carnem, quāuis vita secundum naturam existat vt Deus, reuixit autē ineffabili virtute, & indicibili efficacia vsus, quāuis sicut nos existeret, quantū ad humanitatē dico. Itaq; glorificatur quidē à patre, non quod gloria indigeat quū extra carnem & Deus ex Deo intelligatur, sed quoniā erat homo, quasi propriæ naturę fructū, nō habens potentiā operādi efficaciter diuinè, accipit quodammodo illam per vnionem & ineffabilem concursum, qui intelligitur dei esse verbi cum humanitate. Glorificat autem & ipse patrem, pater enim Dei cognoscitur esse, qui omnia potest, quamuis apparentis in carne, & cum terreno corpore cōuersantis cū his qui in hoc mun- *Ioan 17.* do. Propter hoc inquit: Ego te glorificaui super terram, opus perfeci quod dedisti mihi vt faciam. Magna enim alacritate inquit ô pater, audax & arduum mortis imperium destruere aggressus sum. Verùm hoc facere & ita implere posse non erat carnis & sanguinis, sed tuæ viuificæ & immobilis naturæ: ex qua quoniam natus sum, quod placebat fecenuē egi, nullā habens vtilitatem ex humanitate, nihilominus sacrificium peregi, quamuis in carne & sanguine essem. Cur igitur? quia ex tua natus sum substantia, ex æquo virtutem habere credar. Glorifica itaque tu me, qui propter hominem inglorius factus sum, cōcedens mihi tua virtute & efficacia viuifica, vt morte superius ostendam templum mihi ineffabiliter vnitum. Iam quod solitum & non ita olim præsentem sibi honorem ac gloriam assequi petat, liqueſcit. Dicit enim: Et nunc glorifica me pater gloria quam habui antequam mundus esset apud te. Qui enim semper & in principio gloriæ Dominus, inglorius erat, eo quod ad humana descendisset, ad eam quæ prius & natura in se erat gloriam reducit eos, qui suam humiliationem decebant, sermones illam dispensationi cū carni donans postquā passus est. Proinde necessarium, scire tempora, quibus conue-

niunt ea quæ carnis & ignobilitatis,& quibus ea quæ ante aduentum, in quibus gloriæ Dominus exiſtens, gloriam non accepiſſe,ſed vt propriam habuiſſe reperitur. HER. Quomodo igitur aſſumit quoſdam de mundo à patre, de quibus etiam dicit ad ipſum:Quos dediſti mihi ex mundo,tui erant,& mihi eos dediſti.

CYRILLVS. Igitur iterum dicam aliquid:Abſurdis cogitationibus (ad id quod ab initio dicebam redire cogor) fruſtra vt videtur,eſſe dicitur exinanitus, quamuis factus fuerit ſicut nos,qui in forma & æqualitate erat vnigenitus. Nam ſi aduentitium habet poſſe imperare,& accipit quædam à patre quæ prius habere non videtur,innouatur aliquid vt videtur in filio, & inde nobilitate quadam honeſtatur. Adducit autem illum quodammodo gratia hæc ad melius,& ſuperius quiddã quàm prius erat. Iam vnde vnquam diminutionis ſermonem afferemus? vel qualiter exinanitum viderit quis, ſiquidem omnino aliquid quod olim non agnatum erat accepiſſe deprehendetur,quaſi aliquam incarnationis mercedem,& vindictam contra quorundam poteſtatem lucrifaciens? H. Sic habet.

CYRILLVS Falſe autem dixerit verſimiliter etiam ſapiens Ioannes, dicens de illo: In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quomodo enim proprium eius, quod vix in nouiſſimis & ab alio datum? quamuis innumera antea ſecula exacta fuerint, in quibus Chriſtus coæternus erat Deo & patri, ſi poſtquam factus eſt homo accepit illos à mundo,& ſceptri nouitatem aſſumpſiſſe ſe videtur iſtam, nihil igitur vererer dicere, quod ſtatus verbi Dei per incarnationem factus ſit melior, quàm initio fuerit. Et ſi accipiens in æqualitate patris intelligatur: nam vt vides aſcendit ad excellentius, & incomparabiliter melius in gloria.Igitur ſibiipſi benefecit filius,diſpenſationem carnis & humanitatis modum ſuæ largitus gloriæ. Quomodo igitur adhuc propter nos incarnatus eſſe dicitur?vel quomodo precium redemptionis vitæ omnium fuit, ſi morti ſuæ tam inſolitam & non olim habitam emit gloriam? HER. Optime dicis, etiam ſermo noſter audax quiddam & aſperius meditatur.

CYRILLVS. Itaque abijciatur etiam ab ipſis tam acerbum & malignum dictum. An non intolerabilis tibi res videtur eſſe,& neceſſariò compellens etiam inuitos nugari? Negligentes enim aptare temporibus congruentibus, voces, ſuſque déque omnia miſcere & confundere ſolent: quamuis quomodo non melius fuerit intelligere, quod propria quidem fuerint omnia Verbi, etiam productorum natura eius ſubiugata eſt, qui fundauit ea gloriæ. Nam vbi humanum genus ab officio ſuo excidit,non ſuſceptum à quibuſdam, vbi apparuit propter nos in carne Verbum,perſuaſos autem breui & credentes iugis ſubiecit,& diſcere volentes meliora,ſuſcepit. Curuatur enim ei omne genu,& omnis lingua confitebitur,quod Dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei patris. Accipit autem hæc ſecundum humanitatem. Igitur propria quidem Verbi omnia ſecũdum quod natum eſt ex Deo, & dominatur omnibus cum patre,accipit autem hæc ſecundum humanitatem, quando factus eſt ſicut nos, ſuper quibus regnet & imperet potentia ei à Deo data eſt. HER. Gloriam igitur propriam habere dicimus ipſum,nihilque ad hoc aſſumpſiſſe à Deo & patre.

CYRILLVS. Etiam,ſecundum quod intelligitur Deus, & gloriæ Dominus. Ita enim nominatus eſt à diuinis Scripturis: vnde & ſaluatoris diſcipulus Iacobus ſic inquit: Fratres,ne in acceptione perſonarum habete fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti,gloriæ. HERMIAS. Deinde quæ erit filij gloria,præter eam quæ eſt patris?

C. Non excellentior, neque minor,ſed eadem,imò quemadmodum ſapientia & virtus patris, ita erit & gloria ſubſtantiæ quæ genuit ineffabiliter effulgens & demonſtrans eam naturam vnde nata eſt,quaſi iubar quoddam ſolis, & lucis ſplendor ex ſubſtantia mittentis proſpectans:ita & vt illud poſtea ex quo eſt per ſummam ſimilitudinem ſpecieſque æqualis qualitatem bene intelligatur. HER. Num ex ſacris literis horum fidem nobis facere poteris?

C. Non admodum magnus labor inſumendus erit, ſi ſanctorum voces tecum colligam. Dicit enim beatus Paulus Epheſis ſcribens: Quapropter & ego quum audiſſem eã quæ in vobis eſt fidem in Domino Ieſu, & in omnes ſanctos charitatem, non deſino gratias agere pro vobis, vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ,det vobis ſpiritum ſapientiæ,& reuelationis in agnitione ſui.Intelligis ergo,quod patrẽ Chriſti etiam patrem gloriæ nominauit, non aliud quid opinor Chriſtum oſtendens à gloria patris.Dixit autem iterum:Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini in ſpeculo repræſentantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini ſpiritu. Reſpicientes in ducem noſtræ fidei & conſummatorem Ieſum, qui eſt gloria eius, qui ſecundum naturam & verè eſt Dominus, nempe patris: transfiguramur autem in ipſum per ſanctificationem in ſpiritu. Petrus quoque quamuis clareſcens inter diſcipulos venientes ex circunciſione ad iuſtificationem quæ in Chriſto per fidem ſalutans, dicit, quod omnia nobis diuina virtus eius quæ ad fidem & pietatem attinent donarit per agnitionem eius, qui vocauit nos ſua gloria & virtute.Igitur ſiquidem eſt propria gloria patris filius, per quem & vocati ſumus ad agnitionem eius, quis dicere audet quod datum & aduentitium gloriæ patris ſit,hoc quod eſt. Quæ enim alia eſt gloria in qua refulget gloria patris? nũquid comparas,quod alij in medium prorumpentes audent fateri oportere fidenter dicere, quod ſapientiam quidem acceperit à quodam ſapientia patris: quod autem ſit virtus, hoc eſt robur quod natura ſit in eo. Hoc eſt,filius acquiſiuit ab alio, & extraneam habet ſapientiæ gloriam. An non hiſce nos ſermonibus irritant aduerſarij in omnibus peruerſi? Igitur ſiquidem ſufficiunt dicta ad euidentem demõſtrationem, quod filius ſit propria gloria patris, bene habet, & tacebo: quod ſi adhuc & alia teſtimonia requiris,afferam tibi diuinum Pſaltem, qui quaſi in perſona eorum qui in fide iuſtificãtur, ad vniuerſorum patrem ac Deum dicit:Ego autem in iuſticia apparebo coram facie tua, ſaturabor vbi ego videro gloriam tuam.Facies enim & imago patris & ſubſtantiæ character, quæ alia eſſet, præter Verbum, quod ex ipſo natum eſt, per quod & ab hominibus cognoſcitur, quaſi tanquam in propria gloria illuſtrans omnia? Alloquitur item & ſapientiſſimum Moſen: Sed viuo ego,& qui viuit eſt nomen meum, & implebitur gloria Domini omnis terra.Impleta enim ſunt omnia Chriſto. Apparuit enim nobis in ipſo. Quod ſciens diuinus Dauid iterum dicit: Ædificabit Dominus Zion, & videbitur in gloria ſua. Apparuit enim nobis in filio, qui manifeſte dicit: Qui vidit me, vidit patrem. HERMIAS. Igitur ſiquidem filius eſt verè propria gloria Dei & patris,ſequetur quod etiam ſecundum naturam,Dominus quidem ſit vniuerſorum,& rex non aliter quam ipſe pater. Porrò quia iterum dicit per vocem Pſallentis: Ego autem conſtitutus ſum rex ab ipſo ſuper montem ſanctum eius. Dominum autem & Chriſtum ipſum factum eſſe manifeſtè ab ipſo patre ſapiens nobis diſcipulus atteſtatus eſt.

C. Itaque amice dilecte,diceres ne, tanquam minime offenſus, ſi quid à te rogare vellem? HER. Quare non?

C. Nunquid non decebit intelligere aliquando non eſſe Dominum ad dominationem vocatum, & præter morem ad hoc adductum. Neque enim exiſtens hoc quod eſt, ad ipſum quiddam quaſi ad aliud regreditur. HER. Et quî non?

C. Itaque quando dicunt filium ad dominationem adductum eſſe: antequam aſcenderet ad dominationem, gloria & honore illo priuatus erat adhuc. Hoc enim neceſſe eſt,vt & inuoluntarij dicant. HERMIAS. Cur dicerent, quod & ante incarnationem?

C. Dicent ſcio, facile decorum tranſeuntes. Sed veritatis ſermo ſe illis opponet. Nam incarnato & habitanti inter nos conuenire dicimus aduentitiam potentiam,ſumpſiſſéque videri regnum & dominium. Dominum enim & Chriſtum factum eſſe à Deo & patre dicit diuinus diſcipulus, non abſque iudicio. Verbum quod ex illo prodijt, ſed Ieſum crucifixum. Quod autem ante aſſumptam carnem & vnionẽ factam Dominus erat filius, abſque labore videbimus illud cum aliis in mente reponentes. HER. Eſt vt dicis.

C. Nónne quando factus eſt homo, tunc & in ſerui formam veniſſe dicitur? HER. Sic dico.

C. Proinde neceſſariò intelligendum eſt ante aduentum in carnem, non in ſerui forma fuiſſe Verbum quod ex Deo apparuit, ſed in dominatione naturali & in propriis ſublimitatibus, in quibus manere non magnificit, propter charitatem in nos,

nos,appellatuſque eſt ſeruus:vt quemadmodum ipſe in his quę præter naturam voluntarius propter nos, ita & nos ad ea quæ ſupra naturam,propter ipſum alacres eſſemus. Deſcẽdit enim ad exinanitionem, non permittens exinationi, vt ſuperet inſitam & immutabilem ſuam gloriam, ſed vt id quod in humilitate & infra, hoc eſt, vt nos poſſimus per ipſum ſurſum aſcendere. Non enim quod deterius eſt, ſuperiori vim aliquando faciet, ſed cedet potius vincenti, & à præſtantiore incomparabiliter vincetur. Imperite igitur cẽſent eum à noſtris rebus adactum, vt nobiſcum propter nos maneret infra. Sapienter autem & verè intelligitur ac dicitur quod ad ipſius deitatem, & ineffabilem pulchritudinem aſcẽderit humilitas,quæ à ſumma gloria eius vincitur.Quemadmodum enim euenit carnalem mortem ipſum paſſum eſſe, propter carnem morti obnoxiã, quum vita exiſtens ſecundum naturam, reduxerit illam ad ſuam,nihil ſuſtinens in propria natura, & concutiens potius mortis imperium, ſic dicimus, quod ſeruitutem eum paſſum eſſe contigerit diſpenſatiue.Quoniam autem ſecundum naturam eſt deus, & dominus,permittit & offenſam, & ignobilitatem ſeruitutis, excellentia gloriæ victam aboleri.Itaque ſi manſiſſet inter mortuos, ſecundum carnem inquam manſiſſet etiam inter ſeruos. Quia autem regreſſus eſt ad vitam, diſpẽſatiuè morti permiſit, putare ſe viuere, redibit ſanè & ad alterum, hoc eſt ad claritatem naturalis dominij,diſpenſationi ſecundum carnem, ad breue tempus permittens ſeruitutis modum.Hac ratione & æqualis gloria & throno exiſtens,quaſi filius cum patre,& deus cum deo,& ad initia tam præclaræ mundanæq; excedẽtis gloriæ redire videtur, dicẽte ad ipſum deo & patre: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum. Id quod ſibi ſubſtrauerit,conquieſcens ad paſſionem diuina & ineffabilis natura. Hoc autẽ omne ſaluatori noſtris ſubiicitur pedibus, quod non humano more operatus eſt. Neq; quia factus eſt caro, propter hoc præualet non obedientibus, ſed quia humanitatis paruitas in ſummæ & excellentiſſimæ naturæ dignitatem peruenit,& ipſam in dignitatis ſolio collocauit,& cũ carne vnigenitus dei Verbum dominatur omnibus non abſque patre. Nam quod eſt à patre, hoc omnino opus eſt filij: & quod dicitur tranſire per filium, hoc eſt omnino opus egregium patris. Omnia enim per vtrunque æqualiter. Pater enim operatur, & filius habet per ipſum & cum ipſo in ſpiritu efficaciam & voluntatem ad quoduis agendum. HER. Ciuiliſſimè dixiſti. Nam rectam & immaculatam incedens viam, nos erudis. Probas autem non minus quàm olim, dum conſtitueres manifeſtius dominationem filij. CYR. Igitur ſi quis velit interrogare,accedatque dicens: Dic nobis amice,vnde eſſe dicis dominationem patris, quia illam affirmas? HER. Dixerim etiam ea quæ ſuper terram. CYR. In tam venerandis & claris non dicent eſſe filium conſpicuum? HER. Dicent opinor, veruntamen permittente illi patre. CYR. Vltra quomodo igitur non eſt mẽdacium & vana fabula:ſummo deo & patre clamante:Gloriam meam alteri non dabo Neque enim permittet vllis rebus aliis quàm ſibi,iuxta ſubſtantialem dignitatem, veræ deitatis ſublimitatibus magnificari.Quomodo enim natura facti,ad huius dignitatis conditionem peruenieret,vt nihil nobilitatis ſupra ſe relinquat? An nõ neceſſarium omni quod factum, & ad natiuitatem productum,inacceſſa,& ignota, ea quæ propriè dei,omnino intelligenda? HER. Neceſſarium. CYR. Et quomodo filius in paternis conſpicuus erit, & non alio opinor modo,quàm ſicut ille? Ipſe enim beatus Daniel,& diuiniores nobis ſcribens viſiones propheticas, cõſtituit quidem ſuper ſolium antiquum dierum, adiectis miniſtris decem mille millibus ordinatis in aciem, & centum mille millibus aſſiſtentibus. Eſaias quoque diuinus non in minori gloria viſum eſſe dicit filium: Videbam enim, dicit dominum ſabaoth ſedentem ſuper ſolium excelſum & exaltatum, & plena erat gloria domus eius, & Seraphin ſtabant in circuitu eius,ſex alæ vni,& ſex alæ alteri: & duabus quidem velabant faciem,duabus verò pedes:duabus autem volabant, & clamauit alter ad alterum: Ter quidem in principio,ſub finem autem in vnitatem & dominationem deſinendo.Nunquid videtur tibi iuxta antiquus in gloria,& valens filius? vbi enim thronus ſummus & æqualis eminentia, & virtutum cœleſtium aſſiſtentia per circuitum, creaturarum miniſterij munere fungentium,& ſedenti, dominationis gloriã cantium, ambiguitatis locus non eſt, quod in ipſam imperitiæ profunditatem peruenerit,qui arbitratur filium naturali patris dominatione non eſſe conſpicuum. HER. Vtique eſt & illeſermo verus. C. Da autem amice,neque me,neque te dicendo falli,& ſiquidem etiam alteri cuipiam videatur, quod verò ſecundum naturam deo, ſemper gignentis iuncta ſit virtus, & ſint omnia dei, vt in ſumma dicatur, cœlum & terra, & quæ in eis. HER. Mihi ſanè. C. Igitur æquales deo & patri eſſent beatam ſupernam vitam agentes angeli,& archãgeli,& ſi quid vltra illos:eſſent autem & ipſius filij.Hoc autem ipſum & de his quę ſuper terram, ſicut bene ſcis,ſentire quoſdam dicere liceret.

HER. Recte quidem dixiſti,veruntamen ſi ſingulos noſtros ſermones fide dignos feceris,ages optime. C. Itaque diuinus quidem Pſaltes: Benedicite,inquit, dominũ omnes angeli eius, miniſtri eius facientes voluntatẽ eius:patris ſubſtantię tribuens ſanctam ſupernorum multitudinem. Quod autẽ veniat iudex ſuo tempore filius, prænuncians ipſe dicit: Venturus eſt enim filius in gloria ipſius patris cum angelis & ſanctis.Vẽturus enim vtique eſt ſuo tempore, vt reddat vnicuique ſecundum opus ſuum. Veruntamen non alienis ipſum miniſtris ſtipari, & commorari dicimus, ſed ex angelorum agminibus tãquam proprio exercitu miniſterium habere. HER. Aſſentior. C. Cantat autẽ diuinus Dauid,& dicit de deo & patre: Venite adoremus & procidamus ante eum,& ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter, & nos populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Rationales autem greges, qui in hoc mundo ſunt,ſuos quoque eſſe dicit filius.Interdum quidem dicens,quum credidiſſent Iſraelitæ. Oues meæ vocem meam audiunt.Interdum verò de his qui nondum crediderant: Et alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili.Itaq; ex innumer.s quæ nobis facile foret indicare,quod glorificat° dicatur à patre, propter humanitatem filius,quamuis gloriæ dominus ſit,eiuſdémque ſemper ſedis & throni cum patre. Eſſet igitur crimen, & meritò ineffugibile, & ignominia vix abolebilis,his qui aduẽtiam ei gloriam tribuunt,& imperium ſuper omnes extrinſecus conceſſum dicunt. HERM. Igitur ſi non extrinſecus aſſignatum ei ſuper omnes imperium,ſed inſitum eſt ei ſubſtantialiter,non poſſum dicere,quid nam diuinus Paulus edoctus,deſinens regnum eius affirmarit, dicẽs: Quemadmodum enim in Adam omnes morimur,ita & in Chriſto omnes viuificabũtur, vnuſquiſq; autem in ſuo ordine primitiæ Chriſtus, deinde qui Chriſti in aduentu eius, deinde finis quãdo tradit regnum deo & patri,quando abolebit omnem principatum,& poteſtatem, & virtutem. Oportet enim ipſum regnare,donec ponat omnes inimicos ſub pedes ſuos, nouiſſimus hoſtis abolebitur mors.Ecce enim diceret, confine quòdammodo fieri regni eius, ceſſare principatus & aboleri mortem, tradendum enim & principatũ tunc ſoli deo & patri. C. Apage cum hac anili & maxime ridicula ſententia.Quando enim ſenſit ac dixit:Dereliquit quidẽ vias ſuæ vineæ,& arma ſuę agriculturæ aberrare fecit,tranſiuitque per inaquoſam ſolitudinẽ,& terram ſitibundam, & manibus ſterilitatem cõgregat,ſicut ſcriptum eſt. Non enim à regni diademate,& vniuerſorum dominio extraneum aliquo tẽpore filium,diuinus nobis dicebat doctor. Sciebat enim, opinor,lyram quidem pulſantem propheticum Dauid, cantantem verò ad filium in ſpiritu: Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi, virga æquitatis virga regni tui. Quid autem tum faciemus, qui ad vnum quodq; abſurdum impudentes ſumus,& agreſtem mentem habemus, quum beatus Gabriel Chriſti laudem prius ſanctæ virgini deſignarit: Neque enim, inquit,timeas diſpenſationem ô Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum:& ecce concipies in vtero,& paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis ſuis,& dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris ſui, & regnabit in domo Iacob in ſecula,& regni eius non erit finis.Viro igitur ſancto,durationem regni filij in ſecula immenſa, indefinentem proclamante, & angelica voce conſonante veritati probatutum hoc cum laudibus opinor bonum & modeſtum: condemnaturum autẽ deliros & corde carentes, vel aliud dicere volentes, quamuis lex manifeſte clamet: In ore duũm aut trium teſtium ſtabit omne verbum. Nónne multum execranda impietate plena eſt oppoſitio? HER. Equidem dixerim,veruntamen ſcias longe aliter, atque nos affectos aduerſarios. CYR. Sed vt quàm optime

sentiamus & discamus, situm erit omnino in nobis, nempe ne permittamus simpliciter illorum ignauiæ, vt quicquid ei placet eructet, silenterque id deuoremus, sed repellamus semper pro virili, alieni cordis commenta, & strenuè transilientes laqueos
Psal.123. rusticæ nugacitatis, in nobis ipsis cantemus: Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionẽ dentibus eorum. Quoniam autem vt sapiens & parabolicus noster sermo sonabat. Gubernant autem impij male, age dicamus quod faciat ad vtilitatem legentibus, & ea per quæ possunt strenue imposturarum insidiæ repelli. Igitur in fide iustificatis, & his qui præclaram spem
Hebr.12. in hoc abundãter acceperant diuinus scribit Paulus: Idcircò regnum immotum accipientes habemus gratiam, per quã seruimus deo beneplacentes. Itaque regni ne alicuius meminisse ipsum dicemus in istis, dices amice? Vide autem quomodo ipsum firmatum fore dicat, & immobilitatem sortitum per hoc quod immotum dicit, significet. HER. Possem hoc valde manifeste dicere, volo autem te audire. CYRIL. Examinandum vtique quandoquidem placet, vtrúmne filij regnum, vel certè quod ipsis sanctis datum, dicat? Etenim si aduersarij dixerint regnum & excellentiam filij, melius quàm vt intereat vel aduentitium sit, frustra prius nugati, pudore suffundentur. At si præterito & repulso filio, sanctos dixerint immutabili regno potiri, primum quidẽ sancti ipsi Christo præstantiores apparebunt, & sortem adepti vltra suam conditionem, si ille quidem principatum obineat reiectaneum, ipsi verò certam & perpetuam nacti lætitiam, quæque solidam gloriam habet possideant. HER. Optime dixisti. CYR. Tam agreste autem cauillum, non explodendum meritò? Non enim vlli alteri quàm Christo ipsi conuenit imperare & regnare super omnia: cui id cõuenit, non vt nobis. neque enim illi datum vel aduentitium est, sed natu-
Roman.8. ralis dominationis rationes comitatur. Qui verò simul passi fuerunt, & conregnabunt, vt scriptum est, cum ipso. Ipse igitur & imperando dominus est, nos verò asciti, & participium honoris modo quodam, assecuti: regnant enim cum Christo regnante. Deinde quomodo immobilem habebunt ad hoc honorem, & perpetuò regnabunt, si commoueatur & desinat aliquãdo Christi imperium, cuius & illos participes esse dicimus. Et si regni illis suppeditator & distributor, principatu defungatur, vbi erunt quæ illi possidebunt? quale habebunt fundamentum, vbi adhuc simul participes erunt, si id quod vocat ad gloriam infirmum est? an non necessarium collabi cum sustinente id quod sustinetur, & cum infimis fundamentis ea quæ super extructa sunt? Quãdo igitur nobilitatis & felicitatis fundamentum concutietur per illos, vtique simul ad ignobilitatem perueniet, ac humilitatem omnino sanctorum spes. HER. Transibit simul. Nam manifestus verusque sermo. CYR. Cur autem & docens diuinorum sacramẽtorum minister, dei regnum nominabat regnum Christi? scribit enim sic: Hoc enim scitote, quod omnis scortator, vel immũdus, vel auarus, qui est simulacrorũ cultor, non habet partẽ in regno Christi & dei. Minimè enim dubitarim, quod quandoquidem naturalis ei dignitas sit, regnando sequatur omnino illud, esse oportere deum. An non hæc sic habere existimabimus ô Hermia? HERM. Vtique, nam siquidem deus indubitato est, omnino & rex est. CYR. Igitur siquando à regni gloria desisteret, excideret & ab hoc quod est deus, & vita quidem & lux non vltra erit. Taceo autem quod absurdum. Quæ ergo postea filij esset natura, deitatisque & regni, si ab eo quod lux est, fit exuta, & viuificari non posset quod luce priuatum, poterísne igitur dicere ô amice? HER. Non intelligo. CYR. Quod sanè maximè formidandum, & persuadet fœdam & reiiciendam aduersariorum opinionem hoc est. HER. Quale hoc? C. Quód nam dicunt manifestari tempus, quo, vt putant, tradat deo & patri regnum filius? HERM. Dixerim quod nos quidem, quantum ad hoc pertinet, minime terminum præscribemus, ipse autem Paulus definit, dicens: Primitiæ, inquit, Christus, deinde i
1.Cor.15. qui Christi in aduentu eius. Deinde finis, quãdo tradit regnum deo & patri, quando abolebit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem: oportet enim ipsum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedes suos. Vltimus inimicus abolebitur mors. C. Senescente igitur quodammodo præsente seculo, & ad finem iam tendente tempore, tradit regnum deo & patri secundum illos filius. Habet autem nunc principatum super omnes, & est in gloria quę deum decet. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

HERMIAS. Verum. C. Est igitur eiusdem throni & paris gloriæ cum patre, quum hi qui obsistunt, & obedientię modum detrectant, nondum subiecti sint, repellentur autem à soliis deitatis quando subiicient ipsorum ceruicem, & substrauerint iam quodammodo rebellem quidem olim & indomitam mentem, subiectam autem & defluẽtem ad tenerum & tractabiliorem habitum ac voluntatem. Et quid hæc res filio proderit? Cui enim subiectos esse dicimus eos, qui tempore longo vix subiecti tandem? Nunquid enim quãdo illi afferuntur quidem propter obedientiam, & ille à thronis discedit, tunc dispensationis erit finis? Equidem intelligere nequeo, tu verò amice quid dicis? HERMIAS. Nihil sanè ipse possum dispicere.

C. Age & illud consideremus. HER. Quid nam? C. An non melius tempus filio, quo obluctantur quidam, dum compelluntur vt subsint, quàm illud quo necesse est excidere à regno, subditis iam inimicis & subiugatis, qui se opponere solebant? HER. Videtur. C. Adiecerim autẽ prędictis absq; metu & istud: Euersionem regni filij, vt videtur, pater facit, subiiciendo ei inimicos, & conuertendo, ipsum odio habentes, sicut per vocem Dauid dicebat Quin & ipse alicubi ignorasse putabitur ea, per quę posset longã & immutabilem gloriam possidere. Non enim habitus esset, ad obediẽtiam quæ in fide intelligitur, venientibus, propter difficultatẽ morum humaniter loqui: Venite omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refi- *Matth.11.*
ciam vos, tollite iugum meum super vos. An non sic loqui est eius, qui ad finem tendit? Igitur amice subditis illis non esset dominaturus? HERM. Sic habet. C. Dixerim quod falso dicat & pater, incarnato filio inquiens: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam termi- *Psal.2.*
nos terræ. Vbi enim adhuc filij intelligitur hæreditas, si tradat patri? vbi autem vocabulum possessionis rationem suam custodiet? vbi subsistet quod datum? Et quãdo oportet bene firmatũ, inexpectatam quodammodo ferre ruinam? HERM. Sufficientem & non contemnendam oppositionem iam factam dico: eas igitur deinceps ad id quod reliquum, quod, vt opinor, dicta requirunt: non possum enim discere, in veritate quid nam sit tradi deo & patri regnum à filio. C. Eximie, nunquid & ipse dices, quod regnauit quidem blande certans peccatum, tyrannidemque contra nos obtinuerunt corruptio & peccatum, & dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque fine, sicut scriptum est? HER. Etiam, nam manifestum hoc, *Esaiæ 5.*
& sic habet. C. Quid autem, nónne & maligni spiritus hi qui in mundo, dicuntur virtutes, & principatus, & dominationes, & ad hæc mundi rectores, & multitudini illorum præfectus, toto ferè mundo illius pedibus substrato, deus huius seculi nominatus est? HERMIAS. Verum est. CYRILLVS. Porrò hæc omnia in nihilum deducturus, & prorsum aboliturus, aduenit filius, vt electis à tyrannide in nos, his qui olim imperarunt, dei regnum purè illucesseret, & per vniuersam iret terram peccato quidem per fidem funditus euulso, traductis verò in triumpho principatibus, & his qui cum ipsis potestatibus, per venerandam crucem, concussa item & morte per suam ex mortuis resurrectionem. Virtuti igitur propriæ, hoc est filio, hęc scilicet omnia facere permittens pater, mundum recapitulauit, & reduxit ad principium, hominem qui fugitiuus erat. Vnde
etiam filius ad ipsum dicebat: Ego te glorificaui super terram, *Ioan.17.*
opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciã. HERMIAS. Optime dixisti. CYRILLVS. Vide igitur, quomodo in præsenti tempore, quum tyrãnidem adhuc seruet mors, & peccatum nondum omnino ablatum sit, regnãte super incredulos maligno & pernicioso dracone, distributum sit quodammodo dei imperium, & in vtranque partem inclinet, eum excutiunt adhuc iugum eorum, qui nõdum dæmoniacæ illusioni, & prophanæ huic & terreniori vitæ renunciarunt. Vbi autẽ apparuerit tempus, quo deficiet mors & peccati robur excidet, corrúpeturque prorsus diaboli crudelitas, commẽdabit quodammodo syncerum principatum, & deteriori non admixtum tradet deo & patri regnũ filius. Solus enim imperabit nobis per ipsum & cum ipso. Igitur hanc expletionem dispensationis & totius my *Tradere-*
sterij, traditionis nomine significauit ille spiritu dei prædictus. *gnum deo*
Nam quasi ab alio detineretur regnũ dei, & auellẽs filius ab his *patri.*

qui

qui subirrepserant, adducit & tradit patri, non quod ipse extra regimen sit: sed quod cum suo genitore omnino imperet, cuius & virtus est viuens, & in propria hypostasi est. Hæc sanè omnia meritò intelligitur efficaciter fecisse. Quod autem indesinens Christi regnum, etiam si dicatur accipere humano more, sciet quis etiam ex his quæ scripsit nobis diuinus Daniel in humana forma & habitu, spe videns vnigenitum, dixit autem
Dan.7. sic: Et in diebus regum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in secula non corrumpetur, & regnum eius populo alteri non relinquetur. Imminuet autem & conteret omnia regna, & ipsum excitabitur in secula. Et iterum: Vidi in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & coram ipso adducta sunt, & ipsi data sunt principatus & honor, & regnum & omnes populi, cognationes, linguæ ipsi seruient, potestas eius potestas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. HERM. Manifesta & irreprehensibilis est dictorum fides, sed amice, tollatur super hac re labor. Manifestum enim esset, quod perseuerabit indesinenti duratione, quantum attinet ad regnum & gloriam propriam, vnigenitus. Habebítque se similiter perpetuò, commutationem in alia repellens & nesciens. Nullam sanè remissionem ferret is, qui naturam sortitus est summam, & nullis passionibus obnoxiam. Quoniam autem quis ex peruersis illis contẽdit contra ea quæ locutus sum, insipiens quidem, vt videtur, veruntamen non absque asperitate sermo. Intendat intendens arcum suum iuxta prophetæ vocem, & adhæc: Qui accingitur romphæa sua, cui sunt arma eius, vt bene nosti. Graui nos liberabis cura, hanc etiam ambulans & afferens ad hoc rationis examen. Dicunt igitur, quod quum secundum nos, æqualem thronum cum patre, & sceptrum Deo dignum habeat, cur illum nõ & propriam possidere virtutem, scripturæ diuinitus inspiratæ pronunciarunt? Viderit enim & didicerit quis per ipsa Saluatoris verba,
Ioan.5. quod efficacia à patre sumpta operetur. dicebat enim: Amen dico vobis, non potest filius facere à se aliquid, nisi quid viderit patrem facientem: quæ enim ille facit, hæc & filius facit similiter. Et iterum: A meipso nihil facio: pater autem in me manens ipse facit opera. C. Itaque temerarius aduersarij sermo docet filium ex Deo patre natum, indigere virtute Deo digna, & imbecillem? Illis meritò à nobis ipsis & à Christo ipso dicatur: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Nam quemadmodum est & facies & imago patris, & sapientia, & gloria, & splendor, & character: sic intelligitur, & virtus per quam efficax est ad omne quod factum fuitque & est. Omnia enim per illum facta fuerunt, & sine ipso factum est nihil. Sicut enim hi qui mechanicam quandam artem nouere, vtpote chalcotypi, vel etiam marmoratij mirè eximij, non aliter faciunt artis suæ opera quàm per manum suam, & existentem in ipsa fortitudinem & sapientiam operandi. Eadem opinor ratione Deus & pater, suam in quibus voluit efficaciam quasi per virtutem propriam faciet filij. Vnde & diuinus Dauid viuentem & hypostati-
Psalm.67. cam efficaciam & virtutem patris sciens præcabatur, dicens: Manda Deus virtuti tuæ, corrobora Deus hoc quod operatus es in nobis. Paulus verò sapiẽtissimus Christum esse Dei virtu-
1.Cor.2. tem, & Dei sapientiam manifeste clamabat. H. Neque ipsi dixerint sine robore esse filium, neque æqualem prophetis & Apostolis, dum operatur secundum gratiam in tempore, sed habere potius in sua subsistentia, simul fundatum, posse quodlibet efficere. C. Inimici nostri insipientes, sicut scriptum est. Ignorare enim videntur id quod quæritur, curiosè autem inquirat nunc sermo noster, non quando & quomodo pater dederit posse filio, sed siquidem omnino data, & non magis implantata possessio est. Proderit enim ipsum omne nihil, vt inculpate habeat, naturæ filij, quantum ipsa quod in initiis datum esse dicatur ei posse à patre. Quoniam vero ignobile apparet, eo quod indiguerit, & minime quidem in initiis, sed vt accessorium acceperit. Oportebat autem omnino antea imaginari, quod virtutis indiga natura filij, non proprijs quidem virtutibus, sed alienis ad hoc ducta sit. Et quid ad hoc dicerent, si rogarentur. HER. Qualenam? C. Sub corroborato ne dixerint esse corroborans, vel propter illud aliud.
HER. Aliud quiddam opinor. C. Itaque siquidem operatus est secundum illos in filio virtutem Deus & pater, ipse propriam virtutem suscipiet roborans, nũnquid valde ridiculum esset, imò ipsa stupiditas? HER. Vtique. CYR. Sequentes igitur fidem sanctarum literarum, & quasi trita à sapientibus incedentes in orbita, virtutem Dei & patris ipsum esse dicamus filium, absque medio simul & continuè, per quem & in quo ineffabilem super omnia efficaciam habet, & confirmauit quidem cœlos & quæ in ipsis, & fundauit terram: adduxit autem et ea quorum est vehiculum & alumnus: et fecit quidem angelos spiritus, ministros autem suos flammam ignis, sicut scriptum est. Quoniam autem annuente patre, & his qui *Psal.102.*
in hoc mundo afferens salutem, appellatus & factus est homo, vnigenitus qui est virtus ac potentia patris, et viuificat quidem mortuos, et corruptos è sepulchris excitat, & malignos expellit spiritus, & orbatis oculis insolitum dulcéque lumen immittit, et cognata ac similia istis prodigia secundum facultatem Deo dignam operatur. H. Sed efficaciter operante aiunt in eo patre. C. Et quis fieret operationis patris modus, non poterint opinor, interrogantibus dicere. Num tanquam per instrumentum, et ministerialem vsum afferente patre filij voluntatibus, vel id quod est melius & verum, quasi per virtutem propriam efficaciter operatus est pater? Si autem transeuntes quod melius est, et quod meritò recte se habet creditum, stultissimè transcurrentes, instrumentalem efficaciam tribuant ei miseri. Sciendum quod proderit quidem nihil, defluet verò ad fœditatem, eius gloria et gratia. Nihil enim omnino, quantum ad ipsum attinet, est ministerium per instrumenta: his autem solis qui mouere solent, et ad quodcunque voluerint mouere ea, nobiliter adiuncta sunt. Manifestum autem nobis erit
per ipsam diuinam scripturam. Dixit enim alicubi Deus, mini- *Esa.10.*
sterium instrumentale quasi stultum deridens. Nũ gloriabitur securis sine incidente in ea? vel exaltabitur serra sine trahente eam? Igitur quantum attinet ad propriam naturam, intelligitur nihil, quamuis Deus existat Verbum, efficaciam quidem nullam habens naturalem: inanimatis autem quasi instrumentis assimulatus, & mouentis voluntatibus subiectus, natura autem sic habens. Videtur enim sic delirare aduersarius, propter quod mire gloriatur, dicens: Pater meus vsque nunc operatur,
et ego operor. Et ad hoc manifestissimè ac euidenter æquali- *Ioan.5.*
bus honoribus suam deliniat naturam, manifestè clamãs: Nam quemadmodum pater excitat mortuos, et viuificat, ita et filius quos vult viuificat. Quamuis quo pacto non bene doctum alienúmque ab omni fallíloquentia, propriam quidem omnino efficaciam, neque in lingua habere: attribuere autem sóli Deo & patri, in omnibus quæ fiunt operationem dum dicitur: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Insuper & quos vult viuificat. Sed hoc quidem nõ dicit. Particulatim verè quasi tribuens et suis virtutibus, facere absque prohibitione, quæ scilicet vellet facere non minus quàm pater, ostendit manifestè quod ex Dei & patris substantia natus, per omnia eiusdem virtutis sit in efficacia. Non enim nostris rebus quæ valde assurgunt, et excellunt metientes, sine substantia esse dabimus, secundum proprium sermonem, eam quæ in Deo intelligitur virtutem, hoc est filium. Est enim viuens, & in subsistentia virtus, scaturiens quidem ineffabiliter quasi à fonte proprio patre, diuinitatis autem proprietatibus bene firmata, substantialiter tamen magis conspicua. HER. Bene dicis. C. Hoc modo et diuinus nobis loquitur Moses: In principio fecit Deus cœlum et terram. Non autem alienum à Deo, virtutem ex ipso, & in ipso, hoc est filium sciens diuinus Dauid: Verbo *Psal.32.*
Domini firmati sunt cœli, et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Nunquid alius, secundum esse inquam, iuxta subsistentiam propriam intelligeretur, dic mihi, præter patrem & Deũ, Verbum quod ex ipso & in ipso? HER. Alius omnino, subsistit enim propriè, licet sit consubstantialis. C. Producente igitur ad hoc vt sint, omnia patre, & compingente cœlos, quomodo Verbum est omnium opifex? HER. Dicito ipse discere cupienti. CYRIL. Libenter, asperum autem verbum, et ad tenuitatem deducturn. Vnius deitatis natura, in sancta & consubstantiali trinitate cognoscitur à nobis ipsis, et sanctis angelis. Et est quidem secũdum propriam substãtiam perfectissimum pater, similiter autem et filius, & spiritus sanctus, sed vnius nominatorum operatiua voluntas, à quocunque forte dicatur fieri, opus quidem eius, veruntamen ad omnem, per-

tinet deitatem: & est effectus substantiæ quæ super creaturam, communis quidem aliqualiter, veruntamen & propriè vnicuique personæ congruens. Igitur quod efficitur ab vna natura, quasi à tribus subsistentiis, decebit & propriè vnamquámque, omnimode sicut illas se habente, Operatur igitur pater, sed per filium in spiritu: & operatur filius, sed sicut virtus patris ex ipso, & in ipso intellectus secundum existentiam propriam: operatur & spiritus sanctus. Spiritus enim est patris, & filij omnipotens & efficax. HER. Non sunt omnibus quæ dicis comprehensibilia, latentem nihilominus habent veritatem. CYR. Parum igitur submouentes tam subtilium cogitationum rationem, incedamus alia via, si placet colligentes ex syllogismis aliis certitudines. HER. Eamus, sequar enim libens. C. Igitur si non est filius, virtus patris, adoptatiuam autem & ipse virtutem habens similem facturis, operatus est super terrá mirabilia. Dixeris quomodo non eum quis arguerit, & valde meritò? Non enim voluit increpare dicentem leprosum: Domine, si vis potes me mundare. Remouens quodammodo ab eo ignorantiam indignam prompte pollicebatur, imò iam & parabat incipere petitionem. Volo enim dicebát, mundare. Quosdam verò cæcos, quoniam accurrentes dicebant: Miserere nostri Domine fili Dauid. Rogauit iterum: Quid vultis, vt faciam vobis? Perentibus verò sibi desideratum lumen concedi, reddebat nihil moratus. Quamuis quid non magis oportebat dicere leproso: Vis pater, mundare: & priuatis visu, quid vultis vt faciat vobis pater? An non melius dicemus, consuluisse simul & fecisse sanctos apostolos, excutientes à se gloriam valde bene, ne viderentur propria virtute & operatione efficere posse diuina signa. Dicebant enim assidenti ad Speciosam portam: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Alteri quoque: Ænea, sanet te Christus. Miram per hoc, quibusdam factis efficaciam manifeste dicebant: Viri Israelitæ, quid admiramini super hoc, vel in nos quid respicitis quasi propria virtute vel pietate fecerimus hunc ambulare? Existimabant in Christum referendam gloriam, & non in seipsos. Quoniam Christus gratiæ & efficaciæ quæ in illis, fons quidam quasi summus & radix verè erat. Nam quoniam præ aliis præelegerat, & proposuerat eos dominus ad apostolatum, diuinus statim honestans muneribus, & absque laboribus posse efficere, diuina opera tanquam Deus concedens, inquit: Infirmos curate, leprosos purificate, dæmonia eiicite: gratis accepistis, gratis date. Itaque optime & pulchertime intelligentes quis virtutis suæ dator & præfectus, ipsi nobilitatis gloriam plexunt, semper acclamantes infirmis: In nomine Iesu Christi Nazareni surgite. Ad quem & diuinus noster Psaltes cantat, dicens: Gloria virtutis eorum tu es, & in nomine tuo exaltabunt toto die. An non laude dignissimum esse dicis, quod sancti apostoli senserint, & voluerint in suis efficaciis Christo summam gloriam dari? HER. Etiam.

CYRILLVS. Quid igitur ad hoc dicerent ô Hermia, si rogaremus & diceremus, quamobrem non & ipse filius semel gloriam potentiæ à sua persona tollens solius meminit patris, sed propriis nutibus diuina signa describit? quod viuificet quidem facile, quos scilicet vult, & voluntate æqualis virtus leprosi abluit morbum, & cæcis visum manus impositione concedit. Nunquid dubitatum, & non magis absque dubio, quod ipse existés virtus Dei & patris, reformat creaturam ad principium suum, non adoptiuum, nec acquisitum, absit: sed potius suæ naturæ habens fructum, & operandi vim in condendo, sicut scilicet & pater. Esset autem, vt mihi scilicet videtur, opus non minus creatione condita & corrupta propter peccatum, fractionémque sustinentia, & propensionem habentia ad deteriora & fœdiora transformare posse, ad id quod ab initio erant. HER. Quomodo igitur dicebat? Amen amen dico vobis, non potest facere filius à seipso aliquid, nisi quid viderit patrem facientem. Quæ enim ille facit, hæc & filius similiter facit. Et præterea dicit? A meipso nihil facio, pater qui in me manet, ipse facit opera. Quod siquidem recte didicerim hoc, beneficium debere non paruum scio.

CYR. Scias igitur, & memor sis eorum quæ nuper dicebamus de sancta & consubstantiali trinitate. Dicebam enim, quod quum tres sint hypostases, propriè simul, & inter se continuè, quod in vna deitatis natura, vnius operatio personæ etiam totius dicatur substantiæ, & vniuscuiusque hypostaseos propriè. Tota enim quasi per totam & propriè per singulas moueri solet. H. Memor ero, vel quo pacto minus? C. Igitur operari volente aliquid circa creaturam Deo ac patre, non otiosus erit filius: neque si operetur filius, otiosus erit pater, quandoquidem est Deus ac opifex: alter enim in altero intelligitur, & est verè secundum quod eiusdem naturæ ac substantiæ. sunt etiam si intelligantur disiunctim in subsistentiis & personis proprijs. HER. Rectè dixisti. C. Hæc igitur nobis oriri me, & vt par est, considerantibus, age consideremus dispensationem de qua nunc agitur, & industriam verborum Saluatoris admiremur, miraculum ad fidem semper trahentis, dum sermones eius sequuntur mira opera, quò facile eant, si qui vellent rectè sapere, & iamiam multum ad defectionem procliues. Sciens hoc quoque Christus, Centurionem alloquens dicebat: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis. HER. Intellexi quod dixisti. Vis enim, vt ego opinor, dicere, quod mira operatus sit Christus, vt prodesset aliquo modo Iudæis concedens, & viam quandam, vt mansueti ac tractabiles fierent, magna industria instruendo eos, qui deitatis veritatem discere prophanè renuebant. CYR. Sic dico, venit enim ad me, & beneuolam aurem occupat, quasi cantilena in calamum pergens. Itaque quoniam operatus est aliquid, & in sabbato, quod valde admirabile, vellicabant quidem Iudæi amari & molesti: aperientes autem impudens, & irrefrenatum os suum, etiam sermonibus acerbissimis exacerbantes, optime se dicere putabant, & legis solutionem obiiciebant: Si esset hic homo à Deo, dicebant, neutiquam solueret sabbatum. At Christus causas refutabat, & ipsum patrem in sabbato operantem demonstrabat, & hominibus vitam dare non negligentem. Dicebat enim: Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. Quod autem vna volitio sit, vnáque virtus patris & filij in omnibus quæ sunt, certo demonstrans apponens: Amen dico vobis, non potest filius facere à seipso quid, nisi quid viderit patrem facientem. Et differit quidem crassius quàm oportebat de diuina subtilitate & eminentia. Non enim aliter dici poterant, rationem nostram excedentia. Intelligimus autem nos subtiliter & distinctè, ac vt ipsam diuinam & inexcogitabilem naturam decet. Quæ enim videt, inquit, patrem facientem, ea & ipse filius facit. An non verum est dicere, quod quasi virtutis indigus esset, ita ipse suam naturá ostenderit? Dixisset enim, opinor, manifestius, & decétius: Nó potest enim filius facere à seipso quid, nisi accipiat posse à patre. Quoniam autem æqualis operis & roboris se esse nouit, ostendit quod vnã ac eandem habeat cum ipso patre substantiam, & ipse adaptat per se ad facienda, vna volitione ad quodliber simul vadens cum genitore, & ad idem opus consilium in omnibus, communibus quibusdam diuinitatis legibus, simul concedens. Porrò dum dicit, Non potest, non omnino & in omnibus modis infirmitatis habet manifestationem, sed & naturæ interdum significat durationem in qua fundatur & consistit, quemadmodum si quis dicat: Deus peccare non potest. Dicat etiam & lux: Non possum non esse lux. Ignis quoque & aqua sua voce clament: Non possumus non esse ignis & aqua. Quoniam autem in his quæ mire facta sunt, & omnia excedunt miracula, increparent audacissimi debacchando: Auferens à se operum efficaciam referebat in patrem, dicens: A meipso nihil facio, pater autem qui in me manet, ipse opera facit. Pater enim operatur per filium, & non iterum alicubi absque virtute quæ in ipso est, hoc est absque Verbo quod ex ipso, & in ipso natum est & existit. Proinde & ipse dicebat: Si non facio opera patris mei, non credite mihi: si autem facio, & si non creditis mihi, operibus credite. Quod ad potentiam opinor per omnia æqualem, manifestum indiciú consubstantialitatis cum eo hic ponit. H. Non poterimus tam recte dicta increpare, simul autem rogare concedas mihi aliquid breue, si voluero, vel putas quod sit res alioqui difficilis comprehensu, onerosáque? C. Minimè ô amice, torpore enim melior est alacritas, & gloriosum est colloqui, vbi Saluatoris gloria calumniis cuiuspiam exponitur. HER. Igitur autem, consubstantialis & æqualis opere cum patre à nobis creditus, adorat nobiscú, mulierem Samaritanam alloqués, dicit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Verú ô generosè, aiunt, qui cum adorá-

Non posse non significat semper infirmitatem.

tibus numeratur, quomodo adhuc consubstantialitatis deportabit gloriam? & comparabitur cum patre qui adoratur? Quãquam & alium quis modum viderit eum ferre, quo excellatur natura sua, in eo quod patricedit. dicebat enim: De die autem illo & hora, nẽpè de die extremo, nullus nouit, neq; angelus in cœlo, neque filius, nisi pater. CYR. Adoratur igitur nobis pro deo, deique ac patris considerationem æqualiter cum his qui per ipsum facti sunt, facit quasi in ludo, ignoratus filius, & subitò apparens? An non ridiculum hoc & assimulatum scenicis ludis? bellè videlicet. At talibus rusticitatib. & humanis ratiocinationibus, ad ruditatis perniciem vergentem quasi volutabro cœni immissa mente fragrantissimam sacrorum non commutabimus cognitionem. Videntur enim alicubi secundum quod par erat, omnimodo obliti esse, quamuis sæpe audiant à nobis ipsis scripturam diuinitus inspiratam. Deus existens Verbum, & in forma ac æqualitate patris apparuit sicut nos, non in sola specie carnis, sed & in humanitatis proprietatibus, quas siue sic, siue aliter nuncùpari licet. Proprietas autem humanitatis deo subiugatæ, & iugo seruitutis constrictæ, est cũ obedientia adoratio. Et nescire quæ nam in deo voluntas vel consideratio. Quis enim nouit mentem domini, vel quis consiliarius eius fuit? Et quemadmodũ vbi apparuit sicut nos deus Verbum, transiit in carnem terrenam, ita & assumptum est ab illo, quod humanum propriumque factum est eius, quod de eo loqui & sentire, nihil officit. Quia gestauit dispensatiuè simul cum humanitate ea quæ humanitatis. Hoc enim & exinanitionis verbum volebat. igitur despolient manifestè carne & his quæ per ipsam, Verbũ & interminant semel totam dispensationem, & deum videbunt purè filium, vel si hoc abhorruerint, quasi prophanum & absurdum, quare adhuc humanitatis erubescunt mensuras, & increpare solent, ea quæ maximè carnis dispensationem addecent? tametsi oportebat manifestè intelligere, quod sicut deus existens natura, & ex deo natus propria facit humana: ita & homo factus deitate dignũ honorem & gloriam tanquã propriam habet. Adoratur enim nõ solum super terram, sed & in cœlis, quamuis quod adorare debuerit, vt homo, & Iudæus non respuerit. Quando enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Igitur siquidé in semine Abraham, Verbum quod ex deo prodiit, natum esse dicunt delirámus nos. Vocetur & Iudæus, & sit ad orator. At si summæ insaniæ est, hoc audacter sapere conuincitur: cõfirmabuntur magis, quod nunc quidé assumpsit semen Abrahæ, prodiitq; secũdum carnẽ, & ex radice Iesse, appellatus quidem Iudęus, factus & adorator sicut homo. Cur transeuntes quasi vino marcidi, dispensationis cum carne mysterium, ipsam verbi naturam arrodunt, & consubstantialem patri impiè deuehunt, itavt oporteat adorare nude, & absque amicta. Et nisi fortè intelligatur in his quæ nostra, hoc est inter nos, in quibus siquidem vellent eum adorare, nullus reprehenderit, imò res laudaretur, vtpote magnam voluptatem afferens. An non scriptum est de ipso, quod subsideat secundum humanam sub meliore natura, hoc est angelica, & illarum nobilitate intelligatur paulò minor factus esse HER. Verum. Dicit enim Paulus: Paulo autem minus ab angelis imminutum videmus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum.

CYRILLVS. Deinde, quid (si didicerimus, dic mihi, quod meliorem sortiti naturam, qui in summa versantur ciuitate, & locupletati sunt scientia Dei, prorsus non aberrante nec deceptioni obnoxia) eum qui in minori natura & nobilitate quàm illi, faciunt adorabilem, dixeris amice? HER. Etiam hoc tuum fuerit.

CYR. Igitur quando siquidem est idem simul inferior, & incomparabiliter excellẽtior distribuemus discretim humanitati quidem, id cuius illa capax, est decenter, nempe inferius: multo enim inferior est hominis natura quã angelica. Et summæ deitatis est valde excedere ac transcendere condita, omniumque rationalem substantiam, & omne nomen quod nominatur substantialiter. Si autem & sine carne, & nondum sicut nos quodammodo implicitum Verbum, hoc est in minoribus esse, & merito ab ipsis distare angelis, dicatur: minus quidem esset, suis creaturis, & ad hoc adorator, nihil adiuuãte vel patre cuiante adhuc plus quàm nos Verbo. Quod si hoc dicere & sentire impium ac periculosissimum: Minor autem quia & homo, sequetur omnino intelligendum illud. Adorator enim quia & homo, quamuis deus existens natura, & æqualiter ab omnib. cum patre adoratur. Dicit enim alicubi deus per vnum prophetarum: Viuo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur. Consubstantialẽ verò patri ponens diuinus Paulus, & in gloria gignentis, sciens genitum: In nomine, inquit, Iesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & subterraneorum, & omnis lingua confitebitur quod Christus Iesus est in gloriam Dei patris. HER. At profecto, aiũt, simul quidé cum patre adorari inuenimus filium, adorantem autém vt honestatum, & quis secundum naturã sit non ignorantem: transcendit enim naturam conditorum, sed non est propterea in æqualitate cum patre.

CYRIL. In donum igitur, & mercedem virtutis obtinuit diuinitatis gloriam: & adorari oportere non dignitas esset propriæ naturæ, sed pura & sola adimpletum esset voluntate patris. HER. Sic opinantur & dicunt.

CYR. Deinde vbi & quomodo permiserit filio adorationem pater, indicent, non enim hoc dicent. Quod si voluerint glorificare eum, sententia ea sit Dei & patris.

HER. Præcepit, aiunt, sanctis angelis adorare illum. Quid enim aliud quàm istuc ipsum significauerit hoc? Quando autem introducit primogenitum in orbem terrarum, & adorent eũ omnes angeli eius. CYR. Nunquid igitur quod præcepit pater filium adorandũ, diligenter cognouerunt? Negabunt sanè, quod vnigenito accesserit esse primogenitũ secũdum humanitatis modum simul inuectum, sed necessariò adoptiuam esse videri gloriam ei. Quando enim, dic mihi, primogenitus, vel quando factus est in multis fratribus? Igitur siquidem vnigenitus, & nobis etiam ante carnis naturam frater fuisset vnigenitus, quare non existit talis ab initio, sed in temporibus nouissimis natus esse dicitur? quomodo igitur intelligitur vnigenitus, qui creaturæ coordinatus est? Quoniam autem non dubitatur, sed verè bene congruebat, quod in nouissimis seculi temporibus factus est homo: & propter hoc primogenitus aduentiam habet gloriam, etiam vt adoretur. Si autem nonsic habere putant, necessarius sermo coget, quod fœdam & absurdam stultitiam cogitationũ dixerit quis esse, quod postquã factus est homo primogenitus, sit post hoc tẽpus ei quo adorandus. Quando igitur maximè exinanitus esse dicitur, ad veram quidem gloriã erit ei exinanitionis tempus & incarnatione antiquius quod minus decens & ignobile, etiam quando in figura & æqualitate patris existens, sicut scriptum est, ad sic fundatam peruenit naturam humanam inquam. Quod si quidam fuisset ignobilis, & longè ab adoratione, quid docent Seraphim, qui filium in deitatis solio sedentem circunstant, himnisq; & glorificationibus honorãt, & dominum sabaoth proclamant, plenúmque esse dicunt cœlum & terram gloria illius? Quali enim gloria plenum erat cœlum, si adorari cum patre vix tandem accepit, quando sicut nos apparuit? Audi quomodo sapiés Esdras scribat: Omnis terra veritatem inuocat, & cœlum eam benedicit, & omnia opera commouentur ac tremũt. Quoniam & beatus Dauid euidenter clamat de deo, qui omnibus præsider: Qui respicit super terrã, & facit eam tremere. Quando igitur ante incarnationem & antequã vocaretur primogenitus in dei & patris dignitatib. extiterit conspicuus, quomodo vel secundum quid omnino minor est quàm pater?

HER. Esto, inquit, secundum quod tibi videtur, quando factus est primogenitus, quod tunc & adorari præceptum sit, an non hoc datum ei est à patre?

CYR. Sed non simpliciter, si datum: sed & quando datum bene considerandum. HER. Quando & primogenitus? CYR. Propter fraternitatem qua nobis iunctus est, opinor primogenitum dici. HER. Sic dico. CYR. Vltra dic oro, congruítne humanæ naturæ, si intelligatur per se, vt adoretur in ordine dei? HER. Minimè quidem.

CYR. Rectè ô amice. Quæ enim illi propriæ conueniunt, solùm decent vniuersorum regnam naturam. Igitur quando filius proprias dignitates despexit, & non est arbitratus rapinam esse æqualem Deo, sed natura seruile, & quod necessariò adorat sibi appropriauit, tũc adorauit nobiscum. Quoniam autem omnino incomprehensibile, & excedẽs rationem

communem,in patris nobilitatibus non videri conſpicuum eũ qui ex ipſo prodiit filium. Etſi factus eſt in carne per apparitionem ſpiritus, edocebit deinde ſacramentum quod ineſt ipſo. Cœlum, hoc eſt ſanctorum angelorum multitudo, & primogenitum demonſtratum, & in multis fratribus vnigenitum,& cum patre æqualis ſolij adorari iuſſum eſſe, patre illũ nõ ad primitias talis gloriæ reducente, neq; etiam tanquã inſolitum & inconſuetum aliquid adorationẽ tribuente, ſed eum qui ſemper ab initio ſeculorum apud ipſum adoratur & in carne factũ adorabilem declarante. Igitur referam rurſum ad verbũ quod ab initio. Adorauit filius, quando & primogenitus, & in ipſo ſeruitutis apparuit habitu. Vnde maximè quis didicerit ſecundum naturam quæ in ipſo eſt, excellentiæ ſublimem dignitatem. Nam ſi ſolius ſerui habitum decet adorare, cui mortalium adhuc obſcura incarnationis libera pulchritudo? Quiverò doctrina hac quæ per ſpiritum, etiam ipſos cœlos dicentes opus habuiſſe,non ſanctorum angelorum multitudinem iniuria afficimus, ſed diuinas ſequimur ſcripturas & in hunc peruenimus ſermonem. Certa indicia præſtat Paulus: Vt nota ſit nunc principatibus & poteſtatibus quæ in cœlo per eccleſiam multiplex ſapientia dei iuxta propoſitum ſeculorum, quod fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro. Præterea dicit diuinus Pſaltes: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & ingredietur rex gloriæ. Nam poſtquam reuixit ſpoliato inferno, & morte deprædata Chriſtus redeunti ad ſuperiora, & recurrere volenti ad patrem qui in cœlis, iuſſit ſibi quàm primum cœleſtes portas aperiri. Spiritus omnino ſonans in eis & ſeculorũ virtutibus Deum qui in carne prodiit demonſtrauit, dicens: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. HER. Congruit ergo, quod adorauit quidẽ vt homo,quamuis deus exiſtat natura. Dixeris ſanè quod dicere neſcire diem illum & horam illam ſicut ego opinor,ipſis humanitatis menſuris adapramus nos qui recta ſapere volumus.

CYRILLVS. Dixerim,& ſcias me nulla erubeſcentia ducendum. Plurimæ enim exactiſſimæ rationes,tantum nõ & ſupercilio ipſis annuẽs cogitationũ turba,nudã ab omni difficultate, & in via ampla iubet incedere opinionẽ ſuper hac re. Eſſet enim opinor ignorantia, non inconueniens cum menſuris exinanitionis, non propria imminutio naturæ Verbi, ſecundum quod intelligitur Verbum & ſapientia patris. An non hęc videor manifeſtè videre? HER. Maximè profectò.

CYR. Quis enim nobis tam ruſticus & malignè diſſolutus ſermo perſuaſerit intelligi vellet & ſapere quod ignorârit quippiam in Deo occultum vnigenitus, liquidem eſt verè ſecundum ſcripturas, & ſapientia, & virtus, & conſilium patris. HER. Cordato nullus perſuaſerit.

CYRIL. Non enim amicè, mentietur alicubi ſapiens Paulus nobis ſcribens: Quemadmodum nullus hominum ſcit quæ hominis, niſi ſpiritus hominis qui in eo: ita & quæ Dei nullus nouit,niſi ſpiritus Dei. HER. Omnibus modis ita eſt. CYR. Scit igitur ſpiritus dei quæ in illo,& nihil ei occultũ vel obſcurum. HER. Scit,& quo pacto non?

CYRIL. Igitur ſiquidem eſt ſpiritus patris proprius filij, quomodo ignorabit aliquid in deo reconditum,proptium habens ipſe ſpiritum,ſcientem omnia,quæ in patre? Et dicentem audio manifeſtè ſanctis apoſtolis: Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modò: quando autẽ venit ille ſpiritus veritatis,inducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, & ventura annunciabit vobis: ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Non tibi patet adductum eloquium,& aſpexiſti quod ſpiritum quidem veritatis nominauit paracletũ? Dixit etiã, quod procedit ex patre,propria ſua omnia oſtendens quæ patris. H. Optimè dixiſti. CYR. Hoc ſanè maximè ridiculum, & reiectaneam declarant aduerſariorum opinionem. Nihilominus & per hæc quis didicerit. Intelligere enim Verbum ex deo patre natum,ſplendorem ac imaginem ſubſtantiæ, characterem fulgidum, æqualis gloriæ & ſolij, in quo omnes ſunt theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ reconditi, vt ſcriptum eſt, vel paululum ignorare quãtam eis & valde meritò ingenerat opinionem leuitatis?

HERMIAS. Longè maximam. CYR Sed neque ipſum opinor patrem ac Deũ ſaluam ſeruare gloriam, ſiquidem ignorauerit,quid ſecundum veritatem conſiliũ & ſapientia dei.

HERMIAS. Aſſentior, quod nullus ſiquidem ſciat, ſit abſque conſilio & ſapientia ſuiipſius.

CYRIL. Age. Non enim aliter veritatis miniſtros decet hic ſapere. Prætereuntes igitur ne ſuperfluis & longis immoremur ſermonibus, ad hanc conſuetudinem Chriſti veniamus, tale autem quiddam facere apud ſanctos potiſſimum apoſtolos ſolebat, ſi interrogarent quid, quod maiorem opinionem doctrinæ præ ſe ferebat, abſque ſcrutatione vlteriore faciebat narrationem,& diligenter vrgebat,vt quàm ſubtiliſſimè tentaretur. Quod ſi quid ſcire volebant,quod ſupra captum eorum, comprimebat quiete, & ſuadebat eis diligentiſſimè, vt vellent inquirere decentiora,& facerent ea per quæ fierent clari, & apud Deum ex operibus bonis,decentiſſimam habeat claritatẽ. Volentes igitur,neſcio quo pacto ea quę ſupra menſuram propriam petere, vt quieti ſint,perſuadens, rationibusque neceſſariis placans quod neque angelis,inquit, reuelauit pater, neq; ipſi filio fecit notum, ſiquidem eſſet purus, & ſicut ipſi homo ſuper terrã,nec natura eſſet deus. Vrgentibus ergo & inſtantibus vt cognoſcant,quodammodo adhuc etiam increpat dicẽs: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ poſuit pater in poteſtate ſua, ſed accipietis virtutem ſpiritus ſancti venientis ſuper vos,& eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa,& in Samaria,& vſque ad extremũ terræ. Vides quomodo minimè quidẽ curioſe inquirere permittit quę ſupra illos ſunt, affert autẽ quaſi quod in manibus & decẽtius. Nam is erat ei mos. Vnde & cæcum à natiuitate adducebant aliquando exeuntem ex ſacerdotum veſtibulis, diuini diſcipuli. Deinde arbitrabantur adhuc ſectari Iudaica, argumentum faciebãt doctrinæ infirmum,dicebantq;: Quis peccauit,hic,an parentes eius,vt cęcus naſceretur? Quoniam autẽ diuina iudicia attingebant,& quod ſic inueſtigabile,incomprehẽſibileq; hominibus declarari ſibi volebant,& vltra quàm decebat ibant,prædicando iterum eos cohibuit in hoc,ne velint ſapere curioſa, & quæ ſuper hominis ſcientiam, amouebat, & amorem bonorum operum habere, bonorumque ſtudiorum hortabatur, dicens: Neque hic peccauit,neque parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me, dum dies eſt, venit nox quando nullus operari poterit. Audis quo pacto auferendo opinionem quaſi indecorã, & Iudaicæ ruditati congruentius vult, oportere benefacere magis quàm velle ſcire ea quæ ſuper homines ſunt,diuinæq; naturæ tribuit, ſcire natura,& per ſe,quid implere velit. HERMIAS. Bene dicis. CYR. Igitur non aliter afficiemur ſapientes rectè, quàm quod & nobiſcum ignorare dicitur aliquid propter hominem: ſed quoniam eſt deus, ſcit omnia quæ patris,filius. Per quem & cum quo Deo ac patri gloria cũ ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum,Amen.

Dialogorum libri ſexti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, *cum Hermia, dialogorum liber ſeptimus, De ſpiritu ſancto, quod Deus ſit, & ex Deo, ſecundum naturam.*

CYRILLVS.

QVOD ſapiens quidam clamat, laborũ bonorum inclytum eſſe fructum,& ſermonem illum vt verum commendans, eos qui operari maximè gaudent,quaſi incantant, nónne laudibus celebrabis, tanquam optimè & rectè factum? Laborum enim ſuſtinentia, res eſt ſanctis digniſſima, ô Hermia. HER. Sic habet. CYRILLVS. Age igitur poſtremum laborem ſumma alacritate aggredientes, ſuccingamus lumbos, & thoracẽ iuſticiæ induti,aſſumptóq; gladio ſpiritus acutiſſimo, quod eſt verbum dei, ac ſcuto fidei ſicut ſcriptum eſt, male ac diuerſa à nobis ſentientium nugis viriliter occurramus, qui mentem & linguam impudentem exacuentes, ipſum diuinum ſpiritum contumelia afficiunt, infirmiorumque corda defatigantes,

defatigantes, dum veram & erroris expertem ſcientiam auferunt, venenúmque ſuæ inſipientiæ infundentes, illos in perditionis lacus iniiciunt. Quamuis lex quidem intermineturper Moſen: Homo, qui percuſſerit animam hominis, & moritur, morte moriatur. Chriſtus autem manifeſte ac aperte dicat: Quiſquis offenderit vnum ex paruulis iſtis, qui crediderunt in me, expedit illi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius,& præcipitetur in pelagus maris. HERMIAS. Maximum profecto & grauiſſimum illorum iudicium. Debacchantes enim in fratres, & infirmam illorum conſcientiam percutientes,peccant in Chriſtum. Igitur quis nam illis ſermo eſt?

CYRILLVS. Itaque abſurditas eſt, licet ab iis qui ſic deſipiunt,opinio & ratio dicatur,dixerim tamen tibi, quandoquidem rogas. Sunt enim,qui in tam infrenem audaciam perueniunt,vt nuda quodammodo impudentia vſi,creatum & factum Dei ſpiritum dicant, ſunt & alij craſſam illam blaſphemiam nonnihil extenuantes: erubeſcunt quidem, vt videtur,ſic aſſerere, ſermonem autem ſuum in ciuiliorem quendam errorem promouentes. Deum quidem non eſſe dicunt ſpiritum, ſed imperitè à ſumma ſubſtantia deducentes, vniformem eſſe credunt, & propriam quandam & mediam naturam ſeparari, quæ neque in ſummum peruenìat faſtigium, & ſortita ſit ac habeat miram vltra menſuram creaturæ excellentiam. H. Et quæ nam tandem eſſet natura illa, quæ neque Deus eſt, neque creatura? Nullum enim opinor omnino medium. Vna enim perfectiſſima differentia eſt, quæ diſtare facit naturis Deũ & creaturam, & nihil aliud in his quæ eſſe creduntur, viderit quis quàm hæc & ſola, an præter hæc ipſe aliquid admittendum cogitas?

C. Minimè ô amice. Omnia enim per filium facta eſſe dicit diuina ſcriptura, atque adeò ſi qua res ab omnibus ſeparetur naturaliter, effugiet etiam hanc paruitatem, quod facta ſit, ſed ob naturæ proprię excellentiam, Deus exiſtere cognoſcitur. Et veritas iterum nobis non elabetur. Nam ſi quid non eſt Deus ſecundum naturam, erit omnino inter facturas. Vel igitur exaltent diuinum & ſanctum ſpiritum, & confiteantur creaturæ ſubſtantialiter non coniunctum, vel à ſummis & vltra omnem locum detrahentes thronis, in creaturarum locis reputẽt, nónne naturæ alterius nobis nullus ſermo datus, qui neget intermediam cognationem cum ambobus? Etenim dicere vniformem ſpiritum,& gloriam ei adaptare, quæ in hoc placeat, quomodo non omnino friuolum? quum id etiam in plurimis creaturis comperiatur, vniformitatem in ſe habentibus. Vnus enim ſol,& vna luna,& terra non altera præter eam quæ eſt: vna autem & vniuerſæ aquæ natura, vniformitatem ſeruãs, licet qualitatibus variari videatur. Igitur imperitiæ puerilíſque calumnia cordis putare quoſdam, quod coronent ac honeſtent tam frigidis nugamentis, vt ſumma nobilitate, ſpiritum ſanctum, & audere ſic intra creaturæ menſuras includere non incomparabilibus eminentiis ſeparatum,& excellentem præ ipſa, ſicut ſcilicet & pater,& filius, ſed geniculantem ac ſubſidentem,& omnino locum nullum in rebus inuenientem, prophanéque expulſum? HER. Quid igitur dicerent, vbi Deus nominatus eſt ſpiritus ſanctus?

C. Dictum autem, vbi, & à quo dic, quod cum creaturis ille eiuſdem generis cum patre & filio coordinatus ſit & connumeratus, & in fidem vnius ac ſummæ deitatis coniunctus. An non ſic docere iuſſit ſanctos apoſtolos Saluator: Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes illos in nomine patris,& filij & ſpiritus ſancti. Igitur & beatus Paulus rogabat quoſdam qui crediderant: Num ſpiritum ſanctum credendo accepiſtis? Negantibus autem hoc illis, & dicentibus manifeſte. (ſed neque an ſpiritus ſanctus ſit audiuimus) increpabat eos, dicens: Ad quid igitur baptizati eſtis? Non bene habere ſcies fidem, neque etiam vnquam rectè poſſe habere, ſi non exigatur,in perfectam Deum patrem & filium ſpiritum ſanctum cõfeſſionem proferre? Ita ſcilicet tradiderunt ij, qui ab initio ſpectatores fuere facti & miniſtri verbi, ita nos erudierunt patres, ſapientérque agnoſcitur ſcriptum: Ne transferas terminos æternos, quos poſuerunt patres tui. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma iuxta ſcripturas. Baptizati enim ſumus in vnam deitatem, ac dominationem vnam patris & filij,& ſpiritus ſancti, non vt multos Deos numeremus, neque etiam vt creaturæ

Leuit.24. Matt.18.

Matt. vlt.

Act.19.

Deut.19. Epheſ.4.

ſeruiamus. Alioquin impleretur in nobis prouerbium: Canis reuerſus ad proprium vomitum, & ſus lota in volutabro luti. *2. Pet.2.* Qui liberati ſumus,ne ſeruiamus creaturæ vltra creatorem, per fidem ſcilicet, qui in vnum verum & naturalem Deum, gloriam adepti, ac ſpem ſalutis, quod primum ac prophanum errorem depoſuerimus. Niſi veræ deitatis ſedibus ſubſtantialiter conſpicuum fateamur ſpiritum, quónam & vnde iremus? vt bene ſcis ambigui fuiſtis cogitando: dicere autem non poſſum imò manifeſtũ fuerit,ac facile ſcilicet. Via ſcilicet publica quodammodo excidiſſemus, etramúſque nihil minus quàm olim. Seduxit autem,vt videtur,ſic dicẽs Paulus: At tunc quidem neſcientes Deum,ſeruiebatis autem iis,qui non ſunt dij. nunc autem vt Deum agnouiſtis, imò agniti eſtis à Deo, quomodo cõuerſi eſtis iterum ad infirma & egena elementa quibus iterum ab integro ſeruire vultis? Vbi enim verum & ſubſtantialiter cognouimus Deum, niſi Deum cum patre & filio ſpiritum ſanctum confiteamur? HER. Profectò, inquit, Deum nouimus patrem & filium, at non item & ſpiritum ſanctum.

Gal. 4.

C. Nunquid præceptoribus vtemur iis, qui ſuam mentem perdiderunt? & nunquid auſcultabimus ſpiritibus ſeductoribus vt ſcriptura dicit, imò credemus eſſe & exiſtere ſubſtantialiter in Deo ſpiritum ipſius, ſicut & in homine humanum. Et quẽadmodum ſi quis nobis Petrum vel Ioannem nominaret, ſimul forte ſignificarit cum ipſis & proprium illorum & in illis ſpiritum,& totius animalis faceret ſignificationem. Eodem opinor modo de patre & filio. Spiritus enim ſignificatur cum vtroque, & non vt pars eius, ſicut & in homine intelligimus. Subſiſtit enim proprie in ſua natura vt pater, ſuppeditat autem dignis etiam ipſe filiis. Contentioſum item & valde ſtupidum mutilare dualitatem, & quodammodo audere contrahere deitatis naturam, quum ſancta & diuina ſcriptura explanarit quidem illam, vt in tribus ſubſiſtentiis, congregarit iterum per æqualitatem & ſimilitudinem per omnia, in vnitatem naturalem & identitatem in ſubſtantia. H. Vnde igitur aiunt, vel quomodo intelligeretur ſpiritus Deus?

C. Ex his,ex quibus natus eſt, vir egregie, & ex quibus aliquando eſt ſecundum naturam, pro virili cognoſcitur. Cognoſcitur autem res ſingulæ bene ex his quibus ſunt: nominũ autem nobis non valde multa ratio ad neceſſariam manifeſtationem eorum quæ ſine errore nota ſunt, licet vtilis rebus ſingulis ſit conueniens appellatio. H. Tenebricoſus ſermo eſt, neque adhuc intelligo.

C. Ego dicam. Explanabo enim,exempli gratia,quod manifeſtatur. Animal rationale,mortale,mentis & ſcientiæ capax, ſi de aliquo dicat quiſpiam, quid illum definire dices,bone vir? H. Manifeſtum, quod hominem.

C. Si autem & animal dicat, adiiciens, quod ſit hinnibile, HER. Dixerim, equum.

C. Iam ſi vtriuſque definiti nomen reticeat, quo pacto ipſe dices hominem & equum? HER. Quid hominis, & equi naturam definierit.

C. Si autem hoc te dicente tam quis increpet,& neque hominem eſſe animal rationale, neque etiam equum dicat hinnibile,eo quòd non adiecta ad definitiones nomina. An non vt ſtupidum,inutilem, & parum ſagacem vocandum illum tam rudem redarguimus? H. Vtique.

C. Quare autem hoc fecerit,ſi quis dixerit tibi,& vellet diſcere,quid reſpondeam? H. Dixerim,quod bene & induſtrie definita: increpare,ruſticum eſt & indoctum: proprius enim eſt vnicuique rei ſermo,demonſtrans verè id quod eſt. Sæpius autem efferuntur nomina ſub eodem nomine.

C. Itaque verior & certior rerum manifeſtatio,ſi ex his quibus ſingula ſunt ſecundum naturam, examinentur, & non omnino ex nominibus. Nónne ſummæ & vniuerſorum reginæ naturæ recte attribuemus incorruptibile, & nulli corruptioni obnoxium,ſempiternúmque & incommutabile? HER. Et quare non?

C. Quid autem,dic obſecro, Deus? HERMIAS. Dic ipſe, conuenit.

C. At proprium quidem eius eſt incorruptibilem eſſe, & corruptioni non obnoxium: nomen verò deus commune quidem angelis,cõmune etiã nobis ipſis, licet aduẽtitium & datũ. Similiter quidẽ eſt in ipſo rationali,nomen autem homo etiam

his qui ex lapide factis, vel certe ex alia materia ad speciem nostram bene formatis. Eas igitur in te, vt scruteris. vtrum spiritus deus & in deo naturaliter, vtputa in deitatis proprietatibus substantialiter conspicuus, vel saltem secundum illos veram appellationem & sufficiẽtem acceperit causam, quod ipse debeat à consubstantialitate cum deo excidere, vt alioqui non sit nominatus deus, quamuis & in ipso falsè loqui volentes, absque labore redarguemus, vtentesque rationibus ad certamen attinentibus, & ex sacra sumptis scriptura mentes nostras à frigidæ vaniloquentiæ damno liberemus. HER. Darem equidem quiddam valde & incomparabiliter melius extollendum (si deitatis proprietatibus conspicuus sit spiritus sanctus, & nihil minus in ipso quàm in patre & in filio) quàm imprudenter anxie loqui, & sudare frustra circa solam verborum inquisitionem. CYR. Discretè & per quàm rectè ô Hermia. Hoc enim opinor melius & euidentius. Aduersarij tamen, si diligentius quærent, videre possunt spiritum deum esse nominatũ. Etenim diuinus & sanctissimus Petrus perdi fecit Ananiam, qui de sanctis oblationibus furatus erat, increpauitque dicens: *Acto.5.* Quare impleuit satanas cor tuum, vt mentireris tu spiritui sancto, & sequestrares de precio agri? Nónne manens apud te mansisset, & venditum in potestate tua erat? Quid posuisti in corde tuo rem hanc? non mentitus es hominibus, sed deo. HER. Etiam. Deo enim mentitur, inquit, licet velit quis in spiritum sanctum hoc facere.

CYRIL. Quomodo autem nisi deus spiritus sanctus esset?

HERM. Quoniam autem etsi quis vellet, aiunt, in sanctos pie agere, in deum idem pie aget. Quin & sanctis apostolis manifeste dixit Christus: *Matth.10.* Qui recipit vos, me recipit. Et nondum dicimus, rectas & necessarias sequẽtes rationes, deos esse secundum naturã discipulos, licet accipiat quis filium, sanctos in domum suam recipiens. Necessariò igitur hac ratione, forte qui in spiritum delinquit, in deum etiam delinquit, qui illum misit.

CYR. At hic quidem quę nominantur, & in manibus sunt, æqualibus & non variantibus proprietatibus naturaliter conspicua, euidentem consubstantialitatis sermonem habent, inter se & relatione ad melius. Illic enim omnino est superfluus tropus. *Vbi superfluus trop⁹.* Est autem magis iuxta identitatem in essentia: nam ambo quidem in ambobus illud scilicet vt hoc: hoc autem iterum sicut illud, inæqualitate autem naturali separante quędam vt aliter & aliter se habeant, non ego dixerim indecorum & minus verisimilem sermonem, si referatur ad præstãtius. Itaque si quidem non est consubstantialis spiritus cum deo, nõ in deum erit peccans, qui in illum peccat. Habeat relationem res in eum qui illum misit. Si autem omnis ratio cogat eos, vel nolentes honorare in consubstantialitate cum patre spiritum, erubescãt nunc tandem in suis adinuentionibus, deo inæqualia cum æqualibus connumerantes, & ponentes consubstantiale, & pro eodem reputabitur facere aliquid in sanctum, vel in spiritum sanctum. At si quidam esset sermo quis de homine, meritò referemus in deum præstantiorem relationem. Veniente autem in medium spiritu sancto, quod fit, requiescat in ipsa diuina & ineffabili natura nõ per mediatorẽ currens ad hoc quod excellẽtius, resiliẽs autem continuè, & sine mediatore, & ad summam, quæ vltra mundum est pulchritudinem. Igitur per identitatem substantiæ congruit quidem deo & patri, quamuis tertia secundum solam nominum coordinationem feratur à nobis spiritus appellatio, adaptata est autem & filio. Quippe Christus dicit, mulierculam Samaritanam bene erudiens: *Ioan.4.* Spiritus deus est, & adorantes illum in spiritu & veritate adorare oportet. Scribit item Paulus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini vt in speculo repræsentantes, ad ipsam imaginem configurati sumus, à gloria in gloriam, sicut à domini spiritu. Et iterum: Ecce dominus spiritus est. HER. Consubstantialis igitur est patri & filio spiritus. CYR. Quandoquidem sancti non alia ratione participium dei opulente accipiunt, quàm dum spiritum assequuntur. Diuinæ enim naturæ socij efficimur secundum scripturas, vtrum creatæ & factæ iuncti naturæ, vel certe deitatis veræ vtpote vnum sortientes genus, sic vocati dei? HERM. Si absque igne ignem non licet assequi, quomodo quis & particeps esset deitatis non per deum? CYRIL. Itaque quod in nobis vt deus, & dei ordinem, ac efficaciam implet, nunquid quodammodo non esset deus? HER. Quomodo? CYR. Vide igitur deum alloquutum priscos quidem & antiquos: ego vobiscum sum, dicit dominus omnipotẽs, & spiritus meus astitit in medio vestri, confidite nobis autem diuinum Euangelistam: In hoc cognoscimus quod in nobis manet, eo quod de *Agg.2.* spiritu suo dedit nobis. Quomodo enim, dic mihi, in antiquis erat deus, cum spiritus esset super illos? vel quomodo esset & in nos ipsos veniret spiritus? Etenim minime aduentum dei secundum naturam perficeret in nobis spiritus, alterius cum deo naturæ. HER. Minime scilicet. CYR. Deus igitur spiritus est, & ex deo secundum naturam. Vel si quidem illi non sic habere putant, manifeste temeraria nugacitas & verè dementia, sapientissimi Pauli sermo apparebit sic scribẽtis his qui spiritum acceperant, & per illum prophetabant: Si autẽ omnes prophetant, ingrediatur verè quis, vel fidelis, vel idiota redarguitur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, & occulta cordis eius manifesta fiunt, & sic cadens super faciem adorat deum, annuncians quod verè deus in nobis est. Quin & linguarum amatoribus, sic inquit: Qui lingua loquitur, nõ hominibus loquitur, sed deo. Nullus enim audit, spiritu autem loquitur mysteria. Quomodo igitur omnino in his qui per spiritum prophetant possideri deus intelligeretur, spirituque loqui mysteria, quomodo si cum deo loquuntur, spiritus eius extraneus est ab identitate naturali cum deo? HER. Quàm recta & iusta dicis. CYR. Et ad hoc dixerim, quod nos sapientissimarum cogitationum maxima copia à blasphemia in spiritum abducat, & in veritatis via constituat? HERM. Quomodo dicis. CYR. Nónne ad imaginem dei fabricatum esse hominem super terrã dicimus?

HER. Et quomodo non? C. Hoc autem quod diuinam nobis insculpit imaginem & signaculũ quasi operatur pulchritudinis cœlestis, nónne spiritus est? HERM. Verum non vt deus, sed vt diuinæ gratiæ minister. C. Non igitur ille, sed gratiæ per illum in nobis significatur. HERM. Videtur. C. Erat igitur necessarium hominem vocari imaginem gratiæ, & non dei. Considera & hoc. Sapiens enim, vt opinor, & simplex est sermo. Nam formatum quidem est in principio animal, formante illud deo, & honorante quodammodo secundum scripturas suæ manus formatione. Postquam autem productum est vt esset, configurabatur ad deum, quum inspiratus est ei spiritus vitæ. Vbi verò amisit sanctificationem per casum in peccatum ad primæuam & antiquam reduxit pulchritudinem, innouante quod inueteratum ad speciem diuinam ac spiritualem Christo, & non aliam quodammodo, quàm olim in principio. Inspirauit enim sanctis apostolis, dicens: Accipite spiritum sanctum. *Ioan.20.* Vel nunquid erat quædam in Christo noua creatura?

HER. Etiam. C. Igitur verè dicitur, imò & necessariò intelligitur, quod quandoquidem vetustas & corruptibilitas debilitauit imaginem in sanctificatione, nunquid concedemus assumptionẽ effigiei diuinæ, in recursu & nouitate ad pristinam recursionem, & nouitatem quæ per Christum? HER. Valde. CYR. At si à substantia spiritus esset gratia separata eius, cur non dixit manifeste beatus quidem Moses, quod adducto animali, vt sit, inspirauit gratiam omnium opifex quę per spirationem vitæ. Vita enim vera deitatis natura, quandoquidẽ est verè eius, qui inhabitat in animabus credentium, & immittit spiritum, per ipsum & in ipso transformantis ad speciem primæuam, hoc est seipsum, hoc est ad propriam effigiem, per sanctificationem, & ita nos reducentis ad exemplar imaginis, hoc est charactêrem patris. Nam character quidem verus & summæ diligentiæ quæ in effigiando intelligitur, est filius: similitudo quoque lucida & naturalis filij, spiritus est, ad quem & nos configurati per sanctificationem, ad ipsam dei formam conformamur. Id nobis apostolicus sermo suadeat: *Galat.4.* Filij enim, inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Formatur autem per spiritum, reformantem nos ad deum per seipsum. Quando igitur ad Christum formamur, & ipse in nobis signatur, & effigiatur bene vt per similem spiritum naturaliter. Nónne deus spiritus est, qui trãsmutat ad deum, non quod per gratiam quasi minister, sed vt diuinę naturæ participationem, ipse dignis donans. Quod autem similitudo vera filij spiritus sit, scribentem audias beatum Paulum: Quia quos præ nouit, hos prædefiniuit conformes imaginis filij eius, hos & vocauit. Reformamur enim ad effigiem quæ ad spiritũ sanctum, quamuis ad deum per fidem & sanctificationem & habitudinem ad illum. Manifestum autem, quod eius, quæ per participationem

pationem & aduenticiæ, licet diuinæ naturæ, vocati sumus socij. HER. Non possum in vllo dicta tua refellere & increpare. CYR. Templa etiam dei, & dij vocati sumus, & sumus. Quare autem, interroga aduersarios, quandoquidem sumus verè participes gratiæ nudæ, & subsistentia carentis? sed nõ sic habet, absit. Templa enim sumus spiritus & subsistentis, vocatiq; propter hoc dij, vtpote diuinæ & ineffabilis naturæ cum illo copula participes facti. At si alienæ naturæ est, & à diuina natura substantialiter separatus qui nos deos facit spiritus per se, excidimus à spe, gloriationibusque frustra nescio quomodo honestati. Vbi enim adhuc dij & templa dei secundum scripturas propter spiritum qui est in nobis? Quod enim priuatur ne sit deus, quomodo talis poneretur in aliis? Cæterum dij sumus & templa. Non est autem attendendum seductis. Itaque spiritus dei non est alterius substantiæ cum ipso. HER. At siquidẽ non est alterius substantiæ cum eo, vt tu dicis, quare non & hoc dicunt: vel pater est, vel filius? CYR. Iam à summa, dic obsecro, & omnia excedẽte natura meritò ne excidisse suspicati sunt spiritum sanctum, eo quod non est pater, neque etiam filius?

HER. Sic opinantur. C. Etiam hoc componentes impiè & imprudenter, prosiliunt ad simpliciorum subuersionem, si quis rectos sermones spectet. Non enim in hoc quod est pater, deus est pater, neq; in hoc quod est filius, deus est filius, alioqui dic, nũquid semper vbi quod gignit & quod gignitur, ibi sit & deitas secundum naturã? sic omne siue genuisset, siue genitum esset, foret omnino & deus verè. Atqui sermo ille manifeste temerarius. Non enim pater deus est quia genuit, neque filius deus quia genitus est: sed deus existẽs genuit pater, & filius existens genitus est filius. Itaque nihil repellit & prohibet adhuc, diuinæ naturæ esse credere spiritum sanctum, qui ex illa & in illa naturaliter etiamsi neque pater, neque filius sit. At quæ nam sit spiritus natura, operæprecium est scrutari, allata huc nominum proprietate, non quæ diuinitatem indicet, sed quæ bene significet, quis modus existentiæ singulorum nominatorum à nobis intelligatur. Nam pater ostendit quod genuerit, & quod genitus sit declarauit filius. Insuper quod spiritus sit ex deo patre, propriusque & ipsius filij: sicut & ille noster humanus spiritus, si & in subsistentia intelligatur, & existere verè declaret appellatio. HER. Qualis igitur est spiritus natura? C. Siquidem intelligeretur, & patris & filij, & arcane quidẽ annuncianda esse, excellere autem mentis ac sermonis nostri mensuram, diuinitatis gloria. His itaque qui videre solent, licet in speculo & ænigmate, & cognoscũt ex parte, subtiles quodammodo oriuntur splendores, quæ ætherem mentis illustrantes illustrent, scientiamque quantam capere possumus, afferunt. *Deitas vt habeat.* Simplex igitur & incõposita est summa natura, & substantiarum proprietatibus, personarumque & nominum dilatata differentiis, & in sancta procedens deitatem: veruntamen naturali vnitate, & inuariabili super omnia identitate, ad vnum quoddam contendens dei nomen ac rem, ita vt & in vnaquaque tota intelligatur natura, cum hoc quod adest ei etiam sua proprietas. Manifestum autẽ, quod vnumquodq; secundum hypostasim manet id quod est, vnione cũ aliis naturali, quæ accipit in propria natura. Est enim pater in filio & spiritu sancto. Similiter autem & filius & in patre, & in se mutuum. HER. Et vnde hæc erunt credibilia?

CYR. Sacræ literæ, hoc est diuinitus inspiratæ scripturę manifeste tradunt, quod spiritus dei in deo sit: neque aliter nos dei sumus participes quàm per spiritum sanctum. Vnde dominus noster Iesus Christus, de omni fideli & bono arbitror inquit: *Ioan.14.* Veniemus ego & pater, & mansionem faciemus apud eum. Et in hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis. Videtur enim qui spiritum dei accepit, quod acceperit verum & natura deum inhabitantem, non alienum & separatum substantialiter, sed eum qui ex illo & in illo, & proprius illius, & æqualem quasi cum ipso proprietatem ferẽs, sicque nominatus quasi in loco assumptus filij propter identitatem naturalem. *1.Cor.8.* Nam vnus quidem deus, per quem omnia, & vnus dominus Christus, per quem omnia: quum autem vnus sit Dominus secundum scripturas, dominus spiritus est, nónne verum est quod dico? HER. Sic scriptum est. C. Olim beato Sampsoni cui coma nondum desecta erat, dicebatur adesse, & cum eo pugnare spiritus: vbi autem mulierculæ voluptatibus se tradidit, & nudatum est ferro caput eius, recessit, inquit, Dominus ab eo. Ascensurus verò in cœlum Christus locutus est ad credẽtes in se: Non derelinquam vos orphanos, venio ad vos. Præterea: *Ioan.14.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. *Matth. vlt.* Misit autem nobis de cœlo paracletum per quem nobiscum est, & in nobis habitat, non alienum nobis effundens, sed suæ substantiæ & patris sui proprium spiritum.

HER. Assentior. Memor enim sum & ipse diuinæ & sacræ scripturæ sic loquentis de sanctis apostolis, quod tentarint quidem in Bithyniam proficisci, & non permisit eos spiritus Iesu. *Acto.19.*

CYR. Quid autem, nónne & ipsos sermones dei, ipsius spiritus esse dicit? Diuinus enim Esaias reuerendam ac stupendam nobis dei contemplationem enarrans: *Esaiæ 6.* Vidi, inquit, dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum & exaltatum. Et quibusdam interpositis inquit: Audiui dominum Sabaoth dicentem: Quem mittam? & Quis vadit ad populũ istum? & dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, ac dic populo isti: Auribus audietis, & non intelligite, & videntes videbitis, & non videte. At diuinus Ioannes de vnigenito, inquit, quãdo vidit gloriam eius, & locutus est de illo. *Ioan.11.* Porrò sapientissimus etiam Stephanus loquens cum Iudæis, dicebat: *Actor.7.* Duræ ceruicis, & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis Nunquid iam quodammodo manifestum, quod secundum propriã subsistentiam diuersum quiddam pater & quiddam filius, & quiddam spiritus à nobis cognoscitur, copulaque cum vnitate naturali, aduẽtus, & sermones, & participatio, & efficacia, ac gloria, & quæcunque diuinam docẽt naturã, omniaque omnium addiscũtur. Verum hoc me fermè pręterfugisset. HER. Quod nam? C. Audis amice clamantes sanctos prophetas: Hæc dicit dominus, docentibus nostris, qui & ipsi spectatores ac ministri verbi fuerunt. Hæc dicit spiritus sanctus: Separate, oro, mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod vocati sunt. *Actor.11.* Iam siquidem minor est quodammodo spiritus deo, & substantiam eius sequitur, habens diuersitatem natura alienam, & verè existit alterius naturæ, nónne melius fuerit priscorum sanctorum quàm Euangelicum & apostolicum ministerium, quandoquidem illi quidem sermonem locuti sunt prædicatum qui à domino & deo, hi verò eos qui à spiritu. HER. Verisimile est. C. At quum alibi Paulus, condemnationis quidem ac mortis ministerium illud, hoc verò nominet vitæ, inquiens: *1.Cor.3.* Si enim ministeriũ mortis gloria, quanto magis abundat ministeriũ iustitiæ in gloria. De seipso & cæteris apostolis: Qui nos fecit idoneos ministros noui Testamenti, non literæ. Litera enim occidit, spiritus verò viuificat. *Ibidem.* Nunquid omnibus manifestum & hinc fuerit, etiam absque labore, quod sermones qui olim & à deo dati cõdemnarint antiquos, & in summum ferè malorum induxerunt fastigium: iustificant autem nunc & viuificant hi qui spiritus? An non sentis postea, quónam tandẽ tendant nostri sermones?

HER. Etiam, at nonnihil inde periculi ac formidinis, ne forte quid amplius de spiritu, quam de deo patre ac filio sentiamus. Porrò nunc hæc quidem videntur ô amice, sic se habere, sine & bene dicta putẽtur. Quoniam autem deum & in deo spiritum secundum naturam dicimus in deitatis proprietatibus, non habitudine ad deum, sed quasi in propria natura spectauerit quis illum decorum, sollicite inquiramus. C. O amice, nõ hinc euincis, nõ habitudine ad deum, sed quẽadmodum & nos ipsi spiritum intelligamus adornatũ, sed in propria natura opulentum sit deitatis pulchritudine quemadmodum scilicet & filius, qui dixit ad patrem: *Ioan.17.* Omnia mea tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Quod enim honestatum est ad habitudinem quandam non secundum naturam, gloriam omnino cõtinet alienam. Quoniam autem suiipsius nihil est particeps, sed quod particeps est eius, cuius est particeps, habitudine quadam ad alia particeps est. Vnde omnino necessarium dicere, & alterius esse naturæ. HER. Necessarium. CY. Iam quis, dic oro, auferret à substantia patris & dei sanctum spiritum, qui in illa & ex illa, nónne in extremam perueniret temeritatẽ, etiam si tantum hoc cogitare velit? Equidem opinor solos eos sic cogitare debere qui carent mente ac sano corde. Verum dicamus quæ dei ac spiritus. Hoc enim & tibi, prudenter ac necessariò comprobatur. HER. Dicamus. C. Dic igitur, quæ intelligatur à nobis, dei gloria, & naturalis efficaciæ virtus. HER. Dei gloriã esse dico, non conditã, qua omnis creaturæ mensurã ac naturam transcendit & excellit. Efficaciam verò naturalem,

posse condere ex nihilo, & vocare ea quæ non sunt tanquam sunt, continere in suo esse bene, quæ sunt, viuificare, sanctificare, dare sapientiam his quæ sapientiæ sunt capacia. E

CYRIL. Examinandus sermo ille de spiritu sancto. Nam qui frigida ac puerilia de illo sentiunt. scient non aliunde quàm sic quod minimè quidem minor sit, quam filius qui in forma & æqualitate dei ac patris, sed potius substantialiter æqualis est illi, & par virtute secundum efficaciam à nobis omnimodo assumitur. HER. Age igitur hoc, bene fisus Deo, qui dicit: Aperi os tuum, & implebo illud.

CYR. Dicam igitur posse facere deos illos qui non sunt Dij, nunquid naturæ conditæ ac factæ conuenit? equidem nõ dixerim. Non enim minora vt sic excellant, effecerit.
HER. Rectè dixisti.

CYR. Tuæ enim prudentiæ fuerit tam hoc quam illud considerare. Nam si creaturæ participatio posset deificare creaturam, quomodo non esset etiam contrarium verum? Plus enim detrimenti, quàm emolumenti afferret, fieri participem, secundum naturam dei. Sed nũquam intelligatur deifica creatura. Soli deo tribuenda hæc res qui suæ proprietatis participationem sanctorum animabus per spiritum immittit. Per quem F
Gal. 4. & confortes facti filio secundum naturam, Dij sicut ille, & filij vocati sumus dei. Quod enim sumus fil.j, emisit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem: Abba pater. Itaque siquidem, posse deificare per seipsum, maius & præstantius est, quàm vt creatura hoc possit, quis annumeraret spiritum sanctum creaturis, nisi sit corruptæ penitus mentis: aut quomodo diceretur creatura posse efficere Deos? HER. Non video.

CYR. Seruitutis autem nomen ac res, conditam ac factã naturam meritò decuerit, longè autem à diuina aberit.
Psa. 118. HER. Plurimum assentior, verè enim psallit deo: Quoniam omnia seruiunt tibi. CYR. Igitur quod seruile à seruitute liberat, & libertatis dignitatibus honestat, idque à seipso poterit, prius recedet à conditione quæ seruorum est, naturæq; 2.Cor.3. erit summæ ac liberæ. HER. Annuo tibi tam recta dicẽti. CYR. Igitur quum clamet beatus Paulus: Nos autem reuelata facie gloriam domini vt in speculo representati, ad ipsam imaginem configurabimur à gloria in gloriam tanquam à Domini spiritu. Dominus autem spiritus est, vbi autem spiri-
Rom. 8. tus domini, ibi libertas est. Insuper & aliter: Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum inquit, in quo clamamus: Abba pater. Sanè cum gloria filiationis simul semper & libertas comitabitur. Vnde & dominus noster Iesus Christus sanctos apostolos, quoniam dignitatibus super naturã honorabat vtpote qui non multo post participes erant futuri sancti & liberi spiritus, amicos iam & liberos vocabat. Dicebat enim: Iam non vltra dico
Ioan. 15. vos seruos, vos amici mei estis. Quia igitur dominus est, & vbi scilicet fuerit spiritus domini, quærenda illic libertas. Quod igitur prognatum ex natura libera, nõ coordinatũ cum creatura? & annumerandum cum creaturis intelligeretur esse id per quod, & in quo libertatis gloriam creatura acquirit, per quam ex seruitutis ignominia educitur, & euadit? HER. At dicerent opinor, quod perficiat serui ministerium, dum spiritus ea quæ dei sunt sanctis affert.

CYR. Reputabũntne igitur, sicut par est, libertatem esse magnum quid, ex his quæ per illum suppeditantur, atque adeo dignitatem vltra creaturarum vim? Seruile enim est quicquid productum vt sit. HER. Fortassis ita expendent.

CYR. Ipsum igitur ministrum, non naturaliter liberum, quandoquidẽ sibiipsi ministrat nihil transfert autẽ ab alio quodam gratiam, an non necessarium id quod ministrat & mediũ non ipsam rem intelligi quæ ministratur? H. Necessarium.

CYR. Quomodo igitur dominus spiritus est, si libertatis gloria priuatus, nondum euadat omnino mensuram serui & subditi: & siquidem est in naturali gloria deitatis, ministrat quidem non vltra, absit: distribuit autem potius vt suum naturale bonum, libertatem. At si verè illi deesset, esse Deum secundum naturam, conscribetur quidem inter ministros & seruos, ministrabit autem quod alienum, & affert dignis, maius quàm ipse sit. concedet enim his qui ex deo vt vincant. Igitur iam meliores quodammodo & nos quoque spiritu sancto vtentes gloria quæ illo superior est. An nõ bene hæc tibi dicere videor licet multas absurditates sermones nostri afferant?
HER. Valde bene.

CYR. Pergamus autem & per alias rationes, veritatem inuestigantes. Reges terræ, num familiares quosdam, vel eos qui ex suo sanguine & genere orti, tanto honore honestant, & regni gloria coronat? quomodo hoc optimè & æquissimè fecerint? HER. Summis omnino honoribus exaltantes.
CYR. Regium igitur honorem & gloriam, quo quis coronatur, seque & aliis excellentior fit, nunquid reputabit aliquis eo qui honoratur, meliorem & præstantiorem vel æqualem fortè, vel deteriorem? HER. Meliorem certè & præstantiorem. Illustrẽ enim facit quod honoratur. Non enim si quid cuipiam accidat, quod gloria illius minus est, aliquo modo illud dignius efficiet, imò ad fœditatem potius deducet.

CYR. Bene dicis, sic enim res habet, & rectè cogitas. Igitur si spiritus sanctus non est in natura & dignitate verè libera sed ministrat vt minister gratiã quæ ab alio est quomodo Christus in regem vnctus est, qui spiritus vnctionem recepit? Iesum, inquit, à Nazareth vnxit Deus spiritu sancto. Ita enim ad nos Act. 10.
scribit sapiens Ioannes: Et vos accepistis ab eo vnctionem, & manet in vobis, & non habetis opus, vt quis vos doceat, sed sicut sua vnctio nos docet de omnibus. De hoc autem audiatur Christus per vocem Psallentis, gloriã vnctionis exponens: Ego autem constitutus sum rex ab eo. Nunquid seruus spiritus, dic oro, facit dominum? Regia dignitas suam habet naturam, sed apud illos non est libera. Apage temeritates. Perit enim, qui in aduersariorum incidit vomitus. oportebat quippe libertatem & regiam dignitatem spiritus etiã illinc videre. Etenim de his
Rom. 8. qui fide iustificantur magnus Paulus dixit nobis: Quis accusabit contra electos dei? Deus est qui iustificat. Quis est qui con-
Ephes. 2. demnat? Soli item diuinæ naturæ ac gloriæ vnctionem tribuit. 2.Cor. 6.
Scribit enim iterum: Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri, sed abluti estis, inquit, sed sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini Iesu, & in spiritu dei nostri. HER. Nunquid vt deus iustificat spiritus eos qui peccarunt?

CYR. Etiam ô amice. Deum enim decet ac solum à præuaricationibus & culpis abluere obnoxios, & nullum alium.
G Deus autem ex deo secundum naturam est spiritus, vt iã multis sermonibus à nobis commonstratum est, & amplius commonstrabitur, nisi fortè onerosum sit. HER. Absit. Quod enim vtile futurum est, minimè offendet cordatiores.

CYR. Impij igitur, & spe quæ sanctos decet priuati viuunt in mundo secundum scripturas, qui vltra conditorem & creatorem creaturæ seruiunt.

HERMIAS. Sic est. CYR. Nunc quum cognouerimus Deum, & cogniti sumus à deo, vniuersorum patrem ac Deum nouimus per filium in spiritu? Et testis ipse Saluator noster, de nobis dicens: Oues meæ vocem meam audiunt, & Ioan. 10.
sequuntur me, & ego do eis vitam æternam, & cognosco meas & cognoscor à meis. De spiritu autem sanctis discipulis dicit: Ioan. 16.
Quando autem venerit paracletus, spiritus veritatis, quem ego mittam vobis, ille à patre egredietur, ille testimonium perhibebit de me. An nõ manifestè deus, qui vt Deus cognitus & habitans in nobis, non vt creatura & factura, & seruituti nostræ astrictus. sed vt liber secundum naturam, & ipsius veritatis existens spiritus, imò ipsa secundum vnionem cum filio veritas.
H Spiritus autem est veritas secundum scripturas. Porrò veritas est Christus.

HER. Itaque naturalis identitas cum filio, quod sit spiritus Deus sufficit nobis ad demonstrationem & vberem probationem.

C. Etiam, quandoquidem Deus est filius, quum vnus sit Deus ac pater: & Dominus est pater, quum vnus sit Dominus filius. Concurrit enim sic, & in vtrisque est ac intelligitur sanctus spiritus, recta ad veritatem feretur, & à rectitudine sensuum minimè offendetur, credentium mens. Etenim quod idẽ substantia dominus ac deus spiritus est: ita & nominatus est à diuinitus inspirata scriptura. Nam diuinus quidem Esaias inquit de Israelitis secundum carnem: Descendit spiritus à spiritu, inquit, & deducet eos, sic duxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Magnus quoque Moses Deum ac Dominum sciens, sic alicubi dicit: Dominus solus duxit illos, & nõ erat

erat cum illis deus alienus. Et alloquebatur quidem in Cantici Israelitas: Memor esto, ne obliuiscaris, quantum exacerba- A
Deut. 5. ris dominum deum tuum in deserto. Designãs iterum exacerbatum dominum ac Deum propheta inquit: Non legatus, neque nuncius, sed ipse dominus seruauit eos, & exaltauit eos omnibus diebus seculi: ipsi autem increduli fuerunt, & exacerbarunt spiritum sanctum eius, & conuersus est eis in hostem. An non in his manifestè dominum ac Deum, deducentem ac in via dirigentem redemptos, sanctum spiritum vocat, & non alienum? Quomodo igitur alterius naturæ esset cum deo, qui non separatus substantialiter, neque etiam alienus, sed proprius eius? Exacuentes autem, dic oro, quidam quonam modo exacerbant deum? vel quomodo possent diuersa sapere volentes, his opponere, quæ spiritus probat? HER. Dixeris ipse, tuum enim fuerit etiam hoc dicere.

CYR. Dixerim itaque spiritus deus cum vnione ad deũ, & spiritus dominus naturali identitate cũ domino. Fiat & hoc statim maximè perspicuũ, quamuis per alias velit incedere cogitans. Vnde quum nec loco & circunscriptionibus, quantitatique & mensuris subiectus sit, hæc enim creaturis magis con- B
ueniunt. Deitas autem quantitate caret ac circunscriptione, & magnitudine, nec situ secundum locum intelligitur, quandoquidem omnino incorporea est, & ipse spiritus erit in diuinæ naturæ proprietatibus honestandus, cum patre & filio omnia
Hier. 23. implens, & in omnibus esse creditus. Dixit enim alicubi per vnum prophetam, is qui omnia in omnibus deus: Nónne cœlũ
Ephe. 4. ac terram ego impleo dicit dominus? Apponens autem hanc rem filio, scripsit nobis Paulus: Qui descendit, ipse est, & qui ascẽdit super omnes cœlos, vt adimpleat omnia. Modulatur itẽ
Psal. 138. ad eum diuinus Dauid: Quò ibo à facie spiritus tui & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in
Sap. 2. infernum, ades. Igitur si locus nullus, vbi non est spiritus, & omnia impleat spiritus, deus qui implet secundum quod à quodam bene dictum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarũ & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, quo pacto fieret postea obscurum & incognitum, quod spiritus Deus sit, vnione naturali cum deo? Si autem & omnia continet, quomodo esset conditus vel factus? Quum verbum Omnia, omnẽ speciem & genus substantiæ factæ scilicet includat quodãmodo in seipso, & aliud manifestè præter omnia demõstret quod C
contineat ea. Quod autem non est in omnibus, sed extra omnia naturaliter, situm erit super creaturas, & naturam eorum quæ ab ipso implentur ac continentur transilit: at deus est id quod super creaturam. Nónne verum est quod dico?
HER. Assentior. Veruntamen scias iterum illos dicere, & quod sit spiritus conditus & factus. Deus enim alicubi, inquit, locutus est antiquis quibusdam: Ego sum dominus, firmans fulmen & condens spiritus, & annuncians hominibus Christũ suum, faciens diluculum & nebulam, & ascendens super excelsa terræ.

CYRIL. Quin amice, sancti spiritus gloriam minimè designarit quod iam adductum est, nisi infirmam & corruptã quis mentem habeat. Spiritus enim nominatus simpliciter & absque additamento, non semper & vbique diuinum & sanctũ designat, alioqui non dicerẽ eos blasphemare. Sed iisdem nominib. pronũciatur sæpissimè, quod dissimillimę naturę fuerit. Spiritus enim est angelus, & anima hominis, & motus aeris ac ventus. Iam cur prætereunt, quod suo tempori debetur ac ma- D
nifestum esset, & id deo conditori & super creaturam pro sua dementia tribuendum putant? At propheta, imò per illum deus, non proprium dixit afferri spiritum. Absit, ne sic sentiamus Sed hic est sensus: Quum essent quidam præ nimia stoliditate putantes quod absque omni cœlesti gratia, sibiipsis & aliis possint benefacere, Deus qui super omnia, regios thronos & illustres principatus, & sceptri Dominium, sibiipsi tribuens suis legibus ac nutibus omnem creaturam dispensari monstrat, ac inquit: Ego sum dominus firmans fulmẽ, remittẽs his qui in mũdo spiritũ impotens. Condo enim sic spiritum. Et Manifestã faciens narrationem. Cuius enim voluero, inquit Christi erit: hoc est eius qui ad regnum vncti, & imperium sortiti, non me inuito, sed meis imperiis. Diluculumque & nebula euocatur, hoc est nox & dies, luxque ac tenebræ. Alioqui dicant illi quid commune fulmini & spiritui sancto, quid item diluculo & nebulæ cum eo qui ex Deo & in Deo, an non manifestus est sermo? HER. Videtur. Quod enim nominatum non est connaturale, & opinioni illiorum non consectaneum, comprobat indecore illos loqui.

CYRIL. Quomodo autem & alia ratione creatura & factura esse intelligeretur, qui vnà cum vnico conditore conditor est, & habet in hoc virtutem & potestatem non extrinsecus aduenticiam, neq; ignobilem, neq; eam quam ab alio accepèrit, sed à seipso & propriã ac naturalem. Dicit enim: Spiritus dei Iob. 24.
fecit me, quamuis sacræ literæ affirmẽt deum puluerem de terra accepisse, & quasi suarum manuum opere hominem honestasse. Siquidem verax est, qui dicit: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. HERMIAS. Vtique verum est etiam hoc oraculum.

CYR. Cur autem & reformationem humanorum corpo- Psal. 118.
rum ac reparationem, in nouissimis temporibus non per spiritus efficaciã fore sentiemus? & ante diuinum eloquium inter cætera oracula protulit. HER. Quomodo dixisti.
CYR. Nónne reuicturos mortuos, & suscitandos eos qui in sepulchris eloquium, vt opinor, propheticum clamauit, & nos credimus, ad vitam reducente nos deo omnipotente per suum spiritum. HER. Etiam. Nam quum beatus Dauid & nostrum ex peccato in corruptionem & mortem lapsum scribat, & renouationem prædicit in resurrectione, bene psallit. Sic enim dicit ad deum: Auerrente autem te faciem turbabũtur, au- Psal. 103.
feres spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertuntur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

CYRILL. Itaque renouatio & corrupti recursus ad innouationem & reformationem, vt probabile est, & mihi videtur, opus fuerit eiusdem naturæ & efficaciæ, cuius videtur & id quod in principio dum ineffabiliter formatum est.
HER. Assentior.

CYR. Quomodo igitur hoc per quod & in quo deus efficax, factũ esset & conditũ? Vide enim iã quomodo confitebũtur etiam iam inuiti efficaciã dei esse genitã. sic enim rẽ habere dicent, vt nos dicimus. Et quid illinc? Blasphemia deo abominabilis, infames opiniones, & summæ imperitiæ crimina. Dicet enim quis amice, viris illis congrua sapientia carentibus deum simplicem & incompositum propriè & summè, non ex natura & efficacia quasi ipse intelligatur ex alio naturaliter cõpositus esse, sed vnum quiddam omnino existere cum quibus substantialiter creditur se habere. Igitur si deus dicatur habere efficaciã creatam & factã quæ sit eius propria, hoc est spiritum, etiã ipse omnino erit creatus, alioqui nõ esset efficacia eius aliud quiddã ab ipso. Nónne odibilis & exosus est sermo ille, & ad magnã impietatem propensus? HER. Omnibus modis.

CYR. Deducit autem opinio eos & ad aliam absurditatem. HER. Qualem nam dicis? CYRIL. Dominus virtutum nominatus est deus, omnino autem & verũ est quod psallitur. HER. Verum est, vel quomodo non?

CYRILLVS. Igitur si quid summæ & diuinæ naturæ subiacet, nec habeat propriã virtutẽ, repat autem quasi à fonte dei (prout mihi videtur) ad singula quæ virtute prædita virtus: quemadmodũ scilicet & sapientia & ea quorum est dator. Nam id quod est secundum naturam omnium Dominus, participatiuè erunt & ab eo facta, atque adeò admiror pulchre dictum. Quid enim habes, quod non accepisti? Congruit autem, 1.Cor. 4.
vt videtur, si quis sapienter expendere velit, hoc non nobis solis, qui super terram sumus, sed etiam omnibus creaturis.
HER. Quid nam igitur inde colligitur?

CYRILLVS. Audio beatum Dauid modulantem Psal. 32.
& spiritualem quandã lyram pulsantem, qui dicit manifestè: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque dic, quod firmat cœlos & omnis virtus eorum, Deus ne sit, an creatura? HER. Deum quidem dico, & meritò. Non permiserim enim creaturis, quod deo non opus habeant, sed sibiipsi benefaciant, & possunt saluari aliunde quàm per ea quibus saluari possunt, & bene constituũtur, quũ naturaliter ad corruptionem excidant.

C. Firmat igitur spiritus cœlos, non conditæ ac factæ substantiæ participationem præstans illis, sed vt efficaciam dei propriam donans. Fouere enim ac continere bene, ea quæ sunt, &

firmare ita vt durẽt corruptibilia & quę in sua natura ægra sunt ac in nihilum se recursura minantur, fuerit naturæ vniuersum moderantis. *Rom. 1.* Vnde & diuinus Paulus suadet, ex facturis intelligere & cognoscere sobrie, quæ nam sit Dei natura. Nam inuisibilia eius à creatione mundi, dum per opera intelliguntur, perspiciuntur sempiterna eius virtus & diuinitas, ita vt inexcusabiles sint, eo quod cognitum Deum non vt Deum cognouerunt, vel gratias egerunt, sed infatuati sunt in cogitationibus suis. Ea propter proferet diuinæ naturæ pulchritudinem, quasi sub oculos manifestiorem sempiterna eius virtus ac deitas. Cæterùm roborat omnino virtus, & firmat spiritus cœlos, non sicut vna creatura ab illo in subsidium assumptus, stupiditas enim esset hoc sapere vel dicere, sed vt proprius existens spiritus Dei omnia condentis & roborantis. Aut siquidem non sic habere dicent, respondeant ipsi & condant nobis causam, propter quam omnium conditor creaturis bene sitas esse, & perfectum habere ornatum effecerit & dederit, per hoc quod participant de spiritu sancto. Roboraret enim cœlos Iesus, siquidem sufficeret solos conditos esse ad hoc, vt bene sint fundati, nec necessaria esset omnino solidatio per spiritum. Sed etiam hoc non esse verum si examinauerimus ostendetur. Proinde contrarium probatius erit. HER. Recte dixisti.

CYRILLVS. Cur autem hominis naturam in perfectionem illi maxime congruam, vix tandem ductam esse dicimus, quando diuini spiritus expulsionem in se recepit? At nec hoc est obscurum, si naturæ lapsum & reformationem bonam esse, secum quis expenderit. Nam quum animal esset propensum ad delictum, & peccatum quod tunc alienum & præ nimio amore carnis langueret: spiritus ad diuinam imaginem transformans, & quasi signaculum inditus, separatus est, & sic corruptibile ac turpe, & nihil non absurdum secum trahens apparuit. At vbi vniuersorum conditor, id quod in corruptionem lapsum, ignobile & turpe factum propter peccatum iam illi insitum, voluit ad primæuam firmitatem ac decorem reducere, permisit iterum diuinum & sanctum spiritum aduenire, & bene reformare imaginem pulcherrimam, & ad suam effigiem nos aptare. Itaque continere creaturam, ac ad suam habitudinem ornare, transfiguraréque animal ad similitudinem Dei, conditore indigum, & perfectissima dare singulis creaturis, in alteram naturam reiiciemus? vel æqualis naturæ & consubstantiale esse dicẽtes ipsi quod ex ipso, & in ipso secundum naturam, perfecto opificio honorabimus? & integram quodammodo illi in factis efficaciam tribuemus, perfectam per filium in spiritu? HER. Recte hoc dictum esse dixerim.

CYRILLVS. Quod autem per filium in spiritu omnia per omnia, atque adeò in omnibus efficacia patris appareat, quomodo non & inde facile videre licet? Nam sufficeret quidem ad demonstrationem firmatos esse cœlos verbo Domini, & omnem virtutem illorum esse in spiritu, secundum quod olim bene decantatum est. Afferam nihilominus, quod Christus miracula fecerit per spiritus efficaciam. Scriptum est enim, quod Iesus ductus est in virtute spiritus in Galilæam, & quum Iudæi impia quædam nugati essent, & efferam aduersus illum linguam exercuissent, eos meritò increpauit. dicebant enim: *Matt. 12.* Hic non eijcit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et post alia: Filij vestri in quibus eiiciunt? propter hoc ipsi iudices vestri erũt: si autem in spiritu Dei eijcio dæmonia, nónne peruenit ad vos regnum Dei? Confiteri enim oportet, vnigeniti ex Deo patre natiuitatem esse quidem super omnem mentem & sermonem humanum. Vbi autem factus est caro, & habitauit in nobis, diuinæ potestatis efficaciam etiam quum homo esset declarauit. Etenim, inquit, quasi qui nostra conditione obambulabat. Si autem, inquit, in spiritu Dei dæmonia eiicio, nónne peruenit ad vos regnum Dei? Hoc nihil aliud est dicere, quàm quod descendit diuina potestas & virtus in homines. *Regnũ Dei. Lucæ 17.* Siquidem ego sicut vos propter vos factus, miracula operor per spiritum. Opinor enim, quod regnum Dei vocet conuenientissimam in spiritu sancto operationẽ. Vel etiam ipse fortassis spiritus iuxta illud quod de nobis dictũ est: Regnum cœlorum intra vos est. Quando igitur magnifica facit in spiritu filius, quum Deus existat, regnúmque Dei vocet potentissimam & inuictam Dei potestatem in illo & per illum. Quomodo, dic obsecro, factus esse dicetur, & non melior esse quàm creatura omnium conditor, & à nobis ipsis & à supernis spiritibus intelligetur? Glorificatus enim est in creatura, & sortitus est gloriam, vt omnia possit in seipso? Quamuis cur nam per eminentiam eorum quæ facit, & eorum quæ in nos operatus est in spiritu vnigenitus, quod Deus secundum naturam sit, & æqualis opera cum genitore, consubstantialísque volebat credi, quamuis nobis similis factus sit? *Ioan. 8.* Dic enim: Si non facio opera patris mei, non credite mihi: si autem facio, & mihi non creditis, operibus meis credite. Quum igitur diuina natura ex fulgore operum quæ super naturam fiunt cognoscitur: agnoscuntur autem omnia per efficaciam spiritus. Quomodo vltra creatum est, quod æquale est Deo, & simul creat, simúlque viuificat ea quæ vitæ indiga sunt? An non & posse viuificare soli verè & naturali vitæ, hoc est Deo conuenit? HER. Assentior. *I. Tim. 6.* Scriptum est enim de illo: Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam.

CYRILLVS. Igitur quum solus Deus in se & in propria natura immortalitatem sortitus sit, & vita esse credatur, quomodo esset spiritus viuificus, quum sit secundum illos, inter ea quæ viuificantur, nisi hoc ei decedat, quod sit creatura? At non sic habet vt illi dicunt. Spiritus enim viuificum quiddam est. nec indiget, vt ab alio vitam accipiat. Insania vtique foret, & vaniloquiũ ab hostibus Dei adinuẽtum, hoc esse deprehenditur. Verum nos non ingrediemur recta, si sentiamus, & illorum nugis appropinquemus: liberabimus autem mentem à propensione in omnem fœditatem ac peruersitatem: & solis sacris literis eruditi, & claram spiritus gloriam in his contuentes, Deũ esse & ex deo credimus, non alienis & externis bonis cõspicuum, sed ipsum secundum naturã existere, id quod & Deus. *Act. 17.* Vnde omnino auscultandum est apostolorum vocibus: In Deo viuimus, mouemur, & sumus. *I. Tim. 6.* Et de Deo ac patre, Timotheo dicit sapientissimus Paulus: Denuncio tibi coram Deo viuificante omnia. *Ioan. 11.* Christus vero Lazari sororem erudiens dicebat: Ego sum, inquit, resurrectio & vita. De spiritu item sancto: Caro nihil prodest, spiritus est qui viuificat. Quis amputaret & eliminaret à vita viuificam eius virtutem, & non aliud quiddam quàm vitam? Negare enim id quod esse scilicet creditur, imò nec vita crederetur, quod enim priuatum est, vt secundum naturam non possit viuificare, quomodo adhuc intelligeretur vita? HER. Viuificum spiritum esse dicunt, vt ministrantem creaturis vitam à Deo, sed non ipsam per se vitam.

CYRILLVS. Sed ij qui legem posuerunt & definierunt de his quæ super mentem & sermonem, nequaquam tam adulterinam & peruersam reciperent sentẽtiam, imbelle quiddam, vt illis videtur inuehentes. Sed nobiscum subscribent sacris & diuinis literis, quæ prædicant manifestè viuificum & sanctum spiritum non ministrum vitæ ab alio, sed ipsammet vitam, & vitæ spiritum. *Rom. 8.* Sic enim iterum dicit beatus Paulus: Si autem spiritus eius, qui excitauit Iesum ex mortuis habitat in vobis, is qui excitauit Christum Iesum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantem spiritum eius in vobis. Itaq; spiritus vitę omnino secũdum naturam ab illo non erit alius, secundum quod irreprehensibiliter habet dum rectè cogitatur. Nam esset quodammodo non vita radicem habens vitam, & fontem quendam perpetuum, & super omnes creaturas, Dei natura. Quod autem & ex ipsa egrediatur Dei & patris substantia non obscurum, poterint autem bene & verè intelligere qui rectè sapiunt, ex hoc quod manifestum dictum est: Qui excitauit Iesum Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per hoc quod inhabitat spiritus eius in vobis proprius enim Dei, qui in nostris cordibus diuersatur, viuificus est spiritus. Eum autem qui proprius Dei & ex ipso secundum naturam, num vita priuatum esse concedemus, quandoquidem aduentitiam habet vitam, quomodo non intelligeretur mortuus? Quod enim pati possit, dixerit quis, etiamsi non factum sit in patiendo, vt omne quod aduentitium videtur opinor, quod vel etiam verè ascitum, & non carens suspicione quod deficere possit, sed in periculo est quod cadat. Non enim stabilitum est legibus naturæ, neque etiam inconcussum habet fundamentum, quod quasi in ordine contingentis, & quasi in specie tincturæ, his qui semel suscipiunt, adiectum. H. Itaque congruit quod spiritus vitæ naturaliter scilicet sit, & non per participationem.

CYRIL.

C. Amice, etiam omnibus modis. Hoc autẽ scias bene, & ex aliis sententiis deũ quidẽ dicentẽ audiet quis, & contra seruientes idololatriæ, tantum non fugitiui crimen effundentẽ. *Hiere. 2.* Obstupuit cœlũ super hoc, & horruit plurimũ dicit dominus, quia duo mala fecit populus meus, me dereliquit fontẽ aquæ viuæ, & effoderunt sibi cisternas contritas, quę nõ poterunt aquã continere. Inueniemus autẽ & dominum nostrũ Iesum dixisse ad Iudæos: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Id quod diuinus euãgelista Ioannes bene explanans & manifestans, refert in naturã & efficaciam sancti spũs, & inquit: *Ioan. 7.* Hoc autẽ dixit de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eũ. Ecce iterũ manifeste & euidẽter aqua vitę æquali modo & virtute spiritus est & pater. Vnde & filius opinor ob idẽtitatẽ substantiæ eodẽ nomine dicitur. Sic enim natura habet res. Insuper & alio quodam modo acceperit quispiam. Nam quũ sanctus sit Deus secundũ naturã, sanctus substantialiter spũs est, perq; illũ & in illo, sancti quis particeps fit. H. Non vt propriã dicunt, sed vt aduentitiã habentis sanctificationẽ. C. Itaque quũ antea spiritus sanctificatus sit, creaturis suã sanctificationẽ nõ immittit, quãdoquidem dicimus verè, in omni ad transferendũ assumpto, id quod per illud alios pertingat esse omnino & alterius naturę ab illo. Nihil enim transferret seipsum ad alios non vt seipsum. H. Verum. C. Itaq; si nõ est sanctus natura spũs, qui in nobis, dicant illi quónam modo tandẽ sortitus sit naturam, si noluerint sanctã illi tribuere. Nónne omnino sermo ille in blasphemiã ineuitabilẽ tendere videtur? H. Videtur. *Ioan. 17.* Veruntamen illud dic, quod Christus de se dixit: De meo accipiet, & annunciabit vobis. Et idcirco participẽ dicunt spiritũ filij. C. Minime, absit. Nam quod ex illo, & in illo, & propriũ eius, quomodo particeps eius esset vnquã, & æquali habitudine cum extraneis sanctificaretur, & alienũ esset secundũ naturam, cuius & propriũ esse dicitur? Graues autẽ illi, vt putant diuinorũ eloquiorum scrutatores, & valde subtiles, quare prætermissis illis quæ oportet considerare tam sedulò externis & alienis incũbunt. Nõ enim naturæ suę corruptionẽ manifestabat de se ac de spiritu dicẽs Iesus: De meo accipiet, & annunciabit vobis. Nunquid dixit manifeste, quod accipiet quidẽ de me sanctificationẽ, idem autẽ & vos quoq; sanctificabit? Nã hoc naturæ manifestasset sectionẽ ad inæqualitatẽ, & quasi aliam in alio sanctificationẽ in spũ demonstrasset manifeste. Sed hoc quidẽ non dicebat, verũ sermonibus vsus est suis, propter identitatẽ substãtiæ, & omnimodã naturæ operis & gloriæ æqualitatẽ: ita & siquidẽ aliquid per sãctos velit forte loqui, verbũ hoc esset Christi. Nõ enim loquetur, inquit, à seipso quicquã, sed quæcũq; audierit loquetur. Itaq; quẽadmodũ filius, qui est cõsubstãtialis cũ deo & patre, existens. Verbũ illius ea quæ illius sunt loquitur. Quẽ enĩ misit deus, verba dei loquitur secundũ Ioannis vocẽ, quoniã nõ alia volũtas est, q̃ ea quę est in deo & patre. Pari modo & sermone, opinor, & spũs sanctus ea quæ Christi sunt loquitur, spũs existẽs eius. Et quẽadmodũ est absurdũ, & indocte dictũ, nominari quidẽ hominem id quod verè homo. Intelligi etiã præter hoc aliũ, sic stultũ valde spũm quidẽ sanctũ nominari spiritũ, etiã ipsum repelli, ne sit secũdum naturã sctũs, & ita in aliã detrudi naturã. Non enim gloriæ vel eminẽtiæ quendã modũ nomen eius signat, quẽadmodũ scilicet & principatus, & thronus, & dominatio, & de his quæ per illũ producta sunt dicũtur. Erit autẽ potius substantialis quodãmodo qualitatis ostensiuũ. Quẽadmodũ scilicet patri pater, & filio filius. Iam siquidẽ est extremæ imprudẽtiæ euidẽs indiciũ, patrẽ quidẽ nominare deũ, ĩtelligere vero ipsum nõ esse patrẽ: vel & filiũ quidem esse filiũ, dicere verò filiũ nõ esse ipsum. Quõ illos ab imperitiæ culpa liberabimus, qui audẽt verè & natura sanctũ spũm naturali sanctitate despoliare? Quapropter siquidẽ sanctus secundũ naturam deus, sanctus autẽ & qui ex ipso & in ipso intelligitur spũs. Quis deinde diuersitatis modus, dico autẽ secundũ substantiã. Vel quõ nõ deprehenderẽtur putris & parui iudicij, qui creaturę ascribunt hoc per qđ & in quo deitatis natura est in nobis. Non enim in natura numerandũ, qđ super creaturã, an nõ verus est iste sermo? H. Et quõ hoc ambiguũ esset? C. In quo autẽ sunt ea, quę sapientiã accipiunt? H. In sapientia scilicet. C. Itaq; si sapientiã dat spũs his q̃ sapientię capacia sunt, sapientia omnino alicubi erit & intelligetur. Hanc autẽ diximus esse filiũ. H. Quid autẽ si & hoĩes & angeli, dicũt, sapiẽtes sint, & idonei ad dandũ aliis sapientiam? *homi ... aliter* C. At nõ sapientiã ô amice immittũt vt deus, his qui eã ab ipsis accipere dicũtur, sed docilitatis suæ participes ostendũt. Sanctum enim oraculũ hoc esse dixerim. *deus docet. Matth. 10.* Gratis accepistis, gratis date. Spiritus autẽ sanctus æqualiter operatur cũ deo. Et ita quãdoquidem per participationẽ & inhabitationẽ seipsum largitur, sapiens oĩno faciet per seipsum, & in hoc iterũ summę naturæ efficaciam implebit. *Exod. 4.* Vnde ad Moysen sacrorũ ducẽ dixit oĩpotẽs deus: Quis dedit os hoĩ, & quis fecit surdũ & audiẽtẽ, videntẽ & cęcũ? Nõne ego dominus deus? *Esaiæ 28.* Præterea & alio loco per vnũ prophetã de turba Iudæorũ: In aliis linguis & in labiis aliorũ loquar populo huic, & neq; sic credẽt. Quæ res in Actis apostolorũ, spũs efficacia agitur. *Acto. 2.* Dicit enĩ: Cœperũt loqui variis linguis, prout spũs dabat eloqui illis. Porrò quũ Christus dicat suis discipulis, qđ ducẽtur quidem ad reges & pręsides, minime autẽ illos formidare debeãt. Nõ enim, inquit, solliciti quid dicatis vel loquamini, ego enĩ dabo vobis os. Sancti spũs efficaciã & natura scripturã sanctã perfectã esse dicit sanctis promissionib. Dicit enĩ Christus: Non vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis. Quõ igitur creatus & factus, & summa natura posterior ac humilior tãdem, qui sapientiã docet, quũ sapiẽtia sit deus? Quõ autẽ omnia noscẽs, & profunda dei scrutãs ordinatur cũ his qui nesciunt ea q̃ in deo, & seruilẽ gloriã in seipso à nobis accipiet, quũ saluator manifestè dicat: *Ioan. 15.* Seruus nescit quid faciat dominus suus. Proinde quũ sciat spiritus quæ in deo & domino secundum naturam, quomodo non liber & super creaturam, identitate substantiæ, ordinabitur quidẽ cum deo & patre, ordinabitur autẽ & cum filio? cum quo & per quem deo & patri gloria cum ipso sancto spiritu in secula, Amen.

Dialogorum libri septimi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANdrini, *Argumenta euidentia, quod Spiritus sanctus sit Deus, & non creatura,* LIBER.

QVVM posse facere, & concedere creaturis dignitatem, quæ creaturã excedit, amplius sit, q̃ ferat creaturarum natura & gloria: & spiritus deificet, quõ esset creatus, & nõ magis deus vtpote deificus? Quum habitante in nobis spiritu sancto, deus in nobis esse creditur, quõ esset creatura? Non enim possibile est deũ qui super creaturã est, per creaturã in nostrũ domiciliũ introduci. Sicut deo naturali habitãte in nobis, nõ sumus participes creaturæ, sed deitatis: ita habitante in nobis creatura nõ sumus deitatis, sed creaturæ participes. Igitur spũs deus, quãdoquidẽ est in nobis, per illũ deus verus & naturalis. Quum omne qđ ex nihilo productũ, seruiat cõditori, & ministri conditionẽ gerat: nos autẽ liberi sumus, facti participes spũs sancti, qui secundũ naturã oĩno liber est, & quia sic se habet, neq; factus est, neq; seruilis sicut creatura, sed naturæ est liberæ & iugi nesciæ. Quũ spiritus sctũs operetur in nobis diuina dona, sicut vult, Hoc enĩ b. Paulus dixit. *Ephes. 1.* Deus est, qui operatur omnia in oĩbus. Igitur deus & ex deo secundũ naturã est. *Psal. 102.* Beatus Dauid psallit ad vniuersorũ Saluatorẽ deũ de his quę in terra sita sunt: Emittes spiritũ tuũ, & creabuntur, & renouabis faciẽ terræ. Iam quod renouatur, sic renouatur, quẽadmodũ & ab initio factum est. Et eiusdẽ virtutis opus fuerit, & initio creaturã producere, & corruptã ad primæuã integritatẽ reducere. At spũs renouat creaturã, sicut & eã ab initio fecit, quõ igitur est factus vel creatus? Non enĩ per creaturã creatura facta est, quæ corruptionẽ passa renouatur, sed per deũ secundũ naturã. Deus igitur & ex deo secundum naturã est spũs sanctus. *Psal. 32.* Quum oĩs virtus creaturarũ in spiritu oris dei, sicut psallit Dauid, creatũ autẽ spũm sentientes dicãt, à quo & ille cõfirmetur, & nũ spiritus existẽs cõditę creaturæ, creaturam cõfirmet, seq; ipsam cõfirmet creatura nullo modo, deo indigens ad hoc absurdũ autẽ foret hoc dicere vel sapere. Cõfirmamur enĩ à deo per spiritũ, & vera psallẽtis vox est: Spiritu oris dei oĩs creaturarũ virtus. Itaq; spũs est deus secũdũ naturã, & ex deo, & modis oĩbus alterius naturæ, q̃ creatura quæ ab illo confirmatur. Iam quod oĩno vltra creaturam, alteriusq; naturę q̃ creatura, deus vtiq; est, & aliud nihil. *Esaiæ 11.* Sapientes nos facit deus, & potẽtes per filiũ in spiritu. Nã vocatus est spũs sapiẽtiæ & potẽtiæ, & quõ erit spũs creatus? Nam si hoc verũ esset, nihil vt videtur, prohiberet, quod sapiẽs & potẽs in creaturis esset deus, factáq; haberet suã sapientiã. Itaq; creatura ipsum ornaret, & nõ ipse creaturã, verũ hoc sapere vel dicere impium. Proinde deus secundũ naturã & ex deo est spũs, per quẽ deus creaturã sapientẽ ac potentẽ facit. *2. Cor. 4.* Beatus Paulus de filio inquit: Dominus autẽ spũs est. *Ioan. 4.* Dicit autẽ & ipse filius: Deus spũs est. Aliquãdo igitur significat patrẽ, aliquãdo verò

x

filium,& quomodo non est inter illos? non enim inter creaturas deus agnoscitur,sicut neq; creatura in natura deitatis. Quũ nõ possumus aliter participes fieri dei,q̃ per spiritũ sanctũ, quõ extra deitatẽ intelligeretur, id qđ dei participes efficit per seipsum eos in quibus est? Æqualem opere & virtute cũ deo dicere creaturã, hoc est vnã ex facturis,summe impietatis indiciũ gerit. Quoniam autem spirit⁹ sanctus eandẽ habet operationẽ cum patre & filio: manifestũ quod deus & ex deo patre secũdum naturã est, vtputa operari potẽs ea quæ dei. Demõstrantur autem prædicta, per hoc
2.Cor.12. quod manifeste per beati Pauli vocẽ dictum est. Diuisiones autẽ donorũ sunt,& idem spũs: & diuisiones ministeriorũ sunt, & idẽ dominus: & diuisiones efficaciarũ sunt, idem autẽ deus, qui operatur oĩa in omnibus. Viuificante autẽ patre, similiterq; & filio, vi-
1.Timot. 6. uificus est & spũs sanctus. Vnde b. Paulus scribit: Denũcio vobis
Ioan.10. coram deo viuificante oĩa. Dixit autẽ & filius: Oues meæ vocem
Ioan.6. meã audiũt & sequuntur me,& ego do eis vitã,æternã. Quod autẽ & spirit⁹ viuificet, docebit dicens ipse saluator: Caro nihil prodest,spũs est qui viuificat. Verba quæ ego loquor vobiscum, spũs
Roman.8. sunt & vita. scribit etiã beat⁹ Paulus: Qui excitauit Christũ Iesum ex mortuis,viuificabit & mortalia corpora vestra,propter inhabitantẽ eius spiritũ in vobis. Igitur qui æqualiter operari potest cum
Ioan 8. deo, deus est,& ex deo secundũ naturã. Dominus noster Iesus
Ioan.5. Christus Iudæorũ turbas perstringẽs dicebat: Multa bona opera feci vobis à patre meo,propter quod illorũ lapidatis me? Et iterũ: Pater in me manens ipse facit opera. Ad hæc fatebatur, quod in spiritu dei eiiceret dæmonia. Quando igitur opera spiritus,opera dicit esse patris,manifestũ autẽ quod & sua,quõ esset ille creatus?
Matth.12. Quod si verũ esset,per creaturas pater glorificaretur,atq; adeò & filius,si per spiritũ operatus esset diuina signa,id quod absurdum. Deus igitur ex deo secundũ naturã spiritus est, vtpote adimplens opera patris & filij. Beatus Paulus declarans nouũ Testamentũ
1.Cor.3. quod in Christo,nobilius esse vetere legali. Si administratio condemnationis gloria,quanto magis excellit ministerium iustitiæ in gloria? Igitur lex quidem cõdemnationis erat ministeriũ, iusticiæ autẽ prædicatio euãgelica,sed hi quidẽ qui ministri veteris Testamenti cõdemnãtis,dicebãt: Hæc dicit dominus,hi verò qui nõ iustificantis: Hæc dicit spũs sanctus. Igitur ministri condẽnantis Testamenti,meliores essent sequẽtibus. Nã hi quidẽ diuinis ministrabant sermonibus,illi autẽ creaturæ verbis, siquidẽ factus esset spiritus sanctus, quõ igitur adhuc excellit ministeriũ iusticiæ in gloria? Vtrũ enim melius ac nobilius ministrare sermonib. qui à deo, vel sermonibus qui à creatura? Verũ neq; meliores,neq; clariores priores quàm posteri. Igitur quãdo dicũt: Hæc dicit spũs sanctus, & ipsi ministrãt diuinis sermonib⁹. Quia deus & ex deo secundũ naturã est spũs eius. Quod autẽ clarius priore sit ministeriũ posterius,fidẽ faciat dicens ipse seruator ad sanctos discipulos: Amen a-
Matth.13. men dico vobis,quia multi prophetæ ac iusti desiderauerũt videre quæ videtis,& nõ viderunt: & audire quæ auditis,& nõ audierunt, vestri autẽ beati oculi. Facti autẽ sunt sacramentorũ promi-
Matth.12. in quæ desiderãt angeli prospicere. Dominus noster Iesus Christus dicebat sanctis discipulis: Ne solliciti sitis quõ vel quid loquamini,quãdo vos ducent ad duces,vel ad cõcilia persecutores quidam,dabitur enim vobis in illa hora. Non enĩ vos estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Iã beatus Pau-
2.Cor.13. lus inquit: Num experimẽtum quæritis eius,qui in me loquitur? In sanctis spiritus est qui loquitur, quomodo ergo esset factus,& non magis deus & ex deo secundũ naturam,vtpote cõsubstantialis filio,per quẽ & in nobis est,& loquitur? Beatus Moses dixit
Gene.1. in libro Geneseos: Et fecit deus hominẽ,secundum imaginem dei
Psal 54. fecit illum. Dixit autẽ & ipse vniuersorũ conditor per vocẽ Esaiæ:
Esa. 54. Ego feci terram & hominẽ super eam. Hoc esse verum & beatus Iob cõperit,dicens: Spiritus diuinus fecit me,at siquidem esset factus spiritus sanctus,per creaturã facti essemus. Iam quo pacto dicit sacra scriptura: Et accepit deus puluerem de terra,& formauit hominem? Igitur siquidem esset absurdissimũ conditoris gloriam dare creaturis: est autem spiritus cõditor. Igitur deus & ex deo se-
Hebr.7. cundum naturam est. Si quod minus est à maiore benedicitur, iuxta beati Pauli vocem, benedicitur autem spiritualis creatura, quæ sanctificaturã deo, per spiritum vtique à longe & indubitato meliore secundum naturam benedicitur & sanctificatur.

Si autem hoc verum est, non igitur creatus est spiritus sanctus, non enim minus à meliore benedicitur. Quum in loco & circumscriptione intelligãtur quæ facta, spiritus autem sanctus non sic (scriptum est enim: Spiritus domini impleuit orbẽ terrarum. Psallit etiã Dauid: Quo ibo à facie tua?) Quomodo factum esset quod omnia implet,id quod profectò ipsi diuinæ & summæ naturæ congruit? Nam scriptum est de filio: Qui descendit,ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt impleat omnia. Quin & ipse Ephes.4.
pater dixit alibi ad Iudæos: Cœlum mihi thronus, terra verò suppedaneum pedum meorum, qualem domum ædificabitis mihi Esa.vlt.
dicit dominus? vel quis locus requiei meæ? Et iterum: Nónne cœlum & terrã adimpleo,dicit dominus. Dicit alicubi deus Israelitis ex Babylone redemptis: Et ego sum, inquit, in vobis dominus, & spiritus meus in medio vestri, confidite. Quando igitur præsens spiritus est,in nobis est natura &verè deus,quomodo intelligeretur factus,& non potius deus & ex deo secundum naturam, vtpote diuinam præsentiam per se adimplens? Scriptum est: Psal.32.
Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniam autem conuenit creaturam à deo roborari, & non à creaturis,quomodo dubiraretur: Si autem creatus existeret spiritus sanctus, roboraret seipsam creatura, & vt bene habeat se contineret,nihil ad hoc à deo sumẽs: imò si licet aliquid absurdi loqui,in gloria summæ naturæ creatura inuenitur, quandoquidẽ per seipsam operatur, & propter hoc admirabilis est,sed hoc absurdum. confirmat autem spiritus cœlos, & roborat creaturam, est igitur naturę quæ super omnem creaturã,hoc est deus. Si viuificat spiritus,& vita est secundum Saluatoris vocem,quomodo esset factus? non enim vita,quod aliquando nõ existit. Nam si conditus, esset & ipse cum aliis ex nihilo productus: sed hoc absonũ, vita autẽ secundum veritatem & viuificus est. Proinde factus non est,sed fuit sempiternè, vtpote ex deo secũdum naturam & deus.

Simplex & incomposita est diuina & incorruptibilis natura,& omnia ad esse producit ac perficit per spiritũ. Iam siquidẽ factus esset spiritus sanctus, sicut dicunt aduersarij, per facturam perficerentur diuinitatis opera. Quum autem secundum naturam simplex sit deus, quomodo compositus intelligeretur spiritus eius? Nulla enim creatura secundum naturam simplex est. Etiam aliunt gloriæ spiritus obtrectatores: Sanctificationem accipit spiritus sanctus à deo. Dicit autem Saluator de illo: Quia de meo accipiet. Ioan.16.

Quod externe datum & agnatũ est, etiam ab alio omnino auferri potest,& quod nõ secũdum naturã possidemus,hoc & abiici possibile est. Igitur poterit aliquando spiritus sanctus à sanctificatione destitui licet nomen habeat substantię cuius significatiuũ esse credatur,non dignitatis vel eminentiæ: quemadmodum scilicet principatus & thronus & dominatio. Nam talia nomina non substantias nominatorum commendãt, significant autẽ honoris singulorum mensuram. In sancta autem trinitate pater & filius, & spiritus sanctus non eminentiã quandam manifestãt, sed quid sit id quod nominatur, indicant. Si substantiæ, & eius quod quid est secundum naturam spiritus,cõmendatitium esse nomen eius dicimus. Sanctus enim nominatus est,& sanctus est deus,sic enim illum celebrant supernæ virtutes, non vt habentem aduentitiam sanctimoniam. Spiritus ex se sanctus fuerit ac substantialiter,neque erit à substantia eius,alienus spiritus eius. Sanctus enim Esa.6.
secundum naturam,quasi ex sancto & in sancto secundum naturam deo. Qui creatum esse dicunt & factum spiritũ sanctum, non intelligunt illud,cæci enim sunt, quod omnis suboperãs virtus minor est virtute quæ per se operatur, vt sic dicamus & per suam manũ. Exempli gratia: Data est lex antiquis, dicta per angelos, mediatore sapientissimo Mose, sed qui olim legẽ locutus est, ipse operatus est in nobis gratiã per fidem,vnde & nobilius est ministerium Christi quàm Mose. Igitur si spiritus operatur in nobis sanctificationẽ sub alio operans,vtrum sanctificatũ est magis à patre? nõ enim aliter sanctificat quàm per spiritũ sanctum. Et sanctificatio per spiritum sanctum, & summa maxime excelsa est diuina benedictio. Igitur nõ subditi modo ministrat spiritus creaturæ sanctificationẽ,neq; quasi ab alio datã,sed eam per se ipsam in nobis operãte deo vt per spiritũ. Dixit alibi Christus: Si quis me au- Ioan.14.
diet,veniemus & ego & pater meus, & mãsionem faciemus apud eum,& apud ipsum diuertemus. Quõ in nobis istuc ipsum efficitur vt promissum est,docebit manifeste theologorũ sermo. Beat⁹ enim,Ioãnes inquit: In hoc cognoscimus,quod in nobis est, quia 1.Ioan.4
de spiritu suo dedit nobis. Sapientissimus verò Paulus: Tẽplum dei 1.Cor.
estis,& spirit⁹ dei habitat in vobis. Quõ igitur factus est spiritus, si per illũ participes efficimur,nõ enĩ per creaturã erit in nobis participatio dei. Vel dicant: si factus vnus sanctorum angelorũ esset

in no-

in nobis,essemus ne participes, diuinæ naturæ? sed hoc non est verum. Vnde Deus in nobis per Deum spiritum.

Iudic.16. Scriptura diuinitus inspirata tradit, Sampsoni, quum esset intonso adhuc capillo, affusse spiritum sanctum, & iterum recessit, inquit, Dominus ab eo, quando capillus male defectus est: quomodo igitur factus est spiritus, siquidem secundum naturam Dominus? Non enim inter creaturas est, quod liberum, & verè Dominus.

Iuel.4. Dominus noster Iesus Christus ascensurus in cœlos, sanctos apostolos consolabatur, dicens: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Impleuit autem promissionem, misso nobis paracleto de cœlo, imò per ipsum facto inter nos. Iam quomodo est factus spiritus per quem in nobis est increata natura? Verbi quod omnia condidit?

Valde impie agunt, qui creatum esse, factúmque vel sentire, vel dicere audent spiritum sanctum. Nam quemadmodum spiritus Dei non est aliud quiddam à Deo vero & naturali, etiam si secundum se in propria quadam intelligatur existentia, quẽadmodum scilicet pater ac filius. Quod enim, quando in nobis est spiritus, filius in nobis sit propter identitatem substantiæ, & B
quod secundum naturam sit proprius spiritus eius, fidem faciet
Rom.8. scribens diuinus Paulus: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt, vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in vobis: si autẽ quis spiritum Dei non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vita propter iusticiam. Intelligis igitur quomodo spiritum Dei dicens, illum & Christum nominauit propter identitatem substantiæ. Quãdo igitur sicut Christus in nobis spiritus, quomodo esset factus, quum sit Deus secundum naturam consubstantialis patri?

Exod. 4. Beatus Paulus de his qui in ecclesijs prophetant in spiritu, fermonem faciens, quando in ordine prophetant, & seorsim,
1.Cor.14. tunc spectatores ædificari dicit annunciãtes quod reuera Deus in nobis est, Sed & de his qui in scientia loquuntur, non hominibus eos loqui, sed Deo dicit. Spiritu enim loquuntur mysteria. Ecce manifeste eos, qui in spiritu prophetant, Deum habere in se dicit, & lingua loquentes Deo loqui. Spiritu enim loquuntur mysteria, Deus igitur spiritus sanctus.

Omne quod est genitum & factum, hoc omnino minus est C
diuina eminentia, & suummam gloriam longe sequitur. Nunquam enim eandem dignitatem cum Domino feret seruile, & cum factore quod factum. Itaque iustificat peccantes vniuersorum Deus, nimirum habens potestatem dimittendi peccata. In æquali autem ordine iustificat & spiritus sanctus. scribit
1.Cor.6. enim Paulus: Et hæc quidem eratis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Itaque si in æquali ordine cum Deo secundum naturam iustificat & spiritus, quomodo non erit consubstantialis cum ipso? Creatura enim nos iustificare non potest.

Quod eandem operationem habet cum Deo & patre, est omnino & consubstantiale cum patre. Itaq; quum Deus & pater sit viuificus, æquali modo & spiritus sanctus est viuificus.
1.Tim.6. Imò pater est viuificus in spiritu, & testabitur scribens Paulus germano discipulo Timotheo inquam: Denuncio tibi coram Deo viuificante omnia, & domino nostro Iesu Christo, vt seRom.8. ues mandatũ immaculatũ. Insuper & alijs dicit: Si autẽ spiritus eius, qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra per spiritum eius habitantem in vobis. Itaq; viui- D
ficat Deus mortuos, viuificat autem, vt dixi, per suum spiritum, quomodo igitur adhuc est factus? Non enim in creatura viuificus est pater, sed in consubstantiali & non facto spiritu sancto.

Dixit alicubi Deus ad sacrorum ducem Mosen: Quis dedit os homini? quis fecit surdum & mutum, videntem & cæcum?
Matt.10. nónne ego Dominus Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuum. Quin & Dominus noster Iesus Christus promisit sanctis apostolis, si adducãtur ad duces, daturum se illis linguam & os.
Act.2. Quin & in actis scriptum est, quod apparuerunt eis diuisę linguæ tanquam ignis,& sederunt super singulos,& cœperunt loqui varijs linguis, sicut spiritus dabat eis loqui. Ecce iterũ quum Deus det homini os, similiter dat spiritus sanctus: & quod æqualem operationem habet, virtutémque & potestatem cum Deo naturali, quomodo nõ proprius spiritus eius: imo substantialiter,& non creatus, neque factus?

Si vna deitatis natura in sancta & consubstantiali trinitate adoratur, quomodo erit factus spiritus sanctus? Non enim adhuc erit trinitas, vel claudicabit omnino deitatis plenitudo, si sanctus spiritus connumeretur creaturis, quum beatus Paulus patri & filio spiritum sanctum annumeret. Scribit enim ad quosdam: Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas dei ac 2.Cor. vlt.
patris & communicatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Non enim socios & participes creaturarum precabatur fieri eos qui crediderãt, sed potius participatione diuine naturæ sanctificari. Impletur autem hoc per spiritualem societatem cum spiritu, per quem diuinæ naturæ efficimur participes.

Beatus propheta Esaias: Vidi, inquit, Dominum sabaoth Esa. 6.
sedentem super thronum excelsum & eleuatum, circunstantibus scilicet Seraphim, & laudantibus eum. Adiicit autem: Audiui ipsum dicentem: Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic, auditu audietis, & non intelligite, & videntes videbitis, & non videte. Porrò hanc vocem à spiritu factam dicit beatus Paulus. Scriptum est autẽ sic in Actis de illo & Iudæis: Quũm- Act. vlt.
que inter se non essent concordes discedebãt. Vbi dixisset Paulus vnum verbum: Bene locutus est spiritus sanctus per Esaiam prophetam ad patres nostros: Vade ad populum hunc, & dic, Auribus audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Iam quomodo quum Dominus sabaoth loquitur, Spiritus est qui loquitur, siquidem est factus? Sed hoc est verum. Quia autem spiritus Domini sabaoth & proprius eius secundum naturam, loquitur quæ eius sunt.

Quum Deus dicat: Nónne cœlum & terram ego impleo dicit Dominus & beatus Paulus scribat de filio: Qui descendit, Hiere. 23.
ipse est qui ascendit super omnes cœlos vt impleat omnia. Spi- Ephes.4.
ritus est,qui implet. Scriptum est enim: Spiritus Domini impleuit orbem terrarum. Igitur non est alius à Deo & patre secun- Sap. 2.
dum naturam, neque etiam alius est à filio spiritus sanctus, sed ex patre per filium transit ad creaturam, quia & super creaturam est. Nam creatura particeps est non suiipsius, sed eius qui secundum naturam super ipsam, hoc est Dei.

Beatus Esaias dixit de Israelitis: Descendit spiritus,& dedu- Esa. 63.
xit eos, deduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. At diuinus Moyses in Deuteronomio iterum dixit: Dominus Deut.9 & 32.
solus duxit eos, & non erat cum illis Deus alienus. Ecce autem manifeste spiritus sanctus Dominus & Deus nominatus est, non alienus. At siquidem esset factus & abalienatus à diuina & summa natura, neque veræ dominationis haberet gloriam, esset autem & Deus alienus. Sed hoc absurdum dictu & intellectu, Dominus enim & Deus nominatus est non alienus, Deus igitur ex Deo secundum naturam est.

Quod & Dominus & Deus spiritus sit, sciemus etiam per ea quæ scripta sunt in cantico Mose: Memor esto, ne oblitiscaris quod exacerbaris Dominum Deum tuum in deserto. Beatus autem Esaias: Non legatus, inquit, nõ angelus, Sed ipse Dominus saluabit eos, & assumpsit eos, & exaltauit eos omnibus diebus seculi. Ipsi autem inobedientes fuerunt, & conuersus est eis in amaritudinem. Ecce iterum quum sapientissimus Mose dicat: Exacerbasti Dominum Deum tuum, propheta Esaias spiritum sanctum exacerbatum esse dicit. Igitur non alienus est à Domino & secundum naturam Deo spiritus eius, hoc est sanctus.

Qui rectam habent fidem, diuinum numen dicunt esse spiritum sanctum. Scriptum est enim, quod spiritus diuinus fecit me. Atqui corruptam mentem habent & ipsum factum esse dicunt, variis inhærentes vaniloquijs, etiam dicunt: diuinus dictus est spiritus sanctus, non quod existat secundum veritatem ex Deo & Deus, sed sicut etiam homo diuinus homo dicitur. Ad talia autem dicimus hoc: Beatus Paulus diuinum nominauit Act. 17.
vniuersorum Deum. Nam disputans cum Athenien sibus, dicebat: Itaque genus existentes Dei non debemus auro vel argento, aut lapidi sculpto, aut inuento hominis diuinum simile esse existimare. θεῖον diuinum dicens pro θεὸς Deus. Insuper & Ro- Rom.1.
manis per Epistolam scribit de Deo: Inuisibilia enim eius à creatura mundi, dum in creaturis intelliguntur, perspiciuntur sempiterna eius potentia & diuinitas. Vaniloquium igitur est, quod aduersarij dicunt spiritum sanctum dici diuinum, sicut homo diuinus dicitur.

Ioan. 7. Dominus noster Iesus Christus inquit: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de E ventre eius fluēt aquæ viuæ. Apposuit autē beatus Euangelista Ioannes: Hæc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in illum. Itaque aqua viua spiritus est secundum Salua-
Hiere. 2. toris vocem. Inuenimus autem per vocem Hieremiæ vniuersorum Dominum dicentem: Obstupuit cœlum super hoc, & inhorruit plurimum dicit Dominus, quia duo mala fecit populus meus, me dereliquit fontem aquæ vitæ, & effoderunt lacus contritos, qui aquam continere non possunt. Quando igitur aquæ vitæ fontem seipsum vniuersorum nominat deus: est autem aqua viua & spiritus sanctus, quomodo non ex Deo secundum naturam est, & æqualem & viuificam efficaciam cum eo habet?

2. Cor. 13. Beatus Paulus scribit: Num experimentum quæris eius, qui
Matt. 10. in me loquitur Christi? Ad ipsos autem sanctos apostolos ipse Dominus noster Iesus Christus dixit: Non vos qui loquimini estis, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Igitur quum Christus loquitur, spiritus loquitur. Quomodo esset proprius spiritus Verbi quod omnia condidit factus? Omnia enim in ip- F so facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ipse autem est, qui fecit omnia, & alius secundum naturā ab omnibus est, & in eminentia deitatis quæ super creaturam.

Act. 5. Quod Deus & ex Deo secundum naturam est spiritus sanctus docebit, dicens beatus Petrus Ananiæ: Quare impleuit satanas cor tuum, vt mētireris tu spiritui sancto, & segregares de precio agri? non mentitus es hominibus, sed Deo. Igitur si quis sancto spiritui mentitur, Deo mentitur. Et quomodo non deus secundum naturam est spiritus?

Rom. 1. Beatus Paulus seruum se Iesu Christi vocans, segregatum
2. Cor. 3. se esse dicit in Euangelium Dei. Et iterum alio modo idipsum significans scribit ad quosdam tanquam de Deo, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Si igitur testamentum spiritus, nouit esse Euangelium Dei, in quod & se segregatum esse dixit, quomodo spiritus sanctus non est Deus?

2. Cor. 2. Scribit iterum: Quis autem nouit mentem Domini, qui consilium daturus sit illi? Nos autem mentem Christi habemus, spiritum dicens habitantem in nobis. Quando igitur mens vo- G cata est Christi, quomodo esset creatura, quum non sit possibile diuinam & immortalem naturam habere aliquid externum, substantialiter in illa?

Gal. 4. Galatis scribit Paulus, dicens: Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Si autem formatur Christus in nobis, spiritu operationem per omnem virtutem reformante nos ad propriam similitudinem, & spirituales nos efficiente. Igitur spiritus Christi, qui similiter in nobis formatur, Deus est.

Matt. 19. Accedit quidem in Euangelijs, & dicit ad Dominum nostrum Iesum Christum, dicens: Præceptor bone. Respondens Christus: Quid me dicis bonum? nullus bonus nisi vnus Deus.
Psal. 142. Quum igitur Christus vnum substantialiter bonum esse dicit, & Psaltes alicubi dicit: Spiritus tuus bonus deducet me. Inde quum vnus est bonus & spiritus est bonus, manifestū quod est diuinæ naturæ, is de quo verè dicitur bonum.

1. Cor. 7. Beatus Paulus definiens de mulieribus legis dicit: Mulier ligata est quanto tempore viuit vir eius. Si autem mortuus fuerit vir eius, libera est: cui voluerit nubat, tantum in Domino. Beatior autem est, si sic manserit, secundum meam sententiam: videor enim & ego spiritum Dei habere. Quid igitur inde colligimus, si soli Deo congruit legem ponere? Legem autem ponit Paulus, vt habens spiritum Dei. Igitur spiritus qui in ipso Deus, qui & ipsi persuasit vt leges statueret.

Ioan. 15. In euangelijs Saluator alicubi de se dicit: Ego sum veritas. At
Ioan. 16. beatus Ioannes ostendens spiritum ex substantia patris ac filij, in Euangelijs inquit: Spiritus veritatis, qui à patre progreditur. In epistola autem: Spiritus est veritas. Quomodo igitur qui à patre procedit, & spiritus est veritatis, tantāmque cum filio habet similitudinem vt veritas vocetur, & ipse sit factus & conditus? Sed hoc est absurdum. Igitur spiritus est deus, quandoquidem veritas est, & ex patre procedit.

Ioan. 1. Si quemadmodum, inquit, Christus, qui nascitur ex spiritu, spiritus est: & qui talis, non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri vel mulieris, sed ex Deo natus est. Deus igitur spiritus est secundum naturam, qui sanctos regenerat in vnitatē cum Deo propter quod habitat in ipsis, & suæ naturæ facit participes.

Participationis sanctum receptaculum quodammodo existens agnatæ sanctificationis ipsum per se, primum in natura sua situm erit. Quemadmodum & homo & angelus vel alia quædam creatura. Dicant igitur qui audent nobis dicere spiritum sanctum esse ex participatione Dei ac patris, & non naturaliter, quid nam vnquam istud per se, sicut priuatum per se habens. Sed nihil aliud audiuimus apud diuinas scripturas. Non igitur ex participatione, neque ex compositione sanctus, sed substantia & natura sanctificatiua, & deitatis Dei ac patris, vt sic dicam, pinguedo: quemadmodum & dulcedo mellis est, vel florum fragrantia.

Rom. 1. Scribit ad Romanos Paulus de saluatore nostro Christo, qui declaratus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Si igitur per hoc quod resurrexit à mortuis, & viuifica virtute sancti spiritus soluit vincula mortis Christus, verus filius declaratur Dei, & sic existere intelligitur. Non erit creatura vel factura hoc, per quod diuinæ virtutis indicium fit, hoc est spiritus, vt ne per creaturas videatur Christus modo aliquo adiuuari, sed potius propria vsus est virtute, quæ per consubstantialem spiritum.

Vanitati, inquit, creatura subiecta est non voluntaria, sed propter eum qui subiecit in spe. Itaque siquidem dicunt esse creatum & factum spiritum, necessariò confitendum subiectum esse & illum vanitati, & congemiscere, & simul parturire, ita vt inter seruos liber vix ponitur ad redemptionem gloriæ
Rom. 8. filiorum Dei. Iam quomodo nos omnino hoc præteribit, quod ait: Non enim accepistis spiritum seruituris iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater: sed à seruitute liberat eos in quibus est, transformátq; in liberam filiationem, participes ostendens suæ naturæ. Non igitur seruus est. Si autem hoc nō est creatura & esse creaturam, & ordinari iter seruos effugit, erit omnino in diuina natura.

Rom. 8. Paulus gloriatur de operibus à se per Saluatorem nostrum factis in vtilitatem gentium: Habens igitur gloriationem in Christo Iesu in his quæ erga Deum. Non enim audebo aliquid eorum dicere quæ Christus non operatus est in me, in obedientiam gētium sermone & opere, in virtute signorum & operum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. Igitur si signa & prodigia Christus per Paulum operabatur in virtute spiritus sancti, sicut naturalis & viua quædam efficacia, & vt sic dicā, qualitas deitatis filij spiritus sanctus est: quomodo erit factura, qui in Deo & ex Deo naturaliter? Quomodo autem inter creaturas efficacia filij? hoc vel solum dixisse impiissimum esset.

Docens Paulus Corinthios non ex sermonum vehementia
1. Cor. 2. salutarem esse prædicationem, dicit: Et ego in infirmitate, in timore & tremore multo eram apud vos, & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibili humanæ sapientiæ sermone, sed in demonstratione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia humana, sed in virtute Dei. Ecce demonstrationem spiritus, hoc est opera per spiritum, virtutem esse dicit dei. Ex ipso enim & in ipsum naturaliter spiritus eius, qui omnia operatur, quomodo igitur creatura vel factura? Ille in quo id H quod est secundum naturam cognoscitur, quatenus nobis possibile est, vt in speculo & ænigmate.

1. Cor. 6. Nescitis, inquit, quod corpora vestra templum spiritus sancti, qui in nobis est sunt, quem habetis à Deo? Quando igitur sancto spiritu habitante in nobis, domus Dei, ac templum appellamur: quomodo non erit diuinæ naturæ, sed inter facturas numerabitur? quia & illum manifestum est, quod nullum creatum vel conditum, tanquam Deus in templo dicitur habitare. Sola autem in hoc diuina natura, sicut in alijs eximia est.

1. Cor. 11. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Si autem spiritus tuus est qui inhabitat in nobis & per ipsum Christus, virtus igitur eius spiritus sanctus. Si autē hoc, quomodo erit factura quod natura adest filio? Vide enim vt dicunt esse compositum, nullam habentē duplicitatem, Deum Verbum, compositum ex facta natura & sua. Si autem hoc est absurdum, spiritus non creatus est vel formatus, sed ex

ex incogitabili, & diuina substantia tanquam virtus eius, & vt naturalis efficacia. A

De saluatore nostro Christo sermonem faciens, inquit: In
Ephe. 1. quo & vos audito sermone veritatis, Euangelio salutis vestræ: in quo quia credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabon hæreditatis nostræ. Si qui obsignamur spiritu sancto, cum Deo obsignamur, quomodo erit factus ille per quem diuina nobis imago inscribitur, & signacula naturę non factæ manent in nobis? Non enim alicubi spiritus in nobis instar pictoris diuinam substantiam pingit, aliud ab illa existens, neque hoc modo ad similitudinem dei ducit: sed ipse deus existens, & ex deo procedens, tanquam in cæra quadam in ipsis cordibus capientium quasi signaculum visibiliter infigitur, propter communionem & similitudinem cum ipso, depingens naturam ad exemplarem pulchritudinem, qua secundum imaginem Dei natura reformatur, vt Dei fiat particeps.

1. Pet. 5. Sitis igitur sobrij & vigilantes ad adorandum ante omnia verò charitatem habentes inter vos continuam. Nam charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales estote erga vos B inuicem sine murmurationibus, vt quisque accepit donum, ita alius in alium illud ministrantes, vt boni administratores, variæ gratiæ Dei. Vide igitur iterum, quod quum spiritus sanctus potestate sua & pro suo arbitrio diuina dona dispensat, & vnicuique sanctorum metitur, admirabilis Petrus ex Deo huius gratiæ varietatem, & donationem esse affirmat, non alienum à diuina natura spiritum sciens.

Deum igitur quum Petrus vocet spiritum, quomodo non impius simul & insipiens, qui creaturis annumerate illum, & sanctorum apostolorum prædicationibus contradicere temerè audet?

1. Ioan. 5. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei, hic est qui venit per aquam & sanguinem & spiritum Iesus Christus, non in aqua sola, sed & in sanguine: & spiritus est qui testatur, quia spiritus est veritas, quia tres sunt qui testimonium præbent, spiritus, & aqua, & sanguis, & tres ad vnum sunt. Si testimonium hominum suscipimus, testimonium Dei maius est. Vide, oro, iterum præco veritatis deum, & ex deo naturaliter spiritum vocat. Nam vt dixit quod spiritus sit, qui testetur, paululum progressus addit, testimonium dei maius est. Creatura igitur, quæ in diuina narratione cum deo patre omnium recensetur, & sanctæ trinitati completiua est. A

Iesu autem Christi natiuitas sic erat: Quum desponsata
Matth. 1. esset mater eius Maria Ioseph, priusquam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Si posse creare soli diuinæ naturæ congruit, & hoc est inter præcipuas eius diuinas dignitates. Condit autem spiritus sanctus in virgine templum secundum scripturas, quis illum factum esse dicit, nisi impius simul & insipiens inuenieatur, summam enim omnium virtuperat substantiam, demittens quodammodo illam, & vi cogens intra creaturarum terminum, quæ nuper esse inceperunt, & non erant ab initio. In nobis autem non est recens Deus sicut scriptum est: igitur non est factus vel conditus, sed erat in principio diuina & incorruptibilis natura. Si autem hoc, quomodo intelligeretur factus esse spiritus sanctus, & diuinus qui
Psal. 80. in deo ac patre?

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Si spiritus est, qui per fidem quæ in Christum nos regenerat ad salutem, ita vt propter hoc nos facti appellemur dij, quomodo non esset spiritus Deus? Quod autem nos, qui credidimus nati sumus ex spiritu, testificabitur dicens Saluator ad Nicodemum: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde venit, & quò vadit. Sic est omnis qui natus est
Ioan. 3. ex spiritu.

Quando autem venit paracletus, quem ego mittam vobis
Ioan. 16. à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testificabitur de me. Si à deo & patre procedit spiritus sanctus, & quasi vapor vel qualitas est substantiæ eius, genitus autem & non creatus est pater. Quomodo igitur spiritus, qui ex illo procedit esse factus? Quomodo etiam nos templa Dei appellamur, qui spiritum Dei accepimus, siquidem secundum quorundam inconsiderantiam non esset Deus?

* *
*

Diui Cyrilli argumentorum libri finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPI-
scopi Alexandrini, de adoratione &
CVLTV IN SPIRITV ET VE-
ritate, Dialogus ad Palladium.

CYRILLVS.

SVperuacaneum opinor rogare ex te,quó nam & vnde proficiscaris. Dices enim,sat scio, quod mora omni posita, ad nos è domo contendas. PALL. Verè dicis. CYRIL. Quis autem est liber hic, quem in manibus gestas? PAL. Euãgelicus est, à Matthæo & Ioanne conscriptus.

CYRILLVS. Putas autem aliquo cuipiã hunc portandũ? Non enim ô Palladi alienus es à studiis, & sunt ij labores siue domi, siue in scholis dulciores. PAL. Bene dicis. Exij ferens hũc sacrum librum,si fortè in te inciderem. Quippe quum multũ sudarim, neutiquam tamẽ intelligere potui,quid significare velit dominus noster Iesus Christus in Matthæo dicens: Ne putetis,quod venerim vt soluam legem, vel prophetas:non veni vt soluam, sed vt impleam. Amen amen dico vobis, donec transierit cœlum & terra, iota vnum vel apex vnus non transibit de lege. In libro autem Ioannis ad Samaritanam mulierem:Crede mulier mihi,quoniã venit hora,quando neque in monte hoc,neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis,nos adoramus quòd scimus, quoniam salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu ac veritate. Etenim pater quærit tales adorantes. Spiritus Deus est,& adorantes eum in spiritu & veritate oportet adorare.

Matth. 5.

Ioan. 4.

CYRILLVS. Iam quid in his tibi arduum & profundum, & tuo captui impar videtur, dic oro mihi?

PALLADIVS. Sanctus sermo nobis præcipit, à veterum moribus recedendum, & relinquendam iusticiam quæ in lege. Nam Paulus iis, qui post acceptam fidem talibus adhuc vacabant, dicebat: Euacuati estis à Christo. Quicunq; enim in lege iustificamini, gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iusticiæ expectamus. Quamlibet autem speciosa & honesta suæ legalis vitæ specimina ostendens, iterum dicit: Quæ mihi lucra erant, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoque pro reiectamentis, vt Christum lucrifaciam, vtque reperiar in illo, non habens meam iusticiam. Vetus item mandatũ non esse absque omni reprehensione, manifestè affirmabat, & hanc ob rem manifestè etiam pro illa inductam nobis vtiliter legem quæ est per Christum, nempe Euangelicam. Scribit autem sic: Abrogatur enim quod præcessit præceptum propter imbecillitatem & inutilitatem. Nam nihil ad perfectionem adduxit lex, verum erat introductio ad spem potiorem, per quam appropinquamus deo. Et iterum: Etenim si prius illud tale fuisset, vt nihil in eo posset reprehendi, neutiquam fuisset secundo quæsitus locus. Nam incusans eos loquitur illis. Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super Domum Iuda testamentum nouum, nõ iuxta testamentum quod feci patribus illorum in die quum apprehenderem manum illorum, vt educerem eos ex Ægypto, quoniam ipsi non perstiterunt in testamento meo, & ego neglectui eos habui, dicit dominus. Nam hoc est testamentum quod disponam domui Israelpost dies illos, dicit dominus: Dãs leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam illas. Egregiè autem nouitatis nomen intellexit ac interpretatus est. Nam dum dicit nouam, antiquauit priorem. Quod autem veterascit & senescit, abolitioni appropriat. Quando igitur lex nihil perfecit, & abolita vetus lex est, & introducta secunda quæ nos deo vendicet. Proinde quidnam dicit Salutor. Non veni vt soluam legem, sed vt impleam, & quod conuenit vt adoremus in spiritu & veritate deum ac patrem. Manifestat, opinor, hoc, quod cessare debeat lex, & quod aduentu suo, ac cultu legali nos liberet.

Galat. 5.

Phil. 3.

Heb. 7.

Æch. 8.

CYR. Et in quàm latum pelagus quæstionum causa exit? Et quæ auris tam subtilibus contemplationibus sufficiet?& quis oculus clarè intueri valebit, ac demonstrare, quomodo noua scriptura, quasi soror & vicina sit, his quæ per sapientissimum Mosen olim diuinè dicta sunt,& quomodo easdem res tractent, & quomodo vita quæ in Christo non multum distet à legali conuersatione, si ad spiritualem ducantur contemplationem, quæ antiquis præscripta sunt. Figuræ enim & vmbra sunt lex, & pietatis figuratio, qua quasi grauida in se latentem veritatis pulchritudinem continens. Nónne ea quæ dixi ita se habere dices?

PAL. Profectò ita se habent, sed quæ horum declaratio fuerit, vel quis modus euangelicæ conuersationis? Videtur enim,quod eximamur à vetere lege,& implenda nõ sint ea quę per Mosen dicta sunt.

CYR. Si quis conferre volet,non simplex est sermo. Virtutem autem opinor rem multiformem & multifidam, sic & Christianæ cõuersationis gloria per plurima bona opera nobis effigiatur. Vnde & diuinus Dauid in Psalmo quadragesimo quarto,assistit quidem ecclesiam Christo virginem castã,quasi reginam, variegatam autem & deauratam illi addit stolam,sic dicens: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata variegata. Vbi mea sententia, per deauratum quidem honestissima gloria: per variegatum verò, multigenæ virtutum species rectè significantur. In his enim longe ornatissima est ecclesia, decorem spiritualem habens, qui non carnalibus videtur oculis, sed in mente & corde statuit Iudæum, qui est in abscondito,& per plurimas pulchritudines floridum & eximiũ se nobis ostendit. Sic enim beatus scribit Paulus: Non enim qui in manifesto Iudæus,neque ea quæ in manifesto in carne circũcisio, sed qui in abscondito Iudæus. Et circuncisio cordis in spiritu,non litera, cuius laus non ex hominibus,sed ex deo.

Rom. 2.

PAL. Igitur circunciſione spirituali allata, & sacrificiis legalibus subuersis,Iudaicoque ritu nullum apud nos locum habente,nónne quodammodo parum verisimile,quod Christus dicit: Non veni vt destruam,sed vt impleam? Vel si non sic res habet, opinor nihil prohibebit & nos, boum victimis & thymiamatis,vniuersorum regem deum venerari, offerre item ei turtures ac colũbas, & si quid aliud priscis lege constituti fuit, vt nos impleamus festinare.

CYR. Multum decoris nobis aufers amice, si ita penitus subuersam putas legem, vt nihil commode ex ea nobis proueniat, & ad manifestanda quælibet necessaria nihil vtilitatis cõtineat,& non potius accommodatam ad veritatem ostendendam,quamuis scribat beatus Paulus: Legem igitur abolemus per fidem? Absit, sed legem stabilimus. Lex enim pædagogus est,& bene adducit nos ad sacramentum Christi. Etenim ea quæ per Mosen olim dicta sunt priscis, dicimus esse elementa quædam initij eloquiorum dei. Iam si repulerimus pędagogũ, quo modo posthac, vel vnde ad finem perueniemus? Nónne iuxta scripturas,impletio legis,& prophetarum est Christus?

Rom. 10.

PAL. Etiam. Nam sic scriptum est.

CYR. Impletio autem legis & prophetarum est,si in ipsum spectent ac se vertant libri legis & prophetarum. Etenim & Iudæorum incredulitatem redarguens dicebat: Ne putate quod ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui vos accusat Moses, in quem vos speratis. Nam si credidissetis Mosi, credidissetis vtique & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Ioan. 5.

tis? Adueniſſe igitur si dicatur soluturus quidem legem minime,sed impleturus eam, ne intelligas, quod omnino non oporteat facere ea quæ olim definita sunt, sed potius intelligenda est transformatio quædam, & vt sic dicam, eorum quæ in typis tradita sunt, transfiguratio in veritatem. PALLA. Rectè dicis.

CYRILLVS. Et quidnam tale velles fieri à Christo? Qui in tabulis & picturis artificium suũ ostentant, non statim quando pingere incipiunt,absolutã & ex omni parte perfectam speciem pingendo exprimunt, sed adumbrant prius & coloribus obscurioribus effigiant, & deinde vt libuerit liniamenta adhuc opaca decentibus & congruis coloribus illustrant,atque ita figuram in claram speciem, quæ incomparabiliter melior quàm ab initio apparebat, transmutant. An non sic habet? PALLA. Equidem dixerim,

CYRIL. Porrò & fabri ærarij,statuam solidaturi,primum obscuram speciem in cæra faciunt, deinde illi igni liquefactæ æs infundunt.& sic opus suum producunt,vt nouam speciem ac pulchritudinem habeat, adiectis ad vmbras variis colorum speciebus. Et apparent quidem, dum æs cæram liquefacit,aboleri prima liniamenta,res autem ipsa non sic habet. Vere enim dicere possunt & faber ærarius & pictor: Non destruximus vmbras,nec omnino inutiles figuras fecimus,sed impleuimus potius. Nam quod in vmbris & figuris tantum obscurè deformitérque videbatur, id ad meliorem clariorémque formam productum,conspicuum est. PAL. Bene dixisti.

2.Cor. 3.

CYR. Et siquidem sacram diuinitúsque inspiratam scripturam quis rectè perscrutari velit, planè sciet, verum esse quod dico. Moses enim velamen super faciem suam ponebat, eo quod non possent filij Israel respicere faciem eius propter claritatem faciei illius,sicut scriptum est. PALLA. Et quid hoc significabat?

CYRILLVS. Crassiores Iudæorum mentes quæ externa legis videbantur quodãmodo ferre posse,hoc est,ea quæ per literam legis dicebantur: at intolerabilia erant & inacceſſa quæ intus latebant,& vt sic dicamus, vera sensuum facies. Ea propter & diuinus Paulus scribit nobis: Vsque in hunc diem idem velamen,in lectione veteris Testamenti manet non reuelatum, quia per Christum aboletur, sed vsque in hunc diem, quando legitur Moses, velamen super cor eorum positum est. Hactenus Iudæorum res promouerunt. Nos autem omnes, inquit,reuelata facie gloriam Domini vt speculo repræsentantes, ad ipsam imaginem transformamur, à gloria in gloriam, tanquam à Domino spiritus. Dominus autem spiritus est. Quemadmodum enim qui in speculum vident, imaginem & figuram veritatis, & non veritatem intuentur: ita & qui Christianæ vitæ pulchritudinem videre desiderant,& lege quasi speculo vtuntur, votorum suorum vtique compotes erunt. nam illam rerum imaginem ad veritatem transformantes,scient purè quid Deo maximè placeat ac gratum sit. PAL. At quo pacto congruum fuerit, olim & ab initio priscis, nouam & Euangelicam legem non esse datam,sed figuras duntaxat & vmbras eis præscriptas?

Ebr. 5.

C. Euidentior quidem dispensationis modus quomodo se habeat,Deo qui scit omnia,relinquendus est. Nihilominus tamen vel in mediocrem noticiam,rationum bonarum cogitationes, quæ certiores sunt,nos adducunt, vel saltem vt dispensationis occasionem scire videamur. Itaque dicimus,quod libe rati ex Ægypto opus habebant institutione & educatione quasi puerili. Erant enim adhuc crassi,& ad absurda quæque facile seductiles. Nam his qui ineluibili & immodico,carnis amore infirmi, & affectionibus quasi ineuitabilibus obnoxij erant, ferè impossibile erat, & minime integrum, vt statim arduam quandam ciuilitatem & vitæ rationem arriperent, quæ tam præclara sit ac admirabilis,vt ambuletur quidem super terram, nuncupatus autem habeatur in cœlis, secundum quod scriptum est. An non perfectorum quidem est solidus cibus, paruulis verò lac conducibilius est? PALLADIVS. Vtique.

C. Pueris igitur opus erat eruditione, quæ per figuras, & vt sic dicam,victu delicatiore, non sermone ad consummatam perfectionem ducente. Israelitæ enim leues erant, parúmque sapientes, & in quamlibet affectionem facile rapiebantur, & si quis mores & conatus eorum diligenter spectarit, opinor quod nec vmbra digni erant, id quod Moses ostendit. Nam quum Deus præciperet, vt Moses legem susceptурus, in montem conscenderet, mox illi defecerunt à Deo, & vitulo facto, miseri dicere ausi sunt: Hi sunt dij tui, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Vnde Moses tantam inconstantiam ægreferens, tabulas in quibus lex erat, confregit, neque vmbra, neque figuris, neque vlla doctrina cœlesti dignos arbitratus. Adhæc tam stupidæ mentis erant, vt immemores omnium miraculorum, quæ propter ipsos per diuinam potentiam facta erant, vitulo diuinum honorem tribuerent iterum,& ad cultum Ægyptium,vel memoria redirent. Porrò in lapideis quidem tabulis lex depingebatur digito Dei,vt scriptum est. Et erant illa quæ fiebant, figura eorum, quæ credita sunt à nobis per Christum esse facta Quippe omnium Dominus Deus sui consilij scientiam quodammodo in nobis scribit, filio quasi calamo vtens in spiritu. Ita enim illum per Dauidem nominauit,dicens: Lingua calamus scribæ velociter scribentis. Patris enim calamus, hoc est filius omnium cordibus inscripsit omnis boni scientiam, quasi quodam digito Dei,spiritu tam suo quàm patris vsus. Sanè spiritum digitum Dei nominabat,dicens quodam loco: Si autem in spiritu Dei ejcio dæmonia. Et Paulus nos vocat spiritualem epistolam: Vos estis, inquiens, epistola nostra, vos estis inscripta quæ legitur ab omnibus hominibus, declarantes quod estis epistola Christi subministrata à nobis inscripta,non attramento,sed spiritu Dei viuentis: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. PAL. Et ipse fateor ea quæ in lege,vmbram & figuram fuisse,vt nosti. Age igitur tenui & subtili mente ea quæ in lege prædicta aggrediamur, & veritatis pulchritudinem diligenter inquiramus,sitque posthac nulli sacramentum cultus in spiritu obtectum.

Exod. 32.

Psal. 45.

Lucæ 11.

2.Cor. 4.

C. Fateor me abhorrere, & tardiorem ad hoc. Quæ enim tam reconditam & eminentem sortita sunt contemplationem, humanum opinor captum transcendunt, atque adeò vt si quia profanditatem talium considerationum scrutetur, iure dicat: Quis sapiens & intelliget hæc, & sapienter cognoscet ea? PAL. Non caret difficultate res. Attamen Christus dicit: Petite, ac dabitur vobis: quærite,& inuenietis: pulsate & aperietur vobis.

Hier. 2.

Lucæ 11.

C. Eamus igitur ad venandum quod conducibile, sed præmittamus preces,ac dicamus: Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. Dicendum autem ante alia, vt videtur, de ruina hominis in peccatum, déque seruitute & captiuitate eius ab omnibus inimicis, & quomodo oporteat à malicia regredi, ac excutere iugum seruitutis ab illis impositum, sicque redire ad Deum,qui à principio nos seruauit & adiuuit. Hac via si sermo progrediatur, succedent opinor bene & reliqua. PAL. Rectissimè sentis.

Psal. 118.

C. Posse afferre fructus & hostias spirituales Deo, vel etiam fortiter agere,& virtutes probatiores facere,nũquid conuenit his qui à seruitute ac tyrannide affectione nondum liberati?minime,sed his quorum mens aliquo modo ad libertatem remergit, & se exercet, vt diabolicæ improbitatis iugum excutiat. PAL. Assentior,recte enim dicis.

C. Dicimus etiam, quod homo quidem initio primum factus est,habens mentem peccato & affectionibus quodammodo adhuc superiorem,nõ omnino quidem mutationis ad quidquis vellet capacem. Nam visum est rectum Deo conditori omnium, permittere illi suarum voluntatum gubernacula, & tribuere spontaneis motibus facere quod placebat. Voluntaria enim & non quasi ex necessitate videre oportebat virtutem, neque ita in naturæ legibus insitam, vt excidere non posset, id quod summæ omnium substantiæ ac eminentiæ proprium fuerit. At vbi Deo conditore animal hoc suæ naturæ rationibus absolutum est,accepit statim similitudinem ad illum. Insculpta est enim ei diuinæ naturæ imago, inspirato sancto spiritu. Ipse enim est spiritus vitæ, quandoquidem vita secundum naturam est Deus. PAL. Nunquid diuinus spiritus,homini factus est anima?

C. Et quomodo non absurdum hic,vel cogitare tale quidnam? nunquid anima permansit immutabilis & eadem, & nunc est mutabilis? at quod mutabile, minime spiritus est, vel siquidem mutabilitate laborat, in ipsam diuinã naturam statim

transit macula: quandoquidem spiritus, qui substantialiter ex vtroque,hoc est ex patre per filium procedit, est dei ac patris & filij. Imperitè igitur putant spiritum in animam esse transmutatum, & in hominis transiisse naturam. Verum quod conditũ est,ineffabili virtute animabatur,donoque spiritus statim ornabatur: non enim aliter diuinæ imaginis capaces sumus nos.

Diuina imago quomodo in nobis.

PAL. Bene dicis. C. Porrò vbi deus opus suum ita adornauit,concessit illi in paradiso degere. Quoniam autẽ tam præclaris dotibus ornatum oportebat,nõ sinere in arrogantiam facile prolabi,præsertim ignorantem seruitutem,& conditionem mancipiorum. Etenim nobilitatis immodica amplitudo, imò vel mediocris licentia, superciliosam & maledictam affert affectionem, eapropter data est continentiæ lex, qua dominum agnosceret,vt per eam ad memoriam semper vocaretur, eius qui tanta cum potestate imperauerat,& sciret manifeste,se imperãtis legibus subiugatum. At non quiescebat interim prophana illa,deoque exosa bestia? PAL. Dixeris,opinor,satanam, qui è cœlorum summis tanquam fulgur præcipitatus est:videbatur enim admodum pueriliter se gessisse, quod voluerat esse deus imaginando ea quæ super naturam suam sunt,sua esse. CYR. Recte coniectas. Inuidiæ enim & peccati inuentor, ociosus esse nolebat,circa terrestre hoc animal, hoc est hominẽ:sed dolo & imposturis latenter inuasit,& vsus versutiæ organo muliere, inobedientem effecit. Semper enim voluptates, quæ cum nobis & in nobis sunt,ad fœditatem, hoc est ad peccatum decutiunt. Voluptatis autem figura mulier est, & mens sæpe voluptatum illecebris ad id quod vult decurrit. Itaq; quod nõ in Adã quasi in crasso opere & sensibiliter accidisse videtur, hoc & in vnoquoque nostrum spiritualiter & abscondite viderit quis impleri. Voluptas enim, præstigiis menti imponit, eamque impellit, vt nihil opinetur esse,si præuaricetur legem dei. Hoc credibile *Iacob.1.* faciet Christi discipulus,dicens:Nullus qui tentatur,dicat,quod à deo tentetur. Deus enim non est tentator malorum:tentat autem ipse nullum, sed vnusquisque tentatur à cõcupiscentia sua, quum allicitur & inescatur. Deinde concupiscentia vbi conceperit,parit peccatum:peccatum verò consummatum,progignit mortem. PAL. Verus hic sermo est. CYRIL. Destituta itaque dote sua, gratia inquam diuina, & nudata primis bonis, eiecta quidem est à paradisi deliciis,& statim deformitatem induit hominis natura,mortalemque se esse declarauit. PAL. Inopia enim diuinorum bonorum nihil aliud est, quàm boni desperatio. Infirma vtique erit hominis natura per quàm facile. Nam in quoduis absurdum prolabitur, nisi contineat illam saluatoris gratia, cœlestibus suisque bonis locupletans. CYR. Bene dicis. Probauerim enim & valde meritò. Nutrit enim robur spirituale, panis viuens, hoc est Verbum dei. Scriptum est enim:Panis confirmat cor hominis,liberatque à seruitute & affectionibus, & gloria libertatis supra modum ornat. Cæterum vbi deus manum quasi contrahit,& auxilium suum suppeditare nobis cessat,necessarium quodammodo est, nos etiam in mala inuolũtaria incidere,& omni virtute excidere,& subire quasi alterius iugum,& in tãta peruenire mala, vt propè necessarium sit,etiam intellectum qui nobis ad omne bonum seruit,& intra nos habitat disperire, diuinaque sapientia vacuum ostendi cor eius,qui passus est illud prostitui satanæ,illiusque libidini & cõtumeliis subiici. PAL. Demõstres hoc vel nudis rationibus. CYR. Minime. Demonstrabo enim bene vt habet, & ea quæ veteribus euenerunt, industrie ad figuram spiritualium tractabo. Quæ enim sensibiliter ac visibiliter facta, eorum quæ subtiliter contemplamur,euidentes & manifestissimæ imagines fuere. Scriptum est enim de patriarcha Abraham: Et facta est fames super terram,& Abraham descendit in Aegyptum, vt illic fieret peregrinus, quoniam inualuerat fames super terrã. Nam relicto dulci natali solo, profectus erat ad eam quam dominus *Genes.12.* Deus ostendit. Exi enim,inquit, de terra tua, & de cognatione tua,& veni in terram quam demostrauero. Quum verò ingrauesceret fames,& inuitabile damnum afferret, cogebatur etiam nolens Aegyptiorum terram inuisere, & aduena quidem illic esse, licet non incola. PAL. Quid hoc fuerit? CYRIL. Optimam nobis obscuriorum consideratiõe figurat. PAL. Quo pacto? CYR. Incredulitatem Iudæorum olim increpans Deus,dicebat: Ecce ego mittam famem super terram,non *Amos 8.* famem panis,neque sitim aquæ,sed famem audiẽdi sermonem Dei,& ab oriente vsque ad occidentem obambulabũt quærentes sermonem domini,& non inuenient. Amice, nónne ij, qui tali fame oppressi sunt, & abundantia quæ virtutes contineret, excidêre,nec habuere cibos cœlestes & supernos,coguntur omnino peregrinari,& mentem quasi exulem facere, quæ descendat tãdem ad fœdiora, & pellatur à sua virtute nobilitate quasi à propria terra, ac concedat in alium habitum & voluntatem, vt iam non Deo, sed diabolicis sceptris subdita sit. Pater enim & rex est peccati, qui primus illud in mundũ inuexit. Ad cuius imaginem & figuram recte quis assimilarit Pharaonem,Aegyptiorum principem, apud quem densæ ad seducendum & errandum tenebræ,nullusque omnino resipiscendi à peccato modus. PAL. Et quid hoc cõtristauit beatum Abraham, quod peruenit in terram Aegyptiorum? CYR. Mirè & fermè hoc erat ei supra omne malum, id quod facile disces, sacra dicente scriptura. Factum est autem, quando Abraham ingressus est in *Gene.12.* Aegyptum, vt Aegyptij viderunt vxorem eius, quod esset valde pulchra & viderunt eam principes Pharaonis, & introduxerũt eam in domum Pharaonis. Vides igitur amice,quod ferè periisset illi vxor? PAL. Res hæc valde aspera, & ad contristandum sufficiens. C. Etenim hoc circa nos spiritualiter euenit, si quando ab honestate ac virtute consueta ac dulcissima,quasi à propria patria excidimus,& ad deteriora venientes,satanæ sceptris subditi efficimur, tunc vndique malæ ac aduersariæ potestates,& insidiantur grauiter, licet viderint quempiam sibi non subditum habere vxorem deformem, operam adhibent & curant, quomodo illam sui ducis seminationi & concubitui subiiciant,vt iam non Deo,sed satanæ fructum faciat. Cibi enim eius electi,sicut scriptum est. Contaminant verò mentem,quasi captiuam & perditam quandam, & nisi quis multum ad liberta- *Abac.1.* tem respiciat, in eorum abibit seruitutem. Afferunt nonnunquam terrenas voluptates, & inutilibus deliciis locupletant, quemadmodum scilicet Aegyptiorum principes beatum Abraham,vt dimitteret coniugem, cupientes illum honoribus oblectare, & munerum oblationibus mœroris eius grauitatẽ lenire. Scriptũ est enim, quod Abrahã bene vsi sunt propter eam, Sarã scilicet. Et fuerunt ei oues & boues, vituli & asini, serui & ancillæ,muli & cameli. Quærit enim satan occasionẽ decipiendi nos,vt quasi semine & fructu nos priuet libertatis,suęque libidini & contumeliæ mentem crudeliter subiuget, terrenisque alliget concupiscentiis. Peruenit enim in eam olim insaniam, vt & cum Christo congrederetur. Et sursum ducẽs eum,inquit, monstrauit ei omnia regna mundi in momento temporis,& di- *Luca 4.* xit ei diabolus: Tibi dabo potestatem hanc omnẽ, & gloriam eorum, quia mihi traditæ sunt, & cui volo do eas. Tu igitur si adoraueris me, habebis omnia. PAL. Bene quidem habet, sed dic rogãti,& quæ vtilitas sic afflicto, vel quomodo alleuiabitur? C. Deus sua gratia,vir egregie,mentem ægram, diaboli pedibus omnino subiacere non permittit, sed propugnat & eximit eum qui seipsum iuuare nequit. Videres si velles hoc factum & in patriarcha Abraham. Nam quum iusto omnis spes adempta esset,nihilque omnino haberet quod ageret,mediator affuit Deus,& vxorem ab Aegyptiorum libidine eripuit. Corripuit enim dominus Pharaonem cruciatibus magnis & terribilibus, domumque eius propter Saram vxorem Abrahæ, dimittebantque iusto vxorem absque contumelia. Deus igitur solus eripuerit facile captiuam mentem è diaboli manu,inque pristinam restituerit honestatem. PAL. Destituimur igitur interdum cœlestibus bonis, & ad turpia & abominabilia detrudimur? CYR. Sic dico. PAL. Nunquid hoc decet Deum optimum,vt in aliquid tale nos sinat incidere? CYR. Decet sanè hoc Deum maxime, & nisi hunc erga nos seruaret animũ, te ita vellet,minime bonus,& virtutum amans esset. At nos ipsi accersimus nobis id mali,vniuersorum dominum ad iram prouocantes. Immittit enim sic in mentem infirmam ac imbellem. An non clamantem audis per vnum sanctum prophetam:Ecce ego do super populum istum infirmitatem, & infirmi erunt in eo patres & filij simul,vicinus & proximus eius peribunt. Et de *Roma.1.* aliquibus scribit sapientissimus Paulus: Et sicut non probauerunt vt Deum agnoscerent, ita tradidit eos Deus in reprobam mentem,vt facerent quę non decet. Manifestum autem & hoc *Esaia 54.* diuinus Esaias facit, dicens quasi ex persona filiorum Israel, eorum qui in peccatum ceciderant:Ecce tu iratus es,& nos peccauimus.

uimus. PAL. Nunquid si nos ab honesto mentem auertimus,& peccatis obnoxij sumus,reiiciemus causam in Deum,& impingemus ei iram quasi propter illã peccauerimus? CYR. Minime quidem illum incusabimus. Nam hoc esset insania. Dicentes autem: Quia tu iratus fuisti, & nos peccauimus tale quiddam intelligimus. Nisi tua iuuaremur benignitate, ô domine,nihil prohiberet,quin à peccato vinceremur, propter naturæ nostræ infirmitatem, atque adeò semper posthac malitiæ implicaremur. PAL. Intelligo quod dicis. CYR. Diuina itaque protectione,& misericordia exuti, pœnasque stultitiæ & nimiæ in peccatum procliuitatis luentes, infirmi & captiui, & quicquid tale est, esse declaramur. Id tibi ex Hieremiæ eloquiis,si ea legeris,contueri liquido conceditur. Etenim effera Iudæorum multitudo,quamuis diuina beneficentia opulentas diuitias possideret,& in delitiis versaretur,ac omnibus dominaretur inimicis, inque summam & securissimam quæ hominibus contingere potest, nobilitatem peruenisset, inobedientiam tamen grauem,& peruicacissimam præ se ferebat,quasi vale Mosaicis mandatis dicto, & omnibus quæ prædicta erant, ita contemptis, in perniciem ac interitũ suum concito, & irrefrenabili impetu rueret. Etenim sub quercu & populo,& arbore vmbrosa,secundum prophetæ voces aras erigebant, & in lucis ac nemoribus templa dæmoniis fundabant, boumque sacrificiis & thurificationibus, aliisque omnibus deos ac saluatores venerari dignos censebant, & nullis non id genus nominibus opera sua appellare non erubescebant: venerunt autem tandẽ in eam dementiam,vt prophanis filiorũ mactationibus gloriarentur,existimarentque sic se diis pinguissimum sacrificium offerre. His autem quotidie semper adiiciebant nouum quoddam facinus, quodcunque licentia suadebat, & ita legislatorem quamuis benignissimum in iram contra se non mediocrem prouocabant. Vt autem seruitutem à se temere excusserunt, accidit vt postea ab inimicis vincerentur, & in durissimam inciderẽt seruitutem Chaldæorum ac Babyloniorum. Illi enim venerunt,& mancipia factos transmigrare fecerunt,vrbemque sanctam & celeberrimã excusserunt. Dicere vix valebat præ dolore propheta Hieremias,quantum malũ obsessis immineret. Et dixit,inquit, Hie- *Hiere.12.* remias: Sic dices ad Sedechiam: Hæc dicit dominus: Ecce ego conuertam arma bellica,quibus vos pugnatis cõtra Chaldæos, qui vos extra murum circundederunt in medio ciuitatis huius, & expugnabo vos in manu extenta & brachio valido, cum ira & furore magno, & percutiam omnes qui habitant in hac ciuitate homines & iumenta,cæde magna,& morientur. Et post alia: Et ad populũ istum dices: Qui sederit in ciuitate hac, morietur gladio & famę,& qui egreditur& cõfugit ad Chaldęos,qui vos obsident,erit anima eius ei in prædam,ac viuet,eo quod confirmaui faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum. In manus regis Babylonis tradetur, & comburet eam igni. Intelligis quod quando deum grauibus flagitiis exacerbauerimus miseri,non poterimus vltra hostium potentiæ obsistere,& quasi vrgente & absumente nos diuina ira, serui ex liberis efficimur,ignominiosamque ac miserabilem agimus vitam?

PAL. Bene dicis. CYR. Delicatum ac vita contemptibilem,diuina lex ad inculpatã vitam quasi in ciuitatem quandam inducit. Vnusquisque autem ad faciẽda vtilia & necessaria,torpescit quodãmodo,sed victus secum pudore, vitam mirabilem agit,& quodammodo sanctæ ciuitatis est incola,quę in virtute fundatur, & in pietate promouet. At si quis voluerit accedere ad mũdanas voluptates & illecebras, quasi ad quercum & nemus floridum & opacum,& morari in gaudiis huius vitæ, & in mentem ac cor suscipere multiformem voluptatem quasi idolum dæmoniis gratum,suæ alacritatis fructum:tunc sanè meritò supernam gratiam talis amittit, & prædaturis fit obiecta & exposita pręda,expulsusque à pristina honestate quasi ex sancta ciuitate, submittit se postea violento iugo, prout imperantibus placet,longeque abit à deo, & morali modo in Babylonẽ transmigrat extorris,à finibus terræ sanctæ in qua notus deus,& magnum nomen eius. Etenim qui tantas ærumnas tulerunt, & in manus hostiles inciderunt,& seruitutem apud inimicos ferunt, *Psal.136.* clamauêre: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus quum memores essemus Syon. Laborat enim tali modo mens humana. PAL. Quid est hoc quod dicis? C. Nam ignaua quidem & supina semper illo est quodãmodo in desideriis bonorum,quæ in manibus sunt,nec valde intendit his quę in potestate habet: at si alio vocetur,& contingat priuari bonis præclaris quæ possidet,tunc tandem sentit,quę passa est,& quanto conatu ac robore insidiatorem & tentatorem repellere oportuerat. PAL. Verum est. C. Necessarium igitur, consultum & multum conducibile,prænoscere molestias, & inuoluntariæ seruitutis insidias, & præuertere velociter dum tentamur, ea quæ omnibus malis nos subiicerent, si succumberemus.

PAL. Sic habet. C. Iam siquidem diuina ira nobis durissimæ seruitutis imponatur iugum, atque etiam vt in reprobam mentem veniamus,& obluctari difficillimum sit, dixerim vtile esse,vel meminisse saltẽ ex quibus in quæ transierimus,& amarè deplorare ignominiam,supernique præsidij raritatem. Tristitia enim secundum deum,pœnitentiam ad salutem non pœnitendam operatur. Quando autem diuina ira nobis nondum intentata est, & adhuc restat facultas volendi ac faciendi quod placet,possideturque liber & non coactus ad vtrunque bonum inquam,& malum motus,strenue vitanda est mollicies ad malum,& excutiendæ voluptates hostiles,ne in aduersariorũ manus veniamus, qui huic seculo dicuntur imperare, etiamsi res postea feliciter succedant: de felicitate inqua,quæ in hoc mundo alicuius precij est. nam finis omnino secum turpitudinem & miseriam afferet. PAL. Quomodo dixisti? CYRIL. Vis dicamus de veteribus exemplis? PAL. Admodum placet. CYR. Quum fames olim totam,vt dicitur,depopulare- *Gene.42.* tur terram,visum est filiis Iacob vtile, vt proficiscerentur ad Aegyptios. Adolescentes autem erant numero decem. Profectionis causa erat emere alimenta,neque vlla alia erat. Vbi autem illuc venêre,& agniti suos esse fratres Ioseph, qui frumẽta distribuebat,& princeps Aegyptiorum erat,remque auribus suis accepit Pharao. Et dixit,inquit, Pharao ad Ioseph: Dic fratribus tuis,hoc facite. Implete saccos vestros, & abite in terram Chanaam,acceptoque patre vestro aduenite,nec parcatis oculis supellectilibus vestris,omnia enim bona Aegypti vestra erũt. Itaque Aegyptiorum dux quietẽ & delicias illis promisit, & currus insuper exibuit, vt demulceret eos, opinor, quibus descendere graue erat. At illi descenderunt cum tota domo, statim terræ ac regione à deo datæ temporalium eduliorum præferentes vsum. Multo sanè satius & melius in illa agere, etiamsi aliquantisper labor insumendus fuisset. Cæterum vbi in Aegyptum venerunt, sperabãt fortassis posthac euasuros se laborem quem domi pertulerant,præsentiumque voluptatum sensus eis dulcis erat. Verum tempore procedente ignominiosum seruitutis iugum subiit illa olim à patribus generosa & libera multitudo. Itaque amice, si cum mundana felicitate accidat labi in peccatum, valde cauendum, siquidem libertatem magnifacimus. Est enim abominabile & odiosum, seruiliter agere ac sentire. PAL. Optime dixisti. CYR. Cur autem non & illud dicimus, quod non mediocriter ad vtilitatem eorum quæ nunc à nobis dicta sunt,faciet? PAL. Quid nam dicis? C. Rabsaces Babylonius Assyriorum dux, innumeram militum multitudinem olim secus adducebat, expugnaturus,imò à fundamentis euersurus sanctam ciuitatem. Admouitque machinam suam solitam & potentissimam,nempe blasphemiam contra Deum. Innumera enim blateramenta dicens, allocutus est tandem habitatores ciuitatis in hunc modum: Hæc dicit rex Assyriorum: Si vultis benedici, egredimini ad me, & comedi- *Esaiæ 36.* te vnusquisque de vinea sua & ficu sua, & bibite aquam cisternæ vestræ,vsque dum veniam & accipiam vos in terram, vt est vestra, terram frumenti & vini, & panum, & vinearum. Vide igitur, quod & iste promittat delicias & voluptates vinearum & ficuum:apposueritque, Ite,& bibite aquam cisternæ vestræ.

PAL. Sed quid insinuant hæc, si spiritualiter considerentur? CYR. Duplici sanè modo malitiæ nostræ vis perficitur: vel enim voluptatibus externis, vel implantatis nobis & internis. Et quibus voluptas persuasa est, procliuis in quoduis absonum flagitium prolabuntur. Exposuerit autem in nobis verus Saluatoris discipulus alicubi dicens: Omnia quæ in mundo, *1.Ioan.2.* concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus vitæ. Legem autem peccati, & diuinus Paulus nobis nominat, *Roman.7.* habitantem in membris carnis, delectationes & voluptates. Externæ verò & aduentitiæ, ea quæ oculis conspiciuntur. Admiramur enim diuitias per oculos. item vestitus decentiam, &

alia id genus quæ nonnulli sectantur,& multum extollunt sua sententia, quasi re suauissima fruantur. Itaque vineæ & ficus figura sunt externarum voluptatum & deliciarum, ostẽdentes temporariam & statim macescentem mundanarum rerum participationem. Habet item omnis mundana voluptas cum suauitate breui & excæcationem. Oblectat enim fruentem illa, & simul obtenebrat & inebriat. Cisternæ verò figura sunt internarum nostrarum affectionum, quæ non externè afferuntur,sed in nobis scaturiunt, ab ipsa carne originem habentes. Horum igitur omnium & natura insitorum, & nullo opere acquisitorum liberam possessionem & vsum amplum fore nobis promittunt aduersariæ potestates: siquidem continentiam quasi sanctam & incõcussam ciuitatem reliquerimus, & ad regem Babilonis, qui typus est satanæ, defecerimus. Et Rabsaces quidem,his qui ad Babylonios desciturí erant,retributionem & voluptatem promittebat, at illi recte sapientes non obtemperabant. Semper enim voluntatem mundana diligentem comitatur necessitas seruitutis inuoluntariæ, & vt cũ mancipiis connumeremur. PAL. Verus sermo est,oro autem, vt dicas libenter roganti, qua nam ratione ab his liberemur & soluamur.

CYR. Quænam alia via esset quàm vt diuerso modo habeamus nos ad primam & veterem? Nam quum propriæ voluntatis motibus vergamus,vt fœdè viuere velimus,relictáque inculpatæ vitæ honestate, in seruilem minimèque generosam mentem incidimus, ea tantum quæ super terram sunt sapientes,& carnis voluptatibus modis omnibus incumbentes, & sic nos tandem in reprobam mentem cadere permittit Deus.

PALLADIVS. Igitur ad virtutem recursus necessarius est.

Coloſ.3. CYR. Absque mora scilicet, amice,ne concupiscamus mundanam vitam, iuxta illud quod per vocem Pauli recte dictum: Mortua enim est, & vita nostra occultata est cum Christo in Deo. Petamus autem magis & sitiamus, vt in cœlestib. conscribamur,supernéq; patriæ ac ciuitati municipes simus,ad *Pſal.38.* deum multum clamantes: Remitte mihi, quoniã aduena sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Nam qui ambulat super terram, & clarum municipatum in cœlis habet, ex ipsis operibus verè apparet peregrinus. Insuper & saluatoris *1.Pet.2.* discipulus hoc nos pro summa gloria ducere & facere iubet alibi dicens: Fratres obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, vt abstineatis à carnalibus concupiscentiis, quæ militant aduersus animam. PAL. Nunquid igitur sufficiet ad faciendum virtutes,taliter esse affectos,nempe si desinamus à malis concupiscentiis?

CYR. Si manifestè fiant hæc & exaddita lenitate, nempe spirituali. Scriptum est enim: Latum mandatum tuum ni- *Pſal.118.* mis. Nónne dulplex est coinquinatio, corporis & animæ? Cõsectaneum igitur opinor, & valde meritò, vt hi qui se polluere soliti sunt, pari studio & certamine abstergere se contendãt. PAL. Recte dixisti.

CYR. Sicut igitur duplex macula, animæ & corporis, ita meritò etiam duplex purificatio sit animæ & corporis. Veruntamen quoniam vita quæ in hoc mundo, peregrinatio vocari solet, sic affectis, vtile fuerit videre, idque absq; labore (siquidem voluerit quis eius rei figuram in Abraham,ad quem dictũ *Geneſ.12.* est à Deo:Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& veni in terram quam demõstrauero tibi, & faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te & maledicentes te maledicam, & in te benedicentur omnes tribus terræ. Intelligis quomodo non de terrra & domo duntaxat, sed & de cognatione & de domo patris abscedere iusserit, & venire in terram quam scilicet monstrabat ei ipse qui vocabat? PAL. Quidnam hoc est?

CYR. Quomodo non manifestum quod quando Deus vocat, vt sectemur spiritualia, & vult eos quos hoc honore digna tur, egredi à mundana vita, & à voluptatib. carnísq; concupiscentiis, stultum esse,si quis putet quicquam hac re melius? Nam pro nihilo computetur patria & genus, & domus,& terrenorum possessio. Sanè ad similem nos fortitudinem & saluator noster vocabat, dicens: Qui diligit patrem vel matrem *Matth.10.* supra me,non est me dignus.Et qui diligit filiũ vel filiã supra me, non est me dignus. Et qui accipit crucé suam & sequitur me, nõ est me dignus. Adiice autẽ, quod & omnisqui relinquit fra- *Matth.19.* tres,vel sorores vel patrem,vel matrẽ,vel vxorem,vel filios vel agros, vel domum propter nomen meum, longè plura recipiet, & vitam æternam in hæreditatem habebit. Nónne summę fortitudinis quæ in Christo intelligitur, opus esse dicis tã claram & celebrem virtutem, an hoc pro nihilo apud te reputatur, se qui autem Christum pro magno habetur?

PAL. Vtique vnde optima spe, & felicitate quæ in Christo est exciderunt, ij qui ad nuptias vocati, negarunt se ituros, quorum vnus quidem dicebat. Vxorem duxi, & non possum venire. Alius verò vilam se emisse,dicens temporariavocatione faciebat meliora.

CYR. Euge ô Palladi, nam probabilia dicens, & magna docilitate ad intelligendum sermonis finem tam alacriter procedens, multum nos exhilaras. Vide itaque, quod eos qui integre & omnino deum sequuntur,& ea quæ carnis ac voluptarum spe in illum postponunt, comitatur opulenta supernæ benedictionis participatio. Etenim quid dicebat Abrahæ? Et *Gen.12.* faciam te in gentem magnam,& benedicam te, & quæ sequũtur. Vides quantam ei spiritualium bonorum accumulat multitudinem? Iam quomodo Abraham à proprio loco discesserit, haud indignum fuerit videre. Accepit, inquit, Abraham Saram vxorem suam,& Loth filium fratris sui, & omnium substantiam eorum quæcunque possidebant, & omnem animam quam possederunt in Charan, & exiuit vt iret in terram Chanaan,& pertransiuit Abraham terram in longitudine eius vsque ad locum Sychem, ad quercum excelsam. Egrediebatur quidem ex Charan, nihil illic sibi relicto, & cum omni genere ac suppellectile,in terram Chanaam ocyssimè abiit,quã monstrauerat ei deus,& trãsiit terram in longitudinem eius,& ad terram venit excelsam. Etenim qui diuina oracula proxime sequi vult, & diuinam vocationem multa cura dignatur,ex eat penitus à vita voluptaria,& quasi cum tota familia suarum cogitationum, & nulla ibi relicta, vbi olim erat. Sic enim rectè discedit, & transit in terram in quam à Deo vocatus est, sicut beatus Paulus scribit:Contenditevt comprehendatis cum om- *Epheſ.3.* nibus sanctis quid latitudo & longitudo, & sublimitas,& profundum mysterij Christi. tunc enim ad quercum venit excelsam, hoc est ad habitum virtutum sublimem,& nihil quod ad sapientiam attinet vile vel abiectum habentem. Eunti autẽ iam adhuc, quæ bona concedantur, iterum ex sacris literis cognoscemus. Apparuit enim, inquit Dominus Abrahæ, & dixit ei: *Gen.13.* Semini tuo dabo terram, hãc & ædificauit Abraham ibi altare domino, qui sibi apparuerat. Etenim quum adhuc in terra patriæ suæ habitaret, & nondum in sanctam concesserat terram, vnum datum est ei oraculum, quod in aliam relicta propria transire debeat. Vbi autem venit in terram Chenaan cum omni familia & supellectili, & ad sanctam peruenit terram,diuinæ apparationis gratia & spei securitas data est,& cum firma promissione. Et primum quidem exiuit, deinde aram excitauit. Iam nobis quoque secundum similem sermonis figuram, quandiu manemus in mundo ac voluptatibus abominandis, & nobis aduersantibus nulla erit à Deo gratia: vbi autem vocati fuerimus, & diuinis obediuerimus legibus,& ad promptitudinem ac desiderium transierimus quasi in terram omnibus bonis excelsam: tunc deus suæ claritatis cognitionem immittit, & firmam pacem promittit, sicque stabilem in nobis mentem operatur, vt iam quodammodo possimus sacrificia offerre spiritualia, & bonus odor fieri Christi, deo & patri, vt scriptum est, exhiberéque ei corpora nostra sacrificium viuum,beneplacitum Deo, rationalémque & in spiritu cultum, approbatum coram Deo. Admittit enim libenter spiritualis cultus modos, remque hanc spirituale censet sacrificium.

PAL. Itaque eos qui à malis digrediuntur, decet vt ad meliora contendant, & admittere libentissimè diuinam vocationem, immoraníque in his quæ à lege magnifiunt, & à Deo laudem eximiam sortita sunt, atque adeò vt si regredi velint retrorsum, & redire ad aliquid nefarium, illum crimine liberaturi non simus.

CYR. Profectò amice, ærumnosissimum est iterum velle laborare eo morbo, à quo per virtutem Dei semel erepti sunt. Mundana vita lubrica, atque adeò periculosum vel respicere in illam

in illam, & solam memoriam delictorum habere, mentem in *Pſal.118.* eorum dilectione relicta. Auerte inquit, oculos meos ne videãt vanitatem. Vanitas enim, vt verè dicam, est huius vitæ occupatio & distractio, & in temporalibus voluptas. Quod autem volens rectè ambulare,ab illis auelli debeat ac discedere,& admittere eam solam quæ est in animo, & suauem veri considerationem,discet quis & hinc facile.

PAL. Vnde dicis? CYR. Sodomorum incolæ exagitati grauiter voluptatibus quæ præter naturam, & dehonestantes legem congressus, quam ad filiorum procreationẽ natura definierat, deperibant adolescentum formositatem,& nihil non quod absurdum perpetrantes, ad iram prouocabant, & quasi advindictam contra ipsos cogebant conditorem quãuis misericordem. Quum autem tempus quo illi pati debebãt, & quod longanimitatem qua tolerabantur absumpserat, in foribus esset, contulerunt se in Sodoma, qui vltionem executi *Gen.19.* sunt. Scriptũ est enim: Venerunt autẽ duo angeli in Sodomave spere, Loth autem sedebat apud portam Sodomorum. Vt autem vidit Loth, surrexit in occursum illis, & adorauit facie super terram, ac dixit: Ecce Domini declinate in domum pueri vestri, & manete, & lauate pedes vestros & diluculo facto abibitis in viam vestram. Et dixerunt: Non,sed in platea manebimus. Et coegit eos,& declinauerunt ad eum,& ingressi sunt in domum eius, & fecit illis conuiuium, & azimos coxit eis,& comederunt, priusquam dormirent homines. Etenim Loth, vtpote consanguineus Abrahæ, & in rectis enutritus legibus, non paruã diuinæ pietatis rationem & curam habebat, & habitabat in Sodomis, erátque apud illos hospes & moribus & *2.Cor.6.* genere. Quæ enim communio lucis ad tenebras,vel quæ pars fidelis cum infideli,sicut scriptum est? Vincebat autem magno studio eius regionis mala, & solitam vitæ viam ipse incedens sanctis occupabatur studiis, hospitalitatísq; legem,deo gratissimam sciens seruabat sedẽdo apud portas ciuitatis, & ingressuros amice compellando. Postquam autẽ venerunt angeli, qui pœnam sumpturi erant de his qui infrenis libidinis rabie fuebant, occurrit velociter,solitáque sua bonitate rem manifestè prædicit. Adorauit enim facie super terram, vt irent in domũ suam, hortando vt fruantur charitatis legibus. Illi autem dixerunt non, sed in platea quiescemus. Per hoc signantes se hospites, & tecto carere, & incitabant opinor ad feruentius studium, eum cui hospitalitas placebat: tantum non ciuiliter insinuantes, quod non permittat ipsos honeste, domicilio,& in triuio abiectos esse. Id iustus intelligebat,& magis vrgebat, nõ ratus rapinam vel lucrum, recusationem, quasi scilicet frigida & minus seria mente inuitasset, vnde & introducebat eos, & infermentatos panes apponebat, ac conuiuium apparabat. Et hæc quidem iustus faciebat. Sodomitæ vero soli & obscœnæ libidini dediti, iusti domunculam prophanè cingentes, & in summam peruenientes impudentiam, rogabant vt permitteretur eis solita facere: & quos oportebat hospitaliter tractare volebant libidine præter naturã diuexare. Quin & Loth à nephariis facinoribus abstrahentem, perdidissent, statimque apprehendissent,vt id ipsum pateretur,nisi affuissent qui eum servassent. Extendentes autem viri manus, attraxerunt Loth in domum ad se, & ostium domus clauserunt,virósque qui apud ianuam erant cæcitate percusserunt, à paruo vsque ad magnũ, & fatigari sunt quærentes ianuam,sed non in hoc solo adiuuerunt illum. Scriptum est autem iterũ: Vt autem dilaculum fa- *Sapien.* ctum est, vrgebãt angeli Loth, dicentes: Surge, & accipe vxorem tuã & duas filias tuas quas habes, & egredere, vt ne & tu pereas cum iniquitatib. ciuitatis. Et turbari sunt & apprehẽderunt angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manũ filiarum eius, eo quod parceret dominus illi. Indiciũ autem tibi sit valde manifestum, dum non solis verbis nos extimulat, & adhortationibus menti immissis vt discedamus à peccato, sed tãtam benignitatem nobis etiã exhibet vniuersorũ saluator deus, vt efficaci subsidio adiuuet secundũ quod scriptum est: Appre- *Pſal.72.* hendisti manum dexteram meam, & in consilio tuo deduxisti me. Nam quoniã hominis natura non valde generosa est, neque satis idonea vt malum effugere queat,simul quodãmodo nobiscum certat deus, & duplex concedere beneficium videtur,persuadens admonitionibus, vt subsidium inueniamus, & fortius illud præstans, quàm vt malum præsens, & violentum prævalere possit. Vides verum illud esse, quod pauci sint qui iusticiam exerceant, & bonorum virorum magna sit raritas? *Hiere.5.* Virum enim fidelem inuenire arduum opus est, iuxta scripturam. Veruntamen qui talis est electus, & diuinam gratiam non perfunctorie assecutus. Nam licet cum aliis in hoc mundo misceatur,nihil tamen inde damni sustinet, sed vt lilium ex spinis decerpitur, nec perit cum impiis iustus, secundum sanctorum voces.

PALLADIVS. Nunquid igitur diuina misericordia & sanctorum angelorum succursu, & malitiæ improbitatẽ abluimus, & sine dubio inueniemus nos nullo modo malorũ suppliciis irretiri, deo manifestè credentes clamanti per vnum prophetarum:Ego dominus deus tuus,tenens dexteram tuam, *Eſa.41.* dicens tibi ne timeas.Iacob paruulus Israel,ego clamaui tibi,dicit dominus, redemptor tuus Israel.

CYRILLVS. An non esse coadiutorem sanctorum, omnipotẽtem Deum exposuit, quod Loth angelorum manu apprehenditur? Dei enim figura erant, tres quidem in principio Abraham accedentes ad quercum Mambre,duo vero So- doma ingressi. Neque enim pater quenquam iudicat,iuxta ip- *Ioan.5.* sius Saluatoris vocem, sed omne iudicium dedit filio comitãte illum manifeste, & in eo naturaliter existente sancto spiritu. PAL. Bene admodum intelligis, sed si placet consideremus & cætera.

CYRILLVS. Sine mora dicam. Et factum est, inquit, quando eduxerunt eos foras, & dixerunt: Saluans salua tuam ipsius animam, ne respexeris retrorsum,neque steteris in omni circum regione, in monte saluum te fac, ne forte simul comprehendaris Ex illo dicto, Salua tuam ipsius animam,dico manifestè dici, Animam tuam castam serua, & ne communices peccatis alienis,sed esto mundanorum exemplis superior, Nihil enim omnino est,quod anima commutari potest. Quod enim commodum hominis, quamuis totum mundum lucretur, & animæ suæ iacturam faciat. Quod autem iubetur sine reuersione iter facere: significat quod non debeamus conuerti ad malitiam, & velle eadem sentire & eligere,quæ hi qui propter intemperantiam ignis pœnã ferre coguntur. Nullus enim *Luc.9.* inquit,qui manu ad aratrum posita retrorsum spectat, idoneus est regno cœlorum,sed teneri invia salutis & neque hinc & inde distrahi, & mentem friuolis mundanarum concupiscentiarum imaginationib. leuẽ & agitabilem permittere, sed constãtem ac vigilem sempérque ad meliora respicere meditantem: seruare autem adhuc aliquid magis debere nos dicam. Dicit enim angelus illum iter facere non solum absque respectione & reditu, sed apponit vtiliter: Ne stéteris in omni circum regione,quod mea sententia significat periculosum & damnosum esse, segniter ac ignauiter à malo euolare. PAL. Dic quomodo? *Hiere.49.*

CYRIL. Propheticus sermo scribit: Væ facientes opus domini negligenter. Currite autem vt comprehendatis, etiam ipse diuinus Paulus alicui dicit: Nam non velle strenuè agere, *1.Cor.9.* & à malis celeriter exire,quum mens ad suum principium reduci non patitur, & quasi cum indignatione à singulis malis abstrahitur, ad omne autem quod vtile est ægerrime impellitur: nihil aliud fuerit quàm stare in campo malitiæ, è quo tamen cursim exire oportebat, ne dum cessas ac moraris supplicio simul impliceris,priusquam terminos exeas,priusquam maculam eluas,priusquã inquinamentum quod ex antiqua ignauia menti insedit abluas,priusquam alleuies crimina,& salutare iugum subeas refocillandus per dominum. Optimum igitur præceptum est, ne stes in omni campo: hoc est,ne vllo modo deprehensus moreris in malitia, sed ascende quodammodo ad eximiam quandam & spectabilem vitam nihil habentem humile, sed excelsa, sublimíque conspicuam virtute, & ab humili sensu, hoc est terreno & carnali liberatam, tãquam in montem. Scriptum est enim: Potentes Dei super terram *Pſal.36.* vehementer eleuati sunt. Sanctis enim dignum est sapere quę longissimè à terra. Et pulli vulturũ ad summa volant,vt scriptũ est, quandoquidẽ habent in cœlo tanquam in monte municipatum, transferunturque in supernam patriam. Scribit etiam *Coloſ.3.* alicubi Paulus: Quæ sursum sunt quærite, non ea quæ super terram. PALLADIVS. Vita igitur sancta, & spiritualis, & excellentior est ea conuersatione,quę infra se in-

telligitur & immundis ac terrenis intenta, peccatum amar.

CYRILLVS. Bene dixisti. Hoc enim noster sermo declarat, admireris autem & hoc. PALLADIVS. Quod? CYRILLVS. Nam beato angelo dicente, vt sine reditu & respectu diuinus Loth currat, & in montem transeat, ille rogabat, dicens: Quæso Domine, quia inuenit puer tuus gratiam coram te, & magnificasti iusticiam tuam quam facis in me, vt viuat anima mea. Ego autem non potero saluari in monte, ne apprehendant me mala, & moriar. Ecce ciuitas hæc iuxta, vt fugiam ego illuc, quæ est parua, illic seruabor. Et dixit ei, inquit: Ecce admiratus sum faciem tuam, & in verbo hoc, ne euertam ciuitatem de qua locutus es, festina ergo seruari illic. non enim potero facere rem donec venias tu illuc, propter hoc vocatum est nomen ciuitatis illius Segor. Sol exiuit super terram, & Loth ingressus est in Segor. PALLADIVS. Et quæ etiam inde nobis vtilitas, vellem vt bene nosti, doceres.

CYRILLVS. Non intelligis, quum tamen docilis sis, virtutem ab his qui nuper malitiam effugêre, & in viam salutis eundum arbitrantur, non statim neque primis conatibus apprehendi, & vt vellent, ad eam peruenire. Neque repente quis ad eximiam conuersationem reducitur, neque subitò ab affectionibus sibi insitis quis alienabitur, sed paulatim ab his se elõgat, & quantum ad promptitudinem ac initia maiorum & sublimium conatuum attinet, concessurus est ad vitam probatiorem quasi ad terram aliam, sed nondum in excelsam, & quæ vndique cum gloria conspicua sit, qualis scilicet est instructio legalis ad initia viæ optimæ ducens. Scriptum est enim: Initium viæ bonæ, facere iusta. Quemadmodum discere cupientibus, & mysticas contemplationes desiderantibus, vtilis quidem initio, & maximè congruus initiationis sermo. Vbi autem peruenerint in virum perfectum, & in virum staturæ plenitudinis Christi, congruet iam quodammodo sublimior contemplatio. Sic & hic dico in moribus & bonis operibus, non statim qui attentant, ad prorsus inculpatam, hoc est ad summam & excellentissimam vitam redire poterunt, sed progressus fit paulatim ad habitum vix cœptum, exordio à paruis & congruis sumpto, & tantum non curritur ad conuersationem ac vitam sublimiori & arduæ subiectam, vt in ciuitatulam monti excelso vicinam. Hac ratione & iustus Loth figura eorum est, qui sic affecti, non enim statim in montem ascendit, sed in paruam ciuitatem Segor diuertit. Nónne & in euangelicis prædicationibus genus dispensationum sæpe inuenimus? Vnde & beatus Paulus per Epistolam scribit: Bonum viro mulierem non tangere, propter stuprum autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque virum suum. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum præceptum. Vellem enim omnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisque proprium donum habet à Deo, vnus quidem sic, alius verò sic. Vides quo modo summam continentiam quasi montem ascenderit, dicens: Bonum viro mulierem non tangere, permittit autem nos diuertere in Segor, hoc est in doctrina quæ sublimi inferior est, nempe quod licet iungi vxori soli & propriæ. Terram quoque optimam fructus daturam hanc quidem centuplos, aliam verò sexagecuplos aliam autem trigecuplos saluator noster dicebat. Quin & talentum non in æqua mẽsura, sed vni quidem quinque, alij vero duo, alij autem vnum distribuit: opinor quod per hoc demonstrarit inæquales habitus distribui, vnicuique vt studium & ratio est. Nam, vt iam dixi, vnusquisque suum donum ex deo habet, vnus quidem sic, alius verò sic. PALLA. Bene dicis.

CYRILLVS. Permittit quidem beatus angelus diuerti in Segor. Ecce enim, inquit, admiratus sum faciem tuam, & in nomine tuo ne subuertam ciuitatem illam, de qua es locutus, festina igitur vt saluêris illic. Deinde dicit: Sol exijt super terram, & Loth ingressus est in Segor. Admiratus autem ô amice, discere cupis, quæ sit & horum dictorum mens? Admiratus enim, inquit, faciem tuam, vt ne subuertam ciuitatem hanc de qua locutus es. Etenim non probatur Deo, vita in virtutibus secundum veritatem non perfecta, & adhuc ab affectionibus vinci ab eo reprobatur, atque condemnatione nõ longe abest: veruntamen per misericordiam permittit, ac indulget id cuius natura initio capax, seruari iubens etiam meditantes adhuc bonum, neque valde culpatam agentes vitam, sed & his qui ad id mensuræ pertingunt, & ad hunc statum contendunt, non absque diuino lumine, & superna doctrina auxilium datur. Exortus est enim, inquit, sol, & ingressus est Loth in Segor. PAL. Valde verisimilia dixisti.

CYRILLVS. Itaque beatus Loth permittente Deo in ciuitatem tum paruam ingressus est, redarguitur autem ad hoc infirma vxor eius, comes eius quæ sequebatur Respexit autem retro, & facta est statua salis. Vide obsecro, quod mens quæ vir est & virilis sensus, etiamsi non perfectè assequatur opus quod Deo placet, contenta virtute, sed paulatim ad meliora pro viribus affectionum habitus procedit. at si infirmior fuerit & non virilis, cuius figura est mulier, sua ad malitiam conuersione, omnino fit inutilis. Hoc enim opinor significare, factam esse statuam salis; in symbolum infatuati cordis & mentis, eo quod ad stulticiam transire voluit, & vt extreme insensata sit, obduruit. Nam & ipse saluator dicebat: Si infatuatum sal ad nihil *Matt. 5.* vltra valebit, sed inutile erit prorsus, & foris mittitur, & ante hominum pedes proijcitur. Mulier itaque in lapidem obriguit. Apponebat autem non multo postea Loth, scriptum est enim: Ascendit autem Loth ex Segor, & sedit in monte ipse, & duæ filiæ eius cum eo. Nam mens quasi per gradus & ascensus procedit ad perfectionem, & pergit paulatim ad id cuius principio non erat capax, & ad meliora ad quæ accedere non erat idonea. Prudentiæ vero & fortitudini spirituali quasi duabus filiabus se committens, & infra relicta mollicie, & deliciarum amore, quarum typus erat mulier, habitat dein quasi in monte & specu. Insinuatur autem nobis per montem quidem sublimitas & fastigium spiritualis perfectionis, per speluncam vero firmitas & soliditas perseuerantiæ in virtutibus. Scriptum est enim sic de viris bonis: Ambulans in iusticia, loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & iniusticiam, & manus excutiens à muneribus, obturans aures vt non audiat iudicium sanguinis, claudens oculos vt non videat iniquitatem, hic habitabit in excelsa spelunca fortis petræ. Est & alia verisimilis super hac re sermo. Nam petra quidem Christus, eo quod fortissima & illæsa summa omnium subsistantia. Specus autem in Christo intelligitur ecclesia, quæ sanctorum est diuersorium, pie viuentium tegmen, quam inhabitât iusti, & quicunque ignis supplicium euaserint. PALLA. Sermo hic, amice, bene habet, vellem autem & ego per alias demonstrationes causam nostram tractari. Operæprecium etenim & dignissimum arbitror de rebus vtilibus abunde edoceri velle.

CYRILLVS. Etiam ô Palladi, vera dixisti. Nam mentis nostræ quæ discendi auidissima, res fructus erit. Porrò sermo noster omnem torporem superabit, non enim iustum, mihi videtur, tam præclaris & iucundis narrationibus intempestiuum silentium quod clam irrepit exposcere. Itaque quod oporteat, prout possibile est, modis omnibus ab affectione & societate malorum separari, & quod redire ad virtutem non liceat aliter quàm hac ratione, considerabimus absque labore, mentalibus oculis attendentes, ea quæ diuinus Abraham mire egit, & filij Israel in egressu suo, quando olim tyrannidis vincula disruperunt. PALLA. Dic igitur seorsim, quod si facere voles, vt bene nosti, opulente nos exhilarabis.

CYRIL. Dicebam itaque, quomodo diuinus Abraham intolerabili aliquando fame & rerũ necessariarum penuria coactus, non sponte ad Ægyptios descenderit, & necessitati cesserit: quum autẽ hospes & aduena esset, molestus & tyrãnus Pharao eum secum habitare fecit. Volebat enim concupiscentijs temerarijs coniugem eius violare, sed accensum ad turpis flagitij desiderium, perpetrare quod voluerat, non permittebat Deus. Cruciauit enim, inquit, Pharao cruciatibus magnis, propter Saram vxorem Abraham. Imago autem & figura diabolicæ intemperantiæ Pharao. Hoc enim spectat, vt suæ immunditiæ semina etiam in exercitatissimorum & sanctorum intellectus inijcere possit, quo velint fructus facere sibi gratos & iucundos, omnis scilicet generis peccata, & conatur quidem vt omnes suæ tyrannidi subijciat, natura enim multum habet imbecillitatis. At Deus minime permittens, retrahit & impedit modo quodam conatus contra sanctos, & maligni insidias. Non aliter autem effugisset damnum diuinus Abraham, nisi relicta Ægyptiorũ rediisset ad regionem quã illi ab initio Deus dedit,

dedit, & abiens in bonis operibus diligenter se exercuisset. Scriptum est autem sic: Ascendit autem Abraham de Ægypto, & vxor eius, & omnia quæ eius, & Loth cum eo in desertũ. Abraham autem erat diues valde in pecoribus, & argento, & auro, & abiit vnde egressus est in desertum, vsque in Bethel, vsque in locum vbi tentorium eius fuit prius inter Bethel & inter Hai, in locum altaris, quod fecit illic prius, & inuocauit illic Abraham nomen domini. Intelligis igitur, quod his qui ad aliam vitam recurrunt à mundana intemperãtia, opus est, quasi omnia sua, cum tota domo & toto genere simul afferre? Adiecerim autem, quod & eum omni supellectile sua, ab Ægyptiorum terra patriarcha Abraham euaserit. Abeundum enim, & contendendum modis omnibus cum omni domo quodammodo in desertum, hoc est ad imperturbatum & purum mẽtis statum, vnde & initio hominis natura egressa est, quæ supernorum bonorum inopia ad deteriora procliuis fuit. Hoc enim ænigmatice ad exteros signat descensus à terra, quasi tentorio quod ab initio, & gratissimum erat, in qua & altare. Nam sic recurrentes illuc vsque, erimus in regione & loco altaris primi, hoc est sanctificationis agnatæ, inuocabimúsque & nos vniuersorũ deum, propheticum illud prouerbium dicẽtes: Domine, extra te alium nescimus, nomen tuum nominauimus. PAL. Vrbanissime dixisti. CYR. Videbis autem rem non aliter se habere, si ea quæ à filiis Israel olim gesta sunt tecum expenderis. Quãdo quidem Ægyptij olim fame depellente, etiam nobiles & ex radice sanctorum liberos in seruitutem inopinatã & inexpertam subiugantes sibi ferociter opprimebant, talem suæ in illos crudelitatis occasionem componentes. Surrexit enim, inquit, rex alius super Ægyptum, qui nesciebat Ioseph, dixit autem genti suæ: Ecce gens filiorum Israel, magna valde multitudo prævalet super nos, venite opprimamus eos fraudibus, ne forte multiplicentur, & quando acciderit nobis bellum, addãtur & isti aduersarijs, & debellantes nos egrediantur de terra. Contristabat enim Ægyptiorum terræ imperantem, etiam velle aliquando libertatem à violentis vocatis videre eos, qui præter voluntatem subiecti erant. Et præfecit eis, inquit, præfectos operum, vt affligerent eos in operibus, & extruxerunt ciuitates munitas Pharaoni, Phiton, & Rameses, & On quæ est Heliopolis. Fructus enim erant intolerabilis sæuiciei, ærumnæ perpetuæ in luto & latere, ciuitates munitæ turribus exaltatæ, & in agris palearum congregatio. Sine mercede autem hæc & magno sudore & laboribus perficiebantur. Etenim mundi rectores huius seculi, vbi manibus suis cœperint miseras hominum animas luto & lateribus, & his quæ super terram & circa diuexãt, molestaque & inutili distractione addictas tenent. Sic enim carnalia opera vitam difficillimam, & amarissimam suscipere cogunt. Vnde laborare coactis nulla vtilitas. Quid enim vtilitatis opera carnis, & affectiones miseræ animæ afferrent? sed à nobis diabolo & dæmoniis lucrum quoddam accedit, & aduersariorum regno, & diuitiæ & gloria erunt, quemadmodũ scilicet & Pharaoni ad magnam cedebat gloriam, quod ciuitates illi extruere cogebantur sine cibo & mercede filij Israel. PAL. Sic habet, etenim sermo ille valde verus est. CYRILLVS. Itaque labor filiorum Israel figuram & quasi imaginem inanium & prophanorum super terram studiorum nostrorum depingit, satana & aduersariis potestatibus malignis cum eo, vrgentibus & compellentibus. Eos enim diuina scriptura nomine præfecti operum significat. Ego autem hoc dixerim grauem occupationem, quæ plena quidem sudore & labore, fit autem quasi luto & immunditiis & obscœnis voluptatibus. Verum miserabatur & tunc Deus eorũ, qui durissima & crudelissima ab Ægyptiorum tyrannide ferre, & indigne seruire cogebantur. Ministrum enim sue in illos manuetudinis optimum statim excitauit Mosen. Nónne & erga nos hæc ipsum facere inuenimus? Nam quũ prolapsi fuerimus in peccatum, concedit quidẽ misericordiam, mediatorem autem ad liberam ducentem vitam, in omnium cordibus suam immittit legem. PAL. Intelligo quod dicis.

CYR. Vis igitur lata historia diuisa, sequentia vt habent dicamus? PAL. Vtique. CYR. Scriptum est igitur sic: Et post hæc ingressus est Moses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus deus Israel: Emitte populũ meum, vt mihi festum agant in deserto. Et dixit Pharao: Quis est cuius audiam vocem, vt dimittam filios Israel, non noui Dominũ, & Israel non dimittam. Etenim Moses & Aaron affirmabant Israelitas debere dimittere terram & regionem Ægyptiorum, vocante Deo ad festum. Festum enim reuera est, liberari ab inuoluntario seruitutis iugo, & deo subdi, & quæ grata illi facere, nullo obsistente & cogente, vt eligamus & diligamus quod illi placet. Multum autem nugatur Pharao, & cõtra diuinam gloriam blasphemat, dicens se nescire, quis sit dominus, neque se dimissurum populum. Porro diuinus Moses nullo modo cessat & affirmat oportere facere, quod deo placet. Nam impediente satana, eos qui sub se sunt, ne liberè abeant, oportet opinor viriliter resistere & superare omnia præpedimenta, minime etiam formidare, sed vrgere dicentes: Deus Hebræorum vocauit nos. Ibimus itaque viam trium dierum in desertum, vt sacrificemus deo nostro, ne forte occurrat nobis mors & cædes. Hæc enim nobis tunc sapiens clamabat Moses: Non enim, ô Ægyptij, sicut à nobis fit, vitulus à vobis Hebræis colitur, neque sus, neque capra, neque statua viri, neque volatilium figuratio, neque reptilium imagines quæ in templis statuuntur nobis sunt. Vocauit autem nos deus & Dominus, qui vniuersum hoc fabricauit. Magnus igitur Hebræorum deus, & non ordinandus cum Ægyptijs, sed est super omnem creaturam, qui in desertum nos vocat, vt offeramus illic ei sacrificiũ sibi gratum. Sanè Ægyptus obtenebrata dicitur. Recte autem opinor debere nos, liquidem spirituales sumus, spirituali conferre eam, quæ in vmbra & figura. Oportet enim nos abire ab omni re quæ obscurare solet. Et quẽadmodum ingressos in regionem, quæ tyranno subiecta, satanæ inquam, pronitatem peccandi, strenuè vrgere, vt mutetur in liberam & puriorem vitam, & incedere in viam conuersationis quæ in lege, & nõ eam quæ subdita dæmonibus, tunc enim bene poterimus iustitiæ fructus sacrificare deo. Mittendos verò dicit filios Israel in viam trium dierum per desertum, hoc autem, ne sint propè termini impietatis & vitæ impurioris, significat. Sapienterque monet diuinus Moses, & bona occasione, multum separari debere ab Ægypto, eos qui à deo vocati sunt, ne fortè occurrat nobis mors vel cædes. PAL. Et quid nam hoc est, nõ enim in promptu est omnibus qui intelligere vellent. CYR. Ego dicam: Ægyptiis mos erat, seruatus autem est mos ille ab idololatris vsque in hunc diem, vt ingredientes in tẽpla, caueant occurrere mortuo corpori. Summam enim coinquinationem hoc dicunt. Et hæc non solum in Isidis requirunt festis, sed & in communibus spectaculis. Itaque ex ipsorum moribus sentire illos vult, quod non possint ipsi sacrificare in aperto loco, vbi eos prohibeat, si forte occurrat mortuus vel occisus: hoc est vel lege naturæ mortuus, vel violentia morte interemptus. Vobis enim dicebat templa sunt ac delubra, fenestræque & portæ intra quę confugientes purè sacrificare potestis, sicut vos putatis: nos autẽ cogeremur in media vrbe, in triuiis & agris sacrificare exposito periculo, quod mortuorum spectaculo polluamur. Hoc enim videt omnino impedire. Et historiæ quidem sermo sic se habet, vt in Ægyptiorũ moribus verisimile. Est autẽ rectè dictũ à Mose sapientissimo, etiamsi spiritualiter intelligatur. Oportet enim nos quasi in deserto sacrificare, & sanctum festum perficere domino, atque ab Ægyptiis separatos cauere, ne mortuos videamus. Ociosa enim mente & longe secedente, ne mundano more obtenebretur, & liberante oculũ à rebus quæ ad mortalitatem & corruptionem adducant, sacrificemus purè omnipotenti deo. Opera autem mortua sunt ea quæ carnis: mundana verò obtenebratio, ex malis & friuolis occupationibus vapor purum & lucidum mentis oculum coinquinans, à quibus purè deo seruire volentes, separari debere, etiam historiæ docet sermo. PAL. Etiam hoc est clarum, reliqua igitur pertractemus. PAL. Israelitas magnum & ingens pristinæ libertatis tenebat desiderium. Vnde respicientes tum ad hoc, grauiter prouocabat, ad iram eum qui seruitutis iugo ipsos alligabat, ita vt opus ocij esse id genus desideriorum, dicens, intentari iubet operosum laborem. Et constructio præter morem exigebatur, & distributio palearum insolito modo negabatur. Dicebant enim: Quia vacatis, ociosi estis, propter hoc dicitis: Eamus & sacrificemus Deo nostro. Nunc igitur euntes operemini, palea enim non dabitur, & ipsam laterificij constructionem dabitis. Videbant autem scribæ filiorum Israel seipsos in malis dicẽtes: Non relinquetis à laterificio, quod pertinet ad diem,

Occurrerunt autem Mosi & Aaroni, venientibus illis in occursum: Respiciat super nos Deus & iudicet: quia abominabilem feciſtis odorem noſtrum coram Pharaoné, & coram ſeruis eius, vt dareris gladium in manus eius vt occidat nos. Nónne amice verum eſſe dicis, quod quando quis voluerit à iugo diabolicæ improbitatis liberari, & præclaram liberamq; gloriam cultus diuini eligere, vacare ſcilicet & videre verè dominũ, ſicut in Pſalmis cantatur: Vacate & ſcitote, quia ego ſum dominus. Improperabit nobis id ſtudij tanquam prophanam rem, & qui inſurgit cum aliis malis & immundis ſpiritibus, omnium inimicus, ſecundum ſuam cõſuetudinem crudeliter coget, carnali & terrena immundicia & mundanis diſtractionibus occupari, nec permittet auelli à ſolita malicia, difficultatem & in hoc faciens, quaſi non ſatis antea eſſet moleſtiarum & malorum. Hoc enim opinor ſignificare laterum cõſtructionem, & priuationem eorum per quæ illa facile fieret, vt ſunt fœnum & palea. Natura autem ſolemus tunc magis promptè ac fortiter ſolita inquirere, & feruentioribus deſideriis ad ea accendi, quãdo aliquid apparet intercedere quod quaſi neceſſariò vrgeat ad id quod impoſſibile aſſequi. Sanè diuina lex quæ humanam mentem poſt peccatum inſtruit, ideò amara eſt, & ad id quod hæc maxime deſiderat, inuitat, quaſi contra legiſlatorem clamare docens. Quod in vmbra demonſtrent tibi ſcribæ filiorum Iſrael, qui diuexabantur operibus, & in his difficilem viam videbant. magna enim palearum caritas erat, vnde multũ increpabant Moſen & Aaronem, huius rei autores illos fuiſſe dicentes, & nunc moleſtiorem improbitatis occaſionem tyrannis datam, non aliam ob cauſam, quàm quod perſuaſi ſint illorum ſermonibus, libertatis ipſos magno deſiderio teneri. PAL. Non putas illos dicere conſectanea & vera? CYRIL. Omnibus modis ô Palladi. Simul enim ac nos deſiderium vtile & recta ratio reduxerint, vt velimus ea quæ deo probantur, & legis quæ pietatem docet memores ſimus. Vrget omnium inimicus, vt deterius habeamus. Veruntamen prodit ac ſeruat deus. Vnde & dicebat ad Moſen: Vade, dic filiis Iſrael: Ego dominus, & educam vos de potentia Ægyptiorum, & liberabo vos de ſeruitute eorum, & redimã vos in brachio excelſo, & iudicio magno, & ſumam vos in populum mihiipſi, & ero veſter deus, & ſcietis quia ego dominus deus veſter, qui educo vos de terra Ægypti, de potentia Ægyptiorum. Auertente enim nos ſatana, & teſtituente ab omni bono deſiderio, & ad illud propenſione, per quæ poſſumus impelli: adhortatur ad bonam voluntatem lex Dei, immortalem quidem adiutorem oſtendens, & craſſa ſpe extimulans ad audaciam & fidem, deoque tribuens vt ſaluatori & redemptori ſalutem. PAL. Quàm bona res eſt ac ſalutaris credere & deſiderare ſequi deum? CYR. Recte dixiſti. Venit ad bonum finem fides, ſiquidem nos ſermonem ad ſuum ſcopum direxerimus. Poſtquam enim venerunt ad Pharaonem Moſes & Aaron, differentes iterum, vt dimitteretur Iſrael ex Ægypto, & ſoluerentur antiqua vincula: ſignis quæ eloquio potiora videbantur placare volebant, virgæque in ſerpentem tranſmutationem oſtendebant, & adhuc maiora ſe poſſe facere opera promptiſſimè, per deum promittebant. Ille autem ſuis magis præcipiebat, vt paria facerent, quaſi per hoc clamans: Non ignari iſtorum operum ſumus nos, plurimi autem apud Ægyptios vobis ſimiles, & id magorum ſtudium eſt, vt mira operentur, è quorum numero & vos eſtis. Quum igitur obduraretur, & Iſraelem non dimitteret, intentatæ ſunt quatuor plagæ aliæ aliis grauiores. Aquæ enim in ſanguinem mutatio mirè facta eſt, ranæque & cyniphes, & muſcæ caninæ poſtremum. Mollior autem quodammodo ex intolerabili plagarum neceſſitate Pharao, accerſito Moſe inquit: Euntes ſacrificate deo veſtro in terra. Et dixit Moſes: Non poteſt ſic fieri, nam abominationem Ægyptiorum coram eis ſacrificabimus Deo noſtro. ſi enim ſacrificauerimus abominationes Ægyptiorũ, coram ipſis lapidabimur, viam trium dierum ibimus in deſertum, & ſacrificabimus domino deo noſtro, ſicut dixit nobis. Et dixit Pharao: Ego mittam vos, & ſacrificate Domino deo veſtro, ſicut dixit vobis. Et dixit Pharao: Ego dimitto vos, & ſacrificate Domino deo veſtro in deſerto, ſed non longe procederis eundo. Etenim ſatana ſe opponente, vt noſtræ in bonis alacritati oblectetur, ſciẽs illius maliciam deus ſtrenuè ei reſiſtit, & temerarium comprimit, plagiſq; manſuetiorem facit. At ille vix & inuitus permittit, tentatque vt perſuadeat cultum deo fieri nõ diligentem, & ne omnino à ſeruitute ipſius exeamus. Non enim extra ſuam terram, ſed in ea deus Iudæis ſacrificare præcipit. Sapientiſſimè autem dicit Moſes, non poſſe fieri. Fit enim ſemper malorum doctor, ille peccati inuentor. Reiicit autem lex diuina ea, & negat facere quæ illi probantur. Attendendum igitur his, qui recte viuere volunt, non quid præſcribat impoſtor malignus, ſed quid diuinum nobis oraculum dicat: Lex enim, inquit, pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. PAL. Verum eſt. CYRIL. Itaque dum nos continet, vel cohibere & ſub ſe eſſe vult malignus, dicamus: Seruiendum & vni ſecundum naturam deo, longe abeundum à duplicitate animæ. Dicamus item: non poteſt ſic fieri. Nullus enim poteſt ſeruire duobus dominis, vel enim vnum odio habebit, & alterum diliget: vel vni adhærebit, & alterum contemnet. Sciſſa eſt autem iterum: Væ cordibus timidis & manibus diſſolutis, & peccatori eunti per duas vias. Oportet enim purum & immaculatum fieri cultum deo omnipotenti, egreſſoſq; ſemel à via illa ire, & ſtrenuè meliora quærere. Aliter etiam abominationes Ægyptiorũ inquit, ſacrificemus domino Deo noſtro. Si enim ſacrificauerimus abominationes Ægyptiorum, coram ipſis lapidabimur. Et quantum ad hiſtoricum ſermonem attinet, congrua eſt deuitatio. Abominationes hic inquit, cultus. Vituli autẽ ab Ægyptiis colebantur. Hoc autem dicit: Si Hebræorum deo ſacrificauerimus, exacerbabimus in iram vndique & omnino Ægyptios, intolerabilem rem facientes. Interim etiam probabilis ſermo, quantum ad contemplationem attinet ſpiritualem, nõ mediocrem habet vtilitatem. Quod enim maxime colere ſolet, maximéque facit dæmonum multitudo, nos mactantes, inde gratiſſimum Deo cultum perſoluimus. PAL. Quomodo dixiſti? CYRIL. Nónne carnis affectiones in precio apud illos ſunt? & non omnino propter ſeipſas, ſed quoniam per illas perimus, & in ſeruitutem per illas redigimur. PAL. Verum. CYR. Has igitur occidentes, & quaſi immolantes in odorem ſuauitatis erimus deo. Scribit autem Paulus ſic: Exhibete corpora veſtra hoſtia viuam, bene placentem deo, rationalem cultum veſtrum. Recte hoc quis conceder. Mortuorum membra, ea quæ ſuper terram, fornicationem, immunditiam affectionem, concupiſcentiam malam, & auaritiam. Vnaquæque affectionum noſtrarum, ſpiritualiũ Ægyptiorũ eſt abominatio, hoc eſt colendiſſimum quid. Quod enim mos ſit diuinæ ſcripturę abominationem dicere, quod inter idola habetur, & quod cultui proſtat, perſuadet deus dicens per Hieremiæ vocem de Iudæorum ſynagoga: Dilecta in domo mea fecit abominationem Ægyptiorum, hoc eſt execrationem & deuiationem, negligente officium ſuum mente. Quæ enim mos eſt odio haberi, & abominalia eſſe, & à nobis in odorem ſuauitatis offeruntur Deo, & hoſtia ſpiritualis, fides, manſuetudo, cõtinentia, modeſtia, mutuus amor, & ad mutuam gloriam. PAL. Et quínam ſunt, qui in terra maligni intelliguntur ſacrificantes, & qui extra terram. CYR. Nam illi qui nondum egreſſi ex Ægyptiorum terra, & deo ſacrificantes in ea, multi & innumerabiles: qui autem extra & in deſerto valde pauci & demonſtrabiles. Vocati itaque ſumus omnes ad libertatem quæ eſt per fidem in Chriſto, & redempti à tyrannide diabolica, Chriſto nos ad hoc ducente, qui antiquis pulchre præfiguratur, nempe in Moſe & Aaron. Nam in hoc Emanuelem legiſlatorem eſſe, & ſummum ſacerdotem, & Apoſtolum diſpenſatiuè intelligimus. Multi enim ex vocatis morantur in antiquis malis, mente autem à mundano errore nõdum perfecte egreſſi, quaſi in nuda & ſola fide ſeruiunt deo: hos eſſe dicimus eos qui in Ægypto ſacrificant, hoc eſt parum egreſſos. Non multum enim cõtendit duricordis Pharao, etiam ſi quis egrediatur ab Ægyptiorum terra. Etenim qui in perfecto ſtatu Deo in bono beneplacere volunt, liberatique omnino ſunt à mundana confuſione feruntur extra Ægyptum eſſe, & tyranni manum effugere, & quaſi in deſerto ociosa & libera vita puri, purè ſacrificare Deo dixerim ego: & quaſi quemadmodum longiſſimè à terra Ægyptiorum habere decet eos, qui currunt ad veritatem, ex eo quod ſeruiunt creaturæ ſuper creaturam, & ad agnitionem eius qui ſecundum naturam eſt deus veniunt. Egreſſi enim ſunt nondum perfectè, qui reliquias antiqui errotis à mente ſua nondum aboleuerunt. Obſeruant enim quidam menſes ac dies, & tempora, & annos, hi qui ad liberam

beram dignitatem Chriſti vocati, adhuc habitantes in Ægyptiorum terra ſacrificant Deo, valde inuoluntariam ſatanæ vitam ſeruantes. Si quis autem perfectè priſtinis moribus valedixerit, in deſerto ſacrificat, & laudatiſſimam agit vitam. PALLADIVS. Aſſentior, recte enim intelligis, ſed noſter ſermo feliciter pergat.

CYRILLVS. Itaque mendax fit, & non ſeruat promiſſionem Pharao, non dimittens Iſraelitas, & deinde tribus aliis plagis verberatus, & vix miſſionem concedens, verbis deprehenſus eſt iterum mendax. Mendax enim eſt, & in veritate non ſtetit, iuxta ſaluatoris vocem. Grandinem autem violentiſſimam immittit Aegyptiis interminante Deo, & vlcera, & locuſtam campi vaſtatricem, ſiquidem iuxta Græcorum vocem ἀγριολέτηρα dicere voluerimus, tunc tandem & vix iterum eloquentes & incorrupti Pharaoniacæ abominationis protectores, plurimam contra eum vocem extollentes dixerunt: Vſquequo erit nobis hoc ſcandalum? dimitte homines vt ſeruiant Domino Deo ſuo, an ſcire vis quod periit Aegyptus? Hic iterum mihi intelligere licet ea per illũ quæ vincere congruat. Sunt enim corda dura, & quæ mulceri nequeant, niſi tarde & ægre, venientia tamen tandem ad mediocrem ſenſum diuinæ iræ, at ille ineffabili crudelitate excellens, & ſummè obturatus eſt. Scriptum eſt enim: Cor tuum conſolidatum eſt vt lapis, & ſtetit ſicut incus immota. Itaque quum multum clamaretur contra eum, dixit tandem ad Moſen: Ite, & ſeruite Deo veſtro. Qui autem & qui ſunt, qui ituri. Et ait Moſes: Cum iunioribus & ſenioribus noſtris ibimus, cum filiis & filiabus, & ouibus, & bobus noſtris. Eſt enim feſtum Domini Dei noſtri. Et dixit ad eos: Sit ſic. Dominus vobiſcũ, ſicut dimitto vos, nunquid etiam ſupellectilem veſtram? videte, quod nequitia ineſt vobis, non ſic. Ite autem viri, & ſeruite Deo. Hoc enim ipſi quæritis. Intellige itaque amice, quod Moſes optimam dicendo fecerit copulam. At ille non ſic inquit, ſed ex parte dimittendos, & dicebat obſides abeũntium fore relinquendos, & remanere debere in Aegypto ſupellectilem. Eant enim omnes veſtri adoleſcentes, inquit, & quicquid perfectæ ætatis eſt. At diuinus Moſes affirmabat, nullo contempto eundum eſſe, tam adultis quàm non adultis, filiiſque & filiabus, & boum armentis & alijs iumentis. Etenim hoc decet, vt ſic agant, qui deſiderant veram libertatem adipiſci, & à mundanis malis liberari, viámque virtutum incedere, vt nullas ſuæ animæ & mentis reliquias relinquant, propter quas iterum maligni crudelitati ſubiiciantur. Inuitat autem ad hoc diuina lex: Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, iuxta pſallentium vocem, & omne genus ætatis quæ in Chriſto intelligitur. Quos diuinus Ioannes alloquitur, dicens: Scripſi vobis filioli, quoniam cognouiſtis patrem: ſcripſi vobis patres, quoniam cognouiſtis eum qui ab initio: ſcripſi vobis adoleſcentes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum, licet & aliter intelligi. Adoleſcentes gerunt fortitudinis typum, ſenes verò prudentiæ, filij denique et filiæ pueritiæ quæ in Chriſto intelligitur. Fortitudine enim ac prudentia, et ſimplicitate quæ in Chriſto, intelligitur diſcedimus à peccato in ſanctificationem. Viriliter enim, inquit, agite, et confortetur cor veſtrum. Et iterum: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, et ſimplices ſicut columbæ. Dicens autem, quod oues et boues ſimul abeant, deſignat, opinor, etiam corporales et craſſiores noſtras affectiones ſatanæ non relinquendas. Vnde diuinus ſcribit Paulus: Sicut enim exibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ et iniquitati in iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſticiæ ad ſanctificationem. PAL. Quare igitur dimittit adultos, alios autem ſibi acquirit Pharao.

C. Quæ nam dicis in Aegypto manere? PAL. Etant, opinor, mulieres, pueri, non adulti, et infirmi ſenes, et bruta animalia.

C. Et quomodo vir optime, illud non intelligis? PAL. Quod nam dicis?

CYR. Iuuenes et adoleſcentes floridæ ætatis, magis ad pietatem idoneos putat, et qui euadant etiam nolentibus his qui reſiſtunt, valéntque ſeipſos ab opprimentibus eripere, ſecundum quod ſcriptum eſt: Reſiſtite diabolo, et fugiet à vobis. Sed eos qui viriliter agere nequeunt retinet, et imbelle, et infirmum genus amat. Itaque in hoc intelligitur ſenſus muliebris & mollis, ac quodammodo non adultus, & ſine robore pueriliſque adhuc, ſicut in bobus & ouibus craſſior & irrationalis figura ponitur. PAL. Bene dixiſti.

CYRILLVS. Iterum rigidus & auſteræ mentis vir Pharao mentitur, & quum iam immiſſæ locuſtæ totam eius regionem, vt dicitur depaſtæ eſſent, accerſiti fecit Moſen. Cui vt ingreſſus eſt Pharao, inquit: Ite, ſeruite Domino Deo veſtro, veruntamen oues & boues relinquite, & ſuppellex veſtra eat vobiſcum. Et dixit Moſes: Sed & tu dabis nobis holocauſta & hoſtias, quas faciemus Domino Deo noſtro, & iumenta noſtra ibunt nobiſcum, & nõ relinquemus vngulam, ab illis enim accipiemus ad ſeruiendum Domino Deo noſtro. PAL. Et quę ſenſum his quæ à ſapientiſſimo Moſe dicta ſunt accommodabimus? vel quomodo quis accipiet ea quæ ab Ægypto & Pharaone, & offeret Deo?

CYRILLVS. Etiam amice, manifeſtus eſt ſermo. Nam qui obluctatur his qui piè agere volunt, & pugnat, niſi omnino liceat quoſdam illi ſubeſſe, tametſi vel ex parte eos habere deſiderat. Quod autem diuina lex celerr.mum quendam diſceſſum facere doceat, & nihil penitus ſinere ſub illo relinqui & manere, & neque animæ particulam, neque corporalis ſenſus occaſionem, præterea autẽ & optima & pulcherrima quæque mundanæ vitæ, Deo offerenda eſſe. Hoc enim opinor ſignificare, quod acceperint de Ægypto, vt offerant Deo. Nónne hoc faciunt, qui per mundanam ſapientiam ſacris & diuinis doctrinis opitulantur, luculentum ſermonem, & ſenſuum acrimoniam ſectantes, cultúmque rationalem Deo perſoluentes. Omnis enim ſapientia à Domino, ſicut ſcriptum eſt: At non dicimus gentilium poetas, & librorum ſcriptores in tam præclaram eloquentiam peruenire. Vnde & diuinus Paulus? Non ſpiritum mundi huius accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo, vt ſciamus quæ ex Deo donata ſint nobis, quæ & loquimur, non in perſuaſibilibus humanis ſermonibus, ſed in demõſtratione ſpiritus. Quod autem Moſes verè in vmbris adhuc, eximia mundanæ vitæ non reiectanea fore dicens Deo naturali, ſtatim oſtendit euidenter, veruntamen vt in vmbra & figura. Quum enim Deus præciperet ſpoliare Aegyptios, vaſáque aurea & argentea mutuari debere inquit à contubernali & vicino, quod etiam perficitur per mulieres. Res enim ſtridula & loquaciſſima ſemper eſt, & ad deceptionem idonea. Vaſa autem opinor argentea & aurea Aegyptiorum, quemadmodum iam dixi ſunt ea, quibus ornari ſe homines putant, etiamſi Deum verum non agnouerint. Eſt autem quod dico tale quiddam. Nam iterum communes ſunt omnibus hominibus mentis & animæ motus, & in quolibet ſtudium boni ac mali, ſed alij quidem naturæ bonis vſi bene præclaram & eximiam vitã agunt: alij verò ad ea ad quæ non decet, bona naturæ adulterantes quodammodo vertunt, vt ad turpia eant. Et fortitudo & prudentia bona ſunt his qui bene vtuntur, damnoſa autem his qui non recte ſe gerunt. Nam licet quidem viriliter agere & ſentire cum plauſu & laudibus, licet autem idem poſſidere, & cum multa deploratione. Hæc autem communia ſunt, & in omnibus tam his qui errant, quàm his qui Deum nouerunt. Quando igitur priſtinam in malo fortitudinem & prudentiam ad ea quæ Deo placent conuertimus, quaſi ab Aegyptiis recepta, et ex mundana vita, ſacra & accepta Deo erunt, adaptãtur enim virtutis vſui, et ſanctificationis miniſterio, quaſi ex Aegypto vaſa aurea et argentea ad conſtructionem et perfectionem ſancti tabernaculi, conducibila eſſe declarata ſunt. Porrò poſt ſpoliatos Aegyptios primogenitorum mortem, redempti ſunt tandem filij Iſrael, immolato in figuram Chriſti agno. Neque enim aliter redemptio obtineri poterat, quandoquidem eà omnis per Chriſtum eſt, et per ipſum omne donum bonum. Emittuntur autem circiter mediam noctem ab Aegyptiorum terra, qui à tenebris & ſeruitute liberabantur. Seruitus enim peccati ſemper quodammodo in tenebris ſpiritualibus, & nõ in diuino lumine eſſe ſoleт. Nam quiſquis male agit, odit lucem, iuxta Domini vocem: Sine fermento autem farina effertur, & abſque pulmento fugunt. Cogebant enim, inquit, Aegyptij populum, vt feſtinãter de terra eiicerent eos. Dicebant enim: Omnes nos morimur. Tulit autem populus farinam ſuam, antequam fermentarentur maſſæ eorum ligatæ in veſtibus eorum ſuper humeros. Non enim opinor Deo adhæ-

Pſal. 45.
Exod. 7.
Exod. 8.
Pſal. 118.
Matth. 6.
Eccl. 2.
Exod. 10.
Iob 41.
Roman. 12.
Matt. 10.
Rom. 10.
Iſa. 1.
1. Cor. 2.
Ioan. 3.

suros familiariter, efferre vllas malitiæ reliquias, neque aliena E & prophana alimenta in viaticum corradere debere, nempe spiritualia: sed amare non fermentata, & desiderare posthac panem viuificantis mundum. Qui enim tales sunt, purè festum agunt, acceptúmque Deo perficientes cultum sub ipso manent semper. PAL. Nónne ô amice, sentis quod oporteat sanctæ & religiosæ quæ sub Christo est, & absque tyranno vitæ cupidos, vt sint boni & Dei amatores, festinare, quo sacrificent non in hostium terra: hoc est non existentes in habitu & consuetudine peccandi ac reprehensibili, sed in alacritate potius virtutum, & statu morum à diaboli tyrannide alieno, vel aliter habere quàm sic suspicaris?

CYR. Rectè sermo noster habitus est, & si placet pergam, vt per aliam etiam imaginem istud ipsum consideremus. PAL. Placet.

CYRILLVS. Postquam inhabitatores sanctæ ciuitatis Hierusalem, inquam, vniuersorum saluatorem Deum, per suam in quibuslibet malis perpetrandis defectionem relinquere ausi sunt, in Babyloniorum venêre manus, qui mancipatos seruire cogebant. Cedere enim imperantibus & obtemperare illis etiam nolentibus necessitas erat. Vnde mœrentes & calamitates inexpectatas deplorantes, vel sic saltem breue laboris refrigerium interdum quærebant. Licebat autem in diuinis F laudibus & psalmis sui mœroris hebetare acerbitatem. Memor
Psal. 70. enim fui Dei, & lætatus sum, inquit, diuinus Dauid. Festum autem dixerim spirituale, laudum cantus, sed persoluturis illos indignum videbatur, dum consueta perficiunt, tam dulcem vocem alienorum auribus immittere, & istud suauissimum & blandissimum melos, quodammodo iam & in aerem iactare, deridentibus interdum Babyloniis, & indignantibus per omnia organicæ modulationi. Proinde & dicebant: Super flumi-
Psal. 136. na Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, in qua secundum leges & ritus Iudæorum laudis sacrificium offerebatur, quod in cordis & organis perficiebatur, & oblectans modulationibus diuinum templum ingredientes. Quoniam autem erant alieno iugo constricti, dicunt: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, quod significat cessationem à cantilenis: per hoc signantes sterilem, imò fructiperda est salix arbor. Sic enim ὠλεσικάρπον φυτὸν à Gentilibus poetis appellata est. Itaque & in immundicia & neglecta iacebant canticorum organa, & huius torporis causam deplorantes dicunt: Quomodo cantabimus cãticum Domini in terra aliena? Quum autem attulisset eis Baruch Hieremiæ sermones, flebant omnes & ieiunabant, & venerunt vt orarent coram Domino, & congregabant pecuniam prout vniuscuiusque manus poterat, & miserunt ad Ioakim, filium Helkiæ, filij Salom sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum, qui inuentus cum illo in Hierusalem. Et post alia: Et dixerunt, Ecce misimus ad vos pecuniam, & emite pecunia holocaustomata & pro péccato, & thus, & facite mencha, id est oblationem, & perficite super altare Domini Dei nostri. Congruere enim putabant, inquit, non sacrificare adhuc à terra quidem sancta separatos. Agebant autem tunc iam non sub Deo, sed subiugati quasi alteri in tyranni manum inciderant, etiam his qui adhuc sanctam inhabitabant ciuitatem, & sancti sacerdotij gloriam sortiti erant, cultum assignant recta ratione gubernati; ad considerandum id quod decebat & oportebat. Quin & ipse sapientissimus Daniel sacris occupabatur studiis, Dan. 6. existens cum aliis captiuis, necessariam rem sapienter ostendendo, & quomodo dicam? Orabat enim tribus diei temporibus, & erant ei apertæ ac spectantes versus Hierusalem fenestræ in cœnaculis. Scriptum est enim sic: Nam tunc vix fore acceptam apud Deum suam arbitrabatur orationem, ex aliena infensáque terra. Nam licet corpore separabatur, saltem vel cogitationibus, & animi oculis, Deo gratissimam terram videre, ácque in ipsum quodammodo templum, pro quibus volebat preces immittere studebat. PAL. Euge, absolutus est sermo omnis per quàm verè.

DIVI CYRILLI ALEXANDRINI *Archiepiscopi, de adoratione in spiritu & veritate cum Palladio dialogi finis.*

BEATI

Beati Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini, ad pientissimum ET CHRISTI AMANTISSIMVM *Regem Theodosium, Epistola.*

QVONIAM vestræ christianissimæ maiestatis opera, auditu digna, eximia, atque adeò ineffabilia ac studium quoque erga religionem incomparabile (vtpote sortem quandã superne vobis collatam) à telis inuidiæ inuicta asseritis, insignita in cunctis honestis negotiis dexteritate quam hæreditario quodam iure à patribus & auis possidentes, in præsentibus negotiis nunc potissimum clarescere facitis: nimirum rectè vobis saluatoris nostri voces aptarim, dicentis: Non potest ciuitas ocultari supra montem sita. Fermè enim ea quæ in sublimi sunt, ita se habent, vt vndique conspicua sint. Quid mirum igitur, si hoc & vestræ serenitati, cui nullus status æqualis est tribuatur? quandoquidem sceptrorum vestrorum claritas in summum peruenit fastigium. Et æquissimarum quidẽ legum splendor, omnia vndique iubare suo tanquam surgur illustrat: at mansuetudo pietásque in Christum exhilarat etiam cœlum ipsum, hoc est, supernas & rationales ac cœlestes virtutes. Estis enim sic in vtrisque admirabiles, vt quum vestræ illę virtutes de primatu certent, in omni celebritatis genere victores euaseritis. Igitur ô Theodosi, rex Christianissimè, dum vobis alij exhibent victorias, coronas, gratulatoriásque voces, & alia quibus regis potentia iure honoratur: nostri, qui diuino fungimur sacerdotio, muneris fuerit offerre libros ad diuinã potissimum gloriam compositos. Quippe vobis familiare, & omnibus precibus optatum est, vt veros sacerdotes concilietis, & eos qui debacchantur in illos abominemini, inque maximorum hostium numero censeatis: honore interim omni dignantes cunctos, qui ea quæ ad gloriam Christi attinẽt sapere & loqui voluerint: quod studij vt sanctis dignum, ita vestris celsitudinibus longè dignissimum dixerim. Sic enim diuinus propheta Dauid in saluatorem Christum psallens inquit: Nónne odientes te, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Profecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Neque parum probabilis est sermo hic. Etenim quemadmodum hi qui se eis qui vos diligere solent, ob Regis est per quam nescio stoliditatem, nolunt opponere, euidens suæ erga vos beneuolentiæ specimen exhibent: ita & illi germanum erga sequi hostes Christum amorem declarant, qui calumniantibus illum, se obiiciunt, & quasi quod in diuina scriptura habetur dicunt: Zelan- veritatis. do zelatus sum domino. 3. Reg. 19.

Operæprecium autem erit, vt narrem quidnã sermones mei oblaturi sint. Veniam date mihi: non enim tam contra regem dicere statui, quàm pro gloria Christi, qui cum summo vniuersorum rege patre suo principatum gerit, de quo & solo dicere decet: Per me reges regnant. Est enim idem gloriæ dominus & in cælo & in terra. Igitur consectaneum ac necessarium fuerit, vt nos san- Prou. 8. ctorum dogmatum protectores, in hoc à deo præordinati, vt sermones ad patrocinandum aptos, volentibus gloriam eius contumeliis afficere, opponamus: ij lectoribus proderunt, & aliis quidem, qui cor habent hincinde agitabile, & quo facile ad ea quę Vtilitas lib. non conuenit, rapitur, vtilissimum sit subsidium: aliis autem in fide rectè incedentibus, baculus quidam quo se sustinere valeant ad hoc, vt magis confortentur, & solidam rectæ fidei traditionẽ seruent. Quis igitur ille est, qui aduersus gloriam Christi pugnat? plurimi quidẽ, qui olim malignitate diabolica inducti, præ omnibus autẽ Iulianus, qui imperij gloriabatur insignibus, ignorabátq; regni & potentiæ imperij datorem Christum. Nam antequam regnare inciperet, inter fideles recensebatur: assequutus autem erat Iulianus in & ipsum sacrosanctum baptisma, quin & in sacris libris eruditus erat: ignoro autem quî factum sit, vt flagitiosi & superstitiosi viri monasterio facti sint ei familiares, qui eum sermonibus suis vt deficeret illicientes, deinde assumpto in hoc cõmilitone satana, ad gentiliũ spi- enutritus et ritus clàm induxerunt, & immundorũ dæmoniorum cultorẽ effecerunt eum, qui in sancta ecclesia & monasterijs fuerat enutritus. eruditus, in Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua, sicut sapiẽtissimus Paulus inquit. Aio autẽ quod ij, qui solidũ sensum habere & idololatriã rectæ fidei traditionem sicut margaritam quandam in mente retinere volunt, etiam nullum accessum, vel saltem cum fiducia lo- incidit. quendi locum his qui superstitiosum cultum sequi solent, dare debeant. Scriptum est enim: Cum sancto sanctus eris, & cum vi- 1. Cor. 15. ro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Quum igitur potentissimus Iulianus linguã Cauendum sortitus esset disertam, acuit eam contra nostri omnium dominum saluatorem Christum, & tres conscripsit libros aduersus sancta prauum cõ- Euangelia & contra piam Christianorum religionem, quibus multos commouit, & haud mediocriter offendit. Etenim leues fa- sortium fi- cileque mobiles in eius laqueos cito cadunt, fiúntque dæmoniis dulcis esca. Turbantur autem interim nonnihil etiam ij, qui in fide delibus. profecerunt: credunt enim ipsum sanctas diuinas literas nosse, quandoquidem ex ipsis varia testimonia in suis libris acumulat, quã- Psal. 17. uis ignoret quæ dicat. Quoniam autem plurimi superstitiosi, cõuenientes eos qui Christum sapiunt, susque déque prætexunt, no- Iulianus bis exprobrantes illius contra nos scripta, & dicunt tanta grauitate ædita, vt carpi nusquam valeant, nullúmque adhuc inuentum tres libros esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere vel subuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis atque fisus Christo scripsit con- dicenti: Et nunc vade, & ego aperiam os tuum: accommodaui me vt decutiam quidem Græcanicum supercilium, aduersus domi- tra euange- num Christum sese extollens: adiuuem autem, quantum licet deceptos, demonstrando deceptum esse & ignorasse sacras scriptu- lia. ras eum, qui nostri omnium saluatorem Christum incusat. Cæterum istiusmodi sermones Christianissimæ vestræ obtuli celsitudi Ezech. 3. ni: quam semper custodiat deus iucundam & illæsam, præualentemque inimicis, quos sub pedes mittat, & propagantem vsque in filiorum filios sanctum imperium, annuente Christo, per quem & cum quo, Deo & patri gloria, cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

BEATI CYRILLI ARCHIEPI-
scopi Alexandrini, pro Christiana re-
LIGIONE, AD EA QVÆ A IVLIANO
Apostata ei fuerunt obiecta.

LIBER PRIMVS.

VT sapientia & ingenio præditi, ipsi quidem veritatis admirantur pulchritudinem, & omnis sermonis parabolam, ac obscurum sermonẽ, dictaq; sapiẽtiũ & ænigmata intelligere possunt: tamq; diligẽti & composita mẽte sacris scripturis incumbũt, vt non solũ suas animas diuina luce impleant, & admirabilem piæ, legumq; obseruantissimæ vitæ gloriam referant, sed & aljs summæ vtilitatis autores fiant. Scriptum est enim: Fili, si sapiens fueris, tibiipsi sapiens esto & proximo: ita, qui peruerso corde, & inerectata mente sunt, diuinæ lucis minimè participes: obluctantur quidem piis dogmatibus, audaciq; temeritate contra ineffabilem gloriam extolluntur, & emittentes blasphemias, iusticiam in excelsum loquuntur, iuxta id quod in Psalmis celebratur. Opinor autem id ægritudinis accidere illis propter suũ stuporem & imperitiã, imò, vt verum dicatur, insidiis maligni, malorumque principis draconis, satanæ inquam. Et nos hoc docet beatus Paulus, qui sic scripsit: Quod si adhuc velatum est euangelium nostrum, in his qui pereunt est velatum, in quibus deus seculi huius excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi. Quia non est obscurũ quod is qui existimatus est esse deus huius seculi, & summæ gloriæ fur, obscuratit illorum cor. Indubitatò enim decepit, & innumerabiles præfecit vitæ deos, dæmonésque & heroum animas, sicut ipsi dicunt & sentiunt. Illos prudentium oculi haud multũ deplorarent, si quidem ea de quibus meritò erubescerent, silerent: nunc autẽ impij eorum conatus eò tendunt, vt tam fœda idololatriæ morbo etiam alios inficere quærant. Nam sicut serpentes in triuiis sedent, vt insiliant in eos, qui nihil sibi timẽtes securi ambulant, perditionis venenũ facilè credentib. infundentes. Vnde meritò de eis quis dixerit: Serpentes progenies viperarũ, quomodo potestis bona loqui, quũ mali sitis? Neq; aberrauit à vero dominus, dicẽs: Bonus homo de bono thesauro sui cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala: & de abundantia cordis os loquitur.

Vt sibi & aliis prosunt boni, ita obsunt mali.

Prou. 9.

Psal. 72.

2. Cor. 4.

Matth. 12.

Luc. 6.

Hæc autem loquor, quoniam in Iuliani libros incidi, qui aduersus sanctam nostram religionem intolerabilem affert accusationem, & aberrasse dicit nos, abductos quidem insipienter quasi in viam quæ ad rectum & irreprehensibile ducat, ire autem per petras & ingratum modis omnibus deo facere cultum qui neque cum sapientissimi Mosi legibus cõueniat, neq; cum paganorum superstitionibus, hoc est moribus & consuetudinibus, mediam autem quandã & vtrinque aberrantem eligere vitam. Ego verò dixerim, nos quidem ab illorum dementia alienos, multísque nominibus Christianas res ab illorum separatas nugamentis. Nulla enim communio lucis cum tenebris, neque portio fidelis cum infideli. Quod verò nec à Mose libris dissidentem, & præscriptis illius contradicentem, agamus vitam, pro viribus certis coniecturis ostendere tentabo, vbi id tẽporis requiret opportunitas.

Præcipua Iuliani obiectio.

2. cor. 6.

Atqui illud in præsentiarum dixisse operæprecium existimarim, quod verè à quibusdam celebratur prouerbium, Sapiens alius ab alio. Manifestum autẽ, quod posteriores à prioribus dicerint, & non priores à posterioribus. Itaque quemadmodũ Græci de suis doctoribus magna sentiunt, & quosdam respuẽdos putantes, Anaximandros nobis & Empedocles Pythagoras & Platones nominant: cum quibus & alios adiungunt, qui prophanorum ipsis dogmatũ fuerunt autores, & vt sic dicam, imperitiæ fontes. Age dicendum primo diuersis illos opinionibus excitari & turbari inter se, deque rebus singulis rationem incongruam pronunciare. Deinde cum hoc demonstrandum, Mosen temporibus fuisse antiquiorẽ, & sententiã rectam & infallibilẽ de ineffabili & summa omnium substantia attulisse, & de creatione mundi optimè disseruisse, legésque pietatis & iusticiæ admirabiles tulisse: Sapientes verò à quibusdã nominatos fuisse numero posteriores & iuniores, multa ex illius libris furatos esse, & suis inseruisse, quãuis non vsquequaq; sanè, potuisséque vix aliquam sententiã deo dignam inde eruere & quod vero simile dicere. Fuerunt igitur horum quidem alij post Mosen, fuere & alij propheratum, qui illum sequuti sunt, cœtanei: quorum etiã sententias imitari non sunt dedignati, melius suis patribus assequuti, tametsi, nec si de gloria dei satis purè & verè respõderint. Igitur quod diuinus Moses antiquissimus quidem fuerit temporibus, illi autem longe posteriores manifestum constituemus, si historicorum Chronica scrutabimur. Oportebit autẽ lectores in legendo, & in recensendis nominibus, temporibúsque supputandis, nihil habere fastidij, sed sitienter inquirere singulorum honestã & vtilem probationẽ.

Quæ in hoc libro promittantur.

De diluuio Noe testimonia Ethnicorum.

Noe igitur vir fuit omnium pientissimus, decimus à primo, hoc est Adam. Illi præcepit vniuersorum deus, quod ob diluuium imminens (quo corrumpenda erant omnia quæ super terram) cõpingat arcã, in quam ingrediatur simul cum dilectis filijs & vxoribus, aubúsque & volatilib. omnigenisq; pecorũ generibus, & in ea nauiget. Vbi autẽ consummatum hoc corruptumq; omne hominũ genus, & animalia cætera, ipse cum omni domo suo seruatus est. Vbi subsederunt aquæ, arca quidem in montes Ararat, hoc est Armeniæ appulit: ipse autẽ iterum in terra vt pedem fixit hostias in gratiarum actionem persoluit. Cæterum quamuis diuina scriptura, fide dignissima sit: quoniam autem superstitiosi quidã dicunt, eam fabulam esse friuolam, nihílque habere quod vel probabile, vel verum: operæprecium fuerit meminisse etiã eorum quę historici tradunt, Alexander inquã Polyhistor & Abydenus. nam de his rebus & in illorum libris fit mentio, tametsi non prorsus irreprehẽsibilem veritatẽ scripsere, vtpote alieni & dogmatũ fidei nostrę non participes. Et Alexander quidem dicit: Arto defuncto, sub filio eius Xysuthro fuisse magnũ diluuium, ipsumque seruatum quum prædixisset ei Saturnus futurum & quod fabricanda sit arca, in qua ipse simul cum auibus, reptilibus, & iumentis nauigare debeat.

Alexandri Polyhistoris testimonia.

Abydenus manifestiùs narrat, sic dicens: Post quem & alij fuere & Xysuthrus, cui Saturnus prædixit futurã multitudinẽ hymbrium. Iussit autem omnes scripturas seruari in Heliopoli in sculpturis: ita Xysuthrus fecit, & statim ad Armenios nauigauit, subditóque euenerunt diuinitus fieri iussa. Tertio autem die diluuij, tædio affectus emisit volucres, periculum facturus, sicubi terrã videret aqua exutam: illæ autem inuenientes mare non apertum, deuolant quò ferebantur: Xysuthrum à tergo relinquũt, & post illas aliæ: vt autem tertio hoc accidit, abiit à luto, & venit in Tharsos, & dij quidem ex hominibus apparent. In Armenia autem reliquiæ lignorum sunt ad multa vtiles, & ab incolis eius regionis seruantur. Itaq; Xysuthrum vocant Noe: fortassis Assyriorum voce: & in hoc iterum à vero aberrarunt, quod pro vniuersorum Deo, Saturnum illi aiunt futura dixisse: & hoc haud mirum, neque enim diuinæ lucis participes fuere neque animi oculis venerandã conspicati sunt veritatis pulchritudinem.

Noe dictus Xysuthrus.

Igitur sacrificauit quidem Noe, ex arca progressus, morabatur autem

Genes. 11.

autem illic cum filiis: tres enim illi nati erant, ex quibus plurimi alij, & alterum seminarium eorum qui super terram.

Habitauerunt autem primum in terra prope arcam, postea vero dispersi sunt in omnia loca, summo Deo in multas linguas eos diuidente. Indignabatur enim, quod construxissent turrim. Et hoc quoque in propriis habent historiis dudum nominati scriptores. Nam Alexander quidem sic dicit: Sibylla ait: Quum omnes eadem voce vterẽtur, quidam ex eis turrim maximam ædificare conati sunt, vt in cœlum ascenderent. Deus autem illam ventis immissis subuertit, & propriam vnicuique linguam dedit, vnde & Babylon ciuitas dicta est. Abydenus quoque dicit: In hac fuerunt primos gigantes robore & magnitudine proceros, Deos contempsisse, fuisséque potentes, & turrim ad cœlum euntem ædificasse, vbi nunc Babylon est: iam autem prope cœlum erat, & immissi sunt venti ad dispergendum ædificium illorum, vnde & Eripia dicta sunt ac Babylon, eo quod cum vnam ac eandem linguam haberent, à diis multipliciter turbatam vocem acceperunt.

De turri Babylonis Ethnicorum testimonia.

Diffusa itaque posteritate Noe, procedente aliquanto tempore, primus inter Assyrios regnauit illustris Ninus Arbeli filius, à quo cognominata ciuitas Niniue, cuius muros Semiramis, Nini cõiunx magnificè extruxit. Itaque Nino Assyriorum regnum administrante, Europo autem apud Sycionios, fuisse aiunt beatum Abraham virum sapientissimum, multisciúmque, & ad honesta quæque facienda adhortantem, & vt sciretur veritas, & quis omnium conditor ac Dominus. Migrauit enim, & Assyriorum opiniones valde neglexit, quia multos deos colebant: credénsque sufficere sibi ad omnem felicitatem, veri cognitionem, susceptus est à Deo. Audi enim quid dicat:

Abraham quotempore vixit.

Genes. 12.

Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam tibi monstrauero. Quomodo autem vitam egerit, & quinam ex illo fuerint, nunc omittam dicere, sermonem ad alia necessaria tempus vertit.

Pertransita igitur historiarum & nominum multitudine, quæ intercedit, festinus ad ipsum venio sacrorum ducem Mosen. Nam anno post diuinum Abraham quadringentesimo quinto & tricesimo nascitur quidem in Ægypto, quum illic peregrini esset nt posteri Abrahæ: adolescens verò adhuc, etiam Ægyptiorum sapientiam discebat, & sibi præexercitamentum diuinarum rerum, humana quodammodo faciebat. Itaque ab Abrahæ temporibus vsque ad Mose descendentes, noua inde annorum exordia iterum incipiamus, Mose natiuitatem numeris præmittentes. Anno septimo Mose, aiunt natum Prometheum, & Epimetheum, & Atlantem Promethei fratrem, præterea & Argum cuncta cernẽtem. Triceſimoquinto anno Mose primus regnauit Athenis Cecrops, qui cognominatus Diphyes: hunc ferunt primum ex hominibus sacrificasse bouem, nominasséque Iouem apud Græcos summum deorum. Sexagesimoseptimo anno Mose, tradunt fuisse diluuium Deucalionis in Thessalia, præterea & in Æthiopia, sicut ipsi dicunt, Solis fil um exustum esse Phaethontem. Septuagesimoquarto anno Mose, quidam Hellen dictus, Deucalionis & Pyrrhæ filius, Græcis sui nominis agnominationem dedit, quum antea vocarentur Græci. Centesimo & vicesimo anno Mose, Dardanus condidit ciuitatem Dardaniã, regnante apud Assyrios Amynta, apud Argiuos autem Stenelo, apud Ægyptios verò Rameſſe, vocabatur autem ipse & Ægyptius Dani frater. Centesimo & sexagesimo anno post Mosen, Cadmus Thebis regnauit, cuius filia Semele, ex qua Bacchus, vt ipsi dicunt, ex Ioue. Erat autem tunc & Linus Thebanus, & Amphion musici. Assumpsit autem tunc apud Hebræos sacerdotium Phinees filius Eleazar filij Aaron, mortuo scilicet Aarone. Centésimo & nonagesimo quinto anno post Mosen ferunt fuisse Proserpinam virginem raptam ab Ædoneo, id est Orco rege Molossorum: hic canem maximum aluisse dicitur Cerberum nomine, qui apprehendit Pirithoum & Theseum, venientes ad raptum vxoris: quum periisset autẽ Pirithous, aduenies Hercules, Theseum in mortis periculo constitutum ex inferno liberauit, vt fabulantur. Ducentesimo & nonagesimo anno Perseus Dionysium, hoc est Liberum occidit, cuius & sepulchrum esse dicunt in Delphis iuxta aureum Apollinem. Quadringentesimodecimo anno post Mose, expugnatum est Ilium, iudicante apud Hebræos Esebon, apud Argiuos Agamemnone, apud Ægyptios Vaphre, apud Assyrios Teutamo. Colliguntur igitur à natiuitate Mose vsque ad destructam Troiam quadringenti decem anni. Et nunc vide eos, qui deinceps: dicam autem perfunctorie, neque in medio morabor, occasionem potius sumens loqui de necessariis personis.

Moses quo tempore. Exod. 3.

Qui quibus lam Erythream. Olympiadi & Herophilam nominarunt, fuisse tradunt. bus illustres

Expugnata Troia quãdo.

Quinto igitur anno post captam Troiam, regnauit apud Latinos Æneas, apud Athenienses Demophon Thesei filius; iudex autem fuit apud Hebræos Samson. Sexagesimo & quinto anno post captam Troiam, mortuus est pontifex Eli, sicut scriptum est in primo libro Regum. Palæstini verò arcam deuexere in terram suam. Prophetat beatus Samuel, & assumitur in regem Saul. Centesimo sexagesimo & quinto anno post captam Troiam, Homerum & Hesiodum fuisse dicunt, regnante apud Lacedæmonios Laboto, apud Assyrios Laosthene, apud Latinos Alba Syluio: apud Corinthios Agelao. Ducentesimo sexagesimooctauo anno captæ Troiæ, prophetarunt Elias & Elisæus, regnante apud Hebræos Ioram, apud Lacedæmonios Archelao. Ducentesimo sexagesimo & quinto anno captæ Troiæ, Lycurgus Lacedæmonius leges dedit, regnante apud Corinthios Agemone, apud Latinos Proca Syluio. Ducentesimo & octuagesimo anno post captam Troiam, prophetarunt Osee, Amos, & Esaias. Dicunt autem quidam, quod Homerus non fuerit contemporaneus Hesiodi, sed in illis fuerit temporibus, regnantibus apud Hebræos Azaria & Ozia, apud Medos Arbace, apud Latinos autẽ Proca Syluio.

1. Reg. 4.

Homerus et Hesiodus quando.

Pleraq; hæc ex Chronicis Eusebij deprompta sunt.

Colliguntur itaque & à capta Troia vsq; ad primam Olympiadem, anni quadringenti & quinque: A natiuitate autem Mosi vsque ad primã Olympiadem anni octingenti & quindecim. Prima Olympiade fuisse dicitur Arctinus Milesius poeta, Rhemúsque & Rhomulus nascuntur, regnante apud Iudæos Iotham, in Israel autem Phaceee.

Nona Olympiade fuisse dicunt Eumylum poetam & Sibillam Erythream. Decima & septima Olympiade Sibyllã, quam Olympiadi & Herophilam nominarunt, fuisse tradunt. Vicesimatertia Olympiade Archilochus fuisse fertur, imperante Iudæis Manasse. Vicesimanona Olympiade illustres fuerunt Hypponactes & Simonides, & Aristoxenus musicus. Tricesima & quinta Olympiade Thales Examæi Milesius, primus physicus philosophus fuisse dicitur, & productos annos eius dicunt vsque ad quinquagesimam octauam Olympiadem. Tricesimasexta Olympiade propheratunt in Iuda diuinus Hieremias & Sophonias. Quadragesima secunda Olympiade, Alcmæon & Pittacus Mytileneus, vnus ex septem sapientibus, & cum illis Stesichorus poeta cognoscitur. Illis etiam temporibus fuit beatus Daniel. Quadragesimasexta Olympiade, Solon abrogatis Draconis legibus, sua iura dedit. Quadragesimanona Olympiade, quum essent Iudæi in Babylone, hoc est in terminis Persarum & Medorum (erant enim captiui) prophetarunt apud eos Daniel & Iezekiel. Quinquagesima Olympiade, celebres fuerunt septem sapientes, & Anaximander Milesius philosophus physicus. Quinquagesima sexta Olympiade, Cyro apud Persas regnante, prophetarunt Aggeus, & Zacharias.

Hic deerant tria folia in exemplari.

Mosaica scripta Græcorũ longe antiquiora sunt.

At forte dicet aliquis: Esto, Mosaica antiquiora sint his, quæ à Græcorum sapientibus scripta, adhuc tamen non est verum dicere, quod suam sapientiam inde sublegerint, vel certè deprehendantur transtulisse. Igitur an non probabilis sit sermo noster, probent auditores studiosi. Nam illorum quidem historici, omnem peragrantes terram, semper aliquid discere voluerunt, vt vetera scire existimarentur. Habebant enim pro decore magno, si nihil quod factum erat, in suis libris silẽtio præteriissent. Deinde, quo pacto hi qui tales erant, & seduli ad vtilia quæque discenda, neglexissent tam venerandarum historiarum cognitionem, dogmatumque & legum antiquitate dignissimarum

Philosophi theologiam probatiorẽ in Ægypto didicere.

manifestationem? Quamuis Pythagoras Samius, & Thales Milesius haud ita longo tempore in Aegypto versati sunt, & collectis quæ illic discere poterant, & disciplinarum multitudinem, qua polluisse dicuntur, in patriam reportarunt. Quin & ipse Plato Aristonis in Timæo dicit Solonẽ ab Athenis in Ægyptum profectum, & interrogasse illic quẽdam pseudoprophetam, hoc est sacerdotem, qui dixit ei: O Solon Solon, Græci estis

Græci semper pueri.

semper pueri, senex autem Græcus non est, puerique mentibus omnes: nullam enim antiquam tenetis seu doctrinam vel disciplinam annis canam, sed obliti estis vestri, eo quod multis seculis huic destituti fueritis.

Porrò & ex his cognoscere poterit quispiam, Christianorum doctrinas esse antiquitatis magis venerandæ. Tunc enim nondum de literis sciebant Græci, Cadmo eas vix tandem ex Phœnice ad illos transferente, & tunc Mosaica erant scripta. Quid

Græci literas tardius acceperunt.

quod Solon Atticarum legum inuẽtor, & etiam ipse Plato, quia in Ægypto fuêre, præ aliis sapientiores habiti sunt?

Adhæc admirati sunt Mosaica. Nam quod Moses Græcorum historicis notissimus fuerit, ex ipsis quos scripsere libris facile cognoscere licet. Nam & Polemon in primo historiarum Græcarum, mentionem eius facit. Præter hunc & Ptolemæus Mendesius, & Hellanicus, & Philochorus, Castorque, & cum

Ethnicorũ testimonia de Mose.

his alij. Diodorus verò diligenter perscrutans Ægyptiaca, dicit se accepisse ab illorum sapientibus de illo, quæ sic scripsit. Nam post statum veteris Ægyptiorum vitæ, quæ sub diis & heroibus fuisse narratur, dicunt virum quendã magnæ mentis, & vitæ apud Iudæos celeberrimum Mosen, qui dicebatur Deus, persuasisse primum, vt legibus scriptis viuendo populi vterentur.

Moses deus Ægyptiorũ. Exod. 7.

Etenim quia omni virtute præditum videbant Mosen, etiam deum nominauerunt illum: honoris gratia illum Ægyptij sic appellarunt, vel fortassis didicerant: quod vniuersorum deus diceret illi: Ecce posui te deum Pharaoni.

Sufficienter, opinor, hoc sermone, cuius irreprehensibilis & manifesta est demonstratio, de antiquitate elucubratum est, & quod Mosaica, quæ apud Græcos in honore præstantiora, & antiquiora sint habita. Post hoc autẽ operæprecium dico, vt inquiramus Hebræorum opinionem, quam de deo & mundi natiuitate, hoc est conditione habuerunt, & deinde quid etiã Græcorum sapientibus visum sit, lectoribus perspicuum reddamus. Nam vbi cõsonant illorum doctrinæ cum diuinæ scripturæ sermonibus, seipsis præstantiores, & concordes inter se præter morem apparent: vbi autem defendunt proprias adinuentiones, discordes esse, & extraneis opinionibus ebrios demonstratu facillimum fuerit. Neque enim possibile erat penitus videre ea quæ mentem & sermones nostros excedunt, quum omnipotẽs deus adhuc nec lucem in mentem eorum misisse, nec sapientiam indidisse, nec linguam direxisse, nec ineffabile quiddam de se, vt capaces essent, vel sentire vel loqui concesserit.

Non omnes idonei ad Theologiã.

Neque enim passim omnibus absque iudicio ea gratia conceditur: illis autem potius, qui fuerint à carnis affectionibus & terrena immunditia liberati, menteque integri, ac scientes veræ pietatis opera. Et ad hoc nos prouocat vniuersorum deus per vocem Dauid: Vacate & scitote quia ego sum Deus. Quin & dominus noster Iesus Christus: Beati, inquit, mundo corde, quia ipsi deum videbũt. Videtur sanè summa natura, non corporalibus, sed intus absconditis oculis animi, qui tenuiter ac diligenter intra se sublimia rapit, & radios diuinæ contemplationis, imaginarionibus, quæ sensuum captum excedunt, attrahit.

Psal. 45. Matth. 5.

Homines sanè qui ab Adam vsque ad Sem fuêre, deum omnium natura, & verè vniuersorum conditorem & dominum coluerunt: nullus enim eorum taxatur, quod diis alienis fuerit

Ante diluuiũ non fuê

dedi-

do videtur, & verè est, diuinæ speculationis lux. Opus enim habet ea cognitione mente prouecta & exercitata, & quæ videre acute valeat, fidémque domestica habeat. Ista enim fundamentum & substructura inconcussa est sermonum de deitate, id quod nos propheta Esaias erudit, dicens: Nisi credideritis, non intelligetis. Quod autẽ omnino opus sit nouitiis per ænigmatum doctrinam, habere de Deo cogitationes tenues, quomodo

Esaiæ 6.

Quare deus parum per figuras docuerit.

quis dubitabit, quum etiam Græcorum sapiẽtes hanc rem non ignorarint? Etenim Porphyrius apud illos in seculari eruditione non vulgaris existimationis, in primo libro de nominatis sapientibus, hoc est de his qui apparent sapientes, vt & vanæ opinionem sapientię habent, tale quiddam dicit: Non valentes primas species & prima principia manifesto sermone tradere, tum quia cogitatu, tum quia enunciatu difficilia sunt, accedunt ad numeros significantioris doctrinæ gratia, imitando Geometras & Grammatistas. Nam isti quidem virtutes elementorum, & illa ipsa tradere volentes, accedunt ad characteres, ipsos dicentes quasi ad primam doctrinã elementa esse. Deinde docent quod non characteres isti elementa sint, sed per illos fit conceptus quidã elementorum ad veritatem. Et Geometræ non valentes incorporeas species sermone commendare, accedunt ad figurarum deliniationes, dicentes hoc triangulare esse: non hoc volentes triangulare esse quod oculis subiacet, sed tale, & per hoc conceptum trianguli constituunt. Et in primis collectionibus & speciebus hoc faciunt Pythagorici, quando non valent sermone tradere incorporeas species & prima principia, accedunt ad manifestationem per numeros: & ita rationẽ quidem vnitatis & identitatis, & æqualitatis, & causam cõspirationis & compassionis, & salutis vniuersorum, dum se sicut ipsa & similiter habet, Vnum appellauerunt. Igitur quia propria & eximia deitatis difficilia sunt ad enunciandum, & non aliter contemplari possunt, etiam hi qui de ea fiunt sermones tenues, & posteriores veritate deprehenduntur, per figuras & typos euidẽtiores quasi in speculo & ænigmate de illa discamus.

Sic eruditum esse & Abrahã dicimus. Scriptum enim sic est de Abraham: Apparuit autẽ deus ad quercum Mambre, sedente ipso in ostio tabernaculi sui meridie. Quum autẽ suspexisset, oculis suis vidit, & ecce tres viri steterunt super eum, & videns occurrit in occursum eis, ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne prętereas puerum tuum. Et post alia dicit, dixit autẽ ad illum: Vbi est Sarra vxor tua? Porrò ille respondens, dixit: Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Reuertens veniam ad te secundum tempus hoc in horas, & habebit filium Sara vxor tua. Ecce manifeste, inquit, apparuisse quidem illi deum: fuisse autem tres viros qui videbantur, accurrentemque diuinum Abraham non tanquam tribus dixisse: Domine, si inueni gratiam coram vobis, ne prętereatis puerum vestrum: dominum autem singulariter nominasse tres. Dicebant iterum quasi ex vna persona: Vbi est Sara vxor tua? Et, Reuertens veniam secundum tempus hoc in horas. Vide obsecro, vide, tres quidem fuisse qui apparuerunt, substitisse autem in propriis subsistentiis singulos, sermone consubstantialitatis in vnum comprehensos, & ita dedita opera colloquia inter se miscuisse. Veruntamẽ eiusmodi imagines obscuræ quidem sunt, & veritatem non satis exprimentes, quamuis miram vtilitatem habeant, vt manuducant ad ea quæ mentem & sermonem nostrum excedunt. Etenim purissimis cogitationibus in mentem diuinæ contemplationis lux ingreditur, ita vt à sensibilibus ad ea, quæ super sensus sunt, quodammodo subuolemus, & super virtutem rationum quæ in nobis, constituamur. Nam vnica quidem ex cõfesso est deitatis natura, quæ super omnes, & per omnia, & in omnibus: dilatatur autem mẽtaliter in sanctam trinitatem venerandamq; ac consubstantialem, in partem inquam, & filium, & spiritum sanctum. Licet autem subsistant sorsum singula prædicta hoc existentia secundum veritatẽ, quod etiã esse dicuntur: veruntamen consubstantialitatis ratio congregat ea in naturam immutabilem. Nam filius quidem ex patre natus est, & est in ipso & ex ipso naturaliter. Procedit verò & spiritus, qui est proprius dei & patris, & similiter filij. Sanctificat enim per illum quod sanctificari solet, deus & pater. Itaque non ignorauit patriarcha Abraham, eum qui in sancta trinitate adoratur, terreq; ac cœli, & vniuersorum conditorem esse, & habere potestatem super omnia.

Gene. 18.

Trinitatem consubstantialẽ cognouit Abrahã.

Non tã 5.

Insuper & qui ex eo nati fuere Isaac & Iacob, non senserunt aliter, sed per paternæ virtutis vestigia incedẽtes, eiusdem fidei fuerunt imitatores. Vnde & beatus Moses in Geneseos libro de ipsis nobis enarrãs, dicit apparuisse quidem Iacob vniuersorum deum, & bonam illi spem dando dixisse: Ego sum deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Fatetur autem & ipse Iacob, dicẽs: Si dederit mihi dominus panem ad manducandũ, & vestimentum ad induendum, & erit mihi dominus in deum.

Gene. 28.

Et hoc quidem de illis sufficiat: nunc autem de ipso beato Mose sermonem attingere decet. Nam & ipse vnum natura & verè deum prædicat, non ignorans eum per quẽ omnia creata sunt, nempe viuens & subsistentiam habens, Verbum eius & spiritum in deo & ex eo viuificanté, qui per illud creaturæ mittitur. Dicebat enim: In principio fecit deus cœlum & terram. Vbi autem in compendio & breui sermone vniuersorum conditorem eum esse docuisset, narrationem extendit, & monstrauit quod per viuens Verbum, omniporentem deum, ea quæ olim non erant, esse cœpissent, viuificentur autem & in spiritu. Dixit inquit: deus, fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum in medio aquarum, & factum est ita. Et in vnoquoque quod factũ est, licet videre dicentẽ quidem patrem, Fiat hoc vel illud, createm autem per Verbum omne quod volebat, absque omni meditationis conatu. Viuens enim verbum dei & efficax, etiamsi annuat tantum, erit quod placuerit ei. Dixit autem: Terra erat inuisibilis & inculta, & tenebræ super faciem abyssi, & spiritus domini ferebatur super aquam. Proinde valde sapienter mentionem facit patris & filij & spiritus sancti.

Trinitatem mẽtio i prin cipio Genesios.

Gene. 1.

Et aliis modis in sancta & consubstantiali trinitate, vnam & natura & verè deitatem prædicat. Nam quum Sodomitæ grauissima peccata commisissent, immisit ignem. Pluit, enim inquit, super Sodoma ignem & sulphur, dominus à domino.

Gene. 19.

Ad hoc & illud opinor vtilissimum lectoribus vt in medium proferatur. Sic enim scripsit de hominis conditione: Et dixit deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & ad similitudinem. Deinde parum progrediens inquit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Imago enim est dei & patris filius, ad quem & nos formamur mentaliter, & hoc præcipuum, inter diuitias accepit hominis natura. Coruscat enim in ipsa conditoris imago. Vltra quid dicent hi qui nostris sermonibus obluctantur, fingẽtes quidem pietatem quod confiteantur esse Deum, vnumque & solum, sed non quod genuerit ex se filium? Ad quos dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. An non ratiocinabitur quis, quod ipsa ad seipsam sancta & consubstantialis trinitas hos de hisce facit sermones, quod hominis formatio non sit absque consilio facta? Volebat enim sapientissimus Moses ostendere factum apud Deum, & consiliis quasi præcedentibus honestatum: nam consideratione & perscrutatione & examinatione singulorum diuina & incorruptibilis mens opus non habet. Simul enim aliquid voluit, & ipsum est, rectéque ac irreprehensibiliter se habet. Itaque vt dixi, honorata est quodammodo præuiis consiliis, hominis natura. Iam neq; impiorum reticebimus sermones. Dixerit enim forte quis ad alium statim: Non, sicut tu putas, & sapiendum censes, proprio verbo & spiritui locutus est pater, sed diis aliis qui cum eo, inferioribus & minoribus: quãuis omnibus manifestum, quod videatur & his qui in Græcis philosophantur, oportere vnum esse Deum confiteri, qui omnium conditor, & secundum naturam vltra omnia, factósque ab eo, & vt essent productos, alios quosdam deos, sicut ipsi dicunt, & mentales & sensibiles.

Exposito dicti: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum imaginem dei.

Gene. 1.

Vnde manifestissime inquit Plato: Est igitur iuxta meam sententiam diuidẽdum primo, quid illud quod semper est, natiuitatemque non habens: & quid illud quod fit, non autem semper fuit. Itaque illud quidem cognitione & sermone comprehensibile est semper & per se existẽs: hoc autem opinione cum sensu irrationali opinatum, & fit quidem ac perit, non autem est semper. Etenim hoc quod est semper, & nunquam habuit natiuitatem: hoc est nunquam cœpit esse, nominat naturam supremam, meliorem quàm vt fieri possit, nempe dominũ deum, qui verè existit. Sic enim alicubi & vniuersorum deus ad sacrorum ducem Mosen inquit: Ego sum qui sum. Quod autem fit, neque vnquam existens, hoc ex nihilo productum vt esset ineffabili & inexcogitabili virtute, hocque totum deus suo artificio

Omnia à Deo facta Plato testatur.

Exod. 3.

operatus est. Indicatum igitur est quod à me manifestè ostensum est, E non ex solis nostris sacris scripturis, sed etiã ex his, per quas ipsi sapere & differere nouerunt, quod omnia à deo vt essent producta, & quod conditis ipse naturam antea ignotam sic largitus est. Naturaliter enim inferius & omnino faciẽte minus est, quod factum est. Et quum res ita se habeat, vt dicimus quidnam coniectando dicunt, aliis diis deum vniuersorum dixisse. Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem. Quippe siquidem tanquam ad imaginem creaturarum, rationale super terrã animal formare voluisset, cur suam personam cum illis intulit, Faciamus dicens secũdum imaginem nostram? Sin ad solam suiipsius deo decentissimam pulchritudinem figurari debere probauit, quur simul accipit aliorum memoriã, hoc est speciem? Vel quomodo quis hæc de illis bene dicet? Non enim in idẽtitate naturæ & excellentiæ & dignitatis connumerati fuerint conditor & creatura, genita & ingenita natura, incorruptibilis & corruptioni obnoxia. Quandoquidem verè dici potest, quod semper & omnimodo quod natum esse intelligitur, subiaceat etiã corruptibilitati. F Etenim diuinus Moses à spiritu sancto eruditus, ad futura spectans, præintellexit fidei nostræ mysteria, & quomodo hoc? dicam. Nam quia in patre & filio & spiritu sancto, hoc est, inconsubstantiali intelligitur trinitate, vna & ineffabilis & inexcogitabilis dei natura: vt ne quis ex ingenti stoliditate stulte deceptus secundum imaginem quidem dicat & similitudinem dei patris hominẽ factum, & non etiam filij. Quod si ediuerso quis suspicaretur, & diceret quidem secundum similitudinẽ filij factum esse hominem, sed non item patris: præuidens enim, vt dixi, olim fore quosdam sic nugaturos, ipsam dixit sanctam trinitatem sibiipsi locutã: Faciamus hominem secundum imaginem nostrã & similitudinem: vt ad totam adintelligatur formatus mentaliter videlicet, ineffabilem deitatis naturã At hi, quamuis sibi valde sapientes videantur, stultum putant hoc dici & propter stupiditatem plurimã, quum inculpatum veritatis lumen habere possent, dijs quibusdã falso nominatis & nothis Deum vocem hanc dixisse contendunt: quãuis indignum fuerit considerare, quod natura conditor, suæ gloriæ & eminentiæ summam dignitatem non concederet genitorum naturæ. G Id quod non dicimus, quasi inuidus sit: quare enim hoc diceremus? sed quod natura eorum quæ facta sunt, nunquam pertingit ad diuinarum dignitatum eminentiam, neque opinor aliquid receperit, quod substantialiter est ex his, quæ soli & propriæ ineffabili naturæ agnata sunt. Est & aliud absurdum dixisse dominum & regem vniuersorum aliis diis: Faciamus hominem secundum imaginem nostram & similitudinem. Quid enim passus est, quod cooperarios & quasi coadiutores quosdam fecit in sola hominis conditione: quũ omnem aliã creaturam quasi tumultuariò fecerit, vtputa angelos & dominationes principatus, potestates, virtutes mentales, cœlũq; ac terram, solem ac lunã, astra & lumen, & summatim, omnia quæ in cœlis & super terram? Nunquid enim dixerit quis, quod quasi infirmus, hoc est carens efficacia ad hoc sufficiente, aduocârit coadiutores? quamuis quomodo non esset extremè absurdũ crimen, sic quosdam posse sapere? Nihil enim est, quod omnipotens & perfectissima ad omnia deitas perficere nequeat.

Trinitas sibi loquuta est, dicens: Faciamus hominẽ ad imaginẽ nostram, & non diis.

Relictis igitur deliramentis istis, ad illud accedamus, quod oporteat confiteri in sancta & cõsubstantiali trinitate, ineffabi- H lis deitatis plenitudinem esse intelligendã. Effecti autem sumus nos ad veram & certissimam imaginem patris, hoc est ad filium: & in nostris animabus diuina eius pulchritudo per participium sancti spiritus inesse significatur, Etenim est in nobis sicut ipse filius. Spiritus enim est veritas, sicut scriptum est. Ita nos verè sapientissimus Moses instituit, neque alia quàm ille, senserunt sancti prophetæ illum sequuti & apostoli, & Euãgelistæ. Vnus autem & idem in omnibus Theologiæ modus videtur, & non in vno quidem inter se pugnantes illos quis inueniet? Nam duæ verè audierunt à deo, ex vno spiritu loquuti sunt, & de hoc dubitare nos non sinit, sapientissimè dicens ipsis Dominus noster Iesus Christus: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.

Proinde gloriamur in fide de deo, quam à sanctis patribus qui olim fuere, accepimus, non vitiatam: nec solemus his qui ex sanguine Israel, quasi melius sentiant, accedere: absit. Computamur autem & nos inter filios Abrahæ. Nos enim sumus secundum promissionem filij. Et persuadebit Paulus, scribens. Non enim omnes qui ex Israel, sunt Isralitæ neque quia sunt semen Abrahæ, omnino sunt filij, sed filij promissionis reputãtur in semen. Igitur multa alia ad prædicta afferre de nostra religione & immaculata fide, quæ nobis ab omnipotente deo concessa, non foret difficile: quoniam autem in sermones opportunos, singula suis locis distribuere, & reseruare contemplationes decet, illis nunc præteritis, vertam me potius ad Græcos, vt exacto iudicio, quid illi senserint, perscruter. Itaque ferunt Orpheum Oeagri filium, præ aliis in dæmoniorum cultu magis religiosum, qui & temporibus aliquot Homeri opus præcessit, contexuisse falso nominatis diis odas & hymnos.

Matth. 10.

Fides Abrahę, nostra fides.

Rom. 9.

Et mirum est eum hanc opinionem delegisse, deindéque condemnatis suis dogmatis, intelligẽtem quod viam regiã dereliquisset, via recta egressus, ad meliora se cõuertisse, & pro mendacio veritatem assumpsisse. Vnde & sic de Deo dicit.

Dicam quibus fas est: ianuas autem occludite, prophani,
Omnes simul, tu verò audito Lucifere Memoriæ fili
Musæ, effabor enim vera, neque te ea quæ prius
In pectoribus apparent, dulci seculo priuent:
Sed ad diuinum verbum spectans, illi asside,
Dirigens cordis mentalem profunditatem.
Bene autem incede
In via, solúmque intuere mundi regem.
Vnus est, per se existens, vnius progenies omnia facta sunt.
Ipse autem in illis melior est. Neque illum quis
Intuitus est ex mortalibus, ipse verò omnes videt.

Palinodia Orphei de deo verè diuina.

Et post alia iterum:

Ipse enim firmatus est in æreo cœlo,
Aureo in throno, super terram autem pedibus vadit,
Manumq; dexteram ad fines Oceani
Vndequaque extendit: tremunt enim in circuitu montésque magni,
Et flumina, ciuitates, profundúmque iucundi maris.

Itaque vnum & illum per se genitum per omnia, & super omnes nominat deum & solium quidem illi dicit esse cœlum sitam autem sub pedibus terram. Incircumscriptum, opinor, hac incorruptibili natura significare volẽs, & quod per omnia veniat, vt omnia impleat, & quod vniuersum complectatur, atque adeo fines maris, trementibus & montibus & mari, & in summa, mundo toto. Sic enim inquit scriptura diuinitus inspirata: Omnis terra veritatem inuocat, & cœlum eam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt. Et hæc quidem in his quæ Orpheus scripsit. At Homerum dixerit, opinor, quis, poetarum principem, parum differre ab his, qui in scenis saltant. Hi enim advidentium gratiam student ita rerum naturas figuris & gestibus repræsentare, vt spectatoribus ipsæ res uideãtur esse præsentes: at ille operam impendit, vt deificet virtutes & vitia, & partes mundi, & ipsam elementorum naturam. Vnde & contrarios inter se deos fuisse dicit aliquando in Ilio, & qui quibus se opposuerunt manifestè narrat:

Deus incircunscriptus ab Orpheo describitur

3. Esdre. 4.

Homerus taxatur.

Nempe contra Neptunum regem quidem
Stetit Apollo Phœbus habens tela volantia,
At contra Martem dea glaucis oculis Pallas.
Iunoni verò obstitit aurea spicula gerens venatrix
Diana telis gaudens, soror Phœbi,
Contra Latonam stetit fortis vtilis Mercurius,
Porrò contra Vulcanum magnus fluuius profunde manans.

Dii Græcorum cõtrarii.

Vide obsecro in his etiam manifestè, ipsum quodammodo studuisse, vt virtutes contra vitia insurgere demonstret. Nam Martem quidem vt insipientem & insanientem, & ad hoc alium contra alium euocare facit, vt mos est Græcorum poetis. Palladem verò vt astutissimam & ingeniosam fingit. Latonam quoque similiter obliuionem Mercurium autem memoriam & sermonem significare vult. Deinde & naturæ rationes attingit, & elementorum inter se diuersitates enarrat dicens:

Allegoria deorum.

Nempe contra Neptunum regem
Stetit Apollo Phœbus habens tela volantia,
Iunoni verò obstitit aurea spicula gerens venatrix: Stetit autem contra Vulcanum, magnum flumen profunde manans.

Et hic videtur mihi dixisse Neptunum humidam substantiã, Apollinem verò solem, & Iunonem aerem, & venatricem Dianam

nam

A nam aurea spicula gerentem lunam, & Vulcanum ignem, flumen quasi in ordinem frigidorum accepi. Quamuis autem valde amârit fabulas, attamen comperimus eum non omnino ignorasse veritatẽ. dixit enim alio loco iterũ: Neque si mihi promittat deus ipse senectute abrasa facturũ iuuenẽ pubescentem.

Non dicit: Neque si quis deorum polliceatur mihi senectutis depositionem, & iterum florentem iuuentutem: sed hãc causam soli qui super omnes est deo seruauit, tribuens solis illius virtutibus posse omnia citra laborem perficere etiam ea quæ vltra expectationem, spem ac rationem nostram sunt. dicit enim: Neque si mihi promittat Deus ipse. Dum dicit: Deus ipse, hoc non in quempiam qui in fabulis fingitur refert, sed ipsum solum, & verè existentem deum significat. Et Homero quidem sic sentiendum & loquendum videbatur. Eamus autem & ad alios arrogantes & superciliosos, qui sapientię opinionem non vulgarem apud Græcos habent. Itaque Porphyrius quidẽ qui amaros aduersus nos effudit libros, & Christianorum religionem tantum non pedibus calcat, nominatos sapientes numero septem hac de causa appellatos dicit. Scribit enim sic in primo historiæ philosoph. lib. Quum nouẽ essent, se- B ptẽ appellati sunt sapientes hac de causa. Piscatore, tractũ quendam pisciũ adolescentib. vendente, accidit ipso tractu tripodẽ auream inueniri. Piscatore autem dicente quod pisces, nõ mẽsam vendidisset, & adolescentib. ad fortunam inuentionem referentibus visum est iudicium à deo recipiendũ. Ille autem vt responsum dedit, dandã tripodem sapienti, primo Thaleti mẽsa adducta est, qui illam ad Biantem misit, quẽ sapientẽ dicebat: at is ad alium mittit: & ille ad alium, donec tripos per septem circuisset, & ad primum rediisset: placuit igitur vt offerretur deo, qui omniũ sapientissimus est. Quales igitur illorum fuerint opiniones, dicetur à nobis ô amice. Nam Thales quidẽ Milesius mentem mundi dicebat esse Deum, Democritus verò Abderites in aliquo concordat cum illo, sed addit etiam aliud quiddam. asserit enim & ipse Deum esse mentem, veruntamẽ in igne orbicularis speciei, esseq; illum animã mundi. At Anaximander prorsus alia via incedit, definiens deum esse infinitos mundos, nesciens quid loquatur. At ille qui apud eos maximã & vsque ad miraculum grauitatem sententiarum habet, Aristotelem, inquam, Stageritam, Platonis discipulum speciem qui- C dem separatam vocat Deũ, & ingredi contendit super vniuersi sphæram. Quin & ij qui Stoici appellantur, deum vocant ignem artificialem, via incedentem ad natiuitatem mundi. Scripserunt autem de his Plutarchus, & alij eloquentes eorum & audax ille contra nos Porphyrius. Itaque inter se diuersi sunt diuinatores, magis quàm veritatis iudices, qui tam multifariam opinionibus inebriati sunt, quamuis eos qui verè & absque errore nouerunt, nullo modo ita inter se diuersis opinionibus ferri oportebat, quem admodum scilicet apud hos videre licet.

Homerus summũ deũ testatur.

Porphyrius Christianæ religionis aduersarius

Historia tripodis aureæ dandæ sapienti.

De mensa soli sapientissimo decreta.

Philosophorum de Deo opiniones.

Cæterum ad hæc, opinor, dicet quispiam: Quid dicis amice? An non & nobiscum hæreses multæ sunt? An non abscinduntur quidam aliter & aliter sentientes, & dicentes? At dixerim tibi vir bone, quod hi qui nobis sanctorum dogmatum primi & ab initio fuere doctores, idem quidem inter se fatentur omnes, & cum primis quidem conueniunt medij & vltimi. Non enim alia quidem Moses sensit, neque pugnantia cum dictis eius, hi qui illum sequuti sunt, docuerunt: sed vnus, vt D dixi, omnium de deo sermo fuit vsque ad apostolos & euangelistas. Vnum enim omnes fatentur, nempe eum qui super omnes, & per omnia, & in omnib. est Deus sine principio, & sempiternum ingenitum, incorruptibilem, vitam & viuificũ, cœlique & terræ factorem, & breuiter omnium quæ in illis sunt. Quod si nonnulli qui illos sequuti, non intelligentes quæ ab illis dicta, sic à verò deuiauerunt, erroris crimen non tam illis quàm his à sapiente viro inscribetur. Quocirca si qui horũ impietatis inuentores, & prophanorum dogmatum doctores fuere, pugnantq; doctrina inter se, ostendantur, & quiescam. At si de illis manifestum, quod primi doctores inter se fuerunt opinionibus diuersi, quomodo non omnibus liquescet, quod extra viam rectam vadunt & errauerunt? Etenim si quis vellet, de Deo qui est super omnia, rectum & inadulteratum sermonem ab his discere, cuius opinionem amplexaretur, vt non aberret à scopo? Etenim Thales quidem & Anaximãder, aliter (sicut iam ostendimus) & aliter, vanè nugati esse deprehenduntur. Pythagoras autem & Plato, qui versati sunt in Ægypto familiares multis qui illic erant, vti disciplinarum, & scientiæ auidissimi, non ignorauerunt virtutem Mose. Erant enim apud Ægyptios Mosaica non in parua admiratione: & hinc, opinor, illos sermonem de deo absque insolentia didicisse, vt sentirent & loquerentur de eo aliquanto sanius quàm alij.

Apud nostros primos doctores de deo nulla hæresis.

Diuersi inter se opinionib. ethnici philosophi.

Ad hoc comperimus autem & Athenienses quosdam cum illis, ad hoc vt idem saperent quod ipsi, adductos. Iam memoria & sermone dignum existimo Ægyptium Hermetem, quem & ter maximum nominatum esse dicunt, quum adeo obseruaretur ab his, qui illo tempore viuebant, & sicut quibusdam videtur, assimilaretur illi quem ex Ioue & Maria fabulæ natum ferunt. Ille igitur Ægyptius Hermes, quamuis sacerdos esset & ad idolorum templa consideret, semper ea quæ Moses docuit, sensisse comperitur: tametsi non omnino recte, neque irreprehensibiliter, sed aliqua ex parte. Etenim & ipsi fuit vtilitas, & eius memoriã facit in libris suis, is qui Athenis cõposuit, inscriptos, Hermaicorum libri quindecim. Scribit autem sic in primo de illo, dum adducit sacerdotem quendam dicẽtem: Igitur vt veniamus ad similes, an non & nostrum Hermetem audis Ægyptum in sortes & fines diuisisse, funiculo mensum esse, & fossas diuisisse irrigationibus, & leges posuisse & præfecturas ab ipsis cognominasse, & constituisse commutationes commerciorum, & nuper dixisse summam legis astrorum, & diuisisse herbas & cum numeris & geometria etiam astronomiam & astrologiam, musicámque & grammaticẽ omnem inuenisse & tradidisse?

Hermes Trismegistus quis.

Narrabo igitur quid singuli opinati sint, & recordabor etiã aliorum, qui admirabile apud illos nomen in doctrina sortiti sunt. Opus autem fuerit, vt lector magno studio & absque fastidio scriptis incumbat. Itaque Pythagoras dicit: Deus quidem vnus, & ipse non, vt quidã suspicantur, extra mundi gubernationem, sed in ipso totus in toto circulo, omnes generationes considerat, contemperatio existens omnium seculorum & lux suarum virtutum & operum, principium omnium, lumen in cœlo, & pater omnium, mens & animatio omnium, circulorum omnium motio. Ecce quàm manifestè vnum dicit vniuersorum deum, & omnium principium, & operatorem suarum virtutũ, lucem & animationẽ, hoc est viuificationẽ omnium & circulorum omnium motionem: nil enim per se mobile est, omnia autem ab ipso producta sunt, & ex nihilo vt essent motionem sortita esse videntur.

Pythagorę de deo vno sententia.

At Plato & ipse in loco quodam dicit: Nam patrem & factorem vniuersi huius inuenisse, arduum opus est, & inuentũ omnibus enunciare impossibile. Vtique hoc recte. Gloria enim domini fugit sermonem, sicut scriptum est: & omnis de eo sermo infirmus est, & dignitatem eius non assequitur: est enim vltra omnem cogitationem. Videmus autem per speculum & in ænigmate, sicut dicit sapiẽtissimus Paulus. Dixit item in lib. quarto historiæ philosophi Porphyrius, sensisse Platonem, & dixisse quoque de vno deo, nomen quidem illi nullũ congruere neque humanam cognitionem posse cõprehendere, sed appellationes quæ de eo dicuntur, à posterioribus esse, abusiueq; de ipso dici. Quod si omnino aliquid, nominib. quibus vtimur, de eo dicere audendum, magis appellationem vnius & boni ei tribuendam: nam illud insinuat circa ipsum simplicitatẽ, atque per hoc sufficientiã: nullo enim opus habet, nec partibus, nec substantia, nec virtutib. nec efficaciis, sed est omnium horũ autor. Boni autem vocabulum commendat nobis, quod ab ipso omne quod bonũ est, dum alij pro virili imitantur, illius, si ita licet dicere, proprietatem, perque illam salutem accipiunt.

Plato ineffabilem Deũ testatur.

1. Cor. 13.

ἓν Vnum τ' ἀγαθὸν Bonum, nomina Dei.

Iam & ter maximus Hermes sic alicubi dicit: Deum intelligere quidem difficile, eloqui autem impossibile, si cui etiam intelligere possibile. Incorporeũ enim corpore significare impossibile, & perfectũ imperfecto comprehendere nõ possibile, & sempiternum conferre cũ momentaneo difficile. Nam hoc quidem semper est, illud autem prætergreditur: & hoc quidẽ verum est, illud sub apparentia adũbratur: quantũ igitur infirmius à fortiore, & minus à meliore distat, tantũ etiã à diuino & immortali mortale. Proinde si quis incorporeus oculus egredia-

Hermetis de excellentia dei sentẽtia.

AVREA.

turà corpore ad contẽplationem pulchri,& subuolet ac contẽpletur, non figuram, non corpus, non species intueri quærens, sed illud potius, quod omnia facere potest, quod quietum, quod tranquillum, quod solidum, quod inconuertibile, quod ipsum omnia & solum, quod vnum, quod ipsum ex seipso, quod ipsum in seipso, quod sibiipsi simile, quod neque alij simile est, neque sibi dissimile. Et iterum ille: Itaque de illo vno & solo bono intelligens, nihil impossibile dixeris. Omnis enim virtus ipse est, neque in aliquo ipsum cogites esse, neque iterum quasi extra aliquem. Ipse enim est qui sine termino, omnium est terminus: & qui à nullo comprehenditur, omnia in se comprehendit. Quoniam quod discrimen est corporum ad incorporea, & genitorum ad ingenitum, & necessitati subditorum ad libere existens, vel terrenorum ad cœlestia, & corruptibilium ad sempiterna? non quod aliud quidem libere existat, aliud autem necessitati subditum. Quæ autem infra imperfecta sunt, corruptibilia sunt. Quin & Sophocles sic dixit de Deo: Vnus verissime vnus est Deus, qui cœlum ordinauit, & terram ingentem, pontíque iucundam vndam, & ventorum vim. Plerique autem mortales corde errantes, extruimus in animarum iacturam deorum imagines ex lapidibus & lignis, vel ex auro fabricatis, vel elephantinis figuris, sacrificiáque illis & ferias ociosas apparantes, eos colere arbitramur.

Sophoclis de Deo vno dictum.

Adhæc & sapientissimus Xenophon: Igitur manifestũ quod magnus sit & potens, omniáque concutiat & confirmet, ignotum autem qualis sit figura. neque enim videtur esse lucidissimus sol, neque hic videtur permittere, vt ipse cernatur: sed si quis impudenter eum spectet, oculis priuatur.

Itaque quod vnus naturalis verúsque Deus longe super omnem mentem & sermonem incomprehensibilis absque specie, viuificus, & principium omnium, ingenitus, incorruptibilis, autor natiuitatis omnium, manifestis testimoniis cõprobatum est, ex diuinitus inspirata scriptura, et vocibus etiam eorum qui apud illos clari sunt poetarum & scriptorum: nunc quod etiam filium, qui ex ipso secundum naturam genitus est, conditorem ipsius Verbum cognouerint etiam illi, per ea quæ scripsere, ostendentes, apponamus & de his sententias.

De filij Dei verbi deitate testimonia ex ethnicis.

Dicit enim Porphyrius in quarto libro historiæ philosophi, quod de bono dixerit Plato sic: Ab hoc autem modo quãdam hominibus inexcogitabilem mentem factam esse totam, et secundum seipsam subsistentem, in qua sanè, quæ vere sunt, & omnis substantia eorum quæ sunt. Hæc certe & primo pulchra, & ipsa pulchritudo à se pulchritudinis habens speciem. Processit autem ante secula, ab autore Deo incitata, per se genita, existens & ipsa pater: non enim illo mouente ad natiuitatem eius processio facta est, sed de illo ipsa progrediente, per se nascendo ex Deo. Processit item non à temporali quodam initio: nondum enim tempus erat. Sed neque tempore facto, erga ipsum aliquid est tempus. Absque tẽpore enim semper et sola, æterna mens. Sicut autem Deus primus vnus & solus semper, licet ab ipso facta sint omnia, in eo quod non connumeratur cũ illis, neque cũ illorũ substantia simul recensetur eius dignitas: ita etiam mens æterna sola & absque tempore subsistens, & eorum quæ in tempore ipsum tempus est in identitate manẽs suæ æternæ subsistentiæ.

Νοῦς αὐτοπάτωρ.

Deus absq; tempore.

Insuper & Orpheus iterum sic dixit:

Cœlum adiuro te Dei magni sapiens opus,
Vocem adiuro te patris, quam locutus est primum
Quando mundum vniuersum suis firmauit consiliis.

Filius vox patris ab Orpheo dictus.

Vocem autem patris quam loquutus est primum, vnigenitum eius Verbum dicit, quod semper cum patre existit. Non enim erat tempus, quando absque sermone proprio intelligeretur existens Deus & pater: in ipso autem & omnium conditorem esse Deum demonstrauit.

Hermes autem ter maximus sic loquitur de Deo: Verbum enim eius procedens, perfectum existens & fœcundum ac opifex, in fœcundam naturam cadens, & fœcunda aqua fœcundam aquam fecit. Et idem iterum: Itaque pyramis inquit, subiacet naturæ & mentali mundo. Habet enim principale accumbens opifex Verbum Domini omnium, quod post illum prima virtus, ingenitum absque termino, ex illo prospectans et incumbens, ac imperat omnibus quæ per ipsum formata sunt. Est autem et è perfectissimo progenitus perfectúsq; & fœcundus germanus filius. Et iterum idem: Quum interrogasset quidam sacerdos Ægyptius & dixisset, Quare autem ô Maxime, bonus dæmon hoc nomine vocatus est ab omnium Domino? inquit: Et in prioribus dixi, tu verò non intellexisti. Natura Verbi eius mentalis natura est generatiua, & condere potens. Hoc sicut ipsius natiuitas, vel natura, vel consuetudo, vel quod volueris ipsum nominare nomina, hoc solum intelligens, quod perfectus est in perfecto & à perfecto perfecta bona operatur, & condit, & viuificat. Igitur quia talem habet naturã, bene hoc appellatur. Et idem in libro primo Diexodicôn ad Tat. sic dicit de Deo: Conditoris Verbum ô fili, perpetuum, per se mobile, increscibile, indiminuibile, incommutabile, incorruptibile, solum, semper sibiipsi æquale est, simile & planum, bene consistens, bene ordinatum, existens post præcognitum Deum: significat autem per hoc patrem.

Verbũ diuinum quomodo ab Hermete doceatur.

Sufficiat hoc ad consummatissimam demonstrationem, quod vnigenitum Dei Verbum intellexerint & illi. Nunc verò censeo adiiciendum, quæ & de spiritu sancto ab illis dicta sint. Dicit enim Porphyrius, exponens opinionem Platonis: Vsque ad tres subsistentias diuinam substantiam progredi: esse autem summe quidem Deum bonum, post illum autem & alterum conditorem, tertium & mundi animam. Progredi enim vsque ad animam, deitatem. Ecce quàm manifeste in his vsque ad tres subsistentias, Dei substantiam progredi affirmat. Vnus enim est vniuersorum Deus: dilatatur autem, quantum de eo scitur, in sanctam et consubstantialem trinitatem, in patrem inquam, & filium, & spiritum sanctum, quem & animam mundi dicit Plato. Viuificat autem spiritus, & procedit ex viuente patre per filium, & in ipso viuimus, & mouemur, & sumus. Vere enim inquit, dicens Dominus noster Iesus Christus: Spiritus est qui viuificat. Et iterum idem Porphyrius de Platone, Ideo occulte de illo insinuat, dicens: Circa regem omnia sunt, & illius gratia omnia, & illud causa omnium pulchrorum: secundum autem circa secunda, & tertium circa tertia. Nam quum omnia quasi existant circa tres deos, attamen primo quidem circa omnium regem, secundo autem circa Deum ab illo, & tertio circa eum ab isto. Manifestauit autem & subsistentiam quam ex seipsis inter se habent, incipereque à rege & subincessionem & submissionem earum post primum, per hoc quod primo & secundo & tertio dicit, & quod ex vno omnia & per ipsum omnia seruantur. Videt igitur non prorsus sanè, sed sicut Ariani separat & substituit, subsistentiásque subiectas ipsis infert, & tres opinatur esse deos distincte, sanctámque & consubstantialem trinitatem. Veruntamen non omnino ignorauit veritatem, opinor autem quod & sanè dixisset & intellexisset, fortassis autem & pronunciasset quod recte de Deo sensit in aliis omnibus, nisi forte Aniti & Meliti timuisset accusationem, Socratísque aconitum.

De spiritu sancto ethnicorum testimonia.

Spiritus sanctus anima mundi.

Ioan. 6.

ὑπόβασις ὕφασις.

Ariani platonizant in trinitate.

Plato metu placuit.

Dicit etiam Hermes in sermone tertio ad Asclepium: Non enim cõprehendi possent, si proponerentur non initiatis talia sacramenta: sed mente audire. Vna sola erat lux mentalis ante lucem mentalem, & est semper mens mentis fulgida: & nihil aliud erat quàm huius vnitas semper in seipsa existens: semper sua mente, & luce, & spiritu omnia continet. Et post alia dicit: Extra illum non Deus, non angelus, non dæmon, non substantia aliqua alia. Omnino enim est Dominus & pater, & Deus, et fons, et vita, et veritas, et lux, et mens, et spiritus, et omnia in ipso et sub ipso sunt. Nam mentem quidem de mente, sicut ego reor, filium dicit, et sicut lucem de luce. Meminit autem et spiritus, qui omnia contineat: neque autem angelum, neque dæmonem, neque aliam quandam naturam vel substantiam, extra diuinam eminentiam esse sitam dicit, sed sub ipsa omnia, et per ipsam esse diffinit. Et iterum idem in eodem sermone tertio ad Asclepium interrogante quodam de diuino spiritu dixit sic? Nisi prouidentia quædam esset omnium Domini, ita vt et Verbum ipsum reuelaret, neque vos nunc amor talis tenuisset, vt de hoc quæreretis. Nunc autem quod restat in sermone, audite: Hoc spiritu de quo sæpe dixi prius, omnia opus habent. Omnia enim portat, secundum dignitatem, omnia viuificat et alit, et à sancto fonte producitur adiuuans spiritu, et vita omnibus semper existens fœcundus. Vnum esse igitur nouit illum et existere in propria subsistentia, et omnia viuificare et alere, et sicut ex sancto fonte Dei et patris productum:

Vide trinitatem.

Filius mens de mente.

Spiritu Dei omnia opus habent.

ctum: procedit enim ex ipso secundum naturam, & per filium suppeditatur creaturæ.

Diligenter igitur perscrutati, & pro viribus quæ in illorum libris habẽtur, manifestissimam fecimus vniuscuiusque opinionem: vt sciant legentes, quod errarint quidẽ non pauci ex Græcorum sapientibus, proprias sententias sequentes, & inter se diuersas opiniones habentes, non fuerint tamen expertes eorum quæ in Mosaicis libris contenta sunt. Nam eapropter, etiam vsque in Ægyptum disciplinarum studiosi peragrarunt, & hi melius aliquanto cæteris sapuerunt, propioresque veritati sunt facti, non ita turbidum mentis habentes oculum: quos opinor si quis strabos dicat, non aberrauerit. Itaque satis hic liber ostendit, quod veriora sint & vetustiora quę à Christianis traduntur, longéque melius habeant Græcorum nugis, etiam testãtibus eloquentissimorum virorum sententiis.

philosophi strabi.

Libri primi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, contra ea quæ à Iuliano obiecta, pro religione Christiana.

LIBER II.

QVONIAM considerabamus non absurdum, imò censebamus vtile & necessarium, primò dicendum esse, quí nam inter scriptores tempore alios antecesserint & quam singuli de Deo habuerint opinionem, earum rerum diligentissimam enarrationem fecimus. At si quis fortassis redarguturus dicet: Quare quum de Christianorum dogmatis statuisses, & Iuliani blasphemiis oppositurus sermonem defensorium paratus esses, non cogitasti, vt recta via incederes, sed quasi licentiosius digrediens, quò sermonis decori ducebat impetus, genealogiis te occupasti, & Hebræorum Græcorumq; opiniones vt curiosius exquireres, studuisti? Itaque reprehensiones illas refutaturi, hunc sermonẽ tempestiuè afferemus. Quoniam ille, Babyloniũ imitans Rabsacen, infreni lingua contra Deum conuitia proferre non timuit, & contra sacro sanctam nostram religionem impie clamauit, philosophorumque Græcorum frequenter meminit: multumque illorum peruersas opiniones celebrans, contra autem heu in sancta ecclesiæ dogmata audacter insurgens, & Moysis semelque sanctorum omnium derisit historias. Idcirco valde meritò, quasi quandam syluam ante contradictiones coaceruauimus manifestas euidentésque demonstrationes, quod antiquior sit scriptura optimi Mose, quàm omnium Græciæ sapiẽtum. Quin & Christianorum fidei traditionem viderit quis, incomparabilib9 eminentiis, apud illos quoque commẽdatam. Neque aliter sequentes sermones à prolixiore digressione absolui poterant, & alioquin valde longinqua à propositorum sensu interdum afferenda videbantur. Verum de his quidem satis. Eundem autem nunc ad illius scripturã, cuius versus sub ipsius verbis exponemus, scientes apposite, & decẽter nostra illius obtrectationibus apponenda. Quoniam autem, vt dixi, impudens os aperuit, vt plurimas calumnias & blasphemas voces contra dominum nostrum Iesum Christum iactaret, talium quidem nullam mẽtionem faciemus. Equidem prętericns & valde prudenter, ea quæ si vel solas aures pulsent vocibus polluerẽt, necessariis obsistam: & ostendam illum vbique ita deditum dicteriis mordacibus, ac vanis nugis, adeoque aberrantem, vt omnino verum dicere nequeat. Sciendum est & illud quod in primò libro varia consilia captat, eademq; sursum & deorsum versare & confundere non cessat, ita vt id quod in principiis dicere inuenitur, hoc & per medium enarret, & postremis inserat: vnde fit vt sermones contradictionis non admodum ornate positi videantur: videréque cogàris quantam amet contentionẽ in suis dictis, quibus eadem subinde non semel, sed sæpissime repetit. Diuidentes igitur decentiore ordine sermonem illius, & collatis sententiis nõ singulis sæpissime, sed semel & industriè, quantum satis est, obuiam ibimus. Incipit igitur contra nos sermonem, & dicit:

IVLIANVS.

Operæprecium mihi videtur cunctis mortalibus exponere causas, quibus mihi persuasum est, Galilæorum eruditionem, figmentum hominum malignitate compositum, nihil quidem diuinum habere, vti vero fabulosa, puerili, & stulta animæ portiuncula, quæ monstriloquentia, & prodigiosorum narratione adducat in hoc, vt vera dixisse credatur.

Apostolos vocat Galilæos.

Fabulas nostris tradit.

CYRILLVS.

Galilæos quidẽ mea sententia, dicit sanctos Apostolos: monstriloquentiam autem, Mosis & sanctorum prophetarum prædictiones, & diuina eloquia. Ignorat autem fortassis, imò non absque dei nutu, aduersus superstitionem suam cõmentus contradictionẽ. Sunt enim Galilææ duæ, quarũ vna iuxta Iudæam, altera vero contermina & vicina Phœnicum ciuitatibus. Vnde in multis quidem euangeliis scriptum est de cõmuni omnium nostri saluatore Christo, quod ambulârit ad mare Galilęæ, hoc est stagnum Tyberiadis, & fecerit electos discipulos. Dicit autẽ alicubi deus per prophetam quempiã sanctum: Et quid vos mihi Tyrus, & Zidon & omnis Galilæa alienigenarum? Quin & diuinus Esaias inquit: Regio Zabulon & terra Neptalim, & cæteri maritimam habitantes, Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam. Itaq; Galilæi non soli intelliguntur Iudæam habitantes, sed & omnes gentes: Galilæa enim, inquit, gentium.

Galilææ duæ.

Iohel. 3.

Esaiæ 9.

Obscurum ergo & nondum satis manifestum, contra quos rectius & verius sermo illius tendat, vtrum cõtra nos, vel etiam contra ipsum, & eos qui stupidam illiq; gratam superstitionem coluerunt. Galilæi enim & illi sunt: imò nullo modo vacillârit quis: Græcorũ stuporibus congruere dictorum vim. Vbi enim tã fabulosa, stolida & puerilia, frigida insipiẽtiæq; omnis plena, quàm apud solos illos: qui multa mõstruose loquũtur, & mendacio fidem veritatis parare tẽtant, estq; apud eos tanta obscœnitas, vt & electi, & inter optimos ab ipsis habiti philosophos, aduersus poetarum nõ diuinam, sed absurdã insaniam maxime declament. Manifeste igitur dicendum, quod ab illorum nugis secedere oporteat. Non enim Homero Plato accedit, deos & deas inuehenti, partim ob libidinem condẽnatos, & hominum auaritia offensos, partim plorantes, & ægre ferentes mortuos quosdam ex ipsorum genere, muliebriterque, Heu me dicẽtes, eo quod volentes à morte eripere aliquẽ non potuerunt: sed victi à Parcis, etiã fato cedere coacti fuerint, quod fortius scilicet, & aliorum deorũ præside sit, quem summum appellãt Iouem.

Fabulosa apud Græcos.

Dij gẽtium Parcis subditi.

Enimuero quum & multa alia dicere possem, hic prætereo: & idcirco ne videar diuertere à iusta ad propositũ scopum redeo. Græcorum sunt fabulæ, & ipsi monstridicentiam vt vera crederetur, non ex simplicibus, sed impie & flagitiose inuentis coniecturis inuehere studuerunt: & cõtra ineffabilem gloriam omnipotentis dei, scelestum figmentum composuerũt, ac quodammodo laqueo simpliciorum animabus disciplinam instituerunt. Seduxerunt enim per vniuersum orbem, deos esse dicentes Cœlum & alia elementa: & quemadmodum sapientissimus Paulus scribit, dicẽtes se esse sapientes infatuati sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volatilium, & quadrupedum & reptilium.

Roman. 1.

Vt autem illius coniecturis cedamus, quum possit aliis quod dicit magis stabiliri, sinamus insiliat in sanctos apostolos, vel saltem in sapientissimum Mosen & sanctos prophetas. Veniat, monstret manifeste, quod est figmentum illud maligne conflatum? quam dicit esse monstridicentiam? & quid in Christianorum religione vocat fabulosum & puerile? Nũquid fabulas nobis cõscripsit Moses: dicens, vnum natura & verè deum esse, ingenitum, sempiternum, incorruptibilem, inuisibilem, absque quantitate, incommutabilem, impalpabilem, vitam, & viuificatorem, sapientiam, virtutem vniuersorum, natiuitatis autorem, regem dominum vniuersorum? nunquid aberrauit à vero sanctorum prophetarum sermo, quibus curæ fuit vestigia Mosaicorum dogmatum proxime sequi: nunquid aliter se habere sanctorum apostolorum doctrinam inueniemus? non profectò. Ad hæc, quo pacto affirmat ea quæ Galilæi tractant, nihil continere diuinum, sed fabulas friuolas & prodigiosas esse dixit? quamuis fatendum sit nihil esse melius quàm bene & absque omni errore nosse, vnum & naturalem & verum esse omnium opificem & dominum. Dicerent autem, sat scio, & ipsi contemplatiuam, pulcherrimam & eximiam philosophiæ partem, & esse & dici, per quam diuina attentius considerare valẽtibus,

Quæ Moses de deo dicat.

Contẽplatiua philosophia potior.

prout hominibus conceditur, comprehensibilia sunt.

Re ipsa, nō gloriatione probet. Cæterum quoniam sibi persuasum esse dicit ipse, doceat vnde vel à quibus. Neque solum glorietur se hoc scire. Sed siquidem hoc quod ipse persuasus est, ad perfectissimam demonstrationem sufficit, ostendat, vnde sic putet, ac dicat, res Christianorum non habere bene, ne dicam, eas illi nugas esse: veruntamen versetur solum in his quæ contra nos, at nos tam infenso iudice neutiquam vtimur. Quod si arbitratur corrigentium sermones) qui videlicet contra aliquos fiunt, veros esse, & non mentitos, ne ipse sese solum dicat persuasum, sed etiam re ipsa probet. Quod autem seipsum magis condemnet quàm nos in fabularum figmento, deq; crimine illo sit suspectus, ex his quæ dicit iterum sciemus.

IVLIANVS.

Facturus sermonē de omnibus dogmatibus quæ isti dicunt, illud præmiserim, quod oporteat eos qui contradicere voluerint, quasi in prætorio nihil extraneum curiosius exquirere, neque contra id quod dicitur, loqui, donec de primis responderint. Id enim tutius fuerit ac manifestius, propriam quidem vrgere causam, quando aliquid nostrum corrigere volunt: nihil autem quando his quæ nostris recriminari obiectionibus respondent.

CYRILLVS.

Indigna præscribit Iulianus. Elinguem igitur, dic mihi, oportebit esse eum, quem tu persequeris? & silere iubes quem fugientem apprehendis? neque mentionem vis fieri vllorum dictorum tuorum, ne confirmetur aduersus te accusatio? quāuis quod non vis vt nos aliquid dicamus de tuis, hominis est, qui redargutionem timet, & iniucundam in suis fœditatem non ignorat. Itaq; dum ipse Christianorum religionem accusat, si etiam non omni laude prosequitur, nec summo præconio prædicat Græcorum superstitionem, par exigat. Si autem in sermonibus quos cōtra nos euomit, maiorem gloriam propriæ stultitiæ aptat, Græcorum dicta nobis tanquam præcellentia opponens, quomodo orat vt sileamus, & suarum rerum omnino nullam vult mentionem fieri? quando nostris dogmatis patrocinari volentes, de illis sermones facimus. Itaque si non liceret nobis ei aliquid obiicere, & repelleremur, ne ea quæ ad Græcos pertinent, sola non commemoraremus, dixerim bene & non immerito factum esse ab illo sermonem. Occurrere autē & respondere volentes ad omnia quæ ab illo dicuntur, quomodo adhuc redarguet, si cum ipsis loqui, & obscœnam Græcorum impietatem detegere studuerimus? Nam sicut si variarum specierum colores componātur, color se offert magis apparens: Lux enim in tenebris, inquit, lucet. *Ioan. 1.* Hoc sanè modo, etiam virtutibus insitæ pulchritudines, rudium potissimum mentibus haud aliter manifestæ fiunt, quàm per solam contrariorum turpitudinem appositam. *Contraria iuxta se posita magis elucescunt.* Facit enim improbitatis fœditas, vt meliora, victoriæ calculum mereantur. Adeoque hac ratione & valde meritò veritus est sua, & in medium venire non sinit, quæ ad eius confusionem cedunt, tacereque vult eos qui accusantur. Arguit autem & nos aliis modis, sic dicens:

IVLIANVS.

Parumper autem repetere operæpreciū vnde nobis, & quomodo præmium in mentem dei assertio venerit: deinde opponenda sunt quæ à Græcis & Hebræis de deitate dicuntur. Et post hoc interrogandi erunt hi qui neque Græci, neque Iudæi, sed ex Galilęorum secta, quare pro nostris suam elegerint: & ad hoc, cur nō cum illis maneant, sed desciscentes ab eis in propriā viam vertuntur, & confitentur quidem, nihil vel bonum vel egregium, neque ex his quæ nos Græci, neq; ex his quæ Hebræi, à Mose habent, sapiunt. Ab vtrisque autem gentibus, quæ perperam constituta sunt, quasi ceram colligūt, nempe deitatis negationem, ex Iudaica leuitate: improbam autem & dissolutam vitam ex nostrorum ignauia & confusione, & hoc optimū cultum dei nominari voluerunt.

CYRILLVS.

Iulianus in suam legem peccat. En ille qui dicit eos qui calumnias, quas aduersus nos fabricat, legunt, siquidem contradicere voluerint, quasi in prætorio constitutos, nihil extraneum curiosius inquirēdo, neque quod dicitis recriminādo, debere se gerere: manifeste in istis promittit oppositurum se ea quæ à Græcis & Hæbræis de deo dicuntur. Igitur is oppositionis modus quò spectat? & quis ipsis scopus,

E qui Græcorum dogmatis opponit Hebraica, vel saltem ea quæ à Christianis dicuntur? nondum enim, dixerit quispiam, quod relicta contradictione se à calumniādi studio eripuerit, & lectoribus, tāquam rectis vsurus sit iudicibus: ita vt ab illis discere velit quid melius, vel quid deterius. Arbitratur enim, vt videtur, non alia ratione opinionis suæ de deo laudatores quosdam fore, nisi Christianorum res perturbet, & collatione Græcorum, turpiores condemnentur. Atqui hoc nunquā fiet apud eos qui & mendacij infirmitatem, & veritatis nouere virtutem. Veruntamen illud vide. Etenim ponens nobis quodammodo legem vt taceamus, nullamq; de rebus suis mentionē faciamus, quando pro nostra religione facimus sermones, captus ipse iis quæ interdixit, inuenitur. Affert etiam alicubi quæstionem, cur nam relictis iis quę à Gręcis dicta sunt, ad Hebraica declinauerimus? *Quare Christiani à Græcis, hoc est, paganis defecerint.* Age & nos vicissim illi dicamus, quare nam relicta Christianorum religione, & à veritate fugitiuus mēdacium diligis, & tam abominabilem idololatrarum factitiam religionem certę fidei de deo insipienter præposuisti, idque putas bene consultum esse, quod potius omnium postremissimum & pessimū errorem F recte dixeris?

At si voluerit verissimam causam cognoscere, propter quam ea quæ à Græcis dicta reliquerimus, & Hebraica elegerimus, quæ ab ipso accepimus, dicemus. Igitur Græci quidem fabulas finxerunt pro diis, incredibiles & monstrosas, Dixere enim Saturnum deuorare filios, & iterum euomere: & nuptias item incæstas, matri enim Iupiter congressus est, procreauitque ex ea liberos. Idem duxit vxorem filiam suam, imo nō duxit vxorem filiam, sed simpliciter cōgressus cum ea, alteri eam tradidit. Adhæc narrantur Bacchi discerptiones, & membrorum cohærentiæ. Talia Græcorum fabulæ habent. Habes hinc sufficientem defensionem.

Mœres idcirco, & nos corrigere cupis, quod tam fœdam & absurdam Græcorum nugacitatem dispungimus, & calculum meliorem veritati tribuimus. Nam diuinus Moses, & sanctorū prophetarum chorus, apostoli quoque & euāgelistæ, vnum naturalem & verum deum glorificant, & vt nos quoque sic sentiremus persuaserūt, dum à nugis & omnigenis mōstrositatibus, turpique sensu abstinent, ac admirandam vitæ conuersationem G propè instituunt Nihil apud eos fictum est: nullæ sententię minus persuasibiles. Quippe quod nostra Mose sanctorumq; prophetarum prædicationibus cōueniant, & euangelicæ apostolicæque doctrinæ veritas à priscorum sententiis nō abludat, tempore suo sermo noster manifeste ostendet. Iam quoniam contendit, nescio quare, quomodo in nostris nihil vel bonum vel egregium sit, age ostendat & hoc, neq; ita nude & absque omni probatione accuset. *Quanta bona nostri doceant.* Quomodo nihil egregium apud nos? An non exactus & elaboratus de deo, & mundi conditione, apud Christianos sermo inuenitur? An non recte agendorū irreprehensibilem & insugillatam ex sacris scripturis scientiā suppeditamus? Et quomodo non omnibus manifestū, quod optima philosophia non alia ratione recte tractatur? Nam contēplatiua & actiua philosophia etiā apud illos, qui ea quæ à Græcis tradita sunt, studuere, cū admiratione laudantur. Proinde ab Hebræorum fide impietatem ac negationem dei nō didicimus, id quod & ille de nobis dicit: sed siquidē quis voluerit verū dicere ex scriptura diuinitus inspirata, Gręcorū ruditatem condemnauimus, & quod magis est illorū impietatem, qui vnum & natura verū H deum ignorant, à nobis improbatam cui non est perspicuum?

Dicit autem vitam dissolutam nos ab ipsorū ignauia recepisse, confusionemq; & ignauiam vocat gentilium, vesci citra delectum, & nihil vitare quod edi potest. *De superstitione i delectu ciborū.* nam in hoc potissimum pietatis virtutē constituunt, & omni virtute præditum arbitrantur eum, qui à cibis quibusdā abstinuerit. At quur sanctificationis modum in illis ponunt: An nō omnia facta sunt à deo, & omnino bona sunt, quæ à bono? An nō sanctissimus ac impollutus, quod nos polluere possit, fecit nihil? Quur enim cibus inficeret, vel quā maculam inureret iis qui illius sunt participes? *Marc. 7.* Vitanda autē ea sunt per quæ contaminari quis posset: id quod faciūt improbi mores, adulteria, scortationes, obtrectationes, mēdacia, calūnia, auaritia, ac cętera. Qui autē talia nihili faciūt, contaminantur interdū etiam, dum parū quidē edunt, & ab eduliis quibusdā cauent, omittunt autē nihil absurdū, ita summum Iouem lætificare, & colere volunt, Venerisque curant ardores.

Iulianus librum Geneseos taxat. Itaque multa quidē ille aduersus nos euomit, contra Mosen autem intempestiue plura loquitur, & illius librum non vulgariter accusat. Dixit enim librum Geneseos nihil vspiam veri dicere, collegisséque illum deliros quosdam qui senuerint: & quæ summo eloquio celebrare cōueniebat, ea omnia extenuasse: & dum ita simpliciter ac ruditer conscriptus est, autorem voluisse videri, quod dicat quippiam sapiens & auditu dignū. Admiratus autem est sapientum Græcorum opiniones super ea re, Platonicáque præ aliorum plausibus, & laudat & celebrat. Ego autem, quod hic iterum arroganter agit, prætereo, sed quod friuolum in Græcorum poesi surrectum supercilium inuenerit, pro virili tentabo dicere.

Operæprecium igitur arbitror, ex illorum libris colligere & apponere singulorum opinionem, quam de mundi constitutione habere voluerunt, deinde quid de mundi natiuitate Mose senserit subiiciam: lectoribus enim apparebit, quàm inepte illi & anguste delirent, & quàm dilucida sit in scriptis Mose veritas.

Diuersa de natura, de vnitate, de figura & gubernatione mundi philosophi senserunt. κόσμος mundus. ὅλον totū, ἅπαν vniuersum. Igitur Plutarchus, vir apud illos non ignobilis, in secundo libro collectionis physicorum dogmatum, ita inquit de mundo: Pythagoras primus nominauit vniuersorum continentiam mundum, à rerum ordine qui in illo est. Thales, & qui ipsum sequuti, vnum mundum. Democritus & Epicurus, & illius discipulus Metrodorus, infinitos mundos in infinito secundum omnem circunstantiam. Empedocles solis circuitum dixit circunscriptionem finis mundi esse. Seleucus infinitum mūdum. Diogenes vniuersum quidem infinitum, mundum autem finitum. Stoici mundum, & etiam totum differre volunt. Vniuersum enim esse, quod cum vacuo immenso, totum autem absq; vacuo mundum, & ita idem est illis totum & mundus.

Deinde de figura mundi iterum sic dicit: Stoici quidem mundum dicunt esse figuræ sphæricæ, alij autem similem galeæ. Alij verò, vt Epicurus, mundos quidem esse sphæricæ figuræ posse, posse autem & alias habere figuras. Iterum quoque dicit enarrans opiniones Gręcorum philosophorum; num animatus sit mundus, vel non. Sic enim alij quidem omnes animatum esse mundum, & prouidentia administrari dixerunt. Democritus autē & Epicurus, & quotquot atoma ac vacuum introducunt, neque animatum esse, neque prudentia administrari, sed natura quadam irrationali sic se habere asserunt. Aristoteles neque animatum totum per omnia, neque rationale, neque mentale, neque prouidentia administrari dicit: sed cœlestia quidem societatem horum omnium habere, & sphæras continere animatas & vitales: terrena autem nihil horum, bonum autem ordinem per euentum, non per prouidentiam sortiri. Et hæc quidem de illis.

Quoniam autem mens illis erat vltra examinare, vtrum corruptibilis sit mundus secundum naturam, vel non iterum opiniones habuerunt etiam de hoc. *De perpetuitate mundi.* Pythagoras & Stoici mundum quidem dicebant esse genitum à Deo, & quantum ad naturam attinet, corruptibilem. sensibilem enim esse, idcirco & corporalem, non corrumpendum tamen prouidentia & continentia Dei: Epicurus corruptibilem, vt animal & plantam: Xenophanes ingenitum & perpetuum & incorruptibilem mundum: Aristoteles partem mundi sub sole passibilem, in qua & terrena finiantur. Audite ô viri, & iam intelligite, quanta in his deliramenta. Nam qui opinionibus ita inter se pugnant, & hoc ac illud confuse, simpliciter ac inconsiderate secundum quod vnicuique videtur eructant: quomodo non existimarentur potius diuinatores quam veritatem edocti? nam illi quidem vnum mundum, hi autem multos: & iterum alij quidem genitum asserunt, & sunt qui his in vniuersum resistunt, & diuersum sentientes, aiunt incorruptibilem ac ingenitum esse. Adhuc & illi quidem prouidentia Dei gubernatum, alij verò aiunt esse absque prouidentia, elementorum autem bene ordinatos motus, motibus per se, & accidentibus distribuunt. Et sunt alij qui ipsum animatum esse dicunt, alij autem neque animatum, neque mentalem, & in summa mens eorum similis est ebrio, hinc & inde se voluntanti.

Aristoteles & Plato in quibus consentiant. Quoniam autem in Platonis opinionibus, quem præ aliis elegit, maxime moratur: dixerim, quod Plato & Pythagoras ideò honestius de Deo, & mundo opinantur, quia conuersati inter Ægyptios, illorum eruditionem vel disciplinam sortiri sunt, apud quos certè creber de sapientissimo Mose sermo erat, A & doctrinæ eius vsque ad miraculum obseruabantur. Veruntamen dicunt Platonem sensisse quæ pugnent cum ipso, & discipulum eius Aristotelem noluisse cum illo sapere, sed maluisse contradicere, & illi se opponere. Nam Porphyrius dicit, opinari quidem Platonem de cœlo, dicereque quod corporea eius species constiterit ex quatuor elementis, ab anima, inter se consonantiam habentibus. Ideò dicit, interdum coniunctionem, interdum diminutionem dici. Interpretatur item nomen vocatum esse οὐρανὸν cœlum: ab ὁράσθαι videri, eo quod visibile quiddam videatur. Aristoteli autem non ita se habere videbatur. Vnde enim, inquit, compositum cœlum? neque enim ex quatuor elementis? Vnde imaginatur quintum quoddam corpus, quod cum quatuor illis communionem non habet. Item Plato mundum animalem esse dicit, & animal mente præditum, tribuítque ei prouidentia gubernari, genitūm esse: & corruptibile, quantum ad eius naturam attinet, definit. Verum discipulus eius non idem sensit, neque enim animatum totum, neque mentalem, neque prudentia gubernatum, sed neque B genitum esse tribuit ei, sed vult incorruptibilem ac ingenitum. Et iterum, vehemens ille & celebris Plato, tria principia vniuersi esse asserit, deum & naturam, & Ideam: & deum quidem esse factorem, materiam autem subiectum, Ideam verò vniuscuiusque quod efficiē dum est, exemplar. *Idea.* Iterum autem obluctatur illi Aristoteles, idque non semel euenit, Ideam enim nec credere nec dicere vult. Duo autem inquit esse principia, Deum & materiam. Tria iterum Plato principia esse dicens, deū, & materiam, & Ideam: adiicit etiam quartum, quod omnino animā vocat, & ante illa materiam ingenitam dicens & genitā: ipsam deinde Ideam, quæ aliquando est, quod det ipsum secundum se subsistere: pugnat autem secum cum suis adinuentionib. dicens in Dei cogitationibus subsistere ipsam, & nō habere propriam subsistētiam, hoc est essentiam. Vtri igitur se addicet veritatis scrutator, vt irreprehensibilem & absque errore viam sectetur? Vtrum ex nominatis asseremus à mendacio? Vtri suffragium feremus, quod in nullo sit lapsus? imò quomodo erūt fide digni, vt aliquibus persuadeant, qui tantum à veritate aberrant, ita vt non solum ab aliis, sed inter se, & secum quique dis- C sideant? Laudat hæc & celebrat sapientissimus ille Iulianus, & Mosaica mordet, ac omnia perturbans, Platonis sermones illis opponere audet, & dicit.

IVLIANVS.

Hic conferri velim Platonis vocem. Quid igitur hic de conditore dicit, & quas tribuit ei voces in mundi factura, considera: vt Platonis & Mose verba de creatione mundi conferamus inter se. sic enim apparebit vter melior, & vter magis Deo dignus, ille ne Plato qui idolis seruiit, vel, is de quo scriptura dicit: quod ore ad os locutus sit ei Deus: *Exod. 33.* In principio fecit Deus cœlum & terram: *Genes. 1.* terra autem erat inuisibilis & inculta, & tenebræ super abyssum, & spiritus Domini ferebatur super aquā. Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona, & discreuit Deus inter lucem & inter tenebras, & vocauit Deus lucem diem, & tenebras noctem, & factum est vespera, & factum est mane dies vnus. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ. & vocauit Deus firmamentum cœlum. Et dixit Deus: Congregetur aqua quæ desubtus cœlo, in congregationem vnam, & appareat arida: & factum est ita. D Et dixit Deus: Germinet terra herbam fœni, & lignum frugiferum. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, vt sint in lumen super terram: & posuit eos Deus in firmamento cœli, vt imperarent diei ac nocti. In his autem neque abyssum dicit factam esse à Deo, neque tenebras, neque aquam. Et plane conueniebat eum qui de luce dixit, quod præcipiente Deo facta sit: siquidem ita est, etiam de nocte, & de abysso, & de aqua: at ille idipsum dicere de his vt omnino factis nihil dixit, quamuis sæpe illorum mentionem faciat. Adhæc neque natiuitatis angelorum meminit, neque facturæ, neque quomodo producti sint: sed tantum de cœlis ac terrenis corporibus loquitur, ita vt Deus secundum Mosen nullius incorporei sit conditor, sed materiæ subiectæ ornator. Nanque dicit: Terra enim erat inuisibilis ac inculta: quod nihil aliud est quam humidam quidem substantiam, materiam facere, ornatorem autem eius Deum introducere.

CYRILLVS.

Itaque de Mose dixerim, si quis celebrare illũ velit, longum & prolixum sermonem haberet. Audi enim Deum manifeste dicentem: Noui te præ omnibus, & gratiam inuenisti apud me. *Exod. 33.* Multiplicem autem virtutem qua præditus erat, satis manifeste indicat miraculorum virtus, quæ in Ægypto facta sunt. Subditus enim erat vniuersorum deo, ac ministrabat, vltionem contra Ægyptiorum insanias exigenti. At qualis Plato fuerit, etiamsi nemo dicat, satis diuulgabit eius in Siciliam ex Athenis peregrinatio. *Platonis & Mose comparatio.* Nam quum Dionysio ob adulationem non placeret, dicunt tanquam illiberali mãcipio pœnam dignissimam esse intentatam. At nunc de hac re parcat sermo, sed redeat rursum ad id quod in manibus.

Nam diuinus Moses sermones quidem vobis videtur composuisse, non ex ambitione fortuito in hoc incitatus, sed quod necessarium ad vitam cognouisset, tradere cogitarit. Non enim proposuerat manifeste philosophari, hoc est loqui aliquid de his quæ dicuntur prima principia, vel de elementis quæ ex illis, nam curiosiora illa sunt, & quarundam mentium captum excedunt. *Scopus Mose in scribẽdo.* Scopus autem eius erat, vt sui seculi homines, ad veritatis dogmata adduceret. Errantes enim, & adorantes singuli quod cuique videbatur, oculis capti erant: & vnum, ac natura, veréque Deum ob ruditatem nimiam ignorantes, colebant creaturam. Et alij quidem Deum esse scribebant cœlũ, alij verò solis circulum. Erant autem qui lunæ & stellis, & terræ ac plantis, & aquarum naturæ, volatilibus & animalibus brutis summæ naturæ gloriam attribuere studebãt. Quum igitur res illorum eò peruenissent, & tam grauis infirmitas omnes qui super terrã erant, depasceret, adiutor Moses & optimarum doctrinarum omnibus doctor demonstratus est, qui clamauit quidem: Vnus est vniuersorum conditor: quem & ab aliis separauit, quæ etiam per istum producta sunt vt essent & existerẽt. Propterea vtilissime & valde sapienter omisis multis nugis, ad ea quæ magis necessaria sermonem vertit. Quid enim oportebat dicere, qualis sit aquarum natura vel etiam quomodo facta sit principio? & quur dimetiretur abyssos, & cœli naturam? & quur indagaret curiosius quomodo angeli subsistant? opinor enim, quod hæc nemo posit explicare, & siquidem essent omnino explicabilia, sapientiam dante Deo, quis auditurus esset? vel certe quis intellecturus quæ tam subtilia, imò & super mentis captum? Quamuis etiam illo tempore fuisse inueniemus, Græcorum sequentes ruditatẽ, quo & sapientisimi Mosi scriptura fiebat: id quod inde probatur: nam è quibus Dei gloria manifeste peruideri poterat, per illa ipsa deprehensi sunt in postremæ impietatis profundum incidisse. Dicit enim scriptura diuinitus inspirata, debuisse priscos vniuersorum conditorem & opificem, ex pulchritudine creaturarum cognouisse: at illi in hãc peruenerunt imprudentiã, vt etiã ex his per quæ poterant veritatis cognitionem accipere, per ea ipsa pasi sint capi se, ita vt mendacio adhærerent. Horum fidelis testis est sapientisimus Paulus, sic scribens: Visibilia enim illius ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsáque æterna eius virtus ac diuinitas, vt essent, inexcusabiles: eo quod scientes Deum, ipsum non vt Deum glorificauerunt, vel gratias egerunt, sed facti sunt vani in cogitationibus suis, & obtenebratum est insipiens cor eorum. *Rom. I.* Et hęc quidẽ decent agrestem, vilem & irrationabilem omnium mendacij cultum, qualem seruabant ij, vt dixi, ad quos sapientisimus Moses sermones habuit.

Quod autem in summum stuporem peruenisse deprehensi sint, absque labore videbimus, vbi posteritatis illorum opinionem sollicite inquisiuerimus. Dixit enim de illis vir valde acutus Plutarchus in primo libro collectionis physicorum dogmatum: *Vnde ortã opinionem dei dicant.* Inde autem venerunt in assertionem Dei: nam sol & luna & ceteræ stellæ, sub terram euntes, similibus coloribus semper oriuntur, & magnitudinibus pares, & in iisdem locis. Et iterum in eodem libro: Definiunt autem Dei assertionem sic: Spiritum esse mentalem & igneum, non habentem figuram, transmutãtem autem se in quodcunque libet, et omnium in se similitudinem assumentem. Habebant autem cogitationem eius: primum quidem, à pulchritudine lucentium conicctantes, quod nihil temerè vel fortuitò fiat, sed quod ista arte quadam formentur.

Afferam autem ad hæc quæ scripsit ter maximus Hermes ad suam Mentem: ita enim liber nominatur. Deinde, inquit, inuisibilis Deus, lauda: & quis illo fulgidior? propter hoc fecit omnia, vt per omnia videatur. Hæc est Dei bonitas, hæc virtus, vt ipse videatur per omnia.

Videbimus autem quód & ipse Iulianus, qui ita sanctam nostram religionem impugnat, hæc confiteatur: etenim affirmat cognitionem Dei rem esse quæ doceri nequeat, sed per se discatur ab hominibus. Dicit autem sic: Quod autem doceri nequeat, coniectura nobis sit primum commune studium erga deitatem, quod est omnibus hominibus, priuatim & publice, vbicunq; viri sunt & gentes. Omnes enim absque doctore deitatem quandam credidimus, de quo diligenter loqui neque omnibus facile est, neque iis qui nouerunt erga omnes possibile. Et post alia iterum: Cum hac communi omnium hominum sententia adest & alia. Omnes enim homines natura quodammodo ita affecti sumus erga cœlum & Deos, qui in illo lucent, vt & si quis alium, præter illos susceperit Deum, & is omnino cœli domicilium illi tribuerit, non destituens illum à terra, sed quodammodo quasi in id quod in mundo dignissimum, vniuersorum regem collocat, colligens, quod inde ille spectet quæ hic agantur. Vide igitur, quomodo ij qui crassum & agrestem, & vt sic dicam, sordidum, non ferentes errorem, & abducentes ab agrestium opinione, non sint omnino expertes veræ cognitionis de Deo: coniectent autem, quę & quanta sit eminentia virtutis illius quod etiam legibus bene ordinatis tam magnam & dignam creaturam sustentatura sit. Et alij quidem ex ijs de quibus est sermo, neque Deum per creaturas nouerunt: sed fuerunt ita attoniti & demẽtati præter humanum morem, vt non solum cœlum & terram & lunam & cætera astra voluerint adorare, sed & in templis multiformes imagines constituerint, insculpserintque illis figuras non solum humanas, sed & brutorum animalium, volatilium & reptilium, & deos eos ac saluatores vocarint.

Deinde quis non admiraretur Mose industriam? quæ nihil loquitur superfluum, vel profundius, & quod ab illius æui hominibus capi nequeat: sed illa potius per quæ ipsos vt melius habeant, possit edocere, & corrigere ea quæ sciebat ad gloriam irreprehensibilem omnipotentis Dei. Deinde adolescentulorum doctores laudauerit quis: & merito, si cum suis sententiis subsistant & manuducant paulisper, ad hoc vt possint aliquid arcanum videre, nihílque proponant in principio valde elaboratum & arduum habens accessum. Iam quum hoc fecerit Moses sanctissimus, nónne illum summa laude dignabimur?

Si autem nihil necessarium dicendum tibi videtur, vix attingamus tuas dulcissimas doctrinas, & scrutemur diligenter pro viribus exactam apud Hesiodum deorum natiuitatem? Nam fingit se audire à Deo, & à Musis sibi acto tribuit, vt rem quandam magnam & amore dignam, ac dicit: *Mose & Hesiodi in factura mũdi comparatio.*

Dicite, quomodo primum dij & terra facta sunt,
Et fluuij, & mare, immensam vndam
Pascens, astráque fulgentia & cœlum latum Sursum.

Deinde dicit chaos & noctem facta esse, sed quomodo, non addit.

Terra primum genuit æquale sibi,
Cœlum stellatum, vt circum ipsum omnia tegat.

Et terræ filium indicans cœlum, quia & maria peperit cœlo cõgressa, Cœon & Oceanum, Hyperionem, Iapetum, Thean, Rhean, Themidem, Mnemosinem, Phœbénq; cum illis, quam & aurea corona insignitã nominat, & Thetem amabilem maximéque inter omnes armatum factum esse Saturnum.

Deinde adhæc addit viles quasdam & vulgares & non subsistẽtes narrationes. Sed forte dicit autoritate poetica Hesiodum finxisse fabulas, erubescit enim fortassis illius narrationes. Igitur quare accusat Mosen sacrorum monstratorem, qui dilucidum & minime erroneum, verarúmque narrationum composuit librum? Facta enim esse dicit à Deo cœlum & terram, solémque ac lunam, stellas & lucem, volatilia & natatilia, & irrationalium animalium genera, & arborum pulchritudines, fructúsque qui edi possunt, & herbas in agris. Vide autem quomodo per illos sermones, errorem quo antiqui delirabant, amputat. *Manifestũ antiquorũ errores de Deo.* An non Iouem quidem nominant cœlum, Cererem verò terram, Apollinem autem solem & venatricem aurea spicula gerentem,

Dianam, hoc est lunam, & Neptunum humidam substantiam? & in summa vnumquenque deorum vt libebat celebrarunt, & vt deos adorauerunt.

Quod autem sermo diuini Mose de factura mundi manifestus, perspicuus, nihil habens superflui, & elaboratus sit, age nunc demonstremus. In principio enim, inquit, fecit Deus cœlum & terram. Non enim ipse materiam ingenitam, vt quidam dixit, cum Deo ingenitam & æternam simul esse intelligendam, & currere, ac subsistere simul cum eo qui semper existit, hoc quod aliquando non erat: & simul cum æterno, quod in tempore, & vix tandem vt sit productum: & cum incorruptibili, quod corruptioni non obnoxiũ. Describit autem creaturã quæ tempore & initio quodã nata, ex nihili productum iuxta voluntatem Dei vt sit hoc quod est: *Deus non est solum expoliator materiæ.* & non dicit prius fuisse & antea inuentam materiam, Deumque tantum factum esse expolitorem ac artificem, qui informi det formam, secundum quod informis erat: & qualitatum differentias, magnitudinesque & pondera solum illi adijciat, sed ineffabili & indicibili virtute, id quod non erat, neque existebat omnino, vt inciperet esse, produxit. Quomodo verò condiderit, menti nostræ incomprehensibile est: esse autem dico & ineffabile omni sermoni. Quomodo enim quis ea quæ mentem excedunt, enunciaret? Opinor item intantum nostræ mentis captum, excelli ab operibus summæ substantiæ, & quænam sit via ad quælibet facienda, quantum ab ipsa etiam secundum naturam inferiores sumus.

Quã apte Moyses rerum creationẽ tractet. Igitur quando Moses dicit, In principio fecit deus cœlum & terram, intellige quod complexim quidem, & quasi in parua tabula omnia comprehendens, totius naturæ enarret natiuitatem. Deinde procedit pulchre ad dicendum, quomodo ornatus ac dispositus sit mũdus, & quomodo singulæ creaturæ suam pulchritudinẽ sortitæ sint, nempe Verbo potentissimo ipsum omnia condidisse, inquit. Deus enim est, & ex deo secundum naturam, Verbum suum quo omnia condidit. Dixit enim Deus: Fiat firmamentum. Et vide obsecro, quomodo mox virtute Verbi compactum sit firmamentum, quod & cœlum vocauit. Dixit Deus: Appareat arida, & composuit aquam in congregationem vnam: dixitque factum esse cum his solem, lunam & stellam & lumen, & animalia terrestria, & aquatilia, & cum his volatilia.

Quod autem & ipsa elementorum natura non habeat, ex se, vt corruptionem effugere possit, sed opus habeat manu quæ ipsam contineat, vt bene sit, ostendit dicens: Spiritus dei ferebatur super aquas. Viuificat enim omnia Dei spiritus, vita etiã ipse secundum naturam subsistens tãquam ex patre, omnia autem illo opus habent, & nõ aliter poterunt firmè in sua essentia qua sunt, persistere. *Elementa per se non subsistunt, sed verbo et spiritu dei.* Vide igitur, vt dixi, Verbo compactum firmamentum, & fundatam aridam, aquis in vnum congregatis, vide herbis & arboribus terram viridantem, & seminales in eis existere causas, quibus temporaria perpetuam vim obtinentia, maneant ac saluentur: vide in firmamento luminaria non ob aliud quiddam à deo facta, quàm vt luceant his, qui super terram, signentque & tempora ac dies, & annos. Iussam autem dicit & terram irrationalium animalium naturam proferre, vnicuique speciem, & quantitatem, & hoc quod in ipso est, conditore dante.

Postquàm autem in mundo vniuersa facta sunt, nihilque omnino quod hominis vsibus seruiret omissum esset, tunc sane quomodo & ipse homo futurus sit conditor deliberabat. Non enim sicut aliarũ creaturarũ, eius natiuitas impræmeditata cõdita est. *Quare deus deliberauerit in formatione hominis, quũ omnia pręsciat.* Quoniam enim eximium & magnum quid, imò vltra omnem rationem & sermonem, & miraculum, intelligitur & est, quod summa natura, sibijpsi assimulari animal, vt capax erat, consilium cæpit, & idcirco ac valde merito, nequid paruum vel abiectum esse videretur, vel etiam ab alijs parum differens, secundum imaginem & similitudinem suam futurum erat animal, hoc est homo, quem non absque consilio format. Tametsi à veritate non aberret dicens, quod diuina mens nihil ignoret. Cognoscit enim perspicuè omnia priusquàm fiant: quid igitur consilium capit, & deliberat, quum prænouerit hominis naturam? At optimus Moses dispensatiue quodammodo cum consilijs præmissis honoratum esse hominem dicit, vt designet, quod non simplicem, & vt quis dicere posset, nihil ab alijs differentem, natiuitatem asserat: sed dicat rem, quæ Deo multum curæ sit. Estque hyperbolicus sermo, & bene opinor factum esse videri, si hominem, omnium quæ super terram sunt animalium dicamus optimũ, factumque esse ad imaginem conditoris.

Quod autem potentissimis dei nutibus omnis creatura condita sit absque difficultate disci poterit etiam ex his quæ scripserunt superstitionum doctores. Visum enim erat omnibus & sapiendum & dicendum simul ab ipso omnia condita esse mẽtalia & sensibilia, inuisibilia & visibilia. Confessi enim sunt, quod circa omnium regem & dominum omnia sunt: id certè etiam Plato dicendo contendit: Dij deorum, quorum ego opifex, paterque operum, Iam igitur Gręcorum adducimus sententias, quas præter illas dicunt, nolumus enim idem sępe dicere: sed mẽtionem faciemus Hermetis ter maximi. Dicit enim sic in sermone ad Asclepiũ: Et dixit Osiris, deinde ô maxime bone dæmon, quomodo tota terra apparuit? *Hermes eadẽ de creatione elementorum dicit, quę Moses.* Et dixit magnus bonus dæmon, secundum ordinem, & exiccationem vt dixi, iussis ad sese multis aquis secedere, apparuit tota terra lutulenta ac tremula: sole autẽ fulgente & iugiter exurente ac siccante, terra durata est propter aquas, quæ in circuitu continebatur ab aquis. Quamuis & alias omnium opifex ac dominus locutus sit: Stet terra, & appareat firmamẽtum, & statim initium formationis terra facta est. Et hæc quidem de terra: de sole verò sic iterum inquit & dixit Osiris, ô ter maxime bone dæmon, vnde apparuit magnus iste sol? Et dixit magnus bonus dęmon: Osiri, solis natiuitatem vis nos dicere vnde apparuerit? Apparuit prouidentia omnium domini. Est autẽ natiuitas solis, per sanctum verbum eius, quod formandi vim habet facta. Similiter idem in libris Diexodicôn sermone primo dicit: Omnium dominus statim dixit suo sancto, & mentali, & vim condendi habente Verbo, Sit Sol: & simul apparuit ignis, qui natura sursum fertur, dico sanè purum & fulgidissimum, & efficacissimum, et fœcundissimum, attracta est natura suo spiritu, et in altum ab aquis erexit. Itaque imperio dei per verbum opifex facta esse omnia, decet hominem et intelligere ac dicere: quomodo autem vel quo pacto, ipse solus sciat.

Iam quod singulis creaturis factis, esse taliter, sua potestate dispenset, et quod modum quo subsistunt omnia, vt ipse eis definit, habeant, colliquescet, et ex his quæ Mose dicit: Fiat firmamẽtum, et factum est ita: et congregetur aqua in congregationem vnam, & appareat arida. Hæc enim vnicuique creaturæ naturam definiunt. Et eius rei iterum meminit illorum ter maximus Hermes, introduxit enim deum dicentem creaturis: Necessitatem autem vobis qui sub me, ponam, hanc legem per verbũ meum vobis datũ: hãc enim legem habetis. Quippe, vt iam dixi, singulis creaturis naturalem præscripsit legem opifex, & illius nutibus esse vel non esse taliter, obtigisse apparet. Et hic quidem sermo rectus ac syncerus est.

Formidat autem Iulianus haud mediocriter Platonis sententiam, & inquit: Audi de mundo quid Plato dicat: Totum certè cœlum vel mundus, vel qualiter quis nominare mauult vtrũ sit semper natiuitas initium nullum habens, vel ab initio quodam fieri incœperit. Nam visibilis est et tangibilis, et corpus habens: omnia autem talia sensibilia imaginari possunt cum sensu. Et post alia: Iam secundum sermonem hunc probabilem, oportet dicere mundum istum animal animatum mentaleque, verè dei prouidentia factum esse. Ecce manifeste etiam cõtra ipsum, diuinus et sapientissimus Plato, totum hunc mundum, vel vtcunque quis appellãrit, genitum, et ab initio quodam factum esse affirmat. Insuper asserit tangibilem, et visibilem, et corporeum, et sensu imaginabilem, et secundum opificis prudentiam factum esse. Porrò quod ille qui Platonis sententiam summe prædicat, seductus sit cum ipso, et sapuerit quidem irreprehensibile nihil, circunferatur autem quasi ab omni vento, declarabimus non post longum, iterum appositis Iuliani verbis. Dicit enim sic:

IVLIANVS.

Vnum autem vni solum comparemus, nempe quod et quale opificium faciat apud Mosen deus, et quale apud Platonem. *Gen. I.* Et dixit Deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram et similitudinem, et præsint piscibus maris et volatilibus cœli, et iumentis, et omni terræ, et omnibus reptilibus

quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit illum, masculum & fœminam fecit eos, dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei, & imperent piscibus maris & volatilibus cœli, & omnibus iumentis, & omni terræ. Audi igitur & Platonis opificium, quod vniuersorum tribuit opifici. Dij deorum, inquit, quorum ego opifex, patérque operum, insolubilia erunt, me scilicet volente. Omne quidem quod compactum, hoc & solutile, & quod pulchre coaptatum, benéque habet, potest solui à malo. Idcirco quoniam nati estis, non estis quidem immortales, & insolutiles omnibus modis sanè neque soluemini, neque habebitis mortis sortes, ídque ob eam voluntatem, per quam adhuc maius vinculũ & magis firmum sortiti quàm illa, in quibus quãdo nascebamini, coniuncti estis. Nunc igitur quod vobis dicens ostendo discite. Mortalia adhuc genera alia tria sunt nondũ genita, quibus non factis cœlum imperfectum erit. Neque omnia in se genera animalium habebit. A me autem si hęc fierent, & vitæ participium haberent, diis æquarentur: vt igitur & mortalia sint, & nunc vniuersum reuera vniuersum sit: conuertamini secũdum naturam vos ad animalia formanda imitantes meam virtutem, qua in vestra natiuitate vsus sum, & in quantum ipsis immortalibus cognomines esse conuenit, dij dicimini, ducésque etiam vos eorum qui vos iustè semper volunt sequi, semina & initia ego tradam. Cæterum vos immortali mortale adiungentes, facite animalia, & generate, cibóque dato facite crescere, & corruptibilia iterum accipite.

Angeli natura mortales.

Esaiæ 6.

Angeli iubentur tria animalium genera formare.

CYRILLVS.

Ridet audax ille temerariis sermonibus, ea quæ nos de hominis formatione asserimus, sicut ab optimo Mose enunciata sunt: & paruifacit, hominis naturæ datum esse à deo, secundũ imaginem ipsius, & similitudinem factum esse ab ipso: quamuis quo pacto omnes qui rectè sapere solent, non suffragabuntur, hoc esse quod omnium maxime ornet? Quid enim melius dicetur, dic mihi, quàm diuina similitudine nos insignitos esse? Nunquid non summam & sublimissimam omnium, diuinam substantiam & ineffabili gloria conspicuã, ac per seipsam omnem virtutis speciem, & pulchritudinem esse dicimus? Et quomodo non omnibus manifestum id quod dixi? Quur igitur deridet tam eximia? & quare cauillatur hoc quod præ omnibus principatum honoris habet, quod mente præditum ac ratione maximéque deiforme inter animalia dei, hominẽ dico? & certè ipsa rerum natura idem fatetur, quod verba Mose sonant. Atqui ille nullam curam gerit, quidnam verisimile sit.

Nihili homini melius datum est quàm quod ad imaginẽ Dei est conditus.

Insinuat autem & hoc pertinaciter, oportere Platonis vocibus firmiter adhærere. Et dum illas admiratur, non considerat quod oratio illa, quam fecisse vniuersorum deum ad quosdam falsò agnominatos deos dicit, ficta sit. de hoc quoque opinor nobis cum illo loquẽdum. Nam siquidem in his Plato poetarum secutus vocem personæ dei sermones tribuit, quos illũ decere arbitratur, non parum aberrauit à scopo, suggillaríque poterit, quòd nescierit seruare decorum in fingenda persona: si autem simulat se audisse à deo, valeat delirus. Non enim fas est dicere, quod Deus qui potestatem in omnes habet, permittat Diis non veris gloriæ quæ ipsi & soli propriè conuenit esse, participes. Dicit enim: Gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam sculptilibus. Proinde paucis veritatem, Platonicis sermonibus opponamus, & dicamus: Admissum esse, si placet, supernas & mentales virtutes à Deo factas, dei apellatione honorari. Dicimus enim quosdam in cœlo & deos & dominos nominatos: sed & nosipsi tali nominatione appellamur, domino dicente nobis: Ego dixi dii estis & filij excelsi omnes. Verũtamen hic est quædam vrgentissima causa, quare liberalitatis Dei erga nos sermo, rectissimè se habeat. Nam omnium conditor, quia secundum imaginem & similitudinem suam creaturam fecit mentalem ac rationalem, nimirum quia bonus est, etiam dei appellatione honorauit. Neque indignũ est. Solemus enim & nos humanã imaginem hominẽ cognominare. Itaque mentalis & rationalis creatura maioris apud deum dignitatis, quàm ea quæ nõ est rationalis & mẽtalis: meliorem etiam gloriã sortita videtur, de apellatione insignita. Etenim ex aliis creaturis nulla prorsus apellatur Deus. Iam quod cœlum, hoc est mundus, planè non sit animal, neque animatum omnino, etiã absque aliis, quos sapientes vocant, ad reprehendendũ sufficit Aristoteles ille Platonis discipulus, qui dixit, vt dudũ affirmauimus, neque animatum totum omnino mundum, neque rationalem, neque mentalem. Itaque quod totum omnino mundum, vel vniuersũ vt interdum vocant, neque animatum, neque mentalem esse dicendũ, permittat illi veritatis potẽtia: domestice, vt dixi, & ex familiarissimis sufficientissime se opponẽtes habet. Illis enim qui omnino non sunt dij, animati, vel mẽtales non dixisse deum, quod aliquid formare debeant, ostẽdit nobis ipsius rei natura, congruis probationibus vtens. Quod enim omnino per se intelligens, vniuersorum opifex aliis diis cõmisisset esse laborãdum circa trium generum formationem, hoc vtique dixisset, vel quod grauetur, vel quod omnino nihil curet nostra. Quæ, vt arbitror, à summa omnium substantia aliena sunt penitus. Etenim si bonus est opifex, quomodo illũ vllius rei pigeret? Sic enim ipse Plato dicit: Bonus erat, bonóque nullius rei inest inuidia. Dicere autem quod hoc non fuerit dignatus, nihil aliud esset quàm fastum & indignabundæ superbiæ crimen ei tribuere. Quomodo illis imperare vellet, quę formare non dignatur? vel quomodo nostris cultibus oblectabitur, si principio nos condere non est dignatus?

Ineptit Plato in prosopopœia Dei.

Angelis deus gloriã suã nõ dat.

Esai. 42.

Psal. 81.

Rationales creaturæ dij appellantur

Mundũ non esse animal contra Platonem.

Deus non committit angelis creãdi officium

Porrò quod & coli vult à nobis, & obedientiam exigat, & in omni virtute sibi humanam naturam assimilari velit, apponerẽ sanè perquam facile plurima veráque ex diuinis literis testimonia: quia autem Iuliano magis probãtur quæ à suis tradita sunt, scripsisse dico Porphyrium libro secundo de abstinentia ab animatis sic: Sacrificemus igitur & nos, sed sacrificemus sicut decet, deo, qui super omnia est, vt sapiens vir dixit, neque sufficientes, neque adnominantes aliquid. Nihil enim est materiale, quod non statim immortali est immundũ. Ideo, neque sermo vocalis, neque internus qui ab affectione, pollutus illi familiaris est: sed puro silentio, & pura de eo cogitãtes colamus eũ. Vnde coniunctos & deo assimilatos sanctam victimam offerre oportet, quæ laudat illum, & nobis salutaris est. In contemplatione dei, ab anima affectionum experte, sacrificium istud perficitur. Vult igitur à nobis coli deus, & per sanctam conuersationem, dum mens ipsi assimilatur, & in animabus nostris pulchritudo eius inscribitur. Vltra dic oro, quomodo hæc à nobis petit, qui quasi abiiciat nos aliis opificibus, & vt sic dicam, priuans sua formatione, quam aliis omnibus creaturis donauit?

Quale sacrificium deus amet.

Prouidentiam autem deus omnino gerit terrenorum, etiam eorum quæ secundum Platonis ludum aliis concredita sunt. Nam quod prouidus est, & vsque ad minima pertingat eius cura & mititas. docebit ipse qui suum spiritum nouit Deus. Nónne, inquit, duo passeres asse venundantur, & vnus ex eis non cadet super terram, absque patre vestro, qui est in cœlis? Sed forte ipse vocem hanc taxabit quasi non sit vera, absurdè etiam contra deum pugnans. Recipiat ergo eos qui familiares ipsi fuerunt, postquam aberrare cœpit. Scribit igitur Alexander Aristotelis discipulus in libro de prouidentia sic. Non velle dicere, deum gerere prouidentiam eorum quæ hic sunt, omnino alienum est à Deo. Inuidi enim cuiusdam foret, naturæque modis omnibus indignæ, meliora non facere posse. Quia autem vtrũque horum alienum à deo, neque ambo, neque alterum inuenies in eo. Relinquitur ergo, & posse & velle deum prouidentiam gerere eorum quæ hic sunt. Si autem vult & potest, manifestum est quod prouidet. Rationi enim consentaneum, nihil omnino absque diuino consilio & voluntate fieri. Huius autẽ sententiæ dicunt quidã esse & Platonem. Manifeste autem Zenon Cittiensis & Stoici alij, dogma istud commendant. Igitur quod summus, & natura & solus vniuersorum deus prouidẽtiam gerat eorum, quæ circa nos, testati sunt & ipsi.

Deum curam omniũ gerere, etiã minimorũ.

Matth. 10.

Vltra diceret, quid hoc, quod voluerit prouidentiam gerere, non omnium optimo humanum genus priuando? Hoc dixerim esse, ab ipso magis creari, & non factos quosdam, qui nudam & solam dei appellationem foris habeant, sortitique sint formandi officium. Et hoc maxime contra diuinam gloriam militat, etiam alios putare posse creare, & ex nihilo producere. Non enim fas est dicere, quod ea quæ diuinæ & ineffabilis naturæ propria & eximia sunt, naturaliter possint inesse quibusdam ab ipsa factis. Cõgruit autem magis ipsi & soli, & ad summam pertinet gloriam eius res illa. nam inaccessa naturæ sunt sicut dixi nuper, ea quæ proprie sũt solius, & omniũ sũmæ substantiæ

Creare soli dei opus est.

stantiæ: quorum vnum esse dicimus, efficaciter operari posse, vt creatorem & producere res quæ aliquando non erant. Adhæc quomodo genita & facta quæ omnibus modis, iuxta rationes naturæ insitas corruptibilia, operarentur diuina? nam siquidem vt modus scientiæ in Deo intelligitur creare, non vltra rationẽ nostram admitteret quis datum esse ab ipso naturæ, creandi scientiam: alioqui nosipsi essemus conditores aliquando, materiam quandam habentes subiectam, & artificio circa eã vtentes. Si autem creare, vt dixi, naturæ magnificæ operatio est & virtus, & vltra mensuras creaturæ, digna est Deo: quur summæ naturæ dignitatem detrahunt, & generationi & corruptioni obnoxios donant, vt sibi placet?

Iam qua necessitate intelligendum putant, imò diuinas calumniantur voces. Permisisse eum dicunt ingenitũ, genitis, vt possint quæ illius & solius implere. Sed profecto aiunt, esset enim necessarium, si à Deo fiat aliquid. Melius enim ipsum esse quàm si moriatur & corrumpatur. Inuidisset igitur aliquibus opifex, & non concessisset eis participes eius quod optimum est fieri: permisisset autem quasi deteriora, per hoc quod nequeunt eadem formare. Num igitur formidasset necessitatem non permittentem sibi posse facere mortalia, vel fortassis ignorauit omnino? Itaque si ignorasse quidem dicunt illum, sciuit creatura aliquid amplius quàm ille. Condit enim, vt ipsi inquiunt, corruptioni obnoxia. Si autem hoc prætereuntes affirmabunt scire, quomodo boni fuerit, non facere bonũ, id quod nouit esse bonum? melius autem est immortale quàm mortale. Præterea non imperitè, sed sapiẽter etiam hoc dixerim. Deus enim, quibus hæc permisisse aiunt vniuersorum regem & Dominum opificem, non immortales dicunt esse, sed compositos ac solutiles, & volente Deo in his quæ sunt corruptibiles. Quomodo igitur secundum propriam naturam incorruptibile, vel immortale, vel insolubile omnino nihil est? quomodo non imperiti sunt, qui dicunt non potuisse vniuersorum Deum tria mortalia genera formare, dedisse autẽ aliis potius vt hoc faciãt? Verum relictis gentilium erroribus, dicimus quod in creatura varium & multigenũ, & aliter aliud & non idẽ, sicut in natiuitate & specie formauit opifex potestate vtens decentissima. Nã immortale quidem, vt dixi, vel insolutile nihil: voluntas autem Dei vnicuique creaturæ est natura, deuenítque vsque ad nos absque omni grauamine. Vnus enim est & solus, non hoc ab alio discens, cui agnoscere non scientiæ species est, sed naturæ suæ, quæ & Deũ addecet, species, ipsique & soli propria agnata, sicut scilicet & aliæ dignitates: ambasin genita minime habent, tribuitur autẽ, vt dixi, naturæ isti & soli naturaliter.

Quod autem absurdissimum sit aliis diis nos asscribere opificij efficaciam, & à Deo naturali & verò eam auferre, etiam ex ipsius doctoribus viderit quispiam. Scribit enim Hermes cognominatus termaximus de natura vniuersi ad Asclepium sic: Igitur si confiteamur duo esse, nempe quod fit, & quod facit, vnum esse vnione: illud quidem præcedens, hoc autem sequẽs. Quod præcedit quidem, est Deus faciens: quod autem sequitur, id quod fit. Quod ita esse propter varietatem eorum quæ fiunt, timens humilitatem & ignobilitatem, Deo ascribere ne timeat. Vna enim ipsi est gloria, facere omnia: & hoc est opus Dei, sicut corporis effici. At facienti nihil vel mali vel fœdi imputamus. Hæc enim sunt affectiones generata sequentes, sicut rubigo æs vel macula corpus sequitur: sed neque ærarius rubiginem patitur, neque maculam ij qui genuerunt. Et post alia iterum sermonibus agit feruentioribus, manifestum exẽplum ponens, & inquit: Ipsi pictori licet cœlum ac terram pingere, & mare, ac Deum & homines, & omnia ratione ac anima carentia: Deo autem impossibile ne fuerit facere? O crassam de Deo ignorantiam & insipientiam, grauissime enim laborant tales. Nam Deum dicentes se colere ac benedicere, non tribuunt ei, quod fecerit omnia: neque Deũ sciunt. Et cum hoc quod ignorantes sunt, etiam plurimum in illum peccant impiè, affectione ei tribuentes, despicientiam vel impotentiam. Nã si non omnia facit, vel superbiens non facit, vel non potens, id quod est impiũ sentire. Deus enim vnam solam habet affectionẽ, nempe bonitatẽ. Bonus autẽ neq; superbus neque impotens est. Hoc enim est Deus. Bonũ quod omnẽ potentiã habet faciendi omnia: quod autem genitum est à bono, & eo qui omnia potest facere fit. Si autem discere vis, quomodo quidem ipse facit, quomodo autem quæ fiunt, fiant, vide imaginem pulcherrimam & simillimam. Agricola semina in terram demittit, & ibi quidem triticum, illic verò hordeum, alibi autem aliud quoddam semen. Vide eundem plantantem vineam, & pomum, & alias arbores. Ita & Deus, in cœlo quidem immortalitatem seminat, in terra necessitudinem & mutabilitatem, in omnibus autem vitam & motum. Et hæc quidem veteres Græcorum sapientum non ignobiles senserunt, & alios sentire voluerunt. Quod æquus ille, & ab aliis secedens, aliorúmque opinionibus valedicens, à solius Platonis opinionibus vincitur: & explanare tentat, quemadmodum ipse putat, sapienter, sermonem ex persona Dei factam esse illi, & dicit:

Gloria Dei est facere omnia.

Vna affectio Dei bonitas.

IVLIANVS.

Atqui hoc somnium non esse, mente considerantes, discite. Deos nominat Plato conspicuos solem & lunam, stellas & cœlum: verum hi occultorum sunt imagines. Lucens enim oculis nostris sol, imago est mentalis, & non apparentis. Et iterum luna apparens oculis nostris, & singulæ stellæ imagines sunt mentalium. Illos igitur mentales occultos Deos in opifice existentes, & simul existentes cum ipso & ex ipso factos & profectos, Plato nouit. Vnde merito loquitur opifex apud illum: Dij (occultis loquens) deorum conspicuorum scilicet, communis autem amborum opifex, hic est qui fabricauit cœlum, & terram, & mare, & genuit astra in mentalibus, quæ horum exemplaria sunt. Considera igitur quod & quæ in illis bene se habeant. Deerant, enim, inquit, tria mortalia genera, videlicet hominum & animalium & plantarum. Vnum quodque enim ex illis propriis definitum est rationibus. Itaque dicit: Et singula hæc à me si fierent, omnibus modis necessario immortalia illa fierent. Etenim non diis est alia causa immortalitatis & lucẽti mundo, quã ab opifice factos esse. Quid igitur, inquit, quãtum est immortale, necessarium est in illis esse, ab opifice datum esse: hoc autem est rationalis anima. Horum itaque species etiam nolentibus vobis seminans & incipiens ego dabo. Quod autem reliquum, vos immortale mortali adaptate. Manifestum igitur quod opifices dij, à suo patre creandi potestate accepta, genuerunt de terra mortalia animalia: alioquin nihil discriminis habiturum fuisset cœlum ab homine, & profecto per Iouem, nec à bestia, & denique nec ab ipsis reptilibus & pisciculis in mari natantibus. Oportebat igitur vnum & eundem esse conditorem omnium. Si autem multum est medium immortalium & mortaliũ, nullo augmento maius, nullo decremento minus, sicut temporaria & fragilia: causam esse conuenit, & horum illos, & aliorum alios. Verum in his quid omnia confundat, & commisceat inter se rerum naturas, qui videre volunt, facile poterunt. Nam primum quidem magis conspicuos deos imagines esse dicit minus lucidorum, qui & mentales, & scibiles Platoni videntur: quum imaginabilia cum sensatione nominet ea quæ videntur.

Dii conspicui, dij occulti & mentales.

CYRILLVS.

Videtur hic eximius noster Iulianus Idæas significare velle, quas interdum essentias & subsistere per se affirmat Plato, aliquando autem & cogitationes Dei definit: quomodo autem res habeat, nec à discipulis ipsis sermonẽ capi posse, dicunt etiã artifices. Gaudeãt ideę, inquit Aristoteles, fabulę enim sũt, quũ nihil ad rẽ faciant. Quare igitur ille proferre has dignatur, & quasi irreprehensibilem sententiam afferre conatur: quod & doctoribus ipsius suspectum, quasi male habeat?

De ideis Platonicis.

ἔννοιαι θεοῦ

Insuper et alium eius sermonem cõperimus, non mediocriter imperitia languentẽ. Dicit enim, Mentales & non conspicuos deos, in ipso existentes, & simul existentes, & ex ipso opifice factos & progressos nouit Plato, addit autem quod mentaliũ & conspicuorũ opifex sit, vniuersorum Deus, qui cœlũ & terram fabricauit, astráque genuit. Igitur quando, sicut & ipse manifeste confessus est, horũque & illorum natiuitatis autor est ingenitus Deus, quomodo ex ipso genitos esse dicit ipsos coexistere, & in ipso existere? Quomodo, dic oro, cũ ingenito Deo coexistit genitũ? et quomodo existit in illo? nos enim non factum Dei verbũ, cũ eo qui genuit, necessario existere, affirmamus: &

Mentales deos nõ esse in Deo.

existere in ipso,procedere autem ex ipso nascẽdi modo. Verum hic diligẽtissimus Platonianæ eloquentiæ præco, ingenitũ quidem esse dicit summũ deũ,existere autẽ in ipso & ex ipso genitos esse & progredi,eos qui ab illo facti sunt,omnia perturbans & confundens & claritatem in diuinorum contemplatione nihili faciens. Dixerit sanè quis illi,quod multorum linguis celebre est: Seorsim Mysorum & Phrygum termini. Apageſis cum friuola nugacitate, si tuus sermo de summo omnium deo, parum de ipsius gloria sentiat. Et deinde, vocans eum natiuitatis omnium autorem,& solum sufficere ad tam præclaras & admirabiles creaturas, in minoribus aliis habere adiutores alios deos cooperantes ad opificium,qui & dicent forte summo deo:à nobis fructus congrega, & tria mortalia, quæ adhuc deerant, vniuerso affer generi, te enim dante animam, nos corpus apponemus,immortale mortali adiungentes.

Χωρὶς τοῦ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματος.

Fortassis autem dicet & hoc,interim sua dogmata defendẽs, quod terrenorum corporum naturam elementorum congregatio perficiat. Sequitur etiam in hoc doctores suos,dicũt enim & Empedoclem Melitoium ita sensisse,atque sic etiam voluisse loqui. Principia enim rerum dicit esse ignem, aërem,aquam & terram:& iungit illis amicitiam & contentionem. Meminit horum & Plotinus in libris de principalibus subſtantiis, ita dicẽs: Empedocli quod contentio diuidit,amicitia vnit.

Amicitiã et lutẽ non esse principia rerum contra Empedoclẽ.

Quod si quam terrenis corporibus conferat vtilitatem, ex se elementorum cõuentus,non absque examine rem suscipiemus. Etenim necessariò inquiremus, cuius donum sit quod illa in vnum conueniant;& quæ natura pugnant in vnum congregentur,& quasi nutricentur, atque adeò vt singularum vis aliis impermixta sit, conniueantque quodammodo inter se omnia in vniuscuiuslibet existentiam & natiuitatem. An non optimus omnium artifex deus, etiam hoc sapienter terrenis corporibus excogitauit, vt nullius elementi expertia, ab ipsis vtilitatem capiant:gratum enim semper quodammodo cognatum. Propterea ne sint alij quidam trium generum opifices, sed potius omnium natiuitatis autor merito intelligitur, summus & solus, qui & omnium principium, vltra quod omnino nihil, sed omnia ab ipso & sub ipso,& sub pedibus tanquam condita.

Gaudere autem deum in suis operibus etiam Græcorum sermones confirmant, & nos quoque dicimus, confitente hoc diuina scriptura. Dicit enim Sapientia: Ego eram cum qua lætabatur, quotidie autem lætabar in conspectu eius in omni tempore, quando lætabatur orbe terrarum perficiens, & lætabatur in filiis hominum. Et quomodo non melius est oblectari propriis quàm alienis creaturis? At Plato fortassis torpore dicet superatum, vel saltem, vt dixi, inuidisse melius his qui super terram. Neque mirum est,quum ipsi opifici deo præponat Tagathon,id est, Bonum,ipsum quidem immobile, non tremebundum, bene subsistens, & abstinens à productione creaturæ alicuius,vt subsistat. Dicit autem in hoc cunctabundum,quodammodo distribuisse secundo deo post se,& à se:sed ecce in illo simul collocat alios ex æquo operari scientes, & nihil in illo videatur excellere.

sap. 8.

τ'ἀγαθόν.

Plato secundo deo tribuit ideas.

Quoniam autem existimat aliquid se sapienter & exacte dixisse,quod si intelligatur vniuersorum vnus & solus opifex,cœlum nihil discriminis habiturum sit ab homine, vel etiam à bestia,& à variis natatilibus,addit & reptilibus: & idcirco oportere singulis creaturis sibi cõgruum esse opificem. Age & ad hoc respondeamus ei, quamuis quid obluctaretur vel pugnaret sanis cogitationibus, si dicere quis vellet, omnia esse vnius opificis? Nunquid virtus quæ omnibus superpositis sufficit, minoribus minus sufficiet? vel hoc quidem minime,sed excellendo & præstando aliis præstãtibus sit illud,& quod solam in Deo sortitur operationem. Deinde quo pacto qui hoc agit, non afficit iniuria alias creaturas,quas seorsim ponit,& terrenis quasi magnum valere dicit? Verum hoc detrimentum esse, & plenum extrema dementia prius diximus,attamen illud dicit:

Omniũ creaturarũ vnus est creator.

Fecisse dicit deos reliqua tria genera. Nunquid in illis videtur plurima differentia corporum nostrorum, secũdum genus, species & magnitudines. Etenim à summis vsque ad vilissima omnia, sunt natiuitates,& non mentietur quis,si has & plantarum dixerit. Statuemus singulis suum opificem, vt ne cõtumelia afficiatur quod supremum est, licet valde vilium, & in vno sedentium idem dicatur factor, Vnde alius quidem opifex hominum,& valde merito: tot autẽ & quot erunt creata, & quot erunt minutissima,erunt opifices. Igitur obsecro,nunquid hoc ridiculum & nugatorium,quo sic abducimur à verisimili & cogitationibus ad veritatem ducentibus? Demum,quomodo nõ erit cuiuis liquidum, quod ille putribus & monstrosis oblectetur opinionibus, vnà cum suis doctoribus? prodetur vtique, quoniã asserit deum esse cœlum,& iterum sic dicit.

IVLIANVS.

Quid opus est me huc accersere Græcos, Hebræosque testes? Nullus est qui deum,hoc est deos,vel orans vel iurans, manus nõ subleuet in cœlum,& numinis quandam cogitationem concipiens,illic feratur: & hoc non immerito accidit. Videntes enim nihil eorum quę circa cœlum,minui vel augeri,neque vllam sustinere deordinatam affectionem, sed congruam illius motionem, ac bene aptatum ordinem, definitas quoque leges lunæ, definitos ortus & occasus solis, statutis semper temporibus,merito deum & dei solium suspicabãtur. Quod enim tale nullo augmento multiplicatum,neque decremẽto minutum absque mutatu & versione externa, purum est ab omni corruptione & generatione. Et immortale non natura, sed absque interitu mundum ab omni macula, sempiternumque & semper mobile, vt videmus, nempe ab anima meliore & diuiniore quæ habitat in ipso, fertur circulo circa magnum opificem, vel ab ipso deo: morum quemadmodum nostra corpora à nostris animabus suscipiens, incessabili & perpetuo impetu immẽsum euoluit circulum.

CYRILLVS.

Haud obscurum est,sermones illos delirantis,& ab omni veritate destituti esse. Quoniam autem suspicatus est,nescio quomodo, sufficere posse sibi ad demõstrandum,quod deus sit cœlum,ex hoc vno, quod manus sustollimus in excelsum, & oculos quoque,quãdo orare cogitamus. Age ad hoc dicamus,nunquid dic obsecro, si quis putet se videre nubes, & subleuet ipse oculum corporis in illas,sufficeret ne ad probandum esse oportere nubes deos confiteri? Præterea quomodo non esset risu dignus,qui tam frigidis cogitationibus in errorem raperetur?

Deum non esse cœlum.

Quoniam autem dicit, quod cœlum ob ea quæ natura habet,meritò est in admiratione, & suspicantur multi & deum esse,& dei solium: doceat præteriens num idem esse censuerit, & in æquali potuerit mensura quæ in vtrisque:sed nunquam opinor, ad eam stupiditatem peruenturus est, quod nullo modo differre putet esse deum & dei solii. Etenim dubitaret ne quis diuina non quasi sensibilia à nobis, vel quæ in corporibus sunt, censenda esse, etiamsi fortasse dicerẽtur minus quàm oporteat? minime. Itaque thronus si dicatur dei, regnum ipsius significabit:quemadmodum de terreno verum est dicere,quod sit cuiusdam fulgidus & sublimis thronus, hoc est principatus & regnum. Præterea quomodo æqualis porrio erit imperantis, & eorum quibus imperatur: regentis & eorum qui cum minore gloria regi subsunt:excellẽtis,& subiugatorum:multa possidentis & minus possidẽtium? Igitur quomodo deum vel dei sedem appellat cœlum?

Cælũ quomodo thronus dei.

Dicit autem,quod facit bene ordinatam,congruam & aptissimam motionem, & quod sol ac luna dent fulgores definitos, ordinem seruent, astrorum ortus & occasus, & circunferentiæ & cursus, ipsique suis locis motus sunt iidem, & omni tempore,absque mutatione. Igitur quo pacto non sapienter egit Paulus,qui ex illis ducem ostendit, & præfectum creaturæ ex bona ordinatione, & legibus, vt deum decet, subdita gubernantem, secundum quod cuique vt se habeat opus est: & ita magnum & immensum opificium ex his per quæ tam bene habet,& admirationi est,declarat non carere præside. Dicit enim: Inuisibilia illius à creatura mũdi,dum per ea quæ facta sunt intelliguntur, peruidentur, nempe sempiterna eius potentia ac diuinitas. Idipsum ex doctoribus illius & sentiendum & dicendum videbatur. Dixit itaque Plutarc. de illis, vt suprà diximus. Sumpserunt autem ex hoc cogitationem dei. Semper enim sol & luna, astraque cætera, vt sub terrã ierant, similia quidem coloribus oriuntur, & æqualia magnitudinibus, & in iisdem semper locis. Igitur prisci & istorum dogmatum inuentores, non sic cogitarunt de cœlo,quum admirarentur solis cursum, & contemplarentur omnes alias creaturas, motus bene ordinatos, congruos & aptissi-

Quid discẽdũ ex ordinato astrorum motu.

Roman. 1.

& aptissimos sortitas,coniectarunt autẽ multo magis imperantis porrẽtiam, nobilemque & superexaltatum eius principatum intellexerunt. At ille,gloriam quæ in hoc ipso, transfert in omne quod à re ipsa diuersum est.

Cœlum quidem nihil ferens inordinatum,facit sibi ordinem aptissimum. Iam quis est,dixerim, qui ordinẽ illi & aptissimum motum præfiniuit: Quis mẽsuris subiecit solis cursum? quis singulis lunæ fulgoribus sua distribuit tempora? Nónne vnus ordinum omnium princeps,vt dixi: Cur igitur veriores sententias reiicis, & ista admirantes ad ipsam dei cõtemplationem pergere non sinis? sed iubes vt ad solum respiciant cœlum, quod sit deus, quod alienum sit à mutationibus & versionibus, purum à corruptione & generatione, immortale natura, & absque interitu.

Cælum natura corruptibile.

Quomodo obsecro dicis alienum esse à vicissitudinibus, mutationibus & versionibus,cœlum quod factum est? Nam si omnino factum est,vtique & motum est. Id cõuerti est ac mutari, & quodammodo præcessit priuatio, quia aliquando non erat. Nam ei quod ex nihilo factum, ipsum vocari ad natiuitatem ac produci, mutatio & conuersio est. Quod autem ex confesso factum est, quo pacto extra corruptionem est? & quo pacto immortale natura, quod natiuitatis & corruptionis vim patitur? quo pacto item sempiternum,quod in tempore productũ? tametsi manifeste dicat Plato, tempus factum esse cum cœlo, vt simul genita,simul & soluantur,siquidem solutio illorum futura est. Quo pacto igitur quod soluitur,immortale natura? quomodo autem & absque interitu, quod sola voluntate opificis incorruptionem sortitum est? neque enim natura in illis soliditatem habet, neque bonum fundamentum. Singulis proprium est esse in his in quibus facta sunt,adiuuantur autem magis conseruantis nutibus.

Tempus cũ cœlo factũ iuxta Platonem.

Postea dicit, quod ab anima meliore & diuiniore illud inhabitante,feratur circulo circa magnum opificem,vel ab ipso deo motionem habeat,quemadmodum & nostra corpora. At vir opt me dixerim, Ingenitum,& incorruptibile & absq; interitu, inconuertibileque & immutabile cœlum, quod purum ab omni macula, quod & sempiternum dicis, à qua meliore vel diuiniore anima gubernatur? Quid melius in illa ab illo, imò ab opifice deo? Quid magnum & optimum intelligere non possum, sicut summa gloria ineffabilem dei naturam plenam esse cognosco. At si qua dicũtur à nobis incorruptibilia & absque interitu,extraque mutationem & conuersionem,ingenita,sempiterna,liberaque ab omni macula, & omnem habentia perfectionem, nullusque prorsus indiga, quid referebasti deo, tam præclaris & sublimibus dignitatibus creaturarum naturam ita honestans?

Porrò Hebræi, inquit, opinionem suam de cœlo dicentes, thronum dei ipsum dicunt, scabellum autem terram. Rectè vir eximie, memor enim sum quomodo deus ipse per vnum propheta dicat: Cœlum mihi sedes, terra autem scabellũ pedum meorum: quam domum ædificabitis mihi? dicit dominus: vel quis locus quietis meæ? quamuis propheta deum non dicat esse cœlum, sed comparet solio, & terram quoque scabello pedum: & si quis vellet rei causam addiscere, facile veritas ostenderetur. Extruebat Hierosolymis celeberrimum illud templum sapientissimus Salomon,quo multum gloriabantur Iudæorum populi,rati,in illo circunscriptum habitare vniuersorum deum: rudes enim & ad intelligendos sermones de deo semper tardi, dei ciuitatem censebant esse Hierusalem, in ipsaq; & sola ipsum habitare contendebant, eo quod dicebatur per vocem Dauid:

Esa. vlt. Cælũ sedes dei.

Psal. 86.

Glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei. Parum itaque sapientes arguit deus, & dicit: Vbi domum ædificabitis mihi,cui cœlũ thronus, & terra scabellum? Oportebat enim his qui comprehendi & circumscribi locis, ipsius naturam suspicabantur, demonstrare liquido,quod sit vbique, neque aliquid illum capiat:transeat autem ipse per omnia, plenaque sint ipso cœlum ac terra. Ad quod sit factum cœlum, multis testimoniis commonstrati facile,ex scriptura diuinit° inspirata. Dicit enim alicubi deus: Ego manu mea extendi cœlum, & omnibus stellis meis mandaui.

Psal. 32.

Psal. 18.

Quin & beatus Dauid: Verbo domini cœlos firmatos dicit, & spiritu oris eius omnem virtutem eorum esse dicit. Nouit autem illos & enarrare gloriam Dei. Quomodo, vel qualiter? Etenim qui ea ex quibus sunt & facta sunt, bene admirantur, & illis tanquam voce quadam vtuntur. Etenim eximia & egregia licet voce careant, quodammodo tamen clamant, artificis artem in se ostendentia.

Cælũ quomodo enarrat gloriam dei.

Libri secundi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, CONTRA IULIANUM, PRO RELIGIONE CHRISTIANA, LIBER III.

CALVMNIATVR quidem omnia,quę apud Christianos sunt,mores,leges & sacramenta: & nihil tam bene factum vel rectè dictum à diuina scriptura,quod ille improbis rebus conferre non erubescit. Ea autem sola excolit, quæ verisimile est, diuersa sentientem, nõ mediocriter ægre laturum si in his ad meliora instituatur. Et Platonis sermonem, quem ipse sibi composuit, diuinam & plus quàm naturalem sententiam esse dolose tradidit, nec mediocriter timens,& adiiciens quasi peccata peccaris,iterũ transit ad librum Mosę, & in illum os suum exacuit, imò in excelsum sustollit cornu, & iniustitiam loquitur contra deum, aduersusque veritatis dogmata armatur,ac dicit:

IVLIANVS.

Illis confer Iudaicam doctrinam,& paradisum à deo plantatum & Adam ab illo formatum:deinde,mulierem illi factam. Dicit enim deus: Non est bonum homini esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.quæ in nullo ipsum adiuuit, sed decepit: & facta est autor illiipsi ac sibi vt exciderent ab horto deliciarum. Hæc enim fabulosa sunt. Igitur quomodo rationi consentaneum est, quod hoc quod factum ab ipso in adiutorium, non tam boni quàm mali occasionem exhiberet?

Mulieris origo secundũ Hesiodum.

CYRILLVS.

Itaque non credit,quod plantatus sit paradisus à deo:vel fortassis, quod hoc non possit facere, ineffabilem potentiam condemnat: & quasi risus materiã facit, Adam & mulierem ex illo: eumq; qui peccare nescit, à consilio & considerationibus abertasse dicit. Etenim inquit quod nõ tam boni q̃ erroris & eiectionis à paradiso delitiarum, author fuerit Adamo. Vis igitur amice,vt prætéritis his quæ tibi vana videtur,tuorum potius doctorum sequamur sermones? Vis vt Hesiodi mũdi generatione, cum Mosi Geneſi conferamus? Orans enim Musas, & ab ipsis petens,vt ipse inquit,suauem cantilenam, nugarũ nobis exoletarum narrationes congessit. Terræ enim inquit filium & Cœli fuisse Cyon & Hyperionem, & cum his Iapetum, & Prometheum quendam qui ex illo:& nisi is furatus esset Iouis ignem, omnino neque producta esset mulier, quam fabricauit quidem Amphigyeis, hoc est Vulcanus, ornatu autẽ vario decoratam aiunt: à forti patre nata, hoc est Pallade, datumque hominibus bonum malum. Iam quum non esset mulier,quàm ex ira Iouis,vt ipsi aiunt,habebamus, quomodo constitutum fuit genus humanum? vel quomodo aliter facti sunt opifices, dij deorum immortali immortale adiicientes sicut Platoni videtur? Hæc sapientissimi Mosę scriptis opponere non abhorruerunt, quamuis quomodo non oportebat magis sapientis animi gloriæ applaudere? nam fortassis illud dixerint quod suæ disciplinæ lex permittat poetis libere & absque reprehensione fabulari. Igitur si nihil prægnans adductum est contra nos, aduenient omnia quæ illorum sunt, nugæ & fabulæ,& aniles dicãtur næniæ: & si quem de diis habent sermonem,aduehatur & ille aduocẽtur & ampullosorum verborum conditrix poetice. An non sic se habere hæc videntur illis? Absit. Dissident enim varie,dicentes non ampullosa esse verba & fabulas, ea quę de diis tradunt, sed accipiunt tanquam veras & probatissimas voces, idque faciunt prudentissimi.

Mulier κακὸν κακῶν

Itaque Herodotus,qui celebrem historiam condidit,sic dicit alicubi: Hesiodum autem & Homerum ætate quadringentis annis & non pluribus,dicunt superiores fuisse. Hi autem sunt qui fecerunt deorum generationem Græcis, & diis agnominationes dederunt,& honores & artes distribuerunt,formamque

Quæ de diis Græcorum sapientes serio senserint.

ipſorum ſignificatũt. At poetæ qui dicebantur priores his viris fuiſſe,ſed mihi videtur q̃ poſteriores fuerint. Igitur qui deos nominarunt, honoresq́ & nomina ipſis dederũt & formã cõmonſtrarunt,quandoquidẽ fabulas ſibi conſcripſerunt,& nihil aliud,rideãtur merito:& quæ illi tam vane nugati ſunt, nullius fiant penſi. At ſi honorem aſſequuti ſunt apud eos, & poſtea dij nominati,quare ſcribunt in vanum tanquam ſtulta nugati? Iam ſi quid abſonũ dixerunt, quare eos qui de diuinis fide digna ſcribere ipſis videntur,cõtumelijs proſcindunt, illorum dictis fidem nullam dantes? Etenim Plato reijcit Heſiodi Theogoniam,id quod vel ipſius verbis facile oſtendi poteſt, Dicit enim ſic: Cæterum deos neque ignorare, neque vim ſuſtinere poſſibile eſt. Vnde ſiquidem non ſunt, vel nihil illis curæ ſunt res humanæ, & nobis enitendum eſt,vt ignoremus: ſi autem ſunt, & curam gerunt, non aliunde tales ſcimus & audiuimus, quàm ex ſermonibus & poetis,qui genealogias finxerunt. Atqui illi vt ſunt,ita loquuntur, An non ſacrificijs & votis oblectari, & oblectationibus deos adeſſe perſuadent? Vide igitur quomodo manifeſte confeſſus eſt,quod ſiquidẽ omnino ſunt dij,oportet hoc ſcire & diſcere ex his quæ alij ſcripſerunt de ipſis. Quod autem Heſiodi de dijs ſermonem non vilipenderit, manifeſtum eſt inde, quod iterum dicit: Terræque & cœli pueri Oceanus & Tethys nati ſunt. Ex illis Phorcys & Rhœa, Iupiter & Iuno, & omnes quos ſcimus fratres illorum dici. An non omnibus manifeſtum,quod hic conſtanter appareat eorũ ſermo cum dogmatum obſcœnitate? & quod tribuũt nugacibus poetis fabulas fingere oportere, & peſſimos ſolum quos de dijs ſuis habent ſermones admittũt? Quid igitur vir optime à Deo formatam mulierem, & de ea ſermonem præteribimus vt turpem: ſuſcipiemus autem potius Heſiodi Pandoram, optimum ne illud tibi videtur?

Dicit autem hic mendacia fingi in deum, eo quod facta ſit, vt adiuuaret, viro vſui futura, quum fecerit horum nihil, ſed contra haud contemnendum videtur attuliſſe damnum & ſibi & viro: nam & ex paradiſi delitijs ambo exciderunt, & vt morte ac corruptione ſuperiores eſſent longe abſunt. Ad hęc dicet qui diuinæ ſcripturæ oraculis mentem intendit. Itaque facta eſt in adiutorium mulier. Oportet autem accurate adiutorij modum ſcrutari, propter quod facta eſt: vt opificem ab illius accuſatione liberemus. Non hoc conſilio vel his conſiderationibus aſſumpta eſt communis mulier, & producta,vt calculo dei omnia videntis non habeat in ſe naturalem vertibilitatem & aptitudinem annuendi, ad id quod domino videtur? Voluntarijs enim nutibus rationalis regitur creatura, ad hoc quod recte ſe habeat vel male, liberis ad opus prorumpens impetibus. Aſſumpta autem magis eſt in adiutoriũ.vt & filiorum procreationi miniſtret. Dictum eſt enim de vtriſque: Creſcite & multiplicamini, & implete terram. Nam iam alia animãtia condita erant, nempe terreſtria, volatiliaque, & aquatilia, & ſpes erat, multiplicanda fore in magno numero. Maſculi enim & fœminæ etãt in eis.Homini autẽ deerat quod ei,ſicut ipſe, hoc eſt natura aſſimilatum, propterea neceſſarium erat,vt ſicut in aliis, genus etiam ex ipſo propagari.

Hic autem vide obſecro ſapienter ac induſtrie productam mulierem, ſecundum quod deo placebat. Nam quamuis potuiſſet innouare aliquid,& iterum accipere puluerem de terra, & formare ſimili modo ſicut formatus fuit Adam,hoc quidem non faciebat:ſed volens inſerere viro affectionem erga eam,abſtulit quandam portiunculam eius, & reliquum coadiuuans, protulit abſolutam humanæ naturæ rationibus, At ille acceſſit quidem blande, & raptus in amorem inſitis affectibus, & quaſi agnatus inquit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Iſta vocabitur mulier, quia ex viro ſuo ſumpta eſt. Vnde propriiſſime in maſculorum natura affectionem genuinam erga fœminas inſeuit. Vnde optime ita res noſtræ diſpenſentur, ſi afficiãtur eodem modo erga mulieres qui ſecundum leges coniuncti ſunt. Vnde auxilij potentia recte allata eſſe Adamo ab ipſa muliere,iuxta modum vt generẽtur pueri. Quod ſi aliter erat agendum, dicat, & ſilebo: at ſi hominis partus nõ fit aliter,niſi ambo iungantur,nempe pater ac mater: quid fruſtra inuadit nos & conuicia ſectatur, vellicareque audet, quæ tam recte facta ſunt, & plana quodãmodo via gradiuntur? Igitur opifex accuſatione hac liberetur, nõ enim aliquid conſilio-

Quomodo mulier in adiutoriũ.

rum in muliere monſtrauit.

At profectò,inquit,non bene conſuluit.Decepit enim Adam vt præuaricaretur traditum mãdatum. Profecto manifeſte fuit cõſiliaria non bona:minime enim quod verum eſt negabo. At ſiquidem habet in legibus naturæ,quaſi aliquid non benefactũ ſit à Deo,arguat: doceat cauſas propter quas à ſcopo aberraſſe accuſat. Si autem inſania hæc eſt,& poſtremi ſtuporis indicium euidens,quare deceptum eſſe inquit deum. Mulier alterius ſibilis perſuaſa eſt, vt facere vellet quæ nefas, quamuis humana mẽs poteſtatem ſortita eſſet,quæ facienda vel non, & permiſſa eſt voluntarijs impetibus vt dixi,ad quodlibet ire. Vnde optimo artifici etiam hoc gloriam affert. Voluntaria enim operandi facultate cõueniebat rationalem creaturam inſigniri, & electionis liberę declarari fructum,in bonis operibus dexteritatẽ.?

Libertas arbitrij primis parentibus data.

Videntur autem & illius magiſtris hæc digna quæ laudentur. Vnde Porphyrius in libro ad Nimertium ſic dicit: Nã voluiſſe quidem deum, & veritatis rerum ſocios eſſe homines, vnde & rationales fecit, eo quod idonea illis ſit ratio ad inueſtigandum verum: quum autem dedit libertatem, ac liberum arbitrium vnicuique, vt in ipſis ſit bonum voluntarij ornatum laude, plurimi declinant ad abſurdam & irrationabilem ignauiam, vt in pecuinam vitam excidant, & fallantur in operibus, quorum veritas vix ſtudioſis & ſobrie laborantibus contigit. Et aliter quoque: Nam quum anima liberum arbitrium ſortita ſit ad virtutem, libertatis poſſeſſionem vel vitij voluntariam electionem, vt propter illam in vnaquaq; probaretur & quod dignum laudibus, & quod vitium, haberentq́ue locum in hominibus reprobationes & laudes, & honorum diſtributiones, & vituperia, & ignominiæ, & vindictæ his qui mala opera perpetrant. Dicunt autem ſapientes, animas vitam eligere quam vnaquæque voluerit, eo quod poteſtatem prouidentiæ acceperint. Num tibi videtur aberrare à veritate noſter ſermo? vel patrocinari tuis, ſicque hæc habere & ipſe dicis?

Veritas vix ſtudioſis cõtingit.

Si autem opus eſſe ſibi putat & aliorum teſtimonio, Alexandri afferã ſermones, viri apud eos acutiſſimi & diligentiſſimi. Dicit enim ſic in libro de prouidentia: Viderit enim quis & in illis ipſis diuinæ erga nos naturæ benignitatem: quoniam non poſſibile erat in nobis exiſtere virtutes natura dante facultatem,cuius ipſa ſit domina,poſſeſſionem eius non in aliis quibuſdam, ſed in nobis ipſis fecit: vt id quod ab illa nobis habere impoſſibile erat, hoc per ipſa accipere quaſi ab illa poſſimus. Nam ſiquidem natura virtutes habere poſſemus, nullus certe vitio locus relictus eſſet. Quoniam autem hoc impoſſibile, natura ſolum procedit vſque ad hoc, quod virtutum capaces nos ſimus. Neceſſario enim omne quod alicuius capax eſt, cui eſt contrarium, id & contrarij capax eſt. In libro autem de fato iterum dicit: Non enim omnes, neque plurimos videmus habere virtutes; quod eorum quæ ſecundum naturam fiunt indicium eſt: ſed certum eſt,quod vnus ille accipiat, qui per exercitationem & doctrinam, oſtendit hominum ad alia animalia naturalẽ præſtantiã, per hunc qui addidit,quod neceſſario in natura noſtra deſiderabatur. Propter hoc in nobis eſt virtutum poſſeſſio, & non inutiles neque vanæ laudes vel vituperia, vel ad meliora inhortationes, vel legitimæ per meliores mores diſciplinæ. Proinde minime dubitauerit recte volens ſapere,quod irreprehenſibilis ſit omnibus modis vniuerſorum deus, quaſi male conſuluerit hominis formationi: quamuis, vt dixi, fuerint quidam in priuilegium ſortiti virtutem vertendi ſe ad quodlibet: & poteſtatis acceperint gubernacula, voluntario declinandi ad id quod contra legem, & quod conforme legi. Nam ſi Adam ſeruaſſet mandatum, iugis & perpetua ei obtigiſſet felicitas: ſed quia perſuaſa eſt ei defectio, ſtatim à ſpe ſua excidit, & in deteriora,imò in omnia, quæ illum contriſtare poterant, deductus eſt.

Sed quur legem ferre, inquit, & à cibo quodam prohibere omnino volebat? Præcepit enim vt de omni ligno comederẽt, præterquam de vno, quod erat in medio paradiſi. Lege autem & mandato nõdum propoſitis, neque præuaricari contigiſſet. Quum autem bonus eſſet, quare puniſſet? Igitur quandoquidem omniũ dominus bonus eſt, decẽtne dic quæſo, vt ea quæ ille proponit,à nobis nihili pendantur, nosque impune deſpiciamus? Tametſi vt ita ſentiamus & ſapiamus, neque Græcorum ſapientibus probatur. Dicit enim iterũ alicubi Plato: Sanè deus

Quare deus Adæ legem poſuerit.

deus quidem, vt vetus ſermo habet, initium ac finem, mediaque rerum omnium habens, recta terminum adit, ſecundum naturam circumiens,& ſic ſemper comes ſit vltrix ſententia eorum qui diuinam legem præuaricantur. Igitur quum vltrix ſententia ipſum comitetur,quę iuſtè omnes contemptores puniat: nunquid deus propterea bonus, ſi ad omne quod nobis probatur, eamus, impunè eſſe debere cenſuerit quiſpiam? An non potius æquum, vt intelligentes excellentem eius ſuper omnia maieſtatem, formidemus, & præceptis eius obedientem ac tractabilem mentis ceruicem ſubiiciamus? An non admitter quis, quod bonum maximè deceat, ne mala ferat? quamuis verè dicatur, non contra iuſtos legum menſuram fœuire, ſed contra eos potius, qui bene agere contemnunt, & hoc ſolum agunt, vt libere viuant in delitiis, à mente ſua virtutum funiculis & legibus abiectis. Neque dubium eſt quin leges conſtringant quod moratur,& quod propenſum ad defectionem, vindictis remorentur, dirigant ad bonum,& à deterioribus recedere cogant eos qui honeſti rationem alioqui non haberẽt. Vnde nemo qui mente præditus eſt, redarguerit vel leges vel legiſlatores,quod illas tulerint: non enim ipſi autores ſunt,vt deprehenſi patiantur. Quum enim flagitioſis licuerit rectè ſapere,& maluerint ſectari ſuam libidinem,ipſi ſeipſos perdidiſſe malis conuincentur.

Legum vtilitas & neceſſitas.

Itaque ſi dicat, non debuiſſe vniuerſorum deum, primis parentibus legem ponere, viciſſim audiat, & meritò. Oportebátne,dic obſecro, hominem ſine præſide eſſe, & omnino infrenem, nihilque ſe ſuperius eſſe ſcientem, num & ſic imperans quiſpiam? quamuis ſemper voluptates ſequens, ſoleat periclitari,dũ in omne malum prouocatur,& ad ſtulta quæque abripitur. Quæ autem ſub iugo & manu imperantis, modeſtius agunt. Nam quemadmodum equis conducunt frena, vt bene currant,& ornamenta ſunt: & ſicut nauibus gubernacula, per quæ ad rectum ſcopum contendant, ita & hominibus lex vtilis eſt.

Si autem fruſtra leges poſitas eſſe fatetur, quamuis etiam, ipſe legis lator ſit. Igitur oportebat, vir optime, & iudices publicis officiis defungi, & citra metum pœnæ delinquere vtiſſimum fuerit:& fortaſſe ſi parentes quoque non dent pædagogos pueris,non fuerit abſurdum. Verum neque equus bene curret abſque freno, & alijs quæ illum in itinere manere cogunt: neque naues ad ſuum ſcopum ibunt, ſi is qui ſcit dirigere auferatur: neque ciuitas gubernabitur optimis legibus, ſi non præſideant iudices:neque vtiles pædagogi pueris, quorum parentes defuncti ſunt. Vbique igitur lex præſit. Inquiramus diligenter & alias creaturas, nunquid creatoris legibus ſubiectæ ſint. In mundo enim ſic proprium curſum perficit magnus ille & fulgidiſſimus ſol,& luna quoque ac ſtellæ cæteræ: ex quibus ij qui volunt videre poſſunt, quod peroptimum gubernatorem & ordinis principem creatura prædicat: & dum tam bene habet,tantum non & clamat ſe obtemperare legibus, & ineffabilibus optimi omnium artificis nutibus dirigi. Vnde propheta Dauid pſallit, & dicit: Feciſti lunam in tempora, ſol cognouit occaſũ ſuũ. Et plena eſt teſtimoniis illis diuina ſcriptura.

Omnes creaturę legibus dei obediũt

Pſal. 103.

Perſuadebit forſaſſe illi,imò etiam nolentem in viam rectam coget eorum qui cum ipſo ſentiunt fides. Vnde Alexander verè loquens in libro de Prouidentia dicit,nihil quod in mundo, factum eſſe abſque prouidentia, ſed omnia deo plenã,eumque ad omnia pertingere, & per omnia quæ ſunt tranſire: vnde & omnia quæ fiunt, ſecundum voluntatem eius fieri, & hoc teſtari quidem lucentia. Ordo enim eorum quæ fiunt natura, ſemper ſimiliter ſe habens, magnum argumentum eſt quod non fortuito talia fiant. Inſuper & alio loco: Eorum quæ hic ſunt, ſalutem & generationem, ſecundumque ſpeciem perpetuam durationem,non ſine diuina prouidentia Ariſtoteles dicit fieri. Virtus enim quæ à ſole & aliis ſtellis cum ſole eandem legem habentibus, cum his quæ natura ſimul conſtituta ſunt, generationis & ſaluris illorum habet cauſam. Itaque ſi quis viſibilium bonum ordinem & motum congruum ſpectet, liquido ſciet,quod imperantis legibus ſubſint. Cœli enim,inquit, enarrant gloriam dei, & opus manuum ſuarum annunciat firmamentum. At ſi quis intime & mentem pſalmorum accipiat, & tranſiliens ſenſibilem naturã,feratur ſuper omne quod viſibile, & ſpiritualem & ſupremã diligenter colluſtret creatu-

Pſa. 108.

Angeli diui legibus gubernãtur

ram, etiam illam inueniet congruis legibus gubernari, obedientemque & ſequacem omnibus modis in deum ſummum reſpicere. Miniſtrãt enim ei,& perpetuis glorificationibus eum honorant angeli & archangeli,habentes ſynceram in ſocietate & nobilitate virtutẽ. Vnde diuinus propheta Eſaias, vidiſſe ſe dicit dominum Sabaoth ſuper thronum ſublimem & exaltatum, & circumſtantes Seraphin, viciſſimque inter ſe laudum cantus reſonantes. Pſallit item Dauid, ac dicit: Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius, vt audiatur vox verborum eius. Benedicite dominũ omnes virtutes eius,miniſtri eius facientes voluntatem eius.

Eſa. 6.

Pſal. 102.

Itaque abſit quod lex primis parentibus à deo data, in damnum data ſit. vt ait: imò ad ſummam vtilitatem, & ad eximia bona illis concilianda. Et ſi cui videor non dicere verum,ex re ipſa cauſam videat. Plurima enim in paradiſo ligna erant: præcepit autem vt omnia quidem eſſent ad edendum licita, vitandum autem vnum hoc quod in medio erat. Quamuis dixerit fortaſſe quis, quod illud fuerit de multo precioſioribus, quàm fuerint ea quæ in extremis paradiſi, & quaſi in locis incognitis conceſſum eſſe lignum illis in cibum,vt quum omnino non appareret, demulceret deſiderium videntium ad illud acquirendum. Et quid ad hoc dicemus? Diſpenſatio quædam erat prudentiſſima & ſolertiſſima dei, facientis ne obliuiſci ſui poſſent. Oportebat enim illud videntes, per iſtud ipſum ad recordationem legis ſemper vocari,& videre præcipientis excellentiam, & non ignorare ipſum legislatorem ac dominum. Erat autem & alia quædam vtilitas. Ita enim in paruis aſſuefiebant ad obedientiam, & exercebantur ad ſobrietatem. Præterea & illud, opinor, poterit dici: Licebat ſanè, idq; merito ſemper videre eos arborem, & in illa legem non ignorare, ſed recordari ad quantas promiſſiones dei vocati eſſent, & ſic ad diuinam contemplationem reſilire, abductaque à terrenis mente, cogitare, quis & quantus qui præceperat.

Quare deus prohibuerit lignũ in medio paradiſi.

Nihil autem vera dei contemplatione eſt precioſius: quandoquidem nos ſummæ beatitudinis hæc facit participes. Vnde dominus noſter Ieſus Chriſtus, loquens ad patrem & deum qui in cœlis eſt, inquit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et ſapientiſſimus Moſes quoque id aſſequi cupiens, deſiderabat dicens: Si inueni gratiam coram te,oſtende mihi te,& ſcienter videam te. Nam Iſrael quidem vidit illum, & cum Iſrael etiam Moſes, ſed non ad ſcientiam, ſed ſenſibiliter potius: deſcendit enim in ſpecie ignis ſuper montem Sina. Quod autem diuina & ineffabilis natura, neque ignis eſſe intelligitur, imò neque ſubiiciatur viſioni & oculis,id certis argumentis Chriſtus indicauit Iudæis, dicens: Neque vocem eius audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis. Fingebatur enim diſpenſatiue in igni lumen. Quod item diuina contemplatio ipſam diligentibus, ſummam omnium felicitatem conciliet, etiam eorum qui à vobis diſſentium ſermones oſtendere poterunt. Dicit enim iterum, cuius iam memores fuimus, Alexander: Dignum autem vt & illud non prætermittatur, quod & ipſum à diuina prouidentia hominibus donatum eſt, quod etiam in paulò antea prædictis commemorauimus. Eſt autem hoc, quod ſumma noſtra felicitas ſit in pietate erga deum, quando non externas quaſdam merces præter illum expectamus, ſed in colendo ipſummet, quod bonorum eſt maximum, aſſequimur, Hominũ felicitas eſt, habere ſummam contemplationem. Iam digniſſima virtutum animæ eſt, ſecundum mentem operatio. Contemplatio enim eſt, optimorum quæ ſunt, vera cognitio. Optima autem inter omnia quæ ſunt, ſunt diuina. Igitur in diuinorum contemplatione noſtra felicitas eſt. Quapropter quando & iſti qui eiuſdem cum illo ſunt ſententiæ, & cum ipſo idola colunt, fatentur felicitatem eſſe in diuinorum cognitione, quomodo non valde admiratur vniuerſorum deum, qui primis parentibus contemplandi occaſionem dedit legem in ligno, quod & in medio plantatum eſt paradiſo? vnde qui contemplari volunt, frequenter & valde memores ſint legis, quæ eis commendata eſt, & propter legis datam excellentiam, etiam eximiam pulchritudinem ſemper quodammodo imaginarentur. Idcirco quantum pertinet ad opificis ſcopum, non ad damna cuiuſdam, factam eſſe mulierem, videre quis poterit. Neque ignoraſſe dicimus futura ſyncriſſimã

Ioan. 17.

Exod. 33.

Ioan. 9.

Quod felicitas noſtra incontẽplatione dei, Alexãdri ſententia.

& summam mentem, sed nouit omnia priusquam fierent: humana autem ire permittit quodammodo ad fluxum, vt aiunt, maxime quia vnicuique esse electio absoluta videtur, faciēdum ne aliquid vel non.

Si autem ideò quod bonus est, & exosum semper habet quod officium negligit, & ignauiter vertit se ad deterius, quod melius esset, definat aliquis, neque oportuisse principio talia producere: & id non de solis, vt opinor, primis parentibus improperabimus ei, sed de plurimis alijs quibusdam, imo de omnibus alijs, qui post illos facti sunt, & sunt & erunt in posterū, negligentésque & peccatores, quíque diuinas leges contemnere solent. At sapienter quidem ageretur, si ei quidem & soli tribueretur, quod sciat omnia, dispensétque res nostras, quocunque modo velit: & certo etiam sciretur, quod omnia recte & inculpatè habeant, sitque summæ impietatis crimen, vel in vlla re Deum arguisse. Sic enim dicit propheta Esaias: Quis cognouit mentem Domini? vel quis consiliarius eius fuit? Bene item propheta Dauid resonat, ac dicit ei: In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Difficile enim visibilis est hominibus, imò & planè inuisibilis, voluntas & consilium Dei, in singulis rebus nostris: hæc enim dicitur via omnipotentis Dei.

Diuina ne curiosè inquiramus.

Esa. 4.

Psalm. 76.

Subijciam autem suorum doctorum in hac re consentientem calculum, sic enim Porphyrius iterum dixit: Quum mens sit Deus omnibus præsidens, & sapientiæ excellens magnitudine, incomparabilíque virtutis proprietate, singula ordinans, ministrásque: ignoret autem multas causas humana mens, quæ parua est, etiamsi sapiens esse videatur, & veritatis indagatrix. Pia tum erit, si non curet dubia, ad exquirendum difficilia, nec audeat blasphemare, sed bene habere, vt habeat, censeat, ac dicat, quod bene habeat, factum vtcunq; factum est. Quid enim mens tanta ac talis fecerit inique, vt quod bene habeat nostra intelligentia faciamus licitum, vel quod male actum sit, quandoquidem non intelligimus? Igitur quod omnia recte facta esse à Deo, dicere & sentire oporteat, minimè alienum est à prudentium sermonibus: prophanum autem & reiectaneum, omnia curiosius scrutari, quæ nostra indagine inquirere non possumus, sed vltra mensuras cogitationum nostrarum sita sunt. Apponit autem & alia quędam, his quæ dixi congerens sapientissimus Iulianus.

Deus omnia bene fecit.

IVLIANVS.

Iam quónam idiomate serpentem, qui cum Eua loquutus est vsum dicemus? nunquid humano? Et quid differunt hæ fabulæ ab his quas Græci finxerunt?

CYRILLVS.

Ecce iterum ea quæ vera sunt vellicat, & fabulis similia esse dicit Græcanicis. Nouit igitur manifeste, quod ea quæ sapit, & in religione plurimum habere momenti arbitratur, fabulæ sint, & aniles nugæ, ac præterea nihil. Verum nos amice hoc de sancta & diuina scriptura non dicimus: nihil enim talium in illa vsquam est, sed omnia veritate sunt referta. Admirot autem quod quum valde subtilis sit, & penitiores disciplinas sicut putat & dicit, non ignorauerit, sed etiam vltra sensibilia mentem nonnunquam transmiserit, vocem hanc impij & autoris malorum dæmonis operatione factam, serpente velamentum malignitatis illius sic adumbrante, non itellexerit. Nam quum tũc non esset aliud rationale animal, mulier impendio simplex, existimabat fortasse & aliis animantibus datum esse humana voce loqui posse.

Diabolus per serpentem loquutus Euæ.

Quod autem immundis spiritibus non sit difficile, nonnunquam & talia attentare, maximè quidem fide dignus esset Mosi sermo ad hoc demonstrandum: quoniam autem verisimile eos qui eadem sapere voluerint cum illo vellicante Christianorum scripta, nostris sermonibus non auscultaturos: age ipsorum scrutantes historias, pro virili rem ostendamus. Nam Homerus quidem, qui cõscripsit ea quæ Troiani apud Troiam gesserunt, affirmat Achillis equum, cui Xantho nomen, prædixisse illi mortem, dixisséque heroem: Xanthe quid mihi mortem prædicis. Miniméque negligens fuit, ne videretur fallere. Dicit enim quod loqui fecerit dea albis brachiis Iuno.

Equus loquutus Achilli.

Prætexet autem fortassis, poeticam fabulis assuetam, hoc vt ita fiat, suo modo petere. Igitur, si videtur, mendacij Homeri poemata arguantur, & doctorum suorum crimẽ contra ipsum stet: solicite autem quæramus, num etiam alias quædam talia scripserint. Propterea Porphyrius socius eius, & calumniarum in nos pater, Pythagoræ vitam describens, sic dicit: Nam quæ recitantur de ea quæ Mycenis residet, cum Troianis spoliis apud Argiuam Iunonem. Quum Euphorbi Phrygis, & scuti eius monumentum transiuissemus, vt valde vile, dicebant flumen Causum, quando cum multis aliis transiret, omnibus alijs audientibus ei loquutum esse, Salue Pythagora. Porrò forte dixerint quidam flumen ipsum alloquutum esse, non dæmonium: fuisse enim flumen rationale. Verum & hoc delirantis animi, & rem impossibilem esse dicimus: itaque dæmonium loquutum est, & indicium est magicæ Pythagoræ, flumen ei potuisse loqui: sed non est veritas, imò vituperium potius. Itaque si artis quæ apud Græcos arcana dicitur, hoc est magicæ fuit peritus, liberatur à crimine, deliramúsque nos: At si incantator & magus, & talis artifex fuerit, quo pacto non est verum, assidentia quorundam dæmoniorum, hoc colloquium fuisse paratum.

Flumẽ Causius Pythagoram salutauit.

Scribit autem iterum de eo Porphyrius sic: Neque ipse cum multis faciebat obambulationes, sed duobus vel tribus comitibus in templis vel lucis, amœnissima, & maxime silentia loca quærebat: amicos autem valde amabat, primus dicens: Amicorum omnia esse communia, & amicum esse alterum ipsum. Et cum sanis quidem conuersabatur, laborantium autem corpora curabat: & animas quoque languentes, vt diximus, consolabatur. Hæc quidem incãtationibus & magice, illas autem musica. Non absurdum igitur opinor fuisse & serpentem loquutum. An non potuit serpens humana voce vti, & Causus flumen magum salutauit?

Pythagoræ cõsuetudo.

Meminit autem huius sapientissimus Clemens in Stromatis, dicens: Zoroastren Persam quoque imitatus est Pythagotas, libróque occultos eius viri, Prodici sectatores possidere se gloriantur. Magi enim Persæ genere planè dicent. Zoroastren quoque nullus sermo liberabit, magicas artes non coluisse, cuius sanè optimum æmulum fuisse dicunt Pythagoram, ita vt & libros eius arcanos habere se gloriẽtur. Et hæc quidem Porphyrius ac Clemens.

Pythagoras magii Zoroastris æmulus.

Philostratus autem, Apollonij vitam delecti sermonis ornatu honestate attentans, & ad miraculum vsque efferens: narrat quidem illum in summis finibus terræ Thebanorum, & in ipsos fluminis incidisse strepitus, venisséque ad gymnosophistas illic degentes, qui & ipsi in arte magica præcipui erant. Deinde inquit præfectum vniuersis, cui nomen erat Thespesiõn, dixisse ad Apollonium huiusmodi vocibus: Quod autem possimus incantare arborem (vlmus erat tertia ab illa sub qua colloquebantur) alloquere sapientem Apollonium. & alloquuta est quidem arbor illa, sicut iussa erat, vox verò erat articulata ac muliebris. Commemorabo autem & Dodonæam quercum, quam humana aiunt vsam voce. Quin & Isigonus Cittiensis in Rhodo insula dicit Iouis taurum sermonis nostri non fuisse expertem. Vide igitur quomodo incantatorum ludi ostendant dæmoniorum naturam posse nonnunquam voces perficere, & non in solis sensibilibus animantibus, sed etiam in his quæ sensu & voce carent, vtpote in aqua & arboribus.

Arbor loquuta Apollonio. Dodonea quercus. Taurꝰ Rhodius.

Igitur quum omnibus sit manifestum, quod serpens solus existens, per seipsum mulieri nihil ante loquutus sit, natura enim est expers sermonis & mentis, induerit verò personam eius malorum autor satan, immortalitate concessa hominem deprædari volens: vnde valde merito Iulianum arguerit quis, quasi hæc non intelligentem, quamuis multa cõtra nefarium & malignum dæmonem declamet. Licet autem hoc ipse non credat, dixerim, quod propterea à veritate non erunt omnino aliena. At ille vera non confitens, rideretur in iudicio. Cæterum sermonem suum secundum quod sibi videtur, producens aduersus sacras scripturas, iterum luctatur.

IVLIANVS.

Deum autem interdicere cognitionem boni & mali, hominibus à se formatis, quomodo non summam præ se fert absurditatem? Quid enim stultius foret, nõ posse bonum & malum discernere?

discernere? manifestum enim quod hæc, mala inquam, non essent fugituri: & illa, nempe bona, non essent sectaturi. Summam igitur prudentiæ prohibuisset Deus homini ne gustaret, qua nihil homo habet dignius. Nam quod boni & mali discretio proprium opus sit prudentiæ, manifestum est etiam insipientibus.

CYRILLVS.

Ignorasse quidem illum scripturarum vim declarauerit examen: operæprecium autem exittimo, vt pauca quædam illi loquamur, quo totius rei negocium manifestum fiat. Nam quid sit bonum, & contrà, quid sit malum, nescire pecuinum esset, & lapidi magis ac ligno dignum, ab homine autem rationali prorsus alienum. At vis verbi, Cognoscere bonum & malum, designat apud sacras scripturas, non simpliciter, recipi rerum scientiã nuda & simplici cognitione, sed virtute & experientia quadam: id quod in progressu sermonis nostri manifeste & euidenter demonstrabitur. Illud autem dicendum, quod deus hominem quidem creauit & bona opera, sicut scriptum est, nullo bono carentem: sed iam, prout rationes naturæ erant, bene habentem, tam in anima quàm in corpore. Facta autem est homini mens talis, vt posset videre & deum & quæ illius, secundum mẽsuram dico, naturæ concessam (videmus enim per speculum & ænigma, vt scriptum est) & plane omnia admirabilia apprehendat, & quodammodo simplicem, vniúsque speciei habeat scientiam totius boni ad quod indiuulse respiciat, quasi solum istud videat, & integris volitionum conatibus ad ipsum propendeat, suaque sponte ad illud eat. Corpus verò ipsi factum quidem est ex terra, melius autem quàm vt moriatur & corrumpatur: tametsi quod dicitur rideant quidam increduli, audiẽtes quod deo volente sit, cuius nutum rerum sequitur natura, qui & vbique omnibus modis, quod sibi placet, arcanis quibusdam efficaciis attingi posse declarat: quia quod ipse constituerit, hoc & singulis creaturis natura est.

Cognoscere bonum & mali quid sit.

1. Cor. 13.

Homo in anima et corpore quomodo sit perfectus.

Sanè Platoni non licebit dicere, tanquam ex persona dei diis ab ipso factis, hoc est cœlo, & soli, & astris (etenim sensibiles quoque nominat deos) Idcircò, quandoquidem nati estis, non immortales quidem estis, neque insolutiles omnino, neq; item soluemini, vel in mortis sortes incidetis, ob meam voluntatem, maius adhuc vinculum & fortius quàm illa sortiti, quibus quando nascebamini, compacti estis. Bene credemus autem Mose scriptis, si extra corruptionem positum esse dicat, quod deo quidem volente, corrumpi natum est. Erat itaque corpus immortale: vitam enim inseuerat omnium opifex. Quoniam autem incorruptibile erat, desideria ad edulia & cibos ei inseuit: mens verò nulla tyrannide ad hoc agebatur vtique, admiratione digna. Faciebat enim libere quod volebat, quum caro nondum affectionibus, quæ ex corruptione oriuntur, subiecta esset.

Vbi autem impegit in creatorem Deum, mandatum traditum contemnendo, factum est ei initium intemperantiæ, cibus interdictus. Inde homo victus est ab improbis voluptatibus: & corporis naturam peccati subintrauit lex, & quasi ex contaminata corruptionis radice, germinarunt absurdarum concupiscentiarum desideria, & ferocit posthac in nobis, tanquam indomitæ bestiæ voluptatum amor, qui optimis quibusque desideriis obluctatur. Vnde diuinus Paulus tantũ non ingemiscens naturæ infirmitates, dicit: Scimus enim quod lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccatum: quod enim operor haud scio. Et iterũ: Scio enim, quod nõ habitat in me, hoc est in carne mea bonum. velle enim adiacet mihi, non autem perficere bonum. Etenim quod volo bono non facio, sed quod non volo manum, hoc operor. Si autem quod non volo hoc facio, non iam ego operor illud, sed inhabitans in me peccatum. Etenim si quis velit tenuitet perspicere genuinam carnis motionem, de ea loquor, quæ in absurdissimas affectiones trahit, non habitat in nobis bonum: degrauat enim humanam mentem, vt & ipsa incircumspecte velit facere quod illicitum est. & audeat contra libertatem, parcum mancipiis seruitutis subire iugum. Intolerabilem enim illam pugnantiam & sapientissimus Paulus declarat, dicens: Condelector enim legi Dei secundum internum hominem, sed video alteram legem, quæ militat aduersus legem mentis meæ, & qui captiuum me facit legi peccati, quæ est in membris meis. Quis igitur hominis naturam in hanc dedũxit infirmitatem simul ac miseriam? vtique pessimus ille draco, qui subiit mentem mulierculæ simplicem ac innocentem, & contra ineffabilem gloriam loquutus est. Nam quamuis Eua diceret, vniuersorum deum prohibuisse, eos comedere de ligno quod est in medio paradisi deliciarum, interminatumque esse legem præuaricãtibus, mortem: decepit tamen dicens, Non morietmini morte. Scit enim deus, quod quocunq; die comederitis de illo, eritis vt dij, scientes bonum & malum. Quocirca vide quod pessimarum doctrinarum fuerit inuentor. Non enim dixisse, inquit, illis veritatem, vniuersorum deum: sed mentitum potius, & per inuidiam prohibuisse ne comederent, vtpote deos fore scientem si comederent. Igitur & ipsam summam & ineffabilem naturam calumniatus est, & pestilentem malitiæ doctrinam primis parentibus immisit: vnde & ob hoc iure diabolus appellatus est. Venit autem per præuaricationem in hominis naturam corruptio, simul etiam venerunt multiplices quæ ex ea affectiones. Hoc, opinor, est cognoscere bonum & malum: non quod proauus Adam, hoc est hi qui primi facti, simpliciter in mentem receperint scientiam mali: sed quòd dum cognoscerent malum, etiam experti sint reipsa. Vnde scriptum est: Cognouit autem Adam Euam vxorem suam. & nondum dixerit de ea quis, quod simpliciter in mente eius cognita fuit. ibi enim cognitionem sacra scriptura ipsum congressum appellat.

Gene. 4.

Roman. 7.

Mos itaque est scripturæ diuinitus inspiratæ, experientiæ cognitionem, cognitionis nomine appellare eam quæ nonnunquam in ipso opere est. Vnde Verbum dei vnigenitum reformans hominis naturam, in suam originem, aboleuit quidem peccatum in carne, factum homo: & transtulit nos, vt dixi, in nouitatem vitæ, & repastinare iussit primam naturæ dignitatem, in quam iterum plantetur admirabili gloria. Ea propter inquit, dictum est antiquis, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, non concupisces. Quamuis res sit, vt opinor, ad quam pertingi nequeat, vtpote incomprehensibilis, & quodammodo super naturam. Sed sic sapere non sinit. Quod enim impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, deus misso filio suo in similitudine peccati mortis, & de peccato condemnauit peccatum in carne, vt impletio legis impleatur in nobis, qui secundum carnem non incedunt, sed secundum spiritum. Igitur quum vnigenitus propter nos homo factus esset, abolita quidem est lex peccati in carne, & sunt res nostræ reductæ, vt ad primam originem regrediantur. Etenim prænalebant mors, corruptio, voluptates, & aliæ cõcupiscentiæ, quę imbecillem & infirmam deprędabantur mentem, adiutricem habentes corruptionem. Necessariò hæc quidem dicta sunt.

Vnde in obedientia carnis & corruptio.

Matth. 5. præceptum super naturam.

Roman. 7.

Quoniam autem in expositione illorum morati sumus, redeundum est ad cœptum. Parentes in paradiso non sunt conditi cum ignorantia boni & mali: rationales enim quum essent, humanam scientiam sortiti vtique sunt, in omnibus quæ necessaria illis, & subsțantialiter agnita, demonstrante deo: liberam autem habentes mentem à carnis voluptatibus, & absurdis concupiscentiis, sanctam beatissimamq; vitam agebant. Vbi autem corruptio intrauit, vt dixi, & motæ sunt in carne voluptates, ad impietatem ferentes, non habuerunt simplicem scientiam mali, sed per experientiam ipsam infirmitate laborarunt.

Etiam si quis mentales subsțantias, quæ sunt vltra corpus & sensum, examinare vellet, certo dicet eis inesse quod sciant bonum, & quid bono aduersum: non quod hæc huiusmodi affectionibus & experientia apprehendant, sicut scilicet in vobis euenire dicimus. Nam sancti angeli, qui adhuc seruant principatum nobilem ac beatum, & omnibus modis mirabilem agunt vitam, mentem quidem habent omnibus modis in bono educatam & perspicacem: reprobant verò quod nõ ita habet. non enim ignorant malum, quamuis libere, & sine coactione. Cæterum qui suum reliquêre domicilium, & meliora paruiffecerunt, elegerunt autem potius turpiora, quamuis cognitionem mali etiam ante ipsam ruinam habuerunt, euidentiorem tamen assequuti sunt per experientiam.

Quomodo angeli boni et mali sciẽtiã boni & mali habeãt

Iam, si placet, vltra propositarum contemplationum veritatem inquiramus, & ad summam omnium mentem sermo producatur. An non concedemus diuinam mentem, quæ super mundum est, quæque tam venerabilis & sancta est, scientiam boni & mali habere? Vltra, quomodo legẽ ponit, & vetat qui-

Deus scit malum, sed non πρακτικῶς.

dem fœdiora, & peccatorum demonstrat modos: adducit autem ad meliora, & ad ea per quæ clarè viuatur, & constituit vt in illo ipso verè approbatam gloriam velint? Igitur bona quidem & bene operans eodem modo, imò ipsa bonitas est, diuina & ineffabilis natura: non ignorauit autem malum, sed nouit practicè, id quod nos sentimus, in omne venientes malum. Quum igitur sic instructi de talibus simus, videamus sequentia. Nam quodammodo conclusionem suorum sermonum facit philosophus Iulianus, ita dicens:

IVLIANVS.

Atque ita serpens magis benefactor, quam damnosus humano fuerit generi. Neque hoc solum dicit, repetit enim ea quæ dicit. Ad hæc dicitur inuidus. Nam vt vidit hominem prudentiæ factum participem, inquit, vt ne gustet lignum vitæ, eiecit eum ex paradiso, aperte dicens: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, vt cognoscat bonum & malum. Et nunc ne forte extendat manum, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et eiecit eum dominus deus ex paradiso deliciarum. Singula hæc, nisi fabula sint, continere arcanam speculationem equidem censerem, sed multa blasphemia in deum referta sunt. Nam ignorare quidem quod adiutrix facta, lapsus futura sit autor, & prohibere cognitionem boni & mali, qua sola videtur contineri posse humana vita, & præterea æmulari, ne vitæ particeps, immortalis ex mortali fiat, vtiq; inuidi & maleuoli est.

CYRILLVS.

Quæ prædicta sunt, ad redarguendam sermonum illius impietatem sufficerent, sed non offendet, imò in bonum cedet lecturis, si & nunc pauca quædam super istis loquamur. Etenim hominem vniuersorum deus è paradiso eiecit, nõ quia prudentiæ particeps erat, rationalis enim erat, & ita factus est initio: neque inuidiæ vel inuidentiæ opus erat, sicut ausus est dicere, quod prohibuerit eum, ne comedat de ligno vitæ, vt ne viuat in æternum. Admirabilis autem & in isto prouidentiæ modus esset, apud eos qui sapiunt. Non oportebat enim eis qui semel diuinis legibus, ventrísque erant victi voluptatibus, & in tantam postea miseriam deducti, vt & in ipso corpore propter peccati legẽ languerent, & idcirco venturi essent in quaslibet ignominias, malum perpetuò in hoc mundo seruare, & sicut immundi spiritus longam, & exosissimam sanctissimo deo, degere vitam. Melius autem dixerit esse quis illos qui peccarãt, non semper & perpetuo videri malos: desinere verò aliquando, quẽadmodum & ad crepusculum ac ad finem mali peruenire, ac coaceruare sibi, etiam vel misericordiæ alicuius spem, per hoc quod quasi pro pœna ferant mortem. Igitur vt ne per experientiam suam, electa scientia mali, vitam deo exosam super terram habeat homo, sapiẽtissimè carnis morte humiliatus est, nõ ignorante deo tempus suæ serenitati & misericordiæ idoneum.

Vtilis peccãtibus mors.

Et hoc scribens diuinus Paulus, præcognitum quidem fuisse Christi sacramentum antequam iacerentur fundamenta terræ: manifestatum autem esse in extremis seculi temporibus, quando oportebat eorũ quæ acciderant humanæ naturæ, cõrrectionem fieri. Vnde hæc minime quidem fabulæ sunt, sed neq; vulgarium nugatorum commenta, sermones autem potius sapientes & necessarij, & à veritate neutiquam aberrantes. Quia enim vniuersorum opifex mira dispensatione, morti subiecit, tyrannide peccatorum humanam naturam videns oppressam, in primis parentibus sufficit quidem ad demonstrandum veritatem, etiam ipsa rerum experientia.

Confirmat autem hoc præterea & socius doctrinarum eius Porphyrius. Dixit enim sic in primo ad Nemertium libro: Deus autem sciens futurum, sæpenumero præuenit, hos quidem propter pietatem, adhuc adolescentes è vita eripiens: alios propter futuras in posterum illis pœnas: alios autem miserans, quos liberat ab immedicabilibus calamitatibus. Insuper & in alio loco: Chrysippus autem, qui Socratem sequebatur, nolebat ad ea quę fiebant dici: Quis sciuit? sed hoc omnino erat melius. Nam quum nequeant res melius dispensari, quàm vt deus dispensat: decet omnino, vt in his quæ fiunt, existimare, quod sic erat melius habere, vt habet. Non enim tibi quidem sortito à rege, vt prouideas partem aliquam principatus humani, ad vtilitatem reipubl. obedientiæ legibus: aliter licuisset solidam rempub. conseruare, quàm vt hi quidem priuatim agant & subditi sint, alij verò publicis officiis fungantur, alij verò occidantur, neque omnibus vita seruetur, quia neque omnibus hoc prodest. Ei autem qui sic dispensat, non permittemus quæ sua sunt absque reprehensione dispensare, quod bene habeant omnia vt iustificata sunt, & per mortes ac vicissitudines, & per ætatum incertitudines.

Mors bene à deo ordinata.

Accusauit igitur & suos doctores, qui scribunt quidem omnino nihil absurdum inter ineffabiles dispensationes dei, qui potestatem habet in omnes: sed sine inquisitione magis optime coluerunt. nam existimarunt res nostras, summa scientia dei, quod bene sciat, & quod illi gratum sit gubernari: nullo enim modo aberrat is qui optimus & irreprehensibilis est, vel sermone, vel re, qui & aliis omnibus principium est sapientiæ & intellectus, & dator & præfectus. Igitur non inuidet Deus, neque zeli stimulis, sicut nos, incitatus est: sed sapienter statuit quod euenit. Etenim draconis deceptionibus, in spem vanam aptus fuisset:

Fortassis & habitus fuisset pro deo primus homo, si de ligno comedisset, vt indicauit Moses. Inuexit enim vniuersorum deum, dicentem: Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis. Non enim Deus propter transgressionem erat, sed in extremam miseriam inciderat. Plenitudo autem sanctæ trinitatis, manifesta fit etiam propter hoc quod dicit nobis. Non enim ad aliquos angelos dixit, qui super omnem creaturam: Ecce Adam factus est, sicut vnus ex nobis. Ipsa autem ad seipsam potius: vna & ineffabilis, & super omnia natura, quæ in sancta & consubstantiali trinitate facit sermones. Transiẽs autem iterum ad alia nostræ legis, cõparare tentat miserrimis dogmatis Christianorum res, sic dicens:

Trinitatis coniectura.

IVLIANVS.

At quæ illi de deo vere manificeque referunt, ea nobis patres ab initio tradiderant. Habet enim noster sermo intendentem huic mundo opificem, quare Moses nihil dixit sublimius, qui neque de angelorum natura ausus est aliquid, quod ministrent deo, sæpe & multis modis dixit: an autem facti sint, vel ingeniti, vel ab alio facti, & alij ministrare iussi, vel alio modo, nusquam declaratum est. De cœlo autem & terra, & his quæ in illa, & quomodo ornata sit, tractat. Et hæc quidem dicit iussisse Deum fieri, sicut diem & lucem & firmamentum, illa autem fecisse vt cœlum & terram, solémque & lunam, alia vero vt occulta insinuauit. Ad hæc neque de generatione, neque de formatione vniuersi dicere ausus fuit, sed solum, Et spiritus domini ferebatur super aquas: verum autem, ingenitúsne vel factus sit, nihil declarat.

CYRILLVS.

Igitur quod inornato sermone vagetur, & relicta via, quæ sermoni conuenientior, interserat deliramentum, haud difficile videtur. Veruntamen & ad hæc dicimus ei: Opificem vniuersorum manifeste declarauit Moses vnum, & summum, & transcendentem omnia Deum, veruntamen per filium in spiritu sancto. Sic enim intelligitur ineffabilis naturæ perpetua cum creaturis fuisse habitudo. Quare igitur insipientissime mẽtitur, nihil prorsus dictum esse de summo deo, vt ipse inquit. Quid est enim vltra eum, qui est super omnia? Quod intelligetur principium eius, quod est principium omnium?

Moses deũ vnum docet.

Etenim pater ac doctor eius Plato, vnum quidem esse definiuit opificem, autorẽ omnium, quem & intendentem mundo esse dicit: substitisse quidem ante illum, deum alterum, hoc est ideam boni, & simul intelligit etiam tertium autorem in ordine & natura primorum, qui aliquanto imminuitur, quem & Animam omnium rerum vocat.

προσεχὴς κοσμῳ θέος.

Nos autem sapientius exactioris contemplationis diuitias assequuti, vltra omne ingenitum, vnam & veram, & in sancta trinitate deitatis naturam adorare didicimus, Theologorum voces imitati. Dicimus enim esse Deum & patrem, per filium in spiritu vniuersorum opificem: cuius mentalem & vltra mundanam pulchritudinem coniectarit, opinor, quis, modo, quem vtcunque capimus, ex his, quæ bene habent genita. Quin & in mundo creata, absque labore apparent. Visibilia enim eius à creaturis mundi, dum per ea quæ facta sunt intelliguntur, peruidentur, nempe sempiterna potentia & diuinitas. Conuenit autem illis & Platonis sermo, dicentis: A pulchritudine sensibilium, mentalem Dei pulchritudinem addiscere licet, &

Trinitatem adoramus.

ex eo

ex eo quod in legibus & studiis est, virtutem eius contemplari oportet. Proinde laudamus nos etiam per hoc contemplationis modum, prædicat enim creatura conditorem.

Non ex his solis, de quibus nuper diximus, patrem admiramur, sed quasi ex imagine exacta filij, amplius reueremur. Depingit enim nobis spiritualiter in propria natura suum genitorem. Adhuc & ipse Plato Deum primum, sicut dicit ipse, ponẽs in immobilitate, miniméq; tremulum etiam secundum (vt ipsi iterum videtur) qui alio modo, vt opifex moueatur, non ignorauit quod per ipsius sermones discatur. Dicit enim sic: Sunt autem istæ vitæ, hæc quidem primi, ista autem secundi dei: manifestum autem, quod primus quidem Deus erit stans, secundus vero talis qui moueatur. Vnde primus circa intelligibilia, secundus verò circa intelligibilia & sensibilia. Iterúmne mirẽris quod hoc dixi. audies enim quid adhuc multo admirabilius. Nam pro motu, qui accidit secũdo, stationem quæ acccidit primo, dico esse motionem, & contemplatam, à qua & ordo mundi, & duratio sempiterna, & salus in omnia profunditur.

Deus stans, & alter qui moueatur.

Igitur quoniam statio primi secundum ipsum connaturalis intelligitur (idque valde meritò) accidenti alterius motioni, sicque genita simul subsistere facit, ordinémque ac durationem singulis distribuit, frustra conscripsit contra Mose librum, illius accusator, nihil omnino eum affirmare dicẽs de primo & summo Deo: quamuis manifestè scripserit, quod omnia producta sint à patre per filium, in spiritu, vt sint ac subsistant.

Sed nihil scripsisse de angelorum natura inuenitur, inquit. At non oportebat dicere, ea quæ intelligi nequibant. Nam si verum est, quod ea quæ in manibus, reperimus cum violentia, vt scriptum est, & ipsa sensibilium, & imaginabilium inquisitio, nostris mentibus ferè inaccessa, quomodo quis diceret ea, quæ super sensum, & separata cognitionem vltra nostram rationem sortiuntur? Etenim genitos esse quomodo dubitaret quis? cum ministros eos nominet, & alterius nutibus, quasi necessitate subiugatis. Seruum enim omne quod sub iugo, liberúmque natura omnino nihil, quod dicitur ministrare. Psallit item diuinus Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.

Quare Moses de angelorum creatione tacet.

Psal. 103.

Quoniam autem in accusationibus Moses tale quiddam est. dicit enim, nihil de diuino spiritu illum dixisse, quàm hoc solum, quod spiritus Domini ferebatur super aquam: audiat à nobis, tametsi quo pacto non magis prudenter & exquisite dictorum vis introspicienda erat? Nam si omnino diuinus nominatus est spiritus, quomodo intelligeretur genitus? vel quomodo creatus naturaliter est proprius increati? Itaq; in hoc solo quod dicit esse spiritum dei, testatus est, quod ingenitus sit: non enim ab illo alter apparet, & substantialiter adulterinus, qui ex eodem secundum naturam fuerit nimirum iuxta rationem hisce contemplationibus conuenientem & congruam.

De spiritu sãcto, quod sit Deus.

Arguit præterea Mosen optimum, eo quod vniuersorum Deus nobis introducat nonnunquam verbo quædam vt essent protulisse, nonnunquam etiam fecisse. Respondemus ad hoc, quod sermo ille optime in omnibus ab eo dispositus sit. Oportebat enim autorem natiuitatis omnium affirmare Deũ. Quod autem verbo & nutu dirigat quod sibi placet, vtilissime adijcitur. Est enim & in nobis posse quædam formare, veruntamen non æquali modo, absit: sed labore potius, & opere manuum materiam apparamus, industriáque inuentores sumus, & opifices vocamur. Itaque excellent res diuinæ & incomparabilibus interuallis. Producit enim interdum ea quæ nunquam fuerãt, veruntamen tanquam sola voluntate perfector videtur operum, & compingit quod Verbum approbat.

Deus Verbo creat.

Cæterum fortassis ille horum nihil intelligit, perfricta autem fronte quodammodo laxat frena conuicijs contra Deum, & semper aliquid excogitat, quod prioribus est magis impium: attentátque demonstrare vnum quendam ex multis & seorsim intellectis dijs oportere & dici & subsistere eum qui per Mosen scripta prædicatur, qui minimam quandam sub sole regionem sortitus sit, nempe Iudæam: quíque vnum & solum ex Israel sibi subiugarit genus, & ægrè fortasse ac vix potest prouidere subditis. deinde alienigenas quosdam & pueriles sibi componens cogitationes, idoneam putat se attulisse demonstrationem. Exponam autem particulatim singula quæ nugatus est, plurimis præteritis, & in compendium quæ ab eadem mente elaborata sunt, coactis. Dicit itaque:

IVLIANVS.

Igitur quoniã apparet quod Moses neq; de opifice intendente huic mundo omnia disserat, cõferemus Hebræorum & patrum nostrorum opinionem inter se. Moses inquit mundi opificem elegisse Hebræorum gentem, & intendere huic soli, & illius curam gerere, dátque illi curam solius eius, aliarum autem gentium, quomodo vel sub quibus dijs gubernentur, ne vllam quidem mentionem fecit. Veruntamen nisi quis concesserit, quod solem illis & lunam distribuit: sed de illis quidem etiam paulo postea. At ostendam quod dicat esse Deum solus Israel & Iudææ, & Israelitas electos esse, ipséque & qui post illum prophetæ, & Iesus Nazarenus: sed & Paulus, qui omnes magos & impostores qui vbique terrarum sunt, excellit. Audite autem verba eorum. Primum dicit Mose: Tu autem dices Pharaoni: Filius primogenitus meus Israel, Emitte populum meum vt mihi seruiat: tu verò noluisti emittere illum. Et paulo pòst: Et dicunt ei, Deus Hebræorum vocauit nos, ibimus igitur in desertum, viam trium dierum, quomodo sacrificabimus deo nostro? Et post pauca iterum similiter: Dominus Deus Hebræorum emisit me ad te, dicens: Emitte populum meum, vt mihi seruiant in deserto.

CYRILLVS.

Cum his congregat etiam alias sententias, ex sacris scripturis collectas, & tentat inducere, quod solum Israelis appellatus sit Deus, & in peculiarem sortem eius, genus Abrahæ distributum sit: deinde sermonum suorum conclusionem facit, quod Hebræorum Deus non sit existimandus totius mundi autor, & omnium potestatem habens, sed humilior, & principatum gerens finitum, vt dixi, & qui diis aliis commixtus putetur. Hæc erat maliciæ eius intentio. At nos veritatem contra singulos maliciæ illius sermones afferemus, vt sciant, qui hæc illius dicta admirantur, prorsus ineptè sacræ scripturæ vocibus vsum esse, quo videretur esse sapiens, & in Christianorum dogmatis exercitatus. At quod prorsus nihil intelligat, arrogantérque se multum sentiat, & intemperatè mentiatur, re ipsa cognoscemus. Defraudat enim Deum vniuersorum, contendens imperite, eum alias gentes omnino negligere deputatum soli Iudææ, & iugum regni eius esse in solis Israelitis secundum sanguinem. Vnde quis rectè colliget, infirmã mente præditum Iulianum.

Nam quod summa natura sub pedibus habeat omnem creaturam, & cunctis prouideat, ignorauit omnino. Etenim diuinam notitiam in natura hominis maxime fundatam fuisse, & ei genuinam omnis boni, & ad salutem necessarij cognitionem immisisse opificem dicimus. Non enim erat absurdum, vt is qui talem formationem sortitus erat, à mundi generatione & ordine, ac pulchritudine & in illis duratione, in recta veritatis via incedens, videat, quanta sit mentis summæ conditricis ac productricis sapientia & potentia. De hoc bene nos edocuit Moses optimus, legem naturæ insitam excitans: cõpositis enim nobis de Deo libris, natiuitatis mundi totius autorem ipsum nullo illum in hoc adiuuante tradit. dicens enim: In principio fecit Deus cœlum & terram comprehensim opinor paucis, etiam ea quæ in vtrisque contenta significat. & iterum: Iste est liber natiuitatis cœli & terræ in die, qua fecit Deus cœlum & terram, & omne fœnum agri.

Insita homini cognitio boni.

Igitur si ex libris Moysi nobiscum pugnat, credat Moysi. At Deus qui nutu vniuersum consolidarat, & verbo produxerat, habens vim super naturam, & omni menti incomprehensibilem, qui & fecerat hominem super terram, quomodo voluisset tam paucis imperare, quum liceret ei vltra omnes dilatari, & non mixtus intelligi aliis diis, finitúmque habere principatum. Age & nos diligenter inquiramus causas quod noluerit, imò ipse veniat docturus. Infirma sanè fuisset, si non habuisset potentiam regendi vniuersa. Deinde quomodo videretur sufficere ad illa facienda? etenim non esse verisimile opinor: sed vanũ dicere, quod idoneus fuerit, sufficiens ac potens vt facere aliqua potuerit, sed præterea imperare iisdẽ non potuerit. Verum quod imperet sicut Deum decet, quomodo non facile videtur?

Creatura enim ſicut facta eſt in principio, ita & in poſterum moueri ſolet, & extra ordinem ſuum penitus nihil tumultuatur. Nam ſol in mundo fertur, & ab oriente in occidentem circulo ſe voluit: ſimiliter luna imperat nocti, ſuíſque legibus gubernatur, etiam fulgidus aſtrorum chorus: viciſſim autem fiunt temporum ſucceſſiones, noctis & diei reuolutio congruis interuallis, dimenſæ fructuum germinationes, pomorum vindemiæ, terreſtrium animalium generationes, volatiliúmque & marinorum. Adijciam autem illis etiam noſtras.

Dęmones infeſti creaturis.

Igitur qui ineffugibile iugum ſuæ voluntatis impoſuit creaturis, potentiſſime mihi omnibus imperare videtur, & non abijcere quidem iſta alijs curãda. Falſo autem agnominatos deos, hoc eſt dæmones immundos, certum eſt amaros infenſóſque eſſe creaturis. Proinde ſapientiſſimus Moyſes Deum nobis introduxit, vniuerſorum natiuitatis autorem. Vide obſecro, an non res ipſæ illius ſermonibus conueniant? Dixit enim ordinatum eſſe cum ſole diei principium, poſitúmque eſſe ęquali modo lunam in poteſtatem noctis, & in tempora & ſigna, & ad hoc vt luceat his qui ſuper terram, ſtellarum chorum. Verum qui hæc ſcripſit, non vult opus eſſe aliis diis, neque cultum vllis creaturis tribuendum, ſed addictos eſſe ſoli vniuerſorum opifici. præcepit enim dicens: Et ne reſpiciens in cœlum, & videns ſolem ac lunam & ſtellas, omnémque ornatum cœli, ſeductus adoraueris ea quæ dedit Dominus Deus tuus omnibus gentibus quæ ſunt ſub cœlo.

Deum, eſſe omniũ deũ.

Igitur quomodo dicit negligere Deum vniuerſorum, aliarum gentium multitudinem, & imperare ſolis Iſraelitis, quibus ipſe prouideat? quum omnibus gentibus quæ ſub cœlo ſunt, creaturas vtiles conceſſas eſſe dicat, ſanctorum noſtrorum conſcriptor librorum. Tam magnum & approbatione dignum bonum dicendo ne extenuet, niſi quis non conceſſerit, quod ſolem eis & lunam diſtribuerit. Nam quem nos adoramus, eum receperunt per Moyſi ſcripturas Iſraelitæ ſecundum carnem, & eſt vniuerſorum Deus, manifeſtéque inuenitur iis, qui vbicunque ſunt terrarum, ſuam curam impendiſſe: ídque dilucide oſtendemus omnibus ex diuina ſcriptura, & quodammodo concatenantes ſuperiores ſermones, ad ipſum primum hominem Adam ſcilicet pergemus. Itaque formatus eſt à Deo, & ex ipſo omne genus humanum inquam natum eſt. Igitur homo qui ſuper terram, hoc eſt, omne humanum genus, ſummi Dei eſſe intelligitur. Radicis enim Dominus, merito etiam illius germina poſſidet.

Cultus diuinus.

Ex primo autem nati ſunt duo, Cain & Abel, ij ſacrificarunt primi: & hic quidem recte, ille autem non item. Et laudauit quidem, recte ſapientem & iuſtum Abel: alterius autem ſacrificium non approbat, valde recte. Oportebat enim ex his qui reuerentiam & cultum erga Deum incipiebant, eos qui ex illis naſcebantur diſcere, quomodo bene & immaculate offerre debeant Deo honorem illum decentem & profuturum: id quod erat prouidentis & curam gerentis, quo his qui eligunt vitæ probitatem liceat honeſte viuere. Magnam enim & verè digniſſimam quandam poſſeſſionem dixerim diuinum cultum.

Enoch.

Omne excellens eſt Dei.

Cæterum poſt par fratrum, facti ſunt, & alij iuſtitiæ curatores, virtutibus admirabiles, & ad omne bonum opus alacritate præ aliis omnibus primatum nacti: quorum vnum fuiſſe dico beatiſſimum Enoch, de quo dicit ſcriptura ſacra quod non inuentus ſit, tranſtulerat eum Deus. Itaque Enoch quidem tranſtulit vtpote amicum & familiarem ſuum. Itaque proprium eius eſt omne quod excellens, admirabile, virtutúmque ſplendoribus glorioſum. Poſtquam autem omnis terra corrupit viã ſuam, ſicut ſcriptum eſt, & propenſum fuit cor hominis ad mala ab adoleſcentia, diluuium immiſit iis qui per vniuerſam terram, tanquam hortum quendam limo & luto obductum, & terram ſolidam poſſidens, ac nobilem plantam ſeruans optimum Noe, vt ex ipſo humanum genus in aliud quoddam initium reduceret, quod iterum ſaluaretur ſuper terram.

Iam quid ad hoc dicit, qui nullo modo vituperare nos negligit, potens ille nugator & locutuleius? Num ſi in ſola Iudæa Hebræorum Deus concluderetur, & exiguum haberet ſceptrũ, hominibus ſuper terram immiſiſſet cataractas cœli? Et iterum aquis totam prorſus veſtiens terram, vna omnes ſententia cõdemnaſſet? Sed ſi non omnibus imperauit, ſicut ipſe dicit, quare tacuerunt alij dij? Oportebat enim eos ſuos adiuuare adoratores, & vnum quenque pro regno ſuo ſtrenue dimicare: ſed neſcio quomodo ſuos peſſunderint & torpuerint in ſorte ſibi diſtributa. Nunquid hæc ridicula ſunt, & anilia deliramenta? Imò non ſunt euidens demonſtratio, ne oporteat dici vnius regionis Deum, & exiſtimari quaſi aliquem ex falſis nominatis diis, eum qui per Moyſen mundo prædicatus eſt? declarant enim eum hæc mundi factorem & vniuerſorum Dominum.

Sed Abrahæ genus ab illo delectum dicit, & præ omnibus aliis gentibus ornatum, vt ab ipſo aſſumeretur, qui omnes ad Dei cognitionem inſtruit, & quaſi radicem præ aliis vocat. Cæterum ſtrenuus ille præteritis primis Moſe ſcriptis, tentat regnum Dei ex eo ſolo quod electus eſt Iſrael, definire. Verum ô potentiſſime, hic tibi quis dixerit: Qui in poſtremis temporibus Abraham quaſi ſagena cæpit, & ſententia honeſtiſſima illius genus honorauit, propriam ſuam ſortem illud declarando, & propterea alias gentes nondum vocando, ille ipſe & non alius ſemel fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, ſicut ſcriptum eſt, & omnem abſoluit creaturam viſibilem & inuiſibilem. At ſi ille in lutum infidelitatis ingreſſus, improbabilem putat ſapientiſſimi Moyſi de Deo ſermonem, hoc omnino nihil veritatis ſententiæ præiudicauit. Sic enim ſapientiſſimus ſcribit Paulus: Nunquid infidelitas illorum fidem Dei euacuabat?

Eſa. 45.

Quoniam autem terminis & menſuris Dei regnum, qui ſolus Deus eſt, ſubijcere auſus fuit, appoſitis ſanctorum ſententijs, etiam ipſius ſanctiſſimi Moyſis voces afferens, quibus videtur Deus propriam nominare ſortem Iſrael: age & nos illi viciſſim ſanctorum voces obiiciamus, quæ illum Deum vniuerſorum declarant. Dixit enim beatus propheta Eſaias: Sic dicit qui fecit cœlum, ille Deus qui demonſtrauit terram & fecit illam, ipſe finibus ſuis terminauit illam, neque in vanum fecit illam, ſed vt inhabitaretur: Ego ſum, & non eſt præter me. Inſuper & alio loco: Ego Deus tuus, firmans cœlum & condens terram, cuius manus cõdiderunt omnem militiam cœli, & non demonſtraui tibi illa, vt ambulares poſt ea. Præterea alicubi vocauit & Cyrum, qui potenter deſtruxit & deuaſtauit Babyloniam: Ego vocaui te nomine tuo, & aſſumpſi te, tu autem non cognouiſti me, quia ego ſum Dominus Deus tuus, quia non eſt alius præter me Deus: & neſciuerunt vt ſciant qui ab occidẽte, quia nõ eſt adhuc alius præter me, ego dominus deus, & nõ eſt alius: ego præparans lucẽ, & faciens tenebras. Sufficerent iſta quidẽ vel ſola. Si autẽ opus eſt alio quodã teſtimonio, adferam & illud. Scriptũ eſt enim iterum: Reſpicite in cœlũ oculis veſtris, & videte quis ordinauit illa omnia, qui educit numero ornatum ſuum, omnes nominatim vocabit, à magna gloria, & in robore virtutis: ego Deus primus, & inſuper ventura ego ſum. Cognouerunt gentes, & timuerunt extrema terræ. Adhæc, quis audet dicere, & non irridebitur, quod breuem & contractum principatum ſortitus ſit? quamuis omnem creaturam produxerit vt ſubſiſteret, omniúmque exiſtat natiuitatis author ac Dominus. At ſi quis vellet etiam Ægyptiacarum plagarum meminiſſe, demirabitur omnino robuſtiſſimam eminentiæ eius potentiam, quam nulla coniectura liceat comprehendere. Omnis enim creatura imperantis obtemperans nutibus, contra eos qui in illum impingunt, armabatur.

Iſrael primogenitus.

Quoniam autem primogenitus nominatus eſt Iſrael, quid prohibuit ne eloquens ille intelligeret? Non enim intelligitur primogenitus, ſi non ſint alij quibus præferatur. Proinde quia Iſrael eſt primogenitus, habet omnino & fratres alios, quaſi ſub patre Deo. Nam licet poſteriores etiam ſint quidam filijs Iſrael primum vocatis, nihilominus propterea non ſunt poſiti extra numerum filiorum Dei, ſecundum quod omnium intelligitur pater: & vt ipſe omnibus præſtitit cauſam ſubſiſtendi, imò ipſe omnium principium & natiuitas eſt. Enimuero quod inter filios Dei reputandæ comprehenſim omnis creaturæ quę ſuper terram, hinc ſciemus. Iudæorum ſynagogæ præfectus Caiphas conducibile fore dicebat Iſraelitis, ſi è medio tolleretur Chriſtus. Adnotat autem Euangeliſta, dicitque: Hoc autem à ſeipſo non dixit, ſed quum Pontifex eſſet, prophetizauit, quod Chriſtus moriturus eſſet pro gente: & non pro gente ſola, ſed vt & filios Dei diſperſos congregaret in vnum.

Ioan. 11.

Quippe in duas gentes diuiſum eſt totum genus hominum, nempe in Iudæos & gẽtes. Vnde Chriſtus non ſolũ pro Iſraelitis ſecũdum

dum carnem mortem ſubiturus erat, ſed vt & alios filios Dei per diaboli maliciam diſperſos, & ad errorem idololatriæ pertractos, congregaret in vnum: hoc eſt in vnam & erroris expertem dei cognitionem, congregatos duos populos in vnum nouum hominem conderet, faciens pacem ſecundum Scripturas, & concilians multos in vno corpore patri. Porrò his blaſphemiis contra Deum ſatiari non valens, ſic dicit:

IVLIANVS.

Iam quod Deus Iudæorum duntaxat curam habuerit, qui ſors eius electa fuerint, non Moſes & Ieſus ſoli, ſed & Paulus dixiſſe apparet, quamuis in Paulo hoc eſt mirum. nam ſicut polypodes ſaxis adhærentes, pro euentus varietate, mutat dogmata de deo: nonnunquam Iudæos ſolos hæreditatem Dei eſſe contendit. Iterum autem Iudæis perſuadens, inquit: Non ſolum Iudæorum deus, ſed & gentium, imò & gentium. Vnde quum iuſtè dixiſſet Paulus, num Iudæorum duntaxat Deus, an non & gentium? imò & gentium, cuius gratia ad Iudæos miſit propheticum ſpiritum, & Moſen, & vnctionem, & prophetas & legem, & mirabiles ac prodigioſas fabulas, audiſque ipſos clamantes: Panem angelorum manducauit homo. Sub finem autem & Ieſum miſit illis: nobis autem, non prophetam, non vnctionem, non doctorem, non præconem, vt vel ſera erga nos futura ſit miſericordia. Num & deſpexit innumeris annis, vel vt vos vultis, tot annorum millibus idolis, vt dicitis, ſeruientes in tali ignorantia, ab ortu ſolis vſque ad occaſum, à ſeptentrione vſque ad meridiem, & extra paruam gentem, quæ neque ante duo annorum millia integra, regionem Paleſtines inhabitauit? Nam ſi omnium noſtrũm eſt deus, & omnium ſimiliter opifex eſt, contempſit nos? Et poſt alia: Adhuc attendemus vobis, quod vniuerſorum Deum vel nuda ſaltem cogitatione vos, vel veſtræ quis farinæ imaginatus ſit. Nónne omnia partiarum ſonant: Deus zelotes, zelat enim. quare? Et Deus vlciſcitur peccata patrum in filiis.

CYRILLVS.

Quod Deus curam habuerit Iſraelis ſecundum carnem, ſicut ipſe dicit, quomodo non omnibus manifeſtum? oportebat enim diuinæ legi ſubiugatos, & ab idolatriæ errore abſcedentes, à cura illius non deſtitui, ſed inſtrui potius in his, quibus veriſimile eſt, ad meliora erudiri, & paulatim progredi, vt diſcãt myſterium Chriſti.

Rom. 3.

Iam quod magnum & extreme peſſimum vocat Paulum quod patres ſuos accuſat, neque extra reprehenſionẽ illos ponit, dicere omitto. Nullus enim ignorat. At quoniam inquit, eum variare pro euentu fortunæ ſacras doctrinas, eo quod dicit: Num Iudæorum ſolus deus, an non & gentium? imò & gentium, quandoquidem vnus eſt deus: cuperem interrogare eum, quídnam ſit, quod non bene factum, propter quod illum arguat? non enim vniuerſorum deo detrahit dignitates ſecundum naturam illi inſitas, quod quidam iugum eius excutiunt, & gloriæ eius eminentiam ignorant.

Quorundã rebellio nihil detrahit gloriæ Dei.

Num igitur ſi qui parum curauerint leges præſidum, vulgò propterea præſides non ſinemus eſſe legiſlatores, quibus tamen legiſlatorum gloria eſt? etiam ſi quis immeritò à regalibus ſceptris ſe ſubducat, nunquid à regno excidet in regalibus thronis ſedens, & ſumma gloria redimitus? Item ſi quis noſtrũm oculis priuatus, fulgidum ſolis iubar omnino non viderit, nunquid propterea elemẽtum hoc obſcurum quis dixerit? nónne potius illorum miſerebimur infirmitatem? Vnde ſiquidem recte voluerit agere, dicat, quamobrem venerandum ac admirabilem illum, nominare audet hypocritam & incantatorem, Iudaicum faſtum & quorundam ſtulticiam ſapientiſſimẽ impugnantẽ?

Paulũ vocat hypocrytam Iulianus.

Nam quoniam nonnulli in eam peruenerant inſipientiam, vt ſentirent cum illo, qui contra nos ſcripſit, quod vniuerſorum Deus, ſolius regionis Iudæorum curam habeat ac imperiũ: idcirco doctor noſter, prudenter valde ſupercilium iſtorum ac opinionẽ abradit, & veritate armatus ita ſentientibus obſiſtit ac dicit: Nũ Iudæorum deus ſolum? nunquid & gentium? profecto & gẽtium, quandoquidem vnus deus. Si enim eſt deus ſuper omnes alius autem præter illum nullus, omnium vtique fuerit dominus quia & omnium opifex: quippe quod & gentiũ deus eſt, & per inſitas leges bene commonſtratum fuit, quas omnium cordibus inſculpſit opifex.

Lex naturę

Rom. 2.

Dicit enim: Gentes quæ natura legem non habent, quæ legis ſunt, faciunt: hi legem non habẽtes, ſibiipſis ſunt lex, qui declarant opus legis conſcriptũ in cordibus ſuis. Iam ſi quidem ſolorum Iudæorum, & non etiã gentium fuit Deus & conditor, quomodo legem non habentes ſibiipſis ſunt lex? inſitis ad hoc inſtructionib. peruenientes. Natura enim per ſeipſam diſcendo, factore annuente, recipit omnis boni ſcientiam. Dignatur itaque deus ſuæ prouidentiæ cura non Iudæos ſolos, ſed etiam, vt dixit, vniuerſæ terræ homines. Vnus enim vniuerſorum dominus.

Deus propterea gentes non deſpexit, quãuis Iudęis primum prophetas miſerit.

Exod. 40.

Quoniam autem indoctiſſima & abſurda conatur oſtendere, quod ſolorũ qui ex Abrahã ſunt, ſit Deus dominus, quaſi gentes nihili habitæ ſint. Fuiſſet enim, inquit, neceſſarium, ſiquidem reputatæ apud eũ & gentes fuiſſent, & propheticũ eis mitti ſpiritum, & doctores oſtendiſſe prophetas, & ante alia ſanctis illuſtrari ſapientiſſimi Moſe legibus, oſtendíque diuina ſigna: id quod dicimus, vt linguam eius impotentem remoueremur. Equidẽ vir potentiſſimè, manifeſtè ex confeſſo eſſe reor periculoſum & abſurdũ eſſe cum diuinis pugnare iudiciis & tempeſtiuè quis Eſaiæ vocibus vtetur, dicens? Quis menſus eſt manu ſua aquã, & cœlũ palmo, & omnem terrã pugillo? quis ponderauit montes ſtatera, & ſaltus libra? quis cognouit mentem domini? vel quis conſiliarius eius fuit? Sufficientiſſimus enim deus, nullius eget prorſus, ipſe autem potius dat ſapientiã & intellectũ his qui vt capiãt digni ſunt. Inſuper quomodo equorum domitores & id genus artifices non digne illud dicerent? ſi multi eſſent ipſis equi, quos ad curſum aſſuefaciãt, num gregatim vel ſeorſim ferrent iugũ? Hoc opinor manifeſtũ eſſe, quod non gregatim, ſed ſeorſim melius curſum ſuũ perficere docerentur. Quur autẽ quod alius prius aduenientib. quidã poſtremi ſunt, & nõ prius diſcunt? quis accuſat? quũ is qui docendos ſuſcepit nõ ignoret tẽpus vnicuiq; congruũ? quis illum liberabit ab acuſatione, imò non ab acuſatione, ſed à crimine graui & calumnia? Docens enim neutiquã ignauus eſt, ac rei natura, primis dat, vt primi arti ſubiiciantur. Itaque ſi equorũ domitori omnino cura deeſt eorum qui primos ſequuntur, accuſetur iuſte.

Rom. 8.

Sanè à tam parua iſta imagine, ad maiora & plurimũ exuperantia tranſeuntes, ineffabilẽ ſapientiſſimi dei diſpenſationẽ cõſideremus. Iſraeli qui ante alia vocatus eſt, illa donata ſunt, per quæ veriſimile erat, eũ à primis liberandũ infirmitatib. & ii elius habiturũ, diuino timore illuſtrari, plenũq; naturali iuſticia videri admirabilẽ & imitatione dignũ. Contigit autẽ cura & prouidentia dei congruo tẽpore etiã alteri gentiũ multitudini. Vocatæ enim ſunt poſt Iſraelitas, & ſortẽ habent eximiã, ſuntq; primis meliores. nã illi quidẽ ſub lege erant & vindicta, hi verò ſub gratia & remiſſione: & illi quidẽ mediatore vtebantur miniſtro, hi verò naturali filio: & in illis quidẽ ſpiritus erat ſeruitutis, in nobis autẽ libertatis & adoptionis, hoc eſt ſanctus: per ipſum enim clamamus, Abba pater. Quod ſi dicat, quare ante omnes gẽtes intrauit Iſrael? nullus opinor eſt qui nõ grauatim ferens dicat: Præteri hoc vir ſtrenuè, cognoſce teipſum, ſi quod in opinione ſitũ eſt, ſapientis rationẽ & curã apud te mereatur. Scit planè mẽs illa immaculata, vniuſcuiuſq; rei cõgruũ tẽpus. Concedamus & ad medicorũ experimenta, qui bene ſe gerere exiſtimantur, ſi quibuſlibet temporib. quæ iuuant & pro ſunt ægris remedia adhibeãt: arguemúſne optimã & ſummã mentem, quod hæc nõ bene fecerit? Iam fortaſſis etiam illud periculoſe quamuis quomodo nõ melius fuerit, quod tanto inferiores ſumus ab illo ſapientia, quantum rationes in natura habitæ, nos ſeparant & ſequeſtrant.

Antequam Iſrael aſſumeretur deo gentes curæ erant.

Ante diluuium nulli idololatrę.

Et hæc dicta ſunt de eo quod ſapiẽtiſſimus Moſes mediator fuerit. Demonſtrabimus autẽ ſine labore, deum ſaluatorem omnium, curam geſſiſſe etiam gentiũ, & nõ ſolius Iſraelis. Manifeſtè enim videtur, prius habuiſſe curã gentiũ, quàm vocarit Iſrael ex Ægypto, ad ducendũ in terrã promiſſionis per Moſen. Qui enim ſubtiliter & accurate tempora ab initio ſeculi numerauerũt, & pretereuntes multũ fabularũ, deducunt quidem ab Adam vſque ad Noe ab illo decimum, annos numero ducentos & quadragintos duos vltra duo millia. In ſacris autẽ literis nullũ omnino inuenimus, qui per illud tempus idololatrię cri-

mini fuerit implicitus. Accusantur enim de alijs, & pereunt non frustra, inducto diluuio. Corruperat enim, inquit, omnis caro viam suam. Idololatriæ item notam, vt dixi, nulli prorsus inusitam inueniemus post diluuium ex filiis Noe. Erant autem illi tres ij ex quibus alio initio humanum genus in multitudinem immensam propagaretur. Porrò nongentis & quadraginta duobus annis exactis, dispersáque posteritate Noe vndequaque, & habitantibus iam hominibus ad orientem & ad maritima, congregatisque in ciuitates, primus regnauit in Assyriorum terra, vir superbus & arrogans Arbelus, qui & primus hominum dicitur à subditis nomen deitatis accepisse. Perseuerarunt igitur Assyrij & finitimæ illis gentes sacrificantes ei & adorantes. Postea fuit Ninus Arbeli filius: Nini quoque Ninyas, & Nineui nomen accepit, quam & Semiramis illic cohabitās, mœnibus firmissimis cinxisse dicitur. Quum autem Assyriorum terram regeret Ninus, vixit diuinus Abraham, abominatusque est Assyriorum conatus, & gloriam dei læsam ægrè tulit. Nam & ex medio deceptorum eripiebatur, & ad lucem veræ agnitionis dei vocabatur. Et quomodo ignorauit eloquens iste salutem gentium deo fuisse curæ? Ecce enim Abraham radix factus est eorum, qui per legē & prophetas ad pietatem eruditi sunt, quem & vocatum dicimus quasi ex idololatria, ad certiorem veri dei agnitionem.

Arbelus primus appellatus Deus.

Nineui.

Abrahę electio.

Hebręorū assumptio etiā est vocatio gentium.

Itaque dicimus, quod prouidentia dei omnipotentis in gentium cura antiquior fuit quàm vocatio Israelis ex Ægypto: & ita gentium vocatio est etiam Hebræorum assumptio, vtpote in principio generis, nempe in Abraham, perfecta, quem quasi ex sylua sterili rapiens deus germanum fecit adoratorē. Et certe tale quiddā per vnū sanctorum prophetarum, dixit: Quasi botrū in deserto inueni Israel, & vt futurum in ficu præcocem vidi patres eorū. Res enim rara & difficilis inuētu in solitudine est botrus: inuentus tamen semel ab eo qui omnia videt, desideratissimus, & vt decerperetur gratissimus. In ficubus autem dulcissimum quod præ alijs maturescit hoc est præcox, & præcurrens & in cibum gratius. Ita enim vidi, inquit, Israel: inueni autem sic patres illorum. Etenim idololatræ & superstitiosi erant omnes, qui Assyriorū terrā inhabitabāt. Vnde vt dixi, quasi in deserto botrus, & quasi præcox fructus in ficu, diuinus Abraham decerpebatur. Valde autem recte præcocibus ficis cōparatur Abrahā. Nā præmatura sequūtur & alia. Ob id hanc vocationem sortiebatur, quia ad vestigia eius subsequuturæ erant etiā aliæ gentes, quæ adhuc quasi nōdum matureſcebant. Itaq; præcox fructus erat Abraham principium vocationis gentium.

Osęæ 9.

Abraham præcox ficus in deserto.

Iam quis ille qui ad hoc produxit? Christus scilicet. Deus enim Verbum erat, & sempiternus cum patre, quamuis in nouissimis seculi temporibus nobis similis factus sit. Arguit autem illum, dicens, Quare nō magis gentibus misit eum saluatorem & redemptorem, concessit autem Israeli secundum carnē? Igitur audiat sanctos prophetas hæc de illo clamātes, vt discat manifeste spem gentibus factā Christum. Dicit igitur sapientissimus propheta de illo: Et erit in die illo, erit dominus vnus, & nomen eius vnum, circumiens totā terrā. Et ipse alicubi inquit per vnum prophetarum: Oblectare & gaude filia Zion, quia ecce ego venio, & tabernaculum habebo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt ei in populum, & tabernacula habebunt in medio tui, & scies quia dominus omnipotens misit me ad te. Et iterū: Quare hæc dicit dominus omnipotens, quia ego semel mouebo cœlum & terram, & mare, & aridam, & cōmouebo omnes gentes, & venient electa omnium gentium, & implebo domum illam gloria, dicit dominus omnipotens. Possent coaceruari dictis illis & alia citra molestiam, sed rerum euentus indubitatā præstat demonstrationem. Vocata est enim multitudo gentiū, & sanctificata per Christum fulgida fide in illum: proinde superuacuum esset adhuc plura huc citare.

Zach. 14.

Zach. 2.

Exod. 20.

Cæterū quod scriptura vocat deum zelotem, & peccata patrum vlciscentem in filios, in tertiam & quartam generationē odientium eum, offendatur nullus. Diuina enim & ineffabilis natura, non est sicut nos: separata est autem in tantum, & eluatur mentaliter, sicut & incomparabiles sunt excellentiæ sermones. Affectiones enim quæ in singulis rebus intelliguntur in nobis, ita vt insint affectiones: laborat enim natura infirmitate, & propensione ad delinquendum. In vniuersorū autem deo significantur illæ vocibus & verbis nostris, neutiquam autem sic intelligitur. Caret enim affectionibus deus, sed zelare dicitur, eo quòd nihil quod semel agnouit gloriam eius, in malis rapi velit inclinationes. Non enim fas est, imò protsus nefarium, vt per idololatriam paruifiat, & immundis ac prophanis dæmonibus cultus impendatur. Igitur si dicatur zelare, id fit secūdum modum, quem nunc diximus: quādoquidem natura bonus est, & omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: boni autem fuerit, nihil facere quod non est secundum veritatem. At quod nonnulli à veritate exciderunt, & diuinum lumen à mente sua depulerunt, per imperitiā lapsi sunt, vt ea quæ deteriora sunt sapiant, tenebrisque & inconsiderantia mentem suā adimpleant. Etenim eos qui fundati sunt in hoc vt constantes & sapientes inueniantur, omnino honor apud deum sequitur: propensos verò ad illicita, pœna sententiæ sequitur. Zelat igitur, siquidem aliquid licet humano more loqui, moleste ferens si quosdā ex suis viderit misere perditos.

Titum 2.

Oportebat autem & hoc discere, eos qui semel recepti, vt sciant quod ignauia ipsis sit quàm damnosa. An non conueniet etiam proprijs patribus in bonos filios talem habere sententiam? & quomodo hoc ambiguum? Reddit autem peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem: non enim simpliciter dictum est, quia sequitur necessariò, Odientes se. Vnde etiam valde admirabitur quis irreprehensibilem mansuetudinem omnium domini. Nam quum sint homines quidam ignaui, & ad peccandum propensi, hac ratione accersentes sibiipsis legislatoris seueritatem, interdum eius patientia lōganimiter fert primos, nec euestigio delictorum supplicium exigit: sed condonat ea & sequentibus, progrediturque vsque ad tertiam generationem. Eos autem qui ex illis progeniti sunt si à patrum lapsibus noluerint recedere, sed fiūt præfractiores ac deteriores, & ad ignauiam similiter spectant, tunc scilicet ac valde meritò vix & segniter vindicat. Bonus enim est secundū naturam & mansuetudinis omnis principium ac genitor. Memores autem sumus & per vocem Ezechielis nos manifeste edoceri. Dicit enim: Anima peccans ipsa morietur. Filius verò non feret vindictam patris sui, neque pater feret vindictam filij, sed vnusquisque in peccato suo, quod peccauit morietur. Ista est sententia sancta iuste iudicantis dei, neque ipse pugnat aduersus leges suas. Vnde pie intelligendum est, quod peccata patrum filios in tertia & quarta generatione odientes ipsum (hoc est, si neque primi, neque secundi, neque tertij, & qui post illos sequuntur, perseuerant in voluntate impia, & ad peccandum dedita: hi enim sunt qui & deum oderunt, eo quòd diuinis eius edictis se opponere audent) tam desperatos nimirum, & suppliciorum leues subsequitur.

Ezech. 18.

Deus quomodo filios pro patrib. punit.

Libri tertij finis.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, *contra Iulianum, pro religione Christiana, Liber quartus.*

Igitur accusauit, & declamationem tetterimā fecit, aduersus gloriam dei & dogmata Mosę, quasi non posset ipse alter Græcorum superstitionibus melius suffragari, quàm si res Christianorum perturbaret, quātum attinet ad dementiā & vituperationes illius: tametsi vt mihi videtur melius erat, re ipsa suis opinionibus ferre subsidium, ipsáque verborum veritate, & non quorundam immodica pompa, sicut scilicet meretriculæ causæ suæ fœditatem blandis vocibus, & externis ornamentis depellere videntur. Etenim de Iuliano & his qui cū illo sentiunt, quicunq; illi fuerint, dicimus & nos iuxta Saluatoris vocem. Quādo loquitur mendaciū, ex propriis loquitur, quia mēdax est, sicut pater eius, & in veritate nō steterit. Igitur difficile est, imò impossibile est, ex ore pagani & mente diabolica operatione plena, sca turire veritatem posse. Sētit de se eximius ille vir, magnifice, & cōtra suos progenitores insolenter temerarius est. Nam poetarū sermones non admittit, quos fabularum pictores nominat.

Ioan. 8.

Arrogans

Arrogans autem est & superbit, solásque Platonis voces recipit, quamuis aliis fuerit posterior, & sui coætanei non parum illi restiterunt. vnus enim est & superciliosus, & valde pompaticus, multa præditus autoritate in logicis & dogmaticis aliis eius discipulus Aristoteles, aliíque post illum non minorem quàm ille intellectorum sortiti, non conueniunt autem inter se. Quomodo verò opinionibus inter se dissideant, dicere omitto: dum enim de illis dictum est satis. Cæterum ad institutum nūc redimus. Nam ille sequens, vt dixi Platonis opiniones, adiiciens autem opinor & suas, intendentem mundo opificem, sicut ille dicit, affirmat quidem vniuersorum Dominum, & illius sceptris omnia subijcit, & alio modo illum iterum principatu suo supernos destituit, & quibusdam innumerabilibus dijs, ab ipso distinctis, regnum eius tribuere non erubescit. Scribitur enim sic:

Aristoteles æmulus Platonis.

IVLIANVS.

Porrò considera cum his etiam quid nos sentiamus. Nostri opificem dicunt omnium quidem esse communem patrem ac regem, cæteras autem gentes ab ipso diis gentium principibus, & ciuitatum defensoribus distributas esse, vt suam quisque functionem fideliter curent. Nam quoniam in patre quidem omnia perfecta sunt, & vnum omnia, in particularibus autem alia aliis viget potentia. Mars enim procurat ea quæ ad bella gentium. Pallas eadem agit prudenter. Mercurius ea qui maiorem industriam, quàm audaciam requirunt. Et vt sunt suorum deorum substantiæ, ita singulæ gentes quæ ab illis procurantur se gerunt. Itaque siquidem experientia verborum nostrorum testis non est, ficta sint nostra, & intempestiua persuasio: sin omnino contra, experientia ab ipso seculo nostris dictis adstipulatur, vestris autem sermonibus nihil prorsus consonum videtur: quid tanta contentione obsistitis? Dicat enim obsecro, quare Celtæ quidem & Germani audaces: Græci verò & Romani quasi per omnia ciuiles & misericordes, simul ac firmi & bellaces: Ægyptij vero magis industrij & prudentes, quamuis imbelles ac molles: Syri item cum alacritate & intellectu ac lenitate disciplinis apti? Hanc etenim in gentibus differentiæ causam, siquidem nullam quis videt, sed dicit hæc proprio motu, vel fortuito sic euenire, quomodo adhuc prudentia gubernari mundum arbitratur? At si quis aliam horum causam ponit, dicat oro per suum opificem, & doceat.

CYRILLVS.

Opportune iterum à nobis dicetur, per vocem Ezechielis prophetæ: Væ his qui prophetant de corde suo, & prorsus non vident. Quis enim nouit mentem Domini, sicut scriptum est, vel quis consiliarius eius fuit? Mendaciter enim loquitur strenuus ille, & quasi diuinarū cogitationum conscium se ostentās, gentes dæmonibus quibusdam, hoc est sicut ipse dicit, dijs gētium principibus & ciuitatū defensoribus distributas esse vult: dicat igitur discere volentibus, Vtrum Deus aliquando infirmior fuerit, quàm vt potuerit præesse eis, nec sufficerint ei vires, vel fortissimus quidem existens, potentiam imperandi absque labore habuerit. Itaque siquidem inefficacem fuisse dicit opificem mundi, principatum ei negans, definit infirmam esse substantiam summam: si autem nouit habere eum potentiam imperandi, sed non velle facere, dicit, doceat causas.

Ezech. 13.

Rom. 11.

Nam siquidem dicit, gētium turbas ideò distributas esse dijs ciuitatum defensoribus, quod ij eos melius tueri queant: necessarium est confiteri, tam turpium dogmatum doctore, etiāsi nolit, quod factor omnium, & intendens mundo conditor, se meliores & magis industrios, nescio quomodo, fecerit. Si autem minus bene, non sicut ipse potest & nouit, fuerit minime boni non permittere facturis suis, vt meliorem principem habeant. Verum non dignatus est inquit, hoc facere. At hoc esset crimen superbiæ. Quare autē voluit principio formare ea quorum curam despicit? paruíque facit quasi esset extra gloriam se decentem, dominari illis? Est enim res quædam vere optanda & desiderabilis per prælara opera, & pietatis virtutem, posse pro virili attentare sanctissimo Deo assimulari. Permisit igitur dijs alijs, quod præsidēat gentibus, quia virtutum studiosus est? Num vt hoc edocti, vel certè sicut ille dicit, vt quemadmodum ipsis placet, & quæcunque singuli qui functionem susceperc, voluerint, hæc & sentienda & facienda persuadeant, imò & compellant sibi subditos imperantium sequi sententiam. Nam siquidem hæc data esse dicit, vt dirigantur ad hoc quod Deo placet, quo pacto non oportebat omnes qui super terram placidos videri & bonos, & omnigenam virtutem scire, vnámque & eandem sententiam habere. Non enim diuersa, neque etiam alia, & alia voluntas Dei, imò vniformis ad bonum & quodcunque admirabile.

Quod si hoc minus, contendit autem datum esse ciuitatum defensoribus, vt sicut ipse dicit, vnusquisque suam prouinciam curet, age consideremus, an non diuinam prouidentiam accusare audeat, dum hęc sentit & dicit Nam Celtæ quidem cum Germanis audaces & homicidæ, Græci verò & Romani fere per omnia ciuiles ac misericordes, Syri autem delicati. Adiecerim ego & maritimas gentes, Chaldæos ferunt mares ducere vxores, & in sorores insanire, & turpissima quæque facere, nemine redarguente, imò adhæc adhortantibus legibus quæ cōtra naturam. Et vt aliquid etiam Mosaicum dicam è scripturis, Sodomitæ masculis impudenter abutentes, & voluptatibus naturæ aduersis dediti, vtpote abominabiles & prophani, igni perierunt. Romani quoque tantam turpitudinem religiose vindicant, iusticiámque curant disciplinarum amatores, & vitæ irreligiosæ osores, & omnibus quæ absurda sunt insensi.

Germani audaces & homicidæ, Romani ciuiles, Syri delicati, Chaldęi incesti.

Itaque si dij singuli, qui ciuitates defendunt, sicut sibi placet, immittunt subditis mentem ac cogitationem talem fortasse, vtpote Persis quidem & Medis, eandem quæ est Germanis ac Celtis, hoc est crudelem & atrocem, Scythis item vt occidant, & in homicidijs crudeliter exultent, Romanis verò vt colant res eximias: quæ hæc res, dixerit quis vir strenue, vel qualis prudentiæ opus fuerit? quomodo autem iustè gentes redarguentur, etiamsi in extremis malis fuerint deprehensæ despexerit quis illas? vel quomodo in mundo optimis studentes exercitationibus laudauerit aliquis, si neque illis neque aliis permittitur facere libere, quod ipsis placet? Constricti enim legibus & cōsuetudinibus illorum, qui ciuitatibus præsunt, quasi necessitate improbitatē ac virtutem operantur. Etenim meritò ij qui bene operari delegerunt, laudantur: & qui impietatis sunt amatores voluntarijsque motibus in illam sententiam vadunt, digni sunt qui corrigantur, & legibus iudicentur. Itaque siquidem, vt dixi, neque meliora sapere & facere, vel saltem turpiora, permissum est ipsis (siue boni fuerint, siue mali) moribus de quibus sermo est, viuere. Necessariò igitur reijciemus bonorum laudes, & eorum qui non sunt tales, in isthoc ipso vituperationes? Admonitiones autem quas patres dant filijs, vanæ quodammodo res sunt, & prorsus inutiles. Eruditiones item puerorum quæ ab his, qui optima quæque docere queunt, superuacuæ sunt, & inutile opus. Tollamus autem cum his & ipsas leges, quas patres statuerunt. Si enim vnicuique non licet ire viam quam vult, agitur autem magis aliorum nutibus, & effugere, vel etiam ex hoc exire nequit vinculo, amputandæ sunt leges, & alia quæ nobis necessaria sunt.

Non cogi nos ad fidem.

Rogatum autem vellem aduersarium: Plurimæ enim & innumerabiles gentium turbæ sub cœlo sunt, & aliæ quidem efferatis sunt moribus, & prorsus intractabiles, próque gloria ducunt vitam omni accusatione dignam: aliæ verò vitam agūt omni honestate plenam, maximíque faciunt, si quàm honestissime viuant. Ciuitatum quoq; defensoribus & præsidibus diis ac dæmonibus, insuper & angelis, & animarum priuato generi, distributas esse illas omnes sapientissimus ille contendit. Vtrum igitur, laudabitne Græcos, & Romanorum legibus gloriabitur, & illorum consuetudines & mores vt pulcherrimos approbabit? Nunquid admirabitur Barbarorum audaciam & austeritatem, vel propensos ad mansuetudinem iuste cæteris meliores reputabit, vituperando quidem quæ ab illis, & admirando ea quæ ab istis? Insuper quomodo omnium opifex & pater, aliis quidem feroces, & implacidos præstat præceptores, & nihil scientes afferre quod laudabile: aliis verò mansuetos & prudentes? An non quis etiam nolens dicet mentem summam non bene consuluisse, & reipsa quodammodo reclamabit? Licet enim videre omnibus his qui volunt Barbarorum genus facile quidem exasperari in iram irrefrenatā, & sic ad homicidia ruere, vt nihil suis moribus melius censeant. Itaq; vt illi

videtur, horum omnium malorum author est insaniens Mars homicida, & mortalium interemptor. Sic enim nominatus est E à poetis, qui illum nouerunt.

ἄρης μιαιφόνος καὶ βροτολοιγός. Insuper quomodo virtutum amator deus, subiecit tanto malo, & homicidæ tot hominum turbas? Nam siquidem mens ei erat hominis naturam omni virtute honestare, quur nō pædagogis qui hanc docere possent, & iustissimis quibusdam tradidit? Si autem nullam nostri curam habuit, abiecit autem simpliciter improbis magistris, imò & diis & dæmonibus & angelis subiecit, qui ad omne absurdum cogere consueuerunt: quid præuaricantes accusat, & non rectè vitam agentes arguere solet? Di-

Deus homines dæmonibus non subiecit. ceret opinor aliquis sapientior: Prudētes patres quibusnam præceptoribus suos pueros committunt? nonne optimis & studiosissimis? Quibus fabulis, vt aliis præsint, committere solemus? nónne fidelibus & iustis, & in eo quod dominis placet obtēperare consuetis? Quos autem, dic obsecro, nauclerōs nauem gubernare decet? nónne maxime industrios & marini itineris peritos? Quibus agricolis hortorum cura magis cōgruit? nunquid negligentibus & ignorātibus quid maxime opus sit, vel his qui hæc probè norunt facto? Non igitur res diuinas minoris, quàm F nostra faciemus, nec eas rebus humanis postponemus.

Adhæc, quomodo non omni stupore & insania referti sunt sermones? deprehenditur enim manifeste per illa, quod nullo modo rebus humanis prosit, iniuria autem magis afficiat, nec sinat prorsus ad optimam venire vitam: quandoquidem omnes præsidentes dij vel dæmones, etiam nolentes cogerentur illius voluntati obsequi. Dixit enim quod Mars procuret ea quæ ad

Officia Martis, Palladis, Mercurij. bella gentium, Pallas eadem agit cum prudentia, Mercurius ea quæ maiorem intelligentiam, quàm audaciam requirunt: & vt sunt suorum deorum substantiæ, ita singulæ gentes quæ ab illis procurantur, se gerunt. Atqui melius erat amice iis, qui bene habituri erant secundum quod deo placet, non naturam & consilium procuratorum sequi: sed melius erat subdi vniuersorum opifici. Et quomodo? dicam: dixit enim ipse. Nam quoniā in patre quidē omnia perfecta sunt & vnū omnia, in particula autē alia aliis viget potentia. Mars enim procurat ea quæ ad bellum, Pallas autem & Mercurius alia. Igitur quandoquidem omnia in patre perfecta sunt, & vnum: in particularibus autem vnius rei, qualiscunque illa sit, scientia, nunquid gentibus melius & vtilius operari sub deo & sub eo solo doceri, in quo omnia perfecte bona, an certè ab aliis, & nō omnino bonis, & ad vnum aliquod & solum studiose se habentibus, quemadmodum scilicet & hi qui sordidas exercent artes, vt sunt fabri ferrarij & figuli?

Quanquam & hoc respondere licet, ipsos nō esse deos. Qui enim verè & natura deus est, res quædā intelligitur fortissima, & per se perfecta, & ad omnia sua nullius indigens, fons omnis boni & origo. Quod autē non sic se habet, sed vix vnum quiddam etiam malignæ mentis inuentum gerens, quomodo intelligeretur deus?

Licet autem iis qui volunt videre quàm turpis sit Græcorum opinio, etiam ex iis quæ nobiscum geruntur. Nam qui terreni regni soliis honesti sunt, & fortiti super omnes potentiam, eos quidem quos norunt sub sceptris suis sapientes, & optimarum rerum scientes, in suis regionibus procuratores ordināt, & principatus honore coronant. Præclaris autem dignitatibus venerabiles, præsunt subditis, non illos propriis dirigētes legibus, sed iis quæ præscripta à rege, & omnem gloriam summæ eminentiæ & regis gloriæ acceptam ferunt, vtpote debita, vectigalia, tributa, exactiones, illorum statuas erigunt domi, & fortassis publicè: & hoc spectaculo subditos semper eminentiæ imperantis memores faciunt.

Dæmones gloriam dei rapiunt. Age igitur videamus si à deo accepto principatu, sicut ille dicit, ciuitatem defensores dij & dæmones ac angeli illi seruauerint honores, adorationum oblationes, gloriam, & non magis suis capitibus illa imposuerint, quam uis manifestum id quod dixi. Abduxerunt enim omnino homines ne scirent quis natura & verè vniuersorum sit opifex & dominus, & sibiipsis ab omnibus rapuerunt honorem, sacrificia, festiuitates, hymnos, gratiarum actiones, & in suis ministeriis solis, vt recumberent homines persuaserunt. Cur autem & in templis simulachra tam multiformia & varia non dixerit, Dei gloriam nepharia contumelia afficere? Naturam enim quæ omni specie caret, sub figuram & speciem, non humanorum corporum solum, sed & brutorum animalium, natatiliumq; & volatilium deducere voluerunt, talia fabricantes. At siquidem ciuitatum defensores Dij, & dæmones hæc faciebant, vt grata omnium patri, manifestum esse, quod displiceret illi, cognosci à nobis, reiicereque eum adorationem: quomodo igitur putamus nos agere, ipsum adorantes, & ministrantes in sanctitate, quę apud eum laudatur? Quomodo autem contemplationem Dei præcipuā facimus, & beatos esse dicimus eos, qui vel in speculo, & ænigmate viderint: Si autem ingratum Deo, seduci eos qui super terram, illi verè hoc ei tribuunt, eos etiam nolentes, qualis liberabit sermo, ne tyrannidis contra deum accusentur? vel quales lachrymæ sufficient iis, qui in id criminis inciderint?

Ruina & malitia dæmonum. Etenim plurimi olim erant inter sanctos angelos & supernorum spirituum choros numerati, qui beatam & sanctam viuebant vitam, sed vt sacra scriptura dicit, non seruabāt suum principatum, & valedicebant diuino consortio, ad deteriora prolapsi. Etiam miseri hanc suam prouinciam arbitrati sunt, vt ad hoc, ne deo patri subiecti essemus inhortarentur, asperi & superbi à sanctorum multitudine separati, & terrebant homines auertentes illos ab omni virtute, & prorsus non permittebant hominibus, vel saltem scire, quis natura vereque esset vniuersorum deus & dominus, cui super omnia substātialiter præsens imperium: sed suadebant seruiendum præter illum creaturæ, singulis gentibus cultum qui sibi probabatur, simpliciter ac inconsumspecte adinuenientibus, quas & vt templa ædificarent, & aras erigerent, oblationibusque & victimis se colerent, extimulabant.

Quoniam autem verisimile erat homines naturalibus instinctibus, quibus instigantur vt sciant veritatem, & subtili mentis oculo considerent quis vniuersorum sit deus & pater: ita illos abduxerunt sua malicia, vt addiscerent quidem deteriora, & respuerent quod conduceret: ipsis impietatis omnis magistri facti ac doctores, eos in omne quod deo aduersum, deducere nō intermiserūt. Semper enim existimabant accedēdas inimicitias, ita vt ob excludens peccatum deo non coniungerentur, sed super terram permanerent. Vbi autem vniuersorum dominus & opifex, dei Verbum hominem omni bono opere destitutum, & gregatim in specus infernos incidere vidit. Dilatauit enim infernus animam suam, & aperuit os suum, ne deficeret (sicut G scriptū est) apparuit nobis, tum ab improbis illis erepti sumus.

Et virtutes sanctas ac rationales, ab ipso originem quidē sortitas, subsistentes autem absque omni macula, assuetas humili sensu illius sceptris & dominicæ voluntati obedire, irreprehensibilemque prorsus præ se ferentes obedientiam, nobiscum qui lædimur, militare iussit. Non quod ipse ad saluādum infirmus, quomodo enim vel vnde? sed vt rex quidam fidelibus ministris permittens contra Barbarorum insidias se opponere, & subditorum depellere insolentiam. Immittet enim, inquit, angelus

Psal.77. domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Dictum est autem per vocem sanctorum sancto omni, & bene operari eligenti: Angelis suis præcipiet de te, vt custodiant te in omnibus

Angeli hominum custodes. viis tuis. Quin & sapientissimus Paulus de illis inquit. Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Et ipse alicubi inquit

Psal.90. Hebr.1. vniuersorum saluator ac dominus: Videbitis cœlum apertum,

Ioan.1. ac angelos dei descendentes super filium hominis. Hi noxias à nobis abigunt feras, & capros ab illorum crudelitate liberant, & docent id omne quod laudabile, liberum iter facere, & non H impeditum, dum nobiscum glorificant summum deum. Scriptum est enim: Benedicite dominum omnes angeli eius, bene-

Psal.102. dicite dominum omnes virtutes eius, ministri eius facientes voluntatem eius. Hi docent honores, adorationem, non sibi, sed potius soli summe deo debere offerri.

Ex sacris autem scripturis horum fidem vobis faciam. Gedeoni enim apparuit aliquādo angelus, & dixit ad eum: Dominus

Iudic.6. erit tecum, & percuties Madian quasi vnum virum. Et dixit ad eum Gedeon: Si inueni gratiam in oculis tuis, & facturus es mihi hodie omne quod loquutus es mecū, ne discesseris hinc, donec ego venero ad te, & obtulero sacrificium, & posuero corā te. Et dixit: Ego sum, sedebo doneç reuertaris. Et Gedeon ingressus est, ac fecit caprarum hœdū, & ephi farinæ & azyma & carnes posuit in cophino, & ius misit in ollam, & exportauit ea ad illum sub therebinthum. Et approximauit & dixit ad eum angelus

angelus domini: Accipe carnem & azyma, & pone ad petram illam, & additum ius effunde. Et fecit sic. A

Iudic.13. Quin & Manoe loquutus est olim per angelum Deus, & futurum quiddam vtiliter declarauit. Scriptum est autē iterum sic in libro Iudicum: Et dixit Manoe ad angelum domini: Detineamus hic te & faciemus coram te hædū caprarum. Et dixit angelus domini ad Manoe: Si detinueris me, non edam de panibus tuis: & si feceris holocaustomata, domino perficies illud. Et accepit, inquit Manoe hœdum caprarum, & sacrificium, & obtulit super petram domino: & quum fecisset, discessit. Audis quomodo volentes quidem colere dominum vniuersorum, minime prohibebant: docent autem quod deceat illos, non subditis & inter ministros ordinatis, sed domino potius offerre debere.

Carnē poni super petrā, id est, offerre. Cæterum quod dicit, Carnem pone super petram illam: nihil aliud, vt opinor, erat, quàm quod manifeste dicat, offer Christo. Petra enim erat Christus sicut dicit sapientissimus Paulus. Sed & si feceris hœdo, inquit, Domino facies. At ille iterum & ipse hoc edoctus, petræ obtulit miraculum, petram sciens esse

2.Cor.10. Christus petra. Christum, eo quod diuina natura firmissime in dignitatibus se B decentibus fundata sit. Itaque si verè deus gentes diis tutelaribus subdidit, cur non magis ab illis oblationes donorum afferri præceperunt? Per omnia autem abducentes à sui cultu, imò nō permittentes prorsus, vt à nobis cognoscantur: sibi vindicarunt cultus, & ab omnibus preces, confessiones, celebritates, dona: & interim persuaserunt vt ad hanc cōfusionem & nefarios ausus peruenient, & sacrificia cruenta illis reddere velint. id quod potissimum docuerūt eos, qui minime boni erant, sed corruptos, & ab omni bono opere alienos.

Vnde Porphyrius sic de illis scribit libro secundo de abstinētia animatorum: Per contraria sanè omnis incantatio perficitur. Illis enim, potissimū etiam præsidem suum colūt. Hi & per maleficia & omnes phantasias, vt decipiant per miraculorum operationes, idonei sunt, philtra & amatoria veneficia præparant cacodæmones: illis omnis intēperantia, & diuitiarum gloriaque spes constat, & maxime deceptio: mendacium enim illis

Porphyrij de dæmonibus sententia. peculiare. Volunt enim esse dij, & præsidens virtus videtur esse Deus. Ifti gaudent libaminibus & nidoribus, quibus corpora & spiritus impinguentur, viuunt vaporibus & suffitibus, & varie C variis roborantur nidoribus carnium, & sanguinum. Porrò intelligens ac modestus vir pie aget, dum talibus vtitur sacrificiis, quibus ad se tales trahat, operam autem dabit vt animam omnino purget: puram enim animam non inuadent, eo quod ipsis dissimilis sit. Simulat etiam & alio loco, voluisse quendam ex Ægyptiis pseudoprophetis, hoc est, sacerdotibus, interrogare causas, & voluisse discere crudelem dæmonū ferociam, sic dicens: Quomodo diuini sapientes illos affectionibus obnoxios commendant, & gaudentes obscœnitate verborum, aliisq; malis quibusdam? At ille enarrabat varietatem improbitatis illorum, dicens: Alij quidem ponuntur esse extra propitium genus fallacis naturæ, quod in multa se transformat, multisq; modis simulat, & deos, & dæmones, & animas mortalium: & per hæc omnia facit vt appareant, vel boni vel mali: quum autem nihil prorsus possint conducere ad vera animæ bona, neque ea sciunt, sed in malis occupantur, & maledicunt, & virtuti daturis operam sunt impedimento pleni fastu, gaudentque vaporibus ac adulationibus. Videant igitur suæ sententiæ ac idololatriæ so-

Porphyrius has de dæmoniis sententias vere annunciasse. cium Porphyrium has de dæmoniis sententias vere annunciasse: ipsos enim dicit in malis occupari, & obsistere his qui bene D agere cupiunt, & gaudere vaporibus & cruentis sacrificiis valde oblectari. Inueniemus autem & apud Homerum deos tam fœdum honorem ambire, siquidē & hic honoris quispiam modus intelligitur. Sic enim Iupiter ait: Nunquā enim mihi altare satiebatur cœna ex æquo distributa, libamineq; & nidore, quē nos honorem sortiti sumus. Sacrificarunt autem & Argiui tauros omnino nigros Neptuno cæruleis comis. Molestum fuerit fortassis singula dicere, quum nemo ignoret libaminibus & nidoribus omnino illorum deos oblectari, imò abominabiles ac immundos deos. Neque enim mentitur diuinus Dauid, dicens:

Psal.115. Omnes dij gentium dæmonia. Sed dicit: Si Græcorum sacrificia taxas, & criminis nō parui rem esse ponis, necesse erit etiam nos Mosaicam legem accusare. Præcepit oues mactare, & simi-

Quare sacri libus modis deo offerre donorum oblationem. Age igitur diligenter inquiramus, quis modus fuerit nos per legem erudire: & quonam respiciens deus permisit priscis cruentis vti sacrifi- E ciis: proinde dispensatio quædam erat, non tanquam rei necessariæ inuentio (amantis enim cruenta sacrificia esset, accurrere quidem alacriter ad eos qui perficere & offerre illa volunt, pulcherrimaque sententia colere, ad hæc & iugiter desiderare vt fiant, imò necessariò petere honorem qui sibi ab omnibus debetur, & pro damno habere, si is negligatur ab ignauis) maxime si declaret non esse ad vtilitatem necessaria, imò & displicere sibi eos qui sic sibi cum macula seruiunt, imò & obiurgare eos, & remorari eos eo tempore quo offerre oportebat, tanquam frustra laborantes, & ad nullam vtilitatem his vacantes adhortari ad meliora. Ad quid enim mihi, inquit, thus ex Saba affer-

Hiere.6. tis? & cinamomum ex terra longinqua? holocaustomata vestra nō sunt mihi accepta, & sacrificia vestra insuauia. Et iterum ad hæc Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? calcare atrium meū

Esa.1. non adiicietis, si obtuleritis similam, frustra: thymiama, abominatio mihi est. Dixit autem & per alium prophetam: Holo-

Hiere.7. caustomata vestra cum sacrificiis vestris colligite, & comedite carnem: quia nō sum locutus cum patribus vestris de holocaustomatis & sacrificiis, in die qua eduxi eos de terra Ægypti.

Qualis cultus deo acceptus. Neque enim sanguine deus habebat opus, neque tam crassum & carnalem requirebat cultum, sed tenuem ac spiritualem, nempe in spiritu, qui per ipsam virtutem perficitur, egregiam & minime prophanam vitam, bonorumq; operum gloria conspicuam, & ad hoc contemplatione ornatam, dogmatiq;que ad rectam & veram vitam exquisitis per menes fragrātiam, & verè boni veram & irreprehensibilem scientiam.

Quoniam autem quodammodo impossibile erat, nuper & vix abductum Israelē à fœdis & irreligiosis moribus, & abominatione Ægyptiorum, quum adhuc infirmam & imbecillam haberet mentem, & non constanter incedere posset, ad hoc vt possit, inquam, tam sublime eximiæ vitæ iter incedere, & ad recta pertingere facinora. Manifestum autem quod legem illis instituit per Mosen, quasi spiritalium puerorum alumnum, & ita ab idololatria abduci præcepit: permisitque tunc subditis cultū, iuxta priscorum consuetudinem, offerreq; sibi gratiarum actiones & sacrificia sapienter ac solerter instituta, vt quasi in figuris & vmbris præmonstrent veritatem. Formam enim veritatis lex habet, describiturque per eam Christi sacramentum.

Sacrificia dispensatiue data. Semper autem quodammodo scientiarum initia perfectam doctrinam nō assequuntur, verum proficiunt paulatim, ad hoc vt recte habeant, & paruum paruo adiiciunt ac apponunt, quasi gradibus, incrementis quibusdam ad meliora proferunt ad motum mentis magis adultæ. Vnde etiam, vt dixi, tempore opportuno, vbi Christus nostri omnium saluator insulsit, abolitæ quidem sunt figuræ, cessauit autem quæ quasi in litera vmbræ infirmitas perquam ille veteribus scribebat. Itaque resecuit cruentas hostias, quasi exercitationis opera, veteribus dispensatiue concessa, & modum puerilis institutionis abimplentia. Dixit enim Christus: Spiritus deus, & adorantes illum in spiritu &

Ioan.4. veritate oportet adorare. Quod autem & initio cultus secundum legem non fuerit à reprehensione liber, manifestat per ipsum sapientissimū Mosen, qui legis mediator fuit, dicens: Si au-

Deut.12. tem exterminauerit dominus deus gentes, ad quas tu ingredieris illuc, vt hæreditate accipias terram illorum, attende tibiipsi, ne inquiras, vt sequaris illos. Postquàm exterminati fuerint ipsi à facie tua, ne requiras deos illorum, dicens: Quomodo faciunt gentes istæ deos suos, faciam & ego. Non facias sic domino deo tuo: abominationes enim quas dominus odio habuit, fecerunt diis suis, & filios suos exusserunt igni diis suis. Prohibet igitur cruentas hostias, quas faciebant diis suis, qui nesciebant illum. Impingit grauissimum & verè nefarium crimen, & ab ipsis naturæ legibus abhorrens, nempe cædem filiorum & filiarum. O magnam inhumanitatem tutelarium deorum, ô grauem crudelitatem ac ferinam mentem. Nam homines quidem retaliant sæpissime lædentibus, & pari ira inimicis se opponunt: sed quando vsque ad pueros venit damnū, remorantur furorem & mutuum miserātur sobolis. At illi, sicut dicit Iulianus proprie sibi, & prout vnusquisque habuerit naturam & voluntatem, dispensant humanas res, aut eos qui omnino nihil offenderunt, imò & colere voluerunt, efficiunt infanticidas, hominumque oblectantur sanguine, & suum adoratorē nefariis altariis mortuum

videntes, delicatam rem esse opinantur.

Fortassis dicet quis etiam nos nugari, & contra illos vrgere vanam accusationem. Nõ enim hoc vnquam fuisse. Videamus igitur ex Græcorum historiis, an non humano sanguine & precio polluta fuerint altaria & templa deorum illorum. Aristomenes enim Messenius Ioui, cui nomen Ithomiti, trecentos simul mortuos dedit. Adiecit autem & his Lacedæmoniorum regem, cui nomen Theopempto. Hinc summus ille & maximus deorum, ac admirabilis: arridebat enim, vt est verisimile, viris misere pereuntibus, & refertum videns suum altare, cibo ex æquo distributo. Deliciæ enim illorum in hominum calamitatibus.

Varia exẽpla eorum, qui homines immolabant.

Verum Scythæ circa Thauricam Chersonesum, hospites ad se venientes Dianæ suæ immolant, suspendentes in portis templi capita. Pulchra quædam deæ venatio, dum hospitale quoddam munus, homicidium offerunt, vt & mari ac fluctibus crudelior appareat, eos qui effugerant rapiens, & ad terram peruenientibus salutis spem mortis facit occasionem. Erechtheum Athenienſem subterraneis dæmonibus filiam suã occidisse dicit Dorotheus historicus in quarto Italicarum rerũ. Tradit item & Monimus in mirabilium collectione, Peleo & Chironi quosdam in Pellene Thracię immolatos esse. Quin & Lesbios Bacchi altare, virorum sanguine irrigasse dicunt. Et quum adhuc vigeret Græcorum superstitio, erant olim apud Romanos monomachorum certamina, occultabatur autẽ sub terram Saturnus quidam, lapidibus arte seruatis dehiscens, vt incidentis precio contaminaretur.

Insuper & Porphyrius scribit libro secundo de abstinentia ab animatis: Sic enim iterum: Vnde historia non solum eorũ quorũ Theophrastus meminit: sed & multorum aliorum memoriam tradidit, quod etiam olim homines sacrificarint: quia hæc non simpliciter, sed quum plena sit historia, dicimus sufficere vel hæc assignasse. Sacrificabatur enim homo Saturno in Rhodomeno mense Geitnione, die sexta. Et in vrbe, quæ nunc Salamin, olim Coronis dicta, mense apud Cyprios Aphrodisio, sacrificabatur homo & nymphæ Agraulidi: & durauit consuetudo vsque ad Diomedis tempora, deinde mutauit vt & Diomedi hominem sacrificaret. Sub vno autem septo templum Palladium, & Agraulidis & Diomedis, qui verò immolabatur, ab ephebis rapiebatur, & tertio circum ibat altare, tum sacerdos ipsum lancea percutiebat in os, & sic ipsum in accensam pyram trusum accendebat totum. Et post alia, Sacrificabant autem & in Chio Baccho hominem dilacerantes: & in Tenedo, vt dicit Euelpis Carystius. Apollodorus verò dicit Lacedæmonios Marti sacrificare hominem. Phœnices autem in magnis calamitatibus, vel bello vel fame, vel pestilentia, vel siccitate, amicissimum quendam suffragio eligentes Saturno. Et post alia: Ister in collectione Creticorum sacrificiorum dicit, Curetas veteri mori pueros Saturno sacrificare. Itaque sanguine miserorum hominum, altaria deorum suorum inquinantur.

Dixerit fortasse quis, cui res Græcorum curæ: Etiam olim fuerunt homicidia, quæ & diis offerebant, illa facere assueti, imò malis & terribilibus dæmonibus. Vbi igitur Saturnum & Iouem ponemus, Martemque & Apollinis sororem Venerem & Dianam, & Semeles filium percussorem Bacchum, & eos qui post illos adorantur, vel fortassis etiam præstantes inter deos, quibus cruenta sacrificia offeruntur? Et dicant Græcorum eloquentes, vel fateantur importunos dæmones, prophanos & malignos, vel esse deos accusent nobiscum, qui in summam crudelitatem perueniant, dæmonúmque maliciæ in nullo cedant, imò & re ipsa electi, vt ipsi sint & non alij abominabiles & importuni dæmones. Dicant illud: Quotuplex igitur sacrificantium scopus? Nunquid, vt nequid accedat illis deprecandum, facti sunt homicidæ? quum autem tales abominabiles & prophani, & extremis criminib. obnoxij omnes fieri possumus, siquis fieret etiam suorum filiorum nefarius homicida, quomodo non in summam illi miseriam, & imam profunditatem malorum res cederent? Quid fieret grauius quàm perire filium eius, paternàque dextra misere occumbere?

Medea.

Scythica illa & misera mulier, vxor Aretæ, loquax & maga, viri amatrix quidem erat ab initio: vbi autem peccauit præter spem libidinis eius facta est puerorum interfectrix, & vitæ fabula, tragicæque scenæ argumentum. Hæc propriis adoratoribus, abominabiles ac prophani, & omnis improbitatis inuentores dæmones concedunt, quos dicunt cum dijs & angelis præsse nobis, idque permittente Deo vniuersorum opifice.

Iam optimi, si non diis, sed potius, sicut ipsi contenditis dæmonibus malignis & terribilibus cruenta sacrificia immolabãt prisci, non hominum duntaxat, sed & brutorum animalium interrogarim, quibus igitur per omnes regiones & ciuitates extruxistis templa, & in illis fundastis altaria? Quanquam quomodo non omnibus manifestum est, quod in omni templo & vsque ad nostra tempora sacrificarunt, & non erat in illis nec magnus nec paruus, nec priuatus, nec sapiens, neque in summis dignitatibus, neq; inter contemptos & vltimæ classis homines, qui non omnino tam fœdis & cruentis vsus fuerit sacrificiis. Itaque dæmonibus seruierunt malignis? Quos siquidem erat necessarium auersari, sicut ipse dicit, quomodo non erat attentandum sic rectè agere vt per hoc studerent vniuersorum Deo & patri adhærere? Hoc sanè meritò fieret, modo magni quis faciat, velle rectè ac irreprehensibiliter viuere, per desiderium alacritatem ad omne bonum quærendo assimilari sanctissimo Deo. Nam sic superiores illorum malignitate futuri essemus, & illorum insidiis non comprehensibiles. Et plena quidem est scriptura testimonijs in hoc tendẽtibus. Scriptũ est enim: Castrametabitur angelus domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Afferam autem & ipsorum Græcorum voces. *Psal. 33.*

Dæmones puros non offendunt.

Itaque iam commemorauimus sic scripsisse Porphyrium: ideo prudens vir & castus pie aget, ralibus vtẽdo sacrificijs, quibus ad se tales attrahat, operamque dabit vt prorsus animam purget. Puram enim animam non inuadunt, eo quod illis dissimilis sit. Vnde videbatur sic sentiendum, etiam termaximo apud illos Hermeti, qui scribit ad Asclepium de malis dæmonibus in hunc modum, quos oporteat seruare, & quos fugare et persequi. Vna autem custodia est & ipsa necessaria, cultus Pium enim hominem, castũ & venerabilẽ, neq; dæmon malus, neque fatum ipsum vincet, vel subditum faciet. Deus enim liberat talem pium ab omni malo. Cur igitur prætereuntes, id quod ex confesso est, omni laude dignum, tendunt ad deteriora, abominabilibus & terribilibus dæmonibus sua sacrificia persolui debere dicunt?

Pius liberatur ab omni malo

VIDE.

Quoniam autem, vt dixi, Saturno & Ioui, Baccho & Minervæ, & Marti & alijs offerebant ea, ipsi scilicet & non alij, essent maligni & pestilentes & deuastatores dæmones, qui deitatis nomen furantur. Instat & alijs verbis, quibus non rectam opinionem inferre attentat, & dicit:

IVLIANVS.

Manifestum est, humanam naturam suas sibi leges ponere: ciuiles quidem & clementissimas, ijs quibus misericordia ferme agnata est: duras autem & inhumanas, iis quibus diuersorum morum inest ingenium. Etenim legislatores paucas naturis & conuersationem studiis adiecerunt. Itaque neque instigantem Anacharsim Scythæ susceperunt. Neque inuenies facile ex occidentalibus, præter valde paucos, ad philosophandum, vel ad geometriam, vel ad aliquid tale instructos, tametsi Romanorum principatus valde apud eos inualuerint. Ex his enim ij qui valde ingeniosi, solam Dialecticen & Rhetoricen tenent, & præterea nullam aliam disciplinam, tam fortis solet esse natura. Quæ igitur differentia morum in gentibus & legibus?

CYRILLVS.

Arguis igitur humanæ naturæ varietatem? at non accusandus est vnus iuxta substantiæ rationem contra omnes: facti enim sumus non æquali modo, sed substantia potius alter ab altero distincti sumus: ita vt vnus ingenium fortitus sit liberale & virtutibus fauens, alius autem fœdum & reprobum. Ad hęc, vbinam cognoscet quis mentium singularum libertatem? Neque enim erit situm in nobis facere vel bonum, vel malum: ferri autem oportebit nos etiam volentes absque consideratione quoquo nos tulerit naturalis propensionis lex. Opus verò re-

repugnabit naturæ, imò & reprehensibile erit. Igitur etiam si quis forte crudelis & ferox naturæ legibus ad hoc compulsus fuerit, & liber quidem sit Scytha ab hoc crimine, absoluanturque omnes, quorum mens ad asperitatem & inhumanitatem propendet. Et si sapientes, congruas naturæ inclinationibus leges ponant, apud Græcos quidem & Romanos, nullus ex mansueris & sapientibus barbarus esset, nónne sic erit magna exercitationum iustitiæ penuria? Impossibile enim fuerit cogere naturam, vt non sit isthuc ipsum quod est.

Si autem quemadmodum opinantur, quidam laborarent naturali improbitate, esset opinor res hæc, euidens negatio creatoris. Formasset enim mala, quamuis secundum naturam sit bonus. Præterea, quomodo qui iusta remunerare solet, fecit quidem verbo nos ac nostra, prænouítque suas creaturas? imò quomodo non manifestè læsit, siquidem nonnullis insseuit naturaliter inhumanitatem & negligentiam, indocilitatemque & insipientiam? quamuis dicat Aristotelicus Alexander in libro de prouidentia de Deo: Nam colligimus, ipsum continue & incessanter beatas & optimas efficacias operari secundum quas & nunc ea quæ hic fiunt, ab ipso curantur, inquantum bonus est, & beneficus. Proprium enim est omnis boni, prodesse. Quomodo igitur bene operans profuit his qui natura sortiti sunt à deo quod ipsi non placet? Omnino autem boni est, velle bona.

Fortassis autem dicet naturæ malum non inesse tanquam ex necessitate, factas vero esse magis leges naturæ morum cõgruas. Verum quid hoc proderit ipsi ad demonstrãdum quod tutelares quidam, & gentium principes, dij vel dæmones vel angeli gentibus distributi sint? Etiam opinor, imperantium cõsuetudinibus & motibus conuenire dicet propensam subditorum mentem. Dicit enim quod gentes quæ administrãtur, sin gulæ suorum deorum substantias sequuntur. Igitur quandoquidem Scythæ & alij quidam crudeles & superbi, & ferinis moribus sunt: & valde fœda & vituperabilia apud multas gentes honestantur, omnino necessarium erit tales etiam existimãdos eos qui illis præsident, & talibus, virtutũ amator deus, subdidit virtute præditum hominem?

Sed Scythæ, inquit, non receperunt instigantem Anacharsim. Quamobrem? dic optimè, nónne quod natura erant inhumaniores? Deinde quomodo Scytha incitauit? Nam & ipse Anacharsis genere Scytha erat, & apud Græcos tanquam sapiens admirabilis, atque adeo vt quidam illum inter septem sapientes numerandum recensuerint.

Anacharsis vnus septẽ sapientum.

Quoniam autem ad conformandam sententiam suam nõ rectam, taxat occidentalium gentium inscitiam, & dicit nullum esse qui apud illos liberales doctrinas sciat præter pauciſſimos. Age dicamus illi ad hoc, quo facto paucis discendi desiderium insit, quamuis hoc natura non habeant. Nam si quæ præter naturam sunt congruè inaccessa & incomprehensibilia quomodo sapientes illi cum istis fuerunt? Proinde accusabimus nos quidem minimè vniuersorum opificem, quasi natiuam quandam improbitatem quibusdam inseuerit. Vidit enim inquit, deus omnia quæ fecerat, & ecce omnia bona valde: attribuamus potius corruptos gentium mores consuetudinibus & educationibus, & populorum præcipuis ducibus, qui leges statuerunt iuxta suas voluntates: vnde volentes, facile videre poterunt, improbos quidem esse, & pessimè moratos Græcos & Romanos quosdam tametsi leges illis sint ad optima & admirabilia quæque ferentes. sanè Barbaros certum est non omnes esse feroces, sed venire quosdam ad eam mansuetudinem & iusticiam, vt & laudatissimum nomen obtineant.

Vnde quarundã gentiũ improbitas ac feritas.

Etiã apud Barbaras nationes philosophi.

Proinde Alexander cognomento Polyhistor, tradit in libro de symbolis Pythagoricis, Pythagoram venisse ad Zoran Assyrium genere. Philosophati autem sunt & apud Ægyptios qui dicti sunt prophetæ, sunt & Assyriorum Chaldæi, & Galatarũ Dryidæ, & Bactrorum Persicorum Samanei, & Celtarum non pauci & apud Persas magi, & apud Indos gymnosophistæ, & ipse Anacharsis, apud Scythas Zamolxis in Thracia. Ferunt autem quidam etiam Hyperboreas gentes, quæ vltra Riphæos montes habitant, iusticiæ fuisse studiosas, & abhorruisse à conuictu lauto, & carnium assatarum esu: amasse autem solum vesci arborum fructibus.

Aristobulus verò peripateticus ita inquit: Omnia quidem quæ de natura apud antiquos dicta sunt, dicuntur etiam apud eos qui extra Græciam philosophantur, alia quidem apud Indos à Brachmanis Iudęis. Recenset autem & illud: dixisse enim ferunt Chironis Centauri filiam, quæ habitauit cum Æolo, docuisse naturalem philosophiam magisterium paternũ quandam hæreditatem sortitam. Euripides item de illa dicit: Quæ prima quidem diuina prędixit oraculis, & manifestis astrorum exortib. Et de his satis, ne coaceruatis pluribus, sermo auditoribus molestus fiat.

Quod autem adinuentiones mentis illius imperitię plenę sint manifestum certe inde erit: non enim naturę legibus constringimur, quasi necessitate &vi, vt simus improbi & boni, sed multo magis nati sumus liberis & improhibitis arbitriis, vt hãc vel illam viam incedamus. Porrò vituperator ille dicax & grauiter nos vrgens vbique volutatur, & ex aliis in alia transfert sermones, prout semper accidat aliquid. Et irridet quidem diuinam scripturam, nihil autem omnino intelligens infert itetum.

IVLIANVS.

Nam Moyses quidem causam reddidit valde fabulosam de linguarum varietate. Dicit enim: Quum filij hominum conuenissent, vt ędificarent ciuitatem & magnam turrim in illa, dixisse Deum, opus esse vt descendat, & linguas illarum confundat. Et ne forte existimet quis me hęc calumniari, etiã ex Mosaicis libris legamus cętera. Et dixerunt: Venite ędificabimus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit vsque in cœlum, & faciamus nobis ipsis nomen, priusquam dispergamur super faciem vniuersæ terræ. Et descendit dominus vt videret ciuitatem & turrim quam ædificauerant filij hominum. Et dixit Dominus: Ecce genus vnum, & labium vnum, & hoc cœperunt facere, & nunc non deficiet ab eis, omnia quæcunque aggressi sunt facere: venite descendamus illuc, vt confundamus ipsorum linguam, vt non audiant vnusquisque vocem proximi. Et dispersit illos dominus Deus super faciem vniuersæ terræ: & cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim. insuper his vt credamus nos, rogatis: vos autem non creditis his qui ab Homero dicuntur de Aloadis, quod tres montes super alios posuisse intelliguntur, vt accessum haberent ad cœlum. Etenim & ego dico, hoc sicut illud similiter esse fabulosum. Vos autem recipientes primum, quare, per deos oro, reprobatis Homeri fabulam? nam illud opinor tacendum apud rudes viros, quod licet vna voce & lingua omnes per vniuersum orbem homines vtantur, ciuitatem ædificare non possunt ad cœlum pertingentem, etiamsi in lateres totam terram coquant: infinitis enim opus esset lateribus æqualis magnitudinis cum vniuersa terra qui possent fortiter vsque ad circulum lunæ pertingere. Esto enim quod omnes homines conueniant, linguáque & voce vna vtantur, omnémque terram in lateres & calcem coquant, quando vsque ad cœlum pertingent? etiamsi sune subtilius producatur, ipsis filum ducentibus. Hanc igitur fabulam manifestam, quum veram censeatis, & de Deo opinemini, quod territus sit humanæ vocis vnitate, eiúsque gratia illorum linguas confuderit, adhuc audetis vobis Dei scientiam arrogare?

CYRILLVS.

Quid confusius istis cogitationibus? opinatus enim est, quod deus summus humanas timeat insidias, descenderítque vt confunderet illorum linguas, ne admirabili turre in cœlum tendente extructa, fortassis & ipsum ex regni sedibus destituerent. Deinde quomodo formidare cœpit, sicut loquaci illi videtur? descendit vt confundat linguas illorum, aspecturus ciuitatem & turrim surgentem: an fortassis si maneret quidem in summo & immoraretur suis sedibus, damnáque ex maleuolis ferret, absurdum non foret: si autem in terra pugnaret cum illis, facile destitueretur viribus, quamuis hoc formidantis esset, non transfugere, imò obuiam ire contra temerarios, sed destitui autem & longissimè decedere. Nec i-

Quam ob causam turrim in Babilone extruere quidam conati sint.

gnoranter insipientibus illis me immisi sermonibus. Deus enim fortissimus est, & nihil est quod perficere nequeat vel solo nutu. Erat autem operæprecium declarare, quod præ magna insipientia ad conuicia prosiliat, & attonita mente, & corde plus quàm par est corrupto, sermonum paleas conuerrat.

Fingit autem, vt persuadeat, dicens non posse homines super terram, etiam si eam totam in lateres coquant, perducere illam vsque ad lunæ circulos. Dicimus & nos conatum illum impossibilem fuisse his, qui tunc erant. Causam autem rei necessarium fuerit dicere. Non enim dicimus, timentem, vt putat, Deum vniuersorum, diuisisse linguarum varietate ciuitatem ædificantes, hoc est turrim in illa extruentes, sed potius benefacientem, & à nouis laboribus remorantem. Nam quandoquidem ij qui paulò ante illos fuerunt, ob plurimam impietatem perierant funditus, Deo illis diluuium immittente: & idcirco timentes, ne forte hoc iterum paterentur, & idem quod illi exitium sustinerent, fœda & stulta studia aggressi sunt. nam suum sensum diuinæ prouidentiæ quasi opponentes, turrim sibi super nubes excitare moliebantur, imprudéter agentes miseri. nam opinabantur fortassis quod diluuium euasuri essent, si aliquo iterum ingruente, vt dixi, ad sublime recurrerent. Vides delictum eorum qui tunc erant, imperfecta consilia, nouam machinationem, quasi Deum promissionis suæ pœnituerit. Erat enim impossibile mentiri eum, qui promiserat se secundo non immissurum diluuium his qui super terram. Dixit enim sic ad diuinum Noe: Non adijciam vltra maledicere terræ propter opera hominum, quia intenta est cogitatio hominis studiosè ad mala à iuuentute. Impossibile autem & ob aliam rationem fortissimam Dei manum infamari, quia punire quosdam vult: vt igitur ne vtilibus & necessariis studiis relictis frustra sudarent, dissipauit eos Deus, & multiplicem linguam misit eis, pro pœna & vindicta, variæ linguæ remedium excogitãs.

Quod si dicat, sacras literas dicere eos qui tunc erant, voluisse vsque ad cœlum excitare turrim: nunquid omnino vsque ad ipsum cœlum præparamenta dicemus instruxisse? Impossibile enim. Mos autem sacræ scripturæ est, secundum communem etiam apud nos sermonem, pro summitate cœlum accipere. Vnde diuinus Dauid psallit, & hyperbolico sermone vtitur, de nautis in mari periclitantibus: Descendentes in mare nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia.

Cœlum pro summitate.

Psal.106.

Quoniam autem meminit Aloadarum, & fabulatorem esse dicit eum quem in admiratione habet, quíque deorum suorum, quorum cultor fuit, originem dedit, age & nos de illo pauca dicamus. Quid admirabile est amice, si fuerunt olim adolescentes corporis firmitudine clari, feruentes & tumultuarij, superbiáque pleni, ac supercilium in cœlos extollentes: quorum mores quales fuerint significare volens, quasi in exempli specie, vt ego reor, magnum quiddam & rarum hyperbolico sermone adaptat eis, dicens: quod animus illis fuerit, etiam cœlum ipsum sibi accessibile facere, & siquidem possibile esset se coaeruaturos montes. Verum licet hæc Homerus sit mentitus, & fabulosè apposita sint, siue etiam aliter habeant, nihil ad nos.

Cæterum quoniam dicit quod in Mosaicis historijs versantes, adhuc audeamus nobis Dei scientiam arrogare, quo pacto dic obsecro? quid impossibile factum esse dicit? Confessum enim esto quod temerarij illi cupientes turrim super nubes extruere ob nimiam stupiditatem peccauerint, & tam condemnatas cogitationes habuerint, sicut videlicet Aloëi filij: quid hoc ad Deum? Nam si conatum illorum timuit, & hoc scripsit Moses, reprehendat, & cessabo. Sin à vanis laboribus cessare facit quosdam, quur frustra scommatis incessit, & immodice impudens est? adiiciens:

IVLIANVS.

Redeo ad illud. Moses enim dixit, Deum confudisse linguas, hanc nimirum ob causam, quod timens ne quid contra se molirentur, parato sibi in cœlum accessu. Eadem enim tam lingua, quàm mente inter se erant. Opus autem quomodo perfecit? Descendens de cœlo. Non potuit sursum facere, vt videtur, nisi descendisset super terram. Porrò de differentia iuxta consuetudines & legitima, neque Mose neque alius quis manifestauit, quamuis in legibus & conuersationibus gentium maius quàm in ipsis hominum linguis discrimen sit. Quis enim Græcorum sorori, vel quis filiæ, vel quis matri diceret debere commisceri? Hoc autem bonum censetur inter Persas. Quid opus est pertractare sigillatim, & recensere quàm cupidi libertatis, & impatientes iugi sint Germani, quàm tractabiles & placidi sint Syri, & Persæ, ac Parthi, & in summa omnes Barbari ad orientem ac meridiem, & quicunque regnis quæ Latinis dominantur, subsunt, & ea amant? Igitur siquidem absque maiore prouidentia & diuiniore hæc congregata sunt, quur frustra maiora & digniora inquirimus, & prouidentem non colimus? Cui enim curæ non est, quæ vita, qui mores, qui modi, quæ leges, quis ciuilis sit status, nunquid conuenit, vt à nobis ambiat honorem? minime. Videte in quantam absurditatẽ sermo vester tendit? In bonis enim quæ in humana vita spectantur, potiora quidem sunt ea quæ animæ, posteriora autem quæ corporis. Si igitur, contempsit bona animarum nostrarum, neque curam habuit naturalis nostræ constitutionis, neque nobis misit doctores vel legislatores, sicut Hebræis Mosen & alios prophetas, pro quo poterimus ipsi gratias agere?

Germani impatientes iugi.

CYRILLVS.

Igitur quod & calumnietur, & arrogans sit, déque Deo nihil quod verum sit senserit, iam prædiximus: opinatur enim & mentem perfectissimam timore aliquando posse vinci, neque posse diuidere homines in multas linguas, nisi descenderit in terram, à supernis transiens, & à summis sedibus desiliens. Ad hæc illi quis dixerit: De Deo tibi sermo est amice, qui vniuersum ineffabilibus operationibus fabricatus est, supráq; omnem mentem est, ad quem & diuinus Dauid loquitur psallens: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Et post omnia illius etiam adhuc nos ipse inducit, dicens: Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Præterea, quomodo non confunditur, dicens, nisi descendisset super terram, non potuisset diuidere in multiplices linguas eos qui tunc erant? nunquid fortasis secundum veritatem, & corporalem putat fuisse aduentum? legibúsne corporum incorpoream subiicit naturam, & localibus mutationibus vsum putat eum, qui est sine quantitate & magnitudine, & prorsum in circumscriptus?

Psal.138.

Hiere.23.

Quod autem irridet Mose vocem, qui scribit supernè descẽdere super terram vniuersorum Deum, ignorat quod humanis vsus sit vocibus, sciens oportere sermones humanæ naturæ modo attemperare: non enim habemus voces quæ possunt cum gloria Christi contendere. Quoniam curiosè scrutatur, quomodo nam & vnde in gentibus, morum & legum videatur differentia. Et Mosen quidem, vel illo posteriores prophetas nihil prorsus de illis dicere asserit: deinde differentiarum modos dimetiens, dicit Græcos quidem & Romanos valdè odisse incesta matrum & sororum coniugia, aliis verò probari. Approbat autem Germanorum rebellionem, & aliorum mansuetudinem. Postea incusat ob nostram ignauiam vniuersorum Deum, nisi ipse fuerit tam fœdorum, & infensorum iusticiæ legislator ac discretor. Age dicamus ipsi: Delinquis homo: nam his qui turrim vsque in cœlum tendentem stultissime præparabant, damnosa fuisset tunc vocum concordia. Vnde confudit ipsorum linguas, & mentis & sermonis conditor. Sane quomodo congruat optimo Deo gentes in diuersos mittere mores ac ritus, qui inter se nihil conueniebant? Habet enim causam, & vt dicam totum exordium, est causa hæc. Non est omnibus animus colendi vitam nobilem ac irreprehensibilem. Quippe naturam hominis ab vniuersorum opifice conditam esse dicimus, non indigam omnis boni, sortitámque vtilium scientiam. Adiuuat autem nostras rationes diuina scriptura. Voluptates enim & variæ affectiones admissæ corrumpunt cor, & dignas cogitationes ab omnium mentibus auferunt. Et quibus quique malis capiuntur, his eos & subiici necessum est. Vniuscuiusque enim hominis mens est sibi lex, & ad id quod videtur libera. Atque ita etiam si malis & iniquis quibusdam imbuantur legibus, nihilominus tamen ad meliora & vtilia facile volentes transeunt: non naturæ legibus ad turpiora astricti, neque vinculis ineuitabilibus ad hoc quod præter voluntatem est coacti, sed

Vnde morum in hominibus diuersitas.

sed liberi sunt vt eant ad hoc quod melius est. Quapropter non contemnendum quod diuisæ sunt gentes, iuxta morum & legum differentias, tametsi quomodo, non omnes consentient: quod siquidem omnibus hominibus esset eadem mens & voluntas velle viuere secundum quod deo placet, idem nimirum foret omnium mos, eadem conuersatio, eadem lex, omnibúsque modis ad bona opera vergerent. Postquam autem, vt dixi, contempta vita, quæ homines decet, & relicta meliore, & legibus conformem, deoque gratam conuersationem, pro deteriore, corporali ac beluina commutauimus, nimirum aurea pro æneis, iuxta Homeri fabulam: & multiiugis voluptatibus victi, ea quæ maxime vtilia à tergo relinquimus, momentaneas delicias præferentes. Et hanc ob rationem moribus & ritibus distincti sumus, vt alij quidem non omnino vituperandi, alij vero plurimum. Ne igitur hanc ob causam arguat deum, perinde ac nostram curam contempserit, naturalemque nostram constitutionem neglexerit. Nam si cognosceret quosdam inter homines degentes, & aliud sortitos initium, neque esset naturæ nostræ, iam non, vt opinor, de hominibus sermo fieret. Nam si extra definitionem & rationem humanitatis positi fuerint, neutiquam inter nos erunt censendi, sed habendi inter alia quædam animantia, quæ nullo modo hominibus sunt assimilanda. Veruntamen in medium prodeat, & tale quiddam ostendat, ne videamur frustra ipsum perstrinxisse, dicentem quod deus naturalem nostram constitutionem contempserit: sed nunquam poterit. Errat autem, & fortasse naturas cum legibus & consuetudinibus pro eodem ponit.

Quod autem & Mosen, & legem, & prophetas etiam gentium turbis donarit deus, superior sermo nobis abunde commonstrauit: ostendit enim quod qui ex sanguine Abrahæ nati, imò & ipse diuinus Abraham, alienigena, & ex Chaldæa vocatus est à deo ad veritatis cognitionem. Etiam eos qui in Ægypto idolorum cultui deditos seruauit deus per mediatorem Mosen, & instruxit lege, vt recte ac inculpate se haberent, atque ita si quis rem diligenter expendat, principium vocationis gẽtium merito fuerit Abraham, & post illum qui ex eo nati sunt. Missus autem est & propheta Ionas, predicaturus in Niniue, neque ipse vltro ibat, sed deus vt opus perficeret, imperabat. Dominus enim est vniuersorum: quia omnium est autor ac dominus. At ille contractam eius potentiam arbitratur, & vix posse vsque ad terminos Iudææ regionis pertingere, & quasi sortem quandam occupasse, debereque imperare his solis, qui ex sanguine Israel nati sunt, & ita parũ differre ab aliis gẽtium principibus, quos ille crebro deos nominat ac dæmones. Dicit enim iterum.

IVLIANVS.

Sed videte an non & nobis dederit Deus, quos vos ignoratis deos ac præsides bonos. non minores, quàm ille qui ab Hebræis ab initio colitur in Iudæa, quam solam, vt Moses & qui post illum vsque ad nos, dicunt, curandam ille suscepit. Si autem qui adhuc colitur ab Hebræis, intendens esset mundo opifex, nos de illo melius sentiremus, bonaque nobis dedisset, meliora quàm illis, tam ea quæ animæ, quàm ea quæ extra animã, de quibus paulò post dicemus: misit etiam ad nos legislatores, non inferiores Moyse, si non & multo præstantiores.

CYRILLVS.

Quoniam ex his quæ scripsit Moyses & posteri eius sancti prophetæ, tentat monstrare, quod soli Iudææ imperat Deus: age nos contrà, sermonem contexentes, mendacem eum declarabimus. Moyses enim vnum naturalem & verum deum prædicauit, summum ac super omnes, & vltra omne quod genitum est, & vniuersum hoc fabricasse dicit illum per filium in spiritu, id quod per nos prolixis sermonibus iam manifestatum est. At Iulianus ille bonus, summum & super omnes, & vltra omne quod genitum est, dominationisque gloriam in omnes habentem immundis dæmonibus connumerans: Videte, inquit, an non & nobis dedit deus, quos vos ignoratis deos, & bonos præsides, nihil minores quàm is est, qui ab Hebræis colitur.

Bonos, dic obsecro, deos & præsides tibi & tecum sentientibus datos esse dicis? quales nam? & quibus præsidentes gentibus? Num Tauricam inhabitantibus Chersonnesum, & Scythis, crudelissimísque aliis Barbaris, qui mansuetudinem & placiditatem nihil faciunt, appreciant autem grauem iram, & impotẽtiam animi, prophanósque alios mores, insuper & gloriam putant homicidium. Num Persas curant, quibus honestum & dignũ est, nuptias cum matribus habere? Etiam inquit, Græci, & Romani æquis & humanis gubernãtur legibus, optimósque habent præsides vel dæmones. Dic præterea vir fortissime, quomodo non melius erat & consultius, omnibus esse bonos pædagogos, mansuetósque suaues & beneficos? Hæc enim gloria dei erat. Et quoniam est bonus, quomodo non dicis esse necessarium, omnis boni subditis esse datorem?

Attamen inquit: Etiam si esset deus qui ab Hebræis colitur, princeps, vt alij, nos tamen sortiti sumus meliores. Si autem intendens mundo esset opifex, melius nos de illo intellexissemus. Vnde deducit eum quasi in secundum ordinem & naturam, post primum intendentem mundo opificem. Etenim bonum ei pręponunt, immobilemque ipsum esse dicunt, & omnino res nostras non curantem, secundum vocãt deum, quem & intendentem vocant creaturis. Verum siquidem hic esset, inquit, melius nos de illo intellexissemus. At de his nunc subtilius loqui prætereo. Dicat autem, quomodo melius de illo intellexerunt, qui diis aliis & numero pluribus, regnum gentium inter se diuiserunt? Quamuis quo pacto non esset illi melius, omnibus imperare, & omnium celebritate coliꝰ & quo pacto gratum ei doceri à quibusdam gentes, idque non secundum quod ipsi placet? quandoquidem bonus est, sic autem viuere (siquidem alicuius pensi bonum facit) & exasperari ad iras, suamque voluntatem non curari? Cæterum quod Græcorum legislatoribus & sapientibus & doctoribus, nostri incomparabiliter meliores sint, tempestiue ostendemus. Persistens autem ille in suis adinuentionibus, & quasi seipsum mendacio patronum conducens, iterum inquit:

IVLIANVS.

Igitur nisi id quod dicebamus, nempe quod vnamquamque gentem suus princeps deus curat, angelusq; sub illo, & dæmon, ac animarum priuatum genus (quod subditum est, & sub præstantioribus operatur) ponat in legibus & in moribus differentiam, ostendantur quo pacto facta sint hæc ab alio. Etenim non sufficit dicere: Dixit deus, & facta sunt. Confiteri enim oportet præceptis Dei, eorum quæ facta sunt naturas. Quod autem dico, manifestius dicam. Deus iussit ignem ferri sursum si contingat, terram autem deorsum, non vt præceptum fiat Dei, hoc quidem oportere esse leue, illud autem graue. Ita & in talibus similiter. Et post alia: eodem modo de iis. Causa autem, quia hominum genus corruptibile quidem & fragile, merito & opera eius corruptibilia & mutabilia, & omnibus modis conuertibilia. Cæterum deus quia est sempiternus, & præcepta eius talia esse conuenit. Porrò quæ talia sunt, vel naturæ sunt eorum quæ sunt, vel consentientia his quæ natura sunt. Quomodo enim natura cũ præcepto Dei pugnaret? quomodo amitteret consensum? quamuis etiam imperauerit, sicut linguas confundendo, ne inter sese consonarent. Sic autem & gentium gubernationem non fecit solo præcepto, sed ad hanc etiam nostram præparauit fieri dissonantiam. Oportebat enim primum esse diuersas naturas his, qui vario modo inter gentes erant futuri. Videtur sanè hoc & in corporibus, si quis spectet, quantum Germani & Scythæ, Libésque & Æthiopes differant. Nunquid & hoc nudum est præceptum? Et nihil aër, nihil regio, ad situm ad cœlestia cooperatur?

CYRILLVS.

Abunde mihi dixisse videor causam, ob quam gentes separatæ, diuersis moribus & legibus, aliter & aliter se habeant: nam quod quidam sic vel aliter viuere solent, electionis impetui & progenitorum educationi tribuimus. Adiuuabit autem nos celebris ille in scenis & affectuum monstrator Sophocles. Dixit enim sic:

Ciuitas est enim tota ducum,
Exercitúsque totus, qui inhoneste agentes
Corruptorum magistrorum sermonibus fiunt mali.

Mores corrũpit praua educatio.

Audis quod inhoneste viuere liberum sit, & ex doctoribus, & non ex naturali necessitate, quibusdam contingat. Si autem, sicut ille dicit, quia principibus gentium diis & dæmonibus tutelaribus distributæ sunt gentes, in legibus & moribus ponendæ sunt differentiæ: dicat ambo iterum, Vtrum humanis consuetudinibus & legibus, non volentes annuerunt tutelares dæmones, ipsi aliud sentientes, vel certe victi cesserunt his superio-

ribus,& secundum quod illis placet, persuaserunt, & non propriarum voluntatum motibus accesserunt ad ea quæ singulis visa sunt preciosa. Igitur siquidem hominum vel consuetudinibus vel moribus congregati sunt dij, fuitq; præter voluntatem eorum res,non tam admonent,quàm edocti ipsi & à subditis re ipsa ceruice subiugata,correpti sunt.

Deinde, quomodo subiiciunt deo gentes, dum illæ nesciunt & nequeunt afferre ea quæ vellent? Quæ inde vtilitas,doceat. Si autem leges tutelarium deorum obedientiam inueniunt,referendæ erunt in illos meritò causæ diuersitatis gentiũ, in qualitate morum & legum,quantacunque illa fit,& quamlibet dissimilis. Proinde erunt inter tutelares,hoc est gentium principes deos & dæmones asperi & inclementes. Nam quales spectãtur subditæ gentes,tales necessariò intelliguntur & præsides.

Præterea an non est manifesta blasphemia contra deum, dicere omnes homines qui super terram, subiugandos esse abominabilibus,& in omnia absurda deducere solitis? Et quod adhuc grauius ac intolerabilius: Oportet enim,inquit,diuersas esse naturas,dissimiliter futuris, vt respondeãt res ordinationibus dei. Igitur sicut erat necessarium,ignem secundum naturam esse lenem, vt sursum ferri: grauem autem terram, vt possit infra sidere,& semper manere: ita similiter oportebat,& malæ naturæ esse quosdam inter homines agentes, & ita factum esse ab opifice,eo quod gentium principum voluntatibus subditos esse oportebat: & quis illi ad emendationem sufficiens erit sermo, qui regitur ab aliquo qui recta sapere solet?

Et quomodo absoluet vniuersorum opificem, ne carpendus sit meritò,quod malarum naturarum sit factor? Etenim si non voluntarie ad hoc ipsum adductum esse dicat, vincitur fortassis à quodam præsidente & excellentiore, qui eum cogere potest, & est aliquid melius illo. Si autem quod non inuoluntarie, sed vltro operans ad hoc venerit contendat, quomodo bonus est, & ex bono? Dicit enim Plotinus de eo ita,& non propriam,sed Platonis potius affert sententiam:Quum autem mens sit causa, patrem inquit bonum,& vltra mentem ac essentiam. Sæpe autem eum qui est & mentem, Ideam vocat. Ita vt Plato asserat, ex bono quidem mentem, ex mente autem animam. Et sunt sermones illi,neque nunc inanes,sed olim quidẽ dicti sunt non aperte. Sermones autem presentes illorum interpretes sunt. Itaque si parrem fuisse dicit bonum,opifici: condidit autẽ naturas nõ bonas, rediit vituperium in ipsum bonum, per mediatorem dico intendentem mũdo opificem,videtur enim ita illis dicere.

Bonum. *Mens.* *Anima.*

Cæterum admitor,quod & corporum colores accipit ad demonstrationem, vt inde intelligatur, quàm diuersa sit natura gentibus. Quod si opinatur, hic se aliquid verum vel sentire vel loqui,non sentit se delinquere: oportebat enim, vt ego opinor, vni colores omnes inter se eiusdem esse animi, & consentire: & siquidem esset quis candidi coloris, & iste bonus,nullus bonus foret qui non esset talis. An non ridicula sunt istæ?nónne temerè nugatus est, & sermones omni confusione plenos eructauit?Demum quomodo hoc ambiguum.Temerè autẽ contra dogmata loqui pietatis audet, & sanctum Mosen calumniatur,& existimat,quod sicut ipse senserit ac seduxerit,& ille mentiatur,veritatemque cancellet.Dicit enim iterum sic:

IVLIANVS.

Quod autem & Moses sciens, occultauerit tale, neque linguarum confusionem in deum solum retulerit,hinc accipe. Dicit enim ipsum non solum descendisse, neque vnum cum ipso descendisse,sed multos: eos verò qui tales sunt,non dixit. Manifestum autem quod proximos sibi vt simul descendãt suscepit. Si igitur ad confusionem linguarum non dominus solus,sed & ij qui cum ipso descendunt, manifestum quod ad confusionem morum,non ipse solus,sed & qui cum ipso linguas confuderũt, meritò coassumuntur,vt huius distantiæ sint autores.

CYRILLVS.

Igitur confitetur Mosen, non tam aperte voluisse dicere, quod aliqui cum deo voluerint descendere,vt linguas confunderent,sed solum hoc. Venite descendamus, & confundamus ipsorum linguas. Iam quomodo ipse quod sibi placet diuinat, & deos esse proximos in æquali cum naturali deo gloriæ statu descendentes dicit? tametsi valdè manifeste, & non semel, sed sæpissime,diuinus Moses,falso cognominatos deos taxarit,vnũ autem & solum dixerit adorandum. Dominum enim, inquit, deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Et iterum: Qui sacrificat diis alienis, exterminabitur: nulli præter quàm domino soli seruies.Dixit autem & ex persona dei:Non erunt tibi dij alieni, præter me.Proinde quomodo nouit deos alienos,qui simul descenderũt,& aliquid operati fuerunt,cũ naturali vero & vnico?

Deut.6. *Exod.20.*

Cæterum quomodo dixit: Venite, & descendamus, posuit de vno.Non ignorauit Moses quod deus vnus,hoc est vna deitatis natura,in sancta & consubstãtiali trinitate adoratur, nempe, in patre & filio, & spiritu sancto. Singula enim nominata personis & subsistentiis propriis creduntur esse quod sunt. Pater enim pater,& filius filius, & spiritus spiritus. Veruntamen essentiæ identitas ad vnitatem colligit. Quod autem & suis doctoribus qui maxime sapientes habiti fuerunt, & ob hoc ei admirabiles, visum est, quod diuina & incorrupta natura, vsq; ad tres subsistẽtias propagetur, superius indicauit sermo: nihil autem offendat, si paucis denuo repetatur. Vnde Plato Deum quidem summum dicit bonum, & ex ipso effulsisse mentem,et seque intẽdentem mundo opificem, quum primus in immobilitate existat, & tertium affert animam, à qua omnia moueri dicit.Et hæc quidem ille:at nos sanum & expolitũ veritatis sermonem de summa deitate componimus, ac dicimus, genitum esse ex deo & patre,æqualẽ natura,& incõparabilem ad quodcunque aliud quod sibi simile:procedere autem & spiritum sanctum,in quo omnia viuificat.Igitur procedit ineffabiliter ex patre viuificus & sanctus spiritus: suppeditatur autẽ creaturæ per filium.Sciuit ergo Moses in sancta trinitate venerabilem & vnã deitatis naturam, & ob hanc rationem interdum singulari vtitur numero,& interdum plurali,vt cum dicit:Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinẽ. Neque enim deus alios quosdam ad formationem hominis adiutores fecerat: sed dum dicit, Faciamus hominem secundum imaginem nostram,sanctæ & consubstantialis trinitatis est manifestatio. Vnde & hic, Venite descendamus, & confundamus ipsorum linguas, non indicat alios simul assumptos deos. Quo pacto enim vel vnde?nulli enim sunt,sed sanctæ trinitatis venerabile ac magnum & sanctum subsistendit sacramentum.

Trinitas & vnitas. *Gene.i.* *Gene.ii.*

Dignum autem & illud admiratione. nam licet vel sibi saltem videatur sapiens, non confunditur deo virtutum amatori, humanorum affectuum tribuere peruersitatem,& cum aliis ipsum autorem esse factum tam fœdarum & nefariarum rerum. Nam de linguarum confusione rationabilis causa dari potest. Ii enim qui tunc erant in extruenda turri frustra laborabãt:prohibere voluit vniuersorum opifex, sicut & prohibuit multiplices faciendo linguas.Res autem hæc non lædebat eos qui nihil patiebantur, vt fierent mali ex bonis, & ex optimis moribus in deteriores transirent. Omni enim homini inest, posse probatè agere, & viuere honestè, etiamsi aliam & aliam habeat linguã, quæ græcitatem non resonet. Morum autem peruersitas,quomodo non his qui super terram, damnosa est? An non exosa sunt Barbarorum crudelitas, & irrefrenata ira, & intemperata desideria, & impunita homicidia, & quæcunque nostris legibus castigantur?quomodo igitur optimus deus morum peruersitatem effecisset? Cæterùm recapitulans totum sermonem,iterum sic inquit:

IVLIANVS.

Cur igitur hoc tot verbis dicere volens,pertractaui? nempe, quod siquidem ille qui à Mose prædicatur intendens mundo opifex esset,nos de illo meliores habeamus sententias,qui communem quidem illum omnium dominum esse recepimus:gentium autem principes alios, qui sub ipso quidem sunt, & quodammodo sub rege principes agũt, singulos suarum prouinciarum eximiam curam habere, & non facimus illum in diuersa quadam subditorum deorum regione cõstitui.At ei quia vnius cuiusdam regionis dominum illum facit, opponitur vniuersi principatus. Melius nobis agnouisse vniuersorum deorum, & post hoc neque illum ignorasse,quàm principatũ minimæ prouinciæ sortitum,pro opifice vniuersorum colere.

CYRILLVS.

Igitur qui à sapientissimo Moyse prædicatur omnium opifex, idem & omnium dominus est,visibilium ac inuisibium,& nulla est mens quæ non ceruicem illius sceptris submittat. At iste iterum tribuẽs regnum eius immundis & apostatis dæmonibus,melius de illo se sentire dicit:magnaq; sermonũ ambage adiicit,

adiicit, si vnus prouinciæ Deus sit qui à nobis adoratur, melius esse vnum,& prorsus non ignorari. Sed quod vnum & super omnes nos non ignoremus, non paruo sermone demonstratum est. Audiant autem & à nobis,qui cum illo errant. Surdi audire, & cæci suscipite vt videatis, desistite à tam abominabili & ridiculo cultu. Vnius regionis & falsi nominis deos, imò non existentes amandate, vnum autem naturalem & verum nobiscum adorate. Quod autem falsò dicat,dijs alijs vicarijs, gentium principibus quibusdam distribuisse regnum suum, vniuersorum Deum, absque labore ex diuina scriptura qui volunt intelligere possunt: attentabo enim demonstrare illam rem quam noluit.Igitur Israel olim contempta salute sua in deserto vitulum fecit, propter quod indignatus Deus dixit sacrorum duci Moysi: Vade transi hinc tu & populus tuus, quem eduxisti ex terra Ægypti, in terram quam iuraui Abrahæ, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro dabo hanc: & simul mittam ante faciem tuam angelum meum. Non simul ascendam tecum, eo quod populus iste duræ ceruicis sit. Et dicit: Populus audito isto verbo duro, lugubrem planctum fecit. Et dixit ad eum Moyses: Nisi tu ipse simul comes fueris,ne me hinc ascendere facias: & quomodo verò notum erit, quod inueni gratiam apud te, ego & populus tuus, nisi tu nobis comes fueris. Et dixit Dominus ad Moysen: Et hunc tibi sermonem, quem dixisti,faciam.

Grauè est non esse sub Deo.

Vide itaque Israelem sub Deo facere fructum,& in summa esse felicitate. Vbi autem impegit non mediocriter vergens in defectionem, pro pœna accipit,vt sit sub angelo. Diceret autem quis, quod & sanctum illis Deus promittat angelum.Verum incomparabiliter melius erat esse sub vniuersorum Domino, & non quibusdam aliis sub illo subditum esse, id quod & ad preces & mœrorem sapientissimi Mosis facere omisit. Cæterum siquidem fuisset necessarium & vtile Israelem sub angelo fuisse, neque Moyses hoc deprecatus esset, neque vniuersorum Deus deprecanti bonum annuisset. Postquam autem ab ira sua cessauit, seipsum fore comitem Israeli,licet multum peccanti, dixit. Manifestum hinc fuerit, quod neque præter voluntatem Dei, neque inhonestum Deo, dominari his qui super terram sunt, non per mediatorem aliquem, sed intente, & vt sic dicamus,ipsemet operans. Quin & detrimentosum hominibus, si sub aliis quibusdam sint vel gentium principibus vel angelis, etiamsi boni quidem sint, sanctique, & summo Deo subditi.

Afferam autem & aliud quoddam lectoribus non parum conducibile. Nam maligni & apostatæ dæmones eos qui super terram erant,à Deo diuiserant: factus est autem homo, vnigenitus Dei verbum, fortissima dextra patris, omnium dominatrix manus, vt liberans illorum crudelitati obnoxios, offerat Deo & patri: & fidem faciat sapientissimus Paulus, sacramentorum eius minister, scribens: Quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, vnusquisque in suo ordine: deinde hi qui Christi in aduentu illius, postea finis,quando tradet regnum Deo & patri, quando abolebit omnem principatum, & omnem potestatem ac virtutem. Audis, quod abolenda est omnis potestas, & virtus,tollendáque in vniuersum diaboli crudelitas.Tradit Deo & patri regnum filius, quasi liberans à tyranno direptum, & offerens illud genitori. Non enim statuens se extra regnum tradit illi regnum, sed liberum, vt dixi, & expulsis hostibus nullóque alio eorum qui super terram, regnante, quam ipso & solo per filium cum sancto spiritu. Præterea quomodo non ingratum esset illi, homines super terram esse sub quibusdam gentium principibus,vel tutelaribus diis,qui & nobis similis factus est, & sustinuit crucem confusione contempta,vt nefariorum dæmoniorum tyrannidem,& fastum in nos expellat?

1.Cor.15.

Libri quarti finis.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI
Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, Liber quintus.

BEatus Dauid linguæ intemperiem, pessimum esse morbum declarãs, aq; illo seruari petens dicit: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis:Ne declines cor meum in verba malitiæ. Etenim ea quæ docent verè sapientes sapere, & inculpato sermone proferre,omni laude dignum quis meritò dixerit. Scriptum est enim: Qui in sermone non labitur, hic perfectus vir est, potens refrenare etiam totum os. Etenim linguam indomitam & dissolutam, inque omne quod vituperatur,ruentem:quomodo quis non merito culpaueriti Planè,mea sententia,eos qui tam grauibus morbis laborant, recte quis intra extremam penetrare malitiam dixerit. Age igitur talem quendam demonstremus fuisse vitilitigatorem ac criminatorem Iulianum,cui nos omnia implere sua dicacitate: neque vllus vnquam ex his qui ante eum Christianam religionem impugnarunt,adeò conuiciis fuit deditus. Etenim præter ea quæ ausus est dicere,vtique etiam sapientissimi Mosis legem perturbat,& contra diuina præcepta, quantum potest, clamat: vt siquidem imperitia crimen esset,etiam propter illud meritò corrigeretur. Scribit enim sic:

Psal.140.

IVLIANVS.

Admirabilis est illa lex Mosi,quam Decalogum vocant:Non furaberis,non occides,non dices falsum testimonium.Scribantur autem suis verbis singula mandata, quæ ab ipso Deo conscripta dicit: Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.Secundum post hoc: Non erunt tibi dij alij præter me,nõ facies tibi simulacrum.Et causam ponit. Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes,reddens peccata patrum in filios,vsque in tertiam generationem? Non assumes nomẽ Domini Dei tui invanum. Memento diei sabbathorum. Honora patrem ac matrem, non mœchaberis: non occides:non falsum testimonium dices: non concupisces rem proximi tui. Quæ gens est, per deos oro, quæ non mandata alia seruanda censet, præter illa: non adorabis deos alienos: & memento vt serues diem sabbathi?atque adeò vt prævaricantibus posita sint nonnũquam supplicia graviora, interdum similia, interdum etiam humaniora,quàm ea quæ à Mose irrogantur.

CYRILLVS.

Oblitus mihi esse videtur instantiæ,quam sæpissime facit,declarare volẽs, quod gentes nõnullæ æquis & mitissimis gubernentur legibus,nõnullæ ferocius agant,ita vt impunè in quoduis malum ferantur. Singuli enim gentium principes, hoc est,tutelares dæmones, sicut ipsis placet, principatum sibi distributum gerunt, & subditis leges ferunt iuxta suam sententiam. Quomodo, inquit hic,omnes gentes, & fatetur esse nullas nolentes honorem dare? Quid igitur sit,quod tam vario & admirabili persuadeat,vt summe vituperet legẽ, dicere non possum.

Duo enim maxime necessaria, & hæc præ aliis posita præcepta vt ordinentur cætera, quibus & recte ad optimam vitam contingit peruenire. Potentissimam enim omnium dico esse religionem in Deum, per quam omnem desciscendi modum vitare licet, dum nulli tribuit, quod illum & solum decet,solique debetur. Ego enim sum,inquit, Dominus Deus tuus, & non erunt alij dij præter me. Igitur quando etiam in nostris rebus & negocijs recta veritatem sectamur, omnibus iustis gratum est,& exosum est mendacium.quomodo nõ dignissimum fuerit, vt exactissima & diligentissima cognitio quæratur eius quod verè est, & non aliò, & ad ea quæ minus decet transeatur,falso nominatos,& hos qui non sunt,deos colendo?

Decalogi explicatio.

Postquam autem ostendi vnum & verè ac naturalem esse Deum,præcipit vt reuerentiam erga parentes diligenter curemus,propositis præmiis his qui illam curant preciosissimis.Honora,inquit,patrem tuum & matrem tuam, vt bene tibi sit, & eris longæuus super terram. Deinde post hoc omne genus improbitatis prohibet,nefariósque mores suggillet.Non enim occides,inquit,non furaberis,non adulterium facies,&c. Adhæc, quomodo quis non admirabitur sapientissimum Mosen,& legem ab illo positam omni admiratione dignã non censebit?nisi

fortasse hi qui ea quæ Græci sapiunt, sectantur, & nihil faciunt, præclaram ac religiosam vitam.

Dicit autem quod hoc sciant & seruent omnes etiam gentes. Dicat & hoc, num ab alio didicerint, & tulerit quispiam ante sapientissimum Mosen legestales? sed non poterit dicere fuisse legislatorem vllum Mose antiquiorem. Porrò quum gentes habeant vtilium scientiam natura à Deo insitam, & fortitæ sint facultatem discernendi mala à melioribus: vtique optimæ sunt doctrinæ, quas & ipsa naturæ lex commendat. At dicit naturam hominis fuisse indigam, vt scientiam possideret qua per se vtilia addisceret. Opus sanè erat recte eruditione omnibus, qui per vniuersum habitant. Igitur meritò lex Mose admirabilis est. Ostendit enim his, qui nesciunt quæ facienda, quo pœnas effugiant, & honore digna perficiant. Dicat mihi & illud interroganti: Nunquid laudibus dignatur recte volentes viuere, & talia mandata seruare? non occides, non mœchaberis, non concupisces rem proximi tui, non dices falsum testimonium, non peierabis, & cætera vel etiam illos conuicijs impetendos putat? Igitur siquidem laudat, quomodo accusationem tam admirabilem temerè facit? Custodiunt enim, quæ omnium maxime admirabilia nouerunt. Si autem minime quidem probat, imò reprehendit potius, cognoscetur vtique inde, quod dignatur admirari ea quæ Græcorum legibus interdicta: & colenda ea deligit, quæ omnium calculo condemnata sunt.

Nam Solon quidem & Lycurgus optimas Græcis leges condidisse dicuntur. Et antiquior vtroq; Moses quidem fuit: hi autem multo posterioribus temporibus vixere. Nunquid autem, dic obsecro, quum per mandatum Mose manifestè prohibeatur, non esse occidendum, neque alienis nuptijs insidiandum, condemnentúrque furtum, periuria, & falsa testimonia, & decernantur delinquentibus pœnæ: non videbuntur hæc suis legislatoribus bene habere? nónne deprehendentur hi similibus sermonibus vsi. Itaque quod ea, quæ scripsit Moses, absona videantur Soloni & Lycurgo, doceat vel obiter: nobis enim sufficit illius condemnari calculis eos, quos admiratur. Si autē conueniunt interdum cum Mosaicis illorum præcepta, multúmque probantur, quando cum Hebræorum legibus conferuntur, quomodo non sentit, quod nostros progenitores cum suis, conuicijs afficiat? Sed quod per vniuersum orbem familiariter obseruata sint Mosaica, & quod dicit quia nulli displiceant, num idcirco obliteranda erant? imò quo pacto non magis admiranda, quæ omnium suffragijs honesta censentur? Doceat item quas res magis laus sequitur. Nónne rectius ea habere quis adstipulabitur quæ omnibus placent, & quibus bene agitur, quàm quę paucis, & fortassis ne vni quidem? opinor autem, quod ea quę omnibus. Ita autem se habent Mosaica præcepta. Deinde quomodo per illa ipsa Mosen extremis criminationibus subijciet, per quæ valde admirabilis est?

Ex Græcorum legib⁹ Mosaicæ leges probantur.

Si autem id quod Moses prius dixit, placétque omnibus, vult ita obscurare, vt ne laudare quidem ea deceat. Dixerim sanè, quod & multis alijs, non obscuri nominis, eadem quis cum illa sentire volens, meritò obiecerit. Primi quidā artium & sciētiarum inuentores fuerunt in his quæ ad hanc vitam pertinent: & hi quidem textoriam, alij coriariam, & cum his medicam, aliáque multa necessaria à multis excogitarunt. Igitur quum hæc omnibus placeant, & necessariò curentur, & potrò seruantur, laudibús ne & admiratione priuabimus inuentores? minime hoc fiat. Hoc enim plus laudis conciliare debet eis quod industria illorum inuenta celebrantur ab omnibus. At impersuasibilis & audax ille non solum diuina accusat præcepta, sed & aliud quiddam adiicit ac dicit.

IVLIANVS.

Verum ille cum blasphemiam in Deum dicit: Non adorabis deos alienos. Deus enim est zelotes, inquit. Et alibi iterū: Deus noster ignis est consumens. Insuper homo zelotes & inuidus, reprehensione tibi dignus videtur. Laudas autem, si zelotypus dicatur Deus? quamuis quomodo rationabile, rem tam manifestam falsè obijcere Deo? Nam si zelotypus, inuito illo omnes dij adorantur: & omnes cæteræ gentes deos adorant. Et quomodo non repressit zelans & nolens adorari alios, sed seipsum? Nunquid non tam potens fuit? vel nunquid principio voluit adorare alios deos? Sed primum quidem, quod non potuerit dicere, impium fuerit: secundum verò cum nostris operibus consentit. Definite ab hoc deliramento, & hanc blasphemiam ne in vos ipsos prouocate.

CYRILLVS.

Fingit quidem religionem erga Deum, ne absque causa videatur diuinæ scripturæ sermonibus incubuisse. Turpissimum enim esse dicit ac stultum, nec pœna cariturum, Deum appellare zelotem. Audiat igitur, quod Deus quidē est ab omni passione alienus, solidus & immobilis semper in suis bonis, neque immutari potest eius duratio. Theologi enim affectiones quæ in singulis operibus eius interpretari volentes, nostris ac humanis vtuntur vocibus, quandoquidem aliter loqui non possunt. Nam zelotypia quidem & ira, & quæcunque in his æqualia sunt, in humanis cogitationibus affectiones ostendunt. Vincit enim animæ cuiusuis natura, quod infirmum: & quod facile offendere solet expugnat. Quod si & de Deo dicantur, tunc admodum decenter, verisimilitérque cum natura ineffabili agendum, infirmitatibúsque nostris inacceſſam eam sentiēdum, & ita nullo modo impie agitur. Quando igitur Deus nominatur zelotes, intelliges, quod inter valde exosa sit id quod ab eo factum ad fœdiora facile fertur. Oportet enim confirmari, & indiuulsa perseuerantéq; erga ipsum syncritate manere: etenim velle diuerti, & ad ea quæ non fas est, esse virorum non bonorum, imò gloriæ contra Deum intolerabilem præ se ferret contumeliam. Quapropter diceret quis illis qui vnum & naturalem Deum dehonorant, & aliis se inclinant, falsò cognominatis Diis, & his qui omnino Dij non sunt, tale quid dictum per vnum sanctorum prophetarum, ad eos qui ex sanguine Israel: Quod delictum inuenerunt patres vestri in me? quia discesserunt longe à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Oportet enim rebellem, & deficientem à vero Deo, prius causam referre, quare cultū illū abhorreat, vt occasionē iustam deficiendi habeat: qui autem nihil habet quod causetur, & deinde vult hoc facere, amátque maxime abominabilia, quomodo non iustè puniretur? Vel enim ipse seipso melior erit qui patitur, vel certè in alios mittet vtilitatem. Cauebunt enim non præstantioribus causis periculo implicari, & obnoxij fieri, si propter illas puniri odiosum est. Oportebat igitur vniuersorū opificem quum bonus sit, non simpliciter permittere quibusdam abscedere à se, sed potius ignauiam & dissolutionem ad defectionem metu reprimere. Et propterea Deus zelotes & ignis consumens per Mose nominatus est sermones. Iam quòd à Deo deficere periculosum, imò mortiferum est, absque labore videbimus, rem ita considerantes, Nihil enim conferendum censeo cum certa cognitione, & subtili ac exacta contemplatione Dei, non pecuniarum substantiam, non mundanum splendorem, non dignitatum gloriam, non sapientiæ terrenæ, & animalis & diabolicæ existimationem. Proinde Dominus per Hieremiæ vocem dixit: Ne glorietur sapiens in sapientia sua, & ne glorietur potens in potentia, & ne glorietur in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, quia intelligit, & scit, quod ego sum Dominus. Dixit autem & ipse saluator ad cœlestem patrem ac Deum: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Igitur optima gloriatio, erit Dei cognitio.

Deum esse zelotem, et ignem consumentem.

Hier. 9.

Ioan. 17.

Quod autem recte hæc habeant, etiam Græcorum eloquentibus videtur. Vnde Alexander Aristotelis amator, in sermone de particularium prouidentia: Attamen oportet verum dicere, inquit, de ipsa erga Deum pietate. Maximum enim est & perfectissimum bonum, omninóque beata vita. Hæc enim existere in contemplatione ostenditur, contemplatióque in cognitione optimorum: Deus iam confessione omnium optimus est. Hæc igitur quum ita se habeant, vtique in cognitione diuinorum beatitudo sita erit. Itaque, vt recte dixi, nihil est splendidius cognitione Dei, veræ sapientiæ amatoribus. Non sinit autem illa falsis diis addictum esse. Et quæ lux, vel quæ veritas, si ignoretur id, quod verè est, & desit diuina gloria? Iam quomodo nihil ad vtilitatem conducet, homines scire, quod res hæc offendat Deum, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Quemadmodum autem dicimus grauem omni homini, ac toleratu difficilem oculorum excæcationem: iucundissimum autem & desideratissimum, valere oculis: ita abhorrendum & fugiendum est, idque meritò, non posse videre diuina, & lumine priuari mentis, quod cordis oculum illustrat. Dei contemplatio possessio est, & salutaris, & omnis boni nobis radix ac generatio. Quid autem? dic obsecro, velle viuere sub lege, quis non concederet esse inter meliora, quàm absque & sine lege vitam agere? imò omnib. manifestum est, esse melius. Quando igitur impij, dum adorare volunt eos, qui non sunt Dij, necessariò & à iugo & à sancta vita aberrant: quomodo quis non laudauerit vniuersorum saluatorem Deum, homines ab huiusce modi affectionis causa abducentem? Sed fortasse impegit in hoc, quod Deus rebelles pœnis subiicit, & iis qui misere pereunt modum quendam ponit, intercludens accessum ad impietatem, dum se dicit esse zelotem. Arguemus igitur etiam eos qui in terreni regni soliis confident, si quando audientes milites suos à sua beneuolentia deficere, & aduersis Barbaris se iungere, indignātur. Vbi aūt milites suos spectant inter hostes versari, abiecto scuto negligētes, dum labore opus minimè indignentur: ita si ex caula auferantur pecudes quædā, & ferocissimi lupi inuadant, pastor torpescat: patiatur autem & agricola, si horti eius lædantur. Laborent item ignauia parentes charissimi, filijs ipsorum in turpitudinem prolapsis. Sic & dominus insensatus videns fidelissimos ministros despicere suam beneuolentiā, & velle sentire cum his, qui maximè sibi aduersantur, conniueat. An non quis dixerit hanc summę stultitiæ manifestissimā demonstrationem? Porrò quomodo neglexisset Deus suos, cum graui damno afficerentur? Oportebat vtique timore quasi frenis quibusdam ad viam rectam deflectere. Tale quiddam ad ipsum dicit etiā diuinus Dauid: In chamo & freno maxillas eorum constringes, qui non approximant ad te.

Psal. 31.

Interrogante autem mihi & hoc dicat: Nunquid quos dicit, & putat esse deos, expostulaturos fareatur, imò & indignaturos, si qui sub ipsis sunt, impellantur vt velint prudentissime se ad meliora conuertere, & vt sub deo vero sint, Christianam religionem eligere? nónne & ad hoc dicit, quod non curant? Itaque siquidem hoc multum eis probatur, quur frustra increpat eos, qui à Græcorum errore ad veritatem transeunt? quare non eadem cum diis suis sentit? Etenim siquidem illi benefaciant, qui impulsi, peiora sensit ipse vel fortassis etiam increpat negligentes id, quod suos deos decet. Quod si ipse rectè senserit indignando & contristando, quomodo non verè dicitur, quod meliorem sententiam sortitus sit, & sapientissimis diis quodammodo videatur melior? Iam si & hoc illos offendit, ergo æmulatio & in ipsis intelligetur. Igitur quomodo non stultum contra Mose scripta clamare, dum dicit, non debere indignari Deum, si qui ex suis subditis leues, & facile desciscunt, & relicta Dei scientia viuifica incidunt in perditionis barathrum? Iam quare non prohibuit inquit? quamuis quomodo non abarcet à malo, & iram minando, & vindictam intentando, ignémque se esse dicendo, ac timore ignauiam comprimendo? Verum, inquit, melius erat ex necessitate & violentia. At vbi humanæ mentis libertas, & ad id quod placet permissio? virtus enim res est non seruilis, & sub Domino, sicut & ipsi dicunt Grecorum sapientes, vt & sequātur bonos meritæ laudes, & iis qui tales non sunt, supplicia iuste infligantur. Licebat enim bene sentire, si rectè operari voluissent: lapsi nunc in peiora, perierunt. Addit autem, & dicit:

IVLIANVS.

Si enim nullum vult adorari, quapropter nothum hunc filium adoratis? & quem ille suum neque putauit, neque vnquam censuit id quod facile demonstrabo. Vos autem nescio vnde suppositititium illi additis?

CYRILLVS.

Igitur prohibet quidem alienos deos adorare, qui solus naturalis & verus vniuersorum opifex est ac Dominus. Eius autem solius sunt, quæ Deo debentur. Quod autem nothum & suppositium filium nominat nescio quid dicit, imò contra deum pugnat, & procacem ac infrenem sermonē contra summa Dei sacramenta laxat, facileq; demonstraturum se dicta sua inquit, mentiendi latam viam incedens. Nam quod non nothū neque suppositium filium sanctissimo deo subornemus, cōfiteamur autem quod progrediatur ex ipso secundum naturam propriū eius Verbum deus, vbi tempus postulauit, sermones nostros in hoc acuentes absque labore demonstrabimus.

Adiungens autem se Platonicis sermonibus, & maioris faciens diuinis literis ea quæ ab illo conscripta, iterum nos accusat, dicens: Discedentes à Græcorum loquacitate, ad veritatis sermones concessimus, & naturalem ac verum deum cognouimus, quamuis Moses minus quàm oportebat, inquit, diuina laudarit: Nam zeloten & grauiter irascentē nominat: licet māsuetissimus & ipsamet bonitas sit. Verum de his quidem satis: prolixiore enim nobis de istis sermone est opus, & quam sępissimè: sed quoniam conuicia amat, & sermonibus audax est, age videamus, quídnam aliud cum his excogitat, quod cum Christiana religione pugnat. Dicit enim:

IVLIANVS.

Adhæc Deus non videtur ægreferre, neque indignari, neque irasci, neque iurare, neque in vtranque partem statim propendere, neque mutabilis esse, sicut Moses de Phinees inquit: Si quis vestrum legit Numeros, scit, quod dico. nam postquā eum qui initiatus erat Beelphegor, cum muliere quæ illi suaserat turpi & acerbissimo dolore occidit: Per vterum inquit, mulierem percussit: introducitur Deus, dicens: Phinees filius Eleazari, filius Aaron sacerdotis, sedauit furorem meum, à filiis Israel, quia zelando zelatus est filios, & non consumpsi filios Israel in zelo meo. Quid leuius hac causa, propter quam deus iratus non verè, ab eo qui hæc scripsit fingitur? Quid item absurdius si decem, si quindecim: ponamus autem & centū non enim mille dicent: ponamus autem nos etiam tot ausos esse aliquid contra leges à deo ordinatas præuaricari: oportebátne propter mille sexcenta millia perdi? & mihi per omnia melius videtur cum tot millibus viris optimis etiam vnum facinorosum seruari, quàm cum vno tot millia pessundari. Postea illis longos attexit sermones, dicens: Non oportet deum cœli ac terræ factorem, tam sæua ira excandescere, quod sæpe voluerit totum genus absumere. Nam quum vnius heroum, inquit, & ignobilis dæmonis ira, intolerabilis sit, integris ciuitatibus ac regionibus, quis subsisteret exacerbato & irascente tanto deo dæmonibus, vel angelis, vel etiam hominibus?

CYRILLVS.

Opinatur quidem, vt dixi, summam & incorruptibilem naturam, & affectiones in singulis rebus non multum differre à nostris actionibus. Dicantur ergo, si placet, etiam humano more tales esse, & non aliæ, quales in nobisipsis sunt nominatáque in Deo sit ira: fortassis & exæstuatio acerba, impotensque motus cordis accidere illi putetur: vt quum dicitur Zelotes, & eadem ferre quæ homines, & inuidentiæ flammis comprehendi non dedignetur. Atqui ita sentire hominis esset stupidi ac attoniti, ignorantísque prorsus, quid diuinæ proprium sit naturæ. Excelsa enim est & super omnia, non locali eminētia, sed naturæ præstantia, & incomparabili excellentia. Iuxta istum modum, opinor, transit omnes nostras causas, & extra omnem affectionem intelligitur, & submittentibus quidem tractabilem iugo ipsius ceruicem, summa honorum dispensat fastigia: cæterum cor durum & siccum habentibus minores quàm oportet pœnas infert. Non enim dicimus in æquali honore habendos bonos & malos, sed neque nimia patientia eos qui velint deficere, fouendos, vt ad quodlibet, & ad quæ fas non est, sine reprehensione abeant, quasi transilientes ab eo, & his in quibus beatius erat immorari, dicto vale, rapi ad deteriora. Vbi enim omnino bonus omnium opifex, nisi prouiderit creaturis suis, & eos reuerentia erga bonum inferiores, adiutorio validiores efficiat: eos autem qui sacra præcepta prophanant & minoris faciunt, modestiores reddat, timorísq; catena attrahat, optima castigationū subsidia addens.

Hebr.12. Quem enim diligit dominus, erudit, flagellátque omnem filium quem suscipit.

Quando igitur definit contra præuaricatores quosdã pœnam, tunc à nobis irasci dicitur, quamuis iracundiæ affectionem ferre nequeat: quando quosdam bonos à familiaritate erga se abstrahi non vult, nec patitur, vt eos qui non sunt dij, adorent, æmulari ipsum dicimus, verbo nobis familiari rem significantes, & virtutem amoris qui in illo est, aliter enunciare non valentes. Non enim exultat, si qui pereant: vult autem magis sibi subditos, virtutum dignitatibus fieri conspicuos, imò etiam omnes qui super terram sunt. Quod autem & iurare dicitur quibusdam, improperetur hoc his qui credere noluerunt, adeò, vt & iuramento fuerit opus: iurat autem per suam gloriam: Leuabo enim, inquit, in cœlum manum meam, & iuro dextera mea. Et iterum: Per memetipsum iuro, dicit dominus. Non enim iurare poterat per alterum quempiam, quasi superiorem & excellentem, suaque gloria superiorem. Ad fidem sanctorum quempiam inducit, quod promissa euentura sunt, & cum iuramento nonnunquã loquitur ei. Mens enim eius est, vt adoratores proprios diligat omnibus modis in firmitate fidei.

Irasci & æmulari dei.

Iurat deus.

Deut. 3
Hiere. 22.

Esa. 5. Quoniam autem summam calumniam putat, quod interdum in mansuetissimum vniuersorũ deum transferamus iram age etiam hoc dicamus ei: Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Taxat enim insipienter, quæ sanè sapiens omnimodo debebat maximi facere. Est enim tardus ad iram vniuersorum Deus, hoc est, vt definiat delinquentibus congruas pœnas: facillimus autem ad deponendam iram, & ad prompte miserendum his, qui in suis delictis comprehenduntur. Vitulum enim fecerat in eremo Israel, & oblitus erat miraculorum, quæ à deo in Ægypto facta. Succensuit ob hoc deus, idque valde meritò, dixitq; ad sacrorum ducem Mosen: Vade statim hinc, transi: inique enim egit populus tuus, quem eduxisti ex terra Ægypti: egressi statim sunt de via, quam mandasti eis: fecerunt sibi vitulum, & adorauerunt illum, sacrificauerunt́q; illi, & dixerunt: Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Et nunc sine me, & succensus ira in eos, exteram eos & faciam te in gentem magnam. Orante autem sapiẽtissimo Moyse, vt his qui peccauerant, veniam condonaret: Propiciatus est, inquit, vt lucrifaceret populum suum. Quanquam videat quis interdum reges terrenos furore quidem immodico percitos, in eos qui per insipientiam ipsos offenderũt, nulliq́ue obsecranti cedentes, non sortitis summos thronos, nõ exercituum ducibus, non aliis quibusdã, summa dignitate conspicuis aures præbent. At ille summus & maximus deus, vnius iusti preces admittit. Dicet autem forsitan aduersarius: Nunquid considerauit, & sensit sero meliora, & tardum consilium recepit quamuis oportebat futurum non ignorare, nec permittere ab initio, vt postea ab ira cessandum esset? Quod autem diuersum sentire volens, etiam progenitorum suorũ non meminerit, facile videre licet. Obliuiscitur enim fortassis Homeri, qui de suis diis dicit: Mutabiles autem etiam dij ipsi. Quod autem & ea in deo carpit, quæ ob nimiam suauitatem morum admirari decebat, manifestum & minimè laboriosum, si quis dispensationem in his quæ acta sunt, addiscere voluerit. Nam oportebat quidem eos qui nefaria perpetrarunt, declarari eos iudicij. Hac ratione & irasci dicitur. Verum erat necessarium præterea nosse etiam nos, qui post Mosen, benignitatis quæ in deo eminentiam, & quantum virtus valeat apud illum, & quãta vis orationum sanctorum. An non hæc bonam spem vitæ concedunt? Etenim quod vnius iusti preces deus admittit, magna interdum & ob grauia delicta condemnata multitudine, quomodo non omnes gaudere oportet? quamuis suis capitib. humanis infirmitatib. implicitis, ob sacras leges offensas, supplicium imminens videãt. Sufficient enim & ipsis vnius iusti preces in subsidium.

Ad tardum consiliũ dei

Num. 25. Quoniam autem blasphemiæ contra deum à zelante Phinees occasionem rapuit, age historiam cursim attingentes, & eorum qui in sacris libris sermonum mentionem facientes, temerè illum nugatum esse etiam in hoc arguemus. Scriptum est autem sic in Numeris, qui liber Mosaicus est: Et moratus est Israel in Setim, & prophanatus est populus scortando cum filiabus Moab, & vocauerunt illos ad sacrificia idolorum suorũ & comedit populus sacrificia illarũ, & initiatus est Israel Beelphegor, & succensuit dominus furore Israeli. Nunquid paruũ delictum, & non sufficiebat ad offendendum & exasperãdum naturam illam virtutis studiosissimam. Quæ miracula tam excellentia, quum delinqueret Ægyptus prætermissa sunt, Deo omnipotente naturam etiam excitante, vt ab intolerabili seruitute Israelem liberaret? & mox pessimarum mulierculariũ formositate ad illicitas voluptates dementissimè rapiebantur, adque eam dementiam illorum mens peruenit, vt idolum quod apud illos colebatur, adorare voluerint, abiecta omni in deum verum & naturalem reuerentia. Quoniam autem consectaneum erat malum istud consuetudinem pariturum, & totum depasturum genus. Quod enim cœperat in paucos, robur habiturum erat non multo post in omnibus. Vnde pauci apostatæ amicorum manibus ceciderunt, vt per timorem vtiliter aspera fieret, quæ plana erat ad fœditatem via. Tunc etiam Phinees, quoniam affinis quidam impudenter cum alienigena muliere rem habebat, & id manifestè, sumpto pugione ambos peremit, transfossis simul scortatore & scorto. Hic oro vide misericordem deum, qui sæpius vt occasio mansuetudinis sit, asperitatem amplectitur. Phinees enim, inquit, filius Eleazar filij Aaron sacerdotis, sedauit furorem meum à filijs Israel, dum ego zelo zelum meũ in ipsis, & non consumpsi filios Israel in zelo meo, sic dicens: Ecce ego do ipsi & semini eius post ipsum, testamentum sacerdotis sempiternum, eo quod zelatus est deo suo, & placatus est pro filiis Israel. Nam quoniam, inquit, pro affectu, quasi meo zelo assumpto, nefaria perpetrãtibus manum immisit, cessauit deus ab ira, & præterea honoribus ipsum prosequutus est. Placatus enim est, inquit, pro filiis Israel. At ille non intelligens quæ optima vel vera, leuem esse causam inquit, propter quam placatus sit Deus, ne exasperaretur ira eius in talia delinquentes. Quomodo non præmulta imperitia, in sensum vilẽ & corruptũ fertur, perturbare moliẽs ea quæ ipsum omni potius admiratione venerari oportebat? Nam quoniam deus vidit Phinees, religioso & syncero zelo armatum, rependere vltionem his qui cultum suum conspurcabant, oblectatus facinore, dimisit aliis ea propter quæ iustè pœnam extremam illos ferre oportebat.

zelus Phinees deo probatus.

Hiere. 5.

Enimuero diuina & summa natura semper odit peccatorem, & turbatũ iniustitia cor, sensumque muliebrem, & ad degenerationem ac defectionem à bonis propensum: oblectatur autem in his qui firmi sunt, & rectè incedere solent, cauentiq́; ne in vtranque partem cadant, sed mente proficiente firmiter in pietate erga ipsum maneant, sæpissimeque propter vnum talem innumeræ multitudini, & interdum haud mediocriter condemnatæ, misericordiam largitur. Vnde & quum omnis Hierusalem olim non vulgaribus culpis obnoxia, & adhortaretur in hoc pia prophetæ mens, certè iterum iustus iudex voluit animaduertere in eos, qui sectari solebant, idque alacriter, quæcunque lex damnabat. Quoniam autem pro illa preces faciebat propheta Hieremias, audiebat statim dicentem: Circũite in viis Hierusalem, & quærite in plateis eius, si inueniatis virum, si sit faciens iudicium, & diligens fidem, & propitius ero ei, dicit Dominus. Vide igitur quomodo vnum pro multis compensandum recipiat deus, & populosam ciuitatem cum vno iusto & bono potius seruet, quàm vnum iustũ eum multis impiis perdat. Igitur quum tunc quidam omnino declinassent, rupto obedientiæ freno periissent, quomodo non erat gerenda cura eorum, qui talia patiebantur, & parua quadam pœna intentata, aliorum remorari decebat impetum, timoreq́ue ad meliora firmari ac roborari? Nunquid iniustè agebat deus, omnis iusticia? vel quur hæc absurde facere consideratur? imò quomodo non est periculosum ipsius arguere iudicia?

Vnde Porphyrius ipsius in libro ad Nemertinum dicit: Atque adeò sermo qui iusticiæ doctor deo fieri audet, refertus esse summa iniusticia comperitur. Propterea sancta & irreprehensibilis penitus est sententia, quæ iuxta veritatem dei esse intelligitur: & aliter sentire, mentis corruptæ morbus est & crimen. Cæterum quoniam nostris sermonibus aduersarius est, audiat iterum Porphyrium sic scribentem: Non solum autem ad vtilitatem vniuersi, & ad plenam consonantiam ac decorem eius, aliud alij coaptat particulare tempus.

Quin

Vide diuinam prouidentiam in rebus omnibus.

Quin & curator est omnium, & saluator & medicus. Nónne & hominibus medicis, iuxta datam illis ab ipso scientiam prouidis, monstrauit quæ vniuerso euentura sint? nempe alias quidem partes ostendit secandas, alias verò vrendas, alias autem distrahendas, alias verò corrumpendas, vt consistat salus totius. Nónne & matres ac nutrices assistentes, quamuis sciant medicum hoc facere propter salutem totius corporis, eiulant sæpe & luctuose lachrymantur: pater autem prudens assistens adhortatur, & ad eiulantis vtilitatem adaptat fomentum? Deus autem ad curam vniuersi adhibuit, vt moriendum sit, vt vnus ab aliis abeat, sicut digitus à toto pede ad vtilitatem totius corporis. nam si possemus diuinam rationem inuestigare, sciremus vtique omnino, quomodo ad bonum alia quidem initio esse prohibet, alia autem prædicit fore damnosa, alijs autem pro pietatis præmio mortem donarit.

Quamuis ante illum Porphyrius cum eius opinione multis sermonibus pugnasse videatur, & ad ostendendum quæ senserit ac scripserit, arbitror hæc suffectura: adjiciam tamen & alterum illius dictum, quod sic habet: Chrysippus autem Socratem sequens, in his quæ fiunt, nolebat dici, Quis nouit? sed, Omnino melius erat, alioqui præscriberetur dispensatio melior quàm diuina. Omnino quæ fiunt quod sic melius habent vt habent, cẽnsendum. Etenim quum tu fortitus prouinciam quandam principatus humani à rege, obediásque ad vtilitatem reipublicæ legibus. Alioqui legibus respublica non seruaretur, quàm vt alij quidem magistratum gerant, alij vero priuate viuant, atque occidantur: neque omnes in vita seruentur, quia neque omnibus hoc prodest. Ei autem qui tantum administrat mundum, non permittemus sua absque reprehensione moderari, quod bene habeant omnia, vt ab ipso iuste arbitrata sunt, & ea quæ per mortes & mutationes, & per ætatum incertitudines fiunt? Quare igitur impie agit, & diuina iudicia impudẽter inuadit, ac definit iniquam esse substãtiam, quæ omnia sancte librat, clamátque contra iram, quæ optimarum rerum contemptores in melius transformat, & vacillantes facit infirmiter consistant. Permittamus vt medico, sicut dicit tui falsi cultus pater, ad salutem totius corporis paruam quandam particulam abscindi: permitte vt iudici subditos gubernare in republica bonis legibus instituta, si tollãtur è medio improbi. Non enim, sicut iam prædixi, boni cum malis perierunt, sed cum vno bono potius, nempe Phinees, multa & innumera multitudo seruata est: Phineésque honorem accepit, non quod graui vulnere mulierculam transfodit, sed quod prudenter pro Deo zelum amplexatus feruide contra apostatas se armauit.

Dicendum melio erat: nõ, quis nouit, vel putasset.

Quare Phinees honorẽ accepit.

Fortassis ablonum videtur Iuliano, quod apostatæ supplicia luere debeant: bene enim in illorũ numero seipsum esse nouit, eo quod non sit extra pœnam summam abiecto scuto, & reipsa habitus à virtute alienus ac transfuga, & in via errorũ in impietatis barathrum inuolurus. Opinatur autẽ fortassis quod possit contra Deum legem ferre, & vt sibi placet, diuinorum iudiciorum vim auferre. Omnibus enim modis contra diuinam scripturam mentiens, interim dicit sacrorum ducem Mosen, populum magis dirigere, quàm veros sermones facere, quos neque recte habere, neque sibi similes factos ait. Interim & Esram iuxta suam sentẽtiam afferre quædam contendit. Est item & ille conatus eius per quàm durus: vellicat enim iusticiam erga Deum, vt bona occasione videatur dicere non bene factos sermones, qui de illo. Quin & contra sacras literas turpia verba effundit: sed non prosperabitur dolosus venator, sicut scriptum est. Non enim mentem eius ignoramus, qui mentem habemus Christi, sicut dicit sapientissimus Paulus. Quod autem & in summam peruenerit impietatem, manifestum iterum erat ex his. Dicit enim:

IVLIANVS.

Dignum est vt conferatur ipse cum Lycurgi mansuetudine, & Solonis parientia, vel Romanorum in eos qui iniuria se affecerant, æquitate ac benignitate.

CYRILLVS.

Porrò, quomodo non reueritus est audax ille, Deum summum per comparationem, hominibus opponere, imò dicere, quod neque hominibus sit melior cœli ac terræ conditor, omniúmque opificem sapientiam, hominum sapientia inferiorem esse contendit, nostrámque sequi bonitatem eum qui omnibus cum substantia, quicquid sunt tribuit. Ab illo enim omnis intelligentia, omnísque virtutis modus. Quin & desiderium bonorum, naturæ insitum est ab omnium opifice. Manifestissime igitur malignus, osórque Dei spiritus per illum est loquutus: & fortasse nihil absurdi erit si quis assimilare velit eũ draconi malorum principi, hoc est superni qui in paradiso erat. Voces enim non tam ab illo fuerunt, quàm eius qui per illum quodammodo loquutus est. Verum ille quidem vnã & solam decepit mulierculam, hic autem maliciæ illius imitator optimus, totum orbem corrumpere tentat, cornu in excelsum tollẽs, & iusticiam contra Deum loquens, sicut scriptum est.

Diabolus per Iulianũ loquutus.

Quoniam autem mansuetissimos homines fuisse dicit Solonem & Lycurgum, tribuítque eis & patientiam, necessariò nunc & nos de illis dicimus. Nam Solon quidem apud Athenienses, Lycurgus verò apud Lacedæmonios fuere legislatores. An non ciuitatibus vel regionibus vtilitatem quandam præbentes, vel ponentes apud singulos leges, permiserunt dicere, pœnas debere luere, in turpibus causis deprehensos: nónne insontes pronunciarunt eos qui volunt honeste, & iuxta leges viuere? nónne singulis delictis congrua supplicia decernentes, modestam vitam persuaserunt magnis & paruis, ornatósque & iusticiæ studiosos reddiderunt ciues? Nam si illis horum non magna cura fuerit, fateatur, & quisquam. Quæ enim virtus legislatoris maxime vtilia negligentis? Si autem summæ curæ eis fuit prohibere mala & increpare improbos mores: nõ enim aliter ignauia eorum qui optimam vitam negligunt, vinci potest: an non vel huius rei gratia mansuetiac patientes dicentur? Quamuis ipsi volentes Draconis leges ratas, quas de homicidiis tulit, laudant, opinor & nullo modo improbant. Soluere enim illas licitum erat seruatáque & durare præcipiebant. At si me oportet etiam quippiam de legislatoribus illis dicere. Sunt sanè mansueti ac patientes. Non itur autem inficias opinor, quod & flagitia oderint. Vnde quamuis interdum grauia supplicia contra flagitiosos & sceleſtos, ac eos quibus præuaricatorum vita placet, decreuerint: nemo tamen dixerit eos, quasi iræ obnoxios hoc voluisse, sed potius vt iustos præsides, magno scelerum odio mala condemnasse, vt ad bona dirigant, & ab his quæ prodesse solent, id quod lædit, separẽt. Sic autem ignauiter viuere volẽtibus, timorem vt curam vtilissimam, & pœnam quasi baculum quendam, adhibent. Cæterum quisquis cogitauerit quid legislatores spectarint, & quomodo affecti fuerint, non mentietur si dixerit, gratissimum eis esse, maximéque fieri, si absque reprehensione viuatur: quando autem videntur arguere opera impia, non abertabit si irasci dicat. Ex legum enim qualitate, quæ affectiones in legislatorum animabus scriptæ quodammodo sint, absque molestia videre licet. Proinde pœnas intentare malis, indecentérque agentibus, suspicionem quandam iræ continet in se, etiamsi nihil iracundiæ sit in legislatoribus. Ira & de Deo intelligas imò & valde exaltatus est ab his nostris affectionibus, & omne quod factum est transcendit.

A terrenis legislatoribus iusticia Dei deprehenditur.

Legislatoris scopus.

Legislatores puniendo non irascũtur.

Igitur vir optime, si quis Solonis & Lycurgi leges adiecerit, & Draconis violare voluerit, pedem luto immittet, vt dicitur, ferétque modis omnibus pœnam aduersus præuaricatores decretam. At qui diuinum mandatum neglexerit, si quæratur iudicium, non patietur in iudicio pœna. Propterea Deo dicente: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. & ad hæc: Non sint tibi alij præter me, quomodo non meruerunt mortem initiati Beelphegor, & obscœnis fœdarum mulierum voluptatibus defectores facti?

Opinor autem & illud dicendum. Nam Solon & Lycurgus quidem, quos ille eximios legislatores fuisse dicit, vtique curam habuerunt, vt legem ferrent Græcis, quo cultu, & quibus sacrificiis Deos suos venerari debuerint: id quod verum, nec aliter se habere arbitror. Hinc enim fiebat, vt in crimine deprehensi extremis pœnis condemnarentur. Quid igitur dicemus de legibus contra sacrilegos, vtpote deos contumelia afficientes? Quando igitur quis secum expendit animo, nullo modo tolerate oportere peccari in deos, addo & immundos dæmones: quomodo non euidẽter iniuria afficit, qui dicit pœnam nó esse intentandam his qui nefario cultu Deũ contumelijs aspergunt?

Quin & Pythium dæmonem vaticinãtem, hoc est Apollinẽ ex tripode ferunt respondisse, oraculumq; de Socrate dedisse, quod sapientissimus esset virorũ omnium, admirabilisque apud Græcos vir, sed victus est, ac cicutæ potione ex hac migrauit vita. Crimen autẽ quod obiiciebant accusatores, erat hoc quod ad deos qui apud Græcos erant, noua dæmonia inferret. *Socratis mors.* Iam quomodo non oportet magis vniuersorum deum honore suo spoliantes, & pro cultu illius volentes debere Beelphegor subdi, adorantésque præter illum alios, etiamsi non Socratis cicuta fortassis, sed alio modo ferre pœnam, quæ neque ab ipsis Græcorum legibus, hoc est, eorum qui tulerũt eas, Solonis inquã & Lycurgi, anteque illos Draconis absona sit. Igitur quamuis mãsueti fuerint illi, ac longanime qui leges ponere debebant, non propterea minus erant patientes ac mansueti, quum punirent malos. Porrò quoniã & Romanos inquit bonos fuisse, & vindictæ immemores, ergo eos qui se offenderant, quomodo ignorat delicta in homines, ab his quæ in Deum, longe inferiora? Non enim par fuerit, peccare in eum, qui est super omnem naturam, & offendere eos qui super terram. Quippe quanto nobis superior est, tanto & crimen quod in eum, alia magis excedit. Comitabitur autem vnumquenque pro sua portione congrua pœna. Quod autem manifeste & absque dubio, ea natura nostris affectionibus non subiecta, imò nulli quod offendere queat, ea vnquam, quæ super omnem mentem est, iræ vim ferat, & ad iram motibus extimuletur, aniles quosdam, & summa impietate fœtidos sermones iterum effutit, ac inquit.

IVLIANVS.

Quando autem causa nostra potior sit quàm illorum, & ex his considerate. Imitari iubent nos philosophi pro viribus Deum, esse autem hanc imitationem in cõtemplatione rerum. Quod autem absq; perturbatione ac passione fiat, manifestum est, etiam si ego non dicam. Quanto enim magis alieni ab affectionibus fuerimus in rerum contemplatione constituti, tanto Deo similiores efficimur. Quæ autem apud Hebræos laudatur imitatio? Ira & furor, & ferox æmulatio. Phinees enĩ, inquit, sedauit furorem meum à filiis Israel, dum zelo meo in illis zelor. Deus enim vt inuenit semel indignantem, ac condolentem, indignationem remisisse videtur. Hæc & alia quædam id genus, deum fecisse dicit Moses non raro in scriptura.

CYRILLVS.

Itaque vir strenue, siquidem subiectum esse dæmonibus, hoc est desertoribus angelis, melius est quàm agere sub Deo, & ab illo solo regi, vincant tua. Si autem illud piis pectoribus, & veræ pietatis cõsideratoribus horrendum: ad hæc, si omnem felicitatem conciliet, vereque desideratissimũ est, certò scire quid hoc quod vere est, & omnibus imperet, ex quo omne virtutis genus prodit, & ad nos venit, & quasi ex fonte scaturiũt omnia bona, cœlestiumque munerum distributiones: quomodo non incõparabili interuallo illorum nugis res Christianorum antecedunt, quę sancti cultus vnguento fragrant? *Esa. 28.* Quamuis Græcorum mens in profundum erroris lutum descenderit, spemque mendacium habeat secundum prophetæ vocem.

Operæprecium autem fuerit, videre profunditatem mentis eius, quàm ipse putat esse sapientissimam. *Imitari oportet deũ quomodo.* Nam sapientes ordinasse dicit, deos oportere imitari prout vires capaces sunt: id quod non aliter recte fiet, nisi sola rerum contemplatione & impassibilitate. Impassibilitatem autem opinor dicit irę carẽtiam, & alias quoque virtutes, quas in corde possideri necessarium est, & deinde ita imitationẽ dei quæ pro virili exprimitur, & in hoc honestissimi artificij exercentur modo. Sanè quod & ociosa mente, quæ mundanæ curæ renunciauit, vtendum sit his qui ad veram Dei contemplationem ire volunt, dixerim ego, & quisquis mecum recte senserit. *Psal. 45.* Adducit enim ad hoc vniuersorum dominus ac opifex, sic dicens: Vacate & cognoscite, quia ego sum dominus. Vnum autem & possessione dignũ bonum, quod nos cum deo assimilare solet, extra iram esse positum, & non pati fluctus quos ira ciet, secundũ quod possibile est: quod quum verum sit, & fateantur omnes, necessarium iam apparet, intelligi debere deum non esse grauiter iracũdum & crudelem, imò prorsus ab omni furore & ira liberatum.

Iam quomodo, dic obsecro, quum sapientissimus Moses, non vnum quendam ex ignotis vel particularibus falsoq; agnominatis diis, sed vniuersi opificem & artificẽ nominârit eum qui vere Deus est, & substantialiter possidet gloriam domini super omnia, hic tamen nõ est veritus, dei Hebræorum imitationẽ dicere esse iram ac furorem, ac zelum: nec sentit quod deum humana pati ac nobis connumerari ponat, per quem, & in quo creata sunt omnia. Atqui diuina scriptura sermones illos de ipso ponit, non quod habeat natura ea, quæ dicuntur, sed vt eo quo nos modo intelligere ac dicere possumus. Vtens enim nostris nominibus, & particularium rerum vocibus subtiles nobis imaginationes offert, & sublimiores verbis cogitationes infert: atque ita sæpenumero humanorum corporum particulas illi tribuit, abutens potius nostris rebus, sicque ciuiliter ad subtilem contemplationem inducit. *Oculi, aures, manus, pedes, in Deo.* Igitur quemadmodum incorporeum, & quod est sine magnitudine, & sine quantitate, simplexque ac incompositum, meditans interdum componit, tanquam vnaquæque particula agnata sit ei, oblique significante oculo, quod deus omnia videat, & auribus quod omnia audiat, & manu opificem efficaciam: pedibus vero, viam latam & amplam, eorum quæ singulis fiunt: ita & ira de deo quodammodo dicitur, & ex his nostris permitti intelligi, quasi esset possibile deum passionem ferre, subiecisset se eorum quæ fiunt qualitati. Nam deus quidem proprietate naturali impassibilis. Veruntamen non ob hanc causam excusatio foret, si quod sub manu & iugo negligeret officium, neque sceptro subditis minus damnosa foret ad defectionem prosilitio. Perstringẽdum enim hoc dixerim, & meritò per iudices. Etenim malis inutile est præside destitutos esse, quemadmodum scilicet pueris immorigeris verbera prosunt. Quando igitur intentandæ sunt pœnæ, quas ira dei exposcit, & postea intentantur, tunc & irasci dicitur, vtentibus sanctis voce nostra: vt intelligamus nos, quod siquidẽ possent diuinæ res humanis verbis annunciari, neutiquam furor ei tribueretur. Oportebat igitur nostræ cogitationis mensuram & linguæ imbecillitatem expendere. Tametsi quis dicere posset: Heus quid tu facis? argue Theologos, quod res diuinas minus quàm oportet de deo loqui consueuerint. Itaque tuam accusa naturam, quod cum diuinæ eminentiæ fastigio contendere nequeat, & dominicam dignitatem sequatur, non habens sermones illi sufficientes, ad manifestanda ea quæ supra mẽtem sunt.

Interroganti item mihi & hoc dicat: Nunquid siquidem animus esset viuendi mansuete & submisse, cuius ne dei fieret imitator, ne à suo proposito excidat? nũquid forte dicet, Martis homicidæ, iuxta Homeri sermonem? qui & hominum pessundator & mœnium deuastator, sanguinarius, & insaniens homicida ab eodem dicitur, & præsens malum. Verum hunc quidem sinamus, si videtur. Probemus autem Palladem, quæ fortem patrem habet, impudentem, & cynomyam quæ semper deos cũ Eride cõmittat. *Pallas cynomya deorũ.* Procurabat enim & hac ratione bella, vnde eam dæmonum pugnatissimam vocarunt. Honestant autẽ sermonẽ de illa: non enim dicunt insanire, sicut illum mœniũ deuastatorem inquã, sed distribuere aiunt potius ea quæ ad bellũ & prælium attinent prudenter ac considerate. *Pallas prudenter agit.* Nihil autẽ eius causam iuuat, quod mansueta secum videatur. An non hi qui in bello præliis & audaciæ prudentiam coniungunt, & contra hostes insurgunt, inferiores esse volunt illorum manu? certe imperium maximi faciunt, etiamsi prudẽter cum inimicis pugnẽt. Quamuis quomodo res non manifesta est? opponentes enim se, & non absq; ira, tametsi prudenter hoc facere dicantur, quomodo mãsuetudinis decor in illis integer & immaculatus manserit? Quod autem abmirabilis apud illos Pallas in eam pusillanimitatem peruenerit, vt & consilij inops in vtranque partẽ vacillârit, *Pallas anceps cõsilij.* & quod ob eam rem etiam in Tragœdorum scenis rideatur, facile perspiciemus. Euripides enim in Troadibus opposuisse illam se Neptuno inquit, & sic dixisse ad eum de Troianis: Prudenter agere volo, & amarum reditum Achæorum exercitui immittere. Postea illum ad illam dixisse: Quur hinc inde in alios & alios mores prosilis, odísque valde & amas quosuis vt sors fert? Dixisse autem ad hæc Palladem: Nescis quod contumelia me affecerunt, ac templa mea? Et ad hæc Neptunum: Scio, quando Aiax Cassandram vi rapuit. Offensam verò illi respondisse: Nescio Achiuorum alium, neq; vspiam auditum est: atque ita, siquidem triste quid, is qui Cassandram iniuria affecit, à Græcis passus esset, non contra totum exercitum exasperata fuisse Pallas.

Vltra quo pacto arguit Phinees, si iustissima contra vnũ pœ-

na,

na, iram omnibus imminẽtem sustulit? Verum dicis quod Poetæ omnia hæc in scenis finxerint, quomodo & apud alios eloquentes extra scenas, historicus sermo in precio est? Nam & in his quæ ad Palladem, & ad homicidam hominumque vastatorem ac insanientem pertinent, quædam narrantur. Quid Diana Apollinis soror, quũ exhausisset Oenei diuitias, Ætolorúmque & Curetum rem, regionésque ac ciuitates in pessimo loco posuisset, nõ vulgarem & paruam causam affert, quod Oeneus non sacrificarit sibi vineæ primitias, inde totum ferè negocium mouit. Verum ille consanguineus eius, & æque promptus ad iram ob contemptum vnius sacerdotis, ab vno Atrei filio, nónne morbum malum in vniuersum exercitum misit? nónne misere multi perierunt? Vtrum igitur si Græcorum quis imitetur deos, mãsuetus ne erit ac placidus, an iracundus, & grauiter succensens? Equidem secundum dixerim verum. Si autem non sic res habet, progrediatur & doceat, quomodo quis extra furorẽ & iram, mente quietus fiat, si Græcorum deos, quos hoc loco belligerantes & feroces facit, imitetur. Si autem Pallas Argiuis irata fuit, & Diana negligentem sacrificare Oeneũ puniuit: Pyræ autem mortuorũ flagrarunt frequentes apud Græcos, quod captiua virgo à tabernaculis Agamemnonis dimissa non fuerit, simulque Chrysæ vittas dehonestârit, quomodo erat consequens, initiatos Beelphegor, & vniuersorum deum nefario consilio offendentes, & voluptatibus obscœnis ac fœdis insipientissimæ implicitos, apostatásque factos impune hoc facere, & non potius pœnas luere extremis detentos malis? Illis autem apponit:

IVLIANVS.

Quod autem Deus non solum Hebręorum curam gesserit, sed curans omnes gentes, illis quidem nihil magnum dederit vel eximium, nobis autem longe plura, & excellentiora, considerate autem quid hinc. Nam & Ægyptij dicere possunt apud se numerari sapientium non paucorum nomina, multósque se habuisse ab Hermetis successione. De Hermete inquam, qui tertio venit in Ægyptum. Chaldæi autem & Assyrij eos qui ab Ano & Belo: Græci vero innumeros qui à Chirone, ex hoc enim omnes nati sunt natura sacerdotes & Theologici, id quod Hebræi sua magni facientes sibi soli tribuunt.

CYRILLVS.

Post hæc taxat beatum Dauid & Sampsonem, quos neque in bellis fortissimos fuisse dicit, sed inferiores robore multis Gręcis & Ægyptiis, & intra Iudææ fines regni terminum eis fuisse. Igitur diligenter quæram, quali nam deo curæ fuisse gentes dicit, vt Hebræis quidem nihil eximium vel magnum sit, Græcis verò omnia maxima & eximia? Nunquid igitur eum qui per sapientem Mosen testimonium habet, quod sit vniuersorum opifex, cœli ac terræ, & à quo comprehensim omnia producta sunt, qui potestatem solus gerit, ac omnibus dominatur, sub pedibus habens creaturam, & ab ipsa adoratur? vel certe illum quem ipse, & impietatis suæ progenitores, præponentes Verbo, & cõtemplationibus vt primum autorem bonum: *Bonum. Opifex.* eum autem qui subsidet, & secundũ nominat deum, & intendentẽ mundo appellant opificem. Igitur si per sapientissimũ Mosen prædicatum appellat deum, quomodo eum nihil vtile vel necessarium elargitũ esse dicit? tametsi notum, quod suã illis eminentiam & gloriam cõspicuam fecerit, & participes veræ contemplationis esse permiserit, legislatoremque eis dederit, sapientibus Græcorum etiam tempore antiquiorem, incomparabilibúsque interuallis sapientia, intelligentia, & virtutibus tantum præstantem, quantum lux à tenebris, præscribentemque eis leges optimas, & res omnes ordinantem, ita vt immaculatæ sint, & posteritas illorum felicitatis primæ viam haud facile ignorare possit. Et quid his melius? & quid habent Græci quod illis conferant? Nunquid apud nos principatus super omnia, gloriaque & dominatio, vltra quã omnino nihil? Nónne omnis improbitas & malitia sententia legis condemnatur? nónne omnis turpitudo reprobatur, & in summa admiratione est omne genus virtutis?

Per quæ autem discemus in quibus Græci præcellant? Plurimi quidẽ & numero meliores apud illos sunt dij voluntatibúsque & cõsiliis inter se diuersi, hæreditariámq; singuli prouinciã habent præsidentes gentibus, ipsásque dissimilibus erudientes legibus: ita vt alij videantur iræ & furoris impotentis & absque reprehensione & impune occidant, abigendo & auferẽdo quæ aliorum sunt, regiones quoque & vrbes subuertant. Alij verò tam concitis ac absurdis voluptatibus irretiti sunt, vt & in matres ac sorores exardescant sæpius, suísque filiabus non parcant. Hæc sunt sapientes principum gentium doctrinæ. Illis qui apud Græcos intendens mundo opifex, sicut ipsi dicunt, tradidit ducatum. Igitur reprehenduntur, deum quem blasphemant non colere. Quod autem fuerunt quidam apud Ægyptios vel apud Græcos mundanæ sapientiæ existimationem non ignobilem sortiti, nihil hoc ad Christianos. Antiquiora enim sunt quæ Moses scripsit, philosophiam habentia veram & exactissimam ac syncerissimam diuinarum humanarumque rerum scientiam.

Minime autem debacchetur in Hebræorum milites, vel reges, quod aliis manu, hoc est robore in bello & præliis sint inferiores. *Quales milites Hebræorum.* Res enim hæc illis minime curæ erat. Terræ autem duces opponebant se volentibus offendere, neque aliorum res ferociter inuadebant. Etenim per Mosen à deo lex iustitiæ ipsis assistebat remuneratrix, ac administratrix. Cæterum probaturum se putans, quod omne quidẽ bonorum genus, Græcorum turbis donatum sit à deo, Hebræis autem planè nihil philosophorum honestans eloquentiam dicit.

IVLIANVS.

Sed nobis principatum dedit scientiæ, vel doctrinam philosophicam, & qualem? nam contemplatio astrorum à Græcis perfecta est, quorum prima obseruatio apud barbaros in Babylone fuit. Geometria vero quæ circa terræ mensuram, è lutosis in Ægypto initium habens, in tantam magnitudinem creuit. *Astronomia. Geometria. Arithmetice. Musice.* Arithmetice autem à Phœnicibus negociatoribus incipiens, iam apud Græcos scientiæ nomen obtinet. Tres illas cum Musica Græci in vnum coniunxerunt, Astronomiam Geometriæ attexentes, vtrisque autem adaptantes numeros: & quod in his harmoniam seruari cognouerunt, inde posuerunt Musicæ apud suos terminos inuenta rationum harmonicarum, ad sensum, aurium confessione certissima, vel quod huic proximum est.

CYRILLVS.

Dignitatem igitur adimit his, quæ admiratus est: ad quod equidem dixerim, quod ignoret omnino, quid nam eos qui optime gloriæ studuerint, & veram felicitatem assequuti censentur, deceat iure admirari. Virum enim admirandum & gloriosum efficit ac declarat, non solum eloquentia, & iucunda, ac congrua verborum pronunciatio, ita vt differere etiam vanarum, tametsi nihilominus subtilium cogitationum profunditatem inquirere possit, & verborum compositiones exacte coniungere: & ad hoc si attentet, quærere ea quæ mentem excedunt, & scientiam sensuum veram fallant. *Sophistæ & sapientis discrimen.* At vere sapiens est, ac dicitur à nobis, qui manifestam & indubitatam de omnium Deo accepit opinionem, & pro virili, quantum homini licet, inquam, diligenter exquisiuit, & cum hoc assequitur certam etiam in omnibus necessariis scientiam, vt & perfectos viros facere possit eos qui virtutum studiis iure honestandi sint. Quod enim curiosius inquiro, quid nam sit Geometriæ res & Arithmetices ac Musices & aliarum scientiarum, quas sanè solas honore dignantur: & his acquisitis, supercilium in sublime erigunt, quantũ ad honestatem & irreprehensibiles attinet mores, inutile dixerim id studij & diligentiæ. Non enim vincet ideò quis illicitas voluptates, neque contemptor diuitiarum vel gloriæ vanæ, neque liber ab iræ fluctibus, neque à conuiciis & inuidia alienus, neque continentiæ studio deditus erit, neque alia habebit bona, quæ accidunt & familiaria sunt quibusdam, vt ostendant eos aliis multo nobiliores: sed absunt, vt nullus frugi esse illi videantur. Licet enim videre aliquem præditum lingua nobili & diserta, loquacissimum, & planè Atticum, & in ornatu verborum eximium artificem, moribus autem prophanum, & fœdissimarum concupiscentiarum laqueis irretitum. Porrò vere sapiens, recteque sentiens, non nudis & solis voculis erit talis. neque satis erit ad nobilitatis virtutem inuenire posse acerbam eloquentiam & peruersarum cogitationum incomparabilem vehementiam. Talis enim artifex in sermonibus, nondum omnino recte bonus est. Itaque Geometria & Astronomia, & aliæ tales quædam sciẽtiæ, eum qui ipsas didicerit, nobilem & admiratione dignum non facient: sola autem potius exacta, clara, & irreprehensibilis de deo cognitio. At

studio virtutem parare, & quod illi contrarium, auersari, eam dixerim præclaræ irreprehensibilis philosophiæ gloriam. Sed quæ Græci tradunt, friuola esse, vanitatémque multam, & cum inutilibus magnísq; sudoribus damnũ habere censuerim.

Vera philosophia consistit in cognitiõe dei.

Et non credes forsitan his quę à me dicta sunt, vocabitur igitur in subsidium tuus Plato vir strenuè, sic scribens in quinto de Republica: Igitúrne hos omnes, & tales quosdam mathematicos, & artifices id genus, philosophos ponemus? minimè, inquit, sed similes quidem philosophis. Quos autem dixit veros? Veritatis inquam diligentes contemplatores. Non enim in Geometria, quæ in petitionibus & suppositionibus versatur, est philosophia, neque in musica scholastica, neque in Astronomia, naturalibus & vulgaribus, & verisimilibus scatente rationibus: sed in scientia & veritate eius boni, quæ cũcta quidem sunt bona, & viæ ad bonum. Itaque non in partiis illis artibus quæ hic consideratæ sunt, consistit philosophia, sed in eo quod veritas cognoscitur: hoc est, in eo, quod verè est & id quidem est deus.

Quin & in isto testimonium habent Hebræorum dogmata etiam à diis Iuliani. Nam quum profectus quidam in templum Apollinis Pithij, interrogaret, ac discere vellet, quænam gentes sapientissimæ sint, respondisse ferunt dæmonem qui illic erat: Soli Chaldæi sapientiam sortiti sunt, atq; Hebræi, Persæ genitum, regem ipsorum deorum colentes.

De Essæis quid Porphyrius dicat.

Meminit autem & Porphyrius Essæorum, qui in Iudæa erant, & de illis sic dicit: Ab illa autem victitandi consuetudine, & ad veritatem ac pietatem exercitatione, meritò in illis multi etiam futura prænoscunt, vtpote qui versantur in sacris libris & variis purificationibus prophetarumque responsis, raro autem in prædictionibus aberrant. Quod autem scientiæ quæ dicuntur liberales, in quibus plurimũ gloriatur, & fastuosus est, non absque reprehensione, neq; redargutione relictas inueniamus, ex his qui de sapientia mundana plurimum efferuntur, didicerit quis, & etiam ex his quæ illi scripserunt, atque adeò quæ de ipsis & alii. Nam Xenophon Atheniensis sic inquit: Nullus vnquam Socratem, vel impiè, vel irreligiose operantem vidit, loquentémve audiuit. Non enim de omnium natura, vel de aliorum, vt plurimi differebat, considerans quomodo qui à sophistis mundus vocatur, habeat, & qua necessitate cœlestia singula fiant: sed & ea qui talia curabant, stultos esse demonstrabat. Et post alia: Admirabatur autem, quod eis non sit manifestum, quod homines talia inuenire nequeant: quoniam & hi qui se plurima de his nosse dicunt, inter se non eadem sentiunt, sed mutuum afficiuntur planè amentibus similes. Insanorum enim est, vt vel grauissima non metuant, vel quæ terribilia non sunt, grauiter timeant.

Philosophi amentib. similes inter se dissidẽt.

Nam qui de natura vniuersorum soliciti sunt, aliis quidem videtur vnum solum esse, aliis autem multitudinem innumeram: & aliis quidem semper omnia moueri, aliis autem nihil vnquam motum esse: & aliis quidem omnia fieri & corrumpi, aliis verò nihil vnquam fieri vel corrumpi Porrò quid ad hæc dixerint sublimium perscrutatores? Qui ea quæ super terram sunt ignorant, curiose ea quæ in cœlis, inquirunt. Nunquid laudauerit quis Socratem propter hæc, dum dicit illos similes insanis, & ad superuacuas opiniunculas temerè se conferentes, & diuersos inter se, & de suis ipsorum adinuentionibus pugnantes? Plato quoque superuacaneum & inutile hoc studium declarans, in libro de Anima dicit: Ego enim ô Cebes, quum essem adolescens, mire hanc philosophiam desiderabam, quam vocant naturæ historiam. Eximium enim mihi videbatur scire vniuscuiusque rei causas, quare vnumquodque fiat, & quare corrumpatur, & quare sit: & sæpe me discruciabam, primum talia considerans, num quando calidum & frigidum corruptionem quandam accipiunt, vt quidam dixerunt, tunc sanè animalia nutriantur: & vtrũ sanguis sit quo sentimus, vel aer, vel ignis, vel nihil quidem horũ, sed cerebrum, suppeditet sensum audiendi, vel videndi, vel olfaciendi. Ex his autem fiat memoria & opinio: ex memoria autem & opinione, si quietem acceperint, fiat scientia. Et iterũ horũ corruptiones considerãs, etiã circa cœlum ac terram afficiebar, sic mihi videbar ad hanc considerationem ineptus esse, vt nihil suprà. Certam autem tibi dicã coniecturam. Equidem quum quædam & manifestè scirem antea, vt mihi & aliis videbatur, ipsa consideratione ita exercebar, vt dediscerem etiam ea, quæ antea me scire arbitrabar. Itaque si quis curiose inquirere volet subtilia & sublimia, & menti nostræ inaccessa planè, si accedat vtilitatis nihil, sed damnũ & excæcatio, & quod dediscendum etiam, hæc animaduersa supercilium deducent ei, qui contra nos inflatus se extollit. Etenim diuina est doctrina, & vitæ vtilis veritatis cognitio, quam & olim quidem Moses antea prædicauit. Venit autem ad nos de illa sermo clarior & fulgidior, illucescente nobis omnium nostri saluatore Christo per quem & cum quo deo & patri gloria cum sancto spiritu in secula, Amen.

Libri quinti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOpi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana.

F

LIBER VI.

In exemplari præscribebatur liber Secundus, nimirum pars secunda operis, quæ & ipsa quinque Libros continet.

Prou. 18.

TEmpestiuè vtique ex sacra scriptura iterum dicemus: Mors & vita in manu linguæ: qui autẽ illi imperant, edent fructus eius. Nam quum liceat bona lucrifacere per linguam, si componatur ad honestatẽ, vt eloquatur ea per quæ illa optimè vtentes in magnam veniũt admirationem: sunt quidam qui vertunt ad ea ad quæ non conuenit, sermones suos. Progreditur autem eousque illorum improbitas & ruditas, vt summa mala pro malis non habeant, & procacem linguam contra deum tendant,
G contraque ineffabilem gloriam arma moueant. Vnde sit, vt extremè mali omnino deprehendantur. Talis quidam fuit potentissimus Iulianus, quippe lingua præditus diserta, & admirabili dicendi venustate, sacram scripturam vituperauit, contraque sanctorum multitudinem temerarius fuit ac importunus, vt & ad ipsum apte dicatur per spiritum sanctum: *Psal. 51.* Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate? tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. Et iterum ad hæc: Dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa. Multa sanè sunt, quę contra sapientissimum Mosen clamauit, sed ecce prædictis illis, nunc alia apponens sic dicit:

IVLIANVS.

Igitur vtrum, studiáne an homines viritim nominabo, vtpote Platonem, Socratem, Aristidem, Cimonem, Thaletem, Lycurgum, Agesilaum, Archidicum, an potius philosophorum genus, militum, opificum, legislatorum. Inuenientur enim abominatissimi militum & pessimi, benignius vsi his
H qui maximè offenderant quam Moses his qui in nullo peccarunt.

CYRILLVS.

Itaque reprehendit, vt opinor, iterum quod pœnas dederint Moabitæ, qui miserant ad Israelitas meretriculas mulieres, qui corporum formositate ad libidinem illicerent plurimos qui dei erant. Et quum deficere fecissent, deceptos satagerunt vt Beelphegor initiarentur. Et quum hæc ausi fuerint, dicit illos planè nihil deliquisse in deum, impietatem illam vt videtur nihili faciens, & propterea crudelem ac immisericordẽ fuisse dicit sacrorum ducem Mosen. Leuiculum enim, vt dixi, illi videtur peccatum, ac tolerabile, quod quidam à summo Deo deficiant: at inter optima recenset, si ad falsum cultum simulacrorum persuasi conuertantur.

Οὐδενὰ πάσχειν.

Itaque audiat à nobis, quod nullum vnquam qui hæc facere solitus sit, fœtum mater vtero tulerit, neque qui fugiat. Diui-

δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.

Diuinum enim esse inquam, vbique gentium perdendos eos qui aliis mortis laqueum struxerunt. Et sicut dicit quidam in scena nobilis, nihil molesti ferre eos, qui aliis molesti fuerunt. An non hoc verè difficillimum ac intolerabile, in diuinam gloriam tanto periculo debacchari, & ineffabilem naturam, quantum ad temerarios ausus attinet, non vulgariter derelinquere? Quomodo hoc dubium?

Quum autem suæ sententiæ homines non minus admirabiles facit quàm fuerint prisci nostri, & sanctis comparare illos audet, age & nos verisimilia dicamus, conuiciis eius veritatem opponentes. Putat enim eos quos admiratus est, nostris fuisse meliores. Aberrat autem à vero, & à scopo deuiat. Proinde videamus, & præ aliis, qualis nam fuerit celebris ille apud eos Socrates.

Socratis vitia. Socrates iracundissimus. Ira morbus.

Itaque admirabilis quidem fuit ob mundanam sapientiam & eloquentissimum eum fuisse dicunt, & moribus illo visum meliorem neminem, qui populariter & in congregationibus vixerit. Et fortassis non credent quidem omnes his quæ de eo dicuntur, hi tamen his quæ Porphyrius de eo scribit, non contradicent, qui omnium antiquorum philosophorum vitam illustrauit. id enim agebat per quàm diligenter. Inquit autem Aristoxenus hæc de illo sic enarrans: Erat autem vnus ex his qui aderant, quum hoc ille diceret, quod ipse non cum multis fuerit qui efficacius persuaderent. Talis erat & voce, & ore, & gestibus, & ad omnia dicta aspectus proprietate se accommodans. Faciebat autem hoc, quando non irascebatur: quando autem ab aliqua affectione succendebatur, tantæ eum fuisse dicit impudentiæ, vt à nullo neque nomine neque re abstineret.

Iam quid turpius ira? an non pessimus animæ morbus est ira impotens & affectio implacabilis, & amaritudo vehemens? Non enim sic mare, vento æquor turbante sæuit, & graues fluctuum impetus terræ ac mari appellit, vt viri anima graui & infreni ira laborans. Idcircò & diuina scriptura admonet, dicens: *Psa. 36.* Quiesce ab ira, & derelinque furorem. Ira enim perdit etiam prudentes. Et iterum: Vir iracundus non agit apte. Talis enim à quibus abstinet facinoribus? vel quomodo non totum frenum linguæ laxat? imò & temerariis sermonibus illudet, & ipsos fortasse qui offenderunt nihil. Quemadmodũ
C enim si lapis in præceps eat, & contra omne quod inuenit impetu fertur: ita etiam audax & asper, si ferocitatis & furoris vim ferat, à nullo vel verbo, vel opere abstinebit, deum etiam sicut hominem, linguæ suæ immoderantia, & iræ impotentia inuadet. Vbi igitur Socratem ponemus, qui morbo omnium pessimo ægrotauit? At diuinus Moses, super omnes homines mansuetissimus erat. *Num. 12.* Scriptum est enim sic de illo. Dixit autem aliquando & ad nos omnium saluator ac dominus: *Math. 11. & 5.* Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, Et iterum: Beati mites, quoniam ipsi terram hæreditabunt. Si igitur dignissimum esse dicunt moribus placidum, & mansuetudinis serenitate decorum esse, & in lingua quoque mititatem præ se ferre, vituperamus Socratem, idq; meritò. Vtrunq; enim intermisit. Si autem quis irã & linguæ licentiam laudat, vituperabitur apud illum & mansuetudinis negocium: & vituperabit quidem, quod laudatissimũ est, & peiora honestiorum calculo approbabit. Rideatur vtiq; talis valdéque merito.

Socrates mulierosus. γυναιμανής.

D Itaque laborauit quidẽ Socrates iræ feruore. Inueniemus autem eum & aliorum virtutum expertem, vnde grauissimis criminibus obnoxius est. Ita enim mulieres deperiit, tamque vehementi illarum amore correptus fuit, vt nihil ea re melius existimârit. Scripsit autem iterum de illo Porphyrius sic: In aliis sanè vitæ rebus frugi erat, nec multo apparatu indigebat, vt in diem viueret. In venereorum autem vsu vehementior quidem, iniusticiam tamen non admittebat. Vel enim vxoribus, vel solis communibus vtebatur. *Socratis vxores.* Duas simul habebat vxores, Xantippen quidem ciuis filiam, & minus quodammodo honestam: Myrto quoque Aristidæ neptim Lysimachi. Et cũ Xantippe clàm congressus est, ex qua & Lamproclen genuit. Myrton autem cum nuptiis duxit, & ex ea nati sunt Sophroniscus, & Menexenus. Iam quid ad hoc dixerit, qui Socratẽ admiratus est? quandoquidem, vt illi dicunt, in Venerẽ pronior erat: deprehenditur autem reipsa, quod valde mollis fuerit & intemperatus, satietatemq; nullam in obscœnissimis voluptatibus sciens, vtpote qui cum duabus vxoribus neque in ornatu fortasse conuenientibus rem habuit, & cum aliis fœdis, hoc est mercenariis mulierculis, corporis formam amatoribus venalem facientibus. Et quomodo hæc à conuersatione philosophorum, & à virtutum exercitatione non aliena? Nunquid increpabat adolescentiores, si præter dignitatem viuere vellent? qualem igitur cum illis sermonẽ habebat, quando albens canicie in tam fœdis facinoribus non solum deprehensus, sed & mentem affectionibus obnoxiam habere facile conuictus est?

Peierant amantes impune.

Didici autem & aliquando ex Platonicis scriptis, ad illum dixisse familiarem quendam: Vnde ô Socrates? Nunquid à venatione Alcibiadis forma veniat? Et hæc quidem de Socrate in istis. Diligenter autem inquiramus, quæ Plato de ipso dicat nunquid & ipse Socratem admiratus fuerit, & quod cum ipso earundem concupiscentiarum intemperiem expertus sit, suis capitur sermonibus. Nam in Philebo quidem dicit: Voluptas enim omnium est insolentissimum, ita vt sermo sit, in Venereis voluptatibus, quæ maximè videntur esse, etiam peierare
B apud deos veniam habere, quod similes sint pueris voluptatis, nec minimum sensum habentibus. In Symposio verò dicit: Quod autem potissimum, vt dicunt multi, & soli iuranti si iuramentum non seruârit, venia à diis detur. Venereum enim iuramentum non dicunt esse, ita & dij & homines omnem potestatem fecerunt amanti. Itaque vt par est, suis sermonibus confunditur ac erubescit, etiamsi aliorum esse dicat illos. Laudat autem, quia quum de ea re dubitaretur, increpauit minime sic sentire volentes. O philosophorum doctrinas: Quanta in illis est vtilitas? Remorantur adolescentum in libidine voluptatem. Suadent, vt castè & iustè ac honestè viuatur, *ἀφροδίσιος ὅρκος.* Sciant itaque, quod & dij amantibus propitij sint, ac veniam dent, siue illi puerorum, siue mulierum incontinentes & iniusti amatores sint: omnino enim remittetur ipsis, quod non seruârint, siquidem & peierare voluerint: quamuis reuerentiam in Deum neglexisse nullo tempore non sit damnosum. Iam quomodo, qui tam præclaram & celebrem opinionem habuit, quod possit & sciat esse philosophus, reuerentiam erga deum tam fœdæ & reprehensibili voluptati postponere debuit?

Cimon incestus & fur.

Cimonem autem optimis præditum moribus, vt quisquam alius, videat etiam is, qui tam subrecto supercilio de isto glorietur. Nam Ephinicen, eodem sanguine & semine ortam pro vxore habuit, & Persas ipsos, imò & ipsum summum Iouem imitatus, eodem cum sorore thoro vsus est. Accusante autem illum, strenue tyrannidis Cleone, quum iudicaretur Athenis in isthoc crimine deprehensus, pœnas iuxta leges luit. Scribit etiam de eo Theopompus, quod furacissimus fuerit, & fœdis paruisse consilijs non semel redargutus sit, primúsque Athenienses milites dona recipere docuisse ac corrupisse videtur: tametsi quo pacto non omnibus modis fœdum fuerit, & pessimarum infirmitatum extremum, ita iniustis lucris vinci, esseque tam lucri auidum, & ob sororis nuptias, parum barbarorum cedere dementiæ, atque adeò in naturæ leges peccare.

Aristides inuidus.

Iam & Aristides de sublatis pecuniis manifestè redargutus, pœnas luit, eratq; tam amarus ac inuidus, & ob aliorum gloriam insaniens, vt quum aliquando Athenienses ipsum rogarent, quomodo optime gubernarentur, & omnia ciuitati feliciter succederent? dixerit, id non aliter fore, nisi ipse vnà cum Themistocle sepeliatur: offenderat autem illum Themistocles, quod nauali prælio optime se gesserat, & gloriam maiorem militiæ assequutus esset.

Mosæ virtutes.

Prætereo autem nunc plurima & vera, quæ de aliis qualescunque tandem sint, dicere possem, conuerto autẽ me ad sanctorum bona opera. Quem suorum comparabit optimo Mosi, qui & à Græcorum historicis testimonium habet, quod primus fuerit legislator, maximeq; claruerit. Alias sanè viri virtutes ex diuinis scripturis viderit quis: deo enim illi dãte potestatem, Ægyptiorum flumina in sanguinem vertit, grauibúsque grãdinibus, & in profunda & densa nocte habitantes flagellauit, & cognatos per medium mare euntes à Pharaonis crudelitate liberauit. Post illum autem Iesus dux exercitus designa-

tus, similibus ferè operibus effulsit, & rapidas Iordanis aquas à cursu moratus est,& sicco ferè pede traduxit filios Israel: oratione facta ad vniuersorũ Dominũ, solis ac lunæ cursum sistit. Et hic plurima,memorabiliáque adducere quũ possem, omitto nunc. Vtar autem beati Pauli vocibus, qui scribens Hebræis, sic inquit: Et quid de Gedeone,Samsone, Baruch, Iepthe, Dauid & Samuele ac prophetis, qui per fidẽ expugnarunt regna, operati sunt iustitiam,adepti sunt promissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugarunt acies gladij, validi facti sunt ex infirmitate, effecti sunt robusti in bello, castra euerterunt alienigenarum, acceperũt mulieres ex resurrectione mortuos suos. Et adhæc: Obambularunt in ouillis & caprinis pellibus,destituti,pressi,afflicti,quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes & montibus & speluncis & cauernis terræ. Et quid his dic obsecro clarius? quid cum illis de virtutum gloria certaret? Non erat illis mundus dignus, cedit autem dignitate, præstantia bonorum operum factus inferior. Per mundum hic eos qui in mundo erant intelligere decet. Porrò quoniam dicit vilissimos apud Græcos milites, maiore vsos esse clementia in eos qui in se offenderant,quàm Moses in eos qui nihil peccarant. Audiat etiam à nobis: Nullus tibi pensi videtur esse crimen,vir strenue,& paruum quid impietas erga Deum,& deserto eius cultu, sceptrísque & iugo contemptis, amplexari potius, & tanquam rem meliorem immundis dæmonibus velle esse subditum. At nisi ille iisdem criminibus esset implicitus cum apostatis, videretur vtique ei verè arduum quiddam & graue, extremísque dignum suppliciis. Verum quia diabolico laqueo irretitus est, & ineffabilem gloriam Dei contemnit, opinatur sua posse conciliari aliis, dicens nihil offendere eos qui in diuinam illius gloriam nefariè debacchentur.

Hebr. 11.

Impietas in deũ punita.

Quanquam & Græcorum legibus decretum sit,Deos alienos propter cognitos & veros,non esse iudicandos,neque turpe quiddam & absurdum de illis dicendum. Censebántque se pie agere, si talia patrantes non pecunia mulctarent, sed capite plecterent. Vnde Anaxagoras dicens solis circulum esse lapidem ignitum, morte ab Atheniensibus iudicibus est punitus. Diagoras quoque quum de diis scripsisset, quæ discipulis suis non probabantur, impietatis accusatus est: & ferè periisset,nisi ocyus relictis Græcis ad alios fugiens sibi consuluisset. Quin & ipsi Diagoræ Melio cauillanti aliquando sacrificia, festa, & sacramenta illorum, aiunt sacrarum legum præsides adeò succensuisse, vt occidentibus ipsum talentum argenti decernerent. Transeo & Socratem, dicentem sibi dæmonium vaticinari, & iurantem per quercum, & canem: & hanc ob causam, sicut prius dixi,accusatoribus vrgentibus conuictus est. Quod si falso cognominatorum deorum tantum Græci rationem habebant, quod & in ipsos irati animaduerterent, quasi omnes leges præuaricati essent. Arguit autem Mosen, & in castiganda multitudine,quę & numero melior erat,durum esse dicit,quod permiserit paucos pati, qui omni reuerentia in Deum deserta Beelphegor initiati sunt: quum magis decuisset illum, vt pium & cultorem Dei, summis laudibus extollere. Hoc autem ille non facit, & vnde illi tanta probitas? Traducens autem iterum Hebræorum exercituum duces,hoc est reges,sic inquit:

IVLIANVS.

Quod igitur vobis regnum annunciabo, vtrum Persei vel Æaci,vel Minois Cretensis,qui mare à piratis purgauit abactis barbaris vsque ad Siriam & Siciliam, regni fines in vtrasque proferens,non solum insulis,sed etiam maritimis imperabat:& quum diuideret cum fratre Rhadamãtho,non terram quidem, sed hominum curam, ipse quidem ferebat à Ioue acceptas leges,illi vero permittebat,vt quod iustum erat,exequeretur.

CYRILLVS.

Dudum dixi,priscos Israelitarum reges, Mosaicis legibus bene ac sapiẽter institutos,& omne iusticiæ genus ad miraculum vsque colentes, nihil vel auferre, vel abducere quod aliorum erat,voluisse,cessisséque eis res pro votis. At tuus ille ô strenue, Minos,quamuis à Ioue,vt dixisti,leges accepisset non solis Cretensibus imperare volebat, quorum princeps erat: sed ita ad ampliandas opes ac potentatus anhelabat,vt etiam eos qui nihil ad se attinebant, bello diuexaret, insulásque iure belli diriperet,ac liberos in seruitutem manciparet, demum & incursionem iniustam in procul absentes faciens,malitiam suam declararet. Homerus itaque calamitatis mediatorem fuisse ipsum dicit. Phædram enim & Prognen vide, inquit, pulchrámque Ariadnam filiam Minois perniciem spirantis. Callimachus: Et insularum ceruici graue iugum iniunxit Minos. At siquidem ita esset,quod iuste imperasset,planè neque perniciei mediatorem ipsum vocasset poetarum optimus, neque taxatus esset insulis grauissimum & intolerabile seruitutis suæ iugum imposuisse. At hæc quidem sic se habuerunt. Quæ etiam in domo illius euenerunt,digna sunt vt videãtur. Erat enim ei vxor Pasiphae, filiæ verò Phedria & Ariadne, & vxorcula eius amans præter naturam etiam cum tauro rem habuisse fertur, & monstrum quoddam peperisse. At filiæ omnes tragœdorum impleuerunt scenas,propter libidinem male audientes.

Minos tyrannus iniustus.

Afferantur ergo & Persei gesta plena deliramentorum & fabularum,ac extremorum mendaciorum. Post illos de Minoe sermones,venit in latum narrationum pelagus, Græcarúmque historiarum meminit,Dardanum dicens ex Ioue natum esse,& Atlantide Electra, fuisséque incolam Dardaniæ: mortuum verò regnasse cum Ioue, & alia quædam cum his delirij & vaniloquij plena. Commemorans autem interea & nostrum omnium saluatorem Christum,tollit iterum in excelsum superbiæ cornu,& de illo dicit:

IVLIANVS.

At Iesus, qui suasit quod nobis pessimum, ad paucos annos trecentos circiter nominatur, & quo vixit tempore nullum opus memoratu dignum fecit,nisi quis claudos & cæcos curare, & dæmones adiurare in Bethsaida & Bethania castellis opus esse maximum putet.

CYRILLVS.

De Dardano quidem nihil vel eximium,vel memoratu dignum potuit dicere: fabulosam verò laudem pro pulchro bono opere ponit. Cæterum quod dicit,paucos fuisse congregatos à nostro omnium saluatore Christo. Paruum facit orbem, & facile numerabiles esse putauit eos, qui vniuersum orbem. Et vbinam multos inueniemus,si omnes sunt pauci? Quod autem non decipiantur,sed potius ex errore Græcorum recedentes ad veritatem transferantur, qui ad euãgeliorum sermonem accedunt, opera ipsa clamabunt,etiamsi nos tacuerimus. Diuina quoque signa per Christum facta perturbare audens,admirari nescit quę admirari decet. Quomodo enim aliter Deus esse cognosceretur,qui factus est homo,manens quod erat? Nũquid maximum illud, & immensum euolueret cœlum, & terram aliam præter hanc iuberet nobis ex aquis seruire, & innouaret quiddam circa solem & lunam,astráque cætera? Verum non huc spectabat,quum fieret homo: miserabitur autem potius hominem dæmoniorum seductionibus in extremam miseriam deductum, & ignorantem penitus quis natura & verè sit Deus omnium opifex, deiectúmque in mentem tam ignauam ac reprobam, vt adorare creaturam præter creatorem, lignísque ac lapidibus exhibere cultum vellet. Itaque vt mentem ad scientiam veri transferret,apparuit Christus in specie nostra, filium se esse dicens,per quem vniuersum hoc soli datum est.

Qualia miracula Christi.

Quoniam autem miracula ferè conciliant fidem,sanauit infirmos,cæcis lucem indidit, immundísque dæmonibus imperauit, vt se in abyssi cauernas reciperent, erátque necessarium facere, quod ab eo præceptum: liberi etiam fiebant qui ab illis vexabantur. Mare & ventos increpans,iubebat tranquilla fieri. Neque ignorabat natura talia imperantis potentiam, vocabat mortuos ex monumentis, fœtidos iam & corruptos,iterum recipere vitam se decentissimis nutibus effecit. Quid his,dic oro, fulgidius? Quid ita magnificum? Itaque si medicæ experientiæ ostentatio est miraculorum operatio, ne faciat venerabilem, & irreprehensibile sit,quod non admiretur eam: sin virtutis maxime diuinæ esse comprobatur, quomodo non est verum, id quod

quod dixi? Etenim citra vllam affectationem, & vt videtur, studium, admirationem merentur ea quæ maximi facienda sunt: tametsi tuum, vt summũ Iouem,& alios qui cum eo sunt,quos tu deos esse dicis, inueniemus impotentiores, quàm vt à mortis laqueo eripere possint detentos. Et id nos docet poetarum optimus,dicens:

Cæterum mortem quidem, secum trahentem, neque dij quidem,
Etiam ab amico viro poterunt auertendo iuuare, quando scilicet
Parca perniciosa asperæ mortis destituit.

Inani autem de Dardano scripto absoluto, statim ad Æneæ transit exilium,& à Troia ad Italorum gẽtes profectionem manifeste narrat. Remi quoque & Romuli mentionem facit, & quomodo Roma ædificata sit, & longos in hoc producit sermones, datúmque esse eis à Ioue dicit sapiẽtissimum Numam, de quo sic inquit:

IVLIANVS.

Sed postquàm extructa illa est, multis quidem bellis pressa fuit,in omnibus autem præualuit ac vicit: & quum increscerẽt pericula opúsque haberet maiore securitate, Iupiter ei sapientissimum Numam misit. Hic Numa honestus & bonus erat,& versabatur in desertis syluis, eratq; semper cum diis, prout mire sapiens erat. Et post alia: Hic multas sacrificandi leges protulit.

CYRILLVS.

Itaque quandoquidem, sicut ipse dicit, honestus & bonus erat Numa,& splendida præditus intelligentia,etiam plurimas sacerdotum constituit leges. Diligenter ergo inquiramus,quem habuerit ille cultus modum. Scripsit de illo Dionysius Halicarnasseus, qui Romanorum historiam diligenter cõposuit, quod templa quidem & delubra extruxerit, simulacrum autem in illis erat nullum. Nam quia Pythagoræ philosophiam commendabat,cuius & dogmata sequebatur, cognouerat deum omnino specie & forma tali carere, affirmabatque illum gaudere mentalibus & non carnalibus sacrificiis. Idcircò & constructa templa Fidei nominabat,qua sola deus ab hominibus quãtum capaces sunt videtur: & subditis præcipiebat,vt per Fidem iurarent. Cæterum hic laudibus summis illum prædicans, Fidem in deum nephariè conspurcans, non confunditur ligna & lapides inter deos recensere, & omnigenas idolorum constitutiones approbare: nec cessat armenta boum illis immolare, vt & cum ipsis Numæ legibus pugnet. Ad hæc & alias quasdam friuolas & aniles,delirásque fabellas annectit ac dicit:

Simulacrũ nullum in templo Numæ.

Iurare per fidem.

IVLIANVS.

Igitur hæc quidem ex arreptione & inspiratione diuina, per Sybillam,& alios qui per illud tempus patria voce oracula reddebant, à Ioue orbi data esse apparet: sicut & ancilia de cœlo sunt lapsa, & in crista galeæ caput apparuit, opinor Numæ etiã magni Iouis sellam affuisse. Hæc ne inter prima vel secunda dona numerabimus? Et ô miseri homines, quum seruentur arma, quæ magnus demisit Iupiter, hoc est pater Martis, pignore dato,non verbo, sed re, quod ciuitatem nostram perpetuo protecturus sit,cessatis adorare & colere: & interim crucis lignũ adoratis, imagines illius in fronte & ante domus pingentes. Igitur digne quis vestros prudentiores odio habebit, vel misericordia dignabitur imprudentiores,qui vos sequentes in eã perueniunt calamitatem, vt etiam relictis æternis diis,ad mortuũ Iudæum transeant.

CYRILLVS.

Qui ista sic se habere suspicatur, & impudens ac nepharium os contra eminentem saluatoris nostri gloriam dilatat, à maligno aduersarioque dei spiritu, à me minime denegabitur esse arreptus. Nullus enim dicit anathema Iesum nisi in Beelzebul, quemadmodum sapientissimus Paulus inquit. Quod autem ancilia à Ioue missa, & cranium, hoc est caput inuentum esse, nescio quomodo dicit, ridicula sunt, puerilésque nugæ ac neniæ, nihilque præterea, quare talia non valde curamus. Porrò miseros esse dicit, quibus curæ est semper & domus & frontes signo preciosæ crucis signare: absque labore demonstrabimus eiusmodi sermones à malis cogitationibus profectos, extremam sapere imperitiam. Nam vniuersorum saluator & dominus, quamuis potuisset in forma cum patre omnibus modis æquali agere, & in diuinitatis solio considere, non rapinam tamen arbitratus est se esse æqualẽ deo, sed seipsum humiliauit, formam serui accipiens, contemptaque ignominia, crucem sustinuit, vt corruptionis aboleret potentiam, vnus pro omnibus mortuus, & excitatus, vt à mortis laqueis humanum eriperet genus, vt tyrannidem peccati quod in nobis dominatur destrueret, vt legẽ in membris corporis sæuientem sedaret, & spirituales faceret adoratores mortuumq; faciens in nobis sensum carnis, filios efficeret dei eos, qui in se crediderũt, & sanctificaret per spiritum, vt tyrannide in omnes spoliaret satanam malorum autorem, & lethiferam bestiam, ac malignas virtutes quæ sub illo sunt, quas calumniator noster gentium principes & tutelares deos nominat. Hæc omnia recordari nos facit salutare lignum, & suadet vt cogitemus, quod sicut dicit diuinus Paulus, Vnus pro omnibus mortuus est, vt viuentes non vltra sibiipsis viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Quid signũ crucis in memoriam reducit.

Quod autem deo viuere, hoc est, honeste & religiose conuersari beatissimos faciat eos quibus id studij est, omnibus manifestum inquam, & propterea, vt dixi, preciosi ligni crucẽ facimus in memoriam omnis boni & omnis virtutis.

Quoniam autem res illa ei vituperatione non carere videtur, dicat oro iterum. Interrogabo enim: Vis cogregantes tabulas intra domus septa, optimum accersamus pictorẽ, cui dicamus: Animus nobis est, ô pictor, velle docere formosos pueros intemperantiam damnum ipsis afferre, volumúsque suadere mulieribus quæ in domo sunt, inhonestam vitam ipsis esse perniciosam: sed fortasse istis sermo docere volentium non sufficit, vt recte & inculpate viuere velint. Ponatur eis & ob oculos pictura quædam adiuuans sermones docentium, pingatúrque in tabulis ante alios deorum summus Iupiter: assideat autem, si placet, Phryx adolescentulus Ganymedes, honestus item illius & memorabilis ludus, intemperatǽque libidinis indicium: pingatur autem & Alcumena, apud quam nouem permansit noctes, qui & in fœdissimis sacietatem nõ experiebatur. Stet etiam Semele,& omnis mulierum chorus. Videatur preterea & Neptunus, assistentes habẽs quas flagitiose vitiauit Amynonen, Ællopen, Hippothoen, & alias. Et etiam pingatur simul adolescẽs Lydius Pelops, inquam. Decoram effigiẽ sumat in tabulis subridere solita Venus, quæ multos nouit amatores. Ferè me pręteriissent, ô pictor, redolentissima illa planta, Daphnen dico, & quæ de illa celebrantur: pinge mihi Apollinem victum modestæ puellæ fragrantia, & fugiat quidem puella inquinamentum exosa, insectetur autem Apollo, etiamsi amantem non assequatur, coronetur ramis, ne lateat crimen. Vis igitur vir strenue, vt lignum quod nos ad recordationẽ omnis virtutis inducit, abiiciamus, & relinquamus, puerísque & mulierculis tua proponamus. An forte repugnabunt dij & deæ, ne à pueris & mulierculis qui vident hæc planè inutilia, destruãtur? An non ridicula sunt hæc, & euidens summæ stupiditatis demonstratio?

Nostræ picturæ pietatẽ docent.

Dicit nobis in summam cedere perniciem, quòd ab æternis recedamus diis, & pro eis Iudęum eligamus mortuum. Obsecro dic mihi, quomodo genitos & in tempore productos æternos esse dicis? Nónne tuus Plato conspicuos & mẽtales deos, conditos esse fatetur? quomodo igitur æternum, quod in tempore productum, & ad generationem veniens, obnoxium corruptioni, quantum ad rationes naturæ insitas attinet? quandoquidem mentitum non est, omne quod generatur, omnino etiam corruptioni subiacere. Mortuum autem nominat Christum. Nec mirabile est, errat enim, & venerabile incarnationis nescit sacramentum. Non enim dixisset mortuum eum, qui secundum carnem mortem gustauit, vt mortem solueret. Quomodo enim vinceretur à morte, qui aliis vt viuerent præstitit? Nam permisit quidem cum dispensatione, vt carnem suã mors accederet, quæ caro sua erat secundum dispensatiuã appropriationem: reuixit autem iterum, & mortem percussit, vt in ipso & primo humanæ naturæ aditus & vita pateret, ad vincendam mortem & corruptionem. Quapropter & nominatus est primogenitus ex mortuis, & dormientium primitiæ. Nam vt diuinus Paulus inquit: Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur.

νοητοὶ ἐμφανεῖς.

Qualis mors Christi.

Coloss. 1.

1. Cor. 15.

Peruenit etiam mens eius in eam inscitiam & ægritudinem, vt illis ipsis honestari se putet, propter quæ maximas accusationes expectare meritò debet. Transeo enim, inquit, matris deorum mysteria & zelo Marium. Bene scilicet, non enim Dardani

ludus est. Nam ille instituit Corybantum insaniam, & in speluncis Idæ nocturna sacrificia & impura mysteria, quãuis alioqui auditoribus narratione fatua & plenè nefaria omnibus modis nocuerit. Annumeret etiam eis ipse inter bona quæ à diis Romanis data sunt, Marium, qui olim regnauit, superstitiosissimúsque fuit & crudelissimus, & in eam peruenit animi ferociam, vt puellã quam honeste educauerat, & præ omnibus pueris gratiorem & dulciorem habebat, dæmoniorum immolaret aris. Ita enim credebat bonos deos velle coli, oblectariq; si sui cultores sentire vellent, quod super omne malum est: nempe nihil existimare melius, quàm fieri homicidas propriorum filiorum quos genuerant. Idcirco si Marium laudat & admiratur, reprehendit eos qui facere eadem quæ illi nolunt. Suadeat cultoribus deorum, quos gentium principes & ciuitatum defensores vocat, petere sobolem, non vt domi educent quam genuerunt, & ad filios filiorum genus suum propagent, sed vt suo sanguine mansuetissimos Deos mulceant. Nam fortassis inter cætera sacrificia hæc illis probatiora sunt, & liberatus est à crimine si quis filios suos occiderit. Quia autem talem rectè dicimus immansuetum, ferocis animi, & bestiis crudeliorem, & redarguerit talem communis naturæ lex, vtpote summæ crudelitatis & nephariæ mentis: quare ergo admiratur (& eximiũ deorum donum esse dicit) eum, quẽ si quis æmulari vellet, nepharius & exosus omni homini foret? Hoccine deorum donum est dic obsecro, vel fortasse dignum, quod cum aliis laudetur? Simile est enim illis xenium, & concedunt suis quæ & coli norunt. Et non solum ab his donatum esse dicit Marium, sed præterea etiam falsorum vatum inuentos esse modos. Scribit autem sic:

Marius filiã suã immolauit.

IVLIANVS.

Etenim spiritus, qui à diis in homines peruenit, rarus quidem est, & in paucis fit: neque facile omnes homines eius participes sunt, neq; omni tempore: & idcirco qui apud Hebræos dabatur, cessauit. Vnde neque qui apud Ægyptios erat, in hoc vsque tempus seruatur. Videntur autem & per se nata esse miracula, quæ temporum cedunt circuitu. Misericors noster dominus & pater & Iupiter cogitans ne omnino communione deorum priuaremur, dedit nobis per sanctas artes considerationem, qua in rebus necessariis sufficiens habituri essemus subsidium.

CYRILLVS.

Hic spiritum ex diis vocat spiritum falsorum prophetarum. Mos enim erat illis fingere furorem, & quasi arrepticij facti à vaticinante spiritu, visiones cernere, quo mendacium fieret magis acceptum. Plurimi autem tales erant & multiplex imposturæ illorum modus. Nam alij erant aruspices, & per ignem vaticinantes, alij verò per farinam & cum illis iecinoris inspectores, & curiose attendẽtes fumos ex sacrificiis in aërem permeantes. Alij verò & necromantici erant, ventriloqui, & prodigiorum obseruatores. Quod dicit defecisse in illis spiritum diabolicum, laudo quidem sermones, veruntamen ignorat causam quare cessauerit mendacium, & siluerint, sicut ipse dicit, per se nata oracula. Nam postquàm illuxit in mũdo Christus, repressa est omnis dæmoniorum tyrannis, & quasi scena puerilibus ludis impleta, deceptio soluta est, ipsi autem intra inferni portas continentur, quamuis olim prophanissimi & perniciosi dæmones mundum errare fecerint.

Falsorum prophetarũ mos.
Vaticinij genera.
Vaticinia quare cessarunt.

Cæterum illud dicat, quomodo per se nata oracula temporum circuitu cedentia, siluisse dicit? quomodo si quis fuit omnino verè deus, qui futura priscis significare attentauerit, vincatur ita temporibus, vt cognitio eius minor sit quàm antea? & quomodo æternos illos esse dicit, quum & tempore inferiores sint, & quasi inueterationem expectent, parum differentes à nobis? Igitur quoniam dicit, siluerunt oracula, & fortassis senescens Pythius delirare incipit, & ad decipiendum mendaciorum modos vltra ignorat. Dedit nobis Iupiter per sanctarum artium considerationem etiam adiutorium? Quid facis, vir strenue? nunquid venerabiles & sacras artes vocas maledicta, falsa vaticinia? etiam imposturas esse dicis hominibus vtiles, qui illas norunt. Has enim adiutorium hominibus datas esse dicis, venireque ipsis donum quasi ex Ioue subsidium vtilissimum. Recte scilicet amice. Oportebat enim tuum patrem & regem tam fœdis vti subsidiis, vt videretur admittere ea quæ & à cõstitutis legibus abludunt, & quę facientes extremorum criminum reos

E constituerent, vel si fortè solum nouerint aliis facientibus.

Quoniam autem dicit, quod & apud ipsos Hebręos propheticus spiritus defecerit, respondemus, quod finis prophetarum & legis fuerit Christus. Nam omnes quidem qui olim fuère sancti, etiam futurorum accepta cognitione, quam deus per spiritum sanctum eis immisit, Christi sacramentum antea clamauerunt. Postquam autem in medium ipse prodiit, & apparuit hominibus, cessauit quidem prophetiæ veteris donum: loquitur autem & nunc futura in sanctis deus, sicut sibi placet, & in sanctis moratur animabus. Proinde non defecisse dicitur spiritus, sed transtulisse nos in nouitatem gratiæ. Sic autem ad prædicta adiicit aliquid aliud quod sibi probatur, & dicit:

An spiritus prophetiæ cessarit.

IVLIANVS.

Oblitus ferè eram maximi doni solis & Iouis, quod tamen rectè sub finem seruaui. Etenim non est solum nobis proprium, sed commune arbitror cum Græcis nostris cognatis. Iupiter enim in mentalibus ex se Æsculapium genuit, super terram autem per fœcundi solis viam apparuit: is vbi ex cœlo super terram prodiit, circa Epidaurum quidem in hominis specie vni-
F formiter apparuit: quum multiplicaretur autem inde progressionibus, super omnem terram salutarem suam dexteram extendit. Venit in Pergama, deinde in Ioniam, in Tarentum: posthęc iterum venit in Romam, abiit in Con, & inde in Ægas, postea in vniuersam terram ac mare, non singillatim nos inuisit, & quodammodo animas negligenter viuentes, & corpora infirma corrigit.

CYRILLVS.

Arroganter quidem dicit, ex Ioue in mentalibus natum esse Æsculapium, apparuisse autem in hominis forma. Omnium autem sermone fertur ex Coronide & Apolline natus, quæ à sacerdotibus, vt verisimile est, in Apollinis templo vitiata fuit. At hic de illo honestum & sublime quiddã sentit ac loquitur, semper nimirum mendax: quamuis apud Græcorum sapientes plurima & absurda de illo scripta sint. Etenim Apis Ægyptius nõ obscurus inter eos qui illic erant templi ministros, & naturalis philosophiæ scientiam sortitus, dicit. Hunc ferunt primum artem medicam exquisiuisse & tradidisse felicius, quàm eos qui ipsum præcesserant, communicasseque & Æsculapio. Hic vbi
G profecerat in ea disciplina, noluit vltra in Ægyptiorum ciuitatibus morari, sed lucri cupidus & turpibus cõsiliis obnoxius, omnem, vt ita dicam, circuit regionem, ab omnibus lucra petẽs, & venale studium suum languentibus præponens. Inflatus autem ob scientiam, & superbiens etiam Deum se nominabat, & mortuos se suscitare posse delirans imaginabatur. Veniens autem ad Epidauros, & illic summam sibi gloriam arrogans esse se deum quendam, fulmine ictus est, pœnam illi dignissimam deo intentante, & per id quod patiebatur declarante se nihil aliud esse omnino, quàm terram ac puluerem. Sed quæ de illo dicat Odarum conditor Pindarus, videre operæprecium fuerit:

Æsculapius quis fuerit.
Aesculapius fulmine ictus.

Vicit & illum superbi animi,
Aurum in manibus apparens.
Manibus autem Saturnius per vtraque præcordia traiectu deiecit ocyus.
Flagrans vero fulmen mortem intentauit.

Quin & tragicus Euripides dixisse Apollinem contendit:
Iuppiter enim autor mortis, filij mei Æsculapij,
Pectoribus iniecta flamma.

H Quomodo igitur maximum & eximium donum Solis, & Iouis, sicut ille dicit, quem igne exussit is deus, qui hominum opera iusta sentẽtia trutinat, & reddere vnicuique pro suis meritis solet, vel præmium vel pœnas.

Sed profuit vitæ, inquit, medica ars, nunquid propter hoc per eam & deos meliores factos esse dicemus? quamuis considerare liceat, & alias scientias, & artes etiam sordidiores, non frustra inuentas, sed humanis vsibus vtiles ac necessarias. Nunquid propterea eos, qui initio ignis operam dederunt, vel certe sortiti sunt in aliqua alia arte gloriam maiorem, diuinitatis honore coronabimus? Itaque siquidẽ fecit aliquid deo dignum Coronidis filius, si cæcis quibus oculi adempti lucem immisit, si iterum redire ad vitam iussit mortuos, si claudos rectis pedib⁹ incedere, & lætos ad pomum redire fecit, etiã à nobis honorem accipiet, quod admiratione dignus sit. Si autem probatus circa quosdam ægros fuit, laudetur quidem & ipse, vtpote experiẽtia medicæ

medicæ artis clarus: sed non contemnat hoc dictum, Nosce teipsum. Auarum igitur & arrogantem medicum optimus ille in deorum retulit numerum, & adhuc superbum surrigens supercilium, sic iterum de illo inquit:

IVLIANVS.

Quid tale sibi datum esse à Deo gloriantur Hebræi, ad quos à nobis vos sponte persuasi transitis? Si illorum quidem sermones attendissetis, non omnibus modis tam infeliciter ageretis, sed peius nunc habetis, quàm si adhuc nobiscum essetis: leuia autem quasi essetis, & tolerabilia. Vnum enim pro multis dijs coluissetis, non hominem, imò non multos homines miseros, vsos lege dura quadam & aspera, agrestémque barbariem spirante, pro his legibus quæ nobiscum iustæ & misericordes, & siquidem in aliis deteriores, sanctificatione tamen puriores & castiores: nunc autem vobis euenit quod sanguisugis, qui pessimum exugunt sanguinem, & puriorem relinquũt.

CYRILLVS.

Plurima sanè & dignissima, & quæ admirabitur quis valde rectè, à Deo vniuersorum Domino Hebræis donata esse demonstrari possent, etiamsi nihil tale quale se recepisse gloriantur à sole & Ioue, ij qui à veritate abscesserunt. Oportebat enim eos quos illi vocant ciuitatum defensores & gentium principes deos, hoc est dæmones largiri suis abominationibus quàm simillima. Deum autem naturalem & verum, qui omnibus imperat, & omnium rex est eos qui suum colunt imperium, fideles protectores, curatorésque animarum & corporum ordinare hominibus, vt Heliam illum Thesbiten, Helisseum, & alios qui per tempus illud decentissima virtutum gloria claruerunt, & eos qui apud Christum fuère, Petrum inquam, & Ioãnem, & alios, quorum solæ corporum vmbræ ægrotantibus ad curandum morbum sufficiebant, eximium Paulum, & eos qui post illum fuerunt. Omittemus autem hos singillatim recensere. Qui autem volunt, poterunt & posthac videre viros venerabiles, & sanctos in virtute Christi per sanctum spiritum increpare mala dæmonia, & eos quos illi deos & seruatores esse credunt, orationis virtute conterere, manuúmque attactu flagellare, atque adeò à variis morbis liberare oppressos.

Quoniam autem iis qui mendacium condemnauerunt, & contra Græcorum errorem quasi ad rauim clamauerunt, prudentérque veritatem delegere, atque Deum naturalem, & vniuersorum opificem cognouerunt, insultat dicens: Auscultantes Christianorum sermonibus decepti estis, & non vnum adhuc colitis Deum, sed hominẽ, imò & multos alios infelices, etiam legi duræ & asperæ atque barbaræ subiectos: operæprecium arbitror sermones, quibus iuuari possumus, etiam hic opponere. Itaque hominem nominat Christum, multos autem & infelices sanctos martyres, quos & sub lege dura fuisse dicit, eo quod dixerit Dominus noster Iesus Christus: Ne timeatis ab his, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt: timete autem potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Porrò nos, vir eximie, dicimus: Nõ (vt tu putasti) deificamus hominem, nec existentem natura Deum adorationis honore dignamur, sed ipsum potius qui ex Deo patre prodiit Verbum, per quem omnia producta sunt, qui decreuit saluare humanum genus, incarnatum esse, & hominem factum esse diximus, processisseque vt hominem ex sancta virgine, vt quoniam inaccessa, & nullo modo attingibilis, imò & omnino inuisibilis diuina & ineffabilis eius gloria, tẽporibus quibusdam definitis quasi vnus ex nobis, secundũ quod apparuit vt homo, dispensatiue cum hominibus conuersaretur. Et quis ille Deus inquam est vniuersorum, naturáque & solus, vt persuadeat sapere, virtutísque omnis scientes efficiat, nos sibi per sanctificationem coniungens, abolito omni principatu, omni potestate & virtute maligna, liberatísq; nobis à falso nominatis diis? Proinde non, sicut tu putas & dicis, & sentire velles, vt homo colitur. Quare enim hoc diceremus? sed hominem qui apparuit Dei verbum agnoscentes, & accedimus ad Deum secundum quod & Deus est, & ex Deo patre apparuit inconuertibilis & incommutabilis. Quod de illo sacramento subtiliter & sapien-

Matt. 10.

ter antea sapientissimus Moyses prædixit, & prophetæ quoque
A sancti prædixerunt, quæ cum illis sermonibus conueniunt.

At sanctos martyres neque deos esse dicimus; neque adorare consueuimus: laudamus autem eos potius summis honoribus, quod pro veritate strenue certarunt, & fidei syncerítatem seruarunt, ita vt & suam animam contempserint, & mortis terroribus valedicentes præualuerint in summis periculis, tantæque fuerint fortitudinis, quasi statuas sibi suæ vitæ excitaturi. Proinde non est indignum, imò etiam necessarium eos qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis honorari laudibus. Quã rem etiam apud Græcorum vetustissimos irrepudiabilem inueniemus. Etenim quum olim pro vniuersa Græcia in Marthatone quidam periclitati essent, & postea confligẽtes cum exercitu Xerxis, nobili morte occubuissent, mos Athenis factus est, quod anniuersariis laudibus eos coronarent, quum apud sepulchra illorum conueniretur. Et quoniam optimus iste sanctos non sinit absque reprehensione venerari, quamuis & ipse Plato dicat de his qui optime viuere voluere & non ignobiliter mortui sunt, postea quasi dæmones factos, & mortuos, ita
B curabimus, & eorum loculos adorabimus. Eiusmodi sanè hæc censebimus, quando quis senectute, vel alio quodammodo defunctus fuerit, qui in vita præ aliis bonus iudicatus est. Et hæc quidem tuus Plato vir strenue, nos autem non deos factos esse diximus sanctos martyres, sed omni honore dignari consueuimus, quodammodo reponẽtes memoriam illis immarcessibilem pro honoribus & remuneratione fortitudinis tã cõspicuæ.

Quomodo martyres colamus.

Quoniam autem frustra cauillatur credentes in Christum, quasi imprudentes elegerint pro vnico Deo colendo multos homines non deos, demonstrare conabor Græcorum inscitiæ esse crimina, quæ ipsi in veritatis adoratores nepharie reiecerunt. Ipsi enim hominibus sacrificarunt, ídque turpibus & libidinosis, & omnibus modis vituperandis, qualis sanè quidam fuit celeberrimus Hercules, quem fuisse Alcumenæ & Iouis filium dicunt, cui magnum & eximium præmium constituerunt, quod vna nocte quinquaginta virgines viciarit. Honorantur autem & alij diuina gloria apud eos ex Thebanis Hermes, ille Memphites, Æsculapius, & cum his Castor & Pollux, Apis & Osiris. Taceo Semeles filium libidinosum & scele-
C stum: adiiciam autem Cleomedem, quem pugilem ferunt crudelem fuisse & atrocẽm, bestiísque ferocibus parum cedentem: & hanc ob causam laudans illum Pythius ex sacra tripode loquebatur, sicut ipsi dicunt:

Quàm indignis gẽtilitas diuinos honores tribuerit.

Vltimus heroum Cleomedes Astypalæensis,
Quem sacrificiis colite quasi non vltra mortalem existẽtem.

Præclara humanitatis præmia certantibus largiris ô Pythie, ô deorum mansuetudinem, ô liberalitatem. Adscribitur diis abominabilis & homicida. Hæc res illos decebat. Porrò Alexandrum Philippi filium ter & decies decretum est nominari Deum ab his qui per id tempus agebant, quin & ipse Alexander vnum ex familiaribus & obscœnarum mulierum adductorem, cui nomen erat Hæphestioni, appellauit Deum, altarióque & sacrificiis coli præcepit. Sed si quis velit singulatim dicere, longos insinuet sermones, innumerabiles enim sunt, qui diuinitatis nomen suffurati fuère.

Quod autem soliti fuerint deos nominare, secundum substantiam quos voluerint, sciet quis etiam inde? Nam Clemens sequens sanctos apostolos, multásque Græcorum historias pro
D ferens, in sermonibus dicit, Senchoniathonis historiam Phœnicum literis scriptam, conuertisséque in Græcorum linguam Iosephum Iudæum, qui admirabilem in doctrinis sortitus est gloriam. Dicit igitur Senchoniathon ille, quamuis Græcorum superstitione plenus: Antiquissimi Græcorum præcipue Phœnices & Ægyptij, à quibus cæteri homines hunc morem acceperunt, deos nominabant magnates, qui aliqua ad humanæ vitæ vtilitatem inuenissent, vel in aliquo gentibus benefecissent. Benefactores autem istos, & multorum bonorum operum autores censentes, quasi deos adorabant, & vtilitati cuipiam præfectis templa pręparantes, columnásque & virgas nomine illorum consecrabant. His quos valde venerabantur Phœnices, dies festos maximos decernebant. Pręcipuè autẽ à suis regibus, mundanis elementis & quibusdam existimatis diis, nomina indiderunt naturaliter. Solem & lunã, & planetas, stellas, & elemẽta, & quę cũ illis sentiebãt, deos solos sciebãt: & hos qui-

Senchoniathonis historia.
Principes olim dij vocati.

dem mortales,illos verò immortales.Proinde nos quidem minime, Græci autem potius deprehenduntur fuisse hominum E cultores,& Dei gloriam incircunspecte, quibus olim voluerũt tribuisse. Cæterum dictis istis sapiens Iulianus vbique contra Christianam religionem agens,etiam alia quædam addidit:

IVLIANVS.

Scitis enim,quod sanctificationis ne mentionem quidem fecerint: imitamini autẽ ipsorum furores & amaritudinem,subuertentes templa & altaria,& occiditis nõ solum ex nostris qui in paternis traditionibus manẽt, sed etiam ex hæreticis qui vobiscum seducti sunt, qui non vobiscum eodẽ modo mortuum deplorãt,sed hæc potius vestra sunt.Nullo enim modo,hæc vel Iesus tradens præcepit vobis vel Paulus:causa autem est quod non speraverunt vnquam eo vsque res suas peruenturas. Gaudebant enim si ancillas deciperent & seruos, & per hos mulieres & viros,quales Cornelius & Sergius:quorum vnus si videtur nominatus inter nobiles qui tunc erant(sub Tyberio enim vel Claudio hæc facta sunt) credite,quod de omnibus mẽtiar. F

CYRILLVS.

Audacter iterum loquitur strenuus ille,& sanctimoniæ negligentes esse dicit eos, qui se à Græcorum errore alienant, & ad veritatem contendunt. An non ridicula hæc sunt & aniles neniæ?Age ex suis sapientibus dicamus ei: Despis Menelae in aula nutrite,neque aliquid te iuuat hæc insipientia,resipisce,idque suauiter. Nam nos quidẽ veræ sanctificationis modos inquirentes,omnem veritatem meditamur, & quod in omnibus optimis probatur,admirabili studio obtinere assuescimus. Vos autẽ in tantũ ab his nostris abestis, vt libidinosos vestros deos admiremini,& impudenter meretricantes eos adoretis.

Sed ira vinci nos dicit,& iniuste occidere.At vbi nam hoc factum inueniemus? Contrarium enim verum opinor, id quod reipsa colliquescit. Occisi enim sunt ab ipsis sancti martyres,in nullo absurdo redarguti: sed quod summo Deo fidem seruarunt,beneuolique fuerunt,iniuste accusati.

Arguit autem: Quare templis & altaribus manum admouistis,& impietatis officinas diruistis? quamuis dicentem audiuerimus,quod vni soli Deo seruiendum sit: quibus igitur templa erexistis?& in illis aras extruxistis? Nam esse Deum in humana specie neque ipsi dixerint: obluctantur autem nescio quomodo suis super hac re opinionibus. In templis enim multigenas & multiformes species collocantes,adorari illas absque iudicio præceperunt, neque ignorant quod putrefactos mortuos colant: & quomodo non erubescunt vniuersorum saluatorem Christum nominare mortuum,quamuis passum carne,& propter nos mortem gustantem, vt hominis naturam ad incorruptibilitatem reduceret?Non enim mansit inter mortuos,sed reuixit potius destructo mortis imperio, & ablata corruptione nostra,quæ ex præuaricatione Adæ tyrannidem exercebat.

Porrò non relinquit irreprehensam saluantis benignitatem, eo quod mulieres crediderint, vocatíque sint & serui &ignobilioris vitæ quidam. Quamuis melius erat cogitare quod homo homine, secundum quod natus est, nullo modo præstantior sit:sed eadem ratio substantiæ ad omnes pertineat,vnúsque omnium ingressus sit ad vitam & æqualis egressus, sicut scriptum est. Externis scilicet alij interdum aliis plus abundant, vt *Sap. 7.* in opum abundantia &dignitatum eminentia:& alius quidem est qui ministrat,alius cui ministratur. Veruntamen vtcunque hæc se habeant, omnibus hominibus vna est natura. Et proprium ei est, vt probè se gerat ad omne quod laudabile est.Etenim sapiẽs est,& discernere valet deteriora à melioribus.Proinde nihil prohibet eum qui humilioris vitæ est, fieri sapientem, & destitutum opibus studere iusticiæ, & existentem in ministrorum ordine,æquitate & honestate claresc ere. Igitur quare arguit frustra eos,qui diuina prædicatione ad veram irreprehẽsibilémque Dei contemplationem,& ad omnis boni scientiam congregati sunt, nisi possint iisdem diuitijs deliciari, nisíque externis dignitatibus aliis præstent? Sanè ego dixerim inopem, si quidem voluerit recte & iuxta legem viuere, incomparabiliter melius habere auaro diuite, & sapientem ministrum delirante Domino. Scriptum est enim: Minister sapiens imperabit *Prou. 17.* stultis Dominis.

Videre autem licet etiam apud Græcorum sapientes eos qui aliis multo gloriosiores effecti, fuisse ab initio artifices,popularémque & sordidam exercuisse artem,quam illis parentes tradiderant,admirabiléfque factos in sua sapiẽtia.Et transeo quidem multos, ad ipsum autem venio Socratem Sophronisci filium,qui natus est ex matre obstetrice, patre autem marmorario:nihilo minus primatum in sua arte obtinuisse dicunt, hoc tamen nõ datur ei opprobrio. Scribit autem sic de eo Porphyrius in tertia historia philosophi:His autem sic manifestatis dicemus de Socrate quæ apud alios memoria digna habentur. *Socrates marmorarius, obstetricis filius.* Nam alia quidem ad laudem & vituperium eius multipliciter à diſertis viris fabulosè tradita sunt, qui parum amicè iudicãtes inexquisitum reliquerunt,hoc num ipse laborauerit cum patre suo in cædendis lapidibus,vel pater eius solus. Nihil enim hoc obfuit ei ad sapientiam,quod paruo tempore operatus est.Et si sculptor fuisset purioris artis, neque id ad confusionem illi cessisset. Et post alia,iterum opificẽ fuisse dicit Socratem cædẽtem paterna arte lapides, & Timæus in nono ait lapidibus operari didicisse Socratẽ:& si ille quidem minus fide dignus est,vtpote minus amicus.Timæus autem propter ætatẽ,iunior enim Aristoxeni filius erat, vtẽdum Menedeo Pyrræo, qui Platonis fuit discipulus,& senior Aristoxeno.Is dicit in Philocrate, quod nõ cessauit Socrates vel de patre vt marmorario, vel de matre vt obstetrice loqui.Quid,dic obsecro,nocebat Socratẽ,quod marmorarius esset, vel quod natus ex patre marmorario, in hoc quod posset recte agere,quæ censuerat bona esse opera. Licuit ne minus philosophari,quod ex mercenaria fuit matre? obstetrix enim erat,vt dixi.

Verum grauis ille & celebris apud eos Plato non versatus in scholis & palæstris initio, sed ex sudoribus athletarum transiit *Plato gladiatorij filius.* ad philosophiam. Quamuis & de illo dicat Porphyrius,quod apud Dyonysium literas didicerit, apud Aristonem autem argiuum dicunt aliqui, quod didicerit quæ ad ludum illorum attinent. Proinde & in Isthmiis & Pythiis certasse ferunt, & quid hac arte seruilius? ferret enim, vt opinor, nullus recte sapientium nudato corpore palàm in tanta multitudine fœde agere,idque ob paruam mercedem.

Iam quod dicit famulis inaccessam esse philosophiam,ridétque, quod dicuntur ad veritatem vocati: quamuis Zamolxis *Zamolxis seruus Pythagoræ philosoph.* Thrax Pythagoræ minister,mirabilis fuerit apud illos,vtpote in omni disciplina valde edoctus.Meminit autẽ & illius Porphyrius sic dicens:Erat autem ei & alius minister,quem ex Thracia emerat, cui Zamolxis nomen, quem diligebat Pythagoras vacantem sublimium cõtemplationi. Itaque ministros nihil prohibebat fieri sapientes ac bonos,qui pro virtute laborem ferre, & veræ contemplationis splendoribus constare nolebant.

Vituperat etiam istud quod mulieres diuinam nostram præ- *Mulieres philosophæ.* dicationem adeptæ sint, quamuis etiã ipse Plato in Sicilia Dionysij vxorem ad philosophiam vocarit. Sanè Porphyrius Marcellam ob eruditionem,admirabilem fuisse dicit, amicéque inductam in domum,tanquam vxorem voluisse simul viuere.Ad hæc enarrans viam Pythagoræ, sic affectam fuisse dicit Crotoniatarum vrbem, quod seniorum principes multa & pulchra oratione animauerit, deinde iussus alias fecit admonitiones apud adolescentes pro principibus, postea etiam apud pueros H turmatim à ludo venientibus. Denique & apud mulieres, & mulierum conuentus illi præparatus fuit.His autem factis,magna illius gloria creuit, & multos fecit sibi familiares ex ipsa ciuitate,non solum viros,sed & mulieres. Igitur quare accusat saluatoris discipulos,si omnibus diuinam prædicationem proposuerint, mulieréque & viros claros & obscuros, diuites & pauperes, & etiam ex seruis quosdam ad doctrinam vocauerint, docentes qui vniuersorum secundum naturam Deus, & conditor sit ac Dominus? Adiicit autem & alia cauilla contra nos,pro sua libidine,ita dicens:

IVLIANVS.

Cæterum,nescio vnde quasi afflatus hoc dixerim,& vnde egressus sim, quod ad Iudæos sponte transitis,erga nostros deos ingrati.Núquid dij dederũt Romæ vt regnaret,Iudeos autem, vt paruo tẽpore liberi,semper vero serui ac peregrini essẽt:Vide Abraham,

Abraham, nónne peregrinus erat in terra aliena? Vide Iacob, A nónne primum Syris, & inde Palæstinis, & demum senex Ægyptiis seruiuit? Nónne ex domo seruitutis inquit Moses ipsos eductos esse ex Ægypto in brachio excelso? Quum autem habitarent in Palæstina, nónne crebrius fortunas mutarunt, quam colorem vt dicunt Chamæleon? Nunc quidem obtemperabant iudicibus, deinde seruiebant alienigenis. Postquam autem sub regibus esse cœperunt, taceatur nunc quomodo. Neque enim deus voluntarie permisit eis,vt sub regibus essent sicut scriptura dicit: sed ab ipsis coactus & prædicens quod male sub regibus habituri essent. Cæterum habitarunt in terra sua, & agros coluerũt fere quadringentis annis, ex illo tempore primum seruierunt Assyriis, deinde Medis, postea Persis, & nunc postremum etiam nobis ipsis.

Peregrinũ esse non dãdum crimi-num.

CYRILLVS.

Quod mundano & immundo spiritu arreptus talia conscripserit, dicturos arbitror omnes quibus sana mens est. Nullus enim contra ineffabilem & summam dei gloriam loquetur:si quidem cor eius bene habeat, & à diabolici spiritus malicia liberum sit. B

Quum autem interroget quare permiserimus nos ad inuituperabiles Iudæorum mores & leges adduci,& ad illos sponte concesserimus (quandoquidẽ causas addiscere vult,propter quas erga deos illius ingrati simus) dicimus necessariò quod inuenimus apud Iudæos, hoc est apud diuinitus inspiratã scripturam, de vera & de vnica deitate sententiam perspicuam & exactam,omniq; persuasione plenam,leges & institutionẽ,quę virtutis studiosum recta ad omne bonum ducat,exhortationes sanctorum ad continentiam deducentes,bonorum promissiones,spem veram æternæ vitæ, delictorum remissionem, diuini spiritus suppeditationẽ,adoptionis gratiam, & quæ omnẽ mẽtem & sermonẽ excedunt. Oculus enim inquit, non vidit, & *Esa. 64.* auris non audiuit,& in cor hominis nõ ascendit,quę deus præparãrit diligentibus se. Horum desiderio & valde prudenter cõprehensi,sumus in sagena fidei,vt contradicendũ censeamus *Dæmoniũ malitia.* Græcorum ludis,& diligenda ea quę in diuina scriptura tradũtur. Nihil autem animi nobis est erga factitios deos.Nam quã- C uis olim conspicui fuerint in choris sanctorum angelorũ, mali facti sunt & apostatæ:& principatu suo non seruato, excíderũt quidam ne sint vltra cũ deo,& prorsus alieni facti sunt à familiaritate illius, seduxerunt mundũ, terrueruut homines, & in baratra inscitiæ illos immiserunt, & abstrahentes à melioribus peiora adornarunt, seque omnis maliciæ amatores declarauerunt:persuaserunt autẽ non solum ipsos adorari,sed etiã ipsa elementa mundi & brutorũ animalium simulachra, volatiliũq; & marinorũ.An non iustè dicimus deberi ab illis alienari, qui & corruptores & pestes fuerunt vniuersæ terræ.

Neque dixerit aliquis,quod abundantia opum destituti,ægre tulerimus, sed quod in ipsa misera anima offensi & periclitati sumus. Discessimus igitur ab opinatis diis nihil prorsus apud illos inuenientes,quod non extrema malitia dignũ sit.Etenim masculorũ concubitus, & mulierum scortationes, & omnis libidinis studia apud illos sunt fabulæ & risus & portentosa mendacia eorum sunt sacramenta, mendaciũ item pro virtute est,& omne genus immundicię tam sensuum quã animi.Et inuentu quidem difficilis minimè horũ demonstratio.Ecce enim D omnipotente deo suis nutibus etiam res Romanas gubernãte, suæ nobilitatis autores eos qui non sunt,deos fuisse dicũt. Sed vir strenue dixerim qui per ambitionẽ ad hãc dignitatem peruenisti, & aliis dederunt imperandi potentiã, quomodo ipsi suo honore priuati sunt? quã enim olim fraude & mẽdacio rapuerunt omnino abiicere coacti sunt. Christo mendaciũ denudante.Quomodo igitur aliis dederunt imperiũ, qui imperãdi potentia quasi necessariò priuati sunt, & ferè in subterraneos specus detrusi, vbi effugibilis supplicij tempus expectant? Angelos enim dicit qui non seruarunt principatum suum catenis caliginosis in tartarum missos tradidit puniendos in magni dei iudicium.

Quoniam autem Abraham & eos qui illius peregrinos, & aliorum imperio subditos esse inquit,dicat obsecro iterũ, quid res hæc illos offenderit? vel quomodo persuadebit, quod preterea minus boni habendi sint,ac dicendi? Nondum ostendit quod fœdis moribus fuerint, quod iniustis consiliis parnerint, quod criminatores & dicaces & auari, inuidíq; & impostores & in malis operib. exercitati, pestesq; & arrogãtes illi apud iudices accusentur. Illos omnes increpant leges,illos insectari decet,& ferre corrigentium animaduersiones. Hos autem nullo modo declarat esse malos, quod sub imperio aliorum fuerint, hospitéque & aduenæ. Vide enim propagatum sub cœlo Romanorum principatũ.Præest enim non solum Iudæis, sed omni hominum genti & generi. Nunquid igitur eos qui subditi sunt, & legalibus iugis obtemperare volunt, obscuros esse dicemus omninóq; indignos? Nunquid sub regno esse argumẽtum est inexpectatæ calamitatis? sed hoc quis probabit? sunt enim res eorũ iuxta ipsorũ sentẽtiam, imò vltra eorum spem feliciores quàm antea, & hoc ad gloriã magis quàm ad contemptum cedit. Liberet igitur ab hoc crimine & omni reprehensione diuinũ Abraham cum suis,tametsi aduenæ fuerint,& patria relicta in aliã concesserint,totáq; per deum possederint Iudæam,seruieruntq; Persis & Medis, aliísq; finitimis gentib. Israelitæ? nunquid scis causam, vel vis discere.Quoniã reliquerant pium dei cultum,& diis alienis sacrificauerãt, priuati omni cura,barbarorum crudelitatem experti sunt, & graue seruitutis iugum subierunt.

Præterea etiam propter hoc dignum est, vt alienis animis erga Græcorum deos simus. Nullum enim ex suis saluarunt. Adiiciam autẽ vtiliter his quæ dixi.Nunquid turpe & indecorum videtur illi Israelitas sub Saulis regno esse,non approbãte omnium deo? Oportebat enim, fortasse dicet,magis & incomparabiliter erat melius sub illo solo gubernari.Rem enim bene intelligit,& ipsius sermonibus adstipulor. Igitur ingratũ Deo, quod subducant se quidã à iugo eius, & submittant insipiẽtiæ eorũ aliis. Et quomodo omnia sursum deq; moueris, diis gentiũ principibus quibusdã,& ciuitatum defensorib.dæmonibus, dispensasse illũ dicit ipsam vniuersorum prouinciã,quum imperare aliis hominibus nõ permiserit, sed id sibiipsi seruarit, sicut placebat?exasperatur enim petito Saule,vnde dicit per vnum prophetarũ: Et dedi eis regem in ira mea.Tametsi ex cõfesso fabuletur, & malarũ cogitationum adinuẽtionib. insipiẽter glorietur,etiã quæ vult tanquã crimina producit,tametsi omnino reprehensione careant.Et quemadmodũ plus quàm oportet in sanctos furit impius,nullãq; satietatem omnes vituperandi habet,ita etiam contra ipsum Iesum pergit,sic dicens: *Osee 13.*

IVLIANVS.

Qui apud vos prædicatur Iesus,vnus erat ex subditis Cæsaris: quod si non creditis, paulo post ostendã, imò iam dicatur: dicitis enim ipsum descriptũ esse cum patre & matre sub Cyrenio:sed natus quorũ bonorũ autor fuit suis cognatis? Nõ enim voluerunt,inquit, obedire ei.Cur autẽ populus ille duri cordis & lapideæ ceruicis obediuit Moysi? Iesus autẽ qui spiritib. imperabat,& super mare ambulabat,& dæmonia exigebat, & si- *Luc. 2.* cut vos dicitis,cœlum & terrã fecit(non enim hæc ausus fuit aliquis ex discipulis illius dicere præter quam solus Ioannes,idq; neque manifeste,neq; aperte,sed dixisse cõcedatis) num potuit ad salutem suorum amicorum & consanguineorum voluntatem mutare?

CYRILLVS.

Stultus stulta loquetur,& cor eius vanitatem cogitabit,iuxta *Esa. 32.* prophetæ vocẽ. Igitur si alius quis esset ex Græcorũ turba, qui tam friuolis & anilibus sermonibus fideret,dicerem vtique illũ ignorare sacras literas,& ita averitate aberrare,& prorsus ignorare sacramentum dispensationis vnigeniti cum carne.At quia ille de se eximia & magna sentit,existimatque diuinæ scripturæ admirabilem cognitionem se adeptum,audiat nos. Imaginarium sapientem virũ agis ô strenue, & quod nos magnificamus, id etiã deum putas magnificare. Ignoras autem omnino quantũ intersit,& quantum diuina gloria excelsa sit,quamque sint cogitationes nostræ angustæ.Nam oportebat omnino Iesum existentem deum,curã habere nevideatur hominib.gloria minor,& desiderare nobiscũ momẽtaneas has gloriolas & parce dimensas prosperitates, pompásque vanas: quomodo non

melius erat illi omittere dispensationem, & non fieri nobis similem hominem, quum æqualem habeat cum patre thronum summa gloria decorus, & diuinis dignitatibus conspicuus? Igitur si quippiam videtur arguendum & dicendum, cur non potius regis cuiusdam terreni appellatus est filius & natus est ex regina matre, secundum carnem scilicet? Reprehendat obiter etiam quod & homo factus est, & exinaniuit semetipsum forma serui accepta. Nam si omnino ignobilitas grauis & intolerabilis ei fuisset, quum tempus & res ipsa id postularet, melius vtique fuisset dispensationem non ferre: sed erant vt deo humana omnino nihil, & etiam terreni regni amplitudo res parua ei erat, quamuis à nobis summis honoribus celebretur. Vnde & quando cum Pilato loquebatur, summam gloriæ suæ eminentiam manifestabat dicens: Regnum meũ non est ex hoc mundo. Quocirca quare increpas eum qui secundum naturã existit deus, quod voluerit etiam exinanitionem dispensatiuè pati? quamuis nemo dubitet quod intantum sapientia Dei sumus inferiores, quantum & natura minores, id quod ipse per vocem Esaiæ dixit: Nõ enim sunt cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ, neque sunt viæ vestræ viæ meæ: sed sicut distat cœlum à terra, ita distant viæ meæ à viis vestris, & cogitationes vestræ à cogitationibus meis.

Christus noluit ex regina matre nasci.

Ioan. 19.

Esaiæ 55.

Vtilitas humilis natiuitatis Christi.

Vltra dicit: Natus autem cuius boni autor fuit suis cognatis? planè omnium, etiamsi nonnulli non credant. Nam proterea homo factus est, vt & genus suũ appellaremur. Iam cuius nobilitatis virtutem hominibus ostendemus conferendam huic quod participes sumus diuinæ naturæ, sancto spiritu pleni sumus, mentalem cum deo familiaritatem acquirimus. Demisit se ad nostram fraternitatem, quamuis natura deus, & vniuersorum opifex ac dominus esset: filij appellamur summi dei, & adhuc quæris cuius nobis boni fuerit autor? num fortassis parum est, & pro nihilo censetur, quod tam eximium apud te est: & sic quidem si quis regis cuiusdam terreni filius esset, vel inter filios vel fratres numeraretur, hic tibi videretur summam omnium gloriam assecutus esse, & nobis omnino nihil proderit deos nominari, & dei filios & fratres? Nam quare, inquit, in terreni regni solijs non sedit, neque summis dignitatibus decorus super terram apparuit? Requirat igitur dispensationis pro virili scopum. Nam seducta quidem erat vniuersa terra, & erat vnicuique deus & cultus prout sibi placebat. Nã alij quidem adorabant creaturam, & elementis mũdi cultum afferebant. Alij autem suorum deorum artifices erant. Proinde venit de cœlis vnigenitus dei Verbum in specie nostra vt omnibus ad veritatem transire, & quodammodo ex caligine & tenebris ignorantiæ, quæ nobis inerat, ad fulgidum diuinæ contemplationis peruenire lumen suaderet. Quoniam autem vniuersorum opifex sui iuris hominem esse voluit, & in operabilibus propria gubernari voluntate, ob hanc rationẽ, & valde rectè, omnium saluatori Christo bene habere videbatur, persuasione potius & non correctione necessitatis, homines à turpibus liberari, pro quibus meliora potius deligerent, & ea per quæ verisimile meliores efficerentur. Quod si gloria regali ornatus inuictam habens potestatem, præcepisset hominib. sibi credere, non vltra fructus cognitionis fuisset credere, sed potius necessariorum & incuitabilium præceptorum: & fuisset fortassis sicut vnus qui humanis opinionibus diuinitatis gloria indignè honoratur. At quia tanquam vnus ex nobis modesto & submisso sensu vsus est, & ab humana gloria abstinuit, patim sapientissimis doctrinis, partim ineffabilibus diuinis miraculis voluntarios & certè cognoscentes ad meliora transmittit posthac non vltra in mundo dispensatio vituperatur, imò captus est qui contra omnipotentem nugatur. Non fiat enim ignominiosa nobis descriptio, cogitetur autem cũ hoc & illud, quod qui sub Cæsare nobiscum describi voluit, perfector etiã fuit operum quæ sub manu Cæsaris, imò & totius hominis.

Etenim excitauit ex sepulchris mortuos, increpauit importunos spiritus, contriuit verbo satanam, operatus est & alia miracula. Itaque Cæsar quidem terreni regni purpura & externis bonis non substantialiter agnatis agnoscebatur. Christus autem omnium dominus propriam habens & non aduentitiã gloriam, per operum eminentiam clarescebat, intelligitúrque & ipsius Cæsaris esse deus. Non enim quia quidam à iugo eius resiliunt, & rebellem ceruicem retrahunt, propterea minus imperabit omnibus rex & dominus omnium, sed illorum crimen erit rebellio, ipse autem suis bonis potens est, gloriamq; eminentiæ super omnia ne in vno quidem imminuendam habet. Valde autem puerile est, quod dicit non potuisse eum amicorum suorum proposita mutare. Oblitus enim mihi videtur tametsi sæpius audierit, quod homo sit sui iuris, voluntarie vadens ad quodcunque sibi placuerit: ita bene habere gloriam vniuersorum opificis, vt & qui bene operari voluerint laudãdi sint, & qui diuersam iuerint viam vituperandi iustè ab omnibus. Quod autem & opifex sit cœli & terræ, & in summa omnium quæ in illis, vnigenitus dei Verbum, sufficit quidem *Ioan. 1.* & sapientissimus Ioannes, dicẽs: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Comprehẽdetur autem nihilominus etiam aliorum apostolorum consensus. Nam deum contentes illum dignitatem virtutis & eminentiæ, quæ in illo erãt, non ignorauerunt: enimuero sacratissimus Paulus Christum ex ludæis secundum carnem etiam super omnes nominat deũ, *Rom. 9.* & benedictum in secula esse dicit. Alij vero discipuli videntes eum ire super mare, obstupescentes in re tã mira, vnanimi confessione dixerunt ad eum: Verè dei filius es. Et quum sic se habeat, quomodo non erit vniuersorum opifex, quum hoc & diuina scriptura confirmet, nec discordẽt opera, neque ipsi Græcorum sapientes dissentiunt? sicut & per ea quæ iam prædicta sunt, sermo noster antea monstrauit.

Matth. 14.

Libri sexti finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana.

LIBER VII.

Nuexit quidem in sacras literas potentissimus Iulianus, & tam temerè loquitur, inque eam peruenit vituperandi consuetudinem, vt quantum in ipso esset, nulla nostra crimine careremus. Opinatus est vtique rem hanc ad gloriam suam cessuram. At rectè dicent quidam de his, qui similia sapere voluerint cum illo: Quorum gloria est in confusione ipsorum. Arbitror autem illis congruere & illud, quod à Dauide dictum: Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate, tota die iniusticiam cogitauit lingua tua. Dilexisti omnia verba præcipitationis. Sed nihil horum cogitans, insultat sanctis, & insurgit contra nostri omnium saluatorem Christum, & dicit:

Philip. 3.

Psal. 51.

IVLIANVS.

Hæc quidem etiam paulò post, quando de Euangeliorum monstrosis operibus & doctrina speciatim inquirere inspiciemus, nunc autem respondete mihi ad illud: nunquid melius sit perpetuo esse liberum, duobusque milibus annorum imperare maiori parti terræ ac maris, quàm seruire & ad alienum imperium viuere? Nullus tam impudens, quin malit secundum. Et quis est tam insensatus, qui putet deterius esse vincere bello quàm vinci? Si autem hæc vera videntur, vnum ostendite mihi Hebræorum ducem, qui sit sicut Alexander, vel sicut Cæsar. Nullum talem habetis, & per deos bene scio, quod viros illos cõparatione iniuria afficio: memini tamen eorum, vt notorum qui enim his inferiores à multis ignorantur, singuli tamen eorum, omnibus qui apud Hebræos fuerunt, admirabiliores sunt.

CYRILLVS.

Igitur non sentit quidem, quod sermo suus decorem relinquit, & stultissima quæ indecens fuerit adducit. Nam quũ proposuerit Christianorum religionem non esse sanctam, & sanctorum nostrorum dogmatum doctores ad diuinæ contemplationis lumen non peruenire, Græcorum autem sapientes

pientes exactos rerum necessariarum exploratores, subtili indagatione diuina humanáque inferre: iam nescio quomodo recta via relicta, & dicto vale suo scopo proprio, inutilibus & impertinentium cogitationum commentis immoratur. Verum ô potentissime, dixerim tibi, si non videntur aliorum res cum Romanorum gloria & regno posse contendere, sique sunt aliqui apud illos generosi militiarum duces, in disciplina militari alacres & exercitati, ita vt bellis & præliis præstent, aduersariorúmq; potestati præualeant, sufficiet ne hoc, dic obsecro, vt meritò pia & memorabilia Hebræorũ, hoc est Christianorũ dogmata confundantur? quamuis omnibus manifestum sit, quod diuersa vtrorumq; ratio sit. Nam siquidem proposuisset inquirere, quale quis regnum admiratur, vtrum Romanorum vel certe Hebræorum, non aberraret à scopo. Posséntq; recte dicere, qui verè vellent, quod vniuersorũ potestatem habens Deus, non ignorarit futura, annuendo Romanorum principatui, vt omnibus imperare possit, quo omnis regio & ciuitas, & vnà cum alijs ij qui in sacris regni soliis honorifici sunt, ipsum adorarent, id quod tãdem factum re ipsa videre licet. Quia autem, vt dixi, de diuinis dogmatibus nobis est sermo, & quæritur apud quos sit veritas, & vtrum crimine careant nostra vel ipsorum: quid miscet non admiscenda, & sub idem reducere conatur, quæ in nullo inter se sunt similia? Quid enim, si Hebræorum res Romanis subsunt legibus & imperio? Núquid hoc declarabit eos in fide sua malos, & errare, & erga Deum non recte se habere? sed si viuere sub imperio legum, & obtemperare imperantium eminentiæ, opprobrium quibusdam est, nónne qui imperare volũt, subditos iniuria affecerint? & ipse inter Imperatores numeratus, quur ab auaricia sua non cessauit, siquidem subditis obedire malum est? Mea autem sententia leges minime reprehendendæ sunt. Nihil autem absurdum, imò nec essarium esse dixerim, vt flagitiosos accusari eos, qui turbare volunt sub illis viuere volentes. Proinde siquidem vtile est corrigi legibus ad vitam omni laude dignã, quare reprehẽdit viuere sub mandato? Non enim fieri potest, vt omnes homines regia dignitate conspicui sint, alioqui vbi esset obedientia? sed inde occasionem accepit opprobrandi Christo.

Et quomodo ignorauit, quod propter dispensationem cum carne, Christus Mosaicæ legi subiectus fuit, quamuis ipse per Moysen legem posuerit, & per angelos eam nunciarit? Vnde dicit per vnum sanctorum prophetarum: Ipse qui loquebar, adsum. Sed ipse ad tempus & ad vtilitatem legibus Mosæ paruit, qui seruilem, vt dicis, sub Cæsare Cyrenij descriptionem pertulit, qui & mundi rex est: curat autem & idem Cæsaris sceptrum, & coronat eos qui illa habent.

Fortissimus fuerit dux, & admirabilis omnibus Macedo, & post illum Cæsar, atque adeò & alij quidam, non inuiderim: sed non fuerunt pij, neque in verè diuinæ cõtemplationis enutriti dogmatibus: seducti sunt autem & ipsi, innumerabilem immundorum spirituum colentes multitudinem, & in templis ex lignis & lapidibus factos deos. Porrò dicit, quomodo permisit illis vniuersorum Deus, quamuis essent inimici, peruenire in eam nobilitatem, & multis præualere? Reprehendis ne igitur mansuetudinem, & patientiam Dei persequeris, & crimen facis ex liberalitate? Nũquid accusabis ipsum & in aliis? nõ prohibuit enim solem orientem, & pluuias permittit se ignorantibus, & fontanorum fluminum impetus dedit, & tellurem fructuum matrem fecit. Sciebat enim in nouissimis temporibus futuram omnium conuersionem.

Igitur quando insipientissima loquitur Christianæ religionis vituperator, Vnum mihi ostendite apud Hebræos ducem Alexandro vel Cæsari similem: tunc vicissim meritò à nobis audiat, ô amice non est nobis sermo de militibus, & de his qui per corporalem fortitudinem glorioſi facti sunt, sed de diuinis & veris dogmatibus.

Quoniam autem in aliis suis gloriatur, & illorum opus fuisse dicit, quod nobiles illi in hanc virtutem & gloriam peruenerunt, sermo eius omnibus modis languet, & subsidio carer, re enim ipsa nihil ostendere potest: sed vaniloquum se esse bene declarat hoc quod seipsos iuuare dij nequiuerint, delubris discerpris, altaribus dirutis, sacrificio omni sublato, & imaginibus exustis, & ipsis omnibus modis per vniuersum orbem contemptis.

Quod autem per omnipotentem Deum sæpissimè victæ sint fortes & inexpugnabiles hostium acies, ex sacris scripturis siquidem quis videre voluerit, poterit facile. Nam diuinus quidem Samuel Iudæorum terram Palestinis bello depopulantibus, grauémque & molestum impetum facientibus, precibus ad Deum fusis, grandinem de cœlo descendere fecit tam copiosum & grauem ac intolerabilẽ, vt pedestri exercitu cum equitum alis cadente absque labore Israelitæ victores euaserint, & pro his qui Deum timebant, cœlum arma mouerit. Et Assyrij olim qui terram ab oriente vsque ad mare inhabitabant, cum Persis & Medis Hierusalem expugnauerunt, & sanctam ciuitatem innumerabili multitudine circundederunt, exusturos se totam interminantes. Vbi autem Rhabsaces blasphemas voces contra ineffabilem Dei gloriam emisit, grauiter tulit Ezechias pius ille rex, rogauítque Deum, vt vim passis auxilium ferret, & cecidérunt vna nocte in exercitu Assyriorum centum & octoginta quinque milia. Quid his simile à suis diis factum est, siquidem sunt, vt dicit, dij? verum seipsos iuuare nequiuerunt, & reipsa cœarguuntur.

I. Reg. 8.

Quia autem pro Græcorum dogmatibus pugnat, & in medium affert fortitudinem hominum (quos conatur ostendere nobiles, & nos tales illos esse admittimus, nihilque impedisse, quod sordidas artes norint, & sicut ipse superstitiosi fuerint) sicque vt vincat causa sua, illos ad demonstrationem assumit, quamuis adhuc à veritatis contemplatione longe aberret. Iterum autem relinquit rectos sermones, & commemorat alienas res per quas forte existimauit demonstrari posse Christianam religionem Græcorum superstitione inferiorem, & dicit:

IVLIANVS.

Vltra Reipublicæ institutio & iudiciorum forma & gubernatio, & honestas in ciuitatibus, & disciplinarum studium, & in liberalibus artibus exercitatio, non vt Hebræorum sunt rustica & barbara: quamuis malus Eusebius velit esse quædam apud illos hexametra, & cupit rationalem quandam artem esse apud Hebræos, cuius nomen apud Græcos audiuit. Quæ medicæ artis species prodiit apud Hebræos? sicut inter Græcos ea quæ Hippocratis est, & aliorum qui illum secuti?

CYRILLVS.

Quanquam demonstratum pluribus, quibus illius respõsum est sermonibus, ex omnibus libris & legis conscriptione apud Græcos Mosaica antiquiora esse. Primus enim omnium legislator Moses videtur, alij autem post illum, etiam qui rebus publicis, vtilissimas condidére leges. Quando aliqui conueniunt cum illo, valde probantur. Quas enim diuinas vel humanas res silentio præteriit? Nónne demonstrauit pietatis in Deum modos, honestatis viam, eorum quæ facienda sunt, vel non inculpatam scientiam? An non continet omnem speciem beneficiendi, & decernit supplicia pro vno quoque facinore intẽtanda? Nónne condemnat furtum? nónne adulterium & libidinem auersatur, abominabiléque & prophanas voluptates? Nónne eorum qui ad principatus vocati sunt mores componit? Nam & præcepit, vt recti sint sapientésque & vigiles, & meliores quàm vt dona & odia admittant, sed imperent iræ & furori: non turbulentam mentem habeãt. sed subditis omni modo iusta rependant, & in legum rectitudine incedant. Quare igitur tam veneranda & antiqua transiens palmam dat posterioribus? & quomodo non est verum quod dixi, posteriores verisimiliter ea quæ apud antiquiores, id est progenitores cognouerunt, imitari & dicere, sed non contrà.

Officiũ iudicum.

Quoniam autẽ in liberalibus artibus studium & in disciplinis prouectionẽ quæ scilicet apud Græcorum sapiẽtes celebratur, omni admiratione dignatur. Rusticã autẽ & barbaram nominat Hebræorũ scientiã quãuis remuneratricẽ emendatricémq;, & sapientissimam meritò dixerim in omnibus quæ fiũt, legem à deo datã. Sanè quantum pertinet ad sonum & qualitatẽ vocis, iuxta solam prolationẽ multum probatur apud Græcos sermonum felix enunciatio. Eodẽ autẽ modo arbitror & Hebræis suam patriam linguã bene sonare? vnde si illos in hoc increpat, taxet etiam Romanorum vocẽ, quæ & ipsa aliter articulata est,

& diuersum sonat: nullo enim modo cum Græcorum vocibus congruit. Veruntamen hoc quomodocũque habeat, relinquatur vt multa plenum stultitia, videamúsque aliud. Num si accidere quibusdam videatur, posse diserto ore loqui, & magno apparatu verbis vti, esséntne omnino gloriosi apud deum, & bonis moribus præditi, æqui & continentes, venerabilésque & iusti & vitæ optimæ curatores? Nónne multis quidem cõcessa est facundia, at optimè de deo sentire ac præstare virtutibus, non item? Sed opinor quod hoc etiam ex re ipsa testimonium habeat, quod sit verum. Quid igitur sic admiratur, & summis honoribus celebret eos quibus Attica & verbosa lingua est, cor verò obtenebratum, & à diuina contemplatione alienum: vituperare autẽ & accusare solet Græcorum idioma ignorãtes, quamuis in diuinis legibus sapientes, & verè diuinam agentes vitam? Nunquid enim nudum & solum splendorem sermonis à nobis deus requirit? num claris & disertis oblectatur linguis, vel magis considerat bonis moribus ornatum, & optime viuentem amat?

Gaudeo autem quod & Hippocratis mentionẽ facit, & alios medicos probatos in subsidium victoriæ assumit, vt ita Christianam religionem deturpet. Esto enim quod & fuerint medici, optimi quidem, & sapientes ac scientes quomodo curanda sint ægrotantium corpora: quid hoc ô vir strenue, ad religionis sermonem attinet? nunquid propterea defuerunt medici apud Hebræos, quia apud Græcos fuit Hippocrates? apage cum inepto sensu tuo.

Quoniam autem vt semel sublimia sensit, supercilium, in re nulla, contra nos demittit, & etiam ad hoc respondere verisimilia tentabo. Etenim conditor maxime infirmitati corporum nostrorum prouidens, fecit de terra remedia: meminit enim & huius sacra scriptura: at qui apud nos sunt medici, terrestribus remediis non indiguere: diuina autem & ineffabili virtute & efficacia vsi, mortis implicitos laqueis quosdam ad vitam redire fecerunt, leprosos à tam graui morbo liberârunt, & alia quædam auditu dignissima quum fecerint, iure fuerint valde admirabiles. Et quid tale tuus Hippocrates, vel certe alius quidam ex filiis Æsculapij fecisse videtur? Omitto nunc dicere quæ per manus Apostolorum mirè facta sunt, claudum in Speciosa porta, Æneam in Lystris, & alia cum istis, quæ omnem sermonem & miraculum excesserunt. Redeo autem ad illud. Nam obscœnas & mercenarias quasdã mulieres, licet essent deformes, fucatis coloribus, & inficiendorum capillorum artificio mœrore liberat. At nostræ religionis hostis erubescit fortasse Græcorum errores: vt autem lucrum aliquod faciat, & causam suam adiuuet, omnem viam attentat, & aliquando de medicis gloriatur, aliquando transit ad alios, quotquot sapientes fuisse putat, & ob hanc raram quãdam gloriam reportasse se existimat. Vnde & dicit:

IVLIANVS.

Sapientissimúsne Salomon comparandus fuerit apud Græcos Phocilidi & Theognidi vel Isocrati? minime. Siquidem con feras Isocratis parenæses cum illis prouerbiis, inuenies Theodori filium sapientissimo rege meliorem. Sed, dicet, ille etiam deditus fuit idolorum cultui: quid igitur? Nónne & Salomon nostris seruiuit diis, à muliere, vt dicunt deceptus? O virtutis magnitudinem, ô sapientiæ diuitias. Non vicit voluptatem & mulierem? Igitur siquidem à muliere deceptus est, eum sapientem ne dicatis. Si autem creditis esse sapientẽ ne credatis eum à muliere esse deceptum, sed iudicio proprio, & intelligentia, & doctrina dei, qui ei apparuit, persuasum coluisse etiam alios deos. Inuidia enim & zelus nõ peruenit vsque ad optimos homines, tantum abest, vt ad angelos & deos. Vos autem circa virtutum partes versamini, quas dæmonia quis vocans non aberrarit. Hic enim apud nos ambitio est, & vana gloria, in diis autem nihil tale.

CYRILLVS.

Versutissimè quidem præteritis aliis omnibus, qui & sancti fuerunt & illustres, ad Salomonis venit vitam. Quemadmodum enim munitissimam ciuitatem subuertere volentes, humillimis turribus machinas adhibent: ita & ille sanctorum præteruecto choro, ad illum & solum venit: sed non prospere cedet dolosæ bestiæ. nullo enim modo res Christianorum diffamabit, etiamsi exciderit quispiam, & inexpectatum quiddam passus esse deprehendatur. Quoniam autem illum suis doctoribus minorem rudioremque, quantum ad sapientiam attinet, fuisse dicit: discat iterum, quod primum quidem Homero coętaneus fuerit. Nam cẽtesimo & sexagesimo anno exacto post Troiam captam Homerus componebat suum opus, & Troianas calamitates tragice conscribebat, in admiratione autem erat Salomon, Parabolarum librum contexens, & Hierosolymitanum templum extruens. Deinde præterito multo tempore, nempe quinquagesima & octaua Olympiade Phocilides & Theognis fuêre, conscripserúntque & ipsi vtilia quędam & ornata, qualia & nutrices puellis, & pædagogi admonendo paruulis dicerent.

Salomon coætaneus Homeri.

Sanè & Isocratem quidem eximium dicimus fuisse sophistã, & si quid vtile adolescentibus attulit, propter hoc laudetur quidem: cedat autem Salomoni, qui ante illum scripsit, ac palmam præstet. Ea enim sunt quæ senibus & iuuenibus, vt arbitror, sufficiant, vt scire possint honestos mores, etiam quomodo cuiuis honestè viuendum, ita vt nec à diuinis, nec ab humanis legibus per imperitiam deuiet.

Quod autem Salomon exciderit per voluptatem, ad quas non licet, ne multum rideat calumniator noster, sed potius in mente ponat quod illum neque cum sanctis prophetis, neque cum Apostolis, neque Euangelistis numerare consueuimus. Nam erat quidem industrius & sapiẽs, maiore super omnes Iudæos gloria, simul autem in diuitiis & abundantia & mensis Sybariticis, quales scilicet eorum qui in talibus sunt dignitatibus, educatus, præterea varia felicitate stipatus, & summa gloria fulgidus. In his sanè, qui tam bene agunt, stimulus cupiditatis delitiarum vehementior est, & mota concupiscentia totis quodammodo frenis fertur mens, nullo remorante. Semper enim quodammodo diuitiis comes est voluptatũ amor, sicut & ipse Isocrates sophista dicit. Diuitiæ autẽ vitiorum magis quàm virtutum ministræ sunt. Erat is quem vituperat, vt probabile est, & diuitiis & delitiis valde splendidus, aliísque valde exaltatus. Igitur si motus est quodammodo, & cessit voluptatibus, deliciis & diuitiis, vtpote insolentia, quæ inde prouenit grauis, quid hoc mirum amice? Socrates Sophronisci filius in philosophia educatus, quamuis etiam parum possederit, & manuariam sciẽtiam primum studuerit, & assuetus sit parcè viuere, & quasi ex necessitate, fortassis etiam summa indigentia pressus, humiq; ambulans, iuxta Homeri fabulam, iunctus est vxori Myrthoi inquã & Xantippe, ad hæc & scortis, nec sui iuris erat in obscœnis & in abominabilibus concupiscentiis. Age igitur & nos de Socrate dicamus, ô virtutis magnitudinem, ô sapientiæ diuitias, non vicit voluptatem.

Dicat etiam interroganti mihi illud, quos censeat esse deos? vtrum sapientes esse dicat, vel certe dementissimos vel parum scientes? Itaque si insipientes illos esse contendit, accusauit imperitiæ deos suos. Sin sapiẽtes & intelligẽtissimos dicit, quare scortantur non solum in mulieres, sed etiam in pulchros masculos insaniunt? Itaque diceret opinor aliquis, & de his recte, ô magnitudinem virtutis deorum Iuliani, ô sapientię diuitias, non vicerunt voluptatem. Igitur posse vincere voluptatem & amorem carnis, maxime laudârim: si autem quis delicatus à virtute aberrauerit, quamuis valde sapiens alioqui sit, non propterea ridendæ res Christianorum. Non enim propheta à nobis vocatur, vt dixi, neque Apostolus, neque Euangelista, sed vir potius delicatè enutritus, & propter delicias mentem parum constantem habens: ita vt naturæ etiã motibus incircunspecte nonnunquam cesserit. Oblectatur autem Salomonis lapsu, & dicit illum Græcorum seruisse diis, exterarum mulierũ deceptionibus adductum.

Salomon nõ recẽsetur inter prophetas, & quomodo lapsus.

Deinde acutum & malignum quiddam ponens, sicut putauit: Siquidem deceptus est, inquit, ne iam vocetur sapiens: si autem sapientem eum dicitis, manifestum vtique sit, quod & alieni dij adorandi sint. Sapientia sanè non defuit ei, propter quã & admirabilis fuit. Itaque propter hæc quæ scripsit, sapiens dicitur à nobis, etiam talis secundum veritatem intelligatur Salomon. Quod autem peccauerit manifestè, falsis diis seruiens negauerit nullus. Porrò allectum dicimus eum ab alienigenis mulieribus. Deceptrix enim res est mulier, & idonea ad decipiendum semel suis captos laqueis: nam inter arma alia habet voluptatem, qua mens vincitur. Corripiebatur autem amore in ipsa senectutis via, mente iam deflorescente, nec pristinum habente

vigorem, sed quasi cum corpore senescente. Et sicut iuuentus secura, ociosa esse nescit, ita & senilis ætas: & quemadmodum scilicet adolescentes ad omne quod operandum est vadunt, & nihil requirentes ruunt: semper enim adolescentes insipientiores sunt iuxta Homeri versum: ita & veri decrepiti mẽs. Itaque Salomon adolescens adhuc existens, & mente ephebus, celebre illud Hierosolymis templum construxit, & quæ ad gloriam dei pertinebant facere studebat. Vbi autem ad finem & occasum vitæ venit, defecit simul ætas roboris & mentis. Deinde laqueum illi per mulieres parauit satanas, & à recto abduxit.

Quod autem non, sicut ipse contendit, deo doctore ad defectionem & ad omne malum deductus sit, declarabit facile quod vniuersorum deus iratus fuerit illi, & statim pœnam delicto intentârit. Scriptum est enim in tertio libro Regum: Et factum est in tempore senectutis Salomonis, non erat perfectum cor eius coram domino deo suo, sicut cor Dauid patris sui, & auerterunt mulieres alienigenæ cor eius post deos suos. Et dixit dominus ad Salomonem: Pro eo quod facta sunt hæc tecum, & non custodiuisti mandatum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, disrumpens disrumpam regnum de manu tua. Quid autem erat, quod mandatum ipsi & omnibus sub lege? nempe ne vir duceret alienigenã. Dixit enim: Filiam tuam non dabis filio eius, & filiã eius non accipias filio tuo: destituet enim filium tuum à me, & pergens adorabit deos alienos. Proinde non curans hoc mãdatum, alienigenarum iungebatur filiabus. Quoniam igitur, inquit, nihili fecisti mandatum à me datum excidens & deficiens alienigenarum seruiisti diis: & quum scires creaturam esse seruam meam, honorem & gloriam quæ mihi soli debentur ei impendisti, etiam ego regnum tuum disrumpam, & dabo id seruo tuo, vt vel euentu ipso discas quid feceris. Vbi igitur dedit ei deus responsum quod debeat alienis diis seruire, qui sic est offensus? Ne scilicet dicat verisimile videri, quod vndequaque sibi venatur, & dicit:

3. Reg. 11. *Deut. 7.*

Inuidia enim & zelus non vsque ad optimos viros peruenit, tantum abest à diis & angelis. Num inuidia erat vir strenue? minime, quoniam nec inuidiæ opus esse dicimus, quod deus & incorruptibilis mens non ferat errantes: &, nescio quomodo, adorare alios studentes, sed magis obseruat illud: Non bonum est multorum dominium, vnus dominus sit, vnus rex. Igitur quoniam sic ipse dicit, neque ad optimos viros pertingit inuidia. Esto, apud terrenos imperatores nihil referat, etiam si quis in regno illorum inobediens sit, imò si rapere honores ipsorum meditetur: at iste quum imperaret, talis non erat, sed si quis accusatus vel deprehẽsus esset, in illum animaduertebat seuerissimè. Igitur ea quæ nos inculpatè habere possumus, illa & alius citra inuidiam possederit. Redarguetur enim in tẽpore si quid inuidiæ in illis, & valde meritò. Eos verò qui subditi sunt, si illam dei gloriam inuadant, vel etiam contradicere velint, iustè & citra controuersiam puniri decuerit: nemóque prudens propterea vniuersorum deum inuidiæ & æmulationi obnoxium putauerit: vtilissimè autem & necessariò, vt ne ignoretur veritas. Quod enim viuificum sit, absque reprehensione & errore cognoscere quis sit vniuersorum opifex & dominus, ipse saluator docuit sic loquens ad patrem in cœlis: Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quum igitur ex confesso sit, viuificum esse scire manifeste eum qui verè & natura est deus, nullus dubitarit omni malitia plenum, vel à veritate aberrare, & à viuifico cultu excidere. Miror autem, quum immundarũ potestatum, hoc est dæmonum adorator ipse existat, nos nescio quomodo ad illas conuersos esse dicit. Dictum autem esse mihi videtur & valde recte quod per vnum ex Gręcorum sapientibus de vnoquoque enunciatum: Molesta res est, scorti cum honesta & amabili vxore corrixatio. Nam quum non possit iuste sanctam & honestam ac ingenuam illius vitam arguere, suorum criminum sordes in illam emungit, dicacique & abominabili lingua inuadit. Hoc opinor imitari & facere velle strenuum Iulianum. Nam sua honestat, cauillatur autem iterum diuinã scripturam, & sic dicere audet.

Homeri dictum. *Ioan. 17.* χαλεπὸν παμφίλη ἐλευθέρα γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη.

IVLIANVS.

Quare vos disciplinarum, quæ apud Græcos sunt, conuiuæ estis, siquidem vobis vestrarum scripturarum lectio sufficit, quum melius sit ab illis homines arcere, quàm ab idolothytorum cibis? ex illis enim, sicut & Paulus dicit, offerens nihil quidem læditur, conscientia autem videntis fratris scandalizatur, vt dicam sicut nos sapientissimi. Per has autem doctrinas deterret ab impietate omne quod vobiscum natura generosum protulit. Itaq; cui vel parua portio bonæ naturæ fuerit, is statim à vestra impietate deficiet. Proinde melius erat homines prohibere à doctrinis non sacris. Veruntamen scitote & vos, quod mihi videtur diuersitatem in intelligentia diuinarum scripturarum, quæ apud vos, collatam cum nostris, malam esse: & sicut ex vestris nullus fit eximius vir, imò neque iustus, ex nostris autem vnusquisque seipso melior fit, etiamsi omnibus modis crassus esset, modo sit naturæ tamen bonæ, & ex illis erudiri se patiatur. Hominibus enim deorum bona absque multa cõtingent arte, siue lumen accendatur scientiæ, vel conuersationis genus doceatur, vel multi hostes repellantur, & per terras multaque maria peragretur, & sic appareant heroici. Et post alia: Manifestum autem hoc argumentum. Ex omnibus vestris elegistis pueros, & vt in scripturis exercerentur operam dedistis, etiamsi videantur magis ad seruilitatem nati. Delirare me & atra bile esse censetis. Deinde sic estis infelices & insipiẽtes, vt & putetis dei quidẽ esse illos sermones, ex quibus nullus fiat prudentior, vel fortior, vel se ipso melior: eos autem ex quibus licet fortitudinem, prudentiam & iustitiam accipere, traditis satanæ, & iis qui satanæ seruiunt.

CYRILLVS.

Audi cœlum, & auribus percipe terra. Ecce enim Rhabsaces os contra Deum iterum dilatat, & iniusticiam in excelsum loquitur, sicut scriptum est: nihilque vt videtur, melius censet quàm morbosam suam linguam contra nos exacuere. Igitur sufficit quidem diuina scriptura ad faciendum eos qui in illa educati sunt sapientes, & probatissimos, & sufficientissimam habentes intelligentiam, indigemúsque ad hoc prorsus nihil externis magistris. Quoniam autem dulce est omnia scire, idcircò hac ratione & valde prudenter, etiam Græcorum sententias diligenter discutimus, quas de vnaquaque re habuerint: & ante alia de deo & inde ridendi occasionem accipimus quod volunt innumeros deos, & immundorum dæmoniorum multitudinem honorare, quam ipsi qui ea adorant ignorant, dum habent in templis simulacra multiformia, & multarum specierum: & non solum ad similitudinem virorum & mulierum facta, sed & ferarum & iumentorum & reptilium, volatiliumque & aquatilium, & sileo alias creaturas, nempe cœlum, & solem, & lunam, & alia astra, quibus diuinam & summam gloriam impenderunt, & omnia confuderunt.

Quare gentiliũ libros Christiani legant.

Inuenimus autem illorum theologos de diis suis scripsisse talia, quæ si quis vel solum audiat, turpitudine & immundicia mentem suam impleuerit: conuiuæ igitur facti, sicut ipse dicit, Græcarum disciplinarũ, & multa damnosa in eis inuenientes, tunc adhuc magis sacros & diuinos sermones admiramur (de scriptura loquor diuinitus inspirata.) Quid enim vtile non inuenitur apud illam? Nam primum quidem quod & omnibus aliis clarior sit, viderit quis in illa diuinæ contemplationis sermones verè fulgurantes. Clare autem illi & exacti, & separati mentem erudiendam euehũt vltra omne quod factum est, & locum quodammodo distribuunt vnicæ ac summæ & ineffabili naturæ: hoc est, vt intelligatur super omne quod vel sensu coniectatur, vel quod scitur ac intelligitur, hoc est, super visibilem omnem & inuisibilem creaturam, ipsámque & solam debere dominari aliis, ad hoc & posse creare & producere res ex nihilo. Bene autem obseruant honorem, & quasi fulgidam & eximiam, imò propriam & naturalem dignitatem, nullique aliorum tribuendam: & cum his honestæ vitæ nobis modos inducit, legibúsque diuinis & sacris instruit ad iustitiam, ad hæc & omnis nobis æquitatis euidentẽ constituit vitam. Commemorabo autem sanctos prophetas, qui Græcas disciplinas omnino non attigerant, sancti verò fuerunt, & optimo deo gratissimi, ineffabiliumq; signorum effectores. Venio itaque & ad ipsum sacrorum ducem Mosen. Et quis ipso sapientior vel saltẽ paucis & obiter doceat? Itaque erat lingua quidem Hebræus, & mirus in sermonis artificio & contẽplatione. Vnde & Eupolemus historicus in lib. de regibus Iudææ faciẽs sermones de illo inquit, Mosen primum fuisse sapientem, & grãmaticam Iudæis dedisse eam qualis tunc habebatur: Phœnices verò ab illis pos-

Moses primus Iudæis grãmaticen tradidit.

sedisse scientiam, vtpote conterminos Iudæis, tradidisseq; Græcorum pueris, etiam mihi scilicet qui apud eos fui, & prima didici elementa. Huius historiæ signanter meminit in Stromatũ libris Clemens, vir eloquens ac doctus, qui tam diligenter Græcarum lectionũ profunditatem scrutatus est, vt pauci ante illũ. Quando igitur ipsa primorum elementorum scientia ab Hebræis ad Græcos venit, illis à Cadmo allatis, demittat supercilium, qui dicere ausus est: Quare vos conuiuæ estis disciplinarum Græcarum, siquidem sufficiens vobis est vestrarũ scripturarum lectio?

Sed dicet aliquis, quod diuina scriptura communem omnibus & vulgarem ac protritam habet dictionem, res autẽ Græcorum diserte dicuntur, & abundat gratia & eloquentia. Dicimus igitur, quod lingua quidem Hebræorum, prophetica dicta sunt, & Mosaica: vt autem omnibus essent nota paruis & magnis, vtiliter familiari sermone cõmendatæ sunt, ita vt nullius captum transcendant. Quod autem res Græcorum fastuosæ sunt, & bene resonant, sed decorum non seruare videntur, & à veritate aberrant. Nam innumeros fabulantur esse deos, vnúmque & natura & verum omnino ignorant. At quisquis sapuerit, laudauerit non eum qui diserte loqui, & rotunda verbula proferre scit, & in isto ipsum nudum fulgorem affectat: sed illum potius qui videtur nõ habere in promptu dictionum pronunciationem, sed rectam opinionem de omnipotẽte deo inquam, & de parata in omnib. agendis iustitia, & omne genus virtutis quasi in lata & omnibus patente via. Itaque à diuina scriptura melior euadet quisquis fuerit, & aliis quoque non inutilis erit. Sed ex Græcorum disciplinis, qui solum facunde loquitur, omnino nihil lucrabitur, ad hoc vt sit venerabilis & iustus, continentiæque & honestatis amator. Nam, vt iam sæpius dixi, apud illos inuenio deos ab absurdis non abhorrentes, & ad obscœnas voluptates omnes se conferentes. Eum autem qui didicerit adorare pessimis omnibus irretitos, quas postea futurus sit, dicere prætermitto. Si autem victoriam Græcorũ sermonibus ideo tribuit, quod multa apud illos sit ciuilitas, apud nos non item, respondeat interroganti. Nunquid si quis aureo cocleari elleborum infundat, & alteri non aureo, sed ex vilissima materia apum laborem, hoc est mel imponat, & sorbere iubeat quod placuerit, nunquid materias inspiciens palmam dabit deterioribus, vel recte iudicans vtile nociuo præferat, etiamsi in vilissimo proponatur vasculo?

Quantũ sacra scriptura prophanã antecellat.

Vltra quod dicit nobis esse melius, credentes à Græcis arcere disciplinis quàm ab idolothytis, audiat iterum. Quod ab esu idolis immolatorum credẽtes abducere consueuimus, minimè autem prohibemus versari in libris Græcorũ: si quis voluerit discere, causam dicemus. Quin vnus & solus verè deus sit, id scire solum, aliorum deorum nomen exosum facere, & omni abominatione contaminare credimus: & hoc demõstrauit sapientissimus Paulus, qui scripsit: Scio enim quod nullus deus nisi vnus, & quod nullum sit idolum in mundo. Non enim si ludant quidam, imò & insaniant mente seducta, & vt sibi videtur, nominare voluerint deos, & in templis statuerint simulacra errantes, necessarium, vt & nos simul deliremus, afficiamúrque & sentiamus quod sint alij verè dii præter vnum & natura & omnium opificem. Igitur negantes omnino idola existentia, neque diis immolatum aliquid esse dicimus. Edimus autem pura conscientia, deo gloriam dantes, qui nobis omnium eduliorum liberum & non damnosum largitus est vsum. Si autem quis infirmus adhuc est, nec validam mentem habet existimátque esse aliquid etiam verè idolothyton, nondúmque progressus est ad tam synceram fidem, indulgemus: sicut quidam ludimagistri, paruulos instituentes, paulatimq; prouehentes ad perfectissimã rei experientiã. Vnde vtilissimè Paulus dicit: Si ego cum gratia particeps sum, cur blasphemor pro quo ego gratias ago? Proinde omnino nihil offẽdit eos, qui assederint in fide, si forte attigerint idolotyta. Igitur curiosius inquirentes Græcorũ scripturas, & seruatos in sermonib. numeros, recedentes autẽ ab illorũ dogmatis ad sanctas potius conuertimur scripturas: in quibus veritatis pulchritudo fulget, & exacta dogmatum cognitio coaceruata est, & omne genus bonorum documentorum, quibus quis statim plenus virtute, & bonorum operum gloria conspicuus euadat.

1.Cor. 8.

Quare ab idolothytis magis quã à gentilium libris arceamur.

1.Cor. 10.

Post hoc instanti & sanctam atque diuinam vellicanti scripturam, quod Hebræorum composita sit sermone, dixerit opinor aliquis: Nunquid vir optimè, vituperabis & alias linguas, quæ à Græcorum idiomate separatæ sunt, & numerabis inter illas vtique & tuam quam magni facis, nempe Ausonum? quãuis verè dicatur quod Græca voce minimè censeamus esse inuentam religionem. Qui recta & probabilia sapere volumus, dicimus vnam & eandem fuisse linguam in multiplicem sonũ olim ineffabili virtute dei diuisam, quum turrim vsque in cœlũ excitarent. Habiti enim quidam fuerunt Græcorum sapientes, inuentores fuisse eloquentiæ, & suis capitibus ineffabilis virtutis opera tribuerunt, maledicit autem illis beatus Dauid, dicens: Exterminabit Dominus omnia labia dolosa, & linguã magniloquam, qui dicunt, linguam nostram magnificabimus labia nostra à nobis sunt: hoc est, nos inuentores fuimus eloquentiæ. Porrò à Deo datæ sunt linguæ, & fortassis vnicuique eximia quædam gratia & pulchritudo, quantum ad ipsam attinet, admirabilem autem ad illas collatam in pronunciatione Atticam dicimus: sed ea sola vti nihil proderit ad hoc, vt venerabilis quis euadat, & rectæ vitæ viam aspiciat. An non vides eos, qui in scenis cantillare solent, auditores mulcere, & sunt nonnunquam vituperabiles, peruersamque agunt vitam? Itaque quod eloquentiæ numeros probè seruant Græci, laudantur: quod autem optimas virtutes negligunt, recte taxantur. Pueri etiam in sacris enutriti literis, statim fiunt religiosissimi, etiamsi minus eloquentes.

Psa. 11.

Linguæ donum.

Attica lingua.

Dicit illos minimè differre à seruis, quia non sunt tam diserti. Fortassis ob hoc solum censet admirationem contingere, contempta omni alia virtute, propter quam deo quis familiaris fit, & ad summam peruenit nobilitatem. Doceat igitur, vtrũ magis admiretur eum, qui eloquentia sit instructissimus, quam uis abominabilibus sit moribus, vel certè iustitia & virtutibus ornatum, etiamsi minus splendide loquatur? Itaque nos ex sacris literis diuinæ scripturæ omnigenam virtutem didicimus, vtimur autem Græcorum sermonibus, vt nobis veræ eruditionis præexercitamentum sint. Et quoniam Hebraicam linguam nõ didicimus piorum dogmatum promissionibus Atticam subiecimus. Dei donum est lingua, sicut & alia, nec superstitionis Græcanicæ inuẽtum quis esse dixerit. Omnis enim sapientia à domino, & ab ipso omnis sermo: quia & mentis & sermonum idem dator est. Attentat autem & aliter Græcorum impietati opem ferre, sic dicens.

IVLIANVS.

Sanat corpora nostra Æsculapius, erudiunt autem animas nostras Musæ cum Æsculapio & Apolline, & eloquente Mercurio. Mars & Bellona in prælis simul certant, Vulcanus artes perficit, & distribuit. Pallas cum Ioue virgo sine matre nobis præsidet. Considerate igitur, an non in singulis simus, vobis præstantiores, dico circa artes & sapientiam & intelligẽtiam. Nam siue consideraueris eas quæ ad vsum attinent, siue eas quæ propter bonum quoddam res imitantur, vt est statuaria & medica ars Æsculapij, cuius vbique terrarum sunt remedia, quæ dat nobis Deus, vt perpetuò simus participes. Me certè sanauit sæpe Æsculapius, ægrotantem subministrans remedia, horum testis est Iupiter. Igitur quare traditis vos apostasiæ spiritui? (nos & circa animam melius habemus, & circa corpus ac externa) & quare vos relictis illis ad alia vaditis?

CYRILLVS.

Itaque manifestum, quod deorum, quos ille admiratus est, alij sunt arte medici, alij verò eloquentes: quemadmodum scilicet & sophistarum optimi. & alij quidem homicidia docuerunt, & cædes callent crudelitatis magistri: sunt & alij opifices, & sordidorum studiorũ inuentores: & in summa, singulis curæ est id ad quod nati esse dicuntur, & functionem in vnò & solo negotio sortiti sunt. In cęteris autem negotiis arbitror nihil operis facient, & quomodo essent tales dij? quamuis quis dicere auderet Deum vllius rei bonæ esse indigum? Est enim sufficientissimus, fortissimusque, & ipsa perfectio, & ad omnia recte se habens, quæ summæ naturæ attribuere decet. Itaque diceret quispiã, opinor, quare si Coronidis filius verè deus est, infirmos non sanat? & alia quoq; adiiceret, quare sufficientissimã naturã non ostendit? singuli autẽ seorsim operantur, & propriũ suæ experientiæ specimen præbent. Nã alij quidem, vt dixi, arte medici sunt, alij autẽ sordidi opifices, vel ad vtilitatem

doctrinę ac sermonũ Alij etiã in acies bellicas instruere norunt, & quodãmodo ipsa hominis natura inferiores sunt. Vel quomodo res nostræ deterius quàm illorũ haberent? Doctores enim & artium & scientiarũ plurimi & optimi apud nos sunt, imò si verè loqui oportet, nõ pauci sunt qui meliores Gręcorum diis: quandoquidẽ fieri potest, vt idem apud nos medicam artẽ teneat, & militaris disciplinę peritus sit, & ad hoc eloquens, quin & in aliis studiis mirabilis. Tantã nimirum industriam longe sequentur dij, quandoquidem illis vnius rei, eiúsque solius cura est. In homine verò, vt dixi, hæc omnia simul congesta videre licet.

Excogitat autem & aliud quiddam, quasi inexpugnabile propugnaculum simplicioribus proponens, & Græcorum ludum sancta Christianorum religione meliorem esse dicit, ad demonstrationem apponens esse quosdam apud illos pictores, sculptores, marmorarios, & medicos. Dic obsecro, nõ erubescis hæc scribere? Nónne pictores manu egregij, & industrij marmorarij declarant deos, ipsos non esse deos, imò immundos dæmones, vel certè homines corruptos? Oblitus mihi esse videtur igne exustum Æsculapium, & fulmine ictum in Epidauro, sicut suprà diximus. Opinatur autem fortasse nullũ fuisse Christianum, vel optimum medicum, vel eloquẽtissimum, vel res bellicas callentem.

Quod si omnibus vir strenue, studiis humanis, artibúsque & disciplinis deos præficere oportet, vel eos qui inuenerunt, vel etiam docendo profuerunt, quanta sanè illis multitudo sufficiet? Innumeræ enim in hac vita res sunt, & studiorum modi etiam vilissimis dati sunt. Verum siquidem cui mens est sapiens, videt quã insuauia omnino Græca sint dogmata.

Admiratus est & Æsculapium, vt subindicantem ægrotis, sicut ipse dicit, remedia, & hoc cognouisse inquit Iouem. Iam quare testis nobis medicorum assumptus est, & non potius ipse ægrotos curat? Nunquid fortassis quod ignorat artẽ, admiratus est tecum illam scientes? subindicauit autem Æsculapius remedia, opinor, sicut medici currules: quanquam oportebat Deum quem tu dicis diuino modo ab infirmitatibus liberare, non subindicare quo vti oporteat remedio, sed cum autoritate imperare, vt decumbens conualescat. Proinde meritò quis rideatur, dicens deos esse eos, qui feliciter quasdam humanas artes, hoc est functiones tenent, & dimensam sortiti sunt experientiam. Atqui nos ô amice, vni vero Deo seruimus, & ab ipso data esse dicimus humanæ naturæ & sapientiam & intellectũ, & omnis rationis vsum & diligentiam, ad quoduis laudatum opus, admonitionésque mentis tam scientias quàm artes. Proinde factor omnium nobis autor & dator bonorum meritò dicendus est. At ille aufert à vero Deo quæ Marti & Vulcano, Musisq; & Mercurio eloquenti, & Æsculapio distribuens singula singulis, dicens eos dispatiri quasi hæreditariam quandam experientiam.

ἐπιδφει-οι ἰατροί.

Quod autem satis arguerit res Græcorum nostris esse meliores, eo quod ipsi sciant pingere & lapides leuigare. Si igitur, inquit, nos, qui immũdo spiritui dediti sumus, melius habemus in anima & corpore, & in externis, cuius gratia relictis istis ad alia pergitis? Depone supercilium vir strenue, vanus est fastus tuus in hac re, & ridiculum fecisti argumentum. Vt autem tuis hoc permittentes sermonibus meliores esse pictores medicos, & marmorarios apud Græcos quàm apud nos: nunquid tibi hæc propterea sufficient ad demonstrandum Christianos aberrasse à veritate & natura, neque verè Deum, neque optimæ vitæ typos cognouisse? sed sint illi quidem pictores multi & boni, marmorariíque & medici, nos vincere studebimus, & ab ipsa veritate laudum coronam reportare, vt sciamus manifestè verũ vniuersorũ conditorem, autorẽ & dominũ. At ille nihil horũ animo reuoluens, inquirit vltra, & dicit:

IVLIANVS.

Quare neque in Hebraicis sermonibus manetis, neq; diligitis legem quam Deus Hebræis dedit, relinquentes autẽ patriam, & dedit iis quæ prophetæ prædicauerunt, plus ab illis quàm à nostris recessistis? Nam si quis pro vobis veritatem considerare velit, inueniet vestram impietatem ex Iudaica audacia & gentilium confusione & indifferentia conflatam: ex vtrisque enim non quod pulcherrimum, sed quod pessimum trahentes, malorum contextum operamini. Hebræi enim habent exacta circa religionem legitima cultúsque & obseruationes innumeras, quæ ad vitam & sacerdotale institutum pertinent, interdicente legislatore omnibus ne seruiant diis, sed vni soli, cuius portio est Iacob, & funiculus hæreditatis Israel: sed, vt opinor, etiam addente, Non maledices diis. Superuenientium abominatio & audacia, volens omnem reuerentiam multitudini deorum adimere, sequi putauit non seruiendum diis, quum non sit blasphemandum: quod certè & vos inde traxistis solum, quasi nobis & illis nihil aliud commune sit. Rapuistis itaque ab Hebręorum hæresi, quod blasphematis venerabiles deos: à nostra autem religione, quod abiicitis pietatem, & diuinum cultum: pietatem, inquam, erga omne quod natura melius, & quod patriam diligit: solum autem recepistis vesci omnibus, vt graminibus fœni, & si veritas dicenda est, omnino cupiuistis vestram confusionem augeri. Hoc autem opinor, idque valde meritò conuenit omnibus gentibus, & vitæ aliorum hominum, institorum, teloniorum saltatorum leuium: & putatis vestra honesta?

Deut. 32.

CYRILLVS.

Vide obsecro quàm temerè nugetur, & crudeles dirásque contra nos coaceruet scripturas, vt seueriter possit quicquid velit dicere. Dicit enim nos ab Hebraicis sermonib. defecisse, & legem neglexisse, quamuis à Deo datam, & arripuisse ea quę per prophetas prædicata sunt. Veniat igitur & ostendat, quænam à prophetis pronunciata sunt, quæ à scriptura Moysi abludant: & ita nobis improperet defectionem, & quod à sacris legibus abscesserimus accuset. Quod si in nullo discordant, sed potius idẽ loquuntur hi & illi, & omnino inter se coniunctos videre quis poterit, ne persequatur frustra, sed potius liberet à crimine & reprehensione cauillator iste, eos qui de nullo absurdo condemnati sunt. Quanquam liceat videre sanctos prophetas id multis sermonibus agentes, & frequenter contra Israelitas clamantes, quod in eam vsque inconsiderantiam peruenerint vt etiam legem per Moysen ipsis promulgatam nihil fecerint, sed irritârint per doctrinas mandata hominum. Est autem valde verisimile, quod illi ipsi existimantur & redarguuntur legem Moysis paruifacere, etiam hoc facere deprehẽduntur. Proinde sicut iam dudum dixi, prophetæ & leges inter se quidem conueniunt. Quoniam autem, vt dixi, diuinæ scripturæ Christus finis est & legis & prophetarum, ex iis quæ de ipso scripta sunt in lege & sanctis eius prophetis deducimur ad fidem in ipsum: vnde venerantes ea quæ per legem & prophetas prædicata sunt, nos in posterum perduramus, & per typicum cultum ad ipsam veritatis pulchritudinem venimus, rectáque euntes via ad scopum etiam vniuersorum saluatorem & redemptorem cognouimus. At ille, vt videtur, quũ nihil omnino proposuit, propter quod vituperare oportebat: Inueniemus, inquit, vestram impietatem, & ex Iudaica temeritate & Gręcorum confusione conflatam. Proinde si putat vituperandum quod admirabile, & arguendos quos magis conueniebat laudare, omnino rectè illum fecisse dixerim. Quod si sermones suos bene habere suspicatus est, oportere omnino sequi ex argumentis quæ ipse profert, dicens Christianam religionem impietatem esse, non possum intelligere quomodo nos vel Iudæorum temeritatis facti fuerimus æmulatores, vel confusionis Gręcorũ amatores.

Prophetæ non discordant Mose.

IVLIANVS.

Etiam inquit diligenter quidem scripta apud Hebræos legitima & obseruationes, & quæ ad sacerdotalem vitam pertinent. Quum autem lex constituat non esse adorandos deos alios, sed vnum & solum: vos qui repellitis & negatis quod oporteat viuere iuxta legem, solam in deum blasphemiam inde assumitis: quamuis lex euidenter dicat, Diis non maledicas.

CYRILLVS.

Igitur quod vita nostra legitime & recte instituta sit, & omni virtute plena, sermone quem paulò ante præmisimus, ostẽsum est, quum de illis loqueremur, Veruntamen sciat legem, imò legis dominum Israelitas vrgere, vt demoliantur altaria, & simulacrorum delubra exurant. Dicit enim sic in Deuteronomio: Et hæc præcepta & iudicia legitima, quæ seruabitis & facietis super terram, quam Deus patrum vestrorum dat vobis in hæreditatem omnibus diebus, quibus vos viuitis super terram: perdendo perdetis omnia loca quibus ser-

Deut. 7.

uierunt illic gentes diis suis, quæ vos hæreditate accipietis, in montibus excelsis & in collibus, & sub quercu frondosa: & subuertetis altaria eorum,& conteretis columnas eorum,& lucos eorum exeindetis, & sculptilia deorum ipsorum exuretis igni,& perdetis nomen ipsorum ex loco illo. Qui Israelem incitat in altaria,& delubra,dicés oportere in ipsis exuri deos,dixit ne etiam de illis,effare precor,Diis non maledices? quamuis indignum cogitare,quod diuina& incorruptibilis mens ab æquo aberret,& se decentia negligat, secúmque dissidens contrarias leges statuere, vsquam deprehendatur. Est enim ea res etiam apud nos turpis & ridicula. Nunquid igitur mens diuinæ legis intelligi poterit dum dicit,Diis non maledices. Honorat humanam naturam appellatione summi Dei. Factus est enim homo ad imaginem & similitudinem eius,& celebrat lex summis honoribus diuinorum altarium sacerdotes, & eos qui dignitatis excellentia super alios exaltati sunt, in vita pulcherrima & venerabili & sancta. Quod autem id quod dixi non mentitum, sed verum sit,& reprehendi nequeat, ex ipsis sciemus legis verbis, apponentes versiculum qui sequitur: Scriptum est enim, *Exod.22.* diis non maledices: vt manifestam faceret dicti vim, subiungit F statim,inquiens: Principi populi tui non maledices:hoc esse dico, diis non maledices. Quomodo enim linguæ parcerent sacris coerciti præceptis,qui igne iubentur templa,& quæ in illis sunt tollere?

Quoniam autem indifferens est edere carnes,crimen imponit Christianis, ad quod necessariò respondebitur ei. Leges, omni honore dignantur opera eximia, & eos qui boni operis mores coluerint, optimáque viuere voluerint in summo precio habent. Carpunt autem omne genus improbitatis, & volentibus absurde viuere dignas intentant pœnas emendatioréque illos facere student. Quos igitur corrigunt,dic mihi adulteros vel comedétes? quos animaduertunt ? nunquid in crudeles & affligentes alios, deceptores & contumelioſos, & pessima quæque facere solitos, vel in eos qui libere pisces & carnes attingunt, siquidem in hoc, præscriptum esset tempus aliquod?

Sed dices: Impij sunt in deos, coinquinantur enim comedentes. Quomodo? dic mihi. Nunquid sufficiet ad purificandum hominis animam ad hoc, vt omnibus modis bene ha- G beat,vitare edulia quædam,etiamsi non videatur libera,ab improbis & nephariis affectionibus, & agat vitam legis calculo condemnatam ? & quis audet hoc dicere, & non excitabit risum apud recte sapientes? Præterea, cum hoc & illud dicat: Quis vniuersorum est opifex,animaliáque terrestria, natatiliáque & aquatilia produxit? Nos enim viuũ & efficax, & quod suam subsistentiam habet Dei verbum, factorem dicimus vniuersorum:& non videtur aliquid ex his quæ ab eo facta, quod vel polluat,vel natura vituperabile sit,secundum quod factum *Genes.1.* est. Vidit enim,inquit,Deus omnia quæ fecit, & ecce valde bona: & ipsi fortasse intendentem mundo opificem præcepisse dicerent dijs à se factis. vt tria mortalium faciant genera. Videntur enim hæc sic habere Græcorum sapientibus.

Iam quomodo ea quæ tam exosa sunt, & per quæ verisimile erat coinquinandos illos produxissent vt essent ac subsisterent? Impedienda enim potius erant, quæ nullo vsui futura hominibus, sed in malum, & in coinquinationem, & in damnum. Et quod illis adhuc insipientius est:qui astrorum situs exquirunt curiosius(vt opinantur & audẽt dicere) capricornum H quendam & pisces scribunt in cœlo,& alia animalia, quæ apud illos abominabilia sunt, & inter immunda postrema dicuntur. Itaque optime & prudentissime nos in omni quidem re facimus, vt recte & inculpate viuatur, condemnamúsque improbos mores, censemus autem odiosa, adulterium,fornicationẽ, mendacium, obtrectationem, & auariciam,cumque his mala alia. Hæc & sola scimus eos,qui his laborant,coinquinare. Ita *De ciborum delectu.* nullum vitamus edulium vt immundum,corporales verò voluptates moderatione compescimus,& aculeum petulantioris carnis hebetantes, parce victitare consueuimus, & omnino in deliciis esse inter optima non ponimus. Illeautem nos institoribus,& saltatoribus,& telonis comparare vult, Christianæ religionis libertatem ignorans, & quomodo probe in vnaquaq; re agendum sit. Non enim vtentes insipienter humanis traditionibus,ridiculam delegimus conuersationem:sed diuinis potius & sacris eruditi legibus, honoramus vere bonæ vitæ mores. Memores autem sumus eorum,quæ Paulus scribit: Cibus *1.Cor.8.* vos non commendat Deo, neque si edamus meliores sumus, *1.Tim.4.* neque si non edamus deteriores. Et iterum etiam alio loco: Omnis cibus bonus, & nihil reiiciendum, sanctificatur enim per verbum Dei,& orationem. Ipsum autem omnium dominatorem & legislatorem Christum audite, & intelligite: Non *Matt.15.* quod ingreditur in os, coinquinat hominem, sed quod egreditur ex ore,hoc coinquinat hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes,adulteria,furta,scortationes. Et hæc sunt quæ hominem coinquinant.

Improbabit autem fortassis has voces, quamuis ex re ipsa grauissimis sententiis pondus habeant: doceat autem causas propter quas ea quæ nescio quomodo increpat, verisimiliter condemnata sint, quamuis omnium sententia testimonium habeant,& ex ipsa sua natura quod manducabilia sunt. Et animalium terrestrium plurimæ quidem sunt differentiæ, volatiliúmque,& maritimorum, definítque vniuscuiusq; vsum natura. Nam quædam sunt inutilia ad esum,alia vero vtilia. Igitur quando aliquid quod natura non est accusabile, vituperatur ab ipsis,prodeant in medium,& veras rei causas prædicent: vel certe sciant quod ipsi nobis irrationales consuetudines proferentes,absurditate extrema laborare deprehendatur.

Miror autem, quod apud illos multi sunt fictitij dij (non enim simpliciter dixerim dij) variantes sententiis, neque vna sententia laudant,vel etiam vituperant. Videnti autem quis insurgentes quodammodo inter se, & quod quibusdam exosum est, aliis probatur, & rationabile videtur: quamuis quomodo non vnusquisq; astipulabitur quod vere prophanũ,non aliquibus tale sit, aliis autem purum,etiamsi humana mens non diligenter attendat: oportebat certe deos ipsos,sicut ipsi delirantes dicunt, non aberrare ab æquo,vel certe ignorare verum. Quare igitur non vnus sensus in omnibus illis, sed varius& diuulsus, & ipsorum leuitatem coarguens.

Cæterum fortassis illud diceret: ab omni animali abstinemus, & Pythagoræ nugas veneramur: meminimus autem & *Pythagoræ error.* Empedoclis, qui turpissima scripsit. Iam enim olim ego eram virgo,& adolescens,cespésque & auis,& in mari nobilis piscis. Itaque si tales habent opiniones, & se fortasse puellas & pueros fuisse aliquando piscésque & aues, haud mirum est, quod ita sentiunt & loquuntur. Opinor autem possibile esse, quod non venerabiles virgines fuerint, vel fortasse quales in scenis ludunt,vel forte ad latrocinia condemnati, & facere soliti quæ non est fas dicere,neque periculum est piis vel cogitare. Vnde Euphorbum quidem se fuisse in Troia,dicit qui optimorum illis dogmatum fuit magister: ipsi etiam dicũt se fuisse quosdam ex antiquis. Nunquid & ipsi auis aliqua aut volatile fuerunt, qui sic tradunt & vitam implent miseris ac fœtidis, & turpissimis fabellis, quas & nutricula fortasse dicerent somnum pueris cantillando conciliare cupientes.

Igitur, vt dixi, plurimi quidem apud nos fuêre summa bonitate conspicui,qui ad eam peruenere cõtinentiam:& ita seipsos castigarunt, vt etiam ii quæ ad vitam vtilissima, strenue abstinere voluerint, nempe pane & oleo, & herbis, & leguminibus ineuitabilem ventris necessitatem placarunt, vsi pura aqua, & exercitationis labore gaudentes, ita vt nihil illis esse censuerint melius: & reiectaneus quidem apud ipsos nullus cibus fuit: abstinuerunt autem à nonnullis,vt dixi,mentis ad deteriora propensionem remorantes, & carnis lasciuiam compescentes, ita vt & mentis oculum magis subtilem haberent, quo fide contemplari certius possent,quid inculpate habeat,& à sacris legibus non abludat. Qui verò Græcorum ruditate impliciti,dicebant sibi & aliis insipienter:ne tangas,ne gustes, ne cõtrectes, obiciunt aliis quæ ab ipsorum mente oportebat procul abesse, siquidem vlla illis bene viuendi ratio esset. Venerea enim nominantes scortationem, dererrebant valde, quod offendatur Deus. Et alia mala impune faciunt,vtpote impostura &masculorum concubitus, idque intra templa diis testibus,quod certe & nostris temporibus attentatum rerum experientia monstrauit.

In Saturni templis liberarum nuptiarum latrones facti,deprehensi sunt templorum ministri, venante illis quas contaminabant,idolo quod adorabant. O quales,vel quantæ lachrymæ

sufficient deceptis? Mulier enim honeste educata ex virginalibus thalamis vocabatur ad libidinis officinam in vsum Dei, vt A ipsi dicebant,petentis lectum illegitimum. Et quod intolerabile in illis, & omnium malorum turpissimum erat, graue illud, & fœlicissimum crimen consuetudine longa, ipsum licentia appreciabatur, ita vt neque latere vellent suas nuptias vim passæ. Gaudens quidam misit ad adulterium coniugem, prostituénsque eam aliis, suam vt videtur accusando naturam, quod non faciat ea quæ corporum. Nam semper abominabilia & nepharia dæmonia. Nunquid igitur tangentes suem vel pisces iure quis reprehenderit,vel potius ad adulterium venantes, & apud sua templa quæ non licet facientes? Sugillare autem & aliis modis Christianam religionem conatur,sic scribens:

IVLIANVS.

Quod autem non solum ij, qui nunc sunt, sed & qui olim primi doctrinam à Paulo acceperunt, tales quidem fuerint, manifestum est ex his quæ Paulus testatur ad ipsos scribens. Neque erat opinor ita impudens, quod male sibi conscius talia illis exprobraret de ipsis scribens, de quibus etiam si laudes tantas scripsisset, & si veræ essent, erubescere oportebat: si autem B falsæ & fictæ,fugere tam liberalem adulationem & mollis blanditiæ affectationem. Cæterum hæc sunt quę de autoribus Paulus ad illos scribit: Ne erretis,neque idololatræ, neque adulteri, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrij, neque obtrectatores, neque raptores regnum Dei hæreditabunt. Et hæc non ignoratis fratres, quod & vos tales fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati in nomine Iesu Christi. Vides, quod & hos fuisse dicit tales,sanctificatos autem & ablutos esse, obtenta aqua quæ ad animam ingreditur, abluereque & purgare potest. Et lepram quidam leprosi non repugnat baptisma,neque lechenas,neque impetigines,neque summas scabies,neque podagram, neque dysenteriam, neque hydropisin, neque paronychiam,neque paruum, neque magnum corporis peccatum:sed adulteria,& rapinas,& in summa,omnes iniquitates animæ tolleret.

CYRILLVS.

Non fuit mos Paulo, vir strenue,palpatione, hoc est adulatione vti,minister enim veritatis erat. Hi autem qui ad veritatis peruenerãt sermonem & initiationem, doctorem sortiti illum, C *Idololatræ pessimi.* idololatræ quidem prius fuerant, & pessimorum dæmonum ministri, impuríque & abominabiles moribus, & omnium voluptatum serui,scortatores, & masculorum concubitores,molles,& ebrij, & in summa, omnis improbitatis studiosi. Neque enim erat videre venerandos & sanctos, qui illorum deos sequebantur, sed omnium criminum rei erant : ne iis qui adorabantur meliores viderentur, si cõtinenter & iustè viuere studerent,& absque omni reprehensione ambulare satagerent. Vnde quandiu quidam fuerunt, ô optime, tuorum deorum ministri,in peccatis,volutabro sicut sues se volutantes,viuebant miseri. Postquàm autem à dæmonica deceptione recesserunt, & erroris tenebras à mente sua ablegarunt, veræ contemplationis luce recepta, vniuersorum regem & dominum agnouerũt, Christum scilicet, tunc sanè omni macula abluti, & pro turpibus elegêre ea quæ omni laude digna erant, ad vitam quæ in Christo, & sanctam vocati, hoc est ad Euangelium. Quoniam gentium apostolus erat sapientissimus Paulus, in fidei sagenam multos congregans,& à diaboli laqueo liberans necessariam & vtilem doctrinam eis faciebat: nempe, vt virtutem fidei face- D rent comitem, & cum errore deponerent membra eius scortationem dico, adulterium, masculorum concubitum, & cætera mala. Sic enim ingressum eis patêre ad regnum cœlorum bene affirmabat.

Quod autem arguendum, vane putat Dominum nostrum Iesum Christum,quod malos idololatras ad se admittat, respõdeat interroganti: Vtrum nam illi in malicia perpetuum habere debuerint fundamentum, & nullo modo videri meliores iis, qui à tam damnatis moribus recesserunt, vel debuerint velle sapere meliora, & attentare omni studio, vt ad optimam perueniant vitam. Verum dixerit arbitror aliquis, quod relictis turpioribus & neglectis malis, ad meliora concedant, & vitam Christianam & admirabilem meditantur. Quare igitur arguit Christum, quod peeuntes salusuit, & porrecta salutari manu humi iacentes erexit,languentéque curauit:sed ignorat fortassis quod animarum sit medicus,& remissionem donat affectonum, quæ in corde sunt. Dixit enim: Non veni vocare iustos, *Matth.9.* sed peccatores ad pœnitentiam. Et iterum: Non opus habent *Lucæ 5.* sani medico, sed ij qui male habent. Nam quos decet curari à medicis? nunquid infirmos, vel morbi expertes? & quos solent in ciuitatibus, vel prouinciis optimi duces libertate donare? captiuósne & in seruitutem redactos,vel eos qui intra mœnia salui manserunt,non facti præda barbaricę crudelitatis? Quos item congruit abluere? sordibúsne coinquinatos, vel minime coinquinatos? Sed dicet mundos: quamuis iustè rideretur, nisi dicat laboribus subsidia magis impendi decere, & non his qui morbo carent. Proinde quare, sicut dixi, accusare audet salutoris nostri mansuetudinem & misericordiam? A morbis eripuit hominem,à passionibus liberauit, ab ipsis diabolicam auertit tyrannidem, misere sordidos mundos & ablutos effecit. Psalmis gratiarum actionem testantibus honorem impende,dic & ipse iuxta prophetam Abacuc: Domine audiui auditum tuum,& ti- *Habac.3.* mui: consideraui opera tua, & obstupui. At qui sapiens etiam materiam risus facit ex iis, in quibus valde gloriari oportebat & exaltari?

Ignorauit autem omnino sancti baptismatis virtutem, operaque veneranda deridet: dicens, ablui venientes ad Christum aqua quæ abluere soleat: & addit illis alias quasdam friuolas & aniles fabulas. Dicunt enim omnino inutilem esse baptismatis aquam corporalibus morbis, nóque ferunt deliros, & dicere quod animæ maculas liberet. Sed dixerim vir strenue, salutarem baptismum non assumi à nobis ad curandas corporis passiones. Neque etiam, sicut putas & sentire vis, vsque ad sensibiles res tantum,Christi sacramentum pertingit. Subtilis & val- *Sacramentorũ virtus.* de profundus de hoc sermo est, & errantium cogitationibus *Esa.6.* non comprehensibilis. Vnde propheta Esaias inquit: Nisi credideritis, neque intelligetis. principium enim intelligentiæ fides: & hanc habet expositionem diuinum nostrum & venerabile sacramentum. Vt igitur non in aures eorum qui non initiati,occulta proferens, impingam in Christum, dicentem: Ne detis sancta canibus, neque proiiciatis margaritas vestras ante *Matth.7.* porcos. Profundioribus relictis, conuertam me nunc potius ad ea ,ex quibus videre licet aduersarium temere nugari, & vituperare etiam scientem,quod verum est. Non enim salutare baptisma, corporalium passionem depositionem annunciat. Vnde si hoc non faciat,ne valde admiretur. Quod enim annuente Christo etiam ad hoc nobis sufficiat aqua citra cõtrouersiam, facile considerabimus, ineffabilem eius & supernaturalem virtutem reputantes. Quid enim admirabile nõ factum est ab illo? Quis enim modus diuinorum signorum demonstratus nõ est? nutu enim fortissimo leprosos mundos fecit, hydropicos à malo suo liberauit, claudum sola voluntate correxit, & ad currendum maxime idoneum fecit, saliit enim sicut seruus: præcepit cæco abluere oculos aquis Siloah, quo facto illuxit ei insolita lux, & profundæ oculorum exemptæ sunt tenebræ. Igitur qui tam eximia absque labore facit,etiam ipsis aquis virtutis suæ efficacia immissa, nónne interdum ostendit beneficium per sanctum baptisma,etiam quemuis corporalem morbum depellere posse? sed ob alia nobis datum esse dicimus. Nam quum prius *Quare baptismus datus.* depositerimus tenebras leuitatis Græcorum à mente nostra, & dæmoniorum turbis vale dixerimus, omnemq; ipsorum pompam & cultum prudentissime respuerimus,& tunc veritatis lumine mentalem cordis oculũ dilatauerimus, agnoscentes eum, qui natura & verè omnium naruitatis autor & maximus rex ac deus est: confitemur fidem in patrem,& filium, & Spiritum sanctum: & ita ad alterius vitæ exordium venientes,ingressi verò pietatis semitas Christo annuente, iustificamur. Per illum enim nobis misericors est pater, iustificante legislatore, & ab omni nos crimine liberante, & pœnam præuaricationum remittente, & etiam in mente sanctificãte per spiritum sanctum, & reformante nos, modo quo ipse nouit, ad nouitatem mentis castæ & iustæ. Quis tum adhuc condemnet,vel quæ adhuc sit macula,dicere non possum. Dicerem sanè de his etiam multa alia, & vera demonstrans, per Mosen & prophetas præfiguratum esse hoc sacramentum,& non nouum,vel nuper ortum, & à nobis inuentum, nisi sicut iam prædixi, reuererer non initiatorum aures. Solent enim minus comprehensibilia à plerisque rideri, quod imbecillitate mentis suæ non vident,& om-

nino nihil faciunt, quæ omni admiratione prosequi decebat. Quemadmodum ille multo optimus expendens solo aquarum spectaculo sacramentum, quātus Ioannes manifeste & euidenter dicat ad pœnitentiæ baptisma euntibus: Ego quidem baptizo vos aqua, venit autem post me qui fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ille vos baptizabit spiritu sancto & igni. Comparat enim igni spiritus sancti virtutē & ablutiuam efficaciam, quæ ab illo in nobis operatur: sicut enim ad argentea vasa accedens ignis, sordes illis insitas deponit: eodem sanè modo etiam diuini spiritus vis tanquam ignis, quæ in nostras immittitur animas, mente scilicet & diuino modo ab omni nos macula liberat, & vrget quodammodo naturam in omne nobis contrarium opus. *Matth.3.*

Eos qui per fidem in Christo congregati ad agnitionem & seruitutem veri Dei, similes factos dicit seruis, qui ab heroum domo abeunt, & ægreferunt seruitutis iugum, & qui se quidem putant effugisse, sed falluntur spe, neque leuius habent quàm antea. Ego autem ad hæc dixerim, quod deceat illos comparari seruis, qui beneuolentiam domini contemnentes, & temeraria defectione facta, & libertatem quæ supra leges est, in tempore nō sitiuerunt: & ad hæc vt grauibus & inuitabilibus capti malis, & iugibus afflicti terroribus, difficiliq́ue & inemendabilis, ac admonitionem nō recipientes, paupertate pressi necessariorumq́ue penuria, & aliis quibusdam seruire coacti, tarde, & vix iterum meliora deliberant, eligenda censentes prima, vt recurrant ad primum bonum dominum. An non verè dicitur, quod vniuersorum natiuitatis autor & dominus est, solus verè & natura deus? Itaq; qui dæmoniis seruierunt, siquidē voluerint pœnitere, intelliguntur meritò nō à suis dominis recessisse, sed sub omniū domino deo factos esse, optima spe inductos.

Propositum enim est eis in promissionem adoptionis beneficium, assequuturósque se expectant etiam resurrectionem ex mortuis per Christum: id quod præ omnibus aliis veritatis inimicus maxime irridet, quasi omnipotens deus non possit facere morte superius, quod secundum suam naturam corruptionis rationis subiectum est: quamuis Plato manifeste dicat, opificem mundi dixisse quibusdam diis deorum, quod immortales quidem non sint, neque incorruptibiles omnino, neq; corrumpendi ipso volente. Scripsit etiam heroum quēdam, qui in Armenia morte occubuerat, reuixisse. Videbatur enim & ipsi sermonem de resurrectione mortuorū, vtpote verum & bene habentem admittendum: & quod is qui ab initio produxit hominem ex nihilo, etiam refecturus sit facile eum, qui solutionem moriēdo passus sit. Esset enim, vt opinor, virtutis eius perfectio, & euidens demonstratio, quod ex nihilo produxit vt esset, & per corruptionem collapsum ad initium reduceret. Num forsitan primo secundum minus erit iuxta mentem sanam? Maius enim opinor esse, producere aliquid ex nihilo, quàm iam productum & graue aliquid passum, reduci denuo in id, quod principio erat. Quoniam autem secundum naturam vita est, & viuificus qui super omnem mētem est omnibus modis, si voluerit quibusdam immittit vitam nullo impediēte, inuictam enim habet efficaciam. At si quoniam miraculum hoc est super rationem, & modo perficiatur nostris cogitationibus incōprehensibili, plerique non credunt, ne ignorent quod patiantur hoc & in plurimis aliis. Neque enim dicere poterunt quomodo singulæ creaturę sensibiles & mentales, hoc est visibiles & inuisibiles factæ sint. Fide autem honorare decet verè sapientes, in his quæ mentis nostræ mensuram transcendunt.

Libri septimi finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, LIBER VIII.

ITAQVE contra ineffabilem gloriam Dei bellum suscipit sapiens ille, & suæ intelligentiæ tela contra ea quæ mentem excedunt iaculatur: sed omnia à scopo recedunt. Mentitur enim & arrogans est, & mentionem faciens scripturis, fingit quidem se illas scire, sed deprehenditur nihil intelligere, idque nobis causarum examen ostendit. Dudum enim per fidem in Christo congregatos in populum sanctum, qui & bene ageret, splendidaq; ac admirabilia studia sciret, abominables & sceleſtos, miserabiléſque & abiectos, & nullo non ignominioso nomine appellat. Quasi autem non sufficeret ei contradictio qua nobis insultauit, attētat etiam aliis modis demonstrare, quod nihil vspiam nobis mentis sit, & quod neque ad viam veritatis ire sciamus, sed resiliamus à lata via, negligamúsque omnino Mosaicam legem, ac secus sentiamus quàm ille & sancti alij prophetæ qui post illum fuerunt. Scribit autem sic:

IVLIANVS.

Quoniam autem dicunt se differre à Iudæis, qui nunc sunt, & se esse vere Israelitas iuxta prophetas suos, & Moysi maxime credere, & prophetis qui post illum in Iudęa fuēre: videamus in quo maxime idem sentiant cum eis. Incipiendum ergo nobis à Mosaicis, quandoquidem Mosen ipsum dicunt prædixisse futuram natiuitatem Iesu. Igitur Moses neque semel, neque bis, neque ter: sed sæpissime vnum deum solum vult coli, quem & super omnes nominat, deum autem alium minime, sed angelos nominat & dominos, & etiam deos plures, & vnum præcipuum primum, alium autem neque suspicatur secundum, neque æqualem, neque inæqualem, sicut vos finxistis. Si autem est apud vos de his vnum Moysi verbum, iusti eritis, si protuleritis. Prophetam enim vobis, inquit, suscitabit dominus deus vester ex patribus vestris, sicut me, illum audietis. Atqui hoc non est dictum de nato ex Maria: si autem quis vestri gratia cōcesserit, sibiipsi dicit illum similem fore, & non deo, prophetam, quemadmodum ipsum & ex hominibus & non ex deo. Et quod non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, maxime dictum de hoc non est, sed de Dauidis regno, quod cessasse videtur in Zedechia rege. Quamuis & scriptura bifariam habeat, Donec veniant quæ reposita sunt illi: vos autem subiecistis, Cui repositum est. At quod nihil horum conueniat Iesu, manifestum. Neque enim est ex Iuda. Vel quomodo, qui secundum vos non ex Ioseph, sed sancto spiritu natus est: qui enim genealogiam narratis, refertis in Iudam, quod & ipsum non potuistis bene fingere. Redarguuntur enim Lucas & Matthæus genealogia inter se discordare. *Deut.18.* *Gene.49.*

CYRILLVS.

Quod nos veri Israeliti simus, qui per fidem in Christo iustificati, Paulus in lege eruditus ostendit, scribēs: Non enim omnes qui ex Israel, Israelitæ sunt: neque qui ex semine Abrahæ, omnes filij, sed filij promissionis ij computantur in semen. Sumus autem nos secundum promissionem filij patriarchæ Abrahæ, vtpote sequentes vestigia fidei illius. Vnde repromissionis filios, eósque solos computari in semen Abrahæ congruit: decet & citra controuersiam Israelitas nos verè esse & nominari. *Roman.9.*

Iam quod res Christianorum cum dogmatis Mosaicis de deo & sanctis prophetis conueniant, videre volentibus haud difficile erit. Illinc enim quasi ex fontibus haurimus scientiam ad optima quęque ducentem: hoc & ipse nobis vniuersorum deus pollicetur, dicens per vocem Esaiæ: Haurite aquam cum gaudio de fonte salutaris. Aquæ enim viuificè sanctum & diuinum sermonem comparat, quem salutares fontes scaturiunt, hoc est Moses, & prophetæ, apostoliq́ue, & Euangelistæ. Et idcirco neque Mosis dogmatibus, neq; sanctis prophetis quis nos vnquā viderit contrarias. Magistros enim, vt dixi, ipsos fecimus piarum disciplinarum, dogmatumq́ue & morum scientiæ. *Esa.12.*

Quod autem vnum & natura verè Deum visibilium & inuisibilium opificem & dominum confessus fuerit Moyses, & no bis reuelauerit, inficias ibit nullus. Induxit enim ipsum manifeste dicentem: Non sint tibi dij alij præter me. Et iterum: Non facias tibi idolum, neque alicuius similitudinem quod in cœlo sursum, & in terra deorsum, & quod in aquis sub terra. Dicit etiam per vocem prophetarum: Sic dicetis illis: Dij qui cœlum & terrā non fecerunt, pereant de terra & sub cœlo isto: insuper & deum præter me nescias, & saluans nō est præter me. Psallit autem & diuinus Dauid: Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Sequentes igitur ea quæ per Mosen prædicta & per prophetas annunciata sunt, vnum quidem natura & verè Deum esse confitemur: scimus autem cum hoc, & indubitato credimus, quod omnes dij gentium dæmonia. *Exod.20.* *Ibidem.* *Hiere.10.* *Psal.95.*

Vbi

Vbi ergo dissidemus à sanctis? vel quomodo illorum obluctamur sententiis, quasi alia quædam sentiamus, vel dicamus? veniat ostendat. Non enim vt inanes, nostros reiiciet sermones, grauis ille disputator & veritatis reprehensor. A

Miror autem, quod, quamuis non semel, sed sæpissime scire se fateatur, & optimum Moysen etiam confiteri, vnū Deum & alium præter illum, omnino nullum, nominare angelos Dominos & deos multos, nescio quomodo dicere audeat: Eximium autem præ aliis: Primum, sed præesse aliis non sufficit solum vt tollantur alij: sed si solus sit, & secundum naturam dicatur ipse, tunc & nullus erit cum ipso Deus verè. Quare igitur corrumpit Moysis verba? quamuis manifeste dicat: Audi Israel: Dominus Deus tuus vnus est. Nō enim eximium præter alios vnum, & super omnes Deos voluit sentire ac dicere, qui incomparabilibus excellentiis magis exaltatus sit, etiam vltra omne quod factum, etiam per se existentem & ingenitum solum credidit. Et quomodo vel vnde dubitatur, quod quum sit vnus & solus Dominus & Deus, etiam si dicātur quidam dij & Domini, nudáque appellatione honorentur, alterius ab ipso existentes naturæ, cōpositæ scilicet quæ aliquando non erat, productæ autem ab illo. Vnde & nobis quidem appellationem, vniuersorum Dominus dedit: Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Nunquid igitur qui honorati sumus, & honorem à benignitate eius accepimus, quod vocemur dij, propterea naturæ nostræ mēsuram ignorabimus? minime. Sapientiæ enim nobis est studium, & rationem habemus. *Deut.6.* *Dij multi appellatione.* *Psal. 81.* B

Quod autem licet Moyses dicat vnum Deum, patrem scilicet, fateatur omnino cum illo, eum qui ex illo, & in illo, & proprium illius Deum Verbum, quod simul existat, & absque tempore consubsistat, & coadorandum filium, spiritúmq; sanctum, vbi de his sermo paulò processerit, iterum ostendemus, quamuis longos contra illum de illis ipsis produxerimus sermones. Non enim sicut ipse dicit, nouum quiddam sectantes finximus, & adiecimus sapientissimi Moysis sermonibus, quod absque iudicio placebat, sed potius ipsius dicta pro canone & pondere habuimus.

Quoniam autem Christi natiuitatem curiosius inquirit, & sapientissimi Moysi legem scrutatur: non enim dixisse aliquid de illis, istum nescio quomodo contendit: discat à nobis quod scopus Mosaici negocij, in Christi respectat sacramentum, & scribitur apud illum sæpissime Christus, id quod sciēs diuinus Paulus scribit: Finis enim legis & prophetarum Christus. dignúsq; fide de hisce rebus Christus ipse loquens Iudæorum turbis: Si credidisseris, inquit Moysi, credidisseris mihi, nam de me ille scripsit. Age igitur quamuis plurima & vera testimonia afferre liceret, idque absque labore, prætermissis aliis, hæc quæ abillo dicta sunt probemus, vt etiam sic mendacem ostendamus. Dicit igitur sacrorum dux Moses iis, qui ex sanguine erant Israel: Prophetam de fratribus tuis, sicut me excitabit tibi Dominus Deus tuus illum audite, secundum omnia quæ petiisti à Domino Deo tuo in Horeb, die congregationis dicentes: Non adiiciemus audire vocem Dei nostri, & ignem hunc magnum non videbimus vltra, ne moriamur. Et dixit Dominus ad me: Recte omnia quæ locutus sum, prophetam suscitabo eis de fratribus ipsorum sicut te, & dabo verbum meum in os eius, & loquetur eis, secundum quod mandauero ei: & homo qui non audiet, quæ loquetur propheta in nomine meo, ego vindictam sumam de illo. *Rom.10.* *Ioan.5.* *Deut.18.* *Christus à Mose prædictus.* C

Vide quàm tempestiuè Christi mysterium & appositè significabat. Descenderat enim vniuersorum Deus in specie ignis super montem Sina, & vox tubæ sonabat valide, sicut scriptum est: sed videntibus spectaculum inaccessum erat, & tubarum vox ægre tolerabilis. Quapropter & immodica formidine correpti dicebant. Ignem hunc magnum non videbimus vltra, & non audiemus vocem Domini Dei nostri. Opinabantur enim adhuc gentiliter sentientes, vniuersorum deum esse ignem sensibilem, & à nobis visibilem, & illius audiri vocem: & quoniam crassi erant, veritatem ignorabant, tardéque & vix discebant, Christo dicente eis de Deo & patre: Neque vocē eius vnquam audiuistis, neque speciem eius vidistis. Vnde quia inaccessum erat spectaculum eorum quæ ad gloria Dei formata erant, iis qui tunc instituebantur, postea necessariò incarnationis vngeniti prædicabatur modus. Non enim aliter poterat cōuersari cum iis qui secundum naturam erat Deus, cum hominibus super terram, nisi fuisset tolerabilis homo sicut nos factus, cum hoc quod maneret Deus. Diuina enim & summa & quæ super omnia est natura, in hoc gloriosa est, quod & venit & inconuertibilis est. *Exod.19.*

Nominatus autem est propheta, quamuis sit prophetarum Dominus: oportebat enim demittentem se ad humiliationem, vt humanitatis subiret mensuram, non contemptibilia, quę humana, facere. Prophetæ autem donum in ordine summarum dignitatum humanitatis mensuræ recensetur.

Sed, inquit, non esse euidenter dictum de nato ex Maria: si autem quis vestri gratia admittat, & dicat illi istum similem fore & nō Deo propheram, & sicut illum ex hominibus & non ex Deo. Itaque quod Deus & ex Deo secundum naturam sit Dei filius dicemus non multo pòst. Quoniam autem dicit hoc non esse scriptum de nato ex Maria, alium nobis ostendat factum sicut Moysen, & nō secundum eos quos ipse voluerit modos. Ignorat enim omnino veritatem. Ad hoc statim quis diceret: etiam multi fuerunt prophetæ post Moysen, & homines sicut ille, de quo nam igitur hæc dicit? Itaque necessarium illud SICVT ME plurimis modis à nobis intelligi. Vnde Moysis ministerium pro viribus cum saluatoris administratione componamus, & virtutem prophetiæ eius: age, manifestare studeamus. Quippe Moyses liberauit eos qui ex sanguine Israel graui seruitute infestabantur, traduxitq; per medium mare, submersis in illo iis qui pridem tyrannidem in ipsos exercuerant: aluit in eremo descendente manna: commendauit Deo: mediator factus illius & hominum, & legis minister fuit: quæ ad singula facienda bene illos componebat, *Moysis cum Christo collatio.*

Hinc tanquam ex figura & vmbra ad ipsam deinceps veritatis pulchritudinem eundum. Tyrannidem in nos exercebat crudelissimus Satā, & peccati iugo humanum alligabat genus, nullúsque prorsus calamitatis istius expers erat: proinde & superbiebat, & sublimia de se sentiens, & omnium infirmitatem non mediocriter contemnebat, dicens: Vniuersum orbem terrarum sumam manu, sicut nidum: & sicut derelicta ova tollam, & non est qui euadat & contradicat mihi. Atqui vana erat illius in hac re iactatio. Opinabatur enim nullum contradicturum, perterriturúmque se orbem, & quasi absque labore suis subiecturum pedibus terram, defectus autem est à spe miser. Nam contradixit & obluctatus est: Christus eripuit ex illius laqueis, eduxit nos è seruitute spiritali, & ingressos in lutū peccati extra periculum posuit: transire fecit Iordanem, qui hostibus quidem & persequi volentibus eos qui bene viuere volunt, damnosus est: viuificat autem & saluat eos qui sub Deo, & quæ illi placent sentire student: dedit nobis non manna sensibile, sed seipsum potius in sanctū & viuificum, & sanctissimum verè cibum: oblati autem sumus per illum patri, & mediator factus est illius & hominum: adhæc & legem vult non iterum in figuris & in vmbris, sed qua ad optimam vitam peruenire queat. Est itaque & in ipsa lege veritatis figuratio: postea autem resulsit veritas. *Legem meliorē Christus dedit quam Moses.* D

Vide autem quomodo non ignorarit Moyses quod vnigenitus Dei Verbum factos homo, hominibus super terram incomparabiliter meliorem legem quàm erat vetus illa, laturus esset. Nam quamuis scripserit de legibus à se dictis, quod nihil illis vel addi vel adimi debeat, & dominicarum dignitatum eminentiam intelligens & gloriæ summitatem, & diuinæ potestatis magnitudinem promittens dicebat: Ipsum audite, iuxta omnia quæ vobis loquetur. quasi diceret: Licet etiam ipse velit legem ponere, qua cessaturum definiatur mandatum per me ministratum: hoc non curetur. legem enim cum autoritate ponet. Deus enim est & Dominus, & ipsum & solum decet meritò legem ponere. Vt autem non solus videatur Moyses hanc de illo prophetiam in istis enunciasse, etiam ipse pater hoc confirmauit optime loquutum illum esse asserens, ac dicens: Rectè omnia quæcunque loquutus est: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū, sicut te, & dabo verbū meum in os eius, & loquetur ipsis secundum omnia quæ mandauero ei. Et quid volunt sibi ij sermones ô amice? Nónne dixerit prudentior aliquis, quod omnibus sanctis prophetis ipse verbum dederit, qui superne & ab illo afferentes sermones, dicebant manifestē: Hec dicit dominus? Et quid vult manifestare in hoc, *Matt.17.* *Deut.18.* *Exponitur illud, Prophetam suscitabo, etc.*

dicens: Dabo verba mea in ore eius? Intellige vir strenue summam eminentiæ saluatoris nostri dignitatem. Diuini enim prophetæ seruile suum ministerium agnoscentes dicebant: Hæc dicit Dominus. At ille non sic. Causam scire vis, ipse enim Dominus erat. Vnde paternis vocibus in quouis negocio magis vtebatur, *Matth. 8.* leproso quidem dicens: Volo mundus esto. Et mortuis imperabat, vt reuiuiscerent. *Lucæ 7.* Dicit enim: Adolescens tibi dico surge: *Ioan. 11.* Et, Lazare veni foras. Increpabat item creaturam, & remorabatur immissos feroces ventos, & sæuiens mare sedabat voce & verbo diuino. *Marc. 4.* Dicit enim: Sile, compescitor. Hoc opinor est: Dabo verbum meum in ore eius. Sicut enim sapientissimus Paulus scribit: *Heb. 1.* Fert omnia verbo virtutis patris, id quod & maxime demonstrat non ad aliorum prophetarum vaticinandi virtutem pertinere, sed manifeste ad illum qui ex Deo patre quidem secundum naturam, vt Deus ineffabiliter natus, non dedignatus autem est & natiuitatem secundum carnem ex sancta virgine.

Vrgens autem iterum hoc quod sibi & fortasse soli, idque absque iudicio videtur, quod dictum istud: *Genes. 49.* Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, vel etiam cui reposita sunt, & ipse erit expectatio gentium: non de nostri omnium saluatore Christo scriptum sit, sed de regno Dauid, quod & cessasse dicit in rege Sedechia. *Regnū Iudæorum deficit sub Herode.* Itaque quod sermo propheticus ille, mētionem faciet eorum, qui regnauerunt de tribu Iuda super Israel, etiam ego ipse dixerim. Quod autem ille mentiatur, dicens cessasse in Sedechia regnum ex Iuda, & Dauid, inde quis scire poterit. Nam primus quidem regnauit Saul, & multo tempore exacto obuenit principatus Sedechiæ. Vbi autem capta est Hierusalem deuastata Iudæorum regio à Babyloniis contra illos bellum gerentibus, abductus est captiuus Israel vnà cum rege suo, Sedechia inquam. Verum vbi septuagesimus annus præteriit, dimisit eos Deus à captiuitate per Cyrum: & quum rediissent in patriam, aciterum lege Mosaica erudiri curabant, tuncapud illos sceptrum accepit Zorobabel, Salathielis filius de tribu Iuda. Quomodo igitur cessasse dicit regnum Dauid in Sedechia, cum Zorobabel vt dixi, post captiuitatis tempus in regni solio consederit, fuerítque de tribu Iuda & Dauid transmissúmque sit per posteros illius sceptrum vsque ad regnum Herodis, qui ex matre quidem fuit Iudæa, sed ex patre alienigena? Tum vbi sic defecerunt de tribu Iuda, qui principatum gererent, natus est Christus, qui & gentium fuit expectatio, quæ & ipsæ per fidem vocatæ sunt. Et hoc erat quod de illis dictum per vocem nostri omnium saluatoris Christi: *Ioan. 10.* Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & erit vnum ouile, & vnus pastor. Natus igitur, vt dixi, Dominus noster Iesus Christus, quum iam defecissent reges ex Iuda, & factus est spes gentium, hoc enim illi repositum. Non enim per vnum sanctorum prophetarum accersitæ sunt gentes, neque etiam per sapientissimum Moysen, vel etiam per aliquem alium: sed ipsi potius, vt dixi, repositum fuit, vt imperaret non iam soli Iudææ, sed etiam omnibus gentibus. Dixit enim alicubi & propheta Zacharias de illo: Et erit Dominus vnus, & nomen *Zach. 14.* eius circuiens vniuersam terram. Psallit autem & Dauid domi- *Psal. 96.* nus regnauit, exultet terra.

At ille importunis sermonibus dicit, manifestum esse, quod nihil horum conueniat Iesu. Non enim esse ex Iuda, quomodo quum vos non ex Ioseph, sed sancto spiritu natum esse dicatis? Ad id quidem vnusquisque rectè sapiēs dicet, quod corpus eius sanctissimum non fuerit ex Ioseph, sed ex spiritu sancto. Erat autem & sic etiam ex tribu Iuda, & de sanguine Dauid: habens quidem natiuitatem secundum carnem ex sancta virgine, patrem autem assignatum Ioseph, qui ambo erant de tribu Iuda, ex qua Iesse & Dauid. Fortassis dicet: Sed non poteris virginem quæ ipsum peperit, demonstrare fuisse ex tribu Iuda de sanguine Dauid. Consule igitur de ea re sacras literas. Non erat permissum, vt coniungeret sibi coniugali societate, quam ex qua tribu quis vellet: sed erat necessarium, etiamsi nollent, ex sua tribu ducere vxorem, diuináque lege res roborata erat. Scriptum enim sic est in Numeris, est autem & hic vnus ex sapientissimi Moysi libris: *Num. 27.* Et præcepit Moyses filiis Israel per præceptum Domini, dicens. Hoc est verbum quod præcepit Dominus filiabus Salpaad, dicēs. Quæ cuiq; placent coram ipsis stēt mulieres, veruntamen ex populo patris sui stēt mulieres, [E] & non confundatur hæreditas filiis Israel de tribu in tribū: quia in hæreditate tribus familiæ suæ adhærebūt singuli filij Israel: & omnis filia cognata habens hæreditatē ex tribubus filiorū Israel vni de populo patris sui erit vxor, vt cognatione hæreditent filij Israel vnusquisque hæreditatem suam paternam. Nónne tibi videtur etiam per hanc legem iam consentiri, quod ex vna ambo tribu sint: nempe Iuda & Dauid, tā Ioseph quàm virgo? Sed non erat, inquit, Ioseph ex Iuda: suspendit autem probationem, igitur in tempore etiam de illis differemus. Peruenit nunc in eam temeritatem sermo eius, vt quantum in ipso est, omnino & incarnationis vnigeniti modum concutere audeat, & ipsius verbi subsistentiam. Dicit enim Moysen sacrorum ducem, & sanctos prophetas illum sequutos, vnum & solum Deum patrem nouisse, adnumerasséque illi omnino nullum, & scribit sic:

IVLIANVS.

[F] Cæterum de hoc in secundo scripto diligenter inquisituri, dicere differemus. Concedatur autem esse princeps ex Iuda, non Deus ex Deo, sicut vos dicitis. Neque omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dictū enim est & in Numeris: Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israel. Manifestum est quod hoc Dauid, & eis qui ab illo sunt conueniat. Dauid enim *Num. 14.* filius Iessæ erat. Itaque si ex illis tentatis hæc concludere, ostendit vnum verbum illinc adductum, vnde ego plura: Quod autem Deum vnum, nempe Israel putârit, in Deuteronomio inquit: Et vt scias tu, quod Dominus Deus tuus hic Deus vnus est, & non est alius præter illum. Et præterea dicit: Et animad- *Deut. 4.* uertes mēte tua, quod Dominus Deus tuus hic est in cœlo sursum, & in terra deorsum, & nō est præter illum. Et iterum: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Et iterum: Videte quod ego sum, & non est Deus præter me. Hæc itaque Moyses dicit, vnum contendens esse Deum. Sed illi fortasse di- *Deut. 6.* cent, neque nos duos dicimus, neque tres: verùm ego hoc ostēdam, quod ipsi dicant, testem adhibens Ioannem dicentem: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus e- *Ioan. 1.* [G] rat verbum. Vides quod apud Deum esse dicitur, siue is qui ex Maria natus, siue alius quispiam sit, vt interim & Photino respondeam, differt nihil. Cæterum contentionem hanc vobis relinquo, quod dicit quidem, apud Deum & in principio, sufficit quod hoc testimonium dederit: quomodo igitur confitetur eadem cū Moyse? Sed inquit, adstipulatur Esaiæ dictis. dicit enim Esaias: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Sit sanè & hoc dictum de Deo quamuis minime dictum sit. Nō enim erat *Esa. 7.* virgo quæ nupserat, & priusquam peperisset, simul vocata est cum marito Detur autem dici de illo. Nunquid Deum dicit ex virgine nascendum? At vos non cessatis vocare Mariam virginem. Sed non dicit eum qui ex virgine natus est, Dei vnigenitum filium & primogenitum omnis creaturæ. Iam quod dicitur à Ioāne, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: poterítne quis in propheticis ostēdere vocibus? Quæ autem nos ostēdimus, ex illis ipsis deinceps audite. Domine Deus noster posside nos, præterea alium nescimus. Faciunt autem & *Esa. 26.* Ezechiam regem orantem: Domine Deus Israel qui sedes super Cherubin, tu es deus solus, nunquid secundo relinquit *Esa. 37.* [H] locum?

CYRILLVS.

Sufficerent igitur, sicut opinor, prædicta ad probandum quod maxime ad Christum pertineat hoc dictum. Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est. Verùm quoniam & aliam prophetiam attingit, nempe Balaam dicentis: Orietur stella ex Iacob & homo ex Israel, & sauciabit duces Moab, & deprædabitur filios Set, & erit Edom hæreditas, etiam ista in Dauidem, vel eos qui olim regnauerunt in Israel referenda dicit. Sciat iterum quod subuertere nititur ea, quæ ab omnibus sacram scripturam nō ignorantibus approbantur, & vt recte se habentia recipiuntur. Qui enim tunc regnauerunt in Israel nominatis gentibus non dominabantur: viuebant autē nunc cædentes, & interdū etiam

cæsi,

cæsi, magna rerum vicissitudine & discordes inter se omni tem- [A] pore. Et alio etiam modo, si secundum quod ille dicit extendit se prophetiæ virtus, vt afferat memoriam Dauid & etiā aliorum regum, cur non potius dixit: Orientur stellæ ex Iacob & duces ex Israel? in vnum autem spectant electum, & quodammodo in stellis conspicuum, nempe Christum, qui ortus est ex Iacob, hoc est, Israel secundum carnem. Plurima etiam alia afferre difficile non foret, sed nunc reseruo in congruum tempus consummatiorem enarrationem.

Quoniam autem, vt prædixi, subuertere omnino audet ineffabilem generationem filij ex deo & patre, & dicit neq; subsistere omnino illum neque esse deum, & præterea ridet incarnationis modum: necessarium esse dico, idque piis dogmatibus etiam de vtrisq; sermonē instituere. Et nunc accedat illius probatio. Opinor enim dicendum prius manifeste, deū esse & Verbum ex deo, deinde suo ordine quod & homo factus sit, non amittens esse quod erat, inconuertibile enim & incommutabile secūdum naturam esse: sed in assumptione carnis & sanguinis nostram similitudinem subiisse ex sancta & diuinitus inspirata scriptura astruendū erit. Itaque plurima dicta & ex Mo- [B] se scriptis, & propheticis prædicationibus cōgregans, cumulatim suis immiscuit sermonib. quib. vnius & solius dei mētio fit.

Opinatur autem fortassis quod contra sanctorum opiniones nitamur, & deos tres esse confiteamur, si cum deo & patre existere semper sentiamus & definiamus rectè eum qui ex illo & qui in illo, & proprium eius vnigenitum deum Verbum, item & spiritum sanctum vt consubstantialem illi. Nam vna deitatis natura in tribus subsistentiis intelligitur, in patre & filio & spiritu sancto. Nullo autem modo à nobis secatur in naturarū diuersitatem, neque nominata inter se in externum aliquod substantialiter recedunt. Vna autem & eadem ratio est *Filius non intelligitur absque patre.* per totam sanctam trinitatem in vnum deitatis congregans naturam, tametsi vnaquæq; persona propria subsistentia subsistere intelligatur, atque ita licet qui vnum dicat deum, nihilominus absque suo filio nunquā intelliget patrem, neq; absque spiritu secundū naturā ex ipso emanante, qui & ipse eius proprius est. Sicut quemadmodum qui hominē dixerit, omnib. modis memor erit etiā eorū, quæ substantialiter illi insunt, quæ agnata quidem hominē perficiunt, at non item eorum quæ non in- [C] sunt. Eodem opinor modo, & aliorum nominū manifestatio necessariam rebus affert contemplationem. Itaque qui patrem dicit esse Deum, cum ipso definat proprium eius, & ex ipso, & in ipso secundum naturam filium. Nam si nō est falsum, quod pater non est factus in tempore (omnino enim nihil ei accidit, sed est per se existens vtique) quodammodo necessarium, vt dicamus cum ipso subsistere propriū quo est pater. Quandoquidem autem semper est opifex, & non in tēpore appellationem accepit, simul vtique cum eo semper est is per quem omnia operatur splendor gloriæ eius, & character substantiæ, nominatus enim ita est per Theologorum vocem. Quando igitur absque splendore intelligitur lumen? quando item non erat character subsistentiæ patris? Igitur & nos vnum confitemur subsistere Deum vniuersorum opificem & dominum: scimus autem cum ipso subsistere proprium eius deum verbum, qui ex ipso secundum naturam ineffabiliter natus est: & sicut ex luce lux effulsit, hoc est, sicut verbum in mente & ex mente subtilis enim valde generatio diuina, & extra omnem corporalem imaginationem.

[D] Quapropter qui negauerit filium, à luce splendorem au- *Exempla qualia.* fert & definit mentem sine verbo. Et valde quidē exilis est exemplorum propositio, sufficit tamen ad euehendam mentem vltra eā, quæ excedunt nostram rationem. Nam quoniā quicquid productum est & natum, longe sub ea quæ omnium substantiarū summa est residet gloria, & nihil omnino est illi assimile, & prorsus respōdet. Hac ratione valde meritò ab exēplis aliquam vtilitatē capimus, ex multis vnū quiddam & modicū colligentes, vel in obscuram & mediocrem eorum quæ quæruntur comprehensionem. Vnde sapientissimus Paulus: Vide- *1. Cor. 13.* mus, inquit, in speculo & ænigmate.

Quod autē omnino absque filio à nobis pater intelligi nequeat, etiam filius nos docet, dicens: Qui negat filium, neque patrem habet. Et Iudæorum turbis: Neque me vidistis, neque *Ioan. 8.* patrem meum: si me nouissetis, & patrē meū nouissetis. Etenim minime intelligitur pater verè, nisi naturæ propriæ fructū habeat filium. Nam quemadmodum secundum relatiuorum virtutem filius nunquā esset, si nunquam intelligeretur & pater: eodem modo neque pater intelligitur, quum non sit filius.

Item summè extollitur diuina & ineffabilis verbi natiuitas, & supra omnis creaturæ mensurā. Neq; enim tēpus erat quo illū non esse intelligimus, imò ipse est seculorum factor, & super omne tempus eleuatam habet subsistentiam. Vnde dixit ad Moysen: Ego sum qui sum; hoc est nomen meū. & ita illud, *Exod. 3.* Ego sum qui sum, in filium accepit. Igitur is qui est verbū, cum eo qui est pater simul subsistens, intelligitur meritò vt ex ipso, & in ipso, & consubstantialis ipsi. Non enim esset fructus substantiæ eius. Qui est hoc quod non est, qui est. *ὤν.* Et quum creaturæ quæcunque sunt sortitæ generatiuæ potentiæ vim non aliqua, quæ alterius substantiæ sint, gignere soleant, sed potius sibi similia, secundū omnia quæ substantialiter, ipsis insita sunt: & quomodo igitur non esset absurdissimum opificē suis creaturis minorem fieri? Genuit ergo ex se filium pater qui est ipsius & verbum, sapientiaque, & virtus. Nā condidit quidem [B] per illum omnia, & vt essent producit, similitérque sapientiam dat his qui sapientiæ capacia, & quæ indigent virtute roborat.

Patris enim proprietas bene & manifestè in filio manifestatur. Et quēadmodum ipse in sua natura delineat eum qui se genuit, & subsistit etiam ipse in patre, & vnū est cum eo naturæ identitate, hac sola differēs proprietate quia est filius. Est igitur ex eo qui est is qui est, & nomen hoc maximè genuinū ei est. Vnde diuinus Dauid ostēdit, sēper, & eodē modo ac similiter illum se habere dicēs: Cœli peribunt, tu autē permanes, & omnes sicut vestimentū veterascēt, & sicut amictū explicabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui nō deficient. *Psal. 101.*

Nec miraris, si hæc de illo diuulgârint spiritu afflati, sic enim sentiendum esse etiā Græcorū sapientib. visum est. Vnde plutarchus dicit proprio sermone alloquendum esse Deum: Ipse es & vnum. Et illis addit: Itaque neque numerum, neque ordinem, neque copulam, neque vllam aliam cæterarum particularum nihil opinor literam significare: sed est per se existēs *αὐτὸ εἶ καὶ ἕν.* dei prædicatio & appellatio, quæ verbo faciat vt eum qui sonatur, virtutem dei cogitemus. Et post alia iterum: Sed est deus si dicere conuenit, secundum nullum tempus, sed iuxta [C] seculum immobilis & inuariabilis, & quo nihil est prius, neque posterius, neque futurum, neque præteritum, neque antiquius, neque recentius, sed vnus existens in vnico, nunc sempiternitatem impleuit, & solus est quod eodem modo verè est, neque factum, neque futurum, neque cessaturum. Igitur sic illum qui volunt, salutare oportet, vel etiam ἢ καὶ Δία, sicut aliqui veterum εἶ ἕν, es vnum. Non enim multa deus est, sicut nos omnes ex innumeris differentiis, sed esse oportet id quod est sicut vnum. Igitur vna deitatis natura, & τὸ ὄν, id quod est, ipsam maximè decet. Quocirca & Plato in Timeo inquit, vtrum igitur rectè vnum cœlū, antea diximus, vel multos & immensos? dicere multo rectius erat vnum, siquidem secundum exemplum formatum erat. Nam quod continet etiā omnia quotquot sunt mentalia animalia cum alio secundum nunquā erit. Ratio autem est vnum deum sciens. Igitur, vt dixi, vnus deus & non in omnib. scilicet, sed alius ab omnibus, & in summa natura intelligitur & est: nam si omnia continet, quomodo ipse non est extra omnia?

[D] Fortassis manibus plaudit aduersarius propter hunc sermonem, & dicet: Cum meo sermone cōuenisti. Dicebam enim, quod & tuorum dogmatum magister Moyses, quem admiratus es, vnius & solius dei mentionem fecerit. Dicit enim: Ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Et iterum: Audi Israel, dominus deus tuus deus vnus est: aliáque his similia. Quem igitur ô vir strenue dicimus putas, his qui sanctam & consubstantialem trinitatem crediderunt, per hos sermones significarit? Sed dicet omnino patrem. Etenim substantiam filij pernegat, & sermonis eius intentio istuc contendit. Diuina quidem loquutus est Moyses in sancto spiritu, necnō & sancti prophetæ qui fuēre post illum: oportet autem omnibus modis sanctorum voces non esse vanas. Igitur quum Moses sic scripserit: Audi Israel, dominus deus tuus dominus vnus est: aliáque ad illa adiecerit similia. Dixit & alius sanctorum prophetarum quidam de nostri omnium saluatore Chri-

Baruch 3.

sto: Hic deus noster, non reputabitur alius ab eo, inuenit omnem viam scientiæ, & dedit Iacob filio suo, & Israel dilecto suo. Et post illa: Super terram visus est, & cum hominibus cōuersatus est. Nónne cū hominib. couuersatus est factus homo filius? quāuis omnē scientiæ viam antiquis inuenisset. Posuit enim legē quæ per Mosen promulgata. Et quis de hoc dubitaret? Quoniam autem propheta inquit, Hic est deus noster, & non reputabitur alius cū eo, quid faciemus vir strenuè? negabimus patrē, ita quod solus filius deus? non suscipiemus filium quasi solus & vnus pater deus sit? Et quonam perueniet vocatorum fides? Vna igitur adoratur diuinitatis natura in patre & filio, & spiritu sancto.

Vna deitatis natura in patre & filio & spiritu sancto.

Cæterū quia vult, vt de his ipsis vel vnū afferamus ex Mose testimonium, opinatur enim fortassis de fore nobis, accipiat multa, & quæ ipse, vt arbitror, admiratus est, quod cum substantia filij pugnent, illa conuenire magis, vt iam dixi, ostendemus. Vide igitur sacrorum ducem Mosen, sanctæ nobis trinitatis plenitudinē in pluribus locis designantē. Adduxit enim vniuersorum deum dicentem: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Itaque in eo quod dicit, Faciamus, inducitur manifestatio simul existentis filij & sancti spiritus. Et dum dicit: Secundum imaginem nostram, naturalis identitas quæ non variatur inspicitur. Nam si vnum & solum quiddam esset subiectum, quomodo posset eorum quæ diuersæ naturæ essent imaginem capere? Sed neq; angelis, hoc est virtutibus rationalibus dixit deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem: quandoquidem nulla creatura substantialiter & absque omni alteratione est, sicut ipse: alioqui forsan nihil referret incōsiderate dicere nullo modo in naturalem diuersitatem sectos deum ac creaturā. Similiter in destructione turris, eorum qui nepharia tunc moliebantur, inquit, iterum dixisse vniuersorum deum. Venite descendentes confundamus eorum qui illic linguas. Commemorans item peccatum Sodomitarum iterum dicit: Et pluit dominus à domino super Sodoma ignem & sulphur. Vidisse etiam aliquando Abraham sedentē apud quercum Membre tres viros, sanctæ & consubstantialis trinitatis figuram continentes, & quod ad ipsos dixerit diuinus Abraham non tam Domini, quàm in singulari: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. Ad hoc quidem in alio sermone positum est, sed hæc iam in transcursu commemoramus.

Gen. 1.

Pluralitas personarū in deitate a Mose indicata.

Gen. 11.

Genes. 19.

Gen. 18.

Opinor autem liquidum fore ex dictis ab illo adductis quæ mens eius fuerit.

Nuper igitur cum Israel eductus esset ab errore Ægyptiorum, seruierunt enim illic falso nominatis diis, quos ille gentiū principes & ciuitatum defensores vocat, ad veritatis agnitionem adducens deus, seipsum illis manifestum constituit, dicēs: Audi Israel, dominus deus tuus Dominus vnus est. Et iterum: Vt scias tu quod ego sum deus, & quod non sit præter me. Insuper, & non erunt tibi dii alii præter me. Hæc autem ipsum dixisse sapienter asserimus, vt Græcorum tollat errorem. Vnum enim seipsum nominans deum, vtique multos esse putare non sinit.

Deut. 4.

Quamuis autem & vnum seipsum dicit, filium tamen non seponit, quo minus sit & nominetur deus in ipso enim est, vt dixi, & ex ipso secundum naturam sicut proprium eius Verbum sapientiaq;, & virtus, per quem, & in quo vniuersorū dominator. Audiuit enim omnino dicentem: Dominus deus tuus dominus vnus est. Et iterum ita: Vt tu videas, quod dominus Deus tuus ipse deus in cœlo & in terra. Scripsit autem alicubi & Paulus nobis, qui in lege eruditus, & diuinorum sacramentorum minister. Nobis enim deus vnus pater, ex quo omnia & nos ex ipso: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Intelligis igitur quomodo vnum Deum nominat patrem, vnum autem dominum filium? sed quum vnus dominus sit filius, dominus vtique intelligatur & ipse pater, sic deus: & quum vnus deus dicatur pater, deus est filius, vtpote & secundum naturam existens dominus. Sequetur enim omni modo diuinitatem quidem secundum naturam dominatio, dominationem autem quæ verè est, diuinitatis gloria. Igitur nullus dubitauerit, quod Verbum erat in principio deus, & apud Deum erat Verbum. Et quod dum dicit, erat in principio significauerit sine tempore, verè intra patrem semper, vt dixi, Non enim in tempore factus est: proinde omnino necessarium, vt qui secundum naturam in ipso & ex ipso, simul existat. Quod autem dicit, Apud deum, non secundum locum accipiendum est, quia & vltra omnem corporalem imaginationem deus est, sed quod cum deo, hoc est in deitatis natura. Deum enim esse oportet eum, qui ex deo secundum naturam ineffabiliter natus est.

1. Cor. 8.

Deus secūdum naturā dominus.

Verbum apud deū vt in principio exponitur.

Non credentem autem sanctorum vocibus instruat etiam ipse Plato de suis diis in hunc modum scribens: De aliis autem dæmonibus dicere vel cognoscere natiuitatem eorum nostras vires excedit, sed credendum est iis, qui antea dixerunt, qui ex diis quidem sunt, sicut dixerunt credamus quod suos progenitores mouerint. Impossibile itaque, vt filiis deorum non credatur, quamuis sine probationibus & necessariis demonstrationibus loquantur. Sed vt sequentes legem, dum dicunt & annunciant sua, non sinit nos homines ea quæ super mentem & rationem sunt probationem adhibere. Dicit citra inquisitionem fidem illis abhibendam, quamuis & sine probationibus necessariisve demonstrationibus talia differant. Si autem eos qui annunciant errorem, & plures deos esse perhibent, ac de suo corde loquuntur, & non ex ore Domini, sicut scriptum est, imò diabolico spiritu ad hoc conducti, perstringere non sinit, & damnosum dicit obsistere sanctorum vocibus, quasi non norint loqui, & discernere mendacium à sancti spiritus sermonibus, quantam dæmentiæ excellentiam præ se fert? Testati sunt diuini viri, vita sua bona, diuinisque suis miraculis quod sunt venerabiles, fideles, ac veritatis filij.

Filiis deorū sine probationibus credendum.

Itaque Deus Verbum erat, & etiam apud Deum dixi, subsistens scilicet, viuum & efficax, & non aliud à patre secundum quod deus est, licet sit filius: est autem viuum & viuificū, & per ipsum omnia in hoc vt sint producta. Esse autem dicimus ipsum inuisibile, impalpabile, incorruptibile, per se existēs, perfectissimum excedens omnē tam mentem quàm sermonē.

Scimus item superciliosissimos illos, & mundana sapientia inflatos, subtiliter hæc inquisiuisse, tametsi non omnino irreprehensibiliter, quandoquidem veritatis lux eis nondum fulserat. Dicit enim Christus Nullus scit quis sit filius, nisi pater neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui filius reuelabit. Et quomodo intelligerent tam arcana & subtilia theoremata, filio eis non reuelante? Verum quod tres principales subsistentias etiam ipsi posuerunt, & vsque ad tres subsistētias essentiam dei attingere affirmârunt, interdum etiam Trinitatis nomen ponentes, cum Christianorum sententia conueniunt. In his certè nihil desideramus, si consubstantialitatis rationem tribus subsistentiis accommodare vellent, vt & vna intelligatur deitatis natura, triplicitatem non habens in naturali diuersitate, & subsistentiæ inter se non videantur minores: nam primum autorem summum constituunt, stantem, immobilem beneficum per omnia, & illum esse dicunt Bonum: ex ipso autem factum esse Mētem, quæ intuitu in ipsam perficitur: quam & secundum nominant deum, & præsidentem mundo opificem: & illā substituunt, ac in secundo ordine post primum supputant. Præterea & tertiam narrant mundi Animam, ex se, vt perfecte habeat, sortitam minimè, sed habitudine ad proximam mentem, diuiniorem & ad viuificandi potētiam robustiorem effectam.

Matth. 11.

Trinitatem quomodo philosophi crediderint

τἀγαθόν.

Commemorabo autem & verba ipsorum, & quæ ab illis dicta sunt in medium afferam, vt sciant lectores Christianorum de deo sententiam recte expolitam: & quod illorum optimi ac sapientissimi, qui insigne & celebre in istoc ipso nomē sortiti, exacta nostra dogmata secuti deprehendantur, nec omnino aberrare nostras sequendo opiniones. Scribit igitur Porphyrius in quarto libro historiæ philosophi, vsq; ad tres subsistentias, dicit Plato, dei progredi essentiā: & esse quidem dicit summe deum Bonū, post illum autē secundum Conditorem: tertiam autem mundi Animā. nam vsq; ad animam diuinitatem progredi. Cæterùm id quod non est deus, à corporali differentia initium sumpserit, prædictis etiam in hoc contradicunt dicentes. Bonū non esse connumerandū cum iis quæ ab ipso. exemptum enim esse ab omni societate, eo quod omnino simplex sit, & nullius coniunctionis capax. A mente enim principium hoc, vt vna seruetur trinitas. Igitur nos quidem minime tres confitemur deos, sed omni modo negamus deorum

multitudinem

multitudinem, & in vnam ac consubstantialem credimus trinitatem, quæ in patre & filio & spiritu sancto, nominata illa in vnam deitatis congregantes naturam: & ita rectam absque errore viam ambulamus, neque filium vel in vllo minorem patre suspicamur, neque filio spiritum sanctum, sed potius dicimus esse in æqualitate & similitudine per omnia. Vna enim natura quomodo diuersitatem in se reciperet? nobis autem semel sufficit non mentiri, si dixerimus & ipsos Græcorum sapientes sic sensisse, quod vsque ad tres subsistentias progressa sit deitas, hoc est diuina & ineffabilis natura, et meminisse trinitatis.

Quod autem & Dei Verbum esse crediderunt, & patrem vocauerunt Deum, optime videbimus. Sic enim dixit in Epinomide Plato: Et honores tribuamus, non vt huic quidem annū, aliis verò mensem, aliis autem nullam partem deputemus, nullumúe tempus, in quo ex suo egrediatur, polo, simul perficiens mundum, quem constituit Verbum, quod omnium sapientissimum. Hoc beatus primum quidem admiratur, & addiscendi amorem habet quantum mortali naturæ possibile.

Scripsit item & in Epistola ad Hermiam, & Erastum, & Coriscum. Hanc Epistolam omnes vos quū tres sitis, legere oportet, & maxime congregatos: si autem non binos simul, quantum possibile est, sæpissime vti pacto & lege, & firmitate ista, sicut iustum est, adiurantes studio simul non indocto & studij sorore disciplina, & omnium tam eorum quæ sunt, quàm quæ futura, Deum ducem. Huiúsque ducis & autoris patrem dominum quem recte philosophantes cognoscamus. Ecce quàm manifestè à diuino Verbo ordinatum quidem esse mundum dicit. Format enim omnia, ordinémque & harmoniam eis indit, quum sit virtus & sapientia patris, ducatúmque cum eo habet eorum quæ per ipsum facta sunt. Beatum quoque & felicem nominat eum, qui illum admiratur, & discere cupit quisnam & quantus sit. At quod humana mens minor sit, quàm quod perfecte contemplari illum valeat, subindicat dicens, quo amorem habuit addiscendi, quantum mortali naturæ possibile. Videmus enim in speculo & ænigmate diuina, iuxta beati Pauli vocem. Dominum quoque & patrem Verbi manifeste prædicauit. Quem etiam cognoscamus, inquit, recte philosophantes. Igitur si quis nesciat illum, non recte quidem philosophatur, sed vane superciliosus est, & delirans & insensatus ad summam peruenit imperitiam: id quod & strenuo Iuliano accidisse dicimus, qui ausus est tollere, quantum in ipso erat, Dei verbi substantiam.

Vide quantum Theologiæ Christianæ apud Platonem.

1. Cor. 13.

Nihil autem offendet, si iis quæ iam à nobis dicta sunt, etiam alias philosophorum sententias accumulemus, quæ cum Platonis opinionibus nullo modo pugnant. Igitur Numenius sic dicit alicubi: Eum qui intelligere voluerit de Deo primo & secundo, oportet prius diuidere singula in ordinem, & rectam dispositionem: & deinde quando iam bene habere videtur, tunc & attentare vt honeste dicat, aliâs autem non. Vbi verò inuocauerit Deum suum gnomonem factum, verbo ostendat pollicitarum cogitationum thesaurum. Incipimus autem sic: Deus primus quidem in seipso ille. Qui est, est simplex, eo quod prorsus cum semetipso est, neque aliquando diuisibilis: Deus etiam secundus & tertius est vnus. Et post alia etiam opifici assignare oportet patrem, primum Deum. Ecce & hic dicit eum qui vnus & simplex existit, etiam Deum esse, & ad hoc quoque indiuisibilem, insuper & secundum & tertium eum qui vnus: cogens sicut nos, in vnitatem naturæ nominata, tametsi secundum & tertium Deum nō recte nominet. Opinor autem, quod suis cogitationibus ipse obluctetur: quum enim illos vnum dixisset, iterum diuidit in tres & singulos seorsim.

Numenii ferè catholica sententia de trinitate.

Veruntamen quod opifex Deus & pater nominandus sit, etiam Plotinus dicit, qui quum valde diligens sit inquisitor, & per omnem sermonis subtilitatem penetrauit, vt ita dicam, sic dicit de Bono: Quid igitur de perfectissimo dicendum? nihil ab illo, quàm maxima post illum maximum autem post illum mens est & secundum. Etenim mens illa videt, & indiget illo solo, at ille hoc nihil: & dicendum quod gignitur à meliore mente, mentem esse, & optima omnium mens est, quia alia post illam: sicut & anima verbum mentis & efficacia quædam, sicut ipsum (Verbum) illius, sed animæ quidem obscurum verbum, quasi simulachrum mentis. Et hac ratione ad mentem spectare oportet, mens autem similiter ad illum, vt sit mens. Videt autem illa non separata, sed quia post ipsum, & intermedium nullum, sicut neque animæ & mentis. En mentem quidem esse dicit Deum Verbum, sicut nos: quoniam & nos ipsi sapientiam illud nominamus, verum non inferius, neque secundum in vllo, excellentia & gloria patris, neque quasi non habeat per seperfectionem perfici ipsum dicimus intuitu in patrem, sicut scilicet istis videtur, quod opus habeat primo autore mentis, & ipsum contempletur vt ditescat. Cōformiter autem vult & animam, quæ à primo tertia dicitur, indigere mentis contemplatione & participatione, quam (mentem) & secundam causam nominant, vt & illi (animæ) prosit. Verum illi quidem sic opinātur, & ad inæqualitatem naturarum, ea quæ apud ipsos sunt admirabilia, resoluunt, frigidis & puerilibus gloriantes cogitationibus. Nos autem perfectum esse dicimus patrem, & filium tanquam perfectum ex perfecto, ad hoc & spiritum sanctū. Diuina enim & ineffabilis natura nulla indiget quod ipsi accedat, sed perfectione diues est, ídque ex seipsa, in omni dignitate quæ diuinæ naturæ & soli conuenit. Veruntamen & in ipsis Græcorum sapientibus inuenimus sanctæ trinitatis cognitionem. Maxime enim continua, ita vt nihil medium sit, illa inter se esse dicunt, & ordinem quem mens habet ad primum, eundem similiter & tertiam animam habere dicunt ad mentem, quæ scilicet secunda à prima est.

Plotini de trinitate dictum.

Iam quod imaginationes & geniti & gignentis accipiant, iterum sciemus illo sic scribente: Amat autem omne quod gignit, & hoc diligit, maxime autem quando vnum sunt quod gignit & quod gignitur: quādo autem & indiscretum est quod gignit, necessariò cum ipso est, eo quod solum diuersitate separetur. Audis quomodo dicat genitum omni modo esse debere cum gignente? & propterea fortassis indiscretum, hoc est naturaliter continuum, & quod nihil in medio situm habeat, separatum autem esse dicit sola diuersitate, & non sorte naturali, sed quod gignens cum genito vnā quodammodo habet differentiam, nempe quod ille genuit, iste autem genitus sit.

Gignens et genitum, vnum.

Dicit autem & Hermes, qui apud eos ter maximus, de omnium optimo opifice Deo. Etenim vt perfectus & sapiens ordinem & deordinationem imposuit, vt illa quidem mentalia tanquam antiquiora & meliora præessent, primúmq; haberent locum, sensibilia autem tanquam secunda, illis subsint. Itaque quod à mentali magis descendit, & est graue, verbū in se habet sapiens quod formare possit. Illud autem Verbū eius, naturam tenet, quæ formare valeat fœcundum existens & viuificum.

Nam quod in omnibus quæ producta sunt, sit Verbum Dei tanquam viuificum, affirmamus & nos, fidémque faciet scribens sapientissimus Paulus: Vnus Deus, qui super omnia, & per omnia, & in omnibus. Non enim aliter quod productum & ex nihilo motum, permanentiam solidam, vt bene esset, habere poterat, nisi Dei corruptibilis & vere existentis participium haberet. Sciuit igitur filium esse naturæ, quæ formare valeat, fœcundúmque & viuificum, & alterius existentis naturæ ab omnibus quę ab ipso vitę capacia sunt. Viuificat enim omne quod vitæ indigum in spiritu sancto & quemadmodum ipse filius dicit: Spiritus est, qui viuificat. Et omnino confirmatio eorum quæ facta sunt, perficitur à patre per filium in spiritu sancto. Vnde diuinus Dauid psallit: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu eius omnis virtus eorum. Itaque nos diligenti mentis oculo talia subtiliter conspicere assueuimus, sed Græcorum sapientes pro sancto spiritu tertiam, vt dixi, introducunt animā, à qua omnia animalia animantur, dum immittit eis vitam, & sancti spiritus virtutē & efficaciam illi attribuerūt.

1. Cor. 8.

Ioan. 6.

Psal. 30.

Vnde Plotinus sic de illa scribit: Expendat igitur illud primum omnis anima, quod ista animalia quidem fecerit omnia, quum inspirauit vitam illis, quæ vel tellus alit, vel mare, quæ vel in aere, vel in cœlo, diuina astra. Et illa anima solem, & illa magnum cœlum, & illa quoque ornauit, & in ordine circumagit, natura alia existens ab his quæ ornat, & quæ mouet & viuificat: necesséque est, vt his sit dignior, & iis quæ fiunt ac corrūpuntur, quando ea anima destituit, vel viuere suppeditat Quin etiam quum semper sit, seipsam non relinquit. Nam, vt dixi, Deus & pater per filium in spiritu efficaciter operatur creaturas, & ea quæ non erant vt sint producit, & facta bene continet, ordinemque illis optimum & harmoniam & leges decreuit, secundum quas singulæ sint. Vnde solem quidem posuit in

Psal. 135.

poteſtatem diei,lunam verò in poteſtatem noctis.

Congruit autem,quod & alia natura ſit ab omnibus quæ per E ipſum mouentur, diuinus & viuificus & ſanctus ſpiritus. Eſt enim ingeniti dei ſpiritus proprius exiſtens illius, & ex ipſo procedens,ſubſiſtentiã ſuam habens,& viuens,& ſemper exiſtens: quia eſt eius qui eſt, & ipſe omnia implet, & omnia continet, quoniam & conſubſtantialis eſt cum implente omnia, & ſine medio vbique exiſtente.Ipſo enim omnia plena ſunt.Scriptum eſt enim:Spiritus domini impleuit orbem terrarum. *Sap. 1.*

Animæ vel ſpiritus virtus.

Proinde & Plotinus iterum dicit de Anima mũdi, quam pro Spiritu ſancto opinor ipſum ponere. Fiat autem manifeſtior & euidentior ipſius virtus & natura,conſideretur quomodo contineat ſuis conſiliis cœlum (omni enim magnitudini iſti quantacunque eſt, ſeipſam dedit) & omne interuallum & magnum & paruum animatum ſit, dum aliud corpus aliter mouetur : & hoc quidem ſic,illud verò ſic habeat, & alia contrariam, & alia aliam habeant inter ſe perfectionem. At anima non ſic, neque facit viuere partem ſuam vnaquæque particula animæ in minimas partes diuiſa, ſed omnia viuunt in tota, tota abeſt vbique cum patre qui genuit, aſſimilis & ſecundum quod vnum quid, F & ſecundum quod vbique. An non manifeſte ſancti ſpiritus conditionem & viuificatricem efficaciam in aliis demonſtrat? Mouet enim, vt dixi,in his quæ mouentur,& continet vniuerſum & animat & viuificat,& non alia natura eſt ab ea quæ patris,vel ab ea quæ filij.

Cæterum qualis ipſa in nobis ſecundum quod connaturalis, inquam,hoc eſt conſubſtantialis,didicerit quis quod dico,& ex iis quæ Plotinus ipſe & ſentire & dicere viſus eſt. Scripſit enim ſic: Quocirca accipe diuinitate diuinius hoc, nẽpe vicinitatem animæ ad ſuperius, poſt quod & à quo eſt anima, quamuis vna ſit res quam demonſtrauit Verbum. Imago quædam eſt mentis, ſicut verbum in prolatione verbi eius quod eſt in anima:ita & ipſa verbum eſt mentis, & omnis efficacia profundit vitam ad alterius ſubſiſtentiam : ſicut ignis, alius quidem eſt calor coexiſtens,& alius qui fouet. Ecce & in illis,imaginem mentis dicit ipſam,& aſſimilare vult verbo quod per prolationẽ ex mente proſpectat, quod ad aliorum ſubſiſtentiam promittat vitam, ſicut ſcilicet ex igne proueniens calor. Valde etiam ſubtiliter exemplis vſi ſunt.Non poſſunt enim aliter diuina dici. Trãſcendunt enim ſermonem & omnem mentem. G

Anima imago mentis. Ignis duplex calor.

Reducendus eſt autem ſermo ad initium, facta enim eſt prolixior digreſſio.Iulianus nõ permittebat filium ſecundum naturam eſſe deum, & nominari vnum deum, in diuinis inſpiratis ſcripturis,quæ tamen magis pugnant cum iis qui errorem multorum deorum annunciãt. Non ſinit enim ſcriptura nos ab eo qui vere deus eſt, & ſecundum naturam, abduci, adorareque creaturam,& longe auehi à via quæ ad rectitudinem & veritatem adducit. Atque ita licet deus dicat : Extendo cœlum ſolus, & firmaui terram:ſcire debet ſtudioſus,quis ſit qui extendit cœlum,& firmauit terram. Nam,vt ſupra dixi,Verbo domini cœli firmati ſunt,& ipſe fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam,iuxta pſallentis vocem. *Pſal.32.*

IVLIANVS.

Cæterum ſi deus, inquit, ex deo ſecundum vos Verbum eſt, & natus eſt ex ſubſtantia patris, quare vos virginem dei genitricem eſſe dicitis? quomodo enim pareret deum homo exiſtens ſicut nos? & ad hoc inquit, manifeſte,deo dicente: Ego ſum & non eſt præter me ſaluans: vos ſaluatorem eum qui ex illa, appellare auſi eſtis? H

CYRILLVS.

Adiecta enim illius ſermonibus & hæc erant.Oportet itaque quanta fieri poteſt breuiloquentia, nos inquirere modum incarnationis vnigeniti.Quoniam autem Græcorum auribus inſtillamus myſterium,hoc eſt enarrationem ſacramẽti de Chriſto, omittamus probationem arcanorum : ſed pauca quædam contra eos loquemur ex veriſimilibus collecta rationibus, diuina ſcriptura in hoc adiuuante. Porrò operæprecium arbitror primum cauſas narrare, propter quas incarnationis ſacramentum factum eſſe dicimus. Igitur productis cœlo & terra, & in ſumma omnibus quę in illis ſunt:formatum quidem eſt ex terra humanum corpus, ineffabiliq; virtute omnium opificis animatum animal ſtatim prodiit rationale & diuiniſſimũ:eſt enim ſecundum imaginem conditoris ſui.Dubitauerit autem nullus,

De ſacramẽto incarnationis.

quod quoniam boni dei factura eſt non ad peſſima opera, ſed ad laudatiſſima quæque productum ſit.Nam factum eſt ſui iuris & liberum, & ſuæ voluntatis momento trãſiens ad poteſtatem quancunque vellet, faciendi ſiue bonum ſiue malum. Deinde accepto mandato à deo, ne comederet de ligno in medio paradiſi,quo exerceretur ad obedientiam & virtutis meditationem. Captus enim eſt homo,nec ſeruauit quod iuſſus erat:& à tam parua voluptate victus,infirmitatem ſuam in ſeruanda cõtinentia declarauit. Exiſtimabat autem cum hoc & deum ſe fore. Dementauerat enim illum Satanas maledictus,hoc dicens: vt & diuinam offenderet legem,& ſaperet quę ſupra naturam. Deinde morte condemnatus eſt,& quis ſecundum naturam ſit, redargutus: quamuis factus nõ vt mortis vinculis ſubiaceret & captiuus eſſet, ſed vt præter naturam vinceret malum. Imperfectum autem omnino nihil vniuerſorum opifex fecit. Neque illi graue foret etiam quod mortis vi ſubiectum, quantum ad propriæ naturæ rationes attinet, morte rurſus ſuperius efficere, & in longiore vita ſeruare. Etenim ipſe eſt qui & ſuis creaturis leges decreuit,iuxta quas tales ſunt vel non, ſecundum quod ſibi & ſoli videtur:arduum autẽ & impoſſibile ei omnino nihil.

Liberum arbitrium.

Igitur capto primo homine, hoc eſt Adam, in inobedientiæ crimine & mortis laqueo inopinatè intricato.Quamuis in peccatum ceciderit ex nepharis maligni & malorũ principis draconis ſatanæ inſidiis. Ille enim erat qui totum laqueum iſti parauerat. Porrò quum malum hoc depaſceret totum genus, quod ex Adam,regnaretque mors vſque ad Moſen, hoc eſt ad tempora legis conceſſit opifex nobis quaſi iniuria affectis ſubſidium, miſertúſque eſt miſere perditis. Oportebat enim deum exiſtentem & bonum, iuuare perditos, & declarare inuidiam diaboli nihil effeciſſe, reducereque & quaſi ad immortalitatem reformare deformatum hominem,qui ſuper terram,ac efficere paſſionibus ſuperiorum oblitumque antiquorum peccatorum, ac reddere omnis boni operis ſtudioſum. Non enim erat faciẽs bonitatem,non erat vſque ad vnum,iuxta pſallentis vocẽ.Nam Græcorum multitudo neſciens omnium opificem, & aberrans à naturali deo, & à recta via auerſa, inſipienter perſuaſa eſt, vt ſeruiret iis qui omnino non ſunt, diis, pecuinamq; ac voluptariam ageret vitam. Porrò Iudæi iudicante lege onerati, & Moſaica mandata nõ mediocriter contemnẽtes, præuaricationum pœnæ obnoxij facti ſunt, minimeque meliores quàm vt delinquere non poſſunt. *Pſal.13.*

Quum igitur omnes homines ad extrema mala deducti eſſent, & Moyſes quidem manifeſte cõfitebatur quod ad ſaluandum illos nõ ſufficeret,diceretque aperte: Precor domine præordina alium potentem quem miſſurus es : negantibus autem & ipſum ſanctis prophetis,diuino autẽ Dauide clamante: Qui ſedes ſuper Cherubin, appare, excita potentiam tuam, & veni ad ſaluandum nos.Et Eſaias quoque: Quis credidit auditui noſtro? & Hieremia ægreferente quod præter ſpem, & vt aiunt, contra vndam, prædicationis propoſitum ſucceſſiſſet, nemine pœnitentiam agente: Væ mihi mater, inquit, quod me peperiſti,virum quendam contendentem & diſceptantem in tota terra,neque vtilis fui,neque vtilis fuit mihi quiſquam. *Exod.4. Pſal.79. Eſa.53. Hiere.15.*

Quid igitur poſtea oportebat facere vniuerſorum opificem? nunquid permittere vt immũdi dæmones imperarent toti terræ, & præualeret voluntati ſuæ inuidia diaboli, ne ſaluarentur periclitantes,ne porrigeretur iacẽtibus ſalutaris manus,ne peſſimis inuoluti ad meliora traducerẽtur,ne illuſtraretur mens eorum qui in tenebris,ne errantes reducerentur? & quomodo bonus, ſi liceat ei & abſque labore facere poſſit, nihilque nos curaret? quare enim & omnino adduxit initio vt eſſemus & viueremus, ſi non miſeretur præter ſpem grauia patientibus,& male habẽtibus? Itaque omnes ſancti ad iuuandum inutiles erant, & iuſtam occaſionem negandi habebant. Erat enim eius & ſolius, difficillimum mortis cõcutere imperium,& remittere ſupplicium,& liberare à delictis,& illuſtrare cor,domareque peſſimam beſtiam, ac eneruare abominabilẽ exercitum dæmoniorum,hominemque qui errauerat,ad bonæ vitæ ſemitas reducere:miſit vtiliter de cœlo filium ſuum pater, qui & humanã formam induit, vt conuerſans nobiſcum ſicut homo, & beatiſſimos faceret,ab omniq; malo alienaret. Nam quoniam inconuertibile & immutabile ſecundum naturam, ſicut deus viuens & ſubſtantiam habens dei Verbum,non ex propria natura vnitum

tum ſibi formauit corpus, ſed accepit de nobis, & non ex ſomno & voluptate viro operante, ſed ex ſancta virgine nouo & A mirabili modo,& vltra naturæ leges.

Virginitas Mariæ probatur.

Oportebat enim talẽ eius fieri partum ſecundum carnem inquam, & ex muliere, vt habeat diuinum quiddã ingreſſus eius in mundum & oſtenſio.Nihil autem omnino ad faciẽdum difficile eſt omnipotenti.At non credere his quæ dicit facere damnoſum,etiamſi cuipiam videatur non ſtatim veriſimile: habent enim ſic ſe res admirabiles. Igitur tametſi noſtræ mentis menſura à ſublimitate eorum quæ fiunt vincatur, non propterea ineffabilem eam & quæ ſuper naturam eſt,naturam contemnere decet,& dicere eam non poſſe: ſed potius decet, vt abſque vlla vlteriori inquiſitione quæ facturam ſe dixerit recipiamus. Num fortaſſis & non credere,nihil abſurdum, quod & omnino omnium ſit opifex? Quis enim in nobis eſt,qui intelligere & dicere poterit quomodo maximum iſtud cœlum apparatum ſit & apparuerit? quomodo ſol & luna,&c.Itaq; ex virgine aſſumpto ſanctiſſimo corpore, & animato mẽtali anima proceſſit homo, non relinquens quod erat deus,neque ſuæ excellentię dignitatem abiiciens. Etenim eſt,vt dixi,inconuertibilis. Nam ſicut Plotinus inquit Quid quærit mutari, qui bene habet? quò autem B tranſiret, omnia ſecum habens? ſed neque incrementum quærit perfectiſſimus exiſtens. Propterea & omnia quæ apud ipſum, perfecta, & vt omnino ſit perfectus, nihil habens quod non ſit tale, neque habens in ſeipſo quod non intelligat. Intelligit autem non quærens,ſed habens,& quod beatum ipſi,non acquiſitum,ſed in omni ſeculo.Itaque homo factus eſt vnigenitus dei Verbum,non relinquens quod erat deus.

Verbum homo factus non reliquit quod erat.

Admirabilis autem & ſuper mentem ac ſermonem diſpenſationis cum carne modus. Et magnum hoc & vere venerabile ſacramentum non nuper vel recens ortum,neque à curioſa, & nouitatis amatrice mente inuentum, ſed antiquiſſimum,& ante mundi conſtitutionem in deo,ſecundum præſciẽtiam. Iſtud conſideramus per diuinã ſcripturam. Non enim dicimus ignoraſſe deum, & incorruptibilem mentem, in quo omnes ſunt theſauri ſapientiæ,& ſcientię reconditi, ſicut ſcriptum eſt,quod futurum eſſet ſub condemnatione, & maledicto humanũ genus prolapſum in peccatum, ſubiiciendumque morti & corruptioni. Sed non inexpungibile & perpetuò inſitum habiturus C eſſet damnum. Simul autem cum morte exuturum peccatum in Chriſto per fidem, & iterum recurſurum ad initium, & ad puram & incoinquinatam vitam rediturum. *Coloſſ.2.*

Vnde dicimus ſacramẽti huius cognitionem præ aliis datam eſſe Abrahæ, & propterea ipſe filius alloquitur Iudæorum turbas, dicens: Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum,& vidit,& gauiſus eſt. Inſuper qui ex illo nati, Iſaac inquam & Iacob,& qui etiam poſt illos vſque ad ſapientiſſimum Moyſen, multiphariam multiſque modis ſacramenti virtutem ſub ænigmate didicerunt. Idcirco Moyſes præfigurabat illud quum præcepiſſet in Ægypto carnalibus Iſraelitis, ſacrificare quidem agnum in figuram Chriſti, inungere autem ſanguine poſtes: & per ſolam vmbram docebat exterminatorem placari: id quod & factum eſt,& faciebat potẽtiores corrumpi, erátque ille paruus veritatis typus. Quin & Naue filius cognomen habens veri Ieſu, nam tranſuexit per Iordanem filios Iſrael, & circuncidit cultellis petrinis, introduxitq; in terram promiſſionis. Vide poſt illum & optimum inter prophetas Samuelem agnos quidem ſacrificare, & in odorẽ ſuauitatis deo cõſecrare, D aquã ſacrificiis ſuperinfundere, & obortis bellis innumera alienigenarum turba Iudæã populante,ſine prælio vincere,& periclitantes ſeruare.Salutare enim Chriſti ſacramentum omnibus qui in ipſum credunt.Præterea & omnis ſanctorum prophetarum chorus antea clamabat, propterea diuinus Dauid quum promittens deus diceret, De fructu lumbi tui ponam ſuper ſedem tuam:quia omni modo euenturum quod promiſſum erat confidebat,incarnationis modum annunciat,dicens aliquando quidem: Deus manifeſte veniet,deus noſter,& non ſilebit : aliquando autem iterum ad ipſum : Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga æquitatis virga regni tui, dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus præ omnibus conſortibus tuis.Vides? deus vngitur à deo. *Ioan.8. Exod.12. Pſal.132. Pſal.44.*

At quomodo hoc factum ſit dicimus. Quando enim factus eſt homo, manſit id quod erat: tunc & ſicut nos humano more vngebatur in apoſtolum,factus eſt enim ſacerdos & apoſtolus confeſſionis noſtræ,ſicut ſcriptum eſt. Quippe erat ſemper & eſt in cœlo, & in hoc mundo locus illo vacuus omnino nullus. Implet enim omnia deitatis natura,venit autẽ ad nos manifeſte inuiſibilis,quando noſtram induit formam. Quod autem imperaturus eſſet terræ,& humanũ gen⁹ ſuis ſceptris ſubditurus declarabit iterum idem Dauid,ſic ad illum dicens:Omnes gentes quas feciſti venient, & adorabunt coram te Domine.Et iterum : Et adorent te omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient tibi. Et iterum: Benedicite gentes deum noſtrum. Et iterum : Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis:quoniam dominus excelſus,terribilis,rex magnus ſuper omnem terram. Vides quomodo deum & dominum excelſum & regem eum qui in carne apparuit vocat? Id quod ex illo natus filius Salomon,non ignorans promiſſionem à deo datam,ſic inquit ad deum preces mittens: Et nunc domine deus Iſrael credibile fiat verbum tuum Dauid patri meo, ſi verè inhabitabit deus cum hominibus ſuper terram. Hoc & Baruch deſignauit dicens: Hic deus noſter,& nõ reputabitur alius cum eo,inuenit omnem viam ſcientiæ,& dedit eam Iacob filio ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Et poſt hæc ſuper terram viſus eſt,& cum hominibus cõuerſatus eſt. Ecce & hic bene & manifeſte deum ſuper terram viſum eſſe dicit, conuerſatumque cum iis qui ſuper illam. Eſaias etiam admirabilem eius ſecundum carnem natiuitatem euangelizabat,dicens: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, hoc eſt, nobiſcum deus. Et iterum : Confortemini manus remiſſæ, & genua ſoluta conſolemini puſillanimes mente, cõfortemini ne timeatis,ecce deus noſter, ecce dominus cũ fortitudine veniet, & brachium cum potentia. Et iterum : Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& plana erit lingua balborum Et iterum: Vox clamantis in deſerto, præparate viam domini, rectas facite ſemitas dei noſtri.id quod & fecit diuinus Baptiſta Ioannes. Interrogantibus igitur Iudæis quis eſſet, & propter quæ miſſus eſſet,declarauit manifeſte ſic dicens:Ego vox clamantis in deſerto,præparate viam domini. *Hebr.3. Pſal.85. Pſal.71. Pſal.65. Pſal.46. 2.Paral.6. Baruch.3. Eſaiæ 7. Eſa.35. Ibidem. Eſaiæ 40. Ioan.1.*

Quod autem vnigenito homine facto etiam gentium vocationem facturus eſſet,hiſce argumentum oſtendit,dicens:Gentes quæ neſciuerunt te, inuocabunt te: & populi qui non didicerunt,ad te confugiunt. Alius quoque ſanctus propheta: Lætare & exulta,inquit, filia Sion,quia ecce ego venio, & inhabitabo in medio tui,dicit dominus. Et confugient gentes multæ ad dominum in die illo,& erunt ei in populum.Et ipſe quoque vniuerſorum deus dicit ſanctis prophetis: Dicite filiæ Sion,ecce rex tuus venit tibi,iuſtus & ſaluans,ipſe manſuetus,& aſcendens ſuper ſubiugalem & pullum iuuenem. Aſcendit enim ſic ad Hieroſolyma dominus pullo inſidẽs. Daniel quoque ſapientiſſimus: Et vidi, inquit, in viſione noctis,& ecce cum nubibus cœli, & ecce ſicut filius hominis veniẽs, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & corã ipſo adductus eſt, & datus eſt ei principatus & honor, & regnum, & omnes tribus linguarum ipſi ſeruient. Plures etiam alias quàm dixi,ſanctorum voces accumularem, plena enim eſt iſtis diuina Scriptura, niſi cogitarem quod faſtidium pariat quicquid ſupra menſuram fit. Sufficiant autem & hæc veris ſtudioſis. *Eſaiæ 55. Zach.2. Zacha.9. Matth.21. Dan.7.*

Quod autem quidam ex Græcis etiam philoſophis non ignobiles, ſed miram apud illos gloriam nacti, admirati ſint hoc ſacramentum, etiam hinc ſciemus. Itaque Amelius Platonicus cũ Plotino & Gentiniano Romę clarus inquit. Ita enim Porphyrius de illis in hunc modum ſcripſiſſe dicitur. Et hoc vtique erat Verbum,ſecundum quod quæ ſemper exiſtunt facta,facta ſunt.Ita & Heraclitus cẽſuit eſſe, & per Ioué Barbarus ille vult in principij ordine & dignitate conſtitutum apud deum eſſe,& deum eſſe,per quẽ ſimpliciter omnia facta ſunt,in quo id quod factum viuum & vita, & exiſtens natum eſt, deinde in corpora cadere,& carne indutum,apparere hominem cum hac,& tunc monſtrare naturæ magnificentiam, videlicet & reſolutum iterum deificari & deum eſſe, qualis erat antequam in corpus & carnem & hominem deductum eſt.

Amelius de euangelio Ioannis.

Barbarum itaque,vt opinor,diuinum Ioannẽ vocat, eo quod fortaſſis externæ linguæ erat. Fuit enim Hebræus ex Hebræis, & non de regione & terra Græcorum. Veruntamen ſciuit Ver-

Ioãnes euãgeliſta dict⁹ Barbarus.

bum hominem esse factum,& hoc confitetur, nec reiicit diuinæ prædicationis sermonem. Antea igitur prędictum est Christi sacramentum,& sanctorũ multitudo vaticinia præmisit,qui non eodem tempore fuerunt: & omnium vocibus res ipsæ respondent, & euentus maximè clamat. Omnino opinor non persuasibile quosdam nolle credere,& mente seductos veracibus obsistere, interímque pauca concedere. Quamuis & ipsis Græcorum sapientibus res hæc quodãmodo minus persuasibilis videatur. Vnde & Plato dicit de suis diis: De aliis dæmonib. dicere vel scire natiuitatem supra nostras vires est, credendum autem his qui antea dixerunt: hi quidem nepotes deorum fuerunt, vt gloriabantur,quod tanquam progenitores suos nouerint. Impossibile igitur filiis deorum non credere,etiam si absq; probationibus & necessariis demonstrationibus dicant, sed vt propria dicendo annunciantibus, siquidem legem sequimur credendum. Iam ô viri optimi admirati estis Aristonis filium quamuis sine probationibus & necessariis demonstrationibus dicentem venerandos fide deorũ nepotes de suis rebus annuntiantes: sanctorũ autem voces condemnatis,& falsos esse dicitis sermones per spiritum sanctũ factos: quamuis falsorũ deorum nepotibus nullo modo daretur fides, nihil enim admirabile egerunt: at vitæ honestas sanctis prophetis & etiam clara cum deo familiaritas testimonium præbuit: adde ad hæc, quod sua virtute facultatem operandi habuerunt promptissimã, ea quæ planè supra vires nostras.

Quare deus non solo nutu nos liberauit.

Sed fortassis dicent aduersarij: Quare enim omnino & homo factus fuit, & carnem & sordes nostras tulit, licet hoc facile potuerit, siquidem est verè deus, sicut contenditis, annuendo solum, & ineffabili virtute terrena corda transmutando, vt facere vellent & sapere sibi placentia, religioseq́ue viuerent? Ad hoc ego dixerim: Aberrauit igitur à scopo, & indigne egit diuina & incorruptibilis mens, & non statim dicimus ipsam à decore abductam. igitur nos meliores sumus ad omnẽ sapientiam intelligendam, & certabit cum sole lucernula? & comparabitur gutta vnica cum vniuerso hoc lato & immenso mari? Quamuis quomodo non admirabitur quis diuinum prophetam Esaiam clamantem manifeste & prudenter. Quis mẽsus est manu aquam & cœlum palma, & vniuersam terrã pugillo? quis constituit montes pondere,& valles libra? Quis nouit mentem domini? Nam quemadmodũ impossibile est cœlum metiri palma, & vniuersam terram pugillo, montésque & valles imponere trutinæ: sic impossibile est omni homini, imò omni rationali creaturæ, summam mentem peruidere & meriri. Itaque si quis est, qui dicere audet summam sapientiam meliora potuisse præstare, increpet deum, veruntamen delirabit. Insania enim hæc fuerit, viri attoniti, mentéque moti.

Esa. 40.

Si autem omnes fatentur in tantum humanam mentẽ vinci à perfecta sapientia, quantum illa secundum naturam videtur minor: quomodo non sapientis fuerit cedere, vt ille & solus sciat, id quod deum maxime decet? Non enim si quid faceret quod non decet quod solum, & sic habeat vt factum est. Et secundum alium quoque modum operæprecium arbitror illud videre, addo & dicere. Nam omnis quæ in cœlis rationalis & mentalis creatura liberum habet motum, ad faciendum quæcunque voluerit, & propensio in vnoquoque à necessitate libera est. Licebat enim sic, & non aliter bonos celebres fieri, & honores assequi, iustéque condemnari improbos. Itaque vt & nos quoque ad quoduis bonum sponte incederemus, cõsilio, non coactè, viuere super terram hominem permisit deus. Et ita fuit ab initio. Arripuit enim suæ voluntatis habenas, & suorum iussuum momento in vtraque fertur, in bonum inquã & in malum.

Liberum arbitrium.

Itaque si ineffabili quadam & diuina virtute & efficacia vsus, mutasset singulorum mentem ad bene agendum, & indidisset postea bonum, à quo ægerrimè discedere posset, & non sponte, vltra non esset fructus mentis, neque res digna laude, sed necessitatis & cupiditatis non voluntariæ, & quomodo reprehensione & crimine liberaremus conditorem, qui permisisset quidem initio, suæ voluntatis motu gubernari hominẽ: subiectum autem post hoc variis vicissitudinibus, & quasi ineuitabilibus quibusdam cupiditatibus alligatum, vt oporteat bene transire ad hoc quod sibi placet? Si autem esset melius, siquidem sic habeat, cur non fuit ab initio? tarde autem quasi dato consilio vix tandem reducit vt seruet genus,& transfert non libere, sed coactè potius ad hoc vt videri debeãt fideles: nũ igitur dubitatur adhuc, imò nónne omnibus manifestũ, quod omnibus modis diuinum & ineffabile consiliũ vituperabimus, quod non bene res nostras constituerit, sed quodammodo dignitatis obluiscatur, non videns ab initio quid deceat. Apage stulticiã. Etenim in hisce rebus tardius loqui pium oportebat, idque non coactè.

Persuadet autem magis, vt transeãt ad obedientiam ij, qui sacra studia contempserãt, & quasi duram & rebellem suæ mẽtis ceruicem deo opposuerant. Hac ratione processit homo miro modo, & supra humanam mentem vnigenitus Dei Verbũ & cõuersatus est cum hominibus, partim persuadens signis & prodigiis, humanam naturam & virtutem transcendentibus: vt intelligeremus quod deus esset in specie nostra, vtiliſſimè faciens, vt dixi, & partim doctrinis vltra legẽ verè bonæ vitę mores submõstrans, & vltra Iudaicã nugacitatem prouehens, & illustrans veræ cognitionis scientia credentium corda. Est enim ipse veritas dei, & patris germanus filius. Igitur si hominẽ quidem communem factum esse dicimus, & sanctæ ac consubstantiali trinitati deum alium inserimus, hominis cultus erit, & nihil aliud. Si autem dicimus eum qui natura & verè filius, & Verbum quod ex substantia dei & patris effulsit, vniuersorum autor & conditor, visibiliúmq; & inuisibiliũ, sensuq́; & scientia cõprehensibilium, nostram similitudinẽ subire ineffabili modo & super mentẽ: diuinitus inspiratę scripturę tanquã oraculum prodiderunt, manssisse scilicet & sic Deum. Nam secundum naturam inconuertibilis est, quid hoc absurdum vel falsum, licet incomprehẽsibile prorsus in nostris videatur dogmatibus?

Cæterum paruum hoc corpus dicunt, quod humanum & sordibus plenum. Verum est, non negabo, veruntamen illud vide. nam factus quidem est, vt dixi, in similitudinem hominum, sicut scriptum est, & in specie nostra verè. Verum eum qui capi nequit, non dicimus humiliatum, neque in corporis mensura comprehensum esse. Valde enim stultum hoc, & omnino insipiens tale quiddam de deo dicere, qui verè & secundum naturam Deus est. Nam quum vnus sit, & solus filius, & omnino vltra corporalem imaginationem perfectus est secundum participationẽ, in omni & vbique, & in singulis secũdum habitudinem, non partibilis, non diuisibilis, sed extra omnia natura, & in omnibus vt Deus. In illo autem puriſſimo & sancto corpore habitauit quidẽ plenitudo deitatis corporaliter, sicut scriptum est, nihilominus impleat & sic omnia. Quemadmodum autem si solaris splendor luto immissus fuerit, vel etiã aliis immundiciis, ipsi soli nihil dámni eritita & immaculata & incorruptibilis natura, etiamsi conuersetur cum terrenis corporibus, prodest potius illis, & quamuis lædere nata sint, nihil ipsa patitur.

Opinor autem & illud dicendum. Nam corpora quidem nostra etiam passionibus vincuntur, & cadunt facile in voluptatum amorem, infirmáque sunt lege peccati quæ in eis: sed in diuino & sancto corpore Christi nõ dicimus tale quid motum esse, verum omnes absurdæ passiones euanuerunt, sicut in proprio corpore Verbi inhabitantis in illo & vniti, quod dies erat sanctificatione. Nam sanctũ templũ erat eius, qui etiã aliam omnem creaturam sanctificat. Miratus autem sum Porphyrij & Iuliani sermones & dogmata, quæ in magna admiratione apud Græcos sunt, quũ rideãt Christiana, quamuis quod in omnibus verum in se parturientia. Nos certè, sicut prædiximus, vnigenitum Dei Verbum hominem factũ esse credimus. Porphyrius autem genus esse aliquod deorum contendit, quos olim in homines conuertendos dicit, vitam sicut nos quodãmodo acturos. Iulianus etiam de Æsculapio dicit, nescio quid, secum cogitans.

IVLIANVS.

Oblitus ferè eram maximi doni Solis & Iouis, merito autem hoc seruaui sub calcem. Etenim non est solum nostrum proprium, sed opinor etiam commune cum Græcis nostris cognatis. Iupiter enim in mentalibus ex seipso Æsculapium genuit,

nuit, inque terra per solis fœcundi vitam apparere fecit. Hic super terrã ex cælo progressum habens, in vna quidẽ specie humanæ formæ, circa Epidaurũ apparuit: multiplicatis autem inde circumitionibus, super omnem terram salutarem suam dexteram extendit.

CYRILLVS.

Quamuis quis ignorat quod medicã artẽ bene exercens, in eodẽ & solo loco apud eos, qui ipsum viderãt, admirabilis fuerit, operatúsq; sit admirabile nihil? Quid enim dignũ auditu de Æsculapio fertur, imò quis tã miserabiliter periit? exustus enim est fulmine, & in futurum iacet mortuus. Neq; vbinam terrarũ sit ex his qui adorant eũ, vllus nouit. Quod autẽ mentiatur, dicens progressum è cœlo, & super omnem terram porrigere salutarem dextram, etiamsi nemo nostrũm dicat, res ipsæ clamant. Vbi enim adhuc res illius? & qualem meruit memoriam? Est adhuc genealogia quædam apud medicos, eo quod in ea arte conspicuus fuerit. Sanè dicunt ipsum natum ex Coronide misera, & ignobili muliere. Igitur licebit Iuliano fabulari quæ voluerit, & nobis impingere nugas, magna fœditate laborantes, & absque omni verisimilitudine instructas, nudáque à demonstrationibus, quas veritas & res palàm docent. Porrò impudentiæ occasionem sumpsit ab eximio & verè venerabili sacramento, quod prædictum quidem est per legem & prophetas sanctos, & impletum vnigenito homine facto. Itaque siquidem rerum exitus, antea promissus testimonia non adhibuisset, habuisset incredulitas eorum ansam bonam. Si autem licet ex ipsis coniecturis videre, quod omnia ad finem perducta sunt quę olim promissa, & excidit quidẽ Israel à familiaritate erga Deum, vt Dominicæ cædis reus, assumpta autẽ est per fidem gentium multitudo: quid illos faciat non credere, intelligere non possum, imò sicut diuinus Paulus scribit: Deus huius seculi, hoc est, qui habitus est esse Deus in hoc seculo, excæcauit sensus incredulorum, vt non illuceat lux Euangelij gloriæ Christi, quæ illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ eius: per quem & cum quo, Deo & patri gloria cũ sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

2. Cor. 4.

Libri octaui finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana, LIBER IX.

Abunde satis, vt mihi videtur, veritatis dogmata defendentes, irridẽtium nugis opposuimus. Quoniam autem totis, vt aiunt, velis, contra ineffabilem Dei gloriam fertur aduersarius, & grauissimis quibusdã nephariarum cogitationum ictib. occurrere audet, & studio vtiliſſimo dignum putat affirmare omnino naturã dei & patris infœcũdam esse, & filium ex eo verè natum nõ subsistere. Nam illius omnem tollit substantiã, & ita grauissimum facinus aggreditur. Age iterum induti iusticiæ thoracem & scutum fidei opponentes, gladiũq; spiritus, hoc est verbum dei, in ipsum acuentes, mendacem ostendamus, magna temeritate quasi contra stimulum calcitrantem, etiam in profundũ perditionis barathrum desilire. Igitur iam, vt dixi, nõ contemnendum contra ipsum sermonem contexuimus, & demonstrauimus Verbum, per quod omnia facta sunt, ex patre secundũ naturam & in ipso, secundum vnionem & essentialem identitatem cum ipso subsistere, & semper cum ipso existere. Quoniam autem & alius sermo frigidus & eneruis à Iuliano elucubratus est, quamuis vt ipse putat, vehemens sit contra vnigenitum: necessarium sanè fuerit, vt & nos, quos respondere vult, audacter opponamus, compescentes, & quodammodo catenis ligantes, furibundam facinorosæ contra Christum linguæ aggressionem. Sic autem iterum scribit:

Ephe. 6.

IVLIANVS.

Quod autem Moyses nominat deos angelos, ex illius sermonibus audite: Videntes autem filij dei filias hominũ, quod pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerãt. Et paulum progrediens, & post illud: Postquam ingressi sunt inquit, filij Dei ad filias hominum, & genuerant illis. Illi fuerunt gigantes à seculo nominati. Quod angelos dicit, manifestum est, & aliunde non appositũ, sed ex eo quod dicitur manifestum: quia non omnes, sed gigantes factos ab his dicit. Certum enim, quod siquidem homines putasset ipsorum esse patres, & non melioris ac fortioris cuiusdam naturæ, non ab illis natos dixisset gigantes. Vnde ex mortalis & immortalis cõmixtione, declarasse mihi videtur gigantum genus subsistere. Sanè qui multos nominat filios Dei, & eos non homines, sed angelos, vnigenitum verbum, deũ vel filiũ dei, vel vtcunq; ipse vocetur, siquidẽ cognouisset, non inter homines recensuisset. Quod autem hoc magni fecisset, de Israel dixit: Filius primogenitus meus Israel. Cur nõ igitur & de Iesu hęc dixisset Moyses? At quia Moyses vnum & solum docebat Deum, filios autem eius multos, dispersos in gentes, sed primogenitum filium vel Deum Verbum, vel aliud quid quod à vobis postea mendaciter compositum. Manifestum, quod neque sciuit illud, In principio: neque docuit, Ipsumq́; Moysen & alios audite prophetas. Moyses igitur multa talia & vbique dicit: Dominum Deum tuũ timebis, & illi soli seruies. Quomodo ergo Iesus in euangeliis tradidit, præcipiens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? quãdoquidem & ipsum culturi erant. Excogitastis & vos quędam ad hæc non sequentia, cum patre Deum dicentes filium.

Gen. 6.

Exod. 4.

CYRILLVS.

Igitur vndique venatur, & multam operam impendit, vt didicisse multa videatur, & assecutus nostrorum dogmatum veram & exactam cognitionem: rudem autem illum, & nunc non mediocriter, mentémque sacrarum literarum ignorantem absque labore demonstrabimus. Itaque mens erat illi, vt dixi, ostendere multos deos, & forassis opinatur maximum illi subsidium fore, & non procul à spe, si valde sapienter arguere posset vnum & solum deum nominari per sapientissimum Moysen, miniméque filio conuenire sermonem, & omnis illius malignitatis scopus ad istud contendit. Et longo quidem iam demonstratum est sermone nostro, quod & filius subsistat cum deo & patre, & quod pater nunquam sine proprio intelligatur verbo: demonstrabitur autem & nunc, & per ea quæ ipse Moyses dixit. Nam asserit quidem, quod omnino ille nõ meminerit Verbi, & nescierit cum deo & patre existere filium, sed potius connumerasse multos alios deos, hoc est ciuitatum defensores angelos, qui secundum gentes distributi sunt, sicut ipse dicit.

Dij & filij dei per adoptionem.

Igitur vir optime, quando audis in sacris literis nominari deos quosdã qui inter creaturas agunt, ne ignores quod nomẽ rationalem creaturã tali appellatione honorauit is qui verè & natura deus est. Vnde diuinus Paulus hoc sciens dicit, quod multi quidẽ dij in cœlo & in terra non sunt, sed potius nominantur. Veruntamen vnum natura, & super omnes patrem & deum, & cũ ipso proprium eius & inseparatè insitũ, & simul existens Verbum, quod & primogenitũ omnis creaturæ nominatum esse dicimus, quod acceperit in fraternitatem gratiæ rationalem creaturam secundũ similitudinem eius, & imaginem factam. Itaque tanquã imagines existentes eius, qui secundum deitatem filius est & deus, dij & filij appellãtur non angeli solum, sed etiam nos ipsi. Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij excelsi omnes. Igitur etiam si filiationis nomen creaturis quibusdam honestè tribuitur, vnus tamen est, qui natura & verè, cui configurati sumus tam nobilem & illustrem agnominationem beneficij loco ab ipso adepti.

1. Cor. 8.

Psal. 81.

Quod autem Moyses non infœcundum eum qui in cœlis patrem ac Deum nouerit, sed vbique mentionem faciat Verbi ex eo nati, & diuersis illud vocet nominibus, quemadmodum scilicet & secuti eum sancti prophetæ, demonstrare conabor. Etenim illum Dei & patris imaginem sciuit, & sicut sanctissi- *Hebr. 1.* mus Paulus, characterem substantiæ eius. Scripsit enim euidenter in libro Geneseos: Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit illum. Audis in his distincte locutum, quod Deus secundum imaginem Dei hominem condidit: ad figuram enim filij formati sumus, signante spiritu diuinam & eximiam pulchritudinem in nobis per sanctificationem, mentaliter scilicet & spiritualiter. Quod autem imago est ac similitudo Dei, ac patris filius, considerauerit quis etiam per ea quæ ipse *Genes. 9.* dicit: Et omnis qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine illius effundetur, quia in imagine Dei feci hominem. Nam vt delinquens in diuinam imaginem, pœnam meritò luit delicto parem.

Quod item & Verbum ipsum nominare solitus sit Moyses, *Filius verbũ dicitur.* per vocem patris cognosces & inde. Nam morabatur in deserto Israel, & abundantia mannæ pascebatur: vbi autem desiderio carnium Ægyptiacarum tentatus est, *Exod. 16.* ipsi quidem clamabant contra optimum Mosen. At ille accedens ad Deum, dicit: Vnde mihi carnes, vt dem populo huic ad manducandũ? Pro- *Num. 11.* mittente autem & hoc Deo, & hoc suppeditaturum se dicente, adhuc tristis erat Moyses. Deinde ad illum, vniuersorum dixit Deus: nunquid manus Domini non sufficiet? Iam cognosces num assumpserit te Verbum meum, vel non? Per illud enim, vt dixi, omnis efficacia est patris. Propterea & virtus eius & manus dextera & brachium agnominatur. Vnde Moyses memi- *Deut. 32.* nit Dei dicentis in Deuteronomio: Leuabo in cœlum manum meam, & iurabo dextera mea. Nam in illis manum & dexteram filium esse dicit, per quem omnia, & in quo omnia.

Quod autem non sit alius ab ipso, qui ex ipso & in ipso secundum naturam, filius fidem faciet dicens iterum alio loco: *Genes. 22.* Per memetipsum iuraui, dixit Dominus. Iurans enim per suam *Filius dextra patris.* dexteram, quæ est filius, omnino iurat per semetipsum. Prorsus enim nihil mediat, quantum ad vnitatem inquam & identitatem naturalem, quæ in vtrisque intelligitur, nisi solum quod ille quidem est pater & genuit, hic autem apparuit ex eo genitus, & est sempiternus cum eo, semper intra patrem, & non tanquam tempore id habens.

Quod autem filius sit dextera patris, etiam diuinus Dauid credidit, dicens: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Insuper & ipse Moses: Dextera tua Domine *Psal. 117.* glorificata est in virtute, dextera tua manus Domine sauciauit inimicos. & iterum: Cadet super eos timor & tremor à magni- *Exod. 15.* tudine brachij tui, lapidescant donec pertranseat populus tuus Domine. Allocutus etiam est Iudæorum populus. Nam sicut *Filius virtus Dei.* fecit Dominus Deus noster mare rubrum, quod siccauit Dominus Deus noster, donec pertransiremus, vt sciant omnes gẽtes terræ, quia Virtus Domini fortis est. Præterea & alius sanctus propheta ad cœlestem patrem dicit: Exaltare Domine in virtute tua. Gloriatur enim in filio. & iterum: Manda Deus virtuti tuæ, corrobora Deus hoc quod perfecisti in nobis. Corroborantur enim in filio. Insuper & sanctis apostolis præcepit filius à Hierosolymis ne discederent, donec induerentur ex alto *Psal. 20.* virtute. Et quæ intelligatur iterum virtus ex alto, manifestè dicit Paulus: Induamini Dominum nostrum Iesum Christum. *Luca vlt.* Iterum audio scripsisse & Moysen: Ne timeatis deos alios, & ne *Rom. 13.* adoretis alios, & ne seruiatis illis vltra, sed Domino, qui duxit *Deut. 6.* vos de terra Ægypti, in fortitudine sua magna & brachio excelso. Conueniunt autem ea quæ Moyses dixit ac sensit cum his *Psal. 106.* quæ diuinus Dauid psallit: Emisit Verbum suum, & sanauit eos. Itaque olim Israel per diuinum verbum redemptus est, & ab animarum morbis liberatus.

Filius Dominus. Quod autem & Dominum nominet filium Moyses, Dominum existere sciens & ipsum patrem, cognoscere quis poterit *Exod. 19.* ex his quæ scripta sunt in Exodo. habet enim sic: Et mane surgens Moyses ascendit in montem Sina, secundum quod præceperat ei, & accepit Moyses tabulas lapideas, & descendit Dominus in nube, & stetit illic, & locutus est in nomine Domini, & transiit Dominus à facie Domini. Qualis nam locutus est dominus in nomine domini, & qualis transiit dominus à facie Domini? nónne scilicet omnino credemus in filio apparuisse, & locutum esse? Nunquid duo Domini, iíque distincti, sicut intelliguntur duo homines? nam vna dominatio & deitas vna patris & filij & spiritus sancti, nisi quod vnumquodque ex nominatis, in sua subsistentia intelligitur, qua per se demonstrat vbique sacra scriptura vnius naturæ propria & eximia, & vnicuique perfectè agnata esse docet. Vnde & filius tanquam totam habens in seipso patris proprietatem naturalem, & ipse existens in patre cum his quæ habet intelligitur, dicit manifeste ad illum: Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea. Et iterum: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quum igitur sit, & non alio modo vbique sapientissimus Moyses designet filium, non dicat vltra. Qui multos filios nominat Dei, atque hos non homines, sed angelos, vnigenitum Verbum deum, vel filium dei, vel quo modocunque vocatur, non ad homines retulit?

Sed ô sapiens, manifeste & sæpissime commemorauit. Intelligísne etiam ipse? minime profectò. Quamuis scripseris, & recte: *Deut. 6.* dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies: & quæ cum illis conueniunt, non ad tollendum filium, sed magis ad subuertendos tu s deos dicta esse hæc intelligens, ausus es dicere. Qui multa talia etiam vbique dicit: dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies? Quomodo igitur Iesus in Euangelius traditur præcepisse: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? *Matt. vlt.* Quæres igitur & à nobis ipse: Quomodo igitur, dic mihi, quum Moyses & prophetæ confessi sint sanctam & consubstantialem trinitatem & tui sapientes rem non ignorarunt, tam graui & admonitionis experte inconsiderãtia laborare te nescis? Nam & ipsi principales posuerunt tres subsistentias, & illas quidem inter se discriminârunt, & alias inter illas minores esse fecerunt. Nesciuerunt enim purum de Deo sermonem, veruntamen non omnino expertes fuisse videntur veritatis.

Attamen iterum sentio, quod quidam fortassis consentientes cum illo dicerent forte etiam ad hoc. Profectò verbum ô amice, & virtutem quoque brachium & dextram patris nominauit filium Moyses, sed nihilominus incarnationis modum ignorauit. Vide igitur verè sapientissimum & ante illos ipsos sic scri- *Iacob luctatus est cum Christo, qui apparuit ei homo, et dicitur Deus.* psisse. Nam dixit quidem Iacob recessisse à domo Laban, & desiderasse patriam. Quum autẽ venisset ad Iabok, is erat torrens, transuexit, inquit, pueros suos, permansit autem Iacob solus, & certauit cum eo homo vsque ad mane. & post alia: Rogauit autem Iacob, & dixit: Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Ad quid rogas tu nomẽ meum? Et benedixit eum, & vocauit nomen loci illius, Species Dei. Vidi enim deum, inquit, facie ad faciem, & salua facta est anima. Adiecit autem & hæc diuinus Moyses: Ortus est autem ei sol quando transiit species dei. O magnum miraculum, & virtutem ad intelligendum claro sensu, & subtili mente sacramentum Christi. Certante enim homine facie ad faciem vidisse dicit Deum, & speciem Dei illum nominat. Deus enim erat verè & est Verbum, tametsi factum sit caro secundum scripturas, mansit tamen & character subsistentiæ patris, quamuis serui formam indutus sit dispensatiuè. nam inconuertibile & incommutabile secundum naturam est. Quod autem homo luctans contra Iacob sit vnigenitus dei Verbum, quomodo futurus esset suo tempore in specie nostra, præmonstrans sanctis patribus, ex his quæ Moyses scripsit, admodum facile considerauerit quispiam. inquit enim: Dixit autem Dominus ad Iacob: Surgens vade in locum Bethel, & habita illic, & fac illic altare Domino, qui apparuit tibi dum tu fugeres à facie Esau fratris tui. Nunquid adhuc etiam post hæc dicet aliquis ignorasse Moysen incarnationis vnigeniti modum? Quoniam autem strenuus Iulianus etiam angelorum meminit, & ad eam illos dicit peruenisse intemperantiam, quod & nescio quomodo mulierum formositate capti, & corporum concupiscentiis & voluptatibus præter ipsorum naturam dediti fuerint: ostẽdamus quod & in hoc longe à scopo aberrauerit, & scio me vsurũ sermonibus minime periculosis, prolata semel in medium narratione. Iam nihil offendat etiam ipsorum sanctorum angelorum naturæ patrocinati, calumnias ferenti: maxime quod & auditoribus non est sine damno, audire etiam ipsos sanctos angelos corporum formositatibus affici, & liquefieri, hoc est oblectari tam prophanis & absurdis voluptatibus. An non verisimile multos inde

inde

An angeli amarint filias hominum. inde turbari, & contemnentes meliora deliciarumque amorem deligere, dum considerant quod difficile & arduum ipsis sit carnalibus voluptatibus omnino obluctari, & crediderunt etiam ipsos angelos sanctos affectiones sequi? Igitur quod ignorauerit virtutem scriptorum, absque labore demonstrabimus. Scri- *Gene. 6.* psit itaque diuinus noster Moyses: Et factum est, quando cœperunt homines multi fieri super terram, & filiæ natæ sunt eis. Videntes autem filij dei filias hominum, quod pulchræ essent, acceperunt sibi vxores de omnibus quas elegerant. Et genuerunt, inquit, gigantes. Etenim & aliunde ipse ascriptum esse affirmauit, Angeli dei: quãuis ipsa verior scriptura & cõtextus habeat Filij dei. Sciendum autem, quod post euulgatã interpretationem Septuaginta, istud ipsum alij interpretantes dixerunt, pro Filij Dei, filij potentium. Vnde quis eorum quæ scripta *Gene. 5.* sunt scopus sit dicere tentabo. Nam duo filij fuerunt filij Adæ, Cain & Abel: sed Abel quidem quum adhuc careret pueris, à malitia Cain grauiter afflictus defunctus est. Occisus enim est iuxta fidem sanctarum scripturarum. Vnde ex Cain propagatum est genus, & vsque ad Lamech, qui erat homicida. Confitebatur enim: Virum occidi in vulnus mihi, & adolescentem in cicatricem mihi. Et peperit Eua Seth, ex quo fuit Enos. *Enos dictus deus.* Hic cœpit inuocare nomen domini dei. Nam quoniam summa virtute præditus erat, meritò laudabatur, & vocabulo dei ab his qui tunc erant honoratus est: nominatus est enim deus, omnis iustitiæ & virtutis existens studiosus. Propagatum autem est & ab illo genus vsque ad Noe tempora, qui erat iustus. Placuit enim deo, secundum quod scriptum est de illo. Igitur genus, quod ex Cain, pater nos mores imitabatur, nephariam & abominabilem imitando vitam. Qui verò ex Enos nati, cui cognomen erat dei, vsque ad Noe tempora progenitoris secuti sunt vestigia, boni scilicet & iusti. Et cur non tales clarescerent? neque enim erant promiscua illorum genera, & separabantur à prophanis pueri, quos & filios vocabant dei. Erant enim, vt dixi, ex sanguine Enos, qui cognominabatur deus. Certe in Noe temporibus filij dei, hoc est qui ex sanguine Enos, filias hominum, hoc est eas quæ ex sanguine Cain & posteritatis eius, videntes quod pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Igitur generibus ita inter se conuenientibus quum obscurarentur boni deterioribus adiuncti, & non esset iusticia vel honestas vitæ super terram, immisit vniuersorum deus diluuium, definiens æqualem & vnam omnium mortem. *Gigantes in pœnam peccati nati.* Trutinat enim sancte res nostras, & intolerabilis est ei impietas. Pepererunt autem mulieres, inquit, gigantes, eo quod diuina ira etiam ipsas corporum pulchritudines signabat, eo quod iustitiam conculcassent propter fœdas affectiones, & abominabi- *Gigantes agrestes.* lem voluptatem. Fuerunt autem gigantes potentes quidem, & *Esaiæ 13.* fortissimi, sed aspectu valde deformi. Mos autem est sacræ scripturæ gigantes vocare agrestes, & feroces, & robustos. Vnde vniuersorum Deus de Persis & Medis Iudæam deuastaturum dicit: Gigantes venient, vt impleant furorem meum, gaudentes simul & iniuria afficientes. Non enim secundum Græcorum poetas, maximos illos & nos fuisse dicimus, tam sublimib[us] corporibus, vt & insulas ex medio mari rapiant, & in cœlum proiiciant, sed fœdos aspectu & monstruosos & temerarios: nec adhuc tantum transcendentes humanitatis mensuram, quantum Græcorum sapientibus, qui mentiebãtur, dicere visum fuit. Absit igitur & reprehensio & accusatio, & in fœdis voluptatibus sanctorum angelorum crimina.

Quod autem nihil sanctissimi Moysis dogmatibus diuersum statuamus, sed planè sententiam adducamus in omnibus congruam & conuenientem, manifestè & satis liquidò sermo noster ostendit. Opinatur etiam nullo modo sibi iunctos, hoc est eadem sapere volentes redargui posse, quamuis temerè nugatus sit, & multos contra nos sermones effuderit. Dicit enim, res Christianorum neque cum legibus Mosi conuenire, neque velle vt Iudaicis moribus viuatur: etiamsi Græci in hoc cum eis consentiant. Nam moribus & consuetudinibus non aliis potius quàm suis vsos esse dicit hos & illos, præter duos vix vel tres: nempe nescire deos alios, & sacrificium, quod præcipuè apud illos nominatur: quia alia communia & eodem modo se habentia apud vtrosque contendit. Etenim apud Iudæos optima est circuncisio, quam & Ægyptiorum sanctissimi ministri templi, & præterea Chaldæi & Saraceni recipiunt, vt ipse dicit, sacrificiorumque ritus æqualiter honorant, vt decimas, holocausta, confessiones, oblata propter gratiarum actionem, & secundum quod illi placet donaria, purificationes & pro ignorãtia. Recensens enim sacrificiorum nomina, suis sermonibus immiscet. Fortassis vt videatur nihil ex nostris inexploratum reliquisse, valde enim desiderat haberi inter philosophos, & magnæ eruditionis opinionem venatur. Ignorat autem, quod nihil difficile est iis qui in legis versantur scripturis, vt decet. In- *Scripturæ studiosis nõ difficiles.* accessa autem omnino ipsi, & suis quæuis sententiarum in illis. Vnde alicubi deus per vnum sanctorum prophetarum dixit: *Oseæ 14.* Quis sapiens, & intelliget hæc, & intelligens etiam cognoscet hæc? eo quod rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in illis. Impij autem in eis infirmabuntur. Quare quamuis plurimas nobis sententias ex diuina scriptura opponat, sciat se nihil intelligere. Hinc est, quod putauit sacrorum ducem Moysen sacrificia persoluisse dæmonibus scelestis & perniciosis: & quod illis legi multograuius est, ipsum dicit legislatorẽ permisisse hoc sibi facere, vt ille nobis contrarias leges posuisse deprehendatur. Dicit enim: Qui sacrificat diis alienis, exterminabitur, præterquàm soli domino. Si autem, sicut ipse dicit, videtur præcepisse etiam malignis dæmonibus sacrificia constituta, quomodo nos ab hoc malo abducit, & non manifeste in eas semitas constituit? Et iterum qualem ipse calumniæ contra deum faciat sermonem videre necessarium. Dicit enim sacrificiorum modos commemorans, sed iterum audi de emissariis quæ dicat.

IVLIANVS.

Et accipiet duos hircos de capris pro peccato, & arietem vnum in holocaustum, *Leuit. 16.* & offeret Aaron vitulum pro peccato, & propitiabit pro se & pro domo sua. Et assumet duos hircos, & statuet eos coram domino apud ostium tabernaculi testimonij: & imponet Aaron super duos hircos sortem vnã Domino, & sortem vnam emissario, vt ita emittat emissionem, & dimittat eum in desertum. Igitur qui mittitur emissario, ita emittitur. Dicit autem & de altero hirco: Et occidet hircum, qui pro peccato populi coram domino, & inferet de sanguine eius interius velum, & asperget sanguinem super basim altaris, & propitiabit ad sanctuarium ab immũditiis filiorum Israel, & ab iniusticiis eorum de omnibus peccatis eorum.

CYRILLVS.

Ἀποπομπαῖον, hoc est emissarium vocat. Ἀποτρόπαιον, hoc *Hieroglyphi Ægyptiorum.* sist mala arcẽtem, nouo nomine sacris quidem legibus ignoto, tibi autem forte familiari: quamuis & illud admiror. Nam legem quæ in vmbris & ænigmatibus consistat, in solis hærens clarioribus putat nihil habere occultum. Quamuis vnicuique manifestum fuerit parabolam & ænigma, aliarum rerũ emphasim potius esse quàm earum rerum, quarum esse videntur, vt exempli gratia quiddam dicam.

Eundum enim & ad res, quæ magnã & mirãm apud eum sortitæ sunt opinionem. Aiunt fuisse quosdam ænigmatum artifices inter eos, qui idolis seruiebant, & ad hoc magna industria & grauitate præditos, quos illi nominare solent Hieroglyphos, qui templis & obelis scripturas insculpebant, non vulgaribus vtentes literis, sed aliis figuris rerum naturas effigiantes, arcanam quandam prudentioribus scientiam augebant. Et- *Deus oculus super baculum.* enim volentes significare Deum, hoc est summam, & quæ super omnia est naturam, pingebant oculum: cui baculum substituebant, vt per hoc intelligatur quod omnia videat, & sit ei regia dignitas. Nam sceptrum ferè semper regis intelligitur symbolum: quamuis etiam per stantem baculum quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi semper stare, & quodammodo sustinere & fundare omnia, discatur. Dicuntur autem aspidem fingere in figuram cœli, eo quod in circulum feratur: & serpentem in figuram temporis, eo quod longus sit, & multis voluminibus se girat, reptitatque absque strepitu. Insuper & furorem & iram per ænigma declarantes, insculpebant craticulam, cui subiicitur ignis, & cor superponitur.

Pythagoras autem ænigmaticam manifestationem non con- *Ænigmata Pythagoræ.* temnit, sed magnifacit, vt de illo Porphyrius in primo libro historiæ philosophi. Erat autem & aliud genus symbolorum tale: Stateram ne transeas, hoc est, ne auarus sis. Ne ignem gladio fodias, id quod erat impudentem & iratum animum asperis verbis non moueas. Et coronam ne vellices, hoc est leges ne offen-

das. Nam ciuitatum coronæ scilicet erant. Præter hæc & alia quædam, Ne cor edas: hoc est, ne conficias teipsum curis. Neque super chœnicem vel modium sedeas, hoc est ne ignauiter viuas. Non suscipiendas hyrundines in domum, hoc est loquaces & impotentis linguæ homines non esse faciendos contubernales. Et, Onus portantibus imponendum, nō autem simul deponendum: per quod admonet, nō oportere cooperari cuipiam ad ignauiam, sed ad virtutes & ad labores. Deorum imagines in annulis ne feras, hoc est sententiam & sermonem de diis ne facile manifestes & diuulges.

Itaque si quis Hieroglyphicas scripturas videat, vel etiam Pythagorica ænigmata, & nihil subesse dicat, quod maioris momenti, nónne statim hoc ægre ferret, qui Moysi legem solam literam esse constituit? Quid facis tu? Ne igitur sola manifestiora contempleris, neque ænigmatum vsum offendas vitæ negociis maxime necessarium, sed potius scrutare quæ occulta sunt, & ea quæ per hæc obliquè designata. Sciat igitur, quod legem offendat, nisi eadem quæ illa sapere velit. Etenim historiā crassam nos sequentes, & sententiarum arcanam vim percontātes, in litera, Christi sacramentum figuratum per ænigmata dici- F
Philip.2. mus. Quod certe sapientissimus Paulus cōmendat, dicens: Hoc sentiat vnusquisque in vobis ipsis, quod & in Christo Iesu, qui in figura dei existens, nó rapinam arbitratus est se æqualem esse deo, sed seipsum inaniuit forma serui accepta, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Nam quamuis in suæ naturæ dignitatibus delicate
Hebr.11. agere, & in comparabilibus super omnia eminentiis diuinè versari potuisset. Hoc enim dicimus propositum illi gaudium: Exinaniuit semetipsum ad nostram vsque humilitatem descendēs, vt pro omnibus secundum carnem ferens mortem, & per resurrectionem ex mortuis calcata illa, latam nobis efficeret viam, qua ad vitam recurrere possemus. Sic enim ipse mysteriorum
1.Cor.15. dispensator iterum alibi dicit: Nam quemadmodum per hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Veruntamen excitatus ex mortuis, genitum turbis se exhibuit, eo quod Israel in ipsum debacchatus sit, & in stultitiæ barathrum peruenerit. Recalcitrauit eum delectus, sicut scripsit G
Deut.32. Moyses, hoc est resiluit quodammodo à charitate in ipsum, donec omnino aufugiens maneret, diuinorum bonorum expers.

Christꝰ assimilatur hirco: Vide igitur sacramentum, & quomodo in duobus hircis bene delinietur. Capet enim, hoc est, hircus pro peccatis sacerdotis & populorum occidebatur, secundum quod in lege iubebatur. Quoniam autē pro peccatis nostris immolatus est Chri-
Esa.53. stus; hirco assimilatur. Nam sic dicit propheta Esaias: Omnes sicut oues errauimus, homo via sua erauit. Et dominus tradidit ipsum peccatis nostris. Nam duo hirci assumuntur, non
Christus vnus, duo hirci. quod duo Christi, hoc est duo filij secundum aliquos, sed magis quod oportebat videri etiam occidendum pro nobis: & morientem quidem secundum carnem, viuentem autem secundum spiritum. Sortes autē & nomina hircis, vni quidem illorū Dominus, alteri vero Ἀποπομπαῖος, hoc est emissarius: non enim, sicut strenuus Iulianus dicit, præcepit dimitti signaculo carētem dæmoni cuipiam Ἀποπομπαίῳ: & Ἀποφευγαίῳ, hoc est mala arcēti: sed ipse hircus potius vocabatur apopompæus, eo quod immolatione amandabatur, quemadmodum scilicet & dominus qui occidebatur. Describebatur autem per vtrunq; H
vnus Christus, & moriēs pro nobis secundū carnem, & morte superior demonstrabatur secundum diuinitatis naturam, emittebaturque in desertum, præ figurante terra deserta, & inarabili gentium sterilitatem. Sic enim nominatam illam & per sanctos prophetas inueniemus. Vnde scriptum est: Lætare desertum sitiens, exultet desertum, & floreat vt lilium. Et iterum:
Esa.35. Lætare sterilis quę non paris, erumpe & clama quæ non parturis: quia plures filiæ desertæ, quàm habentis virum. Et iterum:
Esaiæ 41. Et faciam in deserto aquam, & in inaquosa flumina: faciā desertum in paludes, & sitiētem terram in aquarum ductus: ponam in aquosam terram cedrum, & buxum, & myrrham, & cyparissum, & populum. Nam Iudæorum synagoga tantum non & subdita quasi viro legi, fructus afferebat suos, multósque liberos habebat. Verum sic sacra scriptura dicit: Plures filiæ desertæ, quàm habentis virum. Nam multo plures ex gentibus E
crediderunt, quàm ex Iudæorum synagoga. Vnde sterilis & inaquosa illa, excelsa sanctorum capita fœcundè protulit, quæ cedro & buxo & aliis lignis bene comparantur. Apparuerunt autem & fossæ aquarum in ipsa eremo, hoc est apostoli & euangelistæ & cœlestium dogmatum enarratores ac magistri, qui discipulorum animabus cœlestem & diuinum sermonem instillabant, & quasi aquis rigabant fidelium corda.

Possumus & alio modo ænigma in hircis intelligere. Nam ex confesso capra pro peccato quidem assumitur: consecratur autem deo secundum legem. Veruntamen interdum significat & eos qui in peccatis sunt. Etenim ouis vt argumentosa & fructifera in se sanctorum personam figurat: quoniam autem in capris nihil tale est, eos qui spirituali fructu carent, sæpissime
Matth.25. designant, & in hoc nos dubitare non sinit, dicens filius: Veniet de cœlis iudex, sedens autem in solio gloriæ suæ, statuens oues quidem à dextris. Quod autem ouibus iustos assimilet, alios verò capris demonstrabit, dicens stantibus à dextris: Venite benedicti patris mei in hæreditatem, accipite regnum vobis præparatum à constitutione mundi. His verò, qui à sinistris: Ite à me maledicti in ignem æternum. Igitur quum res ita habeat, age dispensationis cum carne modum, perfunctorie enarremus. Non erat faciens bonitatem, non erat vsque ad vnum,
Psal.13. iuxta psallentis vocem. Omnes autem eramus in peccatis, neque iustificare poterat lex eos, qui ex sanguine Israel, & Græcorum multitudo vitæ immaculatæ viam ignorabat. Igitur quum omnes essent peccatores, vnigenitus dei Verbum absque conuersione & immutatione factum est caro, hoc est homo, & nullum quidem fecit peccatum: veruntamen in similitudine peccati apparuit nobis, & cum peccatoribus reputatus est, secūdum quod fuit caro & appellatus est homo. Vnde & sapientissimus
2.Cor.5. Paulus scripsit alicubi de deo & patre & de ipso quoque filio, eum qui ignorauit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Sacrificium enim factus est pro nobis. Nominabantur autem peccata quæ pro peccatis immolabantur, & præ aliis capri & hirci. Quapropter & de diuinis ministris, quibus ex sacrificiis portio distribuebatur per vnum prophetarum dixit deus: Peccata populi mei comedunt, hoc est sacrificia quæ pro peccatis offerun-
Esa.53. tur. Apparuit igitur vnigenitus in specie nostra, vt dixi, & cum iniquis reputatus est, & iuxta legalium ænigmatum virtutem hœdus inter hœdos: hoc est, hircus factus est inter hircos, eapropter lex præcepit, duos hœdos, hoc est, hircos accipi: vt hinc intelligatur Christus, secundum quod eiusdem naturæ & speciei homo est ad hominem, quemadmodū scilicet & capra ad capram. Factus autem similis nobis, nobis impendente sustinuit mortem, vt nos à morte & corruptione emitteret. Cōsiderauerit sanè istuc ipsum quis impleri & in duobus hircis: quorum vnus quidem immolabatur, & in odorem fragrātiæ offerebatur deo, alter autem à cede dimittebatur. mortuus est enim pro nobis omnibus, qui omnium erat dignissimus, mortísque solutio, mors Christi erat. Et hæc quidem nobis legalium ænigmatum subindicat virtus: qui autem soli literæ mentem suam alligant, & dignorum ac occultorum nihil intelligunt: quod etiam longe à veritate absistant, & ridicula argumenta faciant, absq; labore mōstrabimus ex ipsis coniecturis, quæ in manibus habemus, sermonis occasionem sumentes. Dicit enim iterum Iulianus.

IVLIANVS.

Itaque qui mittitur Ἀποπομπαίῳ sic emittitur. Dicit autem de altero hirco: Et immolabit eum pro peccato populi coram Domino, & inferet de sanguine eius interius velamen, & sparget sanguinem ad basim altaris, & propiciabit ad sanctuarium ab immundiciis filiorum Israel, & ab iniustitiis eorum, pro omnibus peccatis eorum.

CYRILLVS.

Igitur si hanc putat efficaciam esse in sanguine occisorum hircorum, vt eos pro quibus occisi sunt, ab omni immundicia & iniusticia liberare possit: quare pœnæ & supplicia à lege intentabantur? Nam mœchos & homicidas, insuper puerorum amatores, maleficósque & incantatores, nec non & apostatas, pœnam sanguinis luere absq; misericordia imperabat. Et quomodo periclitari oportebat eos, qui peccārant, quum ad abluendos illos ab omni immunditia, hirci occisio, hoc est sanguis, sufficeret? Non enim dicet quis, quod tam rari fuerint hirci, & inuentu difficiles periclitantibus. sed vt dicit sapiētissimus Paulus, Christum,

Christum, qui est veritas in seipso habens: Non potest sanguis taurorum & hircorum sufficere ad ablutionem peccati. A

Quare dicit legislator: Et propiciabit ad sanctuarium ab immundiciis filiorum Israel, & ab iniustitiis eorum. Nunquid lapsus est in verbo? absit. Qualis igitur sensus? manifestum autem & omnibus euidens, quod non tam in ænigmatibus quàm in ipsis quæ per ipsa significātur, veritas innotescit. Christus enim est immaculatum sacrificium, & minime prophana victima: quo mortuo pro nobis secundum carnem facti sumus ἀποπομπαῖοι, hoc est recessimus à peccato & corruptione & illius sanguine redempti sumus, & ab omni immundicia liberati. Iustificati gratis in eius gratia, sicut scriptum est: & gratiam, ne amplius memoria esset peccatorum, misericordia Dei assecuti sumus. Et ille tam veneranda sacramenta non intelligit, putat Christianos negligere quidem per omnia ea quæ à sapientissimo Moyse præcepta sunt, velléque ab eis recedere tanquam contaminare soleant. Et illi vituperationi obnoxij sint, quum
Rom.7. Paulus euidenter scribat: Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum ac bonum. Dicátque ipse omnium
Matt.5. nostri saluator Christus: Ne putetis, quod venerim soluere legem vel prophetas: non veni soluere, sed adimplere. At ille, vt B
dixit, nihil intelligit.

IVLIANVS.

Itaque dicit: Quod sacrificiorum ritus sciuerit Moses, manifestum est per ea quæ dicta sunt. Quod autem non sicut vos, immūda esse putarint, iterum ex illius verbis audite: Anima autē quæ comederit de carnibus sacrificij, salutaris, quod est Domini & immundicia eius in ipso, peribit anima illa de populo suo.

CYRILLVS.

Itaque rogabit à nobis, qui tam frigidis quæstionibus credētes in Christum pulsat, nunquid diuisi simus ab his qui secundum legem viuunt, & venerimus à figuris ad veritatem. Omnibus manifestum est, quod assumptum est ad figuram alterius, non propter seipsum fit, sed vt inferat ipsum spectātibus quandam futuri præmonstrationem. Quum autem videatur veri- C
tas, superfluus est typus, & inutile est quod illam ante prædixit. Quoniam autem veritatis figurationem Mosaica lex parturiebat, sancta est & ipsa. Nam sancta veritas, hæc est Christus, illius scilicet sacramentum. Quod autem in spiritu & vera seruitute eam quæ in vmbris & figuris promptiorem nos & meliorem habeamus, scribit iterum, & dicit:

IVLIANVS.

Conueniebat vltra recordari priorum, quorum gratia sunt & hæc. Quare enim recedētes à nobis non amatis Iudæorum legem, neque manens in his quæ in illa dicta sunt? Dicet omnino aliquis acutius videns: Neque Iudæi sacrificant. At ego tam valde hebetem redarguam. Primo quidem, quod neque aliud quidem quod à Iudæis lege cautum, à nobis seruatur. Deinde quod sacrificant quidem in propriis Iudæi, & nunc etiam omnia comedunt sacra, & deprecantur antequàm sacrificent, & dextrum armum dant, decimas sacerdotibus: destituti autem templo & altario, vel vt ipsis mos est dicere sanctificationem, D
decimas sacerdotum Deo offerre prohibiti sunt. Vos hutem inuento nouo sacrificio, non vltra indigentes Hierusalem, quare non sacrificatis? quamuis hoc quidem ego vobis ex abundantia dixerim, quoniam initio dixi volens monstrare Iudæos eadem confiteri cum gentibus, vno excepto, quod vnum solum deum putant. Nam illud ipsorum proprium quidem, à vobis autem alienum. Quoniam alia communia quodammodo nobis sunt, vt templa, delubra altaria, purificationes, & obseruationes quędam, in quibus nihil omnino inter nos differimus.

CYRILLVS.

Igitur siquidem Iudaicæ leuitatis socius esse voluerit, & magnifacit, quod ad res necessarias nullam vtilitatem habere scitur, habeat prædam, nemo inuidet: nos autem regia incedemus, & recta ad veritatem peruenientes, valedicentes vtrorumque vanis consiliis.

Quoniam autem interrogat, dicens: Quare recedentes à nobis, non diligitis Iudaicam legem, neque manetis in iis quæ ab illa dicuntur? & quare non sacrificatis? Dicimus: Veritatis luce non illustratus, diligentes legis obseruatores, & Deo gratis sacrificiis vtentes, acceptúmque perficientes cultum, qui est per carnes & sanguinem, peccare existimat. Num fortassis putauit animalium cædibus eum, qui natura & verè Deus est, oblectari? quum docuerint nonnulli, eadem superstitione, qua ipse, capti, qui ante ipsum fuerunt, quod & suis diis exosa sit quodammodo per sanguinem accessio.

externa sacrificia neque diis, neque verodee grata.

Vnde Porphyrius sic dicit in secundo libro de abstinentia ab animalibus: quod autem non diis, sed dæmonibus sacrificia per sanguinem obtulerunt, à theologis qui virtutem norunt, creditum est. Adducit autem & Poetæ sententiam, sic habentem:

Quis sic stultus, & tam dissolutus,
Persuasibilis vir, qui speret deos
Ossibus sine carne, & felle accenso,
Quæ & canibus esurientibus non sunt comestibilia,
Gaudere omnes, & honorem illum sortiri?

Quin & alio loco sacrificio per sanguinem exosa diis esse dicens, sic iterum scribit: Etenim antiquitas, Deo illa non sic approbante, sed ex fructibus vnumquenque Deum honorabat. Nam illis quidem, natura & omnis humanę animę sensus cum his quæ fiebant placebant. Subdidit autem istis & poetæ versiculum. Taurorum autem cædibus non irrigatur altare: sed a- *Altare piorū in Delo.*
bominatio hæc erat in hominibus maxima, quod animum corrumpentes ederent terrenos fructus. Videre autem licet ex altari, quod adhuc apud Delon est, apud quod adhuc, quia nullum animal offertur vel sacrificatur, piorum vocatum est altare. Ita non solum abstinebant ab animalibus sacrificantes, sed & his qui statuerunt hoc, & qui vtebantur, pietatis nomen tribuebant. Quoniam igitur altare piorum apud Delios nominatum est, quum nullum illic animal immolaretur, quare præuaricatores legis increpat & accusat, dicentes non cruentis sa- *Ioan. 4.*
crificiis oblectari Deum, desiderare autem potius adoratorem in spiritu & veritate.

Sed dicet forte: Quomodo igitur videtur illa præcepisse, nunquid fortasse decepit Moses antiquos, dum per singulas leges ponit: Hæc dicit Dominus? Etiam ad hoc dicemus nos: non fuit mendax Moyses, sed fidelis potius diuinorum eloquiorum allator, & lex quidem in litera pædagogus erat insipientium, & magister paruulorū. Dicit enim sic in lege eruditus Paulus, *Gal.3.*
& quasi elementis quibusdam & disciplinarum principiis manifestioribus vsos esse docens, exerceri tradebat figuris veritatem, & puerilibus exercitamentis tunc assuefieri. Impossibile enim quodammodo erat eos qui ex Israel, quum haberent mētem nuper ad pietatem adductam, posse adimplere adorationem in spiritu & veritate, perferréque laborem sanctæ puritatisque vitæ, euangelicæ, inquam. Virtus enim ardua est, neque paruis capitur laboribus.

Optime autem videtur dixisse quidam ex Græcorum poetis: Paruis autem laboribus quomodo quis magna assequeretur? Stultum fuerit etiam hoc velle. Quod autē honestæ vitæ virtus & dogmatum subtilitas, intolerabile onus Iudæorum mētibus fuerit, declarat ipse legislator per vocem Esaiæ, dicens: Neque nouisti, neque credidisti, neque ab initio aperui tuas aures, sciebam enim quod inobediēs rebellaturus esses. Etenim antiquus ille Israel valde intractabilis erat, tantáque ignorantia & inobedientia laborabat, vt & quum Moses à Deo legem acciperet, & moraretur in monte ad defectionē cōuersus sit, & diuinum honorem vitulo tribuere non sit reueritus, laudaréque & dicere: Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te ex terra Ægypti. Tam *Exod.32.*
imbecillem & attritam in malis mentem habentes, quomodo euangelicas disciplinas susciperent, & ita in ordine spiritualis sacrificij mentalem Deo consecrassent cultum, & pro animalium cæde virtutum redolentiam? Itaque sacrificabant quidem oues & boues & hircos, turturésque & columbas.

Cæterum videre licet etiam in his diuinæ dispensationis sa- *Quareolim*
pientiā in miro honore fuisse: permittēs eā sacrificare, eo quod *sacrificia*
in Ægypto id facere assueuerant, & quodāmodo ad immacu- *data.*

latam vitam paulatim reducens, sacrificiorum figurabat ritus, non sicut illi assueuerant, sed adumbratos magno artificio & sapienter, ita vt & in se specialem cultum parturirent, vt exempli gratia dicam: Occisus est agnus in Ægypto ad festiuitatem paschæ transeuntibus Israelitis: immolatus est autem non simpliciter, sed sapienter, vt dixi. Nam assumebatur decima primi mensis, occidebatur autem decima & quarta ad vesperam sub lucerna. Et hic erat conuiuarū habitus lege decretus. Sic enim, dicit, Comedetis illum, sint lumbi vestri accincti, & calciamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus, & comedetis illum festinanter, pascha est Domini. & in singulis sacrificiis modus quidam est non sine arte dispositus, sed arcanum quiddam in se quod describitur habens. & prolixus esset de his sermo, si qui velint singula vt habent dicere.

Exod.12.

Ad illud autem nunc eundum, opinor enim operæprecium vt recte edoceatur, quod legalis cultus quantum ad literas & figuras attinet, ex voluntate Dei non fuerit. Vbique enim per vocem prophetarum talia manifeste dicere auditur. Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris? calcare atrium meum, ne adiiciatis: si attuleritis similā, vanum. Thimiama abominatio mihi est: nouilunia vestra & sabbata vestra odit anima mea, & die magnum non fero: ieiunium & ocium & ferias vestras odit anima mea. Et iterum: Holocausta vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non oblectarunt me. Et per diuinum Dauid: Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos: num manducabo carnem taurorum? vel sanguinem hircorum potabo? Sacrifica Deo sacrificium laudis. Et iterū: Misericordiam volo, & non sacrificium, & agnitionem Dei magis quàm holocaustomata. Præterea & ipse filius introductus est, dicens per vocem Dauid: Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustomata & pro peccato non comprobasti, corpus autem perfeciſti mihi. Tunc dixi, ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.

Esa. i.

Psal.94.

Osea.6.

Psal.39.

Diceret autem fortassis aduersarius, oportere eum, qui secundum naturam Deus est, meliora prospicere, quàm quæ sero cōsilio emendentur, & initio eligere quod optimum, & neque permittere, vt vel in mentem veniant sacrificia, quæ nunc repudiat. Adhęc respondeꝛim vir strenue, constituit quidem, vt dixi, quæ per sapientissimum Moysen tradita sunt in vmbris & figuris, vt essent, congrua doctrina discipulorum mentibus, non vt semper crassis illis inhærerent, & spirituali ac mentali cultu exciderent, sed in vmbris, accepta veriorum præmonstratione scirent bene prouehi ad meliora, & pulcherrime ac scienter in viam veræ vitæ transirent. Etenim sicut ij, qui æratiam artem bene norunt, & miram in ea gloriam assecuti sunt, liquefacta cæra vtiliter præmonstrant futurorum figuras, non vt ars vlterius non progrediatur, sed vt in illis, sicut dixi, eorum quæ nondum facta sunt, præluceat pulchritudo. Vbi igitur ille artifex opus suum perfecerit, si figuras è medio tollat, non vltra condemnabitur. Eodem sanè modo & ratione, postquàm illuxit Christus qui est veritas, & ipsius cultus introductus est, figurarum imbecillitatem merito despiciamus. Imagines enim erant spiritualium.

Age & illud consideremus quibus oblectetur Deus, & quid illi placeat, vtrum vitulus cadens in cæde, & ouis ad hoc adducta, & thuris fumi ex foco se explicantes, vel multiplicibus virtutibus conspicua anima? Proponatur enim aliquis, si placet, viuens inter Iudæos, circunciſus & sacrificiorum studiosus, non etiam in bonis moribus, neque in iustitia enutritus, sed intemperans & turpiter agens, irrefrenatæque linguæ, & nihili vituperabile omittens: alius autem non ex sanguine Israel incircunciſus secundum carnem, & cruētis sacrificiis non vsus, sed optimis moribus præditus, callus, iustus, turpis lucri cōtemptor, nulli obnoxius quod in lege vituperatur, & in summa omni virtute plenus: vter in duobus præstabit, & palmam diuina sententia referet? vtique secundus, vt ego opinor, & meritò.

Si autem opinatur, & dicit hæc ita se non habere, sciat, quod suis prauis obluctatur, & attentat vt ea confutet, quæ illi maxima admiratione prosecuti sunt. Vnde Porphyrius veterum sequens sententias ita dicit: Igitur oportet purgatis moribus esse, cuntes ad sacrificandum, & offerendum Deo gratas hostias, sed non sumptuosas. Nunc autem vestitu quidem splendido amiciri non sufficere sciatis ad sacrificiorum puritatem. Quando autem corpore quidē cum vestitu, impuram à malis animam habentes eunt ad sacrificia, nihil differre putant, quasi Deus non magis gaudeat, si quod diuinissimum in nobis pure se habeat, vtpote quod illi cognatum. Euntem intra sacrificatoriū pura mente esse oportet: puritas autē est sapere sancta.

Intelligis igitur, quomodo sanctissimo Deo morum puritas maximè placeat? Confirmat autem hæc per alia, & dicit iterum. Non enim conuenit esse soccos & cothurnos mundos ac immaculates in templis, quæ homines diis sacrarunt: in mundo autem hoc, qui est templum patris, externam & extra nos vestem pelliceam sanctam non seruare, & cum puritate in tēplo patris conuersari. Nam siquidem in hoc periculum situm est, si illa sola coinquinentur, licebit etiam animaduertere fortassis & belle componere. Nunc autem quum omnis sensibilis corporis defluat immūdicia, quæ ex carne & sanguine, adest eius amica saluatrix virtus dæmoniorum propter similitudinem & familiaritatem.

Et iterum: Igitur quæ Platonici quidam diuulgarunt, hæc citra inuidiam appositā sapientibus, vt declararent quæ proponantur. dicunt autem sic: Primus quidem Deus quum sit incorporeus, immobilis, & indiuisibilis, neque in aliquo vnum quid existens, neque illigatus in seipso nullo externo opus habet, quemadmodum dictum est. Cæteris autem diis, & Mundo, & non Errantibus, & errantibus, ac ex anima & corpore existentibus Visibilibus diis prædicto modo per inanimata sacrificia gratiæ agendæ sunt.

Quoniā igitur incorporeus Deus nullo prorsus extremo indiget, & accessus cū sanguine à magistris Iuliani reprehēditur: quare nūc accusantur, qui sacrificare consueuerunt? Scriptum est enim: Honora dominū de tuis iustis laboribus & da illi decimas de tuis fructibus iusticiæ. Dixit & diuinus Dauid: Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in Domino. Et iterum: Circuiui, & sacrificaui in tabernaculo eius sacrificium iubilationis.

Prou.3. *Psal. 4. & 26.*

Quod autem illis in quibus non est bonorum operum splendor, omnino inutilis sit cruentorum sacrificiorum virtus, ipse tibi fidem faciet legislator, dicens per Hieremiam prophetam, quum offendisset Israel: Et túne oraueris pro populo hoc in bonum? quod si ieiunauerint, non exaudiam deprecationem eorum: & si obtulerint holocaustomata & sacrificia, non approbabo ea. Et iterum: Super quem respiciam quàm super mansuetum & quietum, & trementem sermones meos? qui autem iniquus est, sacrificans mihi vitulum, sicut qui occidit carnem: qui autem offert similam, sicut qui offert sanguinem porcinum. Præterea & patientissimus Iob: Dominus enim, inquit, non abiicit innocentem, omne autem donum impij non recipiet. Dixit & alibi alius sapiens: Sacrificium ab iniusto, oblatio maculata. Et iterum. Non comprobat altissimus oblationes impiorū. Etenim vitæ honestas, & optimarum quorumuis studium, & ad meliora propensio, cum conatu recedendi à malis, est sanctissimo Deo sacrificium quoddam fragrantissimum. Præterea nos adhortatur sapientissimus Paulus, dicens: Itaque obsecro vos, exhibete corpora vestra sacrificium viuum, sanctum, bene placitum Deo, rationalem cultum vestrum. Igitur non quia cessauit sacrificare domus Israel, etiam nos à sacrificio destitimus: sed etsi ipsi sacrificarent & vellent implere ea quæ in priscis vmbris sunt præcepta, nos lata via euntes, ad id quod rectum, veniemus, nempe spiritualem & mentalem cultum perficientes.

Hier.14.

Esa.vlt.

Rom.12.

Quoniam autem dicit non habere Israelitas sacerdotes iuxta legem, & ideo non licere eis hoc facere, quum à Hierosolymis arceatur: discat à nobis etiam in isto ipso factam dispensationem. Nam quare, diceret quis, sibi fieri præcepit sacrificia non potius in omni terra, quàm vbi sunt ij, qui legi subiecti: sed tanquam magnum aliquod & necessarium in solis Hierosolymis hoc debere fieri? Nunquid quod solum in ista & sola sit Deus super omnia, vel noluerit vbique coli? Verum dixisse primum deliramēto plenum esse nemo dubitarit. Incircūscriptus enim Deus est, & incorporeus, non in loco, dilatatur autem vbique, & omnia illo plena sunt. At alterum si quis dixerit, quod non in omni loco coli velit, non obscuram reprehensionem instantibus negociis exhibet. Nam adoratur à nobis vbique, & sicut dicit propheta: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini eius, & hostia pura. Scriptum autem

Malachi.

autem est & de nobis: Quod adorabunt dominum vnusquisque de loco suo. Quod igitur in omni loco glorificatur Deus, & hoc non reiicit, sed negligentiam potius non impunitam relinquit, cur non & hoc iis qui ex sanguine Israel videt licere, quod si quidem vellent, vbi quæ deo lege constituta, sacrificarent? Vnde prudentissimè legislator & futura præuidens, præcepit in solis Hierosolymis sacrificandum: vt quodammodo necessitate Iudæi coacti, à priscis moribus recedentes ad meliora contenderent. Amissuri enim patriam erant dominicæ cædis rei, & versaturi in gentiū regionib. Veruntamen erat incredibile & etiam fortasse iis qui ex gentib. cōuersi à malo, quod in omni loco sacrificaturi essent. Nam si iis quidē, qui per fidem vocantur ab antiquis moribus cessaturi essent: alij verò grauissimas deo cruentas oblationes, læsissent nō mediocriter nuper ad veritatē congregatos, & euangelicis doctrinis ad spiritualem & non carnalē cultum institutos. Itaque rebus ad veritatem transeuntib. & in melius mutari incipientibus, quàm sub figuris & ænigmatis habebant non soluram legem esse dicimus, sed impletam potius tempore, quo nobis refulsit veritas, id est Christus.

Iudæi in sola Hierusalem sacrificant.

A

B

Cæterum si, quod à figuris recessimus, & claro mentis oculo veritatis lucem conspicientes, vitā à Iudæis non exercitatā agere volumus spirituale cultum obseruando, causam nostram vituperat: perstringat & alias scientias, & eos qui illis operam dant, vbi elementarij esse cessarint & doctrinarū initia non vltra curauerint, quæ tamē antea maximi faciebant. Animaduertat autem quis & in liberalibus artibus fieri incrementum, easque illustrari: & nemo est qui id reprehendat. Figurabāt aliter primi tabulis picturas artificiosius quā primi statuarū figuras posteri formabant: & olim artificib. istis tāta industria deerat, quę tamen concessa est posteris. quid autem dicerem textoriā, marmorariam, fabrorum inuēta? Nónne quis videt meliores quam olim fuerit? Itaque si affirmat à nobis legem sapientissimi Mose in deterius deductam, arguat eos qui præuaricati sint, & diuina mandata tenere noluerunt, & quæ omnium maximè eximia vilipenderunt. At si crassitudinem quæ in vmbra legis, extenuantes, ipsam ad veritatis transformamus pulchritudinem & quod obscure in ænigmatis olim traditum, nunc multò manifestiorem habet contemplationem: audiat à nobis aduersarius: ne sit contentiosus, graue enim est: ne sit obiurgator, nam hoc exasperat. Sermo enim eius contra nos non vsq; huc progreditur.

C

Quod autem conueniant res Græcorum cum Iudæorum moribus, præterquam in vno ipse multum contendit. Nam hi quidem, inquit, vni & soli seruiunt deo, illi autem plures esse dicunt. Nos verò putat ab amborū opinione aberrasse, eo quod non admittamus multos deos, neque vnum secundum legem, sed tres pro vno confiteamur. Opinatus est enim forsan sanctā & consubstantialē trinitatē, hoc est vnius deitatis naturā in tres à nobis diuidi deos. Sed quod rectam & irreprehensibilē omnino sententiam in hisce mens & corda nostra receperint, liberata ab vtrorumq; errore, & quod ad rectum sacrarū scripturarū scopum contendamus, non contemptibili, arbitror, à nobis sermone demonstratum est. Commemorabo autem nunc meritò, quæ cum iam dictis vituperat. Vlterius enim iterū sic dicit.

IVLIANVS.

Quare circa victum non sicut Iudæi puri estis, omnia autem comedere vt herbas licere dicitis. Petro credentes, quia ille dixit: Quæ Deus purificauit, tu ne commune putaueris? Quæ hujus coniectura? Olim quidem Deus putauit quędam immunda, nunc autem munda fecit. Nam Moyses de omnib. quadrupedibus significans dicit: Omne quod diuidit vngulam & ruminando ruminat, mundum sit: quod autem non tale, immundum. Igitur si porcus à visione Petri acceperit ruminationem, credamus ei. Miraculum enim, quod verè acceperit illam post visionem Petri. Si autem ille mentitus est hanc se vidisse, vt sicut vos dicam reuelationem apud coriarium, qui in tantis tam facile credemus? Quid enim vobis præcepit tam graue, si prohibuit comedere suilla, volatiliáque & marina, affirmans doctus à Deo, hæc cum illis repudiata esse & immunda videri.

D

CYRILLVS.

Miraris igitur dic mihi, res Iudaicas? & munditiam illis in victu tribuis? Christianósque illis quantum ad frugalitatem & munditiā cibi attinet, esse dicis inferiores? Videamus igitur, si placet, quos illis cibos sapientissimus Moses in lege interdixerit, & quæ edulia illis permiserit. Scriptū igitur est in Leuitico: Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron, dicēs: Loquamini filiis Israel, dicentes: Hæc animalia comedetis ex omnibus animalibus quæ super terram. Omne animal diuidens vngulam, & vngues diuidens duarum vngularum, & reducens ruminationem, inter animalia, hæc comedite. Veruntamen de illis non comedite, ab his quæ reducunt ruminationem, & non diuidunt vngulas & vngues diuidunt. Camælus quia ruminat quidem, sed vngulam non diuidit, immundus erit, & leporē, & chœrogryllion, quia diuidit vngulam, & diuidit vngues vngulæ, & non reducit ruminationem, immūdum hoc vobis. Et hæc quidem de illis. Pergens autem sermone ad volatilia & aquatilia, & ad alia quædam genera iterum sic dicit: Et hæc comedetis ab his quæ in aquis, omnia in quibus sunt alæ & squamæ in aquis & in mari & torrentibus, hæc comedite: & omnia in quibus nō sunt alę & squamę, abominatio vobis sint, & abominabilia vobis erunt. Et post alia: Et hæc abominabimini ab auibus, & non comedentur, aquilā, gryphum, haliæethum, vulturem, & miluum, & similes illi, & struthionem, & larū, & coruum, & similes ei, & accipitrē & similes ei, & nycticoracem, & mergulū, & ibin, & porphyrionē, & pelicanum, & cygnum, & noctuam herodionem, & chatadrium. Et post alia iterum: Et hæc vobis immunda, de reptilibus repentibus super terram, mustela & mus, & crocodilus terrestris, mygale, & camæleon, & stellio, & lacertæ, & talpa. Quàm mira Iudæorum puritas, & in esu munditia? inter cibos enim habere non dignantur camælum, chœrogryllium, aquilam, vulturem, mergulum, vpupam, vlulam. Vitant autem cum his coruos, & ibes, & nycticoraces, & herodionem, & murem obstreperum, mustelam, & mygalen, stellionem, & talpam. Et quid enim talium legis reuerentia non paruifaciunt? Papè iusticiam, quod nihil illorum, vt videtur, ventri præualet, & pro optimis eduliis miseram mensam commutant, vt ne legislatorem offendāt. Iure reprehendentur Christiani, qui legi vale dicentes à nullo talium auelli voluerunt: omnia enim eis sunt in cibum, sicut herbæ campi, & in mensis præciosa corui & ibes, &c. Itaque laudo legem, quod Israelitis ea quæ in victum electum constituit, iubendo vt recedant ab his quæ nullius momenti sunt, imò quæ omni homini ita aduersa, vt ea sola videre abominabile sit.

Leuit.11.

De cibis legi prohibitis.

Sed hæc quidem fœda omnino & repudianda, inquit, sacrificent, & valde meritò. Veruntamen eos qui sub lege, laudauerit quis etiam propter continentiam. Etenim & à suillis abstinent carnibus, pluribúsque aliis volatilibus, & marinis, vt struthione, & his quæ squamas & pennulas nō habent. Prohibuit enim lex hæc in cibum. Igitur nisi sciret hæc secūdum rem turam bene habere, multorum & preciosorum vsus cum aliis longe magis taxaretur, si non apud eos qui laute solent cœnas parare, aliis omnibus prælata essent. Si autem bona quidem sunt vsu, per legem autem censentur minus bona diligenter inquirimus ab eo quæ sint rerū non fœdarum crimina. Itaque reiectaneum facit suem, quis diuidit vngues vngulæ, & nō ruminat: & vituperantur ab eo quædam aquatilia, quia non sunt squamata, neq; pennulata. Nunquid sufficiūt prædictis ea quæ natura illis insunt, vt vituperentur? Cur enim si findat sus vngulas in duos vngues, & nō ruminat? & quid est quod quædā aquatilia pennulis & squamis careant? Nunquid aberrauit lex, taxans temerè impuritatē in his quæ non sunt fœda? Non hoc dicimus. Prodest enim non mediocriter eis, qui subtili mente sensuum in ipsa lege reconditorum profunditatem videre possunt.

Nam quoniam mens legislatori erat erudiendos docere, quibus potissimum assimilari deceat, & à quibus recedere, singula prædicta exēpla proponit ab animalibus, in quibus mores illi quodammodo inueniuntur. Manifestabo autem sensuum virtutem: prohibet enim ne sit in cibum camælus & porcus, & ille quidem, quia ruminat, sed non diuidit vngulam: hic

autem quia diuidit vngulas, sed non ruminat: quamuis dicat quis, quod sit in vtroque defectus. Nam sus quidem, vt dixi, diuidit vngulam, sed non ruminat, diuerso modo est in camælo. Nunquid igitur lex ita imperat ea abominari, quod ex dimidio mala sint & immunda, quum tamen hoc verum nõ sit? Quid hoc sibi velit amice, & quod sit ænigma, videamus si placet.

Pes, vita et modus operis.

Mos est sacræ scripturæ, pedis gressum & interdum totũ pedem ænigmaticè accipere pro eo quod ostendit viam eius, quod vnicuique faciendum, vt est in libro Prouerbiorum: Rectos gressus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige. Præterea & per vocem Dauid: Et conuerti pedes meos in testimonia tua. Itaque pes in figuram vię est in vnoquoque opere. Duplex autem ista apud nos est: vel enim assueuimus nos vt iusticia prosimus, semper aliquid vtile possidentes & recludentes in thesauros cordis claram de deo cognitionem: vel etiam aliis in hisce studium impendamus plurimis modis vtentes. Itaque duplex pes in gressu, ad duo incedere significat. Ruminare autem prudentiæ fuerit symbolum: dico enim oportere, siquidem venerabiles sunt, & sapientia eruditi, & verorum dogmatum scrutatores, non semel, sed sæpissimè, sursumq; & deorsum versare sensus singulorũ de quibus dubitatur, & quodammodo frequenter ructare, & iugi studio inuestigare difficiliora theoremata. Nam quod simpliciter susceptum est, & absque iudicio & inquisitione, fit interdum damnosum. Taxat itaq; lex eum qui scit prodesse opere & sibiipsi & aliis, non studentem autem cum hoc vt sit prudens. Et contrà quodammodo apparet coinquinatus quis, licet sit maximè prudens, sed non probatæ vitæ. Qui em̃ fecerit & docuerit, inquit Saluator, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Igitur qui in vtraque dexter fuerit, tam in virtute quàm in sermone, meritò admiratione dignus est.

Prou. 23. Psal. 118. Ruminare, prudentiæ symbolum. Matth. 5.

Quæ autem viuunt in aquis, & natura neque pennulata neque squamata sunt, semper quodammodo voluuntur in profundissimo limo, & minime natare solent, segniáq; sunt & ægre mobilia: figuræ sunt & hæc eorum qui in luto intemperantiæ volutantur, & limo deliciarum obruuntur, omniaque facere solent nudè tantum & absque vestitu: hoc enim nobis significant ea quæ in lege vituperantur, quod squamas nõ habent & naturalia indumenta. Item pennulis priuari significat destitui studio ad hoc vt emergere velint, & parum prospectare ex malis in quibus sunt. Homines autẽ corrupti & desperati & ventris mancipia, & in fornicatione, vt dixit, ac libidine enutriti, molles ac prophani, & omnibus exosa muliebrium genera & qui in omnibus obscœnis ineluibilẽ maculam habent, & sic viuere solent, eos omnino aspernari, nec societatem cum illis habere vult suos cultores.

Pisces non squamati nec pennulati.

Insuper & alios quorum omnis vita in rapina & auaricia est, & in absurdis quæstibus, rectè significant aquilæ & corui & stelliones, gryphes & vultures. Similiter figuræ eorum qui in versutiis, coruus & similia: & indoctorum & quodãmodo in tenebris & nocte etiã intelligentiæ lucem odientium, vpupa & noctua & nicticorax & similia, quæ in nocte & in tenebris volant. Mustela verò & mus designant timida & minus virilia, obstreperaq; furũ genera. Et in summa, nulla prorsus difficultas est veros & necessarios sermones vnicuique prædictorum adaptare. Spiritualis enim lex non solum in manifestioribus sensibus consistit.

Quid aues in scriptura prohibitæ significent.

Igitur quum diuinus Petrus adhuc vellet Iudaicis morib. immorari, & ad meliora progredi quodammodo tardus erat, eo quod præualebat apud eum reuerentia erga figuras, demisit sudarium de cœlo deus animalibus in illo depictis, quæ legis sententia ænigmaticè quidem, vt dixi, veruntamen vt immunda iudicata erant, & iussit occidere, & siquidem vellet comedere: discipulo autem adhuc tristi & Iudaicè dicente: Nequaquam domine, quia nunquam comedi aliquod cõmune vel immundum, neq; ingressa est in os meum aliqua caro immunda: vox reddita est, quasi etiam deo corripiente illum, & manifestè dicẽte: Quæ deus mundauit, tu ne cõmunia dixeris? Deinde statim intellexit quod instaret tempus transformandi in veritatem vmbras. At figurarum in veritatem mutatio perficit magis illas, & non sicut quidam opinantur temerè positas declarat. Nam legislator non aliquando mundũ putauit porcum, vel etiam alia & aliquando non, sed sciuit bene condita. Scriptum est enim: Vidit deus deus omnia quæ fecit, & ecce omnia bona valde, & benedixit ea: nam secundum naturam creationis suæ omnia facta sunt bona. Quapropter tãetsi sues non ruminent, nihilominus mundæ sunt, & inter permissos cibos animalia: neque vllos, quantum ad suam naturam attinet contaminant. Nam, vt dixi, lex figuræ sunt, & vmbræ durantes vsque ad tempus quo emendentur. Sic enim scripsit sanctissimus Paulus. At ille fortassis nos delirare existimat, qui sic sapimus & dicimus. Iterum autem ipse arrogans est, & sacris literis insipienter insultans, dicit:

Act. 10. Quid sibi voluerit visio Petri. Gen. 1. Heb. 10.

IVLIANVS.

Sed quid ego prolixo sermone vtor? Quę ab illis dicuntur, nũquid roboris habeant videre licet. Dicunt enim Deum in secunda lege posuisse aliud. Nam illam fuisse ad tẽpus definitis temporibus conscriptam, postea autẽ hanc apparuisse, eo quod lex Moysi tempore & loco descripta fuerit. Sed quod hoc falsè dicant, ostendam manifestè ex Moyse, non decem solum, sed innumera testimonia adhibens, vbi legem æternam dicit. Audite igitur ex libro Exodi: Et erit dies ista vobis memoriale, & celebrabitis eam, diẽ festum Domino in generationes vestras legitimum sempiternum celebrabitis istud, septem diebus azymis vescemini, à die autem primo tolletis fermentum de domibus vestris.

Exod. 12.

CYRILLVS.

Accumulans autem illis sententias, ostendit legem vbique nominatam esse æternam: sed arbitror vtile, vt à longis ambagibus liberetur sermo. Subinfert iterum.

IVLIANVS.

Relictis adhuc aliis multis à quibus lex Mose æterna dicitur, & propter multitudinem dicere cauebo. Vos autem ostendite vbi dictum sit, quod Paulus post hæc ausus fuit, nempe quod finis legis Christus, & vbi Hebræis deus legem aliam promisit præter positam. Nusquam profecto, neque positæ correctionem promittit. Audi enim iterum Moysen: Non adiicietis ad verbum quod ego mandabo vobis, neque auferetis ab eo: seruate mandata Domini Dei vestri, quæ ego mandabo vobis hodie: & maledictus omnis qui non manet in omnibus. Vobis autem parum visum est abstulisse & addidisse iis, quæ in lege scripta sunt: illam transgredi virile omnino, & magnanimum arbitramini, non ad veritatem, sed id quod omnibus probatur respicientes.

Deut. 12. Deut. 27.

CYRILLVS.

Quemadmodum dixi, nugari nos temerè, quamuis vera dicamus arbitratur, vel fortassis fallaci verborum vsos ornatu quum lex non existat spiritualis, tentantes autem sensum eorũ quæ scripta sunt ad alia transferre, vt transgressionis crimen depellamus. Res autẽ non sic habet, absit. Non enim dicimus à nobis diuinã legẽ per omnia negligi debere, quasi nihil vtile habeat, sed fatemur antea mittendum fuisse antiquis pædagogum, qui Christi mysterium & per ænigmata ipsis veritatem demonstraret. Sic enim esse definimus plenitudinem legis & prophetarum Christum, & valde rectè. An non omnis obscuri ænigmatis plenitudo meritò intelligitur veritas, & quomodo quis dubitaret? Ideò transitus ad veritatem ab vmbris legẽ Moysi non tollit, sed manifestiorem eius mentem exhibet. Et ita æternam legem nominatam esse dicimus. minimè enim cessauit quæ in nobis impletur iuxta spiritualis cultus modum. Venit enim Christus non soluturus legem & prophetas, sed complens potius, sicut ipse dicit.

Lex æterna quomodo. Christus quomodo plenitudo legis. Matth. 5.

Et vt legem, quæ in manibus, & ab ipso allata, interpreter, manifestiorem, vt dixi, faciam demonstrationẽ, operepretium est. Scriptum itaque est de festo azymorum: Et erit dies ista vobis memoriale, & celebrabitis eam, festum Domino in generationibus vestris legitimum sempiternum celebrabitis illa, septem

septem diebus azyma comedetis. & hoc quidem per Moysen constituit Dominus. At per vocem Esaiæ iis qui ex sanguine, Israel loquitur, & dicit: Nouilunia vestra & sabbata & festiuitates vestras odit anima mea, facti estis mihi in satietatem. Quomodo erant, dic obsecro, perpetuæ & iuges festiuitates Deo exosæ? Nunquid dicemus aliter deliberasse Deum, & ea quæ ab initio tanquam bene habentia suscepta & definita erant per Moysen, vituperasse per prophetas, & à recto aberrasse, passum aliquid humanum? Nam velle odio habere quæ ante quis laudauerit, leuitatis notam inurit. Quid igitur dicemus, vt Deum à vituperiis istis absoluamus? Recte legem tulit per sapientissimum Moysen, oportere impleri in figuris dies festos, odit autem in futurum obseruatos: quia non esset bonum veteribus figuris alligatum esse, sed volebat potius vt ex figura & vmbra ad veritatis venientes pulchritudinem gratissimum sibi cultũ præstarent. Manifestum autem quod cultum mentalem & in spiritu optet. Nam præcepit quidem festum diem agentibus, vt panem facerent absque fermento. Hoc facientes Iudæi & nihil amplius, implere putabantur legem. qualis ergo hinc illis vtilitas? gauisúsne in hoc est aliquo modo Deus? Sed dices, quod oportebat purificatos eos diem festum agere. Quãquam, quomodo si coinquinare poterat comedentes fermentum, non omnino ab illo abstinere debebant? & non solum septem diebus, siquidem fuissent studiosi conuersationis Deo placentis, & illi addicti. Sed sicut iam prædixi, & etiam in hac lege, quemadmodum scilicet in aliis, spiritualis & mentalis rei ostensio ænigmaticè proposita est his, qui acuta & purificata mente tam sublimia considerare poterant.

Esa. 1.

Impletur etiam lex à nobis in azymis, maxime fide iustificatis & sanctificatis in spiritu, mentalémque perficientibus cultum tali quodammodo. Solet diuina scriptura interdum accipere fermentum in typum improbitatis. Præcepit igitur eos agere diem festum bene ablutos & purificatos, & quàm longissimè ab omni prauitate recedentes, non habentes carnalis immundiciæ fermentum, & inutilium distractionum, in negociis parum frugiferis inquam. Is enim qui sic ferias celebrat, candidus est. Vnde scribit diuinus Paulus, vt diem festum agamus non in fermento veteri, neque in fermento maliciæ & nequiciæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Igitur æterna lex quæ olim quidem apud Iudæos ænigmaticè, eadem autem nunc apud nos mentaliter & spiritualiter & verè. Et tempus quidem ænigmatibus conueniens erat ante Christi aduentum: at quod veritati congruebat, id post ipsum venit, quando refulsit veritas. Oportebat planè per sapientissimum Moysen tanquam puerum erudiri Israelem, cui puerilis adhuc & rudior mens erat: at per omnium Dominum Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, descriptam veram & consummatissimam vobis afferri scientiam, non subuertentem Mosaica, sed tradentem potius illa, vt opera rectius intelligantur: Quapropter Moyses ad Iudæos loquens, velamen ponebat super faciem suam, quasi re ipsa clamans, quod veram legis faciem illi videre non poterant.

Fermentum typus maliciæ. Feriæ Christianę. 1. Cor. 5. Exod. 24.

Si autem dicerent aduersarij: Si secunda primis essent eligibiliora, atque adeò multo meliora, cur non legislator ea in primis decreuit initiis? Quæ sæpissime dixi, in medium afferam, & nunc nondum satis instructam ad Dei cognitionem mentem habebant Israelitæ. Nam à suis honestissimis mox recedebant: quia faciles erant ad discedendum à Deo, & admoniti non cessabant: vitulum enim fecerunt, & dicere ausi fuerunt: Ii sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te ex terra Ægypti. Proinde quia rudius & leuius cor habebant, obscura eis lex data est per figuram ægre ad veriores sensus deducere valens, & nondum sanctæ conuersationis viam manifeste inducens.

Exod. 32.

Quod autem Israeli quum offendisset, & desiperet, rectéque incedere non posset, in vmbris & literis quasi adhuc paruulis, legem constituerit Deus, didicerit quis per vocem Ezechielis sic dicentis: Et extendi manum meam super eos in deserto ad dispergendum eos in regionibus, eo quod iustificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerũt, & sabbata mea prophanarunt, & post cogitationes patrum suorum fuerunt oculi eorum: & ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuent in eis. Oportebat enim eos, qui à beneuolentia erga Deum resilierant, & impliciti facti vituli criminibus (hoc enim opinor significat, quod post concupiscentias patrum suorum oculos habebant) à familiaritate erga Deum exciderant omnino, & in gentium capi regionibus, omni Dei cura priuatos. Quoniam autem bonus est Deus, & sapientissimi Moysis preces honorabat, legitima quidem ipsis dabat rudimenta: veruntamen non bona, sicut ipse dicit, neque valentia præstare vitam ipsa implentibus. Non bona autem legitima quomodo? quantum ad veritatis inquam pulchritudinem. Incomparabiliter enim vtilior ænigmatibus veritas: siquidẽ mentitum non est, quod his qui ex sanguine Israel nulla prorsus vtilitas erat, quod comedebant panes non fermentatos: at iis qui improbitatis fermentum abiecerant, & ablutum habebant cor, & nihil pollutum vel immundum diligebant, honorem eximium dedit Deus, vt participes fierent æternæ vitæ.

Ezech. 20. Leges non bonę.

Iam per vmbram in lege veræ honestatis vitam non obtineri neque pergi recta ad Deum, considerauerit quispiam Esaia dicente in persona Israel ad Deum: Seduxisti nos Domine à via tua. Et à beato Dauid: Et declinasti semitas nostras à via tua. Semita enim quodammodo breuis, & statim ducens ad Deũ, non figura erat, vt dixi, sed veritas quæ in illa depicta.

Esa. 63. Psalm. 43.

Quoniam autem sacrarum literarum aduersarius dicit, neque legem aliam annunciasse filiis Israel vniuersorum Deum, neque correctionem quandam iis quæ per Moysen præcepta sunt attulisse, commonstrare tentabo illum in vtroque mentiri, prophetæ vocem apponens, quæ sic habet: Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quo testatus sum patribus eorum, in die qua assumpsit eos manus mea, vt educeret eos ex Ægypto: quia ipsi non mãserunt in testamento meo, quod testatus sum eis in diebus illis, dixit Dominus, dans leges meas in mentem illorum, & in corde eorum inscribam eas. Id quod opinor bene intelligens sapientissimus Paulus, epistolam scribens quibusdam dicit: Epistola nostra vos estis, quæ cognoscitur ac legitur ab omnibus hominibus: manifesti estis, quod estis epistola Christi nostro ministerio scripta, non atramẽto, sed spiritu Dei viuentis. Nam immisit nobis Deus suæ voluntatis scientiam, & inscripsit propter scientiam credentium cordibus ea per quæ essent maxime venerabiles, quomodo non inutilis vmbra?

Hiere. 31. 2. Cor. 3.

Patitur autem lex non additamentum, neq; substractionem, sed eadem erit quę impletur non secundum quod apparet, sed mentaliter & spiritualiter. Ad hoc quidem, vt opinor, dixerit quis, ea quæ à nobis dicuntur, etiam intelligi bene.

Legi nihil addi vel minui.

At ille nescio quid passus, Iudaica recipit, & iterum Iudæos vituperat, vt ab aliis omnibus abreptos quidem, insipienter autem sacrificare negligentes. Quamuis dicat Eliam sacrificasse in Carmelo, & non in sancta ciuitate, Hierusalem dico. Ego autem adiiciam, & diuinum Dauid in area sacrificasse, quę cognominatur Orna, quamuis lex dicat manifeste: Et si quis immolauerit vitulum, vel ouem in castris & ad fores tabernaculi, exterminabitur anima illa de populo suo. Sed dixerit, opinor, quis, vir strenue, quum Elias sacrificaret, templum erat, at non item quum diuinus Dauid. Et quid prohibebat legi non repugnantem sacrificare in tabernaculo? Veruntamen illud dico, ecce demonstratum est manifeste etiam apud illos sanctos non fuisse culpatum, quod legem ad literam non valde curioso oculo spectarent, neque exactissime adimplerent.

Lex etiam olim nõ seruata ad literã.

Meminit autem & sanctorum apostolorum epistola, quam dispensatiuè scripserunt, quasi tenerum & nouitium seorsum habentibus iis quæ ex gentibus vocati erant. Visum est enim, dicebant, sancto spiritui & nobis, nullum amplius imponere vobis onus, præter hæc necessaria, vt abstineatis vos ab idolothyto & fornicatione, & suffocato & sanguine. Assignat autem & dicit, quod non visum est in illis sancto spiritui Mosis legem soluendam. Visum est autem, dic obsecro, seruandam? & hócne præcepit? quamuis verè dicatur legis vmbram iam non magnifaciendam præcepisse iis qui per fidem ad veritatem vocati sunt. Quæ enim verisimile erat adhuc pueros posse perficere, per vocem sanctorum apostolorũ constituebat. Dicentes autem, Nullum vobis imponere onus, docebant de lege, quod esset grauis, & omnino intolerabilis etiam ipsis Israelitis, quam non imponerent eis. Videbatur itaque spiritui sancto seruandam ab illis minime quidem legem:

Epistola apostolorum ad gentes. Act. 15.

quæ autem facilia & quæ bene portare possint, vt adimpleantur,attentanda ab his, qui hactenus vacillante, vixque tandem robur ad conuersationem & vitam,quæ est in Christo, assecuta mente ad maiores labores non sufficiebant.

Petrus non erat hypocrita.

Sub hæc cauillatur & eximium inter sanctos apostolos Petrum,quem & hypocritam esse dicit, & per Paulum reprehensum, quod interdum Græcorum moribus viuere studuerit, interdum autem Iudæorum, ignorans omnino artificiosissimam in illis dispensationem. Non enim aliud sentiebat discipulus, sed tempestiuè cõgruis vtebatur dispensationibus,& omni modo iis qui se accedebant prodesse studebat. Quoniã autem beatus Paulus vnum morem seruabat,accedens submonuit:timuerat enim,ne fortasse mens illa ignoraretur,& dispensationis modus quosdam offenderet.

Libri noni finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOpi Alexandrini, contra Iulianum, pro religione Christiana,
LIBER X.

DEDIMVS, opinor,satis exactum de vmbra legis sermonem: quandoquidem veritatis inimicus persequi nos, nescio quomodo tentãs, præuaricationis crimen incurit iis qui diuinas seruare leges prudentius & diligentius,quàm si in solis & nudis versarentur figuris,norunt.Quoniam autem nihil rerum nostrarũ inculpatum ille relinquit, ecce & aliis nos quodãmodo accusationibus aggressus,dicit, nos sanctis discipulis etiam non parère,& apostolorum traditionem nihil facere, sed vertere potius quò nobis libuerit,id quod ab illis accepimus. Scribitque iterum sic:

IVLIANVS.

Ita autem estis miseri,vt & in iis quæ ab apostolis vobis tradita sunt,non manseritis, & ea in deterius & impietatem maiorem quàm se res habeant extenderitis. Vnde Iesum nec Paulus ausus fuit dicere deum, neque Matthæus, neque Lucas, neque Marcus:sed bonus Ioannes,censens magnam multitudinem in multis Græcorum vrbibus hoc morbo captam. Audiens autem, opinor,monumenta Pauli & Petri clàm quidem (nihilominus tamen audiens) circunferri,primus ausus fuit dicere. Et quum paùca dixisset de Ioanne Baptista, sermonem iterum ad eum qui ab illo prædicabatur reducit. Et Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Quo autem pacto nescio, turbatus,dicit nusquam ipsum vel Iesum, vel Christum ad hoc vsque extollere, vt illum Deum & Verbum vocet: sed quiete & clanculo auribus nostris imponit, & Ioannem Baptistam pro Christo Iesu hoc exposuisse testimoniũ, quod hic sanè sit, quẽ oporteat credi Deum esse Verbum.

CYRILLVS.

Et quare,dic obsecro,nullum apostolicorum mandatorum, vel paruum vel magnum à nobis est seruatum? & quidnam in deterius violenter tractum est ab iis, qui à deo post illos Verbi vsus concreditus est,& qui in sanctis dogmatibus eximium honorem adepti fuêre? Nam siquidem impune esset volentes innocentibus,& nihil absurdi admittentibus,conuiciis esse molestos etiam morari in illis damnum nullum affert: sicut nihil facilius est ei, qui dicteria amat, quàm mentiri & temerè vituperare. Si autem opinatur crimina inueniri in eis,quibus negociũ facit,vel contra quos sermones profert,ne frustra insectetur cõuiciis, sed redarguat potius. Nam ita sermones illius fides sequetur.

Admiror autem, quod,quamuis sæpissimè diuinam scripturam vario modo versẽt, & nobilem scientiæ opinionem venetur,à veritate aberrauerit,idque omnibus modis. non enim admittit vel Paulum, vel Matthæum,vel Marcum, vel Lucam dixisse Christum esse Deum: at si qui voluerint diligenter excutere sermones nostros,euidentissime videre poterint,quod celebrent illum diuinitatis dignitatibus & quęcunq; soli & summę omnium naturæ conueniunt,ea & illi vbique tribuere. Præterea deum nominare solent. Vnde sapientissimus Paulus: Precabar enim ipse, inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem, qui scilicet sunt Israelitæ,quorum est adoptio & legislatio,& testamẽtum, & promissiones, & ex quibus secundum carnem est Christus, qui est super omnes deus benedictus in secula,Amen. Et qualem præter hanc vocem aliam requiris? eum, qui secundum carnem ex Iudæis, hoc est Christum, & Deum super omnes, & benedictum in secula, Amen, esse dicit. Dicit autem & alibi: Qui autem in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne,sed spiritu: siquidem spiritus dei est in vobis. Si autẽ quis spiritum dei non habet, hic non est eius. Et iterum: Memor,inquit,sum vestri, propter gratiam quæ data est mihi à Deo,vt essem minister Christi Iesu inter gentes,ministraremque euangelium dei. Igitur quando ij,qui spiritum Christi receperunt,diuinum habent spiritum, & etiam quia se ministum ordinatum dicit inter gentes,vt dei Christi,& euangelium dei prædicationem de illo vocat,& præterea nominat ipsum etiam gloriæ dominum. Dicit enim: Si enim cognouissent vtique dominum gloriæ,non crucifixissent:quomodo non manifeste aduersarius calumniatus est, & meritò mendacij criminum reus esse videtur? quum is verus scopus theologorum fuerit,& soliti sint nominare filium dei, eo quod sit deus secundum naturam, & verè, & germanam prolem substantiæ eius qui genuit, tanquam semper existentem,subsistentem cum genitore, & in vna deitatis natura intelligatur, existatque & subsistat? Hac ratione & sapiens Ioannes in principio Verbum esse dicit,& deum esse,& apud deum,& post hoc factum esse carnem,hoc est hominem. Vnus igitur & non insipiens theologis scopus est,dicendum esse filium secundum naturam dei, & ita in hoc omni modo possibile deum esse secundum veritatem eum qui ex deo secundum naturam. Vnde iam voces adhibuimus diuini Pauli, manifestè & absque ambiguitate deum nominantis vniuersorum saluatorem Christum.

Roman.8. *Roman.15.* *1.Cor.15.*

Apponendæ autem sunt, opinor, & aliorum sententiæ, propter quos tanquam dei meminerunt Christi. Dicit igitur Matthæus de Ioseph: Hæc autem quum ille cogitasset,ecce angelus domini in somno visus est ei,dicẽs: Ioseph fili Dauid,ne timeas accipere Mariam vxorem tuam. nam quod in ipso natum est, ex spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum:ille enim saluabit populum suum à peccatis suis. Dicit autem & admirabilem Ioannem dixisse: Ego quidem vos aqua baptizo in pœnitentiam: at qui post me venturus est,fortior me est, cuius non sum idoneus calciamenta portare, ipse vos baptizabit spiritu sancto, & igni, cuius ventilabrum in manu eius,& purgabit aream suam. Insuper & ipsum Dominum alicubi dixisse ad nos affirmat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos, tollite iugum meũ super vos. Et de consummatione seculi huius prædicens:Itaque sicut colliguntur zizania, & igni exuruntur, ita erit in consummatione istius seculi, mittet filius hominis angelos suos. Nunquid vir strenue, decebit aliquem alium posse liberare à peccatis,quàm solum eum, qui secundum veritatẽ est deus? Dominí enim legum essent, qui potuissent illos, & non alij quàm ipsi. Quomodo autem & suum populum saluare dicitur, quum solus deus dominus sit eorum qui super terram? Est item inquam & super hominis manum & mẽsuram, posse baptizare in spiritu sancto eos, qui in illum credunt. Præterea & habere propriam aream,hoc est homines,qui intelliguntur in paleis. Non enim vllum hominem decet, sed solum Christum. Deus enim erat factus caro,hoc est homo. Sed cuius,dic mihi, iugum suscipient homines? an non soli subiectos esse deo? meritò quis illos esse dixerit. & quomodo dixerit Christus iugum suum tollendum super nos? Quomodo autem essent eius & qui in cœlo sunt angeli? Mittet enim,inquit,angelos suos. Et hæc quidem nobis Matthæus, quamuis reticeamus plurima alia testimonia, ne fastidium pariat ea coacerualle.

Matth.1. *Matth.3.* *Christũ esse deum,testimonia ex Euãgelistis.* *Matth.11.* *Matth.13.*

Etiam Marcus iisdem sententiis vbique agit, & cum Matthæi verbis consonat. Vnde scribit:Initium Euangelij Iesu Christi filij dei. At qui dei filius secundum naturam & verè, quomodo non omnibus manifestum, quod omnino & deus sit? Dicit autem iterum dominum quidem sanctis apostolis dixisse: Tradetur in manus hominum peccatorum, & illudent ei,& crucifigent eum. Et diuinum Petrum cõtradixisse illi: Propitius esto tibi domine, ne sit tibi hoc. & ad hoc dixisse Christum: Vade post

Marc.1. *Marc. 8.*

Romã.9.

post me Satana,offendiculum meum es tu,quia nõ sapis ea quę dei,sed quæ hominum. Non enim sapuit quæ Christi, diuersa dicens Petrus. Igitur Deum Christus nominauit seipsum, qui dixit Petrum non ea sensisse quæ sua, nimirum dei, sed quæ hominum. Narrat autẽ iterum dixisse: Qui erubuerit me & meos sermones,hunc filius hominis erubescet,quando veniet in gloria patris sui cum sanctis angelis. At nisi sciret se deum, quomodo in gloria patris venturum se diceret, satellites habentem sanctos angelos? Quomodo in nobilitate deitatis filius hominis? quomodo in summis & super omnem creaturam eminentiis Iesus Christus,hoc est, qui ex muliere secundum carnem? An indubitatum est iis, qui diligenter veritatem inquirere volunt, quod eum qui deus est secundum veritatem scitẽs, dominum in dignitatibus deitatis morari,dicant ipsum,tempore dispensationis exacto, secundum quod est consectaneum, factum in similitudine nostra, humanitatis semel mensuram non habere despectui.

Marc.8.

Quod autem & diuinus Lucas senserit idem de illo, statim manifestum erit, & valde facile. Narrat enim angelum dei ad Zachariam dixisse, qui erat pater Ioannis: Et erit gaudium tibi & exultatio,& multi in natiuitate eius gaudebunt. Et post alia: Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum suum. Quem igitur euangelizabat per vniuersam Iudæam diuinus Baptista? Nónne Iesum, quem certe & demonstrabat, dicens: Ecce agnus dei, tollens peccatum mundi? Quos conuertebat tanquam ad Dominum deum? An non ad illum dicens: Ego vidi,& testatus sum,quod hic est filius dei. Et ipsum Zachariam prophetantem inquit de proprio filio dixisse: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad præparandas vias eius, ad dandam scientiam salutis populo suo in remissionem peccatorum eorum. Refer autem, sanctum angelum ad sanctam virginem dixisse de Christo: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Vide igitur quomodo altissimi prophetam Ioannem dixit vocari prophetans pater, altissimum esse dicens Iesum? altissimi autem ipsum filium & diuinus angelus nominat. Æqualis enim gloria cum genitore, & per omnia æqualem mensuram habens qui ex ipso natus est filius intelligitur meritò. Non enim quia natus est homo dispensatiuè,minor in aliquo illi est. Sed dispensationis modus in propriis erat sermonibus: alioqui absque variatione & conuersione secundum naturam est Verbum,quod ex deo patre, in propria natura nihil læsum est,ex eo quod propter nos, nobis similę factum est: sed vt Paulus dicit, Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula.

Luc.1. *Ioan.1.* *Hebr.vlt.*

Opinor autem & à Ioannis vocibus, eum qui impiè oppugnat, redargui. Non enim sicut ipse dicit, videns circunferri monimenta sanctorum Petri & Pauli, inductus est ad dicendũ, quod sit deus Iesus Christus. Non est enim verisimile, quod propter illam causam illas imitatus sit, vt sic diuina loqueretur: sed potius excitatus à spiritu sancto. Dixit enim Christus sanctis discipulis:Non vos estis qui loquimini,sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis:neque primus dixit deum esse Iesum, sed & ij qui ante ipsum scripserant,Lucas videlicet & Matthæus & Marcus,Dominum autem & deum nominârunt illum,summam illi gloriam tribuentes vbique. At ille vaniloquium suum habere solet vt præclara facinora. Nam contendit quidem dixisse diuinum Baptistam: Et Verbum caro factum est. Vltra nihil hunc pudere arbitror. dicit autem, nusquam ipsum vel Iesum vel Christum vsque dum deum & verbum vocat,quum tamen subtiliter & acute elaborateque veritatis de hisce rebus sermonem fecerit. Vt enim ne carnis natiuitati contemporale esse quis suspicaretur, Verbum quod homo factum, vel nuper apparens & recens esse dicat,deum esse præmonstrauit necessariò, quod & erat in principio deus existens Verbum, & quod cœternum cum patre & apud deum fuerit. Vnum enim est cum genitore suo, identitate naturali,cum quo secundum subsistentiam suam subsistit & intelligitur, facta autem & omnia per ipsum. Hæc sanè omnia prædicens artificiosè,sic dimisit sermonem suum ad enarrandum sacramentum dispensationis cum carne, Dixit enim carnem factum esse Verbum, hoc est hominem, non quod sustinuerit mutationem in id quod non erat. Deus enim conuersionis expers est, & nihil illi decedere, non est ei externum,sed potius substantialiter insitum. Quod autẽ accepta mundissima carne ex sancta virgine processerit homo, & mãserit id quod erat,satis indicauit dicẽs: Et habitauit in nobis. Quo non ex mutatione & conuersione, in carnis naturam trãsisse ipsum subindicauit, sed quod habitauerit,hoc est, factus sit in corpore suo tanquam in proprio templo.

Verbũ caro factum.

At ille dictorum nihil intelligens, maximè temerarium, contra theologum,facit sermonem, & ad hæc dicit Ioannem absq; iudicio de vnigenito sermonem fecisse, & nec Christum nec Iesum nominasse. Verum quod etiam nunc temere nugetur, & omnino inconsiderata vituperatione faciat,ex ipsis sacris literis videre licet. Accipit enim sicut veraces sancti Baptistæ voces, quæ factæ sunt de nostri omniũ saluatore Christo, carnem scilicet factũ esse Verbum dicẽs: tunc sanè & valde tempestiuum & Christum ipsum nominat & Iesum, & in diuinis dignitatibus esse dicit,quamuis dispensatiuè nobis similem factum.

Scripsit igitur sic & ille:Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes illius signa quæ faciebat cum infirmis. Ipse autem Iesus non credebat se illis,eo quod ipse nosceret omnes. Et iterum: Quum esset sero in die illa vna sabbatorum, & ianuæ essent clausæ, vbi erant discipuli eius cõgregati propter metum Iudæorum, venit Iesus & sterit in medio,& dicit eis: Pax vobis. Narrat autem & alio loco, ipsum dominum ad patrẽ qui in cœlis & deum dixisse: Hæc est vita æterna,vt cognoscant te verum deum,& quem misisti Iesum Christum. Quod autem seruârit diuina,quamuis factus nobis similis, dei filius per ipsius sermones docebitur. Sæpissime enim se & vitam & lucem nominat,præterea & æqualia operantem,& æqualis gloriæ cum patre, redimitum incomparabilibus eminentiis super omnia. Verum cõtentiosus ille & nihil bonum cogitans,semper autem aliquid indagans,& inuenire tentãs,per quod scilicet res Christianorum,vt putat, peiores reddere possit,& altera quodammodo vadit via,ac dicit:

Ioan.2. *Ioan.20.* *Ioan.17.*

IVLIANVS.

Sed quod de Iesu Christo dicit Ioannes,neque ipse contradico, quàuis videatur quibusdam impiis alium esse Christum, alium autem qui à Ioanne prædicatur Verbum. Cæterum sic habet. Nam quem ipse dicit esse Deum Verbum, eundem à Ioanne baptista agnitum inquit esse Christum Iesum. Considerate itaque vere reuerenter, quod placide & clãculum actui suo colophonem impietatis imponit, ita est versutus & impostor,adeoque rursus se apparat & addit: Deum nemo vidit vnquam,vnigenitus filius qui est in sinibus patris,ille enarrauit. Vtrum igitur hic est Deus Verbũ caro factus, vnigenitus filius, qui est in sinu patris? & siquidem ipse quem scilicet opinor, vidistis alicubi & vos Deum. Habitauit enim in nobis, & vidistis gloriam eius. Cur igitur in compendio addis: Deum nullus vidit vnquam, etiamsi non Deum patrem,sed Deum Verbum? Si autem alius est vnigenitus filius, alius autem Deus Verbum, sicut ego quosdam audiui de vestra secta, videtur neque Ioannes hoc dicere ausus.

Ioan.14.

CYRILLVS.

Itaque fortassis opinatur quis ipsum hæc conferre,animo discendo auido & rectis cogitationibus adduci,vt eundem esse dicat Christum Iesum dei Verbum hominem factum, sed quod maligne etiam nunc hoc attentet, videre licet per ea quæ dicit. Opinatur enim ostendi posse optimum Euãgelistam suis vocibus esse contrarium,& pugnare cum iis quæ ipse dicit, sed non assequetur dolosa bestia,secundum quod scriptum est.

Dicit enim,& valde prudenter,quod Deum nullus vidit vnquam. Inuisibilis enim ex confesso deus est. Vidimus autem filium,mentis oculis,in dei & patris gloria conspicuum, & genitoris sui pulchritudine reluescentem,& per ipsa opera hoc demonstratum est. Est enim character & splendor gloriæ eius, & non secundum nostram imaginem illi similis. Deus enim, vt dixi,incorporeus est,& sine specie, & sine quantitate, & sine magnitudine, & in summa super mentem & rationem: sed secundum quod intelligitur deus omnia existens, quæ & pater, absque hoc solo quod est pater. Vnde & vno apostolorum dicente: Domine,ostende nobis patrem,& sufficit nobis. Respondit, dicens: Tanto tempore vobiscum sum,& non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: quamuis quomodo quis non recte coniectârit quod siquidem esset eius mens velle dicere,in corporis specie,patrem esse sibi similem,cur non

magis dicebat, si non facio opera patris mei, non credite mihi: si autem facio etiamsi mihi non credatis, operibus meis credite. Quorum enim est efficacia, se æqualiter absque variatione habens, illis vtique est æqualis, & eadem naturæ ratio.

Igitur vir strenue, dixerim, non suis vocibus pugnantem, inuenienus diuinum Euangelistam, etiamsi dicat Deum nunquam esse visum, neque si dicat: Quoniam vidimus Iesum secundum iam propositos modos mendax fuerit veritatis propugnator, sed potius in vtroque verax est. Etenim iuxta deitatis naturam inuisibilis est filius, visibilis, sanè in gloria diuina: & quando factus est homo, tunc enim & ipsum vidimus, & gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre plenus gratia & veritatis. Vnde & Dauid incarnationis sacramẽtum prius clamabat, dicens: Deus manifestè veniet deus noster, & non silebit. Insuper & propheta Esaias quasi & manũ extendens demonstrat vt incarnatũ, & dicit: Ecce deus noster, ecce Dominus in virtute venier, & brachium cum robore. Afferam autem beatum Baruch concordem cum vocibus Esaiæ, dicit enim & ille: Hic deus non reputabitur alius cum eo. inuenit enim omnem viam scientiæ, & dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: & post hæc super terram visus est, & cum hominibus cõuersatus. Igitur sicut hominem super terram cum hominibus conuersantem vidimus filium, inuisibilem quidem esse cum patre secundum diuinitatis, inquam, naturam: visibilem autẽ mentaliter & cum patre, in eminentia deitatis & magnificentia. Diuina enim signa perficiebat solo nutu. At vituperator iste omnis sanctitatis, absque cura, in omnes suas adinuentiones ruens, quod reuerentiam sanctis martyribus exhibeamus nos accusat, & dicit:

Ioan. 1. *Psal. 49.* *Esaiæ 40.* *Baruch 3.*

IVLIANVS.

Sed hoc quidem malum accepit à Ioanne principium, quę autem vos deinde adinueneritis, addentes ad antiquum illum mortuum, multos recens mortuos, quis pro dignitate abominaretur? omnia monumenta implestis, quanquam vobis cum nunquam dictum sit, aduolui sepulchris, & ea amplecti debere. In hanc autẽ venistis malitiam, vt super hac re neque Iesu Nazareni verba audiẽda esse putetis. Audite igitur quæ ille de monumentis dicit: Væ vobis scribę & Pharisæi, & hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis. foris sepulchrum appareret formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immundicia. Si igitur immundicia Iesus esse dicit plena sepulchra, quomodo vos apud illa inuocaris Deum? Adiicit item illis, quod & discipulo quodam dicente: Domine permitte mihi, vt primum abeam, & sepeliam patrem meum: ipse dixerit, Sequere me, & sine mortuos sepelire mortuos suos.

Matth. 23. *Matth. 8.*

CYRILLVS.

Multa quidem de his antea locuti sumus ei prolixumque superius insumpsimus sermonem, operæprecium autem arbitror & nunc quędam dicere. Nam corporum loculos immundicia liberari non dicimus, verum hanc ob causam, mortuorum virtutem à memoria amandare neutiquam dignum fuerit: sed neque quia lege naturæ quod de terra est, in terram est resolutum corpus eorum, qui admirabilem vitam hic egerũt, honor illorum nihili faciendus est: alioqui quomodo laudauerit quis eos, qui optimè gloriosissimè viuere voluerunt, & ipsam mortem sæpissime contempserunt, vt ad memoriam posterum memorabile quiddam de illis scribatur. Etenim didici in Homeri carminibus dicentem quendam:

Neque inhoneste & absque gloria occubui,
Nam & me licet apud posteros audiri.

Nunquid eum qui honeste & cum gloria ex humanis cõmigrauit, & insigne quippiam fecit, de quo quis recte glorietur, dignum fuerit silentio & obliuioni relinqui, vel optimorũ admiratione celebrare, longóq; & perpetuo honore glorificari ab his qui tantum non simul certarunt, & fortitudinis illorũ fuerunt socij? Etenim qui eximiæ vitæ confecerunt iter, passionesque nihili fecerunt, ij sunt qui laudari solent: quomodo non iuste etiam socij bonorum illorum operum erũt? id quod superius dixi, & nunc iterum dico. Vnde dicunt Athenis maximè eloquentibus & facundis anniuersarios agones institutos, qui pro Græcis periclitati obstantes Barbarorum insolẽtiæ, numero minores fuêre bellatorum innumerabili turba: & quum vincere non possent, pro victoria contenderunt, ne minus vtiliter morerentur, memorias & encomia apud illos assecuti. Et ita etiam iurabant quidam. Dicebant enim: Non per progenitores, qui in Marathone occubuerũt. Non per eos qui Salamine naufragati sunt. Non per eos qui in Artemisio. Non per eos qui in Plateis cæsi sunt. Nõ per multos alios qui in vulgaribus sepulchris siti sunt.

Sanctorum memoria iuste obseruatur.

Igitur quando & facundissimis Athenien sibus, quũ essent idololatræ, honore & dignitate prosequi eos, qui gloriosam mortem non fugerant, & ad ipsos corporum loculos ire visum est rectum. Nam apud illos, sermones bonorum operum fiebant. Quare Iulianus contra Christianorum iusticiam non recte clamauit, quod magni faciunt reuerentiam & honorem erga sanctos martyres, qui omnes effuso sanguine & præsenti vita, pro eo quod in fide situm commutata, melius habent. Nunc fortassis ipsos vituperandos putat, & non mediocriter ægrè fert, quod etiam ipsi non sunt facti apostatæ meticulosi & fugitiui, ignauique & supini, & pietatis in deum contemptores, quemadmodum scilicet & fortitudinis illorum vituperator.

Cæterùm profectò, inquit, fugienda vobis sunt sepulchra, quæ & ipse Christus immũdicia dicit esse plena, sciebátq; mortuum tam abominabilem, vt neque discipulo permitteret sepellire patrem.

At nos in hoc potissimum & facillime videbimus, quod vim verborum Christi omnino ille ignorauerit. Non enim à sepulchris recedere iussit, quamuis sciret illa ossibus mortuorum & omni immũdicia plena: sed visum est illi, vt irriſorẽ & hypocritam pharisæorum populum dealbatis sepulchris assimilaret, eo quòd suffurabantur iusticiæ opinionem apud populum, quamuis omni improbitate & omni spirituali immũdicia plenum haberent cor. Discipulum autem magis voluit se sequi, & aliis dimittere mortuos vt sepelirent. Decet enim, vt res nostras non præferamus charitati in Deum, quia diuina, etiam reuerentia erga parentes, maiora sunt. Deus enim natiuitatis omnium autor & factor. Quod autem sepulchra, hoc est, mortuos hominum animabus nullam inquinationem afferre posse cognouerit, manifestè ostendit ipse mortuos accedere dignatus, & ad ipsa monumenta, quum præciperet Lazarum etiam fœtentem reduium resurgere, ita mire resuscitauit archisynagogi puellam. tetigit enim manum eius, dicens: Puella, surge. Insuper & in Nain, quæ Iudææ ciuitas est, viduæ suscitauit filium, tacto loculo acclamans: Adolescens, tibi dico surge. Quomodo igitur reliquiæ mortui viri mẽtes nostras coinquinarent? Nunquid polluit mentem quæ in nobis est, vel num cogit ad ea quæ non licent, sensibilis fœtor? & quomodo sermo ille non est refertus stulticia? Cæterùm defunctorum reliquias viderit quispiam non nudas, & negligenter in terram proiectas, sed bene compositas. Occultatæ enim quodammodo sunt in sinu matris in profundis terræ. Diceret, quandoquidem quum nullus velit loqui cum mortuis, abominabilia ne censenda sepulchra & mortui? Quare? quid damni prope accedentibus immittet vel corpus, vel sepulchrũ? Nunquid iusticiæ amatorem efficient iniustum? & continentem ac castũ intemperatum & petulantem? vel liberalem pecuniæ cupidũ & affabilem, & blandum, crudelem & inhumanum? & amatorem dei impium? Minimè. Nõ enim defunctorum reliquiæ animæ bona offendent, sed voluntatis ad pessimas propensiones. Vides leges ipsas quibus res humanæ bene diriguntur? Illæ puniunt iniustos, adulteros, raptores, & similibus implicitos criminib. neq; vllum qui ad sepulchra abit vel inuisit mortuos, videntur dicere supplicio dignum.

Sed quosdam pollutos tenent sepulchra, & ad quæ non licet, adducere possunt, animalisque immundicia implent, propter tetrum suum odorem. Itaq; prosint impiis, & à malo studio liberent vngũtorum officinæ: & frequenter versans in illis, etiam adulterij crimine detentus quispiam, rosis coronetur corpore inungatur, & liber fiat ab omni crimine. Nam si sepulchrorum immundicia malos efficit, mundet à malitia locorum &

Ioan. 11. *Sap. 5.* *Marc. 5.* *Luc. 7.*

rum & florum fragrantia. Cæterum fortassis illud fingentes apud se putabunt necessarium quiddam se cogitare ac dicere, nempe quod omne mortuum & etiam ipsa mors, maximè exosum sit diis. Consentientes autem nos illis & iisdem moribus cum ipsis vtemur. Itaque diuina scriptura nobis vnum potissimum & verè Deum prædicauit, alium autem præter illum omnino nullum adorare consueuimus. Veruntamen si dij vestri sunt, quibus exosam mortem esse dicitis, simul fortassis cõstituti fuerunt, & doluerunt cum hominibus, quod & ipsi corruptioni & morti fuerũt obnoxij. At siquidem sunt dij, & mortalibus vere condolent, quare non magis liberent detentos, & miserè agentes, etsi non omnes forte, saltem suos miserentur adoratores? Sed nouit illos timere Plutonem is, qui præstat inter poetas, ita vt & per regimen illius non licere iurare faciant. Introduxit enim quendam deorum iurantem, & dicentem:

Sciat nunc hoc terra, & cœlum latum supernis,
Et quæ liquitur Stygis aqua, quod maximum.
Iuramentum grauissimúmque est beatis diis.

Recensет autem Iunonem ad consanguineum & maritum Iouem dixisse:

Laudatissime Saturnie, quem sermonem dixisti?
Virum mortalem existentem olim obnoxium fuisse fato?
Quomodo vis à morte absona soluere?
Fac, sed non omnes laudabimus dij alij.

Quare enim, inquit, frustra laborans non sentis, & impossibilia requiris? & putas non omnino aberrare à digna ratione, & ab omni laude excidere?

Igitur quando poetæ illorum à Musis rapti, & qui censentur deos audiuisse, beneque diuina nosse, illos victos esse & à morte, & à fatis: quare mortuum nominat Christum morte superiorem, & corruptionis deuastatorem? Nam illã auertit ab aliis, ineffabilib. & diuinis nutibus viuificaq; potentia. Permisit autem & ipse voluntarie suam carnem in mortem incidere, nõ vt mortalitatem confirmaret, sed vt corruptionem solueret, & mortem interimeret.

Nam quoniam corpus vitæ erat corpus filij viuificantis omnia, idcirco & meritò mortis nexibus teneti nõ potuit, quomodo igitur mortuus qui viuit, & viuificus & inutilem mortis vim faciens? & nihilominus delinquit nominando mortuos eos quibus est spes vitæ, & temporariam carnis mortem pertulerunt. De sanctis martyribus loquor, de quibus scriptum est & manifestè: Visi sunt in oculis hominum mortui esse, & reputatus est exitus eorum afflictio, & iter eorum à nobis contritio, ij autem sunt in pace, & spes eorum immortalitate plena. Sic enim ipse saluator inquit: Viuent deo victuri. Non enim est Deus mortuorum, sed viuentium, propter quem tantæ fortitudinis opera perfecerunt. Vnde opinor hæc à nobis & prudenter dicta esse. At ille tam eximias res vel non intelligens, vel etiam admitari nolens, iterum mentitur & inquit:

IVLIANVS.

His igitur sic habentibus vos quare aduoluimini sepulchris? audire vultis causam? non ego dixerim, sed Esaias propheta: In sepulchris & speluncis dormiunt propter insomnia. Considerate igitur, quomodo vetus impostura opus Iudæis erat dormire in sepulchris somniorum gratia, quod & apostolos vestros, verisimile, post magistri mortem feciſſe, vobisque ab initio, qui primi credidistis tradiderunt, vt & ipsi vobis imponerent, & post se demonstrarent publicas impostura, & abominationis huius officinas.

CYRILLVS.

Reuixit igitur Christus dispensatiue, vt dixi, permittens suo corpori gustare mortem, per quam mors abolita est. Redarguat autem obiter vbi nam diuini apostoli tradiderint nobis, quod oporteat iacere apud sepulchra, & visiones à mortuis petere, hoc est insomnia: sed minime poterit, quippe & in hoc seductus est. Veruntamen ignorauit bonus ille se non tam nostræ quàm Græcorum superstitionis crimina in isthoc ipso effundere & attentare, vt etiam ea quæ sibi grata sunt, & quibus studet, vellicet. Nam Iudæi quidẽ & post illos nos sanctas, & diuinas leges sequentes, non per somnia visiones inquirere soliti sumus, neque pueriliter variis apparitionibus oblectati: sed potius exosos habemus harũ doctores. Nam de illis sic habet lex in Deuteronomio: Si autem surrexerit in te propheta, vel somnians somnium, & veniat signum vel prodigiũ quod locutus est tibi, dicens: Eamus & seruiamus diis alienis quos nescitis: non audietis sermones prophetæ illius, vel insomnium illud somniantis. Igitur nos præceptum habemus vt discedamus; iuxta Homerũ loquar, ab infirmis somniis: sed dæmonum cultoribus hæc grata sunt, & omni studio obseruanda videntur & magna.

Deut. 13. *Insomnia et visiones à mortuis Christiani non curant.*

Vnde & Porphyrius vitam Pythagoræ diligenter percensens, sic inquit: Et Antiphon in eo libro quem de vita illorũ qui virtute præcipui, etiam virtutem eorum qui in Ægypto, narrat dicens: Pythagoram approbasse sacerdotum Ægyptiacorũ conuersationem, cuius Polycrates tyrannus communicationem sibi fieri rogauit, scribẽs ad Amasim regem Ægypti, amicum scilicet & hospitem, vt communicet ei prædictorum doctrinam. Qualis autem ista, manifestat, apponens: abiit autem & ad Ægyptios, inquit Pythagoras, & ad Arabes, & Chaldæos, à quib. & de insomniis scientiam didicit, & vaticinio per thus, primus vsus est, & in Ægypto cum sacerdotib. erat, & sapientiam didicit, ac linguam Ægyptiorum. Proinde non frustra dixi fuisse artem hanc gratam imponẽdi suis parentibus, sed potius apud eos summo loco habitam, multósque eius impostũræ gratia lõginquas profectiones suscepisse.

Quoniam autem ad confirmationẽ eorum quę mentitur, etiam Esaiæ voces proponit, existimauitq; se per illas posse redarguere eos, qui diuina lege instituti, quasi gratum illis sit aduolui sepulchris, & desiderare somnia. Audiat à nobis: quod quando sacris legibus submittentes ceruicem, vnũ & natura & verè deum, & vniuersorũ natiuitatis autorem & dominum cõlere voluerũt, omnino fuere expertes huius criminis. Vbi autẽ falsis diis seruire cœperunt, tunc etiam licebat eos videre conuersantes in sepulchris immũdis & factos vaticiniorũ per somnia amatores. Vtar igitur propheræ vocib. ad hoc demonstrãdum, nam dixit ex persona dei: Populus iste exacerbans me coram me semper, ipsi sanctificant in hortis, & fumigant super lateres, dæmoniis quę non sunt, & in sepulchris ac speluncis dormiunt propter insomnia. Itaq; quando recesserunt à vero deo, cui adhærendum erat, sacrificarunt & seruierunt Iuliani diis. Manifestum autem quando seruitum est immundis dæmonibus, tunc & in sepulchris dormientes somniorum spectacula, vaticinia q; & maleficorum more egerunt.

Esa. 65.

Miror autem, quũ omnib. Græcorum historiæ in manibus sint, & facile videri queat quid in illis scriptum sit, quod nobis mortuos ipse obiicit & sepulchra, qui & mortuos habet qui adorantur, & monumenta templa, sepulti enim sunt in eis. Sufficerérque ad demonstrationẽ experientia, veruntamen ex antiquis etiã hoc literis & historiis demonstratu facile est. Etenim Dinarchus poeta non ignobilis acta Liberi enarrans, quæ ipse egit apud Indos: postquam dixit & Actæonem & Lycurgum quomodo ab illo occisi sint, contendit etiam ipsum à Perseo occisum, & in Delphis sepultum esse, apud Apollinem qui vocatur Aureus.

Bacchus à Perseo occisus, & in Delphis sepultus.

Porphyrius autem, de Pythagora iterum sic dicit: Posteaquam, inquit, Polycrates Samiorum tyrannidem inuasit, Pythagoras arbitratus in tali ciuitate versari homine philosopho fore indignum, cogitauit in Italiam migrare. Vt autem nauigauit in Delphum, Elegiacum Apollinis sepulchro inscripsit, quo significat Sileni quidem filium esse Apollinem, occisum autem à Pythone, & sepultum in loco, qui vocatur Tripos, qui hanc cognominationem accepit, eo quod tres virgines Triopi filiæ illic deflerunt Apollinem. Hæc est celeberrima illa Tripos, quæ Græcorum ciuitatibus & regionibus oracula dans, & admirabilis eius qui dicebatur oracula dare, sepulchrum erat, quem tres Triopi deflerunt filiæ miserabiliter, videntes perditum & mortuum iacentem magno, vt dixi, luctu deplorantes.

Tripos Apollinis vnde dictus.

Neq; hæc sola scripsit Pythagoras, sed de illo addit Porphyrius: Vt autẽ descendit in antrũ, quod vocatur Idæum, habens

Sepulchra deorũ vbi.

nigra sacrificia, legitimos tres, & nouem dies ibi mansit, & descendens spectauit secundum consuetudinem Ioui stratum illic thronum, insculpsitque in sepulchro Epigramma, scribens: Pythagoras Ioui. Summus hic magnus iacet Zan, quem Iouem appellant. Itaque siquidem deliraſſe Pythagoram putant Iouis inscribẽtem sepulchro: Hic iacet Zan, cur admirati sunt illum? Si autem dignissimum factum esse dicunt, non erit reprehensibile si dicatur. Scripsit enim vera. Et mortuus est illis summus deorum, cuius & Cretes sepulchrum fabricarunt.

Dicit autem & Clemens vir eloquens, multásque sciens historias, de diis & templis sic: Neque enim hoc silebimus, sed ipsos coarguemus. Templa quidem celebria nominata sepulchra fuisse, & sepulchra nominata esse templa. Vos autẽ etiam nunc obliti pudoris, superstitiose sepulchra honoratis. In arce templi Mineruæ Larissææ sepulchrum est Acrisij. Athenis autem in arce, Cecropis, vt dicit Antilochus in nono historiarum. Quid autem Erichthonius? Nónne in templo Mineruæ sepultus est, quæ Polias dicitur? Ismaradus autem Eumolpi & Dariæ nónne in circuitu Eleusinij qui sub arce, & filiæ Celei in Eleusine sepulti sunt? Quid tibi nõ annũcio mulieres ex Hyperboreis? Ærope & Laodice recumbunt in Artemisio, curatæ autem in Delo, hoc vnum est sacrorum Apollinis Delij. Leander autem Clearchum Mileti sepultum esse in Didymæo. Hic Leucophrynes sepulchrum, indignum est præterire, sequentes Zenonem Myndium, in templo Dianæ Magnesiæ sepulta est. Neque etiam altare in Telmisso Apollinis sepulchrum situm, & illud Telmisso vates tradunt. Porrò Ptolemæus Agesarchi in primo de Philopatre dicit: In templo Veneris Pappiæ Cinnyram, & Cinnyræ nepotes sepultos esse. Nunquid adhuc audetis nobis sepulchra opprobrare & mortuos? vel reprimitis risum vestris diis mortuis condolentes, & loculos esse mortuorum credentes, quos sacra loca nominatis? Scribit item nos etiam mandatorum legalium contemptores, & sic dicit:

IVLIANVS.

Vos autem quæ Deus ab initio quidem abominatus est, & per Moysen & prophetas, curatis: offerre autem sacra altario & sacrificare cauetis. Ignis enim, dicunt, non descendit, sicut de Moyse dicitur de cœlo sacrificia consumẽs. Semel hoc in Moyse factum est, & iterum in Helia Thesbita, alioqui ignem scilicet alienum inferre lex prohibet, vsum autem Abraham patriarcham igne alieno, manifestabo paucis. Commemorat item & Isaac historiam, accipiens iterum in exemplum Abel, & sic dicit, quod & illi sacrificantes, non tam ex cœlo habuerunt ignem, quàm externe illum attulerunt altaribus.

CYRILLVS.

Admodum curiose inquirit interim quæ in vtrisque ratio. Nam Abelis sacrificium laudat Deus, sed id quod Cain erat, repudiauit: & quod voluerit significare hoc, nónne si recte offeras, recte autem non diuidas peccasti, quiesce: Tentat autem hunc sermonem aptare aliquo modo cum diuinis theorematis. Viuenti enim Deo, inquit, gratius omnino esse animalium sacrificium, quàm id quod ex fructibus, & de terra: in his totus eius sermo completur. Et quum promittit se breuiter dicturum, temere prolixior est, vt manifestum sit eum vbique veritatem odisse. Nam nos quidem nullo modo diuinis nutibus contradicere videbit quispiam. Obtemperamus autem Mosaicis, legem spiritualiter adimplentes, & sanctorum prophetarum prædicationibus gubernamur, ad hoc, vt cognoscamus veritatem, & sacrorum dogmatum irreprehensibilem scientiam.

Quoniam autem, inquit, quod nos negligimus cruentis sacrificiis vti, opinatur fortassis à tali nos cultu remoueri, quia ignis non descendit de cœlis, dicimus necessariò quod aberret à veritate. Non enim operam impendimus, vt boues immolemus, non quod ignem non demittat Deus, sed quia ea quæ in typis & vmbris, postquam transierunt ad veritatem, præceptũ habemus, summo Deo spiritualem & irreprehensibilem cultum consecrate. Spiritus enim, inquit, est Deus, & adorantes eum in spiritu & veritate oportet adorare. Sciat etiam fuisse sacramenti Christi prædictionem, quod descendebat ignis super altare, demittente illum scilicet omnium optimo artifice Deo, & per sensibiles & visibiles res ea quæ super sensum & intelligibilia, formante. Nam quum excitatum esset sanctum tabernaculum in deserto ab optimo Moyse, ignem dedit Deus, inextinguibilémque & perpetuum esse præcepit: prohibuit autem magis, & diuina lege puniuit inferri ignem alienum. Nam ita perierunt filij Aaron. Veruntamen vt dixi, vmbræ parturiebant virtutem sacramenti Christi. Nam in specie ignis semper aliquo modo accepit Deum sacra Scriptura. Visum enim sic esse inquit filiis Israel in monte Sina, vnde eximius & non alteri mixtus altarij ignis erat. Deus enim solus & vnus, & secundum naturam super omnia, altari Deo connumerari non potest: alioqui quomodo sacrum & diuinum tabernaculum offenderet quis sacrificiis adhibens externum ignem, nisi quodammodo cogitaret quis: quod si inferretur ignis alienus, lædatur veritas figuræ, non obseruans modum conueniat eam figurari. Quandoquidem est solus verus & vnus Deus, connumeratur autem ei omnino nullus, qui tabernaculum verius, hoc est, ecclesiam mentali illustrat lumine, accipit autem ab omnibus rationales hostias. Itaque alius cum ipso Deus intelligatur nullus, remoueatur autem à nobis tanquam alienus ignis. Alia enim natura deitatis præter eam nulla est.

Idem autem esset sermo, & de sacrificiis per Heliam antea immolatis. Demisit enim & tunc ignem vniuersorum Deus, implente propheta olim figuram sacramenti Christi. Igitur quod non descendit ignis, oues occidere non detrectamus: sufficit enim nobis per ea quæ tunc fiebant, quemadmodum in tabula veritatis pulchritudinem bene effigiatam mentalibus oculis considerare. Sacrificamus autem nunc multo melius quàm illi olim. Descendit enim cœlitus non sensibilis ignis, imaginem ineffabilis naturæ complens, sed ex patre per filium spiritus sanctus, illustrans ecclesiam. Adhibemus autem & sacrificia spiritualia scilicet & mentalia. Nam illi qui ex sanguine Israel offerebant Deo boues & oues, turtures & columbas, & ex fructibus & similam oleo sparsam, & lagana & thura. Nos autem tam crasso ministerio relicto præceptum habemus, vt tenue ac spirituale & subtile perficiamus. Offerimus enim in odorem suauitatis Deo, virtutes omnigenas, fidem, spem, charitatem, iusticiam, continentiam, obedientiam, facilitatem, perpetuas laudes, & alias virtutes. Istud enim sacrificium minime carnale, simplicem & secundum naturam incorporeum decet Deum. Et mentalis fragrantiæ oblationes sunt vere honestæ vitæ modi. Ita enim alicubi dicit ipse: Misericordiam volo, & non sacrificium, agnitionem Dei magis quàm holocaustomata. Et optimus Samuel: Ecce an non auscultatio bona magis quàm sacrificium, & obedientia plus quàm ossa arietum? Psallit autem & diuinus Dauid: Sacrificia Deo hostiam laudis. Et iterũ: Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam iubilationis. Præcepit autem & Paulus, dicens: Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo, rationale obsequium vestrum. Quod autem in vmbris secundum legem, eos qui ex sanguine Israel, absq; prudentia immorari non permiserit deus, & ex ipsis sciemus sacris scripturis. Etenim præcipit quidẽ immolari agnum ad figuram Christi. Veruntamen sic comedetis illum dicit: Sint lumbi vestri præcincti, & calciamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris. Vide igitur quomodo in peregrinorum humilitate comedere iusserit, vt re ipsæ significent, quod figuræ non semper duraturæ sint, sed quodammodo ad veritatem currant. Igitur cum peruenisset figura ad veritatem: nos pro igne sensibili, spiritum accipientes, rationabile implemus ministerium. Ita enim dicitur Christus baptizare nos in spiritu sancto & igne.

Quod autem aries monstratus est Abrahæ, quem & sacrificauit pro Isaac. Dicimus quod & ille fuerit figura Christi, qui per nos, & propter nos, mortem secundum carnem sustinuit, vt nos morte & corruptione liberaret. Iam si sacrificasset Abraham ignem alienum, vt dicit, sacrificiis immittens, & non omnino illum qui est ex igne, hoc omnino nihil ad nos. Nam cauentibus sacrificare Deo quæ lege definita sunt, & excusationis prætextum facientibus quod cessarint ipsæ, quod non superne & ex cœlo descendat ignis, attulit in argumentum fortissimum, nos diuinas leges contemnere, sed alieno igne vsum esse Abraham. Quoniam autem melius nos quàm illi seruiuimus,

Ioan. 4.

Leuit. 10. Num. 16.

Deus ignis.

Ignis alienus.

Qualia sacrificia Christiano-rum.

Osee. 6.

1. Reg. 15.

Rom. 12.

Exod. 12.

uiuimus, sacrificantes deo spiritualia, & pro igne sensibili spiritum recipientes, ne redarguat, dicens: Quare non adducamus sacrificia altaribus. Oblectatur enim diuinus Paulus tantũ non clamans, & dicens: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Transmutati enim sumus ad nouitatem vitæ euangelicæ, & inducti ad perfectas disciplinas, relicta legalis literæ institutione, & adolescentibus quidem adhuc conuenientis, nobis autem non item, qui in virum perfectum occurrimus, & peruenimus vsque in finem ætatis plenitudinis Christi. Commemorat autem ad hæc, & par fratrum Abel inquam & Cain, qui nati sunt ex Adam. Proinde & sic dicit:

2. Cor. 5.

Ephes. 4.

IVLIANVS.

Et non hoc solum, sed & quum filij Adam primitias Deo darent, respexit, inquit, deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & sacrificia eius non attẽdit, & tristem fecit Cain valde, & concidit vultus eius. Et dixit Dominus Deus Cain: Quare tristis factus es, & cur concidit vultus tuus, nónne si recte obtuleris, recte autem non diuiseris, peccasti? Audite itaque, desideratæ quæ illorum fuerint oblationes. Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium Domino, & Abel obtulit etiam ipse de primogenitis ouium, & de adipibus earum. Profectò inquit non sacrificiũ, sed distinctionem reprehendit, ad Cain dicens: Nónne si recte obtuleris, recte autem non diuiseris peccasti? Hoc dixit ad me vnus ex valde sapientissimis episcopis. At ille decepit primum seipsum, deinde & alios. Nam diuisio reprehensibilis quodammodo erat. Sed is à quo ratio petebatur, nõ habebat quo effugeret, neque quod ad me frigide diceret, videns autem ipsum dubitãtem. Istuc ipsum, inquam, quod tu dicis, Deus recte reprehendit: par enim alacritas in vtrisq; erat, quia dona susceperant, & sacrificia vtrique, vt offerrent deo. At indiuisione ille quidem obtinuit scopum, iste verò aberrauit. Quomodo? Nam eorum quæ super terram sunt, alia quædam animata, alia verò inanimata. Magis verò digna sunt animata quàm inanimata viuenti & vitæ autori deo, secundum quod & vitæ participium habuerunt, ac animæ magis familiaria sunt, propter hoc deus in offerente perfectum sacrificium, oblectatus est.

Gene. 4.

CYRILLVS.

Itaque arbitratus quidem est, sufficere sibi ad subsidium vituperationis contra nos factæ, quia sacrificare nos Iudaicè negligimus, quod demonstrauerit quidem sacrificanti Abrahæ in eius sacrificiis, ignem cœlitus delatum non astitisse, sed alienum & communem. Repulimus autem, vt opinor, causas egregiè, & non intelligere legem ipsum, vel aliquid verum scire aut dicere monstrauimus. Infert autem primo Abelem sacrificasse, & ipsum dicit sacris legibus restitisse, cupiens per hoc etiã Christianos refellere. Quoniam autem curiose inquirit sacrificij modum, arbitraturque aliquid arcani se scire, age, sicut ipse dicit, & in hoc ipsum frivole loqui ostendamus. Nam iterum diuina dicit scriptura, Abelem quidem obtulisse sacrificia, Cain etiam obtulisse de frugibus: & Abelis quidem oblationem, aspectu dei honoratam esse, contemptam verò Cain hostiam auersione, & dicente sancto Mose causam euentus fuisse, diuisionem. Non admittit quidem sermones, gloriatur autem & tentat dicere ipse, quod simpliciter & absque examine bene habere suspicatus est. Nam quoniam vita est, inquit, & viuificus deus animatorum oblationibus gaudet, & non inanimatis, & de terra. Cæterum hæc dicens cum suis pugnat magistris. Nam Pythagoras vbique sacrificia per animalia diis suis exosa esse dicit honorataq;, ac multò maioris habita ea, quæ de frugibus & thure. Vnde etiam Porphyrius de ea re cum Græcis sæpissime loquitur, ac dicit: Etenim posterius & recentissimum per animalia sacrificium causam autem accipiens non plausibilem, quod ex frugibus, sed quod ex peste vel aliquo alio infortunio calamitas sit. Itaque oblectari dicit non eruentis sacrificiis, vtpote postremis, & non plausibilibus: floribus autem & herbis, & fructibus. Sed hæc quidem ille. Exquiratur autẽ à nobis lex Moysi, & mores sacrificiorum, qui in illa scrutemur. Igitur animalia non immunda sacrificari iussit deo, eos qui hoc possent, alios verò qui inopia præssi similam sparsam oleo. Nam si non habeat, inquit manus eius, simila erit donum eius, & infundet super illam oleum. Quod autem de fructibus qui sunt de terra, & primitiis olim honorarũt omnium bonorum nostrorum datorem Deum, ex Mose sciemus legibus. Dicit enim sic: Et loquutus est deus ad Mosen, dicens: Dic filiis Israel, & loquẽris ad illos: Quando ingressi fueritis in terram quam ego do vobis, & messueritis messem eius, & afferetis manipulum decimas messis vestræ ad sacerdotem, & reportabitis manipulum coram domino, acceptum vobis. Dixit autẽ & in Deuteronomio: Et erit quando ingressus fueris in terram, quam dominus deus dat tibi in sortem, & hæreditabis eam, & habitabis in ea, & accipies ex ea decimas fructuum terræ tuæ, quam dominus deus tuus dat tibi, & immittes in cartellum, & ibis in locum quem elegerit dominus deus tuus, inuoca nomen eius illic, & ibis ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad illum Annunciabo domino deo meo, quod ingressus sum in terram quam iurauit dominus patribus nostris, vt daret nobis: & accipiet sacerdos cartellum de manibus tuis, & ponet illum coram altario domini dei tui. Quando igitur præcepit & torcularium decimas fructuum maturorum consecrare, quomodo sacrificium Cain repudiauit, quia non animata, sed inanimata obtulit: Demonstratum enim est ex legibus & valde manifeste, quod ex animatis simul & ex inanimatis oblationes accipiat deus. Vnde & diuinus Dauid, quod liceat antiquis cum irrationalibus animalibus offerre fructus, facit dicentem leg flatorem filiis Israel: Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos: meæ enim sunt omnes bestiæ syluæ, pecora in montibus, & boues: cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Pulchritudinem agri maturos fructus nominat.

Leuit. 23.

Deut. 26.

Psal. 49.

Pulchritudo agri, fructus.

Quod autem propter diuisionem repudiatus sit Cain, non mẽtietur quis si dixerit. Etenim non quia nõ sacrificauit agnos, sacrificium eius reprehẽsibile erat, sed quia de fructibus absque delectu, auferens optima, obtulerit deo, quum Abel non negligenter, sed prudenter potius agnos totos concremárit. Obtulit enim de primogenitis & adipibus eorum, hoc est, optima quęque & crassissima. Colendum autem sic à nobis esse deum, inquam, vt putemus non approbantem deteriora, sed pulcherrima & omnium electissima. Vnde & olim quum offerrent sacrificia Israelitæ non electissima, deus reprehendebat dicens: Et infertis rapinas, & claudicantia, & languida, & dicitis: Hæc ex afflictione sunt, & ex sufflaui ea, dicit dominus omnipotens. Et adhuc grauiorem deducit repensionem addens: Affer igitur ea duci tuo, num accipiet ea, & accipiat faciem tuam? dicit dominus omnipotens. Etenim si quis voluerit honorare principatum fortitos, omnino offendit eos si deteriora donat. Turpia enim & maculam habentia, etiam hominibus repudiabilia & & exosa sunt: & quomodo non est necessarium vniuersorum regi, & deo, prudenter offerre præstantissima & electissima quæ cuique data sunt? Vnde iterum dicit per vnum prophetarum: Maledictus, qui habet in grege suo masculum, & votum eius in ipso, & sacrificat languidum domino, eo quod rex magnus ego sum, dicit dominus omnipotens.

Malach. 1.

Malach. 1.

Oportebat igitur primos homines, vt Abel sacrificantes, congruis donis vti, & scire sacrificiorum modos, quomodo conueniat deum colere, vt scirent posteri, hoc est nos, in his rebus probatiorem viam. Iam quod sacrificarunt primi, oues & fructus, quid prohibet illos, qui meliora didicerunt nunc offerre melius quiddam quàm veteres illi? Quod si omnino putat veterũ moribus absque omni mutatione insistẽdum, age nihil præter mittentes sequamur illorum opera: pastores illi erant, & terrã colere soliti erant, vtique pelliceis vestibus: Et fecit, inquit, deus Adæ vestes pelliceas. Sit igitur & nobis pastoralis vita, agricultura q; nostrum opus, & interdicatur quidem vestitus decẽtior, & sint omnibus pelles pro vestibus. Nulla apud illos medicinæ erat ratio, neq; vllarum aliarum scientiarum cura, non literarum vsus non fabriles experiẽtiæ, non artiũ studia, quę in mediũ tempus protulit. Igitur aberrauerunt quidẽ à scientia rectè sacrificandi, vt placebat deo. Non enim cognouerunt rationabilis cultus modos, veruntamen sacrificia illorũ accepit deus, nõ respiciens ad hoc quod fiebat, sed animum colere volentis examina. s. Procedens autem tempus, fecit nos scire quæ placebant illi. Sacrificamus enim mentaliter, & spiritualiter, virtutum fragrãtias, quodãmodo consecrantes illi. Postea non erubescat deridere res nostras ad meliora processisse. Vir strenue, iniuria nos afficis & criminaris. Omnino enim nihil scis, quod oportebat, id quod ex sequentibus cuiuis manifestum erit. Scripsit enim sic:

Qualia Christiano-rum sacrificia.

Intuẽta sacrificia deo gratiora.

Leuit. 2.

IVLIANVS.

Redeundum est mihi ad illos. Quare enim non circuncidemini? Paulus, inquit, dixit circuncisionem cordis, sed non carnis datam esse, idq; Abrahæ. Non iam adhuc carnalia dixit credi, sermonibus non piis ab ipso & Petro prædicatis. Audi autem iterum, quod circuncisionem secundum carnem deus dicitur dedisse in testamentum & in signum Abrahæ. Hoc est testamentum quod obseruabis inter me & vos, & inter semen tuum in generationes vestras, & circuncidemini carne præputij vestri, & erit in signum fœderis inter me & te, inter me & semen tuum. Addit autem illis, quod etiam ipse Christus legem seruare iusserit, interdum dicens: Non veni soluere legem vel prophetas, sed implere: interdum verò, Qui soluerit vnum mandatorum horum minimorũ, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Quando igitur dicit legem seruandam, absque dubio præcipit, vel vnam præuaricantibus legem, intentandam pœnam. Vos autem semel omnes illas præuaricati, qualem excusationis modum inuenietis? Vel igitur mendax erit, inquit, Iesus, vel certè vos omnino non estis seruatores legis.

CYRILLVS.

Reprehendit insuper, quod neque sabbata obseruemus, neque iudaicè agnum immolemus, neque panes azymos comedamus. Et dicit: Sola vobis excusatio cessandi ab his quod non liceat sacrificare iis, qui sunt extra Hierusalem: & hæc quidem omnia longis sermonibus dixit, nos verò dictorum sensus in vnum collectos sermonem à superfluo & inutili nugacitate liberauimus. Operæprecium autem fuerit proferendo veritatem contra singula, quæ ab eo frigide dicta sunt, iterum ostendere, quod res Christianorum frustra cauilletur.

Itaque circuncisionem in carne datam esse Abrahæ signum *Roman.4.* fidei in præputio diuinus dixit Paulus. Etenim studium illi erat decutere superbum Iudaicæ gentis supercilium, & ita narrat antiquiorem fuisse iustificationem in fide quàm in lege. Quàm fidem rectè dicit assecutum fuisse & Abraham non in circun- *Roman.2.* cisione, sed in præputio. Veruntamen quamuis admirabilis artifex fidei sit, profert ad hoc circuncisionem, quam eius fidei & mentalis rei factam nouit imaginem. Neque enim qui in manifesto, inquit, Iudæus est, neque in manifesto, in carne circuncisio: sed qui in occulto Iudæus, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo.

Age enim si placet, examinetur à nobis quam rationem habeat carnalis circuncisio, quam non curamus. Quamuis siquidem esset melius his qui viri sunt, puerilem corporis particulam incircuncisionis habere figuram, & reprehensum est apud deum præputium, cur non potius istud, sicut illi placet, formatum est ab initio? Et altero quidem modo dicimus: In humanis corporibus ex passione non offensis, nihil omnino licet videre, vel quod superfluum sit, vel deficiat. Integra autem omnia, & vtilissima & necessaria naturæ, & ita secũdum quod mihi videtur, neque habuissent rectè, nisi accessissent eis omnia quæ natura insita. Nunquid igitur nusquam ab vtili & decoro aberrauit opifex, & circa solum humanũ corpus aberrauit? Quum omnem aliam creaturam integrè & absque reprehensione in omnibus subitò vt deus, condiderit, qualis igitur ex circuncisione vtilitas?

Vanũ propter carnis immundicias circuncidi. Non fortassis prætexent quidam communem hunc & ridiculum sermonem, quem & dicunt simpliciores Iudæos & idololatras morem habere. Vt enim, inquiunt, videatur corpus liberatum à pollutionibus & sordibus naturalibus, nudam à naturæ integumentis particulam esse oportet. Dixerim quod hi maxime offendunt, increpando naturam, quę nihil superfluum & inutile habet, sed honeste contegit etiam quod videtur quodammodo turpe. Veruntamen si congrue vitant carnales immundicias, quomodo abstinebunt à carne, & his quæ ab illa, & cauebunt ab interno & occulto fonte procreationis filiorum? oportebat enim magis alacriter spectare ad internos fontes immundiciæ, non ea per quæ veniunt, præcisionibus offendere. At non coinquinat animam corporis natura, etiamsi solitis modis ac suis legibus veniat. Idcirco valde friuolũ est propter sordes carnales circuncidi, sicut illi dicunt.

Iam quid sibi igitur vult, dicet aliquis, circuncisio? Bona sanè est & vtilis, amice, si typus esse credatur rei spiritualis. Absurdarum enim concupiscentiarum & voluptatum, quæ scilicet sunt in humana mente, abiectionem significat: quam per spiritum sanctum in nobis omnibus Christus operatur. Innumeræ enim sunt voluptates, quæ humanam mentem decipiunt, & partim quidem ferentes ad amorem carnis, partim autem ad vulgares & stultas delicias, ad absurda lucra, ad pompas inutiles, & in summa ad omnia prauarum rerum genera, quæ & ipsa diuina lex prohibuit. Ab his omnibus sancti spiritus liberat *Circuncisio vera spiritus.* gratia mentem inhabitans, & omnẽ immundicię speciem abradens, hæc est deo gratissima circuncisio. Vnde propheta Hieremias Iudæorum populis parum scientibus quomodo legitima *Hiere.4.* implẽda essent, loquebatur, dicẽs: Circũcidimini deo, & circuncidite duritiã cordis vestri viri Iuda, & qui inhabitatis Hierusalem. Igitur dubitauerit nullus, quod siquidem quis omnino à cordis affectionibus liber fuerit, talis rectè Deo potius, & non sola carne circunciditur: quod facere nolentes Israelitas acriter redarguit vniuersorum Deus, dicens: Omnes gentes incircun- *Hiere.9.* cisæ carne, & omnis domus Israel incircuncisa corde suo. Dixit *Hiere.6.* autem alicubi & per vocem Hieremiæ: Ad quem loquar & testabor, & audiet? Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non poterunt. Insuper & diuinus Stephanus opprobrans illis cru- *Acto.7.* delitatem & inobedientiam: Incircuncisi, inquit, auribus vestris & cordibus. Proinde Paulus in lege eruditus optime dixit: *Roma.4.* circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Quoniam autem semper quodammodo solet Iulianus etiam eos qui rectè sapiunt vituperare, repetens malignũ suum morem. dicit:

IVLIANVS.

Circũcisio, inquit, erit circa carnem tuam. In hoc inobediẽtes, corda, inquit, circuncidimus. Profectò nullus scilicet apud vos male operans? nullus enim improbus. Ita circuncidimini corda, bene seruando azyma, & faciendo pascha. Non possumus, inquit: Pro nobis enim semel immolatus est Christus, & prohibuit azyma. Quamuis per deos vnus sim conuersorum, vt celebrem cum Iudæis festa, semper adorans deum Abraham & Isaac & Iacob, qui Chaldæi ex sacro genere & sacerdotali existentes, circuncisionem qui didicerint Ægyptiorum facti hospites: coluerunt autem deum, qui mihi & his qui eum sicut Abraham coluit, colunt, propitius fuit, quum magnus sit valdè & potens, vobis autem non fauens. Non enim Abraham imitantes altaria erigitis illi, nec ædificatis sacrificatoria, nec sacerdotalibus ministeriis quemadmodum illi seruitis.

CYRILLVS.

Igitur vir strenue, apud te res optimè taxantur, propterea quod quidam illorum non rectè vsi sunt circuncisione in spiritu. Nunquid esse aliquod bonum conferendum, vel æquale annuncias? Nunquid malum quod tam eximium? & vtile vulgare esse tibi videtur, & vituperabile quod liberat nos ab omni immundicia? At plurimi, inquit, sunt inter vos male operantes & improbi. Verum non circuncisionis, sed eorum qui non optime viuere voluerunt, hoc crimen meritò fuerit. An non omnibus hominibus vtilem & necessariam esse dicis moralis sapientiæ vtilitatem? quæ omnem passionum ferociam mitiget, at hæc quidem subsidia languentibus tribuit opifex. At qui affectuum intemperantiæ vt vincant, permittunt, concutiuntur & tristantur, sicque hanc artem impugnant, vt inutile esse putent, quod saluare possit. Nunquid igitur recta & iusta sapere volentes, medicæ artis despiciemus imbecillitatem, vel eis qui aduersantur illi patrocinabimur, quod nihil inde vtilitatis habeatur? at illa quidem erat potens ad curandos ægros, illi autem suis victi voluptatibus à bonis illius artis exciderunt. Qua- *Circuncisio spiritualis nobis commẽdata est.* re igitur reprehendit datam à deo circuncisionem in spiritu? eo quod nonnulli inter nos sunt, qui sanctam conuersationem illam non suscipiunt, & suis ipsorum capitibus inutilem faciunt desideratissimam & optatissimam supernæ magnificentiæ dignitatem. Immolauerunt agnum Israelitæ, panes azymos comederunt, secundum quod in antiqua lege decretum erat: sed in vmbris, vt dixi, pręscribebantur prisci spiritualia. Refulsit veritas, immolatus enim est pro nobis Christus agnus verus, qui verè immaculatum & impollutum sacrificium: discessimus à figuris, tempore ad hoc vocante: cibum accepimus purissimum, nempe in euãgelicis præceptis, vt abstineamus animo ab omni fermento,

fermento, hoc est diabolica malicia, multum nobis curæ est: proinde, vt dixi à figuris cessauimus, & veram seruitutem im- *Rom.10.* plemus. Finis enim legis & prophetarum est Christus, qui non mentitur, dicens: Non veni soluere legem, sed adimplere. Et ite- *Matt.5.* rum, dico vobis: Iota vnum vel apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant. Nam quemadmodum præfiguratas in tabulis vmbras, res ipsæ multiplices in tempore oblatæ minime quidẽ tollunt, transferunt autem, vt manifestius videantur, modo illis cõueniente. Non sublatas dicimus esse legis vmbras, sed potius impletas orta veritate, si talem parturiẽtes pulchritudinem suo tempore ad hoc peruenerint, quo tempore fulsit Christus. Liberet igitur nos à culpa & crimine, si non figuris innixi fuerimus, neque etiam Iudaicè feriari consueuimus, ad meliora rebus nostris transeuntibus. At si ægrefert in hoc, & rerum incrementa, dum ad meliora proficiunt, accusanda putat. Fortassis & ipse omnia huius vitæ opera impie taxat, si meliora reddantur. Et hoc verũ esse declarabit singulorũ probatio.

Simulat autem se esse pium quendam & dicit, colere quidem se Deum Abraham, esseq; illum magnum & potentem, vnum fortasse dicens & illum esse ex his diis, qui particularibus prouinciis præsident, quos sæpissime gentium principes, & ciuitatum defensores nominat. Malignissime igitur videtur mihi etiam suæ pietatis ostentationem tractare, quum non credat illum esse Deum vnum, & natura, & solum & super omnia, sed cum diis suis connumerat.

Quod autem extructis altaribus non sacrificemus Deo sicut *Filij Abrahæ.* diuinus Abraham, iterum arguit nos. Neque enim, inquit, imitati estis illum. Non intelligens quod veram & necessariã morum illius similitudinem acceperimus. Nam quum simus in præputio quemadmodum scilicet & ille, credidimus Deo & iustificati sumus. Scriptum est enim: Credidit Abraham Deo, *Genes.15.* & reputatum est illi in iustitiam. Computati autem & nos sumus inter filios, & imitari illũ deligimus: sacrificamus itẽ & nos nunc melius quàm illi tunc. Nam figurarum tempore vigebat figuræ: demõstrata verò veritate spiritualem cultum necesse est vigere. Vellicat autem cum his diuinum Abraham, & dicit:

IVLIANVS.

Etenim sacrificabat Abraham quemadmodum & nos semper continuo: vtebatur autem vaticinandi arte, & obseruatione cursus astrorum. Fortassis & hoc erat Græcorum: auspicabatur autem magis, quandoquidem & curatorẽ domus habuit symbolicum adiutorem. Quod si quis hæc non credit, ipse manife- *Genes.12.* ste ostendam, per ea quæ à Mose dicta sunt. Post hæc autem factum est verbũ Domini ad Abraham, dicens in visione noctis: Ne timeas Abraham, ego protector tuus, merces tua multa erit valde. Dixit autẽ Abraham: Domine quid mihi dabis, ego autẽ morior sine prole, & filius Masec vernaculæ meæ hæres meus erit. Et statim vox domini facta est ad illum dicentis: Non erit hęres tuus iste, sed qui egredietur ex te, hic erit hæres tuus. Eduxit autem illum, & dixit ei: Respice in cœlum, & numera stellas, si potes dinumerare illas, & dixit: Sic erit semen tuũ. Et credidit Abraham deo, & reputatum est ei in iusticiã. Dicite mihi hoc, cuius gratia eduxit eum, & stellas ostendit, oraculum dans angelus vel Deus? intus enim existens non ignorabat quanta esset multitudo astrorum, quæ nocte semper apparẽt & fulgent: sed opinor ostendisse ea, quæ tunc mouebantur, vt verba euidẽtiorem fidem haberẽt, omnia firmante & roborante cœli sentẽtia.

CYRILLVS.

Itaque sacrificia amans, & pius valdè diuinus Abraham: atqui non iuxta Græcorum legem sacrificabat. Nam ij quidem immundis spiritibus honores tribuerunt: at ille sub figura quidem adhuc, & quodammodo crasso Iudaico cultu, ei qui natura & verè Deus est, sacrificare studebat, & per regionem excitabat altaria. Opinetur autem forsitan virum diuinatoris arte vsum, & astrorum cursus obseruasse curiosius, & quà res necessarias interdum designant. At hoc crimen est Græcorum stupiditatis, puerilisque ludus & vana dementia nihilque aliud. Nullo enim modo sapientissimus Abraham illa arte opus habebat. Viderit enim quis id quod dico etiã ex simplicitate sanctarum literarum. Nam quum iam ad senium peruenisset: lugebat se carere pueris, quamuis nothus ei esset Ismael: sed omnipotens Deus prolem generationis de libera fructus promisit, qui cum astris de multitudine contenderent. Ostendit enim stellas ei, dicens: Sic erit semen tuum. Igitur in his videre licet illas in manifestum exemplum innumeræ multitudinis assumptas: nullo modo autem dictum est, quod obseruauerit stellarum cursum, vel quod promissum cursu confirmarent, & locali motu monstrarent aliquid Dei occultum. Quid enim, etiam si vocatus ad *Contra astrologos.* videndas illas, vt in tempore & opportune dicatur, & ipsum: Sic erit semen tuum? At optimos ille absque iudicio, visionem ad confirmationem veritatis facere dicit: sed opinor ostendisse volens illas stellas currere ei, vt verba euidentiorem fidem haberent omnia firmante, & roborante cœli sententia. Valde scilicet, nihil enim nos latet futurorum, qui currentia astra & calculum cœli omnia firmantem didicimus. Vides illos habentes erroris officinas, & mendaciorum fora, ij admirantur semper astrorum cursus, & pro minimis obulis interdum cœlestia loquuntur sacramenta, mulieres autem comprehendentes, & plebeiorum mentem demulgentes extenuant marsupia, & suffurantes paruos quæstus, suæ frigidæ vaniloquentiæ mercedem lucrantur. Quamuis secundum quod dicit veritatis impugnator, sententiam cœli omnia firmantem ex astrorum motu didicerint: sed impostores & mendaces, & nihil verum scientes decipiantur. Quis enim nouit mentem Domini, sicut scriptum est? Factum autem ab ipso dicimus astrorum chorum, nõ quod sanctorum prophetarum dignitatem habeat, vel aliud quiddam præterquam vt luceant hominibus, & sint in temporum signa. Nam ita testatur sacra scriptura. Itaque frustra diuinat & mussitat, Abraham vsum esse astrorum vaticinio. Non enim cursum astrorum, sed multitudinem ei ostẽsam esse, didicimus. Sic enim erit, inquit, semen tuum. Cæterum quod & aues obseruauerit, de eo sic scripsit:

IVLIANVS.

Vt autem nemo suspicetur violentam esse illam enarrationem, appositis iis quæ sequuntur, confirmabo. Scriptum enim *Genes.15.* est postea: Dixit Deus ad eum: Ego sum Deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum, ita vt darem tibi terram hanc in hęreditatem. Dixit autem: Dominator Domine, in quo cognoscam hoc quod hæreditabo eam? Dixit autem illi: Accipe mihi vitulum triennem, & capram trimam & arietem trimum, & turturem, & columbam, & accepit ipse omnia hæc, & diuisit ea media, & posuit ea contrarias inuicem, aues autem non diuisit, descẽderunt autem aues super diuisiones: & sedit cum eis Abraham. Apparentis angeli prædictionem, hoc est Dei, per auspicium, videte confirmari, non sicut nos ociose, sed cum sacrificiis vaticinium perfici. Dicit autem, & auium aduolatu cõfirmatam ostenderit promissionem, & approbans fidem Abrahæ, apponit quod absque veritate fides stultitia quædam videtur esse & stupiditas. At veritas non est ex nudo verbo, sed opus est etiam vt aliquod euidẽs signum sermones sequatur, quo quod factũ est credatur, & prædictio adimplenda esse non dubitetur.

CYRILLVS.

Iterum in his deprauatur sanctarum scripturarum fides, virtutem enim sententiarum ab illis aufert. dum hoc vnum valde inconsiderate, nescio quomodò, diuinat. Et quid ipse hic mali fert? nimirum id quod contingit sæpissime iis qui currentibus nubibus immittunt oculum. Nam ij qui hoc facere solent, putant interdum quod centauros quosdam & leones, & etiam homines videant, quum sibi mens illorum ea quæ non nata sunt fingat, & in vmbris significet quiddam quod omnino non subsistit. Opinor autem diuinæ scripturæ mentem manifestam auditoribus esse proponendam. Etenim vniuersorum Deus promisit se daturum Abrahæ terram, quæ non post multum tẽporis implenda esset, & à semine eius inhabitanda. Quoniam autem promissionis magnitudo spem excedere videbatur, res enim inexpectatæ etiam creditu difficiles sunt, signum petens addebat, dicens. Domine, in quo cognoscam hoc? Itaque oportebat quidem senem, deo dicente, nullo modo dubitare,

qui autem erant adhuc principia fidei, Deus conniuet adhoc & E confirmat in ipso profectum & soliditatem in fide, & infirmo magna benignitate ad curandam pusillanimitatem quædam donat. Voluit enim iuramento firmare promissionem. Sed erat mos apud Chaldæos iuramenta stabilire, transeundo per medias diuisiones: & lex regionis eius rem confirmabat. Hoc facere præcipit dicens: Accipe mihi vitulum triennem, & capram trimam, & arietem trimum, id quod & bene intelligens diuinus Abraham, quamuis Deus solus imperasset, debet accipere: ipse tamen & cætera addidit, & iuxta legem iuramenti occisa, in duo diuisit, ordine collocans, eo quod statim per medium transiturus esset Deus. Viderit enim quis apud posteriores talia quædam iuramenta apud barbaros facta, & apud quosdam antiquiores. Vnde Sophocles in Antigone introducit quendam nuncium, cui etiam præceptum erat Polynicis corpus seruare,

Chaldæorũ mos in stabiliendis fœderibus.

Thebanorum duci dicentem: Chreon hic erat:
Eramus autem parati & ferrum tollere manibus,
Et ignem diuidere, & deos adiurare.

Nam euntes per medium ignem, & ferrum ferentes manibus, faciebant iuramenta. Itaque vniuersorum Deus senioris indulget pusillanimitati, iuxta Chaldæorum morem, dispensatiuè iuramentum interponens. Scriptum est enim, quod sole existente ad occidentem faces ignis per medias transierint diuisiones. Figurabatur autem iterum quasi in specie ignis diuina & immaculata natura. Et hoc quidem siluit ille, reueritus opinor redargutionem. Adiecimus autem nos vtiliter certè ostendentes, quod diuisiones magis assumptæ sint ad iuramenti vsum, & non sicut ipse dicit, ad modos vaticinij in sacrificiis.

Quod autem carniuoræ & abominabiles aues ad sacrificia aduolarint, & illas depulerit Abraham, quid mirum est amice? non enim inconsequens erat assumpta in iuramenti vsum derelicta esse diris auibus inuadenda, quamuis iuramenta nondum essent impleta.

Sine veritate, inquit, fides stulticia quædam esse videtur & stupiditas: dicimus, vir strenue, quod fidei gratissimum est, non curiose inquirere. Etenim quod inquiritur, quomodo adhuc creditum est? Veruntamen fidei veritas adiuncta est, non enim erat iuramentis melius diras & immundas aues sacrificiis aduolare: sed solidior fides erat, cui accedebat ex iuramentis stabilitas.

Coniectorem autem & symbolicum illi etiam famulum esse dicit tali cuidam negocio adhibitum. Nam diuinus Abraham electum quendam domus suæ procuratorem fecerat, & iusserat sponsam adducere Isaac, & de cognatione sua in Mesopotamia coniugium quærere: illi autem imperatum perficere volens, & abiens iuxta voluntatem domini in Caran. Hæc est prima ciuitas Abrahæ, fusa prece, vt se iuuaret, dominum orabat: bene enim sciebat, Dominum suum ad liberalitatem erga exteros ad se venientes propensum. Etenim hospitalitate nihil apud illum antiquius censebatur. Ea propter liberalem, & iisdem moribus præditam quærebat puellã, ne se diuerso animo esset cum Domino, iacturam faceret. Præterea & ob aliam causam. Domesticis enim seruis nihil tam optatum, & gratum, atque clemens & bona materfamiliâs, quæ ob liberalitatem laudatur: sicut parca & inuida, exosa est & odibilis. Quoniam autem corda nosse, solum vniuersorum Dominum decet, orabat sæpissime, vt contingeret ei virgo bona & hospitalis, dominíque moribus conueniens. Vnde orans dicebat: Hanc esse quæsitam, quæ petentem potum, liberalissime exciperet. Et licebat inde mulieris mentem quodammodo coniectare, & quasi arrabones quosdam, quid sperandum, inde colligere. Proinde F vxorem illi monstrauit is, qui corda nouit & renes. Itaque ne dicat coniectorem eum, qui petiuit precibus designandam à Deo: talem, inquam, quæ esset eiusdem ingenij cum domino Abraham & filio ex eo nato. Quoniam & inter nos, siquidem cordati sumus & amatores Dei, in omni opere adiutorem & assistẽtem fieri optamus, vniuersorũ dominantem Deum, & in singulis operibus apud illum quærimus viam. Neq; huius gratia dicetur quis symbolorum coniectura vti, sed laudabitur potius ob reuerentiam in Deum.

Genes. 24.

Datas etiam & sibi voces, inquit, quibus edoctus est quod in regni soliis sessurus esset. O vocales eius prophetas, prædixerunt ei de tam præclaris & electis operibus: picarum fortassis, & cypselarum voces, addam autem & charadrios, & loquacissimum omnium passerem. At his qui eadem cum illo sapere voluerint, auium examina mussitent, quidnam futurum. Semper enim grata est illis deceptio, nos autem illis iure longum G valere dicentes omnium scientiam soli tribuimus vniuersorum dominatori, quem & ipsum ac solum dicimus regem & Dominum, cœli & terræ opificem, visibilium ac inuisibilium, sensibilium & intelligibilium. Produxit enim ex nihilo vt essent, ea quæ aliquando non erant, per filium, per quem & cum quo, Deo & patri gloria, cum sancto spiritu in secula, Amen.

Librorum decem Diui Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi, contra Iulianum Apostatam,

F I N I S.

DIVI

DIVI CYRILLI ARCHIEPIscopi Alexandrini, ad Theodosium Regem pientissimum, de recta in Dominum nostrum Iesum Christum fide, Liber.

ADEO, cuius est summa celsitudo, vobis Christianissimi Reges, humanæ claritudinis fastigium, incomparabilibus excellentiis præ omnibus aliis exurgens & exaltatum, eximiáque ac honesta sors sunt data: dignus nimirum super terram honor. Etenim illi quidem omni genu flectunt, throníque & principatus, dominationésque ac potestates seruam submittunt ceruicem, & decentibus illum semper colentes glorificationibus plenum esse dicunt cœlum ac terram gloria eius: viderit autẽ quis & in vestra serenitate decorum & euidentem tam illustris & omnium summæ nobilitatis typum. Vos enim estis & summarum dignitatum fontes, & supra omnem eminentiam, humanæque felicitatis principium ac origo. Et vestræ quidẽ Maiestatis clemẽtissimis nutibus, quicquid regni soliis substratum est, vt vitam legitimam & admirabilem agat, gubernatur: at qui iugum non ferunt, facile à vestro robore victi, cadunt. Atque adeo si vel regis scutum radiet, illi repulsa sua obscuritate pereunt, & ab insipientiæ suæ sensu recedentes, flexis genibus misericordiam quęrunt. Ea propter & militum vestrorum multitudo, & militaris disciplinæ perita, & vincere semper solita mundum subiecit. Vos estis eorum qui vel ad orientẽ vel occidentem habitant, cãtus & lyra, & omnis celebritatis argumentum. Vos qui austrum & vlteriorem Aquilonis regionem inhabitant, gratulatoriis vocibus celebrare non cessant. Tam pij & præclari vestri imperij summũ præsidiũ est dominus noster Iesus Christus. Nam per illum reges regnant, & potentes scribunt iustitiam, sicut scriptum est. Estq; illi potentissima voluntas, solus & nutus, boni omnis impletio. Distribuit autem prompte diligentib. se, omnia quæ laudabilia & admirabilia ac eximia. Ad hæc quę dixi demonstranda, sufficiunt, vel ea quæ vestræ Maiestati donata sunt, & adhuc dãda, vt credimus.

Quàm reuerenter de magistratu loquitur.

Prou. 8.

Quod autem gloriosa in deum pietas regiis honoribus immobile sit fundamentum, etiam ex ipsa sancta diuinaque scriptura docere attentabo, idq; quãta fieri potest breuitate. Nam plurimi olim fuêre, qui Iudæorum terræ præfuêre, & regni illius solium rexêre: sed qui ex illis impij reuerentiam in deũ nihil faciebant, & legem iudicij administratricem contemnebãt, sibíque in amore sui indulgebant plurimum, miseri ac mali male perierunt. Grauissimum enim est offendere deum, & offendendo illum vel in illo, ab æquo deficere. Qui verò ex illis pietatis in deum cultores erant, & fideliter quæ illi placent obseruabant, sine labore vincebant inimicos, & aduersariis præualebant.

Pietas stabilimentum regni.

Talis quidem erat Iosias ille, qui cum suis templis & altaribus idolorũ exurens ministros, & è medio omnia magorum & diuinorum genera auferẽs, diabolicæq; imposturæ ludibria destruens, regnũ suum maxime venerabile fecit, & admirabile tam apud antiquos quã recẽtiores, & apud eos qui nouêre colenda omnia, quibus diuina mens oblectatur. Iam hæc omnia vestri progenitores, & vos feliciter curastis. Cõmemorabimus autem vtiliter quæ per sapientem Ezechiã olim gesta sunt. Vestrę enim piẽtissimæ celsitudini, narrationũ virtus haud mediocriter proderit. Vir quidã ex Babylone, quæ in Persarũ regione est, cui nomen Rabsaces, hic omnẽ vt ita dicam, Iudæorum regionem deuastauit: destructa autem & Samaria, ad ipsam perrexit Hierusalẽ, stipatus innumeris satellitibus: & habebat quidem phalangem equitum haud contemnendam, imò inexpugnabilem & peditum armatorum exercitum harenæ numero æquandum: quum iam adhibuisset mœnibus machinas, & apparatus bellicos, & non mediocri arrogantia barbarico more A insultaret, potenter quidem se sanctam ciuitatem etiam cum aliis sublaturum, emitteretque temerarias & blasphemas contra ineffabilem gloriam voces, laxans infrenem & impotentem contra deum linguam. Dicebat enim, etiamsi vellet ipsos deus seruare, inutile futurum id quo fiderent adiutorij beneficium. Vbi autem venerunt quidam annunciantes regi facinora, & conatus impietatis illius & sermones Persico fastu plenos, tũc ob solas in deum blasphemias dolens, & ius ciuitatis capiendæ causam prudenter expendens, disrupit vestem, & in domũ dei ascendit, precibus scilicet diuinam iram placans, & se à criminibus blasphemiarum liberans. Et quid inde factum est? benignũ & propitium habuit virtutum dominum: vicit enim Assyrium, non armando feroces equos ad prælium, neque sagittariorum agmina, neque leneceariorũ turmas, neq; vtendo subditorũ bellatorũ opera, sed potius diuina sentẽtia Assyriorũ exercitui vna nocte mortem decernente. Exiit enim, inquit, angelus domini, B & occidit de castris Assyriorum centũ octogitaquinq; millia: & quum surrexissent mane, inuenerunt omnia corpora mortua. Hi sunt pietatis in deum fructus, & si non tollerentur contra diuinam gloriam blasphemæ voces.

Esa. 56.

Decet autẽ apud regem potissimum aures pias contra deum nihil blasphemũ audiri: sed illa potius, quæ circa omnẽ reprehensionem & recusationẽ sint, dignęq; illo glorificationis pręmium constituant. Id quũ & ego optimum esse sciã, incitatus sum necessariò, rectæ & apostolicæ fidei traditionem scribere quidem in hoc libro, & quasi spirituale xeniũ offerre vestrę maiestati, & ipsis quoq; verè pientissimis reginis, quæ cũ vestra serenitate illustres sunt: quarũ vna quidẽ optatissima vestra sobole glorians, regno spẽ perpetuitatis affert: altera autem & virginali germine simul vigẽs, & nobilissimi regni vestri curas sibi vindicat. Itaq; indicæ gemmæ reuerenda vestra adornant capita: animę vero & mẽtis spiritualis ornatus sit fides recta & inadulterata: quã seruaturos vos confisus offero librũ qui mentis fundamentum, & animæ splendorẽ, & cordis coronã. Scriptũ est enim: Melior est sapientia lapidib. sumptuosis, & omne preciosum non est illa dignũ. Igitur paucis dicere tentabo de incarnatione vnigeniti, & vt semel possit explanari illius sacramentũ quã maxime manifeste, iuxta quod possibile est iis, qui in speculo & ænigmate vident, & ex parte cognoscunt, iuxta mensurã doni quod spiritus suppeditauerit, sicut & diuinus scribit Paulus: Nullus enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Dixerit autẽ, opinor quis: quoniã tibi videtur vt in puluere hoc & hac palestra exercearis, grauissimũq; & intolerabilẽ exantles laborẽ, ocyssimè manifesta verũ, & non deprauatum, sed omni reprehẽsione liberũ de Christo sermonem. Oracula enim, quæ de hac re, & in recẽtiore & vetustiore scriptura tradita sunt, quidã variis opinionib. ebrij fœde detorquẽt. Itaq; non ignoramus nihil tã absurdũ, quod insipientes non attentent: cadunt autem D repente in laqueũ inferni, sicut scriptũ est, & in pedicas mortis, nesciẽtes vel quæ loquãtur, vel de quibus affirment. Operęprecium autẽ fuerit narrare, qui singulorũ sint rumores, & quę honestæ illę fabellę. Nã alij quidẽ sentire & dicere ausi sunt, quod apparuit quidẽ homo Verbũ ex deo patre, sed non portarit ex sancta virgine & dei genetrice carnẽ. Mentiuntur autẽ solã sacramenti apparentiã ponentes. Alij vero dũ considerãt erubescendo quod videantur hominẽ adorare, terrenã carnẽ summa gloria celebrare, magna ruditate laborantes adulterina & peruersa quadã reuerẽtia conuersum esse dicũt verbũ ex deo natũ in ossiũ & neruorũ & carnis naturã, valdeq; Emanuelis natiuitatẽ ex virgine deridẽt miseri, & immutabilitatẽ in optima & diuina dispẽsatione taxant. Sunt qui & verbũ deo patri coeternum tarde natũ esse crediderunt, & tunc tandẽ vocatũ esse vt subsisteret, quando initiũ natiuitatis secundũ carnem sortitus est. Sunt autẽ & alij, qui in eã insaniam impie deducti sunt, vt

Reginarũ vna regis vxor, altera soror.

Prou. 8.

1. Cor. 12.

Falsę de incarnatione Christi opiniones.

& Verbum quod ex deo est, non habere subsistentiam dicant, sed simpliciter Verbum, quod secundum solam pronunciationem intelligitur in hominem factum esse. Inter hos sunt Marcellus & Photinus. Videtur insuper & aliis verè hominẽ factum esse, & in carne fuisse: at non item credendum, quod assumptã carnem perfectè animauerit anima rationali, & mẽte sicut nos habemus: sed in vnionem omnino, quemadmodum putant, constringunt Verbum ex deo patre & templum ex sancta virgine: & in illo habitasse dicunt Verbum, & proprium quidem fecisse corpus assumptum, adimplendo locum animę rationalis & mentalis. Iterum alij annunciant diuersa illorum opinionibus, & opponunt, censentes ex deo Verbo & anima rationali & corpore, hoc est simpliciter ex perfecta humanitate constitutum, & compositum esse Emmanuelem. Adhuc tamen sanctam & immaculatam de illo opinionem nõ omnino retinent: separant enim in duos vnum Christum, & crassa quodammodo separatione seorsim vtrunque separant, & etiam stantem demonstrant. Nam vnum quidem esse contendunt ex virgine natum perfectè hominem: alterum vero verbum ex deo patre, non diiudicantes quod aliquando sit dei natura, & carnis, neq; volentes solis his differentiis inhabitare. Neque aberrauerunt in hoc à vero sensu, quoniam non est eadem natura carnis & deitatis: sed vnum quidem vt hominem seorsim ponunt, alterum vero Deum natura, & verè filium nominant, quamuis velint esse Christiani, & libellos sanè de his conscribentes, dicere ausi fuerunt his verbis. Nam ille quidem natura verè filius, qui ex deo patre est Verbum, iste vero per cognominationem cum filio filius. Et post alia iterum: Non caro dei Verbum, sed hominem suscipiens. Nam vnigenitus quidem præcedenter & per se filius dei omnium cõditor est: is autem homo quem assumpsit quum non sit natura Deus, propter ipsum verè dei filium à quo assumptus est, per cognominationem cum illo appellatur. Nam nemo nouit filium, nisi pater, eum qui natura & verè manifestat ex patre filiũ. Quod autem dictum est à Gabriele, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. &, Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, homini adaptat. Sed hæc quidem illi, nos recte sentiamus, & nunquam sic. Minime enim persua det secus sentientium sermo, qui relicta via recta peruersam & extra metam currunt. Et si quis vellet prolixiorem de singulis facere sermonem, & satis examinare, insumpturus esset vtique multum temporis, & exantlaturus molestum & ineuitabilem laborem. Existimantes igitur prætereundum tumidũ & valde potentem sermonem, adhibendumq; breue examen ad singula dicamus, & præ aliis opinatoribus: Erratis nescientes scripturas, neque etiam magnæ pietatis mysterium, hoc est Christum, qui manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, annunciatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Opinor autem, quod aduersarij debeant vel condemnare veteres, & dicere mendaces orbis doctores, quibus Christus dixit: Ite, docete omnes gentes: vel siquidem hoc facere abhorruerint, & recte de Christo sapere voluerint, dicant vale suis erroribus, & mordicus teneant sacras literas, perq; sanctorum viam errore carentem ad ipsam veritatem pergant. Fuerit enim non aliud, arbitror, pietatis sacramentum, quàm ipsum Verbum nobis ex deo patre, quod manifestatum in carne, natum autem per sanctam dei genitricem virginem, forma serui assumpta, Visum autem & angelis qui natũ honorauerunt, & dixerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib. bona voluntas. Quin & pastorib. significantes propter nos in carne deũ Verbũ: Ecce, aiũt, natus est nobis saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum inuenietis puerum inuolutũ, & iacẽtem in præsepio. Quum autem tam manifestus partus eius per virginem, & natiuitas in carne, quomodo nõ inutilis vaniloquentia, imò quomodo non insania & deliramentum, tam euidẽtem & clarã dispensationem putatiuam nominare? Nam si vmbra & apparentia fuit, & non vera incarnatio, neque etiam virgo peperit, neque assumpsit semen Abrahæ Verbũ ex deo patre, neq; assimilatus est fratrib. Vmbra enim non sunt, nec typus, quę sicut nobis apparẽt, sed in corporib. palpabilibus, & visibilib. & terrigena carnevestiti, eriã corruptioni & affectionibus subditi sumus. Igitur si verbum nõ est factum caro neque in quo passus est ipse tentatus, poterit eos qui tentantur iuuare Nõ enim aliquid pateretur vmbra. Trãsirent sanè omnia, ita ne verè exhiberetur quicquã. Nam quale tergum dedisset pro nobis, vel quam maxillam cędentibus submittens, Iudæorũ plagas fortiter sustinuisset? Et quomodo clauis manus ac pedes tranfixũ, in carne apparentem quis putauerit? vel quale latus, dic obsecro perfoderunt Pilati milites? & quod cum aqua preciosum sanguinem scaturiens spectantib. ostenderunt? & si oportet dicere aliquid amplius, neque mortuus est pro nobis, neque etiã surrexit Christus. Quod si receptum esset vt ferunt, exinanita foret fides: transisset autem crux mundi salus & vita, & periisset omnino eorũ qui in fide obdormierunt spes. Etenim bene sic habere videbatur & beato Paulo: Tradidi enim vobis, inquit, in primis id quod accepi, nempe quod Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quod sepultus est ac resurrexit tertio die secundũ scripturas & quod apparuit Cephæ & duodecim, deinde vjsus est plus quã quingentis fratribus simul, quorum pleriq; manent adhuc & quidã obdormierunt. Etiam visus est Iacobo deinde apostolis omnibus. Postremo autem omnium visus est & mihi, quasi abortiuo. Et post alia iterum: Si autem Christus prædicatur quod ex mortuis resurrexerit, quomodo dicunt ex vobis quidam, quòd resurrectio mortuorum non est neque Christus resurrexit? Si autem Christus non resurrexit, vana est prædicatio nostra, & fides vestra. Inueniemur autem falsi testes Dei, quod & testificati sumus de deo quod suscitauit Christum quem non suscitasset, siquidem mortui non resurgunt. Etenim vmbra dic quæso, quomodo moreretur? Igitur quomodo suscitasset Christum pater, quum esset vmbra apparentiæ, mortisque nexibus non teneretur? Proinde transeat illorum vomitus. Fabulam item & alia ratione ac impij cõsilij eructationes ea, quæ ab illis dicuntur censemus. Nam tales nobis antea scriptis designauit saluatoris discipulus: Quod multi falsi prophetæ exierint in mundum. In hoc cognoscite spiritum dei. Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui non confitetur Iesum, ex Deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audiuistis quod veniet, & nunc in mundo est. Etenim si non fuisset homo verus, neq; etiam ascendisset in carne ad eum qui in cœlis est, patrem ac Deum, neque reuersurus esset è cœlo nobis similis homo scilicet & in carne.

Cæterum quod & alij putant & sentiunt immodicè stupidi negandam quidem esse natiuitatem per sanctam virginem, verbum autem ex Deo natum, naturam quidem nostri similẽ neglexisse, conuersum vero in terrenam carnem, blasphemantium est dispensationem, & diuina opera increpare volentium. Etenim omnium opifex misericordissimum Dei verbum exinaniuit semetipsum propter nos factum homo, factum ex muliere: vt quoniam sanguinis & carnis participes fuerunt filij, hoc est nos, & ipsum similiter particeps esset horum, vt per mortem aboleat eum qui habebat imperium mortis, hoc est diabolum, & liberos faceret eos qui timore mortis per omnẽ vitam obnoxij erant seruituti. Sic enim dicit sacra scriptura. At illi optimum consilium indecens esse decernunt, & quasi possent meliora sapere, etiam sapientia opera incusant. Non enim dicunt conuenire partus dolorem & partum ex muliere, & nos accusare vnigenitum: putandum vero Dei verbi naturam, in terrenum hoc & debile corpus transisse: & conuersionem imaginantur eius, qui conuersionẽ nescit. Fundata enim est diuina natura in propriis bonis, & inconcussã seruat virtutẽ in iis, in quibus est. Quippe natura facta & in tempore producta, pateretur vtique mutationem, nec foret hoc absurdum vel indecens, vel falsum. Quod autem omnino initium sortitum est, habet quodammodo & diuisibilitatem, vt immutetur. Deus autem qui est super omnem mentẽ, cuius substantia à generatione & corruptione exempta est, ac supetior, idem etiam maior est quàm conuertatur: & quodammodo naturæ suæ ratione, omnibus quæ esse cœperũt, superior est, & superfertur eminentia incomparabili. Ita & ea quæ creaturæ suæ euenire solent, transcendit iterum, vt pati nequeat. Igitur Deus quidem in bonis est, quæ commutari nequeunt, creaturæ autẽ sunt in conuersione & mutatione, & in foribus habent corruptionẽ. Id quod sciens optime philosophãs propheta Hierem. clamabat

Nestrorium taxat.

Luca. 1.

1. Tim. 3. Pietatis mysterũ Christus.

Luc. 2.

Cõtra eos q dicũt Christum phantasticum assumpsisse corpus.

Contra eos qui dicunt verbum dei in carnẽ cõuersum. Heb. 1.

Baruch 3.

clamabat ad Deum: Quia tu sedens in seculum, & nos peribimus seculo. Sedet enim quemadmodum in propriis thronis semper regnans & imperans omnibus, & à nulla affectione infestatur. At nos naturam habentes maxime versilem, & propensissimam ad mutationem & corruptionem, perimus seculo: hoc est, omni momento & tempore corruptibiles sumus & conuertibiles. Itaque neque Deus vnquam à passionibus de propria stabilitate sua per conuersionem extrudetur. Neque conuertibilis, neque mutabilis natura, hoc est facta recipiet substantialem immutabilitatem, neque gloriabitur diuinæ naturæ bonis, tãquam suis propriis. Audiet enim meritò. Etenim quid habes, quod non accepisti? Quod autem inconuertibilis & incommutabilis omnino Verbi natura, omnino vero mutabilis creatura, videre quis facile poterit, dum in spiritu diuinus Dauid canit: Cœli peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut amictũ mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt. Vbi igitur adhuc mansit ipsum Dei Verbum? siquidem vere dicitur, quod commutata stabili sua natura & infracta transierit in id quod non erat, mutatúmque sit in carnis naturam, ita vt corrumpi possit. An non deliramentum hoc est & insania? de quo quis dubitat? Sanè tempus est illorum ruditati respondere, qui indoctius contendunt, quod non sit indignum etiam terrenam carnem in diuinitatis naturam transire posse, & fieri complexionem summæ omnium substantiæ. Nam si hæc diuinitatis natura iuxta illorum stupiditatem, in carnis transiret naturam, nihil, vt videtur, prohiberet adhuc inferiorem illã, & priuatam naturam volare super carnem, & transformari in deitatem, inque summam substantiam. At illorum insipientiam audire non dignabimur: sed diuinæ potius scripturæ adhærebimus. Et quũ propheta dicat: Ecce virgo prægnãs erit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, obsignétq; vaticinium Gabriel, & superiorem sententiam virgini interpretetur, dicens: Ne timeas Maria, ecce in vtero concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ex muliere vere natum esse credimus Emanuelem, & splẽdidam & admirabilem nostræ naturæ gloriam non repellemus, recte sapientes. Assumpsit enim vnigenitus non propriam naturam. Neque enim res nostræ in aliquo fuissent meliores. Neque angelos assumpsit, sed semen Abrahæ, sicut scriptum est. Sic enim perditum humanum genus, & non aliter reparandum erat.

Cur autem non & illud apud istos admirari dignum? nam quasi valedicentes diuinæ scripturæ, & mentem suam spiritibus erroris accommodantes, in hanc stultam & puerilem impietatem perueniunt, vt opinentur quidem seculorum conditorem coæternum patri Deo, Deum Verbum cum carnis natiuitate, comes habere substantiæ initium, & tarde genitum imaginari eum qui est super seculum & tempus, eo quod in extremis, & tandem incarnationis temporibus, pater quidem factus sit Deus, simul autem immiserit quodammodo ad hoc vt esset, & subsisteret, templo, quod de virgine, eum per quem omnia, & in quo omnia. An non in fastigium peruenere malorũ, qui anilem & abominabilem fabulam strenue tractant, & mẽtem suam miro torpore implent? Sepulchrum vere patens guttur eorum, linguis suis dolose egerunt: venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Necessarium enim est rum, per quem omnia intelligi, etiam existere ante omnia, alioqui quid faceret? Et quum Ioãnes scribat: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et iterum: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ scilicet erat apud Deum patrem, & manifestata est nobis. Præterea quum & ipse Christus suæ subsistentiæ inuisibilem antiquitatem designaret. Nam quum dixissent, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti, manifeste vicissim audierunt, Amen amen dico vobis, priusquàm Abraham fieret, ego sum. Vbi autem hoc verbũ erat, si nihil præterea addatur, & etiam hoc verbũ SVM manifeste positum est, quod generationis initiũ viderit aliquis? vel quomodo, qui erat in principio super omnem mentem, in tempore accipiat, vt ad subsistentiam vocetur, & esse incipiat? Itaque si quis vellet iis ociosius obluctari, nulla difficultate asferet ex diuina scriptura sermones ad refellenda stupiditatis illorum damna. At superfluum arbitror & inutilem curam adhibere iis, qui tam manifeste reprehensibiles & turpes sunt. Igitur ad illud nunc eamus, quod est condemnatis illis confine.

Obliterant enim quidam veritatis pulchritudinem, & sicut numisma adulterant extollentes in excelsum cornu, & iniusticiam contra Deum loquentes, sicut scriptum est. Imaginantur vnigenitum non habere existentiam, & proprie non subsistere, & per se quidem non esse in subsistentia. Verbum autẽ simpliciter, & sermonem iuxta solam pronunciationem à Deo factum, quemadmodum & in homine, in habitasse dicunt miseri: & componentes sic Iesum, sanctis quidem sanctiorem esse dicunt, attamen non Deum. Igitur sicut & saluatoris scribit discipulus: Quis est mendax, nisi qui negat quod Iesus nõ est Christus? hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, neque patrem habet: qui confitetur filium, etiam patrem habet. Ambo enim & per ambos & in vtroque vterque tam à nobis ipsis quàm sanctis angelis agnoscuntur. Non enim quis didicerit quid sit pater, nisi filium subsistẽtem, & genitum mente acceperit: neque etiam quod sit filius iterum didicerit, nisi quod genuerit pater, manifeste cogitauerit. Proinde necessarium opinor, & tutum dicere, quod siquidẽ filius est sine existentia, neq; patrem, patrem vere esse intellexerimus. Vbi enim est pater, nisi verè genuerit? vel siquidem genuit quod nõ subsistit, & omnino non existit, genitum minime erit. Quippe quod nõ subsistit æquale est nihilo, imò omnino nihil, & nullius erit pater Deus. Cæterum viri optimi, ego dixerim ad talia docẽtes: Vanæ nugæ sunt quæ dicitis, vel respondere interroganti, quomodo eximia est dilectio Dei & patris erga nos? Et si dedit pro nobis filium, qui secundum vos non subsistit, nihil ergo dedit pro nobis, neque Verbum caro factũ est, neque preciosam pertulit crucem, neque aboleuit mortis imperium, neq; etiam iterum reuixit? Nam si nihil est, & sine existentia secundum vos, quomodo illa ei conuenient? Igitur seduxit sanctæ scripturæ sermo eos, qui crediderunt, & fidei soliditas in nihilum peruenit? Cur autem non in figura Dei existere filium sacra nobis significauit scriptura? imaginémque ipsum dicit & characterem eius qui genuit? Quamuis quomodo hoc est non omnibus manifestum, quod imagines sicut sua exẽplaria sint, oportet enim ea sic se habere, & non aliter. Igitur si absque subsistentia est imago, neque in existentia intelligetur? qua secundũ se est character, necessariò etiam dabunt non subsistere eũ, cuius est character. Et imaginis veritas omnino refertur ad ipsum exemplar. Insuper dic oro, Philippus Christi existens discipulus, orabat vt videret patrem existentem & subsistentem, dicens: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: nunquid eum volebat videre, qui non existit, & non subsistit? sed opinor sine formidine quis dixerit, eum qui subsistit & existit. Idcirco, siquidem nihil est filius, vtpote non subsistens secundum illorum infrenem audaciam, ad imaginem & cognitionem patris, se ipsum nobis quare attulit dicens: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: non credis quod ego in patre, & pater in me est? Ego & pater vnum sumus. Sed nusquam, opinor, viderit quis subsistentem in non subsistente, neque vnquam intellexerit quis quod id quod existit, idem sit per omnia cum eo, quod non existit. Quomodo erit autem in filio quidem pater, & filius in patre? An non in promptu est dicere, quod siquidem non est Verbum in existentia, qua secundum se, periclitabitur & ipse pater, quod in se quidem habeat nihil, & intelligatur existere in nullo. Quod enim omnino non existit, omnino nec intelligitur. Et asper quidem sermo est: nam plurima laborat absurditate, & nihilominus aduersariorum dogma ad absona ista vrget. Admiretur autem quis meritò, quomodo nã in filio, qui esse nondum sortitus erat, ea quæ sunt, pater fecerit. Si autem quis interrogauerit, vtrum iis quæ sunt, sit bonum esse vel non esse: responderit quis statim, quod esse. Nam qui dedit iis esse quæ sunt, maxime bonus appellatur, & est conditor, & ita habet res. Igitur creaturæ meliores essent, quàm is per quem conditæ. Nam ille quidem nõ substitisse dicitur, hæ autem substiterunt, & esse intelliguntur. O absurdos sensus. apage cum

Perimus seculo.

1. Cor. 4.

Psal. 101.

1. Cor. 15.

Esa. 7.

Luce 1.

Hebr. 2.

Ioan. 8.

Psal. 13.

1. Ioan. 1.

Contrę eos qui dicunt filium Verbũ esse pronunciatiũ

1. Ioan. 2.

Ioan. 14.

Hebr. 4.

blasphemiis. Viuum enim Verbũ Dei & efficax, sicut scriptum est. Etenim & dicebat: Ego sum vita: sed non intelligeretur vita, nisi subsistentiam habuisset. Vita autem est secundum naturam. Minime enim mentietur falsissimum esse sermonem, quod Verbum quod ex deo apparuit, dicatur nõ habuisse substantiam: est enim stultissimi cordis eructatio. Nam ipse dicebat Mosi: Ego sum qui sum: quomodo autem vnquã hoc quod vere est, in substantia per se non seruari intelligetur? & propterea eos qui sic sentiunt, meritò rudissimos esse definimus.

Exod.4.

Porrò neque illos laudabimus, nos diligenti inquisitione veritatem edocti, qui priuari dicunt anima rationali vnitam Verbo carnem. Carne enim sola & vitalem & sensitiuum sortita motum, vestientes, Verbum in mundum afferunt, mẽtis & animæ efficaciam tribuentes vnigenito. Abhorruerunt enim, nescio quomodo, ne cõfiterentur humanæ carni animatæ anima rationali, secundum naturam vnitum esse Verbum, nihili facientes prorsus fidei traditionem olim datam: voluntate autem sola, quæ etiam secundum ipsos humanas sequitur rationes imperitè delegerunt, & vere delegerunt præter id quod oportet sapere. Et quæ ratio horum dogmatum? ego dicam. Mediatorem dei & hominum secundum scripturas dicimus constitutum esse ex humanitate nostræ simili, quæ perfecta sit iuxta propriam rationem, & ex eo qui secũdum naturam apparuit filio, hoc est vnigenito. Asserimus autem concursum quendam & conuentum supra rationem in vnione inæqualium & dissimilium naturarũ factum esse, & nihilominus Christum dominum Iesum & filium nominari agnouimus, qui in eodem existat & intelligatur, Deus & homo simul, inseparabilemque omnino vnionem seruare consueuimus, eundem esse credentes & vnigenitum & primogenitum. Vnigenitum quidem, vt ex Deo patre Verbum & ex substantia eius prodeuntem: primogenitum verò secundum quod fuit homo, & in multis fratribus. Nam sicut vnus est Deus & pater ex quo omnia, ita & vnus est Christus, per quem omnia. Deum enim esse secũdum naturam agnoscimus Verbum, per quod omnia, quamuis factum sit caro, hoc est homo. Sed illorum dicta parum cum nostris opinionibus conueniunt. Nam vnum quidem manifeste accipiunt & ipsi Christum Iesum, & vt rem impiam maxime reiiciũt Emanuelem in deo separari. Attamen anima humana & rationali spoliatæ carni Verbum ex deo vnitum esse dicunt. Adinuenta est autem ab eis vero similis, vt opinãtur, ratio. Dicunt enim, quod partes quæ secundum compositionem ad vnius perfecti constitutionem cõcurrunt, videri solent ex imperfectis eius quod per se perfectum est, & tanquam in propria natura indiget compositione ex partibus. Proinde aiunt, cauendum est meritò homini concedere perfectum vnitum esse Verbo templum, vt & cõpositio quæ scilicet de Christo intelligitur, exactam & inculpatam in se conseruet rationem. Quin & illud quoque apposuerint, quemadmodum ego opinor. Nam si ex homine perfecto, inquiunt, & Verbo quod est ex Deo, componimus Emanuelem, non parum timetur, imò vitari nequit quod quodammodo appareat, etiamsi noluerimus, esse duos filios, & duos Christos dicendum & sentiendum. Et quid illis nos respõdebimus? Primum quidem, quod fidei antiquissimam rationem, quæ ab ipsis sanctis apostolis ad nos peruenit, indignum immodica inquirere ratiocinatione, quæ humanam mentem excedunt: sed neque in medium proferre, sicut quidam periculosa definiunt, & dicunt quod hæc quidem rectè se habeant, hęc autem aliter. Cæterum verè melius erat, permittere sapientissimo deo suarum considerationum viam, & non irreligiose, ab illo decreta, quasi minus bene habeant, increpare. Audimus enim manifeste dicentem: Non sunt consilia mea sicut consilia vestra, neque sicut viæ vestræ, viæ meæ: sed sicut distat cœlum à terra, ita distat via mea à viis vestris, & cogitationes vestræ à cogitatione mea. Cæterum neque duos filios adorabimus, neque duos Christos asserimus, licet animatum esse credamus anima rationali vnitum Verbo templum. Nam quemadmodum secundum illos bene habere videtur, (licet ex sola velint carne & Verbo, quod ex deo & patre prodiit) quod nullus ipsis persuadeat modus seorsim ponere carnem, & seorsim vnigenitum, vt ita fateantur duos Christos. Ita etiam humanitati nostræ simili ac perfectæ secundum suæ naturæ rationem, quasi collatum & vnitum dicimus ineffabiliter & supra mẽtis captum, Verbum ex deo, non filiorum par intelligẽtes, sed vnum & eundem natura quidem existentem deum, qui & ex ipsa dei & patris substãtia apparuit, in nouissimis autem seculi temporibus factum hominẽ, & per sanctam dei genitricem virginem genitum, qui & à nobis ipsis & à sanctis angelis adoratur secundum scripturas. At si dixerint, quod solo vnigeniti aduentu indiguerimus, volueritq; apparere hominibus super terram, & conuersando cum eis, demonstrare nobis euangelicę conuersationis viam, & sic dispensatiuè nostram carnem induerit deus secundum propriam naturam inuisibilis: ignorasse deprehendentur incarnationis scopum, ac nullo modo intellixisse magnum pietatis mysterium. Nam si solam occasionem habet, quod apparuit hominibus vnigeniti incarnatio, hoc est, quod factus est homo, & nihil præterea humanæ naturæ attulit, quomodo non iam quodammodo melius & sapienter etiam nos opinantium opinioni accedere, qui carne simul & terreno corpore vestientes Verbum, apparuisse quidem super terram vt hominem fabulantur miseri, à vero autem aberrare deprehenduntur absque magno sudore? An non melius, dicent si nihil prodesset hominis naturæ Dei Verbum, quamuis factum sit caro, liberari quidem immũdicia carnali, viderit nihilominus esse terreno corpore vsum, & sic perficere quod proposuerat? Igitur quæ esset aduentus ratio? quis incarnationis modus? Cuius autem gratia factum sit, si quis quæsiuerit forte à nobis, vicissim audiet quod diuina docebit scriptura. Vade igitur vir strenue, interroga sacras scripturas, & bene funda mentis oculum in sanctorum apostolorum vocibus. Vide bene quod quæritur. Itaque sanctus nobis apostolus Paulus dixit, qui ipsum Christum habebat in se loquentem. Quoniam autem filij participes fuerunt sanguinis & carnis, & ipse similiter particeps fuit eorum, vt per mortem aboleret habentem imperium mortis, hoc est diabolum: & liberaret eos qui metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti. Insuper & alia via nobis enarrans dicit: Nam impossibile legi quatenus infirma erat per carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, condemnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleatur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Igitur nónne manifestissimum est, & nulli obscurum quod vnigenitus factus est nobis similis, hoc est perfectus homo, vt terrenũ hoc corpus liberaret à subintroducta corruptione, immittẽs illi suam vitam ipsa per vnionem dispensatione: & animam propriam quæ humana faciens peccato superiorem declararet, suam solam & immutabilem naturam quasi vellus quod tingitur colore induẽs? Existimo enim in hisce sermonibus similitudinibus opus esse: quandoquidem vix videmus in speculo & ænigmate diuina, & quæ mentem excedunt sacramenta. Itaque non indigne fieri reor, affert autem illi imaginem, imò veram rationem. Porrò quemadmodum quia facta est caro viuificentis omnia Verbi, quod mortis & corruptionis imperium domat: eodẽ opinor modo, quia facta est anima eius qui delinquere nescit, fundatum habet in omnibus bonis immutabilem statum, & incomparabiliter fortiorem peccato, quod olim contra nos tyrannidem exercebat. Quandoquidem primus & solus homo super terram Christus peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius, & quasi radix positus est & initium eorũ qui ad nouitatem vitæ in spiritu reformantur: & corporis incorruptionem & ex diuinitate securitatem & soliditatem, vt in participatione & secundum gratiam nunc in omne humanum genus transmittet. Et hoc sciens diuinus Paulus, scribit: Quemadmodum portauimus imaginem terreni, portabimus etiam imaginem cœlestis. Nam imaginem terreni dicebat propensum nostrum ad peccatum lapsum, & mortem quæ inde adiecta est. Imaginem autem cœlestis, hoc est Christi, firmitatem ad sanctificationem, & ex morte ac corruptione reditum, ac renouationem ad incorruptionem & vitam. Igitur totum nostræ humanitati vnitum esse dicimus Verbum ex deo. Non enim quod melius in nobis, hoc est animam, nihili fecit, & soli carni aduentus sui laborem impendit: dispensationis autem mysterium per vtrumque operabatur, & vtebatur tanquam organo sua quidem carne, ad carnis opera & naturales infirmitates, & cætera quæ reprehẽsione carent: anima autem sua ad humanas & inculpatas affectiones. Dicitur enim esuriuisse, fatigatúsque esse ex multis itineribus, & pertulisse pauores, metus, tristiciam, & angorem

Cõtra Apollinaristas, qui negant in Christo fuisse animam humanam.

Christus vnigenitus et primogenitus.

Credẽdum apostolorũ traditionibus.

Esaiæ 55.

Hebr.2.

Roma.8.

Quod Christus verè animam & corpus assumpsit.

1. Pet. 2.

1. Cor. 15.

Imago terreni & cœlestis.

angorem mortemq; in cruce. Nullo enim cogente, à seipso animam suam pro nobis posuit, vt & mortuis & viuentibus dominaretur. Carnem quidem suam in redemptionis precium pro carne omnium impendens, & animam suam similiter pro omnium anima redemptionis precium constituens, quamuis iterum reuixerit, vita secundum naturam existens, vtpote deus. Vnde & diuinus Petrus: Viri fratres, inquit, licet cum fiducia loqui ad vos de patriarcha Dauid, quod & defunctus est & sepultus, & monumentum eius est inter vos vsque ad hunc diem. Igitur propheta quum esset, & sciret quod iureiurando iurasset sibi deus, de fructu lumbi sui sessurum super thronũ suum, præscius locutus est de resurrectione Christi, quod neque in inferno anima eius relinquenda esset, neque caro eius visura corruptionem. Non enim fas est dicere carnem vnitam verbo, corruptioni aliquando esse obnoxiam, & diuinam animam detineri intra portas inferni. Non enim derelictus est in inferno, sicut diuinus dicebat Petrus. Minime dicemus naturam quæ omnino à morte deprehendi & capi nequit, hoc est deitatem vnigeniti à subterraneis specubus remeasse. Neque ea res miraculum haberet, nisi mansisset in inferno verbum dei, diuinitatis quidem efficacia & natura mire & supra captum rationis omnia implens, & in omnibus agens (Deus enim supra mensuram & locum & circunscriptionem, & magnitudines) ipsum autem à nullo capitur: admirabile etiam est omnibus, quod corpus quidem resurrexerit natura corruptibile, erat enim proprium incorruptibilis verbi. Anima quoque ad illud copulam & vnionem sortita, descendit quidem in infernum: diuina autem virtute & potestate vtens, etiam spiritibus qui illic erant, apparuit. Enimuero & dicebat compeditis, egredimini: & his qui in tenebris, reuelamini. Et tale quiddam etiam Petrus, quiddam etiam & diuinus Paulus dixisse videtur de Verbo Dei, & anima ipsius secundum dispensatiuam vnionem. Satius enim est, vt bene agentes quàm malefacientes, si ita voluerit voluntas dei, patiamur. Quia & Christus semel pro peccatoribus mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu: in quo, inquit, abiens etiam spiritibus, qui in carcere erant, prædicauit, qui inobedientes quondam fuerant. Neque enim opinor, dixerit, quod nuda & per se deitas vnigeniti descenderit quidem in infernum, & prædicauerit iis qui illic spiritibus, quæ omnino est inuisibilis. Diuinitas enim maior est, quàm vt videatur. Sed neque admittimus quod ipsa apparenter, & figura in animæ speciem transformata sit. Cauẽda enim omnino est illa apparẽtia. Sed quemadmodum vnigenitus cum iis qui adhuc in carne, conuersatus est cum carne, ita & animabus in inferno prædicauit, animam habens sibi vnitam in qua fuit.

Et profundus quidem fortassis & vere ineffabilis, cogitationibúsque nostris incomprehẽsibilis incarnationis modus, illud nihilominus expendere decet, non esse sine periculo curiosius exquirere ea quibus minus assueuimus: stultissimũ autem omnino fuerit examini subiicere ea quæ mentem nostram trãscendunt, & tentare intelligere quæ intelligere impossibile est. Vel ignorans, quod profundum hoc sacramentum & mentem nostram transcendens, fide curiositatis experte honoratum est? Dicere vero insipienter, Quomodo possunt hæc fieri? tribuentes Nicodemo & illi similibus, absque dubitatione. Suscipimus ea quæ per spiritum sanctum responsa sunt: & ipsi credimus, Christo dicente: Amen amen dico vobis, quæ scimus loquimur, & quæ vidimus testamur. Transeat itaque omne deliramẽtum, & imbecilles fabellæ, & falsa opinio, & fucatorum verbulorum deceptio. Nihil enim admittimus quod offendere potest, tametsi aduersarij elaboratis, & vehementibus sermonibus inualescãt. Est enim diuinum nostrum sacramentum non in persuasibilibus humanæ sapientiæ sermonibus, sed in demonstratione spiritus. Vnde vnigenitus Deus existens & vniuersorum Dominus secundum scripturas apparuit nobis. Apparuit enim super terram, & homo factus, his qui in tenebris illuxit, non apparenter. Absit. Insania enim est ita sentire vel dicere. Neque etiam in carnem adductus secundum mutationem & cõuersionem. Dei enim verbum immutabile est, & semper eodem modo & similiter se habet, neque existere cum carne tempore incepit, ipse enim est seculorum factor. Præterea neque quasi verbum subsistentia caret, neque quasi tenuis pronuntiatio in homine factum est. Etenim qui ea quæ non erant vt existerent & essent, iussit, necessariò subsistebat. Ipse enim est vita, quæ apparuit ex vita, quæ est & intelligitur secundum suam substantiam deus ac pater. Insuper neque solum indutus est carnem anima rationali carentem. Natus est enim secundum veritatem ex muliere, & apparuit homo viuens & existens, & coæternus patri & deo deus verbum, forma serui accepta: & est sicut in deitate perfectus, non ex sola deitate & carne in vnum dominum & filium & Christum compositus, humanitate dico & deitate in vnum & eundem mire conuenientibus.

Dicet autem quis verisimiliter: Quænam peperit sancta virgo hominem, vel certe verbum ex deo? Nos dicimus etiam hoc esse errorem, & aberrare à vero & honesto: ne enim mihi diuiseris post vnionem, neque separaueris in hominem verè, & in deum seorsim, duplicis personę figuras, Emanuelem. Ne forte quis nobis improperet quod nihil rectum sapere velimus, sed illud potius quod per sanctam scripturam condemnatum est. Vos autem omnino memores estote verborum prædictorũ ab apostolis domini nostri Iesu Christi, quod in nouissimis temporibus venient in illusione illusores, iuxta suas concupiscentias ambulantes, ij sunt qui segregant animales, spiritũ non habentes. Itaque nullo modo segregari oportet, vt duo appareãt post vnionem, & seorsim vterque intelligatur.

Sciendum igitur, quod mens quidem naturarum diuersitatem contemplatur. Neque enim idem quiddam est deitas & humanitas, simul autem de his considerationes admittit, & vtriusque in vnitate copulam. Igitur natus quidem est ex Deo patre vt deus, ex virgine autem vt homo. Nam verbum ex deo patre ineffabiliter, & vltra mentis captum elucescens, genitum esse dicitur, & ex muliere descendens in humanitatem, & demittẽs se in id quod non erat, non vt maneat euacuatum: sed vt deus credatur, & in specie naturæ nostræ simili apparens super terram, non tanquam in homine habitans, sed ipse secũdum veritatem homo factus, cum hoc suam gloriã seruans. Vnde diuinus Paulus ostendens diuinitatem & humanitatem inter se consubstantialitate differre, & immenso interuallo disiungi, colligens in vnum dispensatiue, & ex vtrisque vnum significans Christum & filium & deum. Paulus inquit: Seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euãgelium dei, quod antea promissum est per prophetas eius in scripturis sanctis de filio suo, qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnem, qui definitus est filius Dei in virtute secundũ spiritum sanctificationis. Ecce manifeste segregatum, inquit, se in euangelium dei, quamuis manifeste scribat: Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum. Et iterum: Non enim iudicaui scire me aliquid inter vos, nisi Christũ, & hunc crucifixũ. Filium autẽ ipsum nominans Dei, & etiam ex semine Dauid genitum esse dicit, definitúmque affirmat & in filium Dei. Dic igitur obsecro, quomodo Deus natus est ex semine Dauid? & qui etiam ante secula & æternus filius secundum quod apparuit ex Deo, quonam modo filius dei definitus est, quasi subsistere inciperet productus? Dixit enim ipse de se: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quamuis Hodie designet nobis semper quodammodo non præteritum, sed præsens potius tempus. Grande mysterium, sed incomprehensibile iis qui illam seorsim ponunt, & separant. Qui autem Emanuelem in vnitatem coniungit, facile & prompte ad puram diuinorum dogmatum scientiam appropiare potest. Nam filius coæternus ei, qui natus est, & ante omne seculum, postquàm descendit in hominis naturam, non amisit esse quod erat, nempe Deus, accepta humanitate intelligitur meritò & ex semine Dauid natus esse, & recentem in humanitate habere natiuitatem. Porrò quod assumptum non alienum ab assumente, sed verè eius proprium reputatum est, igitur quasi vnum cum ipso, quemadmodum scilicet & hominis compositionem quis considerauerit. Nam ex dissimilibus, natura animæ dico & corporis, composita est: attamen vnus homo intelligitur, qui ex vtroque. Ita ab vna quidem carne interdum totum animal nominatur, interdum autem & anima nominata, intelligitur vtrũque. Simili sanè modo & de ipso Christo accipiemus. Nam si vnus dominus & vnus filius Iesus Christus, & ante carnem, & quando apparuit homo, eum qui nos redemit dominum non negabimus, quamuis significetur interdum nobis per humanas proprietates & humilitatis men-

Actor.2.

1.Petr.3.

Anima Christi descẽdit in infernũ.

Ioan.3.

Roman.1.

2.Cor.4.

1.Cor.2.

Psal.2.

Hodie.

Ioan.8. suram. Nam Iudæis quidem alloquens dixit dominus noſter Ieſus Chriſtus: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. E Nunc autem quæritis occidere me hominem, qui veritatem locutus ſum vobis: hoc Abraham non fecit. Scribit autē Paulus de illo, qui in diebus carnis ſuæ ſupplicationes & preces apud illum qui poterat ſaluare ipſum ex morte cū clamore valido & lachrymis obtuliſſet, & exauditus eſſet pro reuerentia, tametſi filius erat, didicit tamen ex his quæ paſſus eſt, obedientiam. Nunquid hominem hunc communem, & nullo modo noſtri ſimilibus ſublimiorem exiſtimabimus Chriſtum? Abſit: Dei autem ſapientiam & virtutem ad eam infirmitatem deſcēdiſſe dabimus, vt formidans mortē petierit ſaluari à patre, & non tribuemus Emmanueli eſſe ſecundum naturam vitam? vel torquebimus in humanitatem, & in menſuram noſtræ naturæ & ea ſermonibus parùiſaciemus quæ laudantur: ex quibus deū eſſe & ſummam eius gloriam cognoſcemus, eundem eſſe intelligentes deum ſimul & hominem, hoc eſt deum incarnatū. Igitur veniat in medium nobis probatiſſimus Paulus hoc clamans & dicens: Sapientiam autem loquimur inter perfectos, 1.Cor.2. ſapientiam autem non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui pereunt, ſed loquimur Dei ſapiētiam in myſterio, quę F eſt abſcondita, quam nullus principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, dominum gloriæ non crucifixiſſent.

Heb.1. Inſuper & hoc dicit: Qui quum ſit ſplendor gloriæ & character ſubſtantiæ eius, ferens omnia verbo virtutis ſuæ, purificatione peccatorum noſtrorum facta, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis, tanto præſtantior factus angelis, quantò excellentius præ illis ſortitus eſt nomen. Quamuis eſſe & nominari gloriæ dominū, quomodo non eximium & vltra omne quod genitum, & creatum? & tranſeo quidem humana, dicam autē etiam ſi quis angelos nominare velit & principatus, & thronos, & dominationes enumerauerit, addē etiam ſi ſummos cōmemorarit Seraphin, ſi mente profecerit, & ſapiens ſit, confitebitur illius gloria longe poſteriora eſſe. Eximiam enim eſſe dico nobilitatem referendam in ſolam naturam reginam omniū quod fuerit gloriæ dominus crucifixus, & quod ſplendor patris & ſubſtantiæ character, ferens omnia verbo virtutis ſuæ, melior angelis factus eſſe dicatur, aſſumens quod erat minus vt ego opinor, quando apparuit homo. Scriptum eſt enim, G quod Ieſum paulo minorem ab angelis videmus propter paſſionem, crucis, gloria & honore coronatum. Nunquid remouebimus Dei patris natum Verbum ab ea eminentia, quæ illū ſubſtantialiter decet, videntes imminutum ab angelorum gloria eo quod per diſpenſationem humilior intelligitur? minime. Opinor enim dei Verbum poſt aſſumptam carnem omnino non liberandam ab humanis, neque etiam humanitatem, ſi in Chriſto intelligatur & dicatur, diuina gloria non priuandam.

Veruntamen dicturos quoſdam non ignoro: Quis enim eſt Ieſus Chriſtus, qui ex muliere homo? ſcilicet Dei Verbum. Et ſtultum quidē eſt valde contēdere ſuperfluè, & ad ineptos ſermones reſpōdere. Dico tamē, quod lubricū ſit & periculoſum ſecare in duos, & ſeorſim conſtituere hominē & Verbum, quū diſpenſatio hoc non ferat, & diuina ſcriptura vnum Chriſtum clamet. Dico enim ego, neque Verbum dei abſque humanitate, neque etiam templum natum ex muliere non vnitum Verbo, Chriſtum Ieſum nominari. Nam humanitati ſecundum vnionem diſpenſatiuam ineffabiliter coniunctum dei verbū, Chriſtus intelligitur, maxime quidem vltra humanitatem exiſtens, quod natura deus & dei filius, non contemperit etiā propter homines in humilitate fieri. Vnde dicebat: Qui vidit me, vidit Ioan.14. patrem, ego & pater vnum ſumus. Quod autem dicit, Pater meus maior me eſt: non minor exiſtit in identitate ſecundum ſubſtantiam & ſecundum omne in quo æqualis eſt, ſed propter hominem.

Prædicatur autem & per ſacras ſcripturas aliquando quidem vt totus homo, ſiletur autem diſpenſatiue eius diuinitas: aliquando verò contra vt Deus, & ſiletur eius humanitas: nullo autem modo hoc præiudicat vnitati ex ambobus. Vnde & diuinus Paulus Hebræus ex Hebræis, & tribu Beniamin vocatus apoſtolus, ſcribit per epiſtolam, ij qui per fidē iuſtificati, & mortificarant membra carnis, fornicationem, inquam, ac concupiſcentiam malam ac auaritiam: Mortui enim eſtis, & vita veſtra occultata eſt cum Chriſto in Deo. Ipſe etiam dixit de diſcipulis ſuis: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos: quando eram cum eis. ego Ioan.17. ſeruabā eos in nomine tuo quos dediſti mihi, & cuſtodiui eos Coloſſ.3. & nullus ex eis periit niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur: nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Intelligas itaque quomodo à ſola quodammodo humanitate nobis in his deſignari videtur. Exiſtimabimus enim nullo modo occultatum eſſe, & abeſſe ab hoc mundo, quamuis manifeſte dicat: Matth.18. Amen dico vobis, vbi congregati fuerint duo, vel tres in nomine meo, illic ſum in medio eorum. Et iterum: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Videbis autem Matth. vlt. quod & ipſe ſanctiſſimus Paulus ſæpe grauetur ipſum prædicari hominem. ſic enim inquit: Paulus apoſtolus, non ex hominibus, neque per hominem: ſed per Ieſum Chriſtum. Et ad Gal.1. hæc iterum: Notum autem faciam vobis euangelium quod euangelizatum eſt à me, quod non eſt ſecundum hominem: neque enim ab homine ego accepi illud, neque edoctus ſum, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Et alio quoq; loco dicit: Quāuis autem & nouerimus Chriſtū, ſed nunc non vltra agnoſcimus. 2.Cor.5. Quis igitur eſt Ieſus Chriſtus, qui illi tam arcanorū, & certorū diuinorúmque ſuorum ſacramentorum fulgidam immiſit reuelationem? An non Verbum caro factum, quod propter nos de muliere naſci non dedignatum eſt? quamuis verum ſit id, quod dixi. Meminimus enim Gabrielem ad ſanctam virginem dixiſſe: Ne timeas Maria, ecce enim concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Nouum autem hoc Luc. 1. nomen à patre per vocem angeli Verbo datum eſſe arbitror. Ita enim & propheticum oraculum prædixit: Et vocabunt nomen eius nouum, id quod dominus nominabit. Quando igitur Nomē Ieſu. Eſa.62. cœternus patri, & ante omne ſeculum filius ac vnigenitus in extremis ſeculi temporibus factus eſt homo, natuſq; de muliere, & declaratus quidem eſt filius, appellatusque eſt, & fuit primogenitus in multis fratribus: tunc & pater naturalis paternitate nomen eius declarauit, paternitate nomen eius declarauit, paternitatis leges, vt ita dicamus, ſequens. Igitur vnus & idem eſt vnigenitus & primogenitus. Vnigenitus quidē vt deus Primogenitus Chriſtus primogenitus in nobis ſecundum vnionem diſpenſatiuam, & in multis fratribus homo, vt & nos quodam modo in ipſo, & per ipſum filij dei naturaliter & ſecundum gratiam. Naturaliter quidem tanquam in ipſo & ſolo, per participationem verò & per gratiam & nos per ipſum in ſpiritu. Igitur ſicut eſſe vnigenitum in Chriſto factum eſt proprium humanitatis per hoc quod vnita eſt Verbo, iuxta diſpenſatiuam vnionem: ita eſſe fratrem in multis & eſſe primogenitum, proprium eſt verbo eo quod vnitum eſt carni. Igitur quum deus ſtabilis ſit nec cōuerſionem admittat, ſemper manſit id quod erat, etiam quando factus eſt homo, ſumma gloria & eminentia præ omnibus coronatus erat. Nam iuſſa eſt nobiſcum etiam illa ſummorum ſpirituū ſancta & beatiſſima multitudo illum adorare. Poterāt olim & valde meritò, humanitatis videntes paruitatē, tardiores ad colendum & adorandum eſſe, & ad glorificandum eum quem nobis ſimilē cognoſcebant, vt diſcedere viderentur quā longiſſimè ab errore. Inuiſibile enim eis erat adhuc in Chriſto ſacramentum, teuelauit autem ſpiritus eius, & ſanctificatos nō permiſit impie agere. Etenim dicit diuinus Paulus: quando H autem introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et Hebr.1. adorent eum omnes angeli dei. Etenim qui naturali proprietate toto orbe ſublimior eſt, & extra illum exiſtit, ſecundū quod intelligitur deus, ingreſſus eſt in hanc mundi partem apparēs vt homo. Veruntamen propter hoc à diuina gloria non excidit. Nam adoratur quidem vt vnigenitus, etiam ſi vocetur primogenitus, id quod manifeſtiſſime humanitatis menſuras maxime decet.

Num igitur tanquam hominem adorabimus Emmanuelem? abſit, deliramentum enim hoc eſſet, & deceptio ac error. Chriſtus nō adoratur vt homo. In hoc enim nihil differemus ab his, qui creaturam colunt vtra conditorem & factorem, qui ſcilicet mutauerunt veritatem in mendacium, ſecundum quod ſcriptum eſt. Quod ſi his fratres conſenſerimus, ſimiliter cum ipſis reprehendemur audiētes: Dicentes ſe eſſe ſapientes, infatuati ſunt, & mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis hominis & Rom.1. volatilium,

volatilium, & reptilium, & quadrupedum. An non & nos ipſi eadem quæ prædicti, facere & ſentire cenſebimur, Dei gloriā A in mendacium mutantes in ſimilitudine imaginis corruptibilis hominis, veluti homini puro & vni ex nobis Emanueli adorationem adaptabimus? cur autem & ipſa ſuperna angelorum multitudo, in hanc venientib. inſaniā non obſiſtit? Etenim huius erroris crimen tanquam non ſtultè factū etiam paganorum multitudini non opprobrabimus. Habet nimirū ineluibile priſcarum culparum detrimentum. Erratur enim opinor & nunc & nihil minus, quàm olim, & ignoratur via ad veritatem perducens: & ſuperfluè, vt apparet, beatus Paulus illos alloquitur, & dicit: Sed tunc quidem neſcientes Deum, Gal.4. ſeruiebatis his qui natura non ſunt Dij: nunc autem quum noueritis Deum, imò autem cogniti eſtis à Deo, quomodo iterum conuertimini ad infirma & nuda elementa, quibus iterum ſeruire vultis? Qualem enim adhuc deum nouerunt fideles niſi natura deus eſt Chriſtus in quem crediderunt, & ſi coluerunt hominem, priſtini erroris impliciti ſunt laqueis. An non eſt verum quod dico? Vtique verum eſt. Vide igitur rex Chriſtianiſſime quod neceſſariis ſyllogiſmis quaſi cogaB mur adorare Verbum quod ex patre natum, & in noſtra figura apparuit, tanquam Deum ſecundum naturam, quum duorum in vnitatem concurſus nihil habeat quod ſatis ſit ad obſcurandum, ita vt propter ſolius humanitatis ſuſpicionem offendamur. Natura enim Verbi quæ humanitatem ſuſcepit, non eſt nuda humanitas, ſed potius ſua gloria aſſumptam ſuperans ſeruatur in incorrupta diuinę celſitudinis permanentia. Hæc ſentiēres diſcipuli adorando dicebant: Verè dei filius es, quamuis incedentem videntes, & in noſtra carne. Etenim ſuper ſummas procellas ambulabat mirè vt Deus.

Dicet autem fortaſſis qui huic opinioni aduerſatur: Et quis Ioan.4. erat dicens ad mulierem in Samaria: Vos adoratis quod neEphe.4. ſcitis, nos adoramus, quod ſcimus. Et quomodo erit adorabilis, qui cum adorantib. numeratur? Reſponderim igitur, quod dicere, Quis erat de Chriſto, omnino indoctum & imperitum eſt. Nullo modo enim diuiſus eſt. Qui autem mulierem alloquebatur, vnus & ſolus erat dominus noſter Ieſus Chriſtus, ex adorante humanitate & adorabili deitate, verè in ſe habens C vt ſit & nominetur Deus ſimul & homo. Quemadmodum ſcilicet de ipſo & aliter quis diceret: Nam ſi Deus eſt, intelligatur ipſe gloriæ dominus: ſi autem factus eſt homo ſecundum gratiam quam accepit à deo, opus habet & gloria. Vnde & Ioan.17. dicit: Pater glorifica filium tuum. Sed vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, ſicut ſcriptum eſt. Igitur quemadmodū eſt vna fides qua in Chriſtum, & vnum verè baptiſma, quamuis baptizemus & credamus in patrem & filium & ſpiritū ſanctum: ſecundum eundem opinor modum & rationem, etiam vna adoratio eſt patris, & incarnati filij & ſpiritus ſancti. Nullo modo enim propterea vnigenitus excludetur, vt minus à nobis & ſanctis angelis adorari poſſit, quamuis factus ſit caro, & habitarit in nobis, appellatúſque ſit primogenitus in multis fratribus: aliquin, quomodo in illum credamus, indignum videre? Nam non dicerent, opinor, qui rectè ſapere volunt quod in ſolum credamus Verbum natum ex Deo patre, deſpoliantes illud carne. Neque iterum illud dicere præteribimus, dictum eſt enim: Non enim tanquam in vnum nobis ſimilem, neque etiam in hominem fides, ſed in Deum tendit na- D turalem, & verum in perſona Chriſti. Iuuabit autem hunc ſermonem etiam ſapiens Paulus, ſcribēs: Non enim nos ipſos prædicamus, ſed Chriſtum Ieſum dominum: nos vero ſeruos ve2.Cor.5. ſtros per Ieſum Chriſtum, quia Deus eſt qui dixit, vt ex tenebris lux oriatur, qui illuxit in cordibus noſtris ad illuminationē ſcientiæ gloriæ eius in perſona Ieſu Chriſti. Ecce enim manifeſte & euidenter illuminatio ſcientiæ dei & patris in perſona Chriſti effulſit. Vnde & dicebat: Qui videt me, videt & patrē. ego & pater vnum ſumus.

Diuinus autem character nō eſt corporalis, ſed in virtute & gloria Deo decentiſſima: hic autem erat fulgor in Chriſto, cognoſcíque & per hunc volebat, & per operum excellentiam in mentes auditorum veniebat, quum ipſum tacite viſa caro apud imprudentiores humilem oſtenderet. Dicit enim: Si non facio opera patris mei, non credite mihi. Si autem facio, etiam ſi mihi non credatis, operibus meis credite. Dixiſſe autem opinor Chriſtum, hoc quod tunc vtile erat noſſe. Quoniā enim arbitrabantur deum quidem non eſſe naturā eum, qui propter nos homo factus, ſed ſimpliciter hominem ſicut nos. nam hinc quidam ne fides in illum reciperetur, curabant, neceſſariò ad periculum & metum illum tollendum, fidem referebat in deitatis naturam, & quaſi in perſona patris, & non noſtræ humilitatis, dicebat: Qui credit in me non credit in me ſed in eum qui miſit me: qui videt me, videt eum qui miſit me. Nunquid autem non facile erat dicere? ô meorum ſermonum auditores, ne parua & humilia de me ſentiete: ſcitote autem quod qui fidē habetis, in me quem videtis, non ſimpliciter eritis credētes, ſed in ipſum patrem, per filium, qui per omnia æqualis & in nullo varius ab ipſo ſum, incarnatus autem propter vos, amicti humilem humanitatis mihi proprium feci, & quod etiam æqualis natura & opere illi ſum, & in identitate gloriæ omnino cum ipſo æqualiter me gero.

Diſcat autem quis; & aliter ipſum per fidem non excludi, ſed abſque omni diſtinctione & differentia recipi illam, quaſi in propria perſona, quamuis ſit factus homo: nam vt cæcum à natiuitate ſanauit, & inſolitum ei ac dulce lumen implantauit, meritò eum omnes admirabantur. Sed ille qui à morbo libe- Ioan.9. ratus, à Iudæis iudicabatur, & confitebatur medicum. Chriſtus autem illum inueniens dicebat: Tu credis in filium Dei? Illo verò clamante: Quis eſt domine, vt credam in illum? reſpondit ei dicens: Et vidiſti eum, & qui loquitur tibi, ille eſt. At ille dixit: Credo Domine, & adorauit eum. Quamuis quomodo non omnibus manifeſtum, quod diuina & ſumma natura omnino inuiſibilis? Deum enim nemo vidit vnquam, ſicut ſcriptum eſt. Igitur ſiquidem ſic diuiſeris ab eo humanitatem, quod iſtucipſum Verbum prodiens ex deo patre nudum & ſolum vis credi, cur non potius natura diuina exiſtimabitur Ioan.1. eſſe ea, quæ iuſſerit illū bene habere? Oſtendit autem corporaliter, vt & oculis præſens videretur. dicebat enim: & vidiſti eū, & qui loquitur tecum, ille eſt. An non carnem monſtraſſe dicemus? Et quomodo poſtea ipſe caro eſſet, niſi intelligatur ſecundum vnionem, quod exiſtat propria eius: quemadmodum ſcilicet in nobis fieret, ſi oſtenderet quis, non diuiſim neq; imperfectè hominem nobis ſimilem ex anima & corpore, etiam ſola carne oſtenſa.

Scripſit autem alicubi & ſapiens Ioannes nobis: Multa Ioan.20. quidem & alia ſigna fecit Ieſus coram diſcipulis ſuis, quæ non ſunt ſcripta in libro iſto. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quod Ieſus eſt Chriſtus filius dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Admiretur quis etiam ſimile quiddā quod diuinus Petrus Iudæis manifeſte locutus eſt: Principes populi & ſeniores, ſi nos hodie diiudicamur, ob beneficium homini infirmo exhibitum, in quo ille ſaluatus eſt. Notum ſit omnib. vobis, & omni populo Iſrael: quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni quem vos crucifixiſtis, quem deus ſuſcitauit ex mortuis in eo ille coram vobis ſanus aſtitit. Et poſt alia iterum: Et non eſt in vllo alio ſalus, neque eſt nomen aliud ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos, quod datum ſit in hominibus. Igitur quis eſt, qui & mortem ſubiit, & ſurrexit in gloria, & ex Nazareth, nili Chriſtus Ieſus, qui ante omne quidem ſeculum ineffabiliter ex Deo patre natus, in poſtremo & vltimo temporis articulo etiam corporaliter ex muliere? Vnde qui fidem in illum gerit, eximiam reportabit mercedem. Promiſit enim filius Dei: quotquot enim acceperunt illum, dedit eis, inquit, poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Vt enim eſſet primatum Coloſſ.1. gerens ipſe in omnibus, ſicut ſcriptum eſt, natus quidem eſt ex mulere. Quoniam autem eſt primitiæ, iis qui reformati ſunt per ſanctificationem cum Deo, & ante alios ipſe genitus mōſtratus eſt à ſpiritu abſque congreſſu viri & mulieris, nulla ignominia & reprehenſione condemnans naturam. Honorabiles enim nuptiæ ſunt, & qui formauit ab initio maſculum & fœminam fecit eos, ſed meliori & incomparabili excellentia humanitatem honeſtans. Voluit enim nos appellari genitos ex ſpiritu, non ex viris. Vnde etiam dicit: Ne vocetis patrem veſtrum ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter cœ- Matth.23. leſtis, vos autem omnes fratres eſtis. Vnde omnino irre-

prehensibile est credere in illum, imò appreciatum est in tan-
tum, vt delictorum vltra nulla sit memoria. Scribit enim hic
iterum eximius Paulus: Scientes autem, quod non iustificatur
Rom.3. homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in
Iesum Christum credidimus, vt iustificemur in illo.

Neutiquam autem grauabor id quod iamdudum dixi, repe-
tendo dicere, quod Iesus Christus non nudum & secundum se
ex Deo intelligitur Verbum, sed quando accepit humanitatē,
& inconfuse carni adiunctus est. Ita se habentem & visibilem,
& in nostra specie, sanctis apostolis ostendit pater, supernè de-
missa hac voce: Hic est filius meus in quo bene complacui, ip-
Matt.17. sum audite. Intelligis igitur, quomodo non in hoc, inquit filius
est, vt non seorsim, sicut alius ab alio, sed vnus intelligatur &
idem secundum opinionem dispensatiuam. Incongruum au-
tem, quod contradicitur etiam his, quæ Ioannes persuadet esse
1.Ioan.5. periculosa, sic scribens: Hoc est testimonium Dei quod testatus
est de filio suo: Qui credit in filium Dei, habet testimonium in
seipso: qui non credit Deo, mendacem facit illum, quia non
credit in testimonium, quod testatus est Deus de filio suo. Te-
stificatus autem est, quod hic qui in carne & in forma serui sin-
gulariter & proprie verè meus est filius. Et illam quoque per
sancti baptismatis nobilem gratiam, & in illo viuificationem, &
Dei participationem, per sanctificationem in spiritu, per Ie-
sum Christum factam esse dabimus necessariò. Memores enim
sumus Ioannis, dicentis: Qui post me venit, fortior me est, cu-
Matt.3. ius non sum dignus, vt calciamenta gestem, ipse vos baptizabit
spiritu sancto, & igni. Nunquid igitur, dic mihi, nostræ huma-
nitatis opus esse dicimus, in spiritu sancto baptizari, & igni? &
Baptizare in spiritu sancto. quomodo esset hoc? Insuper virum dicens, qui nondum affue-
rat, & videndus erat, ipsum dicit baptizare in igne & sancto spi-
ritu. Non quod alienum his, qui baptizantur, immittat spiritum
seruiliter, & vt minister, sed vt Deus secundum naturam, cum
Nota quod dicit, ex ipso & per ipsum, non contradicit enim Latinis. summa potestate. Quia ex ipso & per ipsum: per quem & diui-
nus nobis character imprimitur. Reformamur enim quodam-
modo ad imaginem diuinam, non corporalem sustinentes re-
formationem. Valde enim stultum est hoc putare, sed per hoc,
quod participes sumus sancti spiritus, etiam Christum in nobis
recipimus, ita vt gaudentes illud dicamus: Exultat anima mea
in Domino: induit enim me vestimento salutis, & tunica læti-
ciæ. Nam quotquot in Christum baptizati estis, Christum in-
duistis. Si autem quis accedens interrogauerit, nunquid in ho-
Rom.6. minem baptizati sumus? hócne esse dicemus verum? sed à no-
bis vicissim audiet: Parcius amice, quid facis tu? & spem nostram
deducis? Baptizati enim sumus non simpliciter in hominem,
sed in Deum hominem factum, & remittentem pœnas, & prio-
ra crimina his qui receperunt fidem in ipsum. Vnde diuinus
Petrus Iudæos alloquens, dixit: Pœnitentiam agite, & baptize-
Act.2. tur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissio-
nem peccatorum, & accipietis donum sancti spiritus. Sibi enim
addictum absoluens à peccatis, mox suo inungit spiritu, quem
ipsum quidem Verbum ex Deo patre & ex sua natura nobis
rescaturire facit. Communem autem quodammodo rem po-
nens in dispensatione cum carne, propter vnionem, & sicut ho-
mo, inspirabat corporaliter? Sufflauit enim in sanctos apostolos
Ioan.21. dicens: Accipite spiritum sanctum. Et non ex mensura dat spiri-
Ioan.3. tum secundum Ioannis vocem, sed ipse ex se immittit, quemad-
modum scilicet & pater. Vnde diuinus Paulus omnem in hoc
depellens diuersitatem, aliquando quidem spiritum deo & pa-
tri videtur tribuere, aliquando autem filio. Scribit autem sic: At
vos non estis in carne, sed in spiritu. siquidem spiritus Dei ha-
bitat in vobis. Si autem quis spiritum Christi nō habet, hic non
est eius. Si autem Christus est in vobis, corpus quidem mor-
tuum est propter peccatum, spiritus verò vita propter iusticiā.
Vnde congruit, quod & proprius sit spiritus Dei, & nihilomi-
nus Verbum, quod prodiit ex patre, non est solum: sed quam-
uis intelligatur homo sicut nos factum, non tamen destituitur
proprietatibus deitatis tanquam in propria natura relictū. Vn-
de & ipsum omnium existit vita, & viuificare dicitur nobiscum
propter ineffabilem natiuitatem ex viuente patre: attamen est
videre vbi tribuitur propriæ carni, diuinæ efficaciæ gloria, &
propria facit verbum ea quæ carnis etiam quodāmodo secun-
dum vnionem dispensatiuam, & quæ suæ naturæ adiecta. An
non maxime decere dicet quis Verbum, quod est ex Deo patre
secundum naturam desuper venire, & ex cœlo viuificare posse
E ea quibus immittere voluerit vitam? Cur autem creare, dic ob-
secro, diuino modo, concedat quis esse humanum? minime.
quomodo igitur? viuificat quidem nos vt Deus. Veruntamen
non in solo hoc quod particeps est spiritus sancti, sed & man-
ducabilem apponens assumptam carnem filij hominis. Dicebat
enim: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem fi- *Ioan.6.*
lij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in
vobis. Illudentibus autem ipsum Iudæis, & attentantibus ne-
scio quomodo beatum Moysen dicere meliorem. Dicebant
enim: Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scri-
ptum est: Panem de cœlo dedit eis ad manducandum. Quod
tu signum facis, vt credamus tibi? quid operaris? Sic supernè
nobis de cœlo deferens corpus, inquit: Amen amen dico vobis,
non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat
vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui descen-
dit de cœlo, & vitam dat mundo. Et adhæc iterum, quasi etiam
digito se demonstrans in corpore: Ego sum, inquit, panis, qui
de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in
F æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro vita mun-
di: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,
in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & e-
go viuo propter patrem: & qui manducat me, etiam ille viuet
propter me. Quamuis verum sit dicere, quod non descende-
rit quidem de cœlis caro, sed fuerit ex virgine secundum scri-
pturas. Non est autem esibile Verbum, sed in vnum ambo
colligens, secundum dispensatiuam vnionem, naturarum pro-
prietates innumeris à nobis videntur rationibus. Etenim Nico- *Ioan.3.*
demo non intelligenti sacramentum, & imperitè clamanti
quomodo possunt hæc fieri? Si terrena dixi vobis, inquit, & nō
creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Et nullus
ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis.
Quum autem Iudæi iterum æquali ruditate laborarent, &
nescio quomodo deridere vellent, quod dixisset se viuificum,
& proprium corpus de cœlo: Hoc vos scandalizat, inquit, si *Ioan.6.*
igitur videritis filium hominis ascendentem vbi prius erat. An
non dicimus natum esse ex muliere Emanuelem? Quò igitur
vbi prius erat, vel quomodo ascendit, vbi scilicet esse dicit il-
G lum? quamuis natum per sanctam virginem vnito sibi corpore.
An non & ociosam confitebimur fuisse terrenam carnem ad
hoc vt posset viuificare, quatenus pertinet ad propriam natu-
ram? Quomodo igitur, dic oro, viuificat caro? vel quomodo
intelligitur & ex cœlo esse quod de terra? secundum vnionem *Caro quomodo viuificat.*
scilicet cum viuente. & cœlesti verbo. Etenim sapiamus hic quę
valde recta, & sacris congruunt sermonibus. Sit enim non alius
& opifex diuino modo, etiam quando non absque carne in-
telligitur. Adstipulantem autem huic sermoni iterum adhi-
bebimus cœlestia sapientem & diuinum Paulum, qui sic scri-
psit: Gratias agentes Deo & patri, qui idoneos nos reddidit in *Coloss.1.*
partem sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos de pote-
state tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, in
quo habemus redemptionem, remissionémque peccatorum,
qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ,
quia in ipso condita sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terra,
visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue prin-
cipatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipsum condita
sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constituta sunt, &
H ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est primitiæ, primogenitus
ex mortuis, vt esset in omnibus ipse primatum gerens, quia in
ipso complacitum fuit omnem plenitudinem inhabitare, &
per illum conciliari omnia erga ipsum. Pacificatis autem iis quę
super terram, & his quæ in cœlis, per sanguinem crucis eius per
eundem. Ecce iterum manifeste dicit, per ipsum & in ipsum
condita sunt omnia, & etiam quod ante omnia sit, & quod o-
mnia constituta sint in ipso, & ipsum esse inquit, primogeni-
tum ex mortuis, qui pacificarit per sanguinem crucis suæ, ea
quæ in terris & quæ in cœlis. Et quis ille primogenitus mor-
tuorum, nisi Christus? Hoc est in carne & cum carne Verbum.
mortuum enim est nullo modo, quantum ad propriam natu-
ram attinet, Deus existens Verbū: neque intelligeretur vniuer-
sorum conditor, nobis similis existens homo, nisi condidisset
vt Deus, & nisi absque carne intelligatur post vnionem. Primo-
genitus autem & ex mortuis secundum quod apparuit homo,
non

non abiiciens hoc, quod est deus propter incarnationem. Vides
autem & alio loco spiritu sancto afflatos iidē sermonibus vti.
Nam Ioānes quidem inquit: In principio erat Verbum, & ver-
bum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in princi-
pio apud deum: omnia per ipsum facta sunt, sine ipso factū est
nihil. Paulus autem: Vnus est deus pater, ex quo omnia, & vnus
1.Cor.8. dominus Iesus Christus per quem omnia: sed siquidem esset a-
liquid quod mediaret, postquam vnitum est carni verbum, &
in diuersitatem separaret quodammodo in filiorum dualita-
tem, sicut quibusdam videtur: quomodo condita sunt omnia
per Iesum Christum, & etiam condita per ipsum omnia? Ita-
que manifestum est, quod quæ insunt natura & propriè verbo
ex deo patre, seruantur iterum ei etiam, quando apparuit ho-
mo. Igitur periculosum est audere diuidere. Vnus enim domi-
nus Iesus Christus, & per ipsum omnia condidit pater. Qua-
propter & conditor vt deus, & viuificus vt vita, humanè autem
& proprietatibus quę supra hominem, in vnum quoddam me-
dium compositus. Mediator enim est dei & hominum secun-
dum scripturas, natura quidem existens deus, & nō absque car-
ne: homo autem verè & non simpliciter sicut nos, sed existens
id quod erat, quamuis factus sit caro. Scriptum enim est, quod
Hebr.vlt. Iesus Christus hodie & heri, ipse & in secula. Nónne ex sancta
virgine natū esse dicimus & credimus, in nouissimis seculi tem-
Christus heri & hodie. poribus Emanuelem? & quomodo hoc non est verum? Porrò
quod dicit Heri & Hodie, ô Christianissime rex, tempus nobis
præsens & præteritum significat. Quomodo igitur idem erat
præterito tempore, quamuis secundum carnem nondum na-
tus sit. Itaque erat verbum in principio, & quodammodo ex
æterno & incōuertibili deo & patre prodiens, habénsq; & ipse
in propria natura perpetuitatem & immutabilitatem. Nūquid
nouitium & currens cum temporibus incarnationis nomen
Verbo datum Iesus Christus? id quod à nobis etiam pluribus
sermonibus ostensum est. Intelligis igitur quod Christum Ie-
sum non vniformiter vebum heri & hodie idem esse dicit, &
in secula. Quomodo haberet immutabilitatem, & in identita-
te durationem omnis natura, quæ motionem & præ aliis pro-
ductionem ex nihilo adesse & viuere ferat. Nunquid igitur scri
ptura sacra aberrauit à verò? & eum qui heri non fuit, prius fuis-
se dicit? Absit vt ego hoc dicam. Heri enim & hodie idem & in
secula Christus Iesus. Verbum autem antiquissimum & im-
mobile minime quidem negauerim, quamuis factum sit caro.
Opinabor autem secundum vnionem cum sua carne, tanquam
heri existentem, & præexistentem significasse ipsum iterum.
Quapropter abominabiles quidem erant deliri Iudæi, lapidare
ipsum tentantes, fide exclusa. Abhorrebant enim quum simi-
lis nobis videretur homo, dignitatem quæ super hominem de
se antiquissimam tribueret, dicens tanquam deus: Amen amen
dico vobis, priusquam Abraham fieret ego sum: quando & ad
Ioan.8. hoc dicebant illi: Quinquaginta annos nōdum habes, & Abra-
Ioan.1. ham vidisti. Dixit autē & Ioānes: Hic est de quo dixi vobis, post
me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Quam-
uis esse virum eum sciens, & nominās Emanuelem ante ipsum
& priorem fuisse, dicit serius genitum & post ipsum. Cæte-
rum dicet quis fortassis, ante ipsum & priorem fuisse, secūdum
gloriam. Itaque quemadmodum intelligere possum, non lon-
gus sermo, hoc etiā insyncere & stulte intelligi, docebit. Nam
si acceperimus ita priorem esse, vt præstantior sit in gloria ea-
dem ratione & posteriorem dicemus, in gloria significari secun
dum. Colligitur igitur quod Ioannis gloria necessario nobis mi
nor erit Christus, & ipsum sequatur. Dixit enim, Post me venit
vir. ô absurditatem. Nos sanè cognoscimus non sic habere in-
telligentes quod in prophetis scriptum: Quis in nubibus æqua-
Psal.88. bitur domino, similis erit domino in filiis dei? Itaque ipsi etiam
cum carne antiquitas vt deo secundum naturam vnito carni tri
buenda est, qui & suę naturæ bona proprio corpori communia
De appropriatione idiomatum. facere solet. Hoc autem sic habere disces, & bene dictum etiam
ex aliis statim testimoniis, siquidem volueris. Dixit enim alicubi
deus de Christo, qui ex semine Dauid secundum carnem per
Mich.5. vnum sanctum prophetam: Et tu Bethlehem domus Euphrata,
non minima es vt sis in millibus Iuda. ex te enim mihi egredie-
tur vt sit princeps in Israel, & exitus eius à principio à diebus se-
culi. Porrò de filiis Israel sanctissimus Paulus: Omnes in Mose
baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eundem spiritua-
lem cibum comederunt, & omnes eundem spiritualem bibe- *1.Cor.10.*
A runt potum: biberunt enim ex spirituali petra, quę sequebatur,
petra autē erat Christus. Itaque vide in Christo Iesu ostendi se-
cundum vnionem dispensatiuum, proprie verbi antiquitatem.
An non manifestus sermo? Bethlehem item illum vt hominem,
& ex muliere ab initio seculi exitus habere, & bene dicit. In prin
cipio enim erat, & ante omne seculum, incarnatum verbum, &
ipse erat petra sitiētem Israelem insperatis & inexpectatis ine-
brians fluentis: quamuis factus secūdum carnem & humanitā-
tem, in nouissimis seculi temporibus, & iniunctus à deo patre in
hunc mundum apostolus. Nominatus enim est nō alterius rei
gratia sed propter hoc, Christus: Christus autem erat petra se- *Χριστός.*
cundum Paulum. Confirmat autem hunc sermonem & sapiēs
Ioannes, tantum non & naturas congregans, & vim proprie-
tatum vtrique accidentium in vnitatem colligans. Vide enim
quid dicit: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus *1.Ioan.1.*
oculis nostris, quod spectauimus, quod manus nostræ contre-
ctauerunt, de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus &
testamur & annunciamus vobis vitam æternā, quæ scilicet erat
B apud patrem, & manifestata est nobis. Ecce eum qui erat ab
initio, visum manifeste dicit, pertulisseque tactum: clamat enim
Thomas: Dominus meus, & deus meus, contingens digito la- *Ioan.20.*
tus corporis & fixuras clauorum. Factos autem sanctos apo sto-
los, dicit & diuinus noster Lucas, ipsos spectatores & ministros
verbi. Factus enim est conspicuus, qui incorporeus erat: & pal- *Lucæ 1.*
pabilis, qui intangibilis: amictum non vulgarem habens, terre-
nam carnem, & proprium ipsam faciens templum, & cum ip-
sa, & in initio innotescit, vt Deus & dominus. Scripsisse au-
tem scio alicubi sacratissimum Paulum: Nullus enim nostrum *Roman.14.*
sibiipsi viuit, & nullus sibiipsi moritur. nam si viuimus, domino
viuimus: & si morimur, Domino morimur. Igitur siue viui-
mus, siue morimur domini sumus. In hoc enim Christus mor-
tuus est & reuixit, vt & mortuis & viuentibus dominaretur.
Itaque verè congruit, quod & dominus sit, & viuentium &
morientium, qui non ob aliam causam, quàm ob hanc solam
mortuus est & resurrexit. Quem igitur dicimus, quod subierit
quidem mortem & reuixerit? nónne filium? Vtique filium om-
nes consentiunt. Quid igitur dicemus? Vtrum mortuum sit, &
C corruptioni obnoxium, dei patris verbum, vel extra mortem &
corruptione superius vt vita? quamuis omnibus manifestum
quod morte superius sit vt vita. Et quomodo factū est in mor-
tuis, & liberum secundum scripturas? Non enim secundum se-
ipsum mortuum est verbum. Vnde dicimus quod mortua eius
carne ipsum hoc dicatur pati. Proinde non absque carne, sed po
tius cum ipsa & in ipsa dominationis suscepit gloriam, qui le-
ge carnis & natura nobis simili mortuus est & resurrexit. Nam
humana est passio, mori: diuinum autem opus, reuiuiscere: vt
per ambo significetur & nobis similis, & super nos vt Deus, &
vniuersorum factus videatur dominus, qui & ante carnem re-
gnabat cum suo patre. Ita ipsum agnoscens Nathanael dice- *Ioan.1.*
bat: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Et ipse discipulis *& 13.*
suis: Vos vocatis me, inquit, dominus & magister, & bene di-
citis, sum etenim. Opere quoque idipsum credi facit. Nam re-
mittit peccata, potestatem dedit contra immundos spiritus, ad
eiiciendos illos, & curandam omnem infirmitatem & omnem
contritionem in populo. In nomine enim Iesu Christi Nazare- *Acto.3.*
ni curatus est, qui pedibus claudicabat, & ad Speciosam por-
D tam sedebat, infirmitatemque diutinam deposuit, & fere inef-
fugibilem morbum effugit Æneas, ad quem diuinus dixit Pe- *Actor.9.*
trus: Curet te Iesus Christus.

Itaque vndequaque coacti ad veritatem, iuxta id quod sacris
scripturis videtur, incedere studentes, & patrum sequentes sen-
tentias, eum qui ex radice Iesse, qui ex semine Dauid, qui ex mu
liere secundum carnem, qui nobiscum sub lege vt homo, & su-
per nos, & super legem vt deus, qui propter nos & sicut nos no-
biscum inter mortuos, qui super nos propter seipsum viuificus
& vita, verè filium dei esse credimus. Neque spoliantes deitate
humanitatem, neque hac despoliantes Verbum post ineffabi-
lem & inenarrabilem vnionem: sed vnum & eundem confiten
tes Christum ex duabus rebus in vnum quoddā, quod ex duo-
bus ineffabiliter apparuit secūdum vnionem scilicet summam,
& non naturæ conuersionem. Quantum enim lucrum acce-
det his qui sic sentiunt, manifestat scribēs Christi diuinus disci-

pulus: Qui confitebitur, quod Iesus est filius dei, qui deus in ipso manet, & ipse in deo. Quod autem Iesus Christus, qui ex Dauid secundum carnem, secundum naturam sit vere filius dei, secundum quod factum est caro Verbum, & habitauit in nobis, obsignabit dicens sapiens Ioannes: Et scimus quod filius dei venit, & dedit nobis mẽtem, vt cognoscamus verum deum, & simus in vero filio eius Iesu Christo, qui est verus deus & vita æterna, per quem & cum quo, deo & patri gloria cum sancto & adorabili & viuifico spiritu in secula, Amen.

1. Ioan. 5.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI
Alexandrini ad Theodosium regem de recta fide libri, finis.

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, AD PIENTISSIMAS reginas de recta in Dominum nostrum Iesum Christum Fide, liber.

HAVD immeritò, pientissimæ & dei amãtissimę reginæ, vos sanctas & castiss. Christi sponsas dixerit quis, orbis totius celebre præconium, & sanctarum nostri omnium saluatoris ecclesiarũ gloriationem. Omnis enim variarum virtutum pulchritudo, diuinis oculis gratissima & notissima, in vobis radiat: exercitatio autem & studium strenuum vobis est vt fides recta sit, & nullo modo vacillans ornetur. Scribit autem alicubi sic Paulus sapientissimus vere nominatus & administrans gẽtibus sacramentum Christi: Atque ita fratres mei dilecti, firmi estote, immobiles, abundantes in opere domini semper. Nam vbi fides recta & irreprehensibilis cum bonorum operum honestate coniungitur, & æquo cursu admittitur, illic omnino fuerit in omni bono perfectio, & sanctificationis integritas. Igitur omnis sermo noster vestra nobilitate inferior est, & fatetur ingenue & absque rubore se victum. Esset autem venia, si laudare ea quorum dignitatem assequi nequit, reuereretur. At siquidem facultatem bene agendi habeat, accusetur autem quod multum cogitet infirmitatem, ac moras nectat, nemo ab ignauiæ criminibus liberaret. Quare enim eos quos, vt par erat, virtutum præconiis celebrare poterat, volens silere contristat? Si autem imbecillis est, & metuit, fateturque se victum, non in ipsum culpam referemus, sed in vos potius quæ tantis præclaris facinoribus illustres, facitis vt omnes etiam sermones ad orandum compositi, nihili sunt. Vestet enim regius sanguis longa serie temporum descendit, & propagabitur etiam in posterum, vt credimus. Ecce & valde sapienter confugientes ad regnum Christi, operam datis, vt quæ illi probantur, & sentiatis & faciatis: partim, vt dixi, operibus & irreprehensibili conspicuæ fide, & vestras & regum aulas virginitatis gloria decoratis, partim sumptuosissima Christo templa erigitis. Concessum enim & hoc est cum aliis ab ipso vestris animabus. Idcirco dicam aliquid ex sacris literis acceptum: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Itaque nota ea & promulgata etiã in omnibus ciuitatibus & regionibus, quasi imago quędam depictam habens pietatis in Christum pulchritudinem, vere refulsit, & in admiratione fuit. Operæprecium autem existimaui, vt vobis quæ ita omnibus bonis operibus deditæ, communicem aliquod spirituale donum, tanquam sanctis Christi sponsis, nempe nuper à me elaboratum libellum, qui non mediocrem, vt opinor, lectoribus allaturus est vtilitatem. Eos enim, qui non recte sentire edocti sunt, hoc est decepti, de omnium saluatore Christo, ad correctionem reducet, & bene instruet: alios autem, qui recta mente incedunt, & veritatis dogmatibus immorantur, securiores efficiet multis bonorum cogitatuum inuentionibus, & diuinæ scripturæ demonstrationibus. Addiscetur enim quod natura quidem & veritate Deus sit Emanuel, & per illum deipara & virgo pariens. Qui enim hoc dicere & sentire reueriti sunt, non intellexerunt, vt par est, profundum pietatis sacramentum. Opinor autem paucis dicendam esse apostolicam & euangelicam traditionem, quæ de Christo omnium Domino facta est, & adiungendum omnis diuinæ scripturæ de hoc scopum, & quónam spectet veriorum dogmatum virtus.

Philip. 4.

Symbolum

Credimus igitur in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et vnum Dominum Iesum Christum filium eius, genitum secundum naturam ex ipso ante omne seculum & tempus. Etenim est cum eo absque principio secundum tempus, & cœternus suo genitori, & cum ipso efusdem potestatis & gloriæ, & æqualitate per omnia coronatus. Character enim est & splendor substantię eius. Credimus autem similiter & in spiritum sanctum, non alium illum à diuina natura reputantes. Etenim est ex patre naturaliter, emanans per filium in creaturam. Intelligitur enim sic vna & consustantialis & in identitate gloriæ sancta, & adorabilis trinitas. Dicimus autem, quod Verbum vnigenitus dei ac patris ex substantia eius sit ineffabiliter genitus omnium seculorũ factor, per quem omnia, & in quo omnia, lux vera omnia viuificans natura. Vita enim apparuit tanquam ex vita patris. In nouissimis seculi temporibus patre comprobante, vt saluet humanum genus in maledictionem prolapsum, & per peccatum in mortem & corruptionem deductum, semen Abrahæ apprehendit secundum scripturas, & particeps factus est sanguinis & carnis, hoc est factus est homo, & carne accepta & propria ipsius facta, natus est carnaliter per sanctam & deiparã Mariam. Sed quamuis factus est nobis similis, & serui formam dispensatiue induerit, manfit tamen in naturali deitate & dominatione. Non enim cessauit esse deus, quamuis factus sit caro, hoc est nobis similis & homo. Vbi autem immutabilis secundum naturam vt deus, manens id quod erat semper, & est & erit, appellatus est filius hominis. Et quoniam descendit sponte in humanitatis mensuras, demisit enim se in exinanitionem: necessariò sustinuit & natiuitatem ex muliere, non accipiente vt esset principium diuina eius natura, quando secundum carnem natus esse dictus est, sed erat quidem & est, vt dixi, ex deo patre naturaliter, & verè verbum. Quoniam autem non homo simpliciter intelligitur sicut nos, qui ex sancta virgine natus, sed ipsum incarnatum verbum, & proprium habens corpus illius, propter hoc dicitur natum esse carnaliter, quia suæ carnis natiuitatem propriam sibi facit. Qui autem stulte dicunt sanctam virginem non esse deiparam, incidunt necessariò in hoc, vt duos dicant filios dei. Nam si non peperit carnaliter incarnatum deum sancta virgo, omnino necessariò, etiam si nolint, cogantur confiteri, quod communem genuerit hominem, qui nihil præstantius fuerit quàm nos. Et quomodo illi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur quod dominus Iesus Christus in gloria dei patris est? Quomodo ipsum adorabunt angeli, & summarum virtutum sancta multitudo? núquid cõmunem hominem nobiscum coluit etiam totum cœlum? Absit. Adoramus enim vt deum verum Emanuelem. Erit autem non aliter adorabilis, nisi credamus quod ipsum verbum, quod ex deo, quod ab omni creatura adoratur, caro factum sit secundum scripturas, non in carnem mutatum, sed ex sancta virgine carne accepta, vt dixi, etiam humanam nobiscum pertulerit natiuitatem, vt & homo factus pro nobis moreretur quidé vt homo, resurgeret autem diuina virtute, conculcato mortis imperio, ita vt possimus & nos quodãmodo in Christo vincere, & prævalere quidem peccato, exuere autem corruptionem & effugere mortẽ, & ita dicendum est gratulando Christo: Vbi est victoria tua mors? vbi stimulus tuus inferne? Nam quẽadmodum in Adam cecidimus, ita viuimus in Christo. Si autem Emanuel communis homo fuisset, quomodo vtilis fuisset hominis mors? quamuis multi mortui

apostolorũ.

Hebr. 2.

1. Cor. 15.

ti mortui fuerint sancti prophetæ, Abraham ille celebris, Isaac & Iacob, Moyses & Samuel, & cæteri sancti, nihil tamen profuit humano generi illorum mors. Saluauit autem mors Christi. Obtulit enim suam carnem pro nobis, & dans seipsum morti propter nos, omnes à mortis eripuit vinculis. Sufficiens enim fuit vnus pro omnibus moriens, qui dignissimus erat omnium: quia & natura Deus Verbum ex patre est, & proprium eius corpus fuit quod pro nobis in odorem suauitatis Deo & patri oblatum est. Igitur impium & absurdissimum est vnum Dominum Iesum Christum secare in duos filios. Opponit autem se illis & sapientissimus Paulus sic dicens: Vnus Dominus, vnum baptisma, vna fides. Si enim vnus est Dominus, & secant vnum in duos filios, cui dominationis gloriam attribuemus? nunquid verbo ex patre nato? illi enim maxime congruit dominationis nomen, & res: vere enim est Dominus omnium, iam vbi nam alium ponemus? alius enim erit à dominatione, cedens ei qui prius extitit & incomparabiliter superexaltatus est. Sed vt ipsi dicunt, ei qui ex muliere, dominationis adaptabimus gloriam. Et quomodo erit Dominus Verbum ex Deo patre, si quidem quum vnus sit Dominus secundum scripturas, homini nudo dominationis nomen concedimus? Quomodo autem & vna fides? Vel quomodo vnum baptisma? Si enim duo filij sunt, secundum quosdam, in vtrum credimus? opus ruditatis illorum esset dicere, quod in eum, in cuius nomen baptisati sumus, quum vnum sit baptisma. At videt omnino vestra solertia ebrium in hoc sermonem, fœdum, imò ad extremam impietatem propendentem. Opinor enim vos diuinum Christi sacramentum diligenter cognouisse, & acuto mentis oculo perspicere eos qui decipere volunt, & personam pietatis suis sermonibus affingunt, qui tamen quouis iaculo penetratiores sint. Etenim negant quidem, si veritas dicatur, eum qui ipsos redemit dominum, hoc est, Christum: timentes verò eorum qui pie sentire solent offendicula & admirabilem zelum: confitentur quod & Deus sit, qui ex sancta virgine natus est: atque etiam quod & dominus & filius Dei. Et siquidẽ quis simplicium illorum receperit sermones, existimabit quod verisimile est, recta & vera dicere quæ à veritatis dogmatibus non abludant. At si quis voluerit inuestigare diligenter, & examinare dicta illorum, non simplicia inueniet. Nam sunt quidem dij multi, & Domini multi in cœlo & in terra, sicut scribit nobis beatus Paulus: sed nobis vnus est Deus pater ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Veruntamen quando Iesum Christum nominamus ex Deo patre Verbum in humana forma apparentem, significamus habentem non vt donum gratiæ, & aduentiam ac externam dignitatem, sed existentem vere id quod creditur: Deus enim existens natura etiam absque carne, Deus manfit & cum carne: & filius existens, natura etiam ante carnem, manfit filius etiam quando factus est caro: & Dominus existens verè vniuersorum, in hoc iterum videtur ordine, etiam in humanitate factus. Itaque si Deum verum esse dicunt, eum qui ex sancta virgine genitus est, hoc est Verbum ex Deo patre secundum naturam vnitũ carni, quare metuunt confiteri quod Dei genitrix est sancta virgo? sed mẽs illorum est simulare quidem, & dicere: Profecto & Deus est & Dominus, & considet cum patre, sed in veritate non ita sentiunt. Dicunt autem quod in partem gratiæ & in prouectu ei qui natus est ex sancta virgine, communi & nobis simili homini, datam esse filiationis & dominationis gloriam.

Ephes. 4.

Hæretici fingunt se recte sentire.

1. Cor. 8.

Quod igitur vox Deipara etiam familiaris fuerit sanctis patribus qui ante nos fuerunt, & qui ob rectam fidem admirabiles sunt, etiam in posterum, apud omnem, vt ita dicatur, regionem quæ sub cœlo est, operæprecium esse arbitror vt verum ostendam. Vt enim non videar simpliciter & inexquisite asserere quod in mentem venit, ex libris quos illi fecerunt in vtilitatem ecclesiarum congestos, & propositos in demonstrationem, obsignabo sermonum meorum veritatem. Dixit igitur verè beatus & pietate celebris Athanasius, qui olim Alexandrinus fuit episcopus, in libro de incarnatione Christi, in hæc verba: Confitemur enim, inquit, etiam esse ipsum filium Dei & Deum secundum spiritum, filium hominis secundum carnem: non duas naturas, vnum filium, vnam quæ adoratur, & vnam quæ non adoratur: sed vnam naturam Dei Verbi incarnatam & adorabilem cum carne sua vna adoratione: neque duos filios, alium quidem filium dei verum, & qui adoratur, alium autem ex Maria qui non adoratur, secundum gratiam Dei filium factum, sicut & homines: sed sicut dixi, ex Deo vnum filium Dei, & Deum ipsum & non alium, etiam ex Maria genitum esse secundum carnem in nouissimis temporibus, sicut angelus deiparæ Mariæ dicẽti: Quomodo hoc erit, quia virum non cognosco? aiebat: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideo & quod nascitur sanctum vocabitur filius Dei. Ea propter natus ex sancta virgine filius dei natura, & verus deus, & non gratia & mediatione secundum carnem solum, quæ ex Maria homo, secundum autem spiritum ipse filius Dei & Deus. Passus quidem est secundum carnem, nostras passiones, sicut scriptum est, Christo passo pro nobis carne. Et iterum: Qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Impassibilis autem manens & immutabilis secundum deitatem, iuxta id quod dicitur à prepheta: Ego Deus, & non sum mutatus. Moriens quidem nostra morte secundum carnem pro peccatis nostris, vt mortem auferret, per quã mortem pro nobis, iuxta Apostolum dicentem: Absorpta est mors in victoria. Vbi tua mors victoria? Vbi aculeus tuus inferne? Et iterum: Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas. Immortalis autem & inuictus morti manens, propter deitatem tanquam impassibilis potentia patris, secundum Petrum dicentẽ: Non enim erat possibile ipsum deteneri à morte.

1. Pet. 4.
Rom. 5.
Malach. 3.
1. Cor. 15.
Act. 2.

Et interiectis quibusdam sic adducit: Si autem quis præter hæc ex diuinis scripturis alium docet esse filium Dei, & alium qui ex Maria adoptatus est in filium sicut nos ita vt sint duo filij, vnus secundum carnem filius Dei, nempe is qui ex Deo: & alter secundum gratiam, nempe qui ex Maria homo: Vel si quis Domini nostri carnem supernè dicat, & non ex Maria virgine: Vel conuersam diuinitatem in carnem: Vel confusam, vel immutatam, vel passibilem Domini deitatem: Vel inadorabilem Domini nostri carnem vt hominis: hunc anathematizat sancta & catholica ecclesia, obtemperans in hoc diuino apostolo dicenti: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Et hæc quidem beatus Athanasius: opinor autem & aliorum sanctorum episcoporum voces eundem sensum habentes apponendas.

Gal. 1.

Athanasij sententia.

θεότοκος.

Hodie Christus Dominus humanitatis natiuitatem suscepit. Nam iuxta eam quæ diuinæ dignitatis est, prius extitit. Et iterum addit illis: Verbum quod homines amabat exinanitur, quũ natura non sit exinanibile. Seipsum enim exinaniuit forma serui accepta. Is qui absque carne est, propter nos caro factus est. Verbum enim caro factum est, Qui tactui non subiacet, vtpote natura incorporeus, palpatur. Qui sine principio, sub principio fit corporali. Qui perfectus, crescit. Qui inconuertibilis, proficit. Qui dines, in diuersorio nascitur. Qui circundat cœlum nubibus, fasciis inuoluitur. Qui rex, in præsepio deponitur. Quem heri immaculatis parturitionibus parturiebat salutem nobis Maria vitæ genitrix, pulchritudinis mater, maximipara, lucifera, virgo mater, Veritas cognita est, gratia venit, & vita apparuit, Dei existens filius: qui ex Deo Verbum, caro factus est propter nos, vt mortales in vitam æternam resuscitet, & ex mortuis excitet. Qui factor vniuersorum, qui ante omnem creaturam visibilium & inuisibilium cum solo patre & spiritu existens immortalis, ecce hodie nobis ex virgine nascitur absque omni peccato sine homine, hoc est viro. Si autem ipse Deus natura existens, vtpote vnigenitus Dei filius in assumptione formæ serui factus, dignatus est vocari etiam primogenitus filius sanctæ virginis, & semetipsum redemptionem pro omnibus dedit. Addit autem illis: Iam enim ostendi impietatem in quam Arriani incidunt dicentes, opus habuisse deiparam Mariam sacrificiis quæ secundum legem pro mulieribus quæ pepererant offerebantur. Pro sole autem, inquit, solẽ iusticiæ, incircũscripto modo recepit, & ne interrogaris quomodo? Vbi enim deus vult, ibi naturæ vincitur ordo. Voluit enim, potuit, descẽdit, seruauit omnia deo conuenientia. Hodie ille qui est, nascitur, & ille qui est, fit id quod non erat. Existens enim deus fit homo, non cessans esse Deus. Neque enim homo factus est sic quod à deitate recesserit, neque secundum profectum ex homine factus est Deus: sed Verbum existens propter impassibilitatem caro factus est immutabili manente natura.

Et præterea addit: Qui super thronum excelsum & sublimem sedet, in præsepio nascitur: qui impalpabilis & simplex, & incorporeus, humanis manib⁹ capitur: qui peccati disrumpit vincula fasciis illigatur: qui natus est supernè ex patre Verbum ineffabiliter, indicibiliter, incomprehense, & sempiternè, idem in tempore nascitur infra ex virgine Maria, vt ij qui prius infra nati, supernè nascantur secundo, hoc est ex Deo, Insuper & de dispensatione saluatoris secundum carnem credimus, manente Verbo Dei immutabili & inconuertibili, incarnationem factam esse ad renouationem humanitatis. Filius enim verè existens Dei, secundum æternam ex Deo natiuitatem factus est filius hominis secundum natiuitatem ex virgine, & est vnus idem perfectus filius secundum deitatem, & consubstantialis patri, & perfectus homo idem secundum natiuitatem ex virgine, & consubstantialis hominibus secundum carnem. Si quis autem de cœlo dicat corpus habere Christum, vel consubstantialem Deo carnem, anathema sit. Si quis non confitetur carnem Domini ex sancta virgine, & hominibus consubstantialem, anathema sit. Si quis Dominum nostrum & saluatorem, qui ex spiritu sancto & Maria virgine natus secundum carnem, inanimatum esse dicit, vel sine mente, vel sine ratione, vel sine sensu, anathema sit. Si quis separat & distinguit Dominum nostrum & saluatorem, & dicit alium quidem esse filium Deum Verbum, & alium assumptum hominem, & non confitetur vnum & eundem, anathema sit, vt non solo verbo, sed & virtute, Deus verus apparuisse credatur, qui factorũ magnificentia seipsum certissime declararit. Nam quum perfectus sit Deus, & perfecte homo factus, neque humanam similitudinem reliquit, hoc solo excepto, quod immunis fuit à peccato. Etenim infans natus Emanuel dicitur. Magis aduenientibus & adorandum ac Deum esse eum qui apparuit clamantibus: qui carne & crucifixus solis repressit radios, & nouo miraculo suam manifestans deitatem nullibi seipsum dispergens, vel dissoluẽs in duos saluatores. Quin & discipulis dicebat: Ne vocetis magistrum super terram, vnus enim est magister vester Christus. Non enim quando hoc apostolis præcipiebat, à corpore quod videbatur, suam segregabat deitatem. Neq; quando Christum se testabatur esse, ab anima & corpore segregabatur, ita vtrunque existebat Deus & homo, seruus qui videbatur, & Deus qui cognoscebatur. Fastigium quidem deitatis occultans humili sensui incarnationis, humilitatem autem corporis quod videbatur, efficacia deitatis extollebat.

Incarnatio Christi ad renouationẽ humanitatis.

Caro Christi nostræ consubstantialis.

Matt. 23.

Prou. 9.

Itaque non esset difficile etiam multa alia vera testimonia afferre, sed transeo sciens esse scriptum: Da sapienti occasionem, & sapientior erit, notum fac iusto, & addet vt accipiat. Veruntamen illud dico, ecce omnes optimi & sapientes, qui olim fuere patres, Deiparam nominant sanctam virginem, vnitúmque secundum naturam carni afferentes dei Verbum, in vterum factum esse dicunt virgineo, & ex ipso processisse secundum carnem, quamuis sine principio & ante omne seculum & tempus habuerit natiuitatem ex patre. Quoniam autem verisimile est in prolixioribus versuum compositionibus qui sequũtur, mentem negligentiorem fieri magis, quàm dum videt paucis in compendio dilucidam dogmatum de Christo pulchritudinem collecta seorsim sententiarum, vt sic dicam, corda ex diuina & noua scriptura, misi vestræ in Deo pietati. Quod si seorsim legentes ipsæ vestram mentem erudieritis, & veritate illustraueritis, quibuscunque volueritis profuturæ estis, apostolis gloriationibus, vestra redimitæ capita. Diues enim valde in hoc merces erit. Scriptum est enim: Qui conuerterit peccatorem de errore viæ suæ, saluabit animam eius de morte, & operiet multitudinem peccatorum. In his autem sententiarum inuentionibus, hoc est conclusionibus, quando dicimus Deus igitur Christus, hoc est, vnus igitur filius & dominus Christus: non hoc dicimus, quod illi, Deum secundum gratiam, vel filium, vel Dominum nominatum esse Emanuelem, vel ex profectu, vel ex incremẽto ad hanc gloriam venisse, quasi vnum nobis similem & communem, sanctificatúmque hominem: sed illud potius, quod Deus existens Verbum, & demittens se in exinanitionem, & in formam serui descendens, non minus verè Deus, & natura vniuersorum Dominus sit solus & propriè filius, cui & nos configurati secundum gratiam, per ipsum, ad adoptionis filiorum gloriam ascendimus.

Corda sententiarum.

Isa. 5.

Nomen autem Christus, nescio quomodo nonnulli asserãt, cõgruere proprie, & seorsim, & extra carnem Verbo quod est & intelligitur natum ex Deo, congruere item & ipsi ex sancta virgine nato, etiamsi intelligatur existere seorsim, & per se, & tertio congruere ambobus vt vni, coniunctione Verbi, sicut ipsi dicunt, in vnam eandem personam colligantis. Vnitatis enim secundum naturam & veræ nulla ipsis ratio, quamuis hanc habeant sacramenti viam rectam, & minime erroneam: & hęc consideratio eorum non simplex est, sed amaritudine & errore referta. Nam quoniam diuina scriptura Christum nominans, omnia ipsi tribuit diuina. Scit enim in humana forma apparuisse, & incarnatum esse Dei verbum. At illorum qui alia præter hæc sapere voluerint, mens est communem hominem ostendere, qui ex muliere, per incrementum, vt dixi, & quasi ex propria & humana virtute dignum se exhibuerit vt coleretur, & connexione personarum quæ cum verbo ex Deo, etiam electus fieret iuxta prædestinationem: illud dicunt, quod nomen Christi congruat & soli, & seorsim, & per se Verbo quod existit & intelligitur ex Deo patre genitum. Nos autem sic loqui vel sapere non didicimus. Quando enim Verbum caro factum est, tunc & nominatum esse dicimus ipsum Christum Iesum. Nam quoniam vnctus est oleo exultationis, hoc est sancto spiritu à Deo & patre, idcirco Christus nominatur. Cæterum quod vnctio sit secundum humanitatem, nemo qui recte sapere solet, dubitarit. Nam si Deus est Verbum, non opus habet vnctione. Nõ enim dixerit quis vnctum & sanctificatum esse Dei Verbum suo spiritu, quasi alius ab ipso natura superior & excellentior. Nam absque omni controuersia, minus à maiore benedicitur. Quoniam autem humanitatis mensuræ conuenit sanctificari & vngi, omnino necessarium Christum nominari Verbum, quod ex Deo, non quando adhuc nudum erat & nondum incarnatum, sed quando factum est sicut nos, hoc est homo, vnctum est secundum humanitatem: atque ita nomen Christus nullo modo conuenit Verbo ex Deo patre nato. Si autem nominaretur alicubi Christus, incarnatum mihi intelligas illum, etiamsi sermonem audias peracta iam incarnatione, & non fiat vnitæ carnis mentio: seorsim verò & illi hanc vocem congruere opinari, omnino stultum foret, imò impium vel sentire, vel dicere. Vnus enim Dominus Iesus Christus, & non diuisus est, sicut inquit & ipse sapientissimus Paulus, qui Christum in se habebat diuina loquentem sacramenta. Cæterum ex sequentibus capitulis inuenietis rectum & ad veritatem elaboratum sermonem. Opinor autem vtile, vt & hoc protester. Nam sicut est in deitate perfectum ex Deo patre Verbum, ita & in humanitate perfectum iuxta humanitatis rationem: nec inanimatum corpus accepit, sed animatum anima rationali. Demum vniuersorum Deus, qui diligentibus se cœlitus bona distribuit, dignetur vestras animas implere suis donis, vt ascendentes in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vitam agatis nobilem, & gloriosam atque admirabilem, sanctæ Christi sponsæ.

Christus quando sic appellatus.

Quod Deus sit Christus, vnione cum Deo Verbo templi assumpti, & ad eius gloriam ascendentis, ex apostolicis. Ex catholicis sententiæ exceptæ in idem. Ex Euangelicis sententiæ in idem.

Quod vitã & viuificus Christus, ex his quæ à Paulo apostolo in apostolicis posita sunt, inuenies.

Quod fides in Christum quasi in Deum, ex catholicis & Euangelicis.

Quod vita & propitiatorium sit Christus, diuersæ excerptiones.

Quod Christi mors mundo salutaris, ex apostolicis & Euangelicis excerptiones.

QVOD DEVS SIT CHRISTVS VNIONE CVM DEO VERbo templi, & assumpti ad gloriam eius ascendentis.

AD ROMANOS.

Paulus

Rom. 1.

PAulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod antea promissum erat per prophetas eius in scripturis sanctis de filio eius qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnem, qui declaratus est filius dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.) Itaque siquidem est Euangelium dei, prædicatio Christi, quomodo non deus Christus? & si omnis prophetiæ finis in illum spectat, & filium dei prædicãt scripturæ eum, qui ex semine Dauid, tametsi definitus esse dicatur secundum spiritum sanctificationis propter incarnationis mysterium, quomodo non filius verè testimonium habẽs per resurrectionem ex mortuis? excitatus enim est nõ communis homo sicut nos, sed vt morte superior, secundum quod vita est ac deus.

De his qui adorant creaturam præter creatorem dicit: Propterea quod cognitum deum, non vt deum glorificauerunt, vel gratias egerunt, sed infatuati sunt in cogitationibus suis, & obtenebratum est insipiens cor eorum. Sapientes se esse dixerunt, & infatuati sunt.) Scribit Paulus his qui ex gentibus vocati sunt, hoc est nobis, nunc autem quum cognouerimus deũ, imò cogniti à deo. Quem igitur cognouerunt per fidem? nõne omnino Christum Iesum? Igitur si quidem vt deum cognouimus, & vt Deum glorificauimus, verè illustrati sumus: si autẽ mutauimus eius gloriam, infatuamur & nos in cognitionibus nostris. Si enim omnino credimus in illum, vt in deum credimus. Vel oportebit semper & omnino confiteri, quod adhuc in laqueis pristini erroris irretiamur, communi homini fidem exhibentes: at hoc verum non est.

Et sicut non probauerunt deum habere in noticia, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, vt facerent quæ non cõueniebat. Si Christum agnouimus vt deum, gloriam eius ne reprobemus, dicentes communem esse hominem. Si autem hoc propter rudiratem facere ausi fuerimus, omnino ibimus simul cum aliis in reprobam mentem.

Iac. 4.

Psal. 47.

Secundum autem duritiem tuam & cor impœnitẽs thesaurizas tibiipsi iram in die iudicij, & reuelationis, & iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua.) Beatus Paulus dicit nos omnes oportere manifestari ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque quod in corpore suo operatus est, siue bonum, siue malum. Dicit autem quidam alius sanctus apostolus: Vnus est legislator & iudex. Psallit etiam ipse Dauid: Quoniam deus ipse iudex est. Quando igitur iustum iudicium dei dicit esse sententiam, quam vnicuique pro diuino tribunali Christus pronunciabit, statuemur enim ante tribunal eius, & non tanquam legislatoris & iudicis nobis similis, sed dei, quomodo non deus Christus?

Rom. 3.

Nam per legem cognitio peccati, nunc autem absque lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes credentes.) Absque lege iustitiam quã & à sanctis prophetis testificatã esse inquit, eam dicit esse per fidem in Christum Iesum: & quomodo non deus, qui iustificat credentes quod scilicet sit deus verè? Vide enim in hoc fidei terminum & testificantib. sanctis prophetis, fidei in Christum: quis audet dicere ipsum non esse deũ propter humanitatem, hoc est quando Verbum caro factum est?

Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem in Christo Iesu.) Si peccatum facit nos indigere gloria dei, quod nescierit peccatum, scriptum est & de Christo, quia peccatum non fecit. Et ita nos qui peccamus, gloria dei indigemus. Deus vtiq; est, & cum carne Verbum. Non enim fecit peccatum.

Exod. 20.

Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit, sed legem statuimus.) Lex Moysi deum vnum adorate docuit Israelitas: Dominus enim, inquit, Deus tuus, Dominus vnus est. Et ipse deus alloquebatur eos, dicens: Non erunt tibi dij alij præter me. Nunquid fides quæ est in Christum vocatos in hoc mutauit, vt non vnum secundum naturam deum adoremus? Vtique irritam faceremus legem, quæ vni verè deo adorationem affert. Absit, inquit, sed legem statuimus. Igitur vt deum accedimus Christum, ne accusemur tanquam soluentes legem.

Rom. 4.

De Abraham dicit: Pro eo quod credidit deo, qui vitæ restituit mortuos, & vocat ea quæ non sunt tanquam sunt.) Igitur quando viuificare posse mortuos, non alteri quàm soli & naturali deo congruit viuificat autem Christus per propriam carnem mortuos, tangens & resuscitans eos, quomodo non deus verè, & qui aliis dat potestatem excitandi mortuos in nomine suo?

Rom. 7.

Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi vt iungeremini alteri ex mortuis suscitato, vt fructum afferamus deo.) Mortificamur legi cessantes à cultu eius. Iungimur autem alteri ex mortuis suscitato, hoc est Christo, eius oraculis euangelicis obtemperare studentes, vt fructificemus Deo. Caput autem euangelicorum præceptorum est fides in illum, & hic noster fructus qui affertur Christo & Deo. Itaque Deus est qui ex mortuis resurrexit, quia Verbum caro factum fuit.

Rom. 8.

Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in vobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Porrò si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita propter iustitiam. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum ex mortuis habitat in vobis, is qui excitauit Christum ex mortuis viuificabit & mortalia corpora vestra propter ipsius spiritum inhabitantẽ in vobis.) Ecce manifeste dei spiritus dicitur Christi: sed siquidẽ est homo seorsim positus, solum in se Dei verbum inhabitans, habẽs quomodo eius spiritus diuinus dicitur? sed quũ proprius eius spiritus sit, deus vtique est, & non aliter res habet, non enim in homine factum est dei Verbum, sed factum est homo verè, cum hoc quod mansit deus. Sic enim intelligitur Christi spiritus, esse spiritus patris.

Etenim quicunque spiritu dei aguntur, ij filij dei sunt. Nõ enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorẽ, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba pater.) Beatus Paulus scribit: quod autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Igitur si in spiritu filij fiduciam habemus inuocandi patrem Deum, vtpote qui accepimus spiritum filij secundum naturam, & verè filij sumus: quomodo non Deus Christus, non secundum quod intelligitur nobis similis homo solum, sed secundum quod Verbum caro factum est, & particeps fuit similiter nobiscum carnis & sanguinis?

Deut. 6.

Quis nos separabit à charitate dei, tribulatio vel angustia? vel persecutio? vel fames? vel nuditas? vel periculum? vel gladius?) Lex Mosi dicebat, & mandatum faciebat: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua? quando igitur dilectionem, quæ Deo congruentissima, ex tota & summa fortitudine, etiã vsque ad animam & sanguinem, ipsi Christo offerimus: quis dicere audet quod non sit deus? nullo modo enim aberrauit sanctorum mens.

Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neq; instantia, neque futura, neq; altitudo, neque profunditas, neque vlla alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.) Si nihil omnino nos separare poterit à dilectione Dei, sit autem hæc à nobis in Christo Iesu, quomodo non Deus euidenter Christus? quandoquidem ipsum diligentes, vniuersorum diligimus deum. Hæc à nobis exigitur dilectio. Christum autem dicens, Dei verbum incarnatum significo.

Rom. 14.

Psal. 49.

Omnes enim statuemur ad tribunal Iesu Christi.) Statuemur enim Christo. Nã sedebit super thronum gloriæ, suę iudicans orbem in iusticia. Quamuis Dauid dicat, quod deus iudex est. Igitur Deus est Christus.

Rom. 15.

Audacius scripsi vobis ex parte, veluti commonefaciens vos propter gratiam quę mihi data est à deo, vt sim minister Iesu Christi, in gentes administrans euangelium Dei, vt sit oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto.) Quibus sanctum ministerium concreditũ est, ij deo ministrant soli. Sacerdotes enim non hominib. constituti sunt: ecce idcirco

Diuinus Paulus datam inquit sibi esse gratiam à deo, vt esset ministerIesu Christi, & administraret in gentibus euangelium Christi. Igitur deus Christus, si Christum prædicans, gentibus dei euangelium ministrare illis dicit, vt suscipiantur sanctificati in spiritu.

Habeo igitur quod glorier in Iesu Christo in his quę ad deũ pertinent. Non enim ausim loqui aliquid eorum quæ non operatus est per me Christus, in obedientiam gentium, verbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorum, in virtute spiritus Dei, vt à Hierusalem & circumiacentibus regionibus vsque ad Illyricum impleuerim euangelium dei.)
In Christo Iesu gloriam dicit se habere, quod glorietur in his quæ ad deum. Quod autem non humanum etiam in virtute spiritus, in sanctis apostolis operari posse Christum mirabilia, quomodo dubitaretur? Nam quemadmodũ vnusquisq; ex nobis in virtute sua, spiritu vtens, operatur mirabilia per sanctorum manum: & quomodo non est deus cuius proprius spiritus sanctus.

Salutant vos omnes ecclesiæ Christi.) Quamuis dicat in aliis Timotheo scribens, vt scias quomodo oporteat in domo
Rom.16. 1.Timot.3. Dei conuersari. Si autem Christi ecclesias nouit, & testatus est, deus vtique est Christus.

Deus autem pacis conteret Satanã sub pedes vestros breui.) Quum deus dicatur esse pacis, dicit enim Christus sanctis
Ioan.14. apostolis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: & quomodo non deus verè pacis dator, & dignis illam vt suum bonum dans?

Ex priore ad Corinthios.

1.Cor.1. PAulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater ecclesiæ dei.) Obserua quod de Romanis supra dixit, Salutant vos ecclesiæ omnes Christi: Corinthios per epistolam scribens dei ecclesiam esse dicit.

1.Cor.2. Dico autem hoc, quod vnusquisque vestrũm dicit: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego verò Cephe ego verò Christi, diuisus ne est Christus? Num Paulus crucifixus est pro vobis, vel in nomine Pauli baptizati estis?) Igitur si non est diuisus Christus, omnia ipsius sunt, & omnes G ipsius: & si ipse crucifixus est pro nobis, & in nomine eius baptizati sumus, ipsi scilicet debitores facti sumus, non autem hominis alicuius, qui nobis similis est, sed dei. Deus ergo Christus apud nos.

Quandoquidem & Iudæi signum postulant, & Græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem offendiculum, Græcis autem stultitiam.) An non omnes confitebuntur, quod euangelij prædicatio totius mundi homines ad veram dei cognitionem vocet: & quomodo vel quando de hoc dubitabitur? quomodo igitur prædicabunt doctores Christum crucifixum? nunquid sicut vnum qui mortem in cruce tulit sicut nos? & futura erit fides mundi in hominem? absit. Credimus autem deo viuo & vero. Deum igitur nouit Christum crucifixum, & mundo prædicat bona fiducia quod non fallatur.

1.Cor.2. Et ego quum venirem ad vos fratres, non veniebam cum eminentia sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimoniũ dei. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & illum crucifixum.) Deus igitur est, qui crucem H propter nos sustinuit Iesus Christus, cuius etiam testimonium non in eminentia sermonis & sapientiæ mũdanæ annunciatur mundo per sanctos apostolos, sed tanquam in virtute spiritus.

1.Cor.2. Sapientiam autem loquimur in perfectis, sapientiam verò non huius seculi, neque principum seculi huius, qui abolẽtur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam præfiniuit deus ante secula in gloriam nostram, quam nullus principum huius seculi cognouit. si enim cognououissent, vtique dominum gloriæ non crucifixissent.) Si dei sapientia mysteriũ Christi & mundo prædicatur, & deus non est verè sicut quibusdam, nescio quomodo, videtur, & in ipsum est fides, quomodo sublime est mysterium, si verè homines à dei cognitione abducit, & mũdum, hominis cultum docet? sed hoc non est verum. Sublime verò mysterium est quod deo adducit errantes. Deus igitur est Christus, proinde dictum est & iuste, Dominus gloriæ crucifixus.

Iuxta gratiam dei quæ data est mihi vt sapiens architectus 1.Cor.3.
fundamentum posui, alius autem super illud ædificat: fundamentum enim aliud nullus potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.) Si fundamur super eo quasi in fundamento quodam, & in eo per fidem ædificamur, ipse est omnium securitas, quomodo non esset Deus verè is in quo omnia? Et fides nostra est non sicut in vnum nobis similem. Quia non creaturam colimus, sed Deum natura & verè.

An nescitis, quod templum dei estis? & spiritus Dei habitat in vobis? si quis templum dei corrumpit, perdet hunc deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos.) Spiritũ Christi accipientes templum dei appellamur, quomodo non deus verè ille propter quem nos sumus templa dei?

Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec veniat 1.Cor.4.
dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc vnicuique erit laus à deo.)
Dominum nostrum Iesum Christum descensurũ expectamus olim, quando omnes assistemus iudicanti, & manifestanti cõsilia cordium. Quod autem & iustos laudabit, certi sumus ex eo quod stantibus à dextris dicet: Venite benedicti patris mei in hæreditatem, accipite regnum quod præparatum est vobis Matth.25.
ab origine mundi. Quando igitur Christo laudante, laudem vnicuique futuram dicit à Deo, quomodo non manifestè est Deus?

An nescitis, quod corpora vestra templum sunt habitantis in vobis spiritus sancti, quem habetis à deo, & non estis ipsi vestri iuris? Nam empti estis præcio: glorificate itaque Deum in corpore vestro.) Si spiritum Christi accipientes facti sumus filij dei, redempti sanguine eius, vt iam non vltra viuamus nobis ipsis, sed ei qui nos emit, quomodo non Deus manifeste Christus ille, per quem & templa Dei sumus nos, cui & tanquam deo seruimus? 1.Cor.6.

De cibo idolis immolato. Scimus quod nullum idolum est 1.Cor.8.
in mundo, & nullus deus nisi vnus. Nam etiamsi sunt, qui dicãtur dij, siue in cœlo, siue in terra quemadmodũ sunt dij multi & domini multi, nobis autem vnus deus pater ex quo omnia & nos in illum: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per illum.) Si vnus solus est deus, & nullus alius præter illum, coassumitur verò in vnam deitatis naturam vnus Iesus Christus, per quem omnia. Deus igitur est, qui in consubstantialitate patris intelligitur diuino modo, & quando appellatus est Iesus Christus. Obseruandum autem est, quod nominans Iesum Christum, per ipsum omnia facta esse dicit, vt tanquam vnus sit filius secundum vnitatem dispensatiuam.

Factus, inquit, sum his qui sine lege sunt tanquam essem sine lege dei, & in lege Christi.) Si Christi legem habens, legem 1.Cor.9.
habet dei, quomodo Christus non deus?

Tales estote, vt nullum præbeatis offendiculũ, neque Iudæis, 1.Cor.10.
neque Græcis, neque ecclesiæ dei.) Annotandum, quod dei ecclesiam dicens, Christi iterum eandem nouit ecclesiam.

Volo autẽ vos scire, quod omnis viri caput Christus est, ca- 1.Cor.11.
put verò mulieris vir, caput verò Christi deus.) Beatus Lucas Christi genealogiam nobis componens, incipit quidem à Ioseph, & peruenit vsque ad Adam, adiicit dicens, Qui fuit Dei, Luc.3.
deum conditorem homini principium faciens: sic esse dicimus omnis viri caput Christum, factus enim est per illum & productus vt sit, non tanquam per ministrum filium conditorem, diuino autem potius modo tanquam per naturæ opificem. Caput autem mulieris vir, quia ex carne eius sumpta est, illum quodammodo habet principium. Caput autem similiter Christi deus, qui ex ipso secundum naturam. Natum est enim Verbum ex deo & patre. Et quomodo Christus non est deus, quũ caput eius secundum naturam positus sit pater? Christum autem quum dico, in humana forma apparens Dei Verbum intelligo.

Ideo notum vobis, quod nullus per spiritum dei loquens di- 1.Cor.12.
cit anathema Iesum: & nullus potest dicere, Dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones autem donorum sunt, spiritus verò idem: & diuisiones ministeriorum sunt, Dominus verò idem: & diuisiones operationum sunt, idem autem dominus,

Dominus, qui perficit omnia in omnibus.) Si dicere quod non A
sit natura & veritate Deus Christus, nihil aliud est quàm dicere anathema Iesum, qui non admittunt eum secundum veritatem esse Iesum, non faciunt hoc ex spiritu sancto. Et si diuisiones gratiarum interdum spiritum efficere dicit, interdum autem ipsum Dominum, & interdum Deum: vtique nouit Deum esse Christum, qui per spiritum tanquam Deus operatur, & sicut Deus secundum naturam dispensat cum autoritate, quæcunque voluerit superna dona. Commemorãdum item, quod & Paulus dicit de Christo, quod ipse operatus sit in virtute spiritus sancti.

Et alios quidem posuit Deus apostolos, deinde & prophetas, tertio doctores, deinde potestates, postea dona sanationum,) Quum Deus dicatur omnia perficere, Christus est is qui operatur. Posuit enim ipse apostolos in ecclesia, & etiam doctores, vt operentur & virtutes. Dedit enim potestatem sanctis discipulis, vt omnem infirmitatem curent, & contritionem in populo.

1.Cor.16. Salutatio mea manu Pauli, si quis non diligit Dominum, sit anathema maranatha.) Quem nam dicit Dominum in istis? Nam ex confesso illum. Cæterum illum non amat Dominus enim, inquit, spiritus est. Beati Pauli mẽs in istis in ipsum Iesum refertur. Vnus enim, inquit, Dominus Iesus Christus. Anathematizat igitur eum qui non amat, Dominus etiam ipse filius, similiter & spiritus qui neque natura, neque veritate dicit filium esse Dei, sed quasi in altero esse ordine ponit iuxta Verbũ Dei, & offendens dispensationis sacramentum, in duos diuidit vnum Dominum Iesum Christum.

Ex secunda ad Corinthios.

2.Cor.2. DEo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ manifestat per nos in omni loco. Quoniam Christi bona fragrantia sumus Deo in his qui salui fiunt, & his qui pereunt.) Et quomodo Christus non est Deus? siquidem ipse est odor notitiæ patris, non enim in hominis natura diuinæ notitiæ fragrantiam quis considerauerit: sed quẽ-
Christ⁹ fragrantia patris. admodum humanitatis fragrãtia significat omnino hominem, ita & deitatis, Deum. Si autem fragrantia patris verè est, quomodo Christus nõ est Deus, licet factus sit homo dispensatiue C
Dei patris Verbum?

2.Cor.3. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis quod estis epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta non atramentõ, sed spiritu Dei viuentis: non in tabulis lapideis, sed
Hiere.31. in tabulis cordis carneis.) Dixit Deus per vnum prophetarum. In tempore illo dicit Dominus, dans leges meas in mentem eorum, & in cordibus eorum inscribam eas. Facti igitur sumus epistola Christi, scribente in nobis non atramento, id quod sibi placet Deo viuente, sed spiritu: non modo ministri, sed vt ita dicamus, per se operanter. Proprius enim eius spiritus est, & quomodo non est Deus ille, qui proprio spiritu scribit in nobis diuinæ cognitionis scientiam?

De Iudæis dicit: Obcæcati sunt sensus illorum. Nam vsque ad hunc diem idem velamentum in lectione veteris testamenti, nec tollitur velum quod in Christo aboletur, sed vsq; in hodiernum diem quando legitur Moyses, velamen super cor eorum positum est: at vbi conuersi fuerint ad Dominum, tolletur velamen. Dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus, ibi D
libertas.) Si finis legis & prophetarum Christus, & non tollitur velamen quod in lectione veteris testamenti, nisi in solo Christo: quomodo rationi consentaneum est, illum existimandum esse communem hominem, qui sola filiationis appellatione honoratus sit? Inueniretur enim sic habere nostræ fidei finis, quod non in Deum sed potius in vnum quendam nobis similem spectaret, id quod est absurdissimum.

2.Cor.4. Quod si adhuc velatum est, in his in quibus Deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.) Si secundum quod videtur quibusdam, communis homo est Christus, vnione sola qua secundum personam connexionem habet ex Deo, ita enim illi dicunt, quomodo in his qui pereunt velatum est euangelium eius? Sentiunt enim gentes, non quod Deus sit, sed quod nobis similis homo. Quomodo autem excæcati fuerint à satana, qui de homine sentiunt quod homo sit: qualis autem lux est in euangelio Christi, nisi Deus sit, & vt deus existẽs glorificetur? quomodo item esset & imago Dei, si pertingeret ad solam humanitatem, & non esset verè filius & Deus?

Quapropter contendimus, siue domi præsentes, siue foris peregre agentes, vt illi placeamus. Omnes enim nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea 2.Cor.5.
quæ fiunt per corpus, siue bonum, siue malum.) Si omne studium sanctis est placere Deo, contendimus autem ita apparere Christo, vt caueamus placere hominibus, quomodo non Deus manifeste Christus? & si iudicat orbem ipse, quum dicat vnus
Iaco.4. esse legislator & iudex, manifestum est etiam secundum hoc Deum esse, & Verbum factum esse carnem.

Charitas enim Christi constringit nos iudicantes illud, quod si vnus pro omnibus mortuus fuit, vtique omnes mortui fuerunt, & pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, posthac non sibiipsis viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.) Si omnes vnum sumus, & illi viuere precamur, honestam arbitrati nostram vitam, per hoc quod implemus voluntatem eius, & B
viuimus Christo: quomodo nõ Deus esset cui debitores sumus, & viuere studemus tanquam pro nobis mortuo, & redimente omnes suo sanguine?

Itaque nomine Christi legatione fungimur, tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliamini Deo.) Obserua, quod legatione quidem funguntur pro Christo, dicunt autem nos rogari à Deo, & iterum dicunt, rogamus pro Christo, reconciliamini Deo. Igitur Deus est Christus, cui & reconciliati, Deo reconciliamur.

Sed in omnibus commendemus nos ipsos vt Dei ministri.)
Si Dei dicuntur esse ministri, dicti sunt & Christi, igitur Deus 2.Cor.6.
est Christus.

Nos enim templa Dei sumus viuentis, sicut dixit Deus: Et habitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.) Si templa Dei viuentis sumus tanquam inhabitantis in nobis spiritus, qui & Christi esse dicitur. Si enim quis inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius, quo- Rom.8.
modo non Deus est Christus?

Cognitiones, inquit, demolientes, & omnem celsitudinem 2.Cor.11.
quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuum ducentes omnem sensum in obedientiam Christi.) Quomodo demoliemur omnem celsitudinem, quæ extollitur contra cognitionem Dei? vel quomodo captiuum ducemus omnem sensum in obedientiam Christi? Exinaniuit enim semetipsum Verbum voluntariè, & factum est subditum patri vsque ad mortem. *Nota aurea regulã tractandi scripturam.*
Quando igitur ex iis quæ dispensatiuè vel facta sunt vel dicta propter carnem & humanitatem, extolluntur quidam contra cognitionem filij, dicentes non esse Deum verum & filium secundum naturam eum qui humana forma: tunc omnem celsitudinem extollentem se demoliemur, si subuerterimus opiniones quas illi sentire voluerunt, & accommodauerimus omnem sensum ad dispensationem obedientię. Filium enim factum in mensuris humanitatis decebat humana non auerſari.

Ex epistola ad Galatas.

Gal.2. EGo enim per legem legi mortuus sum, vt Christo viuam: cum Christo crucifixus sum. Viuo autem non iam ego, sed viuit in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qui dilexit me & tradidit seipsum pro nobis.) Abac.2.
Quidnam dicat in hoc loco diuinus Paulus, necessarium est videre. Lex posita est à Deo per vocem prophetarum, & erat ista: Iustus autem ex fide viuet. Posita autem est etiam lex per Mosen. Igitur sequutus legem fidei, mortuus sum legi quæ per Mosen data est, non operans ea, tanquam in vmbra & typis veteribus definita. Hoc est enim legi Mosis mori, vt Deo viua- *Legi Mosis mori.*
mus, addicti fidei quæ est in Christum. Quando igitur morimur legi quæ est per Mosen, iustificationẽ quæ in Christo præferentes, quomodo non Deus Christus, per quem aboletur lex, tanquam fide illam præcellente? Si autem cõmunis homo esset Christus, quo pacto fieret lege præstantior fides quæ in illum?

Itaque qui suppeditat spiritum, & operatur virtutes, vtrum Gal.3.
ex operibus legis, an ex auditu fidei?) Si lex quæ per Mosen, quãuis esset lex dei & dicta per angelos, nõ habet suppeditatio-

nem ſancti ſpiritus, neq; etiam præſtitit vllis, vt poſſent operari mirabilia, acquirimus aurē per fidē quæ eſt in Chriſtū vtraque, quomodo non eſt vetere lege præſtantior fides? Etſi eſſet homo ſimpliciter ſicut nos, quomodo diuinam aboleuiſſet legem fides quæ in illum: & quomodo melius habēt ij qui per fidem, quàm hi ſcilicet qui erant per illud tempus, quo vigebat lex?

Antequam autem veniſſet fides, ſub lege cuſtodiebamur, cōcluſi in eam fidem quę reuelanda erat: atque adeò lex pædagogus noſter fuit in Chriſtum, vt ex fide iuſtificemur. Poſtquam verò venit fides, non iam ſub pædagogo ſumus: omnes enim filij dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quotquot enim in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.) Si pædagogus erat lex, non ad alium quàm ad ſolum Chriſtum ducens, quum veræ ſcientiæ magiſtra ſit, quomodo non deus Chriſtus? & ſi aboletur lex per fidem quæ in illum, & inſtituēdi munere eam defungi facit, eo quod hi qui docendi, ad ſummum bonum ad ducti ſunt: nihil autem aliud eſt ſummum bonum, quàm ſcientia veræ agnitionis dei: quomodo dubitārit quis quod ſit deus? Item qui baptizamur in patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quo pacto baptizati ſumus, ſiquidem eſt nō verus filius? at quū ſecundum naturam vnus ſit filius, & in ipſum baptizati ſumus: igitur ipſe eſt deus.

Galat.4. Sed tum quidē neſcientes deum, ſeruiebatis iis qui non erant dij ſecundum naturam: nunc autem vbi cognouiſtis deum, imò autem cogniti eſtis à Deo, quo pacto conuertimini iterum ad infirma & egena elementa huius mundi?) Si deum cognoumus qui confitemur Chriſtum, & cogniti eſſe à deo dicimur, cogniti ipſi, quomodo non deus Chriſtus?

Galat.6. A me autem abſit gloriari, quàm in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.)

Pſal.95. Beatus Dauid pſallit: Gloriabor in deo ſaluatore meo. Eſt autē ſapiens, & ſancto dignus ſermo. Non enim magis in homine quàm in deo gloriari oportet nos. Quomodo igitur Paulus in cruce domini ſe gloriari inquit, quod magis in deo fieri oportebat? Nam ille aliorū ſanctorū ſcopus erat: iam erat & ipſe Paulus diuino ſpiritu præditus. In morte Chriſti ſe gloriari inquit. Igitur ſciuit deum eſſe, & propter nos paſſum carne.

Ex epiſtola ad Epheſios.

Epheſ.1. DE deo & patre inquit: Secundum efficaciam roboris fortitudinis eius quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitās eum ex mortuis, & conſtituens in dextra ſua, in cœleſtibus, ſuper omnem poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in ſeculo hoc, ſed etiam in futuro.) Ecce ſuſcitatum à mortuis collocauit pater ad dexteram ſuam, ſuper omnem & principatum, & poteſtatē, & virtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur. Igitur homo, qui nobis ſimilis intelligitur, ſedet cum ſuprema natura, & aliud nihil quam id quod eſt verè, vtpote Deus homo factus, exiſtens quidem conſubſtantialis patri, ſecundum quod prodiit ex ipſo, aſſumpta autem humanitate diſpenſatiuè, vt in ipſa intelligitur deus & homo idem & vnus, & propter hoc diuina gloria redimitus.

Epheſ.2. Idcirco memores eſtote, quod olim vos gentes in carne dictæ præputium ab ea quæ vocatur circūciſio in carne, quę manufacta eſt. Quia eratis tempore illo abſque deo, abalienati à republica Iſraelis, & extranei à teſtamentis promiſſionis, ſpem non habentes, deoque carentes in mundo.) Si Chriſtum Ieſum non habentes gentes viuebant in impietate iuxta mundū, poſtquàm autem ipſum habuerunt, non manſerunt abſq; deo, quomodo non deus Chriſtus?

Epheſ.3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis parentela in cœlis & in terra nominatur, vt det nobis iuxta diuitias gloriæ ſuæ, vt fortitudine corroboremini per ſpiritum eius in internum hominem, vt inhabitet Chriſtus per fidem in cordibus veſtris.) Chriſtus Ieſus nomen, vt ſæpiſſime diximus, ſemper ſignificat verbū, quod prodiit ex patre in forma humana: quomodo igitur in cordibus noſtris habitat, niſi intelligatur deus, quum verbum ſibi vniuerit carnem, quod & diuino modo in nobis habitat per ſpiritum? Si autem communis homo eſt Chriſtus, & alius filius præter eum qui natura, & qui ſolus inquam, & ex deo eſt, qui eſt ille qui in nobis habitat: vel quomodo per fidem habitat in hominibus? quum manifeſte dicat Ioannes de Deo: In hoc cognouimus quod in nobis eſt, quod de ſpiritu ſuo dedit nobis. *1.Ioan.4.*

Ex epiſtola ad Philippenſes.

DE gloriationibus in lege inquit: Quæ mihi lucra erant, ea arbitratus ſum propter Chriſtum damnum eſſe. Quinetiam arbitror omnia damnum eſſe propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu domini mei, propter quem omnia pro damno duxi, & arbitratus ſum eſſe rudera.) Quare damnū & rudera in lege? & cur propter excellētiam cognitionis Chriſti? quū lex quæ per Moyſen data, priſcis deum naturalem & verū prædicārit, nouæ autem legis doctores Chriſtum mundo annunciārint. At ſiquidem fuerit homo communis ſimilis nobis, non vnione quæ eſt ſecundum hypoſtaſin cum ea quæ ad verbum, quod ex deo deus creditus, quo pacto fides in illum excellet ſuper fidem quæ ex lege? *Philip.3.*

Ex epiſtola ad Coloſſenſes.

NVnc gaudeo, inquit, ſuper afflictionibus meis pro vobis, & ſuppleo quod afflictionibus Chriſti deeſt in carne mea, pro corpore ipſius, quod eſt eccleſia, cuius factus ſum ego miniſter, iuxta diſpenſationem dei, quæ data eſt mihi in vos implendi verbum dei, ſacramentum quod reconditum fuit à ſeculis & à generationibus: nunc autem patefactum eſt ſanctis illius, quibus voluit deus notum facere, quæ ſint diuitiæ gloriæ ſacramēti eius inter gētes, quod eſt Chriſtus in nobis, ſpes gloriæ, quem nos annunciamus.) Quomodo abſconditum fuit ſacramentum, vel quomodo impletur verbum dei, quales item diuitiæ gloriæ ſunt ei, ſiquidem cōmunis homo ſimilis nobis eſt Chriſtus? Non enim magnum eſt, neque ſermone dignum ſacramentum, niſi tanquam ad Deum accedamus Chriſtum, & intelligimus quod Deus exiſtens verbum, & in æqualitate ac forma patris ſe ad exinanitionem demiſerit factus homo, manens quod erat. Dius enim ſic, gloriæque multæ intelligitur ſacramentum. *Coloſſ.1.*

Sicut igitur accepiſtis Ieſum Chriſtum dominum, in ipſo ambulate, bene radicati, & ſuper ipſum ædificati ac confirmati.) Quomodo igitur acceperimus Chriſtum, docet ſapiens Ioannes dicens: Et verbum caro factum eſt: & non ceſſauit eſſe verbum, quamuis factum ſit caro. Sedet enim etiam ſic cum ſuo patre, & dominus gloriæ crucifixus nominatur. *Coloſſ.2.*

Obſecratione inſtate, vigilantes in ea cum gratiarum actione, orātes ſimul & pro nobis, vt deus aperiat nobis oſtium ſermonis, vt loquar ſacramentum Chriſti, propter quod & vinctus ſum, vt manifeſtem illud, ſicut oportet me loqui.) Niſi deus eſſet Chriſtus, homoq; diuinæ gratiæ honore præditus, neutiquam haberet in ſe profundum ſacramētum: quare igitur opus habebat oſtio, ad manifeſtandum illud, & loquendum ſicut oportebat? Nihil enim magni vel ardui eſt de homine quaſi homine ſecundum naturam loqui. At ſi verbum quod ex deo, factum, prædicatur homo, opus omnino fuerit deo oſtium aperiente, & dante loqui, ſecundum quod conuenit. *Coloſſ.4.*

Ex epiſtola ad Hebræos.

QVando autem introducit primogenitum in orbem terrarum: Et adorent eum omnes angeli dei.) Vnigenitus ſecundum naturam nominatur verbum, quod ex deo patre, quia ſolum ex ſolo natum eſt patre. Dicitur autem & primogenitus, quando intrauit in orbem terrarum, factum homo & pars eius: veruntamen & ſic adoratur à ſanctis angelis, quum adorare oportere referatur ad ſolum deum, ſoliq; deo debeatur, quomodo igitur non deus Chriſtus, qui & in cœlis adoratur? *Hebr.1.*

Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis, ad filium autem: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga virtutis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā, & odio habuiſti iniquitatem. Propter hoc vnxit te deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.) Si factor eſt angelorum, qui ſedem habet in ſeculū ſeculi, dilexitque iuſtitiam, & odio habuit iniquitatem, & propter hoc vnctus eſſe dicitur præ participibus à ſuis deo & patre: quid igitur dicimus ad ſententias illas de ipſo veniētes? Si enim facit angelos ſuos ſpiritus, & ſedem habet deitatis, quomodo vngitur oleo exultationis? Igitur cōdit quidem vt deus angelos, vngitur autem vt homo: non

non vt vnctio pertingat ad deitatis naturam, ſed ad ſapientiſſimam diſpēſationem. Deus igitur & homo Chriſtus, deus quidem natura, homo autem diſpenſatiuè ſimilis nobis quando factus eſt ex muliere ſecundum carnem.

Hebr.3. Videte fratres, nequando ſit in vllo veſtrūm cor prauum incredulitatis, vt deſciſcat à deo viuente.) Si negantes Chriſtum deficimus à deo viuente & vero, manentes autem fide, quæ eſt in illum, nullo modo facimus defectionem, quo pacto nō deus Chriſtus?

Hebr.9. Si ſanguis taurorum & hircorum, & cinis iuuencæ, aſpergens inquinatos, ſanctificat ad carnis purificationem, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſeipſum obtulit immaculatum deo, purificat cōſcientiam noſtram à mortuis operibus ad ſeruiendum deo viuenti?) Niſi deus verus eſſet Chriſtus, quæ eſſet vtilitas per ſanguinem eius? vel quomodo noſtram mundabit conſcientiam à mortuis operibus? Sanguis enim communis hominis quid magis habet quàm ſanguis hircorum? nihil certe, quàm quod ille eſt rationalis animalis, hic verò bruti. Quoniā autem is qui ex deo eſt, carne aſſumpta poſuit pro omnibus ſuum ſanguinem: hac ratione & purgare poteſt credentes in ipſum, & à mortuis operibus liberare, & adducere in obſequium deo.

Hebr.10. Qui aſpernatus fuerit legem Moyſi abſque miſericordia, ſub duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto putatis peioribus afficietur ſuppliciis, qui filium dei conculcārit, & ſanguinem teſtamenti communem arbitratus, & ſpiritum gratiæ cōtumelia afficiens, in quo ſanctificatus eſt?) Qui diuinam legem contumelia affecerit, vel aſpernatus fuerit, non habet parem accuſationem cum eo qui peccauit in hominē, ſed multo grauiorem. Vnde etiam qui legem tranſgreſſus erat, obnoxius fiebat ſupplicio mortis: qui vero in hominem deliquerat, erat quodammodo venia dignus. Quomodo ergo exiſtimantem cōmunem ſanguinem Chriſti, dicit grauius puniendū quàm eum qui peccauit in Moyſis legem? idq; valde meritò. Non enim cōmunis eſt ſanguis Chriſti. Deus enim erat verbum, quod caro factum.

Hebr.12. Videte ne aſpernemini loquentem: nam ſi illi non effugerunt, qui auerſabantur eum qui loquebatur in terra: multo magis nos ſi eum qui de cœlis, auerſamur, cuius vox terram tum concuſſit, nunc autem denunciauit, dicens: Adhuc ſemel ego mouebo non ſolum terram, ſed & cœlum.) Quis ille qui loquebatur in terra, quem quum aſpernarentur perichitati ſunt? An non manifeſtum quod Moſe? ſed nō ex terra Chriſtus, imò de cœlo: qui enim deſurſum & ex patre Deus Verbum homo fuit & deus: grauior igitur pœna eorum qui illum auerſantur, idque iure. Nam ſicut ſapiens Ioannes dicit: Qui de terra eſt, de terra loquitur, hoc eſt humana: qui verò deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Hic autem erat & eſt Chriſtus. *Ioan.3.*

Hebr.13. Ieſus Chriſtus heri & hodie, idem & in ſecula.) Verbum quod ex deo natum tunc vocatū inueniemus Ieſum Chriſtum, quando factum eſt homo ex muliere, quomodo heri & hodie, & idem in ſecula? per vnionem ſcilicet ad verbum dei, in filium vnum, carne ab ipſo aſſumpta. Sic enim incōmutabilitas verbi ſecundum naturam manet, quamuis & cum carne intelligatur.

Ex priore ad Timotheum.

Timot.1. PAulus apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecundum delegationem dei ſaluatoris noſtri Timotheo germano filio in fide. Saluatoris nomen non aliis magis propriè conuenit, quàm ſoli & naturali deo: ſic & nunc ipſum nominauit doctor. Sed eſt ſaluator & Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nominatus eſt enim Ieſus, & nominis vim, hoc eſt interpretationē manifeſte oſtendens beatus angelus dicebat: Et vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluābit populum ſuum à peccatis ipſorum. Igitur deus Chriſtus, quandoquidem eſt ſaluator omnium hominum, ſicut dicit diuinus Paulus. *Matth.1.*

Ex epiſtola ad Titum.

Titum 2. APparuit enim gratia dei ſalutaris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & mundana deſideria, ſobriè, iuſtè & piè viuamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem, & apparitionem gloriæ magni & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſeipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret ſibi populū peculiarem, ſectatorem bonorum operum.) Qualis gratia apparuit nobis? vel qualis dei? quum dicatur ſalutifera eſſe omnibus hominibus: ſed eſt manifeſtè deus exiſtens dominus, & apparuit nobis ſecundum beatum Dauid: ipſius ex cœlis apparitionem gloriоſam expectamus, & ipſe eſt magnus deus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, qui dedit ſeipſum pro nobis, vt liberatos ab omni peccato, ſibi paret germanos auditores. Deinde quis eſt dicens, non eſſe deum verum Emanuelem, quum beatus Paulus de illo dicat: Magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti?

Ex catholica epiſtola Iacobi, quod Chriſtus eſt Deus.

NE erretis fratres mei dilecti: omnis donatio bona, & omne donum perfectum, ſupernè eſt, deſcendens à patre luminum.) Omnis donatio bona, bona autem donatio ſpiritus ſanctus, & poſſe per illum diuina ſigna implere. Vltra Chriſtus ſanctis ſpiritum largitur, & etiam poſſe facere mirabilia. Quomodo igitur non eſſet deus verus Chriſtus? *Iacob.1.*

Subditi igitur eſtote domino, reſiſtite diabolo.) Tollite iugum meum ſuper vos. Qui igitur iugum ipſius tollunt, non alij ſubiiciuntur quàm deo, quomodo non eſſet deus? *Iacob.4.* *Matth.11.*

Ex priore epiſtola Petri.

PEtrus apoſtolus Ieſu Chriſti, vocatis aduenis ſparſim inhabitantibus Pontum, Galatiam, Aſiam, & Bithyniam, iuxta præcognitionē dei patris, in ſanctificatione ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: Gratia vobis & pax multiplicetur.) Ecce iuxta præcognitionem dei & patris, apoſtolum ſe nominauit Chriſti, & apoſtolatus modum enarrans, in ſanctificatione ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, factum eſſe illum dicit. Quando igitur credentes in ipſum, ſanctificamur à ſpiritu, aſpergit autem nos & ſanguine ſuo ad emundationem: quomodo non intelligeretur deus, ſanctificans quidem proprio ſpiritu, purificans autem & ſanguine credentes? Deus enim erat in carne. *1.Pet.1.*

Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiā ſuam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & immarceſſibilem & incōtaminabilem, ſeruatam in cœlis?) Si deus nos genuit in ſpem viuam & manentem: fecit autem hoc per ſuam ex mortuis reſurrectionem Chriſtus: quomodo non eſſet deus?

De qua ſalute exquiſierunt & ſcrutati ſunt prophetæ, qui de ventura in nos gratia vaticinati ſunt, ſcrutātes, ad quos, vel quē articulum temporis, manifeſtabatur in ipſis ſpiritus Chriſti.) Ecce iterum in illis Chriſti dicitur ſanctus ſpiritus & diuinitas: deus igitur Chriſtus, vtpote proprium habens ſpiritum.

Ex altera epiſtola.

FVerunt autē & prophetæ, ſicut & in vobis erunt falſi doctores, qui ſcilicet clàm introducent ſectas perditionis, & dominum qui eos mercatus eſt, negātes.) Redempti ſumus precio non corruptibili argento vel auro, ſed precioſo ſanguine Chriſti. Igitur ſumus redimentis, quamuis deo ſeruientes viuo & vero. Vltra, quo pacto non deus eſt Chriſtus, quē dominum aſſignamus, viuentemque ſcimus, & verum? *2.Petr.2.*

Ex epiſtola Ioannis.

ET ſcimus quod filius dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoſcamus verum deum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto: hic eſt verus deus, & vita æterna.) Ieſus Chriſtus non nudum & per ſe & extra patrem intelligitur verbum, quod ex deo patre: ſed quando factum eſt homo, tunc nominatum eſt Chriſtus Ieſus: quoniam igitur ipſe eſt verus deus, & vita æterna, quis feret diuerſa ſentientes? *1.Ioan.5.*

Ex epiſtola Iudæ.

OMne ſtudium adhibens, vt ſcriberem vobis de communi noſtra ſalute, neceſſe habui ſcribendo vobis, obſecrare, vt laboribus veſtris aſſitis, fidei ſemel ſanctis traditæ. Clàm enim ingreſſi ſunt quidam homines, qui prius deſcripti fuerāt in hoc iudicium, impij, qui dei noſtri gratiam transferunt ad laſciuiam, & ſolum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negant.) Quo-

modo hi qui semel crediderunt, negant Dominum nostrum Iesum Christum, quum acceperimus verbum carnem esse factum? At si dixerimus, quod alius quidem est Verbum ex deo patre, alius vero seorsim qui ex muliere, negabimus solum dominum. Vnus enim Dominus Iesus Christus secundum vnionem dispensatiuam, qua Verbum quod ex deo patre, in deitatis gloriam suæ, quam assumit carni vnitur. Vnus igitur Christus & filius: erit enim sic omnium dominus.

Ex euangelio Matthæi, quod Deus sit Christus.

Matth.1. HÆc autem quum ille secum cogitaret, ecce angelus domini per insomnium apparuit ei dicens: Ioseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam vxorem tuam. Quod enim natum in ea, ex spiritu sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic quippe saluabit populum suum à peccatis eorum.) Duo ponit quæ Deo, & non humanæ naturæ congruunt. Nati enim ex Maria proprium dixit populũ eos qui per ipsum saluati sunt, quinetiam quod à peccatis illos liberaturus sit. Dei autẽ omnia sunt, & ipsius solius est eos qui peccárunt, à peccatis posse liberare. Vnde deus est, qui ex sancta virgine natus est, cuius & peculiaris populus sumus, qui & nos à peccatis liberauit, eo quod & huius potestatem habet.

Matth.2. Iesu autem nato in Bethlehem Iudææ.) In Bethlehem Iudææ natus est qui ex radice Iessæ. Dicit autem de eo per vnũ prophetarum deus & pater: Et tu Bethlehem domus Ephrata non minima es vt sis in millibus Iuda. ex te enim egredietur vt sit in principem in Israel, & egressus eius ab initio à diebus seculi.) Igitur quomodo qui natus est in Bethlehem terræ Iudææ, ab initio seculi egressus habere dicitur: hoc est substantiæ principium, quum natus sit in nouissimis seculi temporibus? Deus igitur vtique est Christus, & digna est illo antiquitas Verbi dei. Deus enim erat carnalem habens natiuitatẽ, quæ ex muliere.

Matth.3. Ego enim vos aqua baptizo, inquit, in pœnitentiam: qui autem post me venit, fortior me est, cuius non sum idoneus calciamenta gestare. Ille vos baptizabit in spiritu sancto & igni, cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream.) G

Non dicimus humanitatis opus esse, baptizare in spiritu sancto, sed neque spiritualem aream, hoc est eos qui super terram, propriã dicimus esse hominis. Dei enim omnia sunt, & ipsum solum decet in sancto spiritu baptizare posse credentes. Operatus est autem hoc Christus, qui post Ioannem venit: secundũ carnem, hoc est iuxta tempus carnis, ipse autem & suam aream purgat. Deus igitur est verus.

Matth.8. Et ecce leprosus accedens adorabat eum, dicens: domine, si vis, potes me mundare. Et extensa manu tangebat eũ, dicens: Volo, mundus esto. Et statim mundata est illius lepra.)

Sic posse operari vt Deum decet, non est proprium hominis, sed ipsam potius & solam quę super omnia est, decet naturam. Operatur autem sic deus nõ humilis homo sicut nos, sed deus potius in humana forma. Sic intelliges etiam de socru Petri, & de ventis quos visus est increpasse. Vnde etiam diuini discipuli, videntes mare & ventos ei subiici, admirati sunt, ac dixerunt: Quantus autem est iste? Non enim fuerit humilis hominis talia posse facere. Deus igitur secundum istud, & homo Christus.

Matth.8. At dæmones, inquit, obsecrabant eum dicentes: Si eiicis nos mitte nos in gregem porcorum. Et dixit eis: Ite.) Prouidere vniuersis & seruare ea, cuius fuerit? nónne solius eius qui *Matth.7.* secundum naturam Deus est? ita & saluator dicebat: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex ipsis nõ cadit in terram sine patre vestro qui est in cœlis? Vestri autem & pili capitis omnes numerati sunt. Ecce hanc rerum prouidentiam faciebat Christus, vt non liceret immundis dæmonibus in porcorum gregem habere potestatem. Ad petitionem igitur ægre permisit, non vt illis morem gereret, sed vt nobis persuaderet, quod omnem prouidentiam gerat vt Deus. Deinde quo pacto non est deus, qui deo dignam potestatem, & imperium habens, tollens ac saluans vt sua, ea quæ per ipsum facta sunt?

Matth.9. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate igitur dominum messis, vt emittat operarios in messem suam. Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis *Matth.10.* potestatem contra spiritus immundos, ita vt ipsos eiicerent & curarent omnem morbum & omnem contritionem.) Notũ est, messem esse domini, qui est omnium deus. Cuius enim est area spiritualis, hoc est humanum genus, eius est & messis. Sed ecce præcipiens rogari dominum messis, seipsum esse illũ statim ostendit, emittens operarios, hoc est sanctos apostolos, quibus dedit potestatem contra spiritus immundos, vt deus. Neque est in hominis viribus, dare quibusdam spiritus sancti efficaciam, id quod Christus fecit vltra: quomodo igitur non est natura & verè Deus, tametsi nunc Verbum caro factum sit?

Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Quisquis vero negauerit me coram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo, qui est in cœlis.) Multi sancti vocati sunt ad martyrij gloriã, & consummati sunt tormentis & morte Christum confessi. Num igitur coronabantur confirmati, & dicentes hominem esse communem ipsum, vel potius deum confessione venerati sunt? sed est manifestum. Qui enim hoc negauerunt, etiam à martyrij gloria exciderunt, & Christum ipsum inuenient in die iudicij illos negantem. Iam quo pacto nõ deus, qui martyrij gloria coronat confitentes, quod ipse Deus sit verè?

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego refo- *Matth.11.* cillabo vos: tollite iugum meũ super vos.) Nisi Emmanuel esset verè deus, quomodo suum iugum nobis imposuit? Deo e- Lex iugũ. nim seruiunt omnia. Dictum est autem iugum & lex. Sed nobis imponit suum iugum Christus, sibiq; subiicit, quamuis omnia in patrem suggerat. Deus igitur est: vnde omnia illi subiecta esse decet.

An non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo *Matth.12.* sabbata prophanant, & crimine vacant? Dico autem vobis, hic esse maiorem templo.) Si prophanantes sabbatum sacerdotes culpa vacant, vtpote deo ministrantes, quomodo his quæ in templo fiunt, intelligitur maius Christi ministerium? sed est manifestum, quod hi quidem in lege & vmbra & exemplo cœlestiũ seruierunt, isti verò diuini discipuli assidui apud Christum, & ministrantes ei, maiorem etiam gloriam habuerunt. Iam si ministrare Christo melius est, quàm seruire in lege, quomodo non intelligeretur Deus verus?

Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, inquit, filij vestri in quo eiiciunt? propter hoc ipsi iudices vestri erunt.) Si in nomine Christi curauerunt dæmoniacos discipuli, acclamabant enim, In nomine Iesu Christi Nazareni: quomodo nõ intelligeretur deus verus? Non enim sufficisset hominis gloria & potentia ad expugnandum satanam.

Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic *Matth.13.* erit in consummatione huius seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent è regno illius omnia offendicula & facientes iniquitatem, & eiicient eos in caminum ignis.) *Psal.102.* De Deo scriptum est: Benedicite deo omnes angeli eius. Non enim angelus angeli est, sed omnia sunt dei. Quomodo igitur inquit de filio hominis, quod emittit angelos suos? Deus igitur est, sic & suos habet angelos, & summi spiritus ei ministrant.

H Interrogabat Christus: Quem me dicunt homines esse fi- *Matth.16.* lium hominis? Respondens autem, inquit, Petrus dixit: Tu es filius Dei viuentis. Porrò Iesus respondens, dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.) Si communis homo Christus, quare admirabilis fuit Petrus confitens eum? & quomodo erat à Deo doctus, vel qua opus habebat illustratione superna, vt discat illud de eo sacramentum? sed cognoscens esse deum & filium Dei viui confessus est eum: & propter hoc habitum est miraculum. Cærerum vnum filium, non duos filios dicit.

Futurum est enim, quod filius hominis veniat in gloria patris sui cum angelis.) Ecce iterum angelos suos dicit supernos spiritus, quum dicatur filius hominis.

Quum autem venissent ipsi in Capernaũ, accesserunt qui *Matth.17.* didrachma accipiunt, ad Petrum, & dicunt: Magister vester num

num soluit didrachma? Et dicit: Etiam. Et quum ingressus fuisset in domum, præuenit illum Iesus, dicens: Quid tibi videtur A Simon? Reges terræ à quibus accipiũt tributum aut censum, à filijs suis, an ab alienis? Dixit autem: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.) Quomodo liberum se esse dicit, & extra legem, nec census debitorem & filium verè, si non est deus vnione quæ est per hypostasin carnis & sanguinis particeps? Persoluit autem didrachmum, qui super legem filius, quasi factus sub lege. Qui autem homo est, non intelligitur super legẽ. Nam quomodo haberet secundum naturam libertatem, si non intelligeretur Deus in humana forma?

Matth. 21. Ascendente in Hierosolyma Christo nostro omnium saluatore, pueri præcedebant clamantes, & dicentes: Osanna filio Dauid.) Omnino autem deo digna est glorificatio. Indignati sunt pharisæi, & aggressi sunt eum, dicentes: Audis quid isti dicunt? At Iesus dixit eis: Etiam. Nunquam legistis: Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem?) Necessarium est *Psa.8.* in his meminisse beati Dauidis, dicentis: Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quia eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & B lactantium perfecisti laudem. Nam pueri clamantes, dicebant: Osanna filio Dauid. Suscipit autẽ glorificationem ipse cui acclamabatur. At beatus Dauid hanc laudem nõ homini tribuit, sed communi domino, cuius & admirabile nomen factũ est in vniuersa terra: eleuata enim est magnificentia super cœlos. Iam quomodo non deus filius Dauid secũdum carnem Christus?

Matth. 25. Quum venerit filius hominis in gloria sua, & omnes angeli cum eo tunc sedebit super thronum gloriæ suæ.) Igitur sicut homo nobis similis sedet Christus, assistentibus ipsi omnibus angelis, sicque iudicabit mundum. Quàm absonum *Iac. 4.* autem foret hoc? Scripum est enim: Vnus est legislator & iudex. Deus igitur est Christus, qui est in gloria Dei, & sedem habet ac assistentes angelos, iudicans orbem in iustitia.

Matth. 26. Et princeps sacerdotum, inquit, dixit ei: Adiuro te per deum viuentem, vt nobis dicas, num tu es Christus filius dei. Dicit ei Iesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis, ex hoc tempore videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & C *Filium hominis sedere à dextris dei.* venientem in nubibus cœli.) Quomodo filius hominis sedet à dextris virtutis, sed est manifestum, quod licet Verbum ex deo factum sit filius hominis, non tamen cessárit esse deus, sed est quod erat. Hac ratione etiam sedet cum eo qui genuit, & in diuinitatis dignitatib. gloriosum videtur, etiamsi factum sit caro.

Matth. 27. Iesus autem exclamauit voce magna & emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est desursum in duas partes vsque deorsum, & mota est terra, & petræ scissæ sunt, & sepulchra aperta sunt, & multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt.)

Si communis homo esset Christus, quomodo mortuo eo tantus in elementis factus esset tumultus. Nam sol radios contraxit & in die tenebras fecit. Terra autẽ suum dominũ videns à Iudæis debacchãtibus impetitum, diuisa est. Emisit autem & infernus animas sanctorum. Et quis hæc faciebat? nónne deus? Deus enim erat in carne, quo cõtumelia affecto, creatura quodammodo simul irascebatur.

Ex euangelio Ioannis.

Ioan. 2. IPse autem Iesus non credebat se eis, eo quod ipse sciret omnia, & non habebat opus vt quisquam testaretur de homine. Ipse enim sciebat, quid in homine esset.) De deo scri- *Psal. 32.* ptum est, quod formãrit singillatim corda eorum, & ipse dixit: *Hier. 17.* à me occultabitur nihil. Si autem omnia nouit Christus, & scit quæ in homine, quomodo non esset deus, tanquam scrutans corda & renes?

Ioan. 4. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus quia salus ex Iudæis est.) Audis quod salutem ex Iudæis esse dicit, quum saluatorem Deum scriptum habeamus. Saluauit enim nos, non legatus, non angelus, sed ipse dominus secundũ scripturas. Nominatus enim Christus Iesus, natus ex Iudæis secundum carnem. Iesus quoque iuxta interpretationem est salus. Ipse igitur salus est quæ ex Iudæis. Et ita licèt Verbum caro factum sit, ac susceperit semen Abrahæ, deus tamen est, & cum carne.

Amen amen dico vobis, opera quæ ego facio, & ille faciet & maiora illis faciet, quia ego ad patrem meum vado: & quic- *Ioan.14.* quid petieritis in nomine meo, hoc faciã. Vadit, inquit ad patrem, quum natura Deus existat filius, ipseque sit qui repleat omnia. Vadit igitur humano modo. Nam assumptus est in cœlum, sed vt deus annunciatur præstare petitiones adorantium, si in nomine eius fecerint preces. Iam cui magis conuenit facere compotes votorum sanctos, & largiri quod petunt quàm ei qui solus natura & verè Deus est?

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: vt vos eatis, & fru- *Ioan.15.* ctum afferatis, & fructus vester maneat, vt quicquid petieritis patrem in nomine meo, det vobis.) Ecce vbique ostendit, quod æqualis cum deo & patre magna potestate operetur. dixerat enim: Quicquid petieritis in nomine meo, faciam. Nunc autem inquit: Quicquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Nunquid igitur seorsim dat pater absque filio, & seorsim filius absque patre? igitur duobus diis sancti preces afferunt? At non ita res habent. Absit. Nam vnus deus patet, & vnus dominus Iesus Christus. Distribuit enim pater per filiũ bona in spiritu. Cæterum petitio quæ in precibus, est per Christum Iesum. Et Dominus Iesus, incarnatum intelligitur Verbum, & nominatur.

Et in illo die non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: in *Ioan.16.* nomine meo petite & accipietis vt gaudium vestrum sit impletum.) Hæc ferè eandem sententiam habent cum superioribus: quin & quod sequitur in hunc modum:

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quod ego rogabo patrem. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, quia ego à patre exiui.)

Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te solum verũ deum, & quem misisti Iesum Christum.) Si cum agnitione so- *Ioan.17.* lius & verè dei iunctã esse necesse est adesse & agnitionem Iesu Christi, & vitam hoc æternam parit: quomodo non omnibus manifestum est, quod Deus verus est Christus? Verbum caro C factum est, & manfit verbum.

Vt mundus credat quod tu me misisti, & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut nos vnum. Ego in ipsis, & tu in me, vt sint perfecti in vnum.) Diligenter mentis oculo intendamus & consideremus, qualem hic gloriam dicitur accepisse à patre filius, & hanc nobis concessisse: ipse autem nos in hoc scrutinio liberabit, dicens: Vt sint sicut nos vnum. Nam naturali quidem identitate vnum est vnigenitus Verbũ, quod ex deo cum suo patre, tametsi secundum propriam hypostasin intelligatur alter. Quomodo autem & vnus è nobis *Christus vnum nobiscum.* factus est æquali modo, substantialiter inquam, & naturaliter quum dei natura, cum creatura omnino non fit commixta, tanquam in identitate & secundum substãtiam, quomodo igitur vnus ex nobis factus est naturaliter is, qui super creaturam. Factus est enim homo, vt quemadmodum est in deitatis natura cum patre, ita & nobiscum vnum fiat habitudine secundum humanitatem, perfecti autem sumus & nos sic in vnum.

Quum esset vespera die illo, vno sabbatorum, & ianuæ essent clausæ vbi erant discipuli eius congregati propter metum *Ioan.20.* D Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dicit eis: Pax vobis.) Dubitárit quis meritò illud, dicens: Si in corpore & post resurrectionem erat Verbum, sicut & ante venerabilem crucem, quo pacto clausis ianuis inexpectato, in medio visus est discipulorum? Ad hoc dicimus, quod diuina virtute. Meminisse *2. Cor.5.* autem oportet Pauli dicentis: Atque adeò nos ex hoc tempore nullum nouimus secundum carnem, licet autem & Christum secundum carnẽ agnouerimus, sed iam nunc non agnouimus. Quoniam postquam reuixit ex mortuis, completa iam dispẽsatione, in qua & carnis assumptio vtiliter perfecta est, potestate & virtute vtitur deo digna, volens per hæc potius, quàm per exinanitionis modos agnosci, tanquam congruo in tempore.

Et quum hoc dixisset, flauit in eos & dixit eis: Accipite spiritum sanctum, quorũcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorumcunque retinueritis peccata, retenta erunt.) Quod

factum est totum congruit Deo, & omni sermone dignum est. Nam principio non est humanum flare in apostolos, & dare spiritum. Deinde, magnum & super creaturam, talem potestatem concedere, & ita retinere peccata, quorumcunque voluerint, dimittere item quibus voluerint. Quare autem & per carnalem flatum, spiritum dat, nempe quod non aliena à Verbo fuerit caro, sed propria eius. Et humanus quidem flatus, propter carnem. Diuinæ autem virtutis opus est affirmare participes, & socios esse spiritum assecutos.

Ex euangelio secundum Lucam.

Angelus Dei Zachariæ inquit de sancto Baptista: Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. *Lucæ 1.* Erit enim magnus coram Domino. Et vinum & siceram non bibet, & spiritu sancto implebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorum Israel cõuertet ad Dominum deum suum. Beatus Ioannes rogantibus eum Iudæis: Tu quis es, dicit: Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius, Prophetans & ipse Zacharias de filio suo, *Luc. 3.* inquit: Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem ad parandas vias eius, ad dandam scientiam salutis populo eius in remissionem peccatorum eorũ.) Præcessit enim ante Christum, & factus est præcursor eius, & vt præparentur viæ eius prædicauit, & de ipso vaticinatus est sermonem, conuertens tanquam ad Deum, qui potest iustificare eos qui in peccatis, iam quomodo non Deus Christus?

Lucæ 1. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in secula, & regni eius non erit finis.)

Nunquid cuipiam nobis simili subditi erimus, regnante illo perpetuò & sine fine, an deo potius regnante in Christo, & non quasi extraneo quodam mediatore in hoc derelicto, & aliter filio & in filio regnante vniuersorum Deo & patre? Si autem hoc verum, vtique deus Christus.

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit istud, quoniam virum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo & quod nascetur sanctum vocabitur filius dei.)

Nunquid vocabitur solum filius is, qui ex sancta virgine ineffabiliter genitus, hoc est cõditus: vel is qui natura & verè filius esse creditus est & deus? Intelligatur itaque secundum hypostasim Verbum factum caro, hoc est, quod suam sibi facit carnem, quæ per spiritum ex sancta virgine. Sic enim erit & Deus verè.

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabet, exiliit infans in vtero eius. Et impleta est spiritu sancto Elizabet, & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Et vnde mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me?) Nullo alio modo fit quis propheta, nisi Deo afflante. Quum igitur salutatio sanctæ virginis Mariæ, adhuc secum Iesum ferentis in vtero, mouit Ioannem ad prophetiam, quomodo non Deus Christus etiam in virginis aluo diuino more Baptistam ad prophetiæ virtutem mouens?

Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.) Simeon Iesu in *Lucæ 2.* vlnas accepto, talia de eo dixit: quomodo igitur est salutare? quomodo lumen ad reuelationem gentium, nisi Deus sit verè, & solus filius, natura quidem ex patre verbum, ex virgine autem idem secundum carnem? Qualis reuelatio facta est gentibus? nónne in ipso agnouerunt, quod Deus sit, & seruiendo ei liberati sunt à crimine quod non seruiant Deo alteri quàm vni qui natura & verè Deus est?

Cognoscens autem Iesus cogitationes eorum, respondit & dixit ad eos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Vtrum est facilius dicere: Remittuntur tibi peccata tua, vel dicere: Surge, & *Lucæ 5.* ambula. Vt autem sciatis, quod filius hominis potestatem habeat in terra remittendi peccata, dixit paralytico: Tibi dico surge, & tollens lectulum tuum, vade in domum tuam.) Si solus nos vniuersorum dominus liberat à delictis, & id non conuenit alteri, Christúsque hoc cum potestate Deo congrua largitur, quomodo non esset Deus? Vocatus enim filius hominis, natus secundum carnem ex muliere, quum Deus Verbum sit.

In illo die curabat multos à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit *Lucæ 7.* eis: Euntes renunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annunciatur Euãgelium, & beatus est, qui non fuerit offensus in me.) Operibus ipsis demonstrans se Christus perfectorem diuinarum operationum maximarum, in memoriam reducit ea quæ per prophetarũ vocem de se dicta erant. Dicit igitur beatus Esaias: Confortamini manus remissæ & genua soluta. Deinde quasi protensa manu ostendit Emanuelem sic dicens: Ecce deus noster. Ecce Dominus cum fortitudine veniet, & brachium cum autoritate, Dixit autem & alio loco: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet sicut ceruus claudus, & expedita erit lingua ægrè loquentium. Et præterea etiam hæc scribit: Resurgent mortui, & excitabuntur qui in sepulchris, ros enim à te sanatio eis est. Dixit quoque iterum ex persona Christi: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad annunciandum vinctis remissionem, & cæcis visum. Quum igitur fidei illum prophetarum voces facit signum, vel reuelationem. Deum autem ipsum prophetæ vaticinati sint, quis illis contraria dicere audeat?

Tempestatem ferebant, inquit, in stagno discipuli. Deinde *Lucæ 8.* accedentes suscitauerunt eum dicũtque: Præceptor, perimus. Ille autem excitatus, increpauit ventum ac tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dictum est de Christo per *Psal. 88.* vocem beati Dauidis: Tu dominaris potestati maris, motionem fluctuum eius tu mitigas. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundasti. Quum igitur placanti mare, congruat etiam dominari vniuersis, habereq; proprios cœlos, & posse fundare tum orbem terrarum, tum plenitudinem eius: quomodo Christus non intelligitur verè esse Christus, mare & ventos increpans, idque cum autoritate?

Rogabat eum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset, *Lucæ 8.* sed dimisit eum, dicens: Reuertere in domum tuam, & narra quæ tibi fecerit Deus. Et abiit, per totam ciuitatem prædicans quæ fecerat ei Deus.) In Gergesenorum regione curauit Christus ferocem dæmoniacum, qui & cum ipso vitam agere orabat. Sed quamuis curasset illum, & eiecisset spiritum, iussit abire in domum suam, & prædicare quæ fecerat ei Deus. Vnde ipse operatus est vt deus verus. Nõ enim dicim⁹, quod ministet fuerit diuinæ gratiæ sicut prophetæ vel apostoli, sed sua propria diuina virtute conterebat Satanam. In nomine igitur eius & sanctis apostolis subiicebantur dæmonia, id quod & ipsi confitebantur.

De filia principis synagogæ, inquit Christus: Nolite flere, non *Lucæ 8.* enim mortua est puella, sed dormit.) Nunquid igitur mentitus est? absit, sed vera dicit, & quodammodo ipse interpretatur, dicens: Non est Deus mortuorũ, sed Deus viuorum. Viuunt enim Deo, victuri. Igitur mortui iuxta homines sunt mortui, secundum viuificam autem naturam, hoc est diuinam non moriuntur. Proinde verè loquitur de puella vt Deus, dicens: Non mortua est puella, sed dormit.

Loquens cum suis discipulis, dicebat: Vter maior est, qui ac- *Luc. 22.* cumbit, vel qui ministrat? Nónne qui recumbit? Ego autem in medio vestri sum sicut ministrans.)

Vide quantum attinet ad diuinitatis maiestatem & gloriam, quomodo se vsque in ministrorum ordinem humiliarit. Honestat autem hoc propter humanitatem. Ego autem sum, inquit, in medio vestri sicut ministrans. Proinde licet ita se humiliarit, nihilominus ipse est qui recumbit vt dominus, & ab omni creatura ei ministratur vt Deo.

Dixit ergo eis Christus, nimirum principibus sacerdotum interrogantibus, nũ tu es Christus? Si vobis dixero, nõ credetis: si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Cæterum ex hoc tẽpore erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.) Si sedet à dextris virtutis Dei hominis filius, quomodo non Deus Christus, qui in summis thronis conspicuus est, & sedet cum patre? Non enim sedet cum deo secundum naturam genita natura, sed filius hominis considet. Deus igitur secundum vnionem dispensatiuam, Verbo ex patre facto carne.

Quod

Quod vita & viuificus Christus, ex epistola ad Corinthios.

1. Cor. 10. Tanquam prudentibus loquor, iudicate vos quod dico: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communio est sanguinis Christi? panis quem frangimus, nonne communio corporis Christi est? quia vnus panis, vnum corpus sumus multi, omnes enim de vno pane participamus. Hominis caro quantum attinet ad propriam naturam, non esset viuifica, sed neque sanguis humanus, si communis esset, & per se: viuificatur autem, corpus Christi & sanguis preciosus. Nam posse viuificare id quod vitæ indigum est, soli deo conuenit. Deus igitur Christus, sic enim erit viuificum corpus Christi: si autẽ homo seorsim intelligeretur Christi appellationem venerabilem assecutus, & nudam filij personam gerens, quomodo esset viuificum corpus eius?

Factus est primus homo Adam in animam viuentem, secundus autem homo in spiritum viuificantem. Et iterum: Primus homo ex terra terrenus, secundus autem homo Dominus de cœlo. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes: & sicut portauimus imaginem terreni: ita portabimus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum dei hæreditare nequeunt: neque corruptio incorruptionem hæreditabit. Addebat autem his: Quia clanger, & mortui excitabuntur incorrupti, & nos liberabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem.) In animam viuentem primus homo factus est. Indigebat enim vt factura, viuificante deo: atqui nouissimus Adam, hoc est Christus, quia non indigebat vita vtpote Deus, factus est in spiritum nos viuificantẽ quæ viuificatio diuinæ naturæ propria est possessio. Et primus quidem è terra terrenus, secundus autem ex cœlo, quamuis natus per mulierem. Nam Verbum desursum est, & de cœlo, & ex deo, tametsi factum sit homo, & nihilominus est de cœlo. Et licet corruptioni & morti obnoxij imaginẽ terreni propter hoc ferre dicimur, incorruptionem induti imaginem cœlestis gestabimus. Incorruptio autem iterum proprium bonum secundum naturam est deitatis. Immutatur enim mortui, & corruptibile induit incorruptionem, eo quod vnigenitus factus est nobis similis, & mortalitatem in immortalitatem transtulit, & corruptibilitatem in seipso primum in incorruptibilitatem trãsformauit, sic enim facta est vita ad vitam & nobis.

Ex secunda ad Corinthios.

2. Cor. 5. Quin ipsi in nobis ipsis, inquit, sententiam mortis accepimus, vt ne confisi nobis ipsis, sed in deo, qui excitat mortuos.) Si deo secundum naturam congruentissimum esse dicimus, excitare mortuos, quia vita & viuificus est. Dixit autem Christus: Ego sum resurrectio & vita. Apparuit quoque *Ioan. 11.* & suscitans mortuos. Deus igitur est vt vita secũdum naturam.

Ex epistola ad Hebræos.

Heb. 2. Postquam igitur pueri societatem habent cum carne & sanguine, & ipse similiter est particeps factus eorundẽ, vt per mortem aboleret eum qui mortis habet imperium, hoc est diabolum.) Verbum ex deo particeps factum est carnis & sanguinis, similiter vt nos qui inter filios dei ordinati, vt dato corpore suo in mortem ipse ipsamet vita secundum naturam existẽs vt deus, iterũ viuificet: alioqui quomodo abolesset mortis imperium, nisi lapsum in mortem corpus resuscitasset, quod proprium est vitæ secundũ naturã, hoc est verbi quod est ex deo?

Quod vnus filius & Dominus Iesus Christus, ex prima epistola catholica Ioannis.

1. Ioan. 1. Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus, & manus nostræ palpauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ scilicet erat apud patrem, & manifestata est nobis.) Ecce, eum qui erat ab initio, hoc est Verbum ex patre, vitam æternam vidisse dicit oculis suis, palpasseque manibus, quamuis secundum propriam naturam verbi, quod ex patre, & inuisibile est & impalpabile. Impalpabile enim omne incorporeũ, sed in carne factum verbum vidisse & palpasse dicit. Vnus igitur est filius & Deus & Iesus, etiamsi Verbum caro factum sit.

Quod in Christum sit fides tanquam in Deum, ex epistola prima Petri.

Atque adeò inquit fidem nostram & spem esse in deum.) *1. Pet. 1.* Quum Christus prædicatur per sanctos apostolos. Et ipse quoque alicubi inquit: Amen amen dico vobis, qui credit in *Ioan. 6.* me, habet vitam æternam. Quando igitur in deum fides Christo dicente, In me credite: quomodo non manifeste esset Deus? *Ioan. 14.*

Ex prima Ioannis epistola.

Et istud est mandatum eius, vt credamus nomini filii eius *1. Ioan. 3.* Iesu Christi) Si non est ingratum deo & patri, credere nos in nomen filij eius Iesu Christi, exigitur autem à nobis fides, nõ vt in hominem simpliciter, sed vt in deum viuentem & verum: Deus igitur Christus.

In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confite- *1. Ioan. 4.* tur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est: & omnis spiritus qui nõ confitetur Iesum, ex deo non est. Et hic est Anticristi, de quo audistis quod venit, & nunc in mundo est.) Confitebimúrne igitur Iesum tanquam hominem, nobis similem, vel potius, quod quũ sit deus Verbum factum caro, non parui faciens quod sit Deus, manens autem magis quod erat, etiam si factum sit homo? Sed hoc haud dubium fuerit. Igitur non dicens esse deum verum Christum, & separans ac extenuans gloriam eius, Antichristi spiritum habere deprehenditur.

Et nos spectauimus & testamur, quod pater misit filium saluatorem mundi. Qui confessus fuerit quod Iesus est filius dei, deus in ipso manet, & ipse in deo.) Missum esse dicimus à deo & patre filium, hoc est eum qui ex ipso secundum naturã vnigenitum, Verbum: nominatum autem ipsum Iesum, quando natiuitatem secundum carnem ex muliere dispensatiue sustinuit. Igitur verbum ex deo factum est homo. Etiam si quis confessus fuerit ipsum, habet manentem in se deum: erit autem & ipse in deo. Memor enim erit eius, habebitúrque proprius, & quasi particeps eius. Qui autem non confitetur quod ipse Iesus Verbum ex deo patre sit, demittens se in humanitatem, neque deum suscipiet, neque ipse in deo erit, iuxta modum spiritualis proprietatis.

Omnis qui credit, quod Iesus est Christus, ex deo natus est.) *1. Ioan. 5.* Itaque qui non credit, neque inter filios dei computabitur. Si enim omnibus potestatẽ filios dei fieri dedit, qui filium acceperunt sicut dicit Euangelista: qui non susceperunt eum, neque in filiis dei connumerantur, eum per quem hoc existit non agnoscentes.

Quis autem est qui vincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei, hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus, non in aqua sola, sed in aqua & sanguine: & spiritus est qui testatur, quia spiritus est veritas, quod tres testantur spiritus, aqua & sanguis: & hi tres vnum sunt.)

Vincit quidem mundum, qui credit quod Iesus est filius dei. Quis autem est Iesus, ipse nobis discipulus explanat dicens: Hic est qui venit per aquam, & sanguinem Iesus Christus. Sed & in sanguine inquit, & in spiritu, & tres vnum esse dicit. Igitur Verbum quidem caro factum est, sanctificat autem nos spiritu, & purificat sanguine, & abluit iterum aqua munda. Vnus autem vtique omnino filius, cuius & esse dicimus spiritum & aquam & sanguinem.

Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est: quia hoc est testimonium dei quod testatus est de filio eius. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in seipso: Qui non credit deo, mendacem facit illum, quia non credidit testimonium, quod testificatus est de filio Dei.) Testimonium autem perhibuit pater filio per spiritum, & per vocem. Quia enim est filius eius secundum veritatẽ, testificatus est quod potuit ipse spiritũ suum sanctis suppeditare, & per illum virtutes operari: quapropter dicebat, Ille me clarificabit. Testatus est autem & *Matth. 3.* alio modo. Glorificauit enim eum in Iordane, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit. Quicũque igitur separant illum, dicunt non esse filium verum eum qui ex muliere, referunt autem filiationis nomen ad nudum & solum filium ex deo, mendacem faciunt patrem. Incarnatum enim Verbum monstrauit in Iordane, & tunc testimonium perhibuit ei spiritus, quod & deus sit & filius & verè.

Quod sit vita, ex euangelio secundum Matthæum.

Matth. 9. DE filia principis sacerdotum scriptum est quod quum ejecta esset turba, ingressus Iesus corripuit manum eius, & suscitauit puellam.) Quare non potius sicut apud Lazarum contentus fuit sermone ad resuscitãdum puellam, & tenuit manum illius? nimirum vt ostenderet viuificum eius corpus, corpus enim est vitæ. Igitur naturalis magis & vera est vnio Verbi cũ carne, & non sicut quidam imperite dicunt, quasi tantum in personis facta sit, vel iuxta humilem laudem vel concordiam, vel copulam simpliciter.

Ex euangelio secundum Ioannem.

Ioan. 6. OPeramini, inquit, non cibum qui perit, sed cibum manentem in vitam æternam, quem filius hominis nobis dabit. Hunc enim pater signauit Deus.) Cibum nobis dedit filius hominis manentem in vitam æternam, suam scilicet carnem, quæ est viuifica. Iam quomodo non deus viuificare valens, & per suã carnem assimilatus per omnia Deo & patri? Hoc enim arbitror significare dicere ipsum obsignatum esse à Deo, quod obsignari significet diligenter illius expressionem. Nã sicut si cerę quis aureum sigillum infigat, vel certè ex alia materia factum, totam ex tota illius effigiem ei inscribit: ita etiam Deus, & pater suæ naturę characteres subsantialiter conspicuos habet in filio: & hoc est dicere obsignatum esse ipsum à patre.

Ex euangelio secundum Lucam.

SVscitauit Lazarum Christus, archisynagogi filiam, & viduæ filium.) Iam quo pacto non vita secundum naturam, est qui non solum sermone repellere mortem potuit, sed etiam tactu manus? Erat enim consequens ac necessarium, viuificum esse corpus, quod erat proprium vitę.

Quod Christus sit propitiatorium, ex epistola ad Romanos.

Rom. 3. DE Christo inquit: Quem proposuit propitiatorium per fidem in ipsius sanguine, ad demonstrandam iustitiam ipsi propter remissionem præteritorum peccatorum à Deo tolerato rum ad ostẽdendam iusticiam eius in præsenti tempore, vt ipse sit iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu.) Si Christus nõ potuit aliter fieri propitiatorium his qui in peccato, maledicto & supplicij pœna, nisi per sanguinem propter remissionem præteritorum peccatorum effundendum: quomodo non necessarium carnem factum esse Verbum, vt & sanguine suo, hoc est suæ carnis sanguine iustificet omnes in se credentes?

Quod redempti simus, & conciliati cum Deo per sanguinem illius, ex priore ad corinthios.

1. Cor. 1. Hier. 9. EX ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis à deo, iusticiáque & sanctificatio, & redemptio, vt sicut scriptum est: Qui glorietur, in Christo glorietur.) Igitur redempti à Christo & sanctificati, & sapientes facti sumus. Omnis autem donatio bona, & omne donum perfectum supernè est, descendens à patre luminum, hoc est Deo. Iam quomodo non Deus Christus, sapientiam & sanctificationem & redemptionem nobis largiens?

Quod redempti sumus per sanguinem Christi, ex prima epistola Petri.

1. Pet. 1. SCientes quod non corruptibilibus, argento vel auro redempti estis à vana vestra conuersatione, quam ex patrum acceperatis traditione, sed precioso sanguine velut agni immaculati & incontaminati Christi.) Redempti enim sumus Christo proprium corpus pro nobis dante: sed siquidem vt homo communis intelligeretur Christus, quomodo corpus eius ad redendam omnium vitam sufficeret. At si Deus fuit in carne, qui dignissimus, sufficiés ad redemptionem totius mundi per suum sanguinem merito fuerit.

Quod Christi mors mundo salutaris, ex epistola ad Romanos.

Rom. 5. COmmendat suam charitatem erga nos Deus: quia quum nos adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multò autem magis nunc iustificati, in sanguine eius saluabimur per ipsum ab ira. Et iterum: Si enim inimici existentes reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, multo magis reconciliati saluabimur in vita eius.) Itaque si non alio modo saluandus erat mundus, nisi in sanguine, & corpore morti vtiliter derelicto, & dispensatiue, propter remissionem præteritorũ peccatorum quæ Deus tolerauit, saluati autem sumus per christum quo pacto non necessarius Verbo ex Deo nato incarnationis modus, vt iustificet in sanguine suo in se credentes, & conciliet patri, per mortem sui corporis, vt & simul viuamus cum ipso?

An ignoratis, quod quicunque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Itaque consepulti cum ipso per baptismum in mortem, vt quemadmodum ipse ex mortuis excitatus est, & nos in nouitate vitæ ambulemus.) Si omnino necessarium est homines vnà cum Christo sepeliri, per baptisma in mortem, vt quemadmodum ex mortuis surrexit, & nos in nouitate ambulemus vitæ, tanquam sepulti & resuscitati vnà cum ipso, qui pro nobis mortuus est & surrexit: vtilissime & necessariò incarnationis operatus est sacramentum, carnisque & sanguinis particeps fuit verbum, vt moriamur & resurgamus cum eo, dum carnaliter dicitur mori, & etiam resurgere. Rom. 6.

Nam si insitiij facti sumus illi similitudine mortis eius, etiam resurrectionis erimus. Similiter intelliges & hoc: Quoniam enim per hominem mors, etiam per hominẽ resurrectio ex mortuis, quemadmodum enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur.) Secundus Adam vocatus est Christus: & sicut primus Adam demisit nos in corruptionem, ita & Christus reuexit ad vitam: non sicut homo communis mortuus pro nobis, vt ne & in ipso maneamus mortui, sed vt Deus in carne & in ista passus humano modo, vt diuino modo resuscitanti templum suum nos simul resurgamus.

Ex epistola ad Galatas.

CHristus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictam. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui pẽdet in ligno, vt in gentes benedictio Abrahæ fiat in Christo Iesu, vt repromissionem spiritus accipiamus per fidem.) Gal. 3.

Vide, oro, & hoc loco, factam mundo salutarem Christi mortem. Factus est enim pro nobis maledictum, crucem ferens & pendens in ligno, vt soluat peccatum mundi, & in gentes benedictio Abrahæ veniat in Christo Iesu: hoc est, vt iustificentur gentes per fidem secundum promissionem Abrahæ datam, vt promissionem spiritus accipiamus per fidem. Quando & maledictionem, quæ in lege, soluit mors Christi, & conciliauit gentibus benedictionem Abrahæ: hoc est per fidem gratiam & participes fecit etiam sancti spiritus, num hominis communis intelligitur mors eius? Considerare autem oportet magis, quod verbum caro factum, carne passum est pro mundo, & facta est sufficiens eius mors pro mundi vita.

Ex epistola ad Ephesios.

NVnc autem in Christo Iesu, vos qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex vtrisque vnum, & interstitium macériæ diruit, simultatem per carnem suam, legem mandatorum in decretis sciam abrogans.) Si & eos qui longe absunt, eo quod aberrent iuxta mundum, & in impietate versentur, propinquos fecit sanguis Christi: quomodo non necessaria his qui super terram Verbi incarnatio, & colligens quæ direpta, & acquirens deo eos qui longe absunt, condens autem duos populos in vnum nouum hominem per ipsius carnem. Datus est enim in redemptionem his qui sunt in peccatis, & per ipsum omnia lucrifacta sunt deo ac patri. Præterea & vetus lex abolita, qua præstãtior est lex fidei quæ est in Christo. Etsi hoc est verum, quomodo supra legem est fides, si non tanquam deo credidimus Christo? Eph. 2.

Ex epistola ad Hebræos.

IDeo ingressurus in mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi: Ecce adsum, in capite libri scriptum est de me, vt faciam deus voluntatem tuã.) Facta quidem est mundo salutaris passio Christi: veruntamen necessarium est videre, quis ille qui in mundum venturus (erat enim extra mundum omnino) quodammodo ingressus est in ipsum qui extra mundum? Igitur secundum naturam existens super vniuersum mundum tanquam deus vnigenitus ingressus est in ipsum, pars eius factus est: hoc est homo, sicque pro vobis afferens sacrificium, & seipsum offerens, saluauit mundum. Heb. 10. Heb. 11.

Quapropter & Iesus, vt sanctificaret per proprium sanguinem populũ extra portam passus est.) Quomodo sanguis communis hominis sanctos nos efficeret? sed sanctificauit sanguis

Christi. Deus igitur, & non simpliciter homo. Deus enim erat in carne suo sanguine nos purificans.

Ex epistola ad Timotheum.

VNus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit seipsum precium pro omnibus.) Ex confesso salutaris est mors Christi, sed si non esset deus, quomodo ipse & solus sufficiet ad hoc vt sit precium? sed sufficit solus pro omnibus mortuus, quia & super omnes est deus igitur est morte suæ carnis à mundo depellens mortem.

Ex catholica epistola Petri.

1. Pet. 3. QVia Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & spiritibus in carcere, abiens, prædicauit, olim inobedientibus.) Multi sancti prophetæ interempti sunt, sed nullus illorum pro peccatis mortuus esse dicitur, neque obtulisse nos Deo per suam mortem: sed neque prædicauit quis illis, qui in carcere spiritibus, id quod Christus fecit. Et in ipso & per ipsum redempti sumus, & eius passio salutaris fuit mundo. Mortuus igitur fuit pro nobis, non vt homo nobis similis existens, sed vt Deus in carne, corpus suum dans in commutationem pro omnium vita. Christo itaque passo pro nobis carne: nam tanquam existente deo Christo, sapienter ac prudenter discipulus, carne passum esse dicit illum, docens patiendi ineffabilem naturam, à passionibus alienam. Sua igitur carne passus est, quum verbum ex deo expers passionum esse soleat. Deus igitur Christus diuinè quidem impassibilis, passibilis verò secundum carnem.

Ex euangelio secundum Ioannem.

Ioan. 12. HÆc non cognouerunt discipuli eius principio sed quando glorificatus est Iesus, tunc memores fuerunt, quod hæc fuerunt de ipso scripta. Et iterum: Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, vt glorificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti quod ceciderit in terram moriatur, ipsum solum manet: si autem moriatur, fructum multum fert.)

Non est ambiguum, saluatum esse mundum, mortuo pro ipso Emanuele, veruntamen illud dicimus, quomodo mortuus glorificatus est: quum res hæc imbecillitatis maculam habeat, vnde & confusionem contempsisse dicitur, factus obediens vsque ad mortem, veruntamen dices glorificatum esse ipsum propter resurrectionem. Bene se habet sermo ille, & verus est. Num igitur resurrexit magis diuinè quàm humanè, verum opinor diuinè Proinde quú ipsum Verbum ex Deo, carne passum dicitur, ne erubescamus passionem, finis enim eius est gloria, eáque diuinior. Heb. 12.

Quod vnus filius dei, & dominus Iesus Christus, Ex epistola ad Romanos.

Ro. 7. & 8. ITaque ego ipse mente quidem seruio legi dei, carne verò legi peccati. Nulla igitur conden natio nunc est his qui in Christo Iesu. Nã lex spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem versamur, sed secundum spiritum.)

Etenim manifeste pugnant inter se caro & spiritus, hoc est prudentia carnalis & motus concupiscentiarum nobis insitarum, & virtus vitæ secundum spiritum. Licet diu na lex nos vrgeat, vt debeamus eligere bonum: in contrarium tam en concupiscentia carnis fertur. Solutum autem nunc est quod obstat & infirmatur lex peccati, prævaluit verò lex spiritus. Ob quam causam? misit enim Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt condemnaret peccatum in carne. Iam quo pacto non fuit valde vtilis Verbi incarnatio: Condemnatum enim sic est in carne etiam nostrum peccatum, si autem Verbum non esset factum caro, mãsissent res nostræ inemendatæ, & seruiremus carni lege peccati nullo in nobis illam abolente. Igitur ne cessariam esse dicimus hypostaticã Verbi cum carne vnionem, & non solam esse in personis, vel per vnanimitatem: hoc est, simplicem copulam, vt quidam dicunt.

Quid igitur dicemus ad hæc. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos, qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quomodo non & cum ipso omnia largietur?) Si filium proprium, manifestum quod eum, qui ex substantia sua dedit pro nobis deus & pater, passus autem est secundum carnem & non natura deitatis. Proprium igitur eius fuit corpus quod passum est, vt & ipse intelligatur passus dispensatiue, qui pati nescit. Vnde in duos separare vnum, impium fuerit, comprobabitur enim sic non dedisse filium suum pro nobis pater, siquidem esset homo separatim, & non potius cum assumptione carnis verbum ex deo.

Quis accusabit electos Dei? Deus est qui iustificat. Quis condemnat? Iesus Christus, qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis.) Si iustificat fide Christus, Deus autem est qui iustificat. Deus igitur verus, Verbum, & siquidem est ad dextram Dei, & licet mortuus ac suscitatus, sedeat cum patre, proprium igitur Verbi corpus est. Sedet enim cum patre cum assumpta carne, sicut filius secundum naturam, quamuis Verbum caro factum sit. Rom 10.

Fidei autem iustificatio sic dicit: Ne dicas in corde tuo: Quis ascendit in cœlum? hoc est Christum deducere. Vel quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit: Prope est verbum tuum, in ore tuo & in corde tuo hoc est, verbum fidei quod prædicamus: quod si confessus fueris in ore tuo dominũ Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus excitarit illum ex mortuis, saluaberis. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit.) Si secundum hoc quod quibusam videtur, homo deifer intelligitur Christus, & solam habet in persona vnionem cum verbo quod ex deo, cuius gratia credentes in ipsum tanquam in dominum, confitentes autem & resurrectionem eius ex mortuis, iustificamur fide quæ in illum? Exigitur autem fides, tanquam in deum scilicet. Vnde necessaria hypostatica vnio dei Verbi cum humanitate. Ita enim vnum Christum vt dominum confitebimur & eius carnis resurrectionem agnoscẽtes, quasi in Deũ credentes iustificamur.

Nullus enim nostrum in seipso viuit, & nullus sibiipsi moritur. Siue igitur viuamus, siue moriamur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & reuixit, vt & mortuis ac viuentibus dominetur.) Loquebatur beatus Paulus cum his, qui ex gentibus, nunc autem cognoscentes Deum, imò cogniti à deo, quomodo conuertimini ad infirma & egena elementa mundi, quibus denuo seruire vultis? Redempti igitur per fidem, quæ est in Christum à seruitute elementorum, & ad seruiendum adducti sumus Deo viuenti & vero. Quod si & Christus mortuus est, vt & mortuis ac viuis dominetur & vt ipsi viuamus tanquã deo viuo & vero, quomodonõ necessaria Verbi vera vnio cum carne? In ista enim mortuus est, dominatúsque est mortuis ac viuis. Gal. 4.

Ex priore ad Corinthios

2. Cor. 10. BIberunt, inquit, ex spirituali, quæ sequebatur petra, petra autem erat Christus.) Christi nomen impositum est Emanuel, quando natus est per sanctam virginem. Quomodo igitur ipse erat petra quæ potabat Israelem? sed est manifestum quod Christum & filium nouit vnum scriptura sacra. Verbum enim caro factum est. Iterum ipse est spiritualis petra, non abiiciens antiquitatem suæ naturæ propter nouam dispensationem.

Ex altera ad Corinthios.

2. Cor. 5. ET ita nos ex hoc tempore nullum nouimus secundum carnem: licet autem nouerimus secundum carnem Christum sed nunc non vltra agnoscimus. Quidnam dicit Paulus, nunquid Christum negat secundum carnem post resurrectionem? nescit ipsum suscitatum carne, & assumptum cum illa in cœlum? Et quis est qui hoc dicere audeat? Sic enim nouit & assumptum & venturum suo tempore quemadmodum ascendit in cœlum. Quo pacto igitur nescit secúdum carnem filium? quia post resurrectionem à mortuis, non iuxta mensuras, sed iuxta diuinam eminentiam, melius est ipsum videre & confiteri. nondum enim impleuit dispensationem. Prædicabatur secundum carnem, vt crederetur factus homo vnigenitus. Postquam autem perfectum est sacramentum, ab his à quibus Deus est, melius fuerit ipsum confiteri, quàm ex eo quod exinanitus est propter carnem. Vnus igitur Christus & filius, & dominus.

Scitis enim beneficentiam domini nostri Iesu Christi, quod 2. Cor 8.

paupter factus sit quum esset diues, vt vos illius paupertate ditesceretis.) Si Christus solum homo, & non secundum vnionem veram cum deo Verbo, diues vt deus, quomodo pauper factus est? Quæ enim omnino diuitiæ humanitatis? Dictum
1. Cor. 4. est enim omni homini: Quid enim habes quod non accepisti: sed pauper factus est, quum diues esset vt deus. Pauper enim factus est humanitatis paruitatem dispensatiue possidens, verè diues ex deo patre Verbum. Vnus igitur Christus & filius, & diues quidem vt deus, pauper autem quia factus est homo, vt nos ditet per ipsum.

Ex epistola ad Galatas.

Gal. 1. PAulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & deum & patrem, qui excitauit illum ex mortuis.) Nónne deum hominem factum, & vnum ex duobus per hæc nobis filium & dominum declarat mysteriorum doctor? Nam dicit, missum quidem se neque ab hominibus, neque per hominem. Et addidit: Sed per Iesum Christum, quem quomodo nesciret esse hominem, quum talē prædicarit per vniuersum orbem Verum sciuit non esse hominem simpliciter, sed magis Verbum ex deo incarnatum: & non deū qui in homine intelligatur, sed ipsum hominem reuera factum cum hoc quod est deus. Quando igitur dicit ab homine non missum esse, sed per Iesum Christum, quomodo non omnibus manifestum, quod & deum ipsum nouit esse verum, cum hoc quod factus est in carne similis nobis? Ostendit igitur ipsum non à rationibus humilitatis, sed à diuina ipsius super omnes eminentia.

Gal. 4. Quum essemus pueri, sub elementa mundi in seruitutem eramus adacti, quando autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum legi obnoxiū, vt eos qui legi erant obnoxij redimeret, vt adoptione ius filiorum accipe emus.) Quem misit deus, & pater qui factus ex muliere, & factus legi obnoxius? nunquid cōuenit & dignum est dicere ac intelligere quod miserit illum, qui non fuisset natus ex muliere, neque subditus legi, nisi mansisset quod erat, nempe extra carnem & sanguinem: sed est manifestus sermo, Verbum ex deo patre, factum esse ex muliere secundum carnem. Dominus legis vt deus, factus est legi subditus, vt fieret G etiam frater his qui sub lege. Sic enim accepimus ius filiorum dei, atque adeò si non esset factus frater sub lege, & ex muliere, neque essemus fratres domini & dei secundum naturam. Quia autem factus, tantam rem assecuti sumus. Cuius rei manifestam demonstrationem facit beatus Paulus.

Quod autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem: Abba pater.) Quomodo igitur spiritus, qui ex muliere & sub lege sanctus est spiritus per filium, & clamans Abba pater, nisi deus Christus vnus existens ac dominus?

Ex epistola ad Ephesios.

Ephes. 3. VNus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & in omnibus nobis. Verum vnicuique nostrūm data est gratia iuxta mensurā donationis Christi. Quapropter dicit: Quum ascendisset in alcum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Cæterum illud, Ascendit, quid est nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes mundi? Qui descendit ille est qui etiam ascendit supra omnes cœlos, vt impleret omnia.) H Vide obsecro quàm manifestus & euidens sermo, ostendens clare, quod Christus & dominus, vnus secundum dispensationis vnionem, verbo ad humanitatem adunato. vnus enim ex vtrisque filius verus: aliâs quomodo vnus dominus? quomodo autem vna fides? vel quomodo vnum baptisma? Si enim duo filij, duo omnino domini, duplex autem & fides, & non vnum est baptisma. In vnum igitur credimus, in vnius nomine baptizati sumus. Cæterum vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Eapropter manifestum, quod & vnus filius, licet vnigenitus intelligatur factus nobis sit ille. Quis autem is, qui ascendit in sublime, vel quis est qui descendit in infimas partes terræ? Proinde ipse descendit humano more, demisit enim seipsum ad inanitionem, & humiliauit, factus obediens vsque ad mortem ascendit autem cum carne super omnes cœlos, vt impleat omnia.

Ex epistola ad Philipenses.

Philip. 2. I Affectus sit in nobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est vt esset æqualis Deo, sed semetipsum inaniuit forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus vt homo, humilem præbuit seipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter & Deus illum in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomē, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium ac terrestrium, & infernorum, omnisque lingua confiteatur, quod dominus Iesus Christus ad gloriam Dei patris, Amen,)

Intelligis, quomodo verbum, quod est in forma Dei, & existit Deus, dicit non arbitratum esse rapinam, quod sit æquale Deo? Habens enim esse secundum naturam in æqualitate patris, inaniuit seipsum, forma serui accepta, hoc est, homo factus, inuétúsque specie æqualis nobis, humiliauit seipsum: postquam autem ipsam sustinuit crucem & exaltatum ipsum esse dicit, datúmque ei nomen quod est super omne nomen, ita vt ei omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur. Quomodo igitur in figura & æqualitate dei, demisit ipsum ad inanitionē exaltatúsque post F hoc dicitur? An nō hoc manifestissimum Christi sacramentum? Deus enim existens natura, factus est homo in humilitate & vilitate: factus autem nobis similis, ad suam naturam redit & cum carne, & decet exaltatum esse dispensatiue, & non ipsam naturā Verbi. Vnus igitur Christus deus in humanitate & cum humanitate existens quod erat.

Ex epistola ad Colossenses.

Coloss. 1. GRatias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnū filij dilecti, per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, qui est imago Dei inconspicui, primogenitus vniuersæ creaturę quod per illum creata sint omnia quæ in cœlis sunt & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illum & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt. & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt fi: in omnib⁹ ipse primas tenens. Quoniam in illo complacitum est patri vniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum cuncta reconciliare erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundē, siue quæ in terra sunt: siue quę in cœlis.)

Ecce iterum ipsum imaginem quidem dicit inuisibilis dei, cōditósque per illum thronos & principatus, & dominationes manifeste affirmat, & in illum omnia & in illo constituta esse dicit, & ipsum esse caput corporis ecclesiæ, & primogenitum ex mortuis. Quis igitur est imago dei conditor omnium, si non ipse vnigenitus filius dei qui & factus est primogenitus ex mortuis, tanquam mortuus in carne sua, & non in carne alterius cuiuspiam? Vnus igitur Christus & filius, deúsque simul & homo.

Ex epistola ad Hebræos.

Heb. 1. MVltifariam multisque modis olim locutus est deus patribus per prophetas, extremis diebꝰ hisce loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula cōdidit.) Natura vniuersorum dominus cum Deo & patre, vnigenitus eius Verbum esse creditum est: ponitur autem hæres, quia factus est caro. Dictum est enim ad ipsum, tanquam nobis similem hominem prodeuntem propter nos: Postula à Psal. 2. me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā Sed per ipsum Deum hæredem propter humanitatem, & ipsa secula facta esse dicit, quæ res ad antiquitatē Verbi, relationē habet. Vnus igitur Christus & filius, idémque deus simul & homo.

Qui quum sit splendor gloriæ & character substantiæ illius, moderetúrque omnia verbo: & purgatione peccatorum facta, sedet in dextera magnificentiæ in sublimibus, tāto melior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomē. Splendor gloriæ, & character, hoc est expressa imago substantiæ dei & patris, hoc est qui ex ipso secundum naturam filius vnigenitus quo pacto purgatione peccatorum fecit? manifestum autem quod per suum proprium sanguinem, sedit ad dextram patris, & præstātior factus esse dicitur angelis, quamuis secundū naturam & diuinitatis excellentiam superet omnia. Igitur & homo acquisiuit

acquisiuit tanquā deus inuisibilē creaturam, ipse existēs splēdor A & character, & faciens peccatorum nostrorum purgationē proprio sanguine. Vnus igitur Christus & filius, & Dominus.

Quandoquidem & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex
Heb. 2. vno sunt omnes, quam ob causam nō erubescit fratres illos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis.) Quod secundum naturam sanctum, non sanctificatur, quia non indiget sanctificatione. Quod autē participatione alterius vocatur sanctum, sanctificare alios nō potest: quomodo igitur idem sānctificat & sanctificatur, inquirendum. Sanctificat igitur vt deus, sanctificandi virtutem vt proprietatem naturæ suæ sortitus, sanctificatur vero nobiscum secundum humanitatē. Vnus igitur Christus & filius, & dominus sanctificans quidem diuino modo, sanctificatus autem nobiscum humano modo.

Heb. 8. Cæterum eorum quæ diximus illud est caput, quod talem habemus pontificem, qui consedit in dextera throni maiestatis in cœlestibus sanctorum administrator, & tabernaculi veri quod fixit dominus, & non homo.) Si omnis sacerdos, sicut dicit beatus Paulus, ad offerenda dona & sacrificia assumitur, non sibiipsis perficiunt sacrū qui vocantur ad sacerdotium: sed B deo potius, cui ab omni creatura debetur cultus. At deo ministrans, nō æquali ratione positus erit cum deo, neque etiam gloriam illi & soli conuenientem portabit. Iam quomodo pontifex noster factus Christus, in dextera sedit dei, & thronum habet magnificētiæ in cœlis & sanctorum est minister, & tabernaculi summi ac veri, sibi ac patri offerens cultū ac preces omnium? Vnus igitur est christus & filius, sedens quidem diuino modo in throno propriæ deitatis, appellatus autem & pontifex & minister despensatiue, propter humanitatem.

Heb. 12. Igitur nos quoque tanta testium nube septi, deposito omni onere & peccato, quod valde nos vrget, per patientiā curamus, in proposito nobis certamine, respiciētes ad fidei ducem ac cōsummatorem Iesum qui proposito sibi gaudio tulit crucem, ignominia cōtempta & ad dexteram Dei consedit.) Si communis homo christus, & non deus vere in carne, & nobis similis, quale illi proposito esse gaudium dicit, vel quomodo sedit in dextra thronidei? sed propositum fuit ei gaudium est enim summa natura in delicijs incessabilibus, sustinuit vero crucem, faciens quod proprium corpus potuit crucifigi. Et ipse crucifixus C sedit in dextra dei & patris. Vnus igitur dominus Iesus Christus, crucifixus quidem iuxta humanitatem, considens autem patri iuxta deitatem.

Quod vnus filius & dominus, ex euangelio secundum Matthæum.

Matth. 11. OMnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quisquam nouit, nisi filius, & cuicunque voluerit filius reuelare.) Nullo sciente filium præter solum patrem quomodo reijciunt quidam patris testimonium? Monstrauit enim suum filium in Iordane, dicens: Hic est filius meus in quo complacitum habui. Sed non nudum ostendit nobis suum verbum, sed vnitum carni Et non dixit, quod in hoc est filius meus: sed, hic est, qui cum carne. Vnus igitur & Dominus & filius.

Ex euangelio secundum Ioannem.

Ioan. 1. ERat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in D hunc mundum: in mundo erat, & mundus per ipsum factus est & mundus illum non agnouit, In propria venit, & sui eum non receperunt.) Satis vt Theologus loquutus est, & per lucē veram illuminatum esse omnem hominem venturum in mundum, dicens etiam per ipsum & mundum quoque factum esse. In propria inquit, eum venisse. Venit autem factus homo vnigenitus, tanquam ad suos, & ante alios ad eos qui ex sanguine Israel. Quum igitur ipse sit lux vera, & ille per quem omnia, & ipse est qui cum carne venit in propria, quomodo non necessarium vnum Christum & filium confiteri?

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre plenum gratia & veritate.) Si Verbum caro factum est, hoc est similiter nobis particeps fuit sanguinis & carnis, & semen Abrahę suscepit vt per omnia fratribus similis esset: quomodo dubitarit quis quod manserit Verbum etiam caro factum? Inuertibilis enim est natura Verbi, & si appellatus fuit frater noster, quomodo vnigeniti habet gloriam? Igitur tametsi factum sit caro, nihilominus est deus: & vnigenitus quidem vt deus, primogenitus vero propter humanam naturam.

Ioannes testatur de illo, & clamauit dicens: Hic est de quo dicebam, qui post me venturus est, ante me fuit, quia prior me erat Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.) Ioannes inquit de Christo, quem ipse prædicauit: Qui post me venturus, hoc est qui post me manifestatur: videlicet ante illum, hoc est primas partes habens secundum gloriam, Etenim erat & in existentia primus vt deus. Quomodo igitur qui post illum, ante illum secundum tempus? quia deuserat Verbum, & factum est caro habens quidem priorem locum, secundum quod verbum est, posteriorem vero secundum carnem, Sicut ex plenitudine eius omnes participes facti fuerunt sancti, plenitudo autem sola est diuinitas, sicut dicit per Esaiæ vocem: decuerit ipsam & solam, tanquam ex sua plenitudine participes facere alios, quod & fecit. Vnus igitur est filius & dominus, Verbum ex deo factum, caro, ipse deus simul & homo. Habet hanc sententiam & quod postea dicitur: Hic est de quo dicebam, post me veniet vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Ecce enim virū dicens illū, & post se venturum, priorem esse dicit vt Deum: In principio erat Verbum, et Deus erat Verbum.

Et testatus est Ioannes, dicens: Vidi spiritum descendentem sicut columbam de cœlo, & manentem super eum. Et ego nesciebam illū: sed qui misit me vt baptizarem in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem & manentem super ipsum, hic est baptizans in spiritu sancto. Et ego vidi & testatus sum, quod hic est filius Dei.) Vide manifestę & euidēter in illis dominum nostrum Iesum Christū, accipientem quidem humano modo spiritum propter dispensationem cum carne: diues enim cū esset, factus est pauper propter nos, baptizanté autem vt deum in spiritu sancto. Cui enim cōuenit posse suppeditare gratiam spiritus quam ei qui vere, & secundum naturā est Deus? vnus igitur Christus & filius. Et testificabitur Euangelista, dicens: Et ego vidi, & testatus sum quia hic est filius dei. Hic autem qualis? vidit vt hominem accipientem spiritum, vidit verò baptizantem vt Deum in sancto spiritu.

Si terrena dixi vobis, & non creditis mihi, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nullus ascendit in cœlū, nisi qui descendit, filius hominis, qui est in cœlo.) Quamuis sancta caro nata sit ex muliere, sed proprium erat corpus eius qui de cœlo descendit, qui & factus est filius hominis. Vnus igitur Christus & filius.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet Num. 21.
exaltari filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, habeat vitam æternam) Serpentes in deserto mordebant filios Israel. Tunc præcepit vniuersorum deus Mosi, vt suspenderet æreum serpentem: Et erit, inquit, si serpens momorderit hominem, & aspexerit serpentē, & viuet. Quale igitur hoc est ænigma, & quare inspiciens serpentem saluatur? Ideo quia vita secundum naturam vnigenitus dei Verbum, factus est in similitudine nostra, hoc est homo. Homo autem malus sicut serpens. Sed quamuis sit factus nobis similis, si quis viderit ipsum, inueniet mortem. Quid autem aliud est videre ipsum, quàm diligenter considerare sacramentum in ipso? tunc enim spectabitur in similitudine malorum, hoc est hominum, viuificus autem vt deus, & abolens malignorum spirituum morsus. Vnus igitur est dominus & filius idem & viuificus vt Deus, & in specie malorum hominum per dispensationem.

Pueri gerentes ramos palmarum, exibant in occursum ei & clamabant: Osanna benedictus qui venit in nomine domini, & rex Israel.) Quomodo igitur scriptura sacra dicit eum venisse in nomine domini? Igitur siquidem vt hominem seorsim eum qui ex sancta virgine non vnito ei per substantiam Verbo dicit, commune erit ei dominationis nomen sicut & nobis, & nihil magnum in Christo. Si autem sicut dominus verè venturus esse prædictus est, id quod & verè est, venit autē non absque carne in hunc mundum vnigenitus. Vnus igitur est natura

& verè dominus ac Christus & filius.

Et pro ipsis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati
Ioan.17. in veritate. Seipsum sanctificat Christus, vtrum vt homo, vel potius vt deus est secundum naturam, proprium habens spiritum sanctum, quod & verum est: quandoquidem nullus homo seipsum sanctificat, se autem sanctificat Christus. Vnus igitur est filius & dominus. Sanctificatur quidem vt homo, sanctificat vt deus suo spiritu proprium templum.

Ioan.20. Cæterum multa etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in hoc libro: hæc autem scripta sunt, vt credatis quod Iesus est Christus filius dei, & credentes vitã habeatis in nomine eius.) Emanuel qui ex sancta virgine natus, per Euangelij vocem Iesus nominatus est: quando igitur iste est, & non alius filius dei, & qui credit habet vitam æternam in nomine eius: quo pacto non insaniunt qui discernunt & dicunt alium & alium filium esse Verbum ex Deo & alium eum qui ex virgine sancta? In his enim conspicuum est, quod Euangelista vnum ex vtrisque sciat ac prædicet Iesum Christũ, hoc est verbum ex deo patre, similiter nobiscum carnis & sanguinis particeps, sicut scriptum est.

ex euangelio secundum Lucam.

Luc. 2. ACcidit autem quum essent ibi, completi sunt dies pariendi & peperit filium suum primogenitũ, ac fascijs eum inuoluit reclinauitque eum in præsepio, quod non esset eis locus in diuersorio.) Vnum & solum peperit filium Emanuelẽ sancta virgo. Quomodo igitur dicit, peperit filium suum primogenitum, quum non pepererit secundum post illum, sed manserit virgo? Assignatur igitur in scriptura diuinitus inspirata. Nominatus est enim primogenitus vnigenitus, dei verbum, nã particeps fuit carnis & sanguis, & societatẽ nobiscũ habuit? sicque factus est in multis fratribꝰ primogenitus, & nihilominus adoratur tum à nobis ipsis tum à supernis spiritibus.

Et dixit ad ipsum mater eius: Fili quid feciſti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. & dixit ad eos: Quid quærebatis me nescitis quod in his quæ patris mei oportet me esse.) Vide igitur quomodo proprium suum patrem appellat eum, qui in cœlis est: sed siquidẽ esset homo seorsim, & talis quispiam intelligeretur esse vt nos sumus, quomodo nõ oportebat potius dicere: Nesciebatis quod in his quę omniũ G patris esse me oportebat? sed proprium suum facit, solus enim ex illo natus est secundum naturam diuino more. Idem autem & homo factus proprium habet ac natura patrem deum.

Luc. 5. Et accidit quum esset in quadam ciuitate, & ecce vir plenus lepra, quumque vidisset Iesum, prostratus in faciem, rogauit eum dicens: Domine, si vis potes me mundare, & extenta manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto.) Admirabere in istis Christum operantem vt deum, simul & corpore. Vt deum qui dẽ, dum vult: vt hominẽ autem dum extendit manum. Vnus igitur ex vtrisque filius. Nam quamuis Verbum caro factum sit operatur tamen vt deus cum sua carne, quæ habet per illud virtutem.

Luc. 20. Dixit autem ad eos: Quomodo dicunt Christum Dauidis esse filium? Ipse autem Dauid Dicit in libro Psalmorum: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dauid dominum illũ vocat, & quomodo filius eius est?) Audis quomodo in hoc nititur ostendere se Christus. quod licet factus sit ex semine Dauid secundum carnem, attamen secundum naturam etiam sic sit dominus, vt filius & deus. Si enim, inquiunt, filius est Dauid quomodo ipsum Dauid dominũ nominat? sed neque eã quæ è semine Dauid, secundum carnem natiuitatem. in hoc negat neque inficiatur se esse dominum secundum naturam. Adesse autem dicit vtraque tametsi ex vtrisque vult vnum significari. Vnus igitur Christus & filius verè.

Quod in Christum fides vt in deum, ex epistola ad Romanos.

Rom. 1. PEr quem accepimus gratiam & apostolatum vt obediatur fidei, in omnibus gentibus, pro nomine ipsius inter quos estis & vos, vocati Iesu Christi.) Vocatæ sunt gentes per fidẽ, & erat Christus per sanctos apostolos, qui ab ipsis prædicabatur. Exigebatur autẽ ab his qui erudiebãtur, fides, nõ vt in hominẽ sed vt in deum. Non enim dicimus ex errore in errorẽ vocatas esse gentes, vt susciperẽt fidẽ in Christum: sed vt derelictis falsi nominis dijs conuerterentur postea ad deum viuum. Quando igitur apostolatum suscepimus? inquiunt doctores, vt obediatur fidei in nomine Christi, quo pacto non esset deus, & in ipsum fides vt in deum?

Testis enim mihi est Deus, quem colo spiritu meo in Euangelio filij ipsius, quod indesinenter mentionem vestri facio sem per in precibus meis.) Deo seruientes, non vt deo præter illum seruiunt alteri christo. Ipsius autem dicit & Euangelium: prædicatur etim ipse vt Deus mũdo, quamuis deus secundum naturam sit & pater & omnium dominus. Deus igitur Christus ille per quem & in quo etiam ipse pater vt Deus annunciatur, & ab omnibus cultu honoratur.

Iustificati igitur ex fide pacem habemus erga deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc adducti Rom. 5. sumus fide in gratiam hanc in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ dei.) Tanquam in deum credentes iustificamur. Si autẽ in Christum Iesum fides, & per ipsum adducti sumus. Coniũcti enim sumus deo & patri, Christo quodãmodo nos sumus excitante: quomodo non deus est, licet factus sit ex semine Dauid iuxta carnem secundum scripturas?

Sicut scriptum est inquit: Ecce pono in Sion lapidem offendiculi & petram offensionis. Et omnis qui credit in eo, non pudefiet.) Simeon iustus quando dominum puerum in vlnas suscepit, dixit ad deum: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum, & Luc. 2. cætera adiecit illis. Ecce hic positus est in ruinã & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, Idẽ igitur est offendiculi lapis, & petra scandali: & impingẽtes quidem in illum propter incredulitatem, contriti sunt nonnulli, quam confusionem effugerunt, qui in illum spem posuerunt. Vtrum igitur tanquam in hominem credimus, an tanquam in deum manifestum quod tanquam in deum. Deus igitur est Christus. De illo enim iustus Simeon iam dictas voces promebat, & de Iudæis.

Nã ignorantes dei iusticiã & propriam iusticiam quærentes Rom. 10. iustitiæ constituere, Dei nõ fuerũt subditi. Perfectio enim legis Christus ad iustificationem omni credẽti.) Si finis legis Christus, & ipse est iusticia iustorum per fidem quæ in illum. Et soli deo, vt proprium, tribuitur posse iustificare: quomodo non Deus Christus?

At iusticia ex fide sic dicit: Ne dixeris in corde tuo. Quis ascendet in cœlum, hoc est Christum ex alto deducere? aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit: Prope est verbum in ore tuo & corde tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus. Nempe si confessus fueris ore tuo dominũ Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet.)

Si omnis fidei terminus nobis in Christi persona præstituitur, & confirentes eius mortem & resurrectionem, tanquam Esa. 28. in deum credentes, iustificamur: quis audet dicere non ipsum esse deum? quandoquidẽ est caput salutis omnium, ianuaque & via fidei, quæ in illum est confessio. Per ipsum enim & in ipso, & ipse pater agnoscitur à nobis.

Ei autem qui potens est vos confirmare secundum Euan- H gelium meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationẽ Rom. 16. mysterij temporibus æternis taciti, manifestati verò nunc, & per scripturas propheticas, iuxta delegationẽ æterni dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti, soli sapienti, per Iesum Christum cui gloria & imperium in secula, Amen.) Ecce manifeste Euãgelium & præconium Iesu Christi esse dicit, & occultum quidem esse, & tacitum temporibus æternis, reuelatum autem nunc in obedientiam fidei. Conuersæ enim sunt gentes, ereptæ à falsi nominis religione, cognito ipso naturali & vero Deo. Iam si manifeste per Iesum Christum cognitus est deus, quomodo non magnum mysterium Christi? Si autem intelligitur homo sicut nos simpliciter, & non deus incarnatus, non iam arcanum est sacramentum.

Dico enim Christum fuisse ministrum circuncisionis pro Rom 15. veritate Dei, ad confirmandas promissiones pãtum: gentes verò vt glorificent deum pro misericordia,) Scriptum est enim:

Credidit

Gen.15. Credidit Abraham deo, & imputatum est ei ad iusticiam. Dictum est enim illi: Benedicentur in te omnes tribus terræ. id
Rom. 4. quod manifestat nobis Paulus, dicens: Non enim per legem promisio Abrahæ, vt ipse hæres sit mundi, sed per iusticiam & fidem. Et iterum: Atque adeò hi qui ex fide, benedicũtur cum fideli Abraham. Igitur si per fidem promisiones datæ sunt patribus à deo, factus igitur est minister Christus, hoc est, me-
Promissiones patrum iustificatio per fidem. diator ad confirmandas promissiones, quæ à deo patribus datæ, hoc est, iustificationem per fidem. Factus est, item mediator, non quod alteri fidem adornet, sed quod sibi, imò & per se patri. Deus igitur secũdum naturam est. Iustificatus est enim Abraham beatus, qui credidit in deum. Sic vtique & gentes iustificantur in ipso, vestigiis eius incedentes, & in deo credentes, hoc est in Christo.

Ex priore ad Chorinthios

2.Cor.6. ET hæc quidem eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi.) Vt deum fide honorantes, & eius spiritum accipientes: quomodo non deus Christus?

Ex altera ad Corinthios.

2. Cor. 12. NAm si is qui venit, alium Iesum prædicat, quem nõ prædicamus: aut si spiritum alium accipitis, quem non accepistis: aut Euangelium aliud quod non accepistis, bene sustinuissetis.)

Ante incarnationis tempora nullus reperitur nominasse Verbum ex deo Iesum Christum, nisi iuxta præcognitionem, sic nominandum suo tempore, quando & caro factum est. Nomen igitur ei nouum Iesus. quando factus est homo. Sed siquidem vt Deus prædicatur, & vnus existens (non enim alius est ab illo quem possunt prædicare quidam) bene habeat, & deo seruimus. Si autem ratio ei quæ solus est humanitatis & humili personarum vnione honorata est, euacuatus est fidei nostræ sermo, adducens nos ad hominem, & non ad Deum: sed hoc impium fuerit. Igitur Deus est Christus & filius, quasi Deo verbo carne facto.

Ex epistola ad Galatas,

Gal. 1. MIror quod à christo qui vocauit vos per gratiã, adeo cito transferiminiin aliud Euãgelium: quod nõ est aliud nisi C quod quidã sunt, qui turbãt vos & volunt inuertere Euangeliũ Christi Cæterum etiã si nos aut angelus è cœlo, predicauerit vobis Euangelium, præter id quod predicauimus, anathema sit.)

Si vnum est Euangelium prędicatum vniuerso orbi, per sanctos mysteriorum doctores. Hoc autem est fides in Christũ: quomodo nõ deus esset verus? siquidẽ necessarium cõfiteri quod ex vetere errore vocati simus ad agnitionem eius, qui secundum naturam est deus. Tam certus autem est beatus Paulus, quod & angelos anathematizat, si inuertant Euangelium Christi.

At vbi probatum fuit Deo, qui segregauerat me ab vtero matris meę, vt reuelaret filium suum per me, vt predicarem illum in gentibus, statim non contuli cum carne & sanguine, neque rediì Hierosolimam ad eos, qui ante me fuerunt apostolos.) Et qui à Deo reuelationem & mysteriorum cognitionem sortitus erat, haud opus fuit doctrina ab hominibus, verũtamen hoc dicimus. Quem reuelauit pater beato Paulo, vel quem ordinauit in gentibus prædicandum nũquid deum D Verbum & filium vnigenitum, non vnitum carni, & factum hominem dispensatiue? Iam quomodo hoc verum? Prędicauit hominem simul ipsum & deum, & vnum dicẽs filium
Gal. 2. & dominum Iesum Christum.

Scientes autem, quod non iustificetur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.) Si credere deo mercedem habet iustificationem, iustificati enim sic sunt & qui ante nos. Scriptum est enim: Credidit Abraham deo, & reputata est ei ad iusticiam fides: quomodo non deus Emanuel, siquidem verum est quod credentes in ipsum iustificemur?

Ex epistola ad Ephesios.

Eph. 1. IN quo, quum audieritis, & vos sermonẽ veritatis Euãgelium salutis nostræ, in quo etiam postquam credidistis, obsignati estis spiritu promissionis sancto, qui est arrabo hæreditatis nostræ, in redẽptionẽ acquisitæ possessionis, in laudem gloriæ ipsius. Multa iuxta illum in propositis sentẽtijs videre quis per quę discere licet quod Deus verus Christus, & ab omnibus fides in illum, non tanquam in vnum nobis similem simpliciter, sed tanquam in vnum Dominum & filium, & Deum. Nam primum quidem ipse est Euangelium salutis nostræ, in quo & fides tanquam in Deum scilicet. Sequitur autem & fidei præmium, hoc est spiritus promissionis, arrabo hæreditatis nostræ: redempti enim sumus in laudem glorię Christi. Saluauit enim nos non vt homo communis, sed vt deus in carne nostra factus propter nos. Sic enim in laudem erimus gloriæ illius.

Huius rei gratia ego Paulus vinctus sum Christi Iesu, pro vobis gentibus: siquidem audistis dispensationem gratiæ dei, Eph 3. quæ data est mihi in vos, quod secundum reuelationem notum mihi fecit mysteriũ, quemadmodum ante scripsi paucis, ex quibus potestis legentes intelligere cognitionem meam in misterio Christi. Qua intelligentia & cognitione ac reuelatione opus addicendum misterium Christi: siquidem esset homo seorsim, & omnino separatus à verbo dei nuda personarum vnione venerabilis, Quid enim habet occultum, vel quid adeo difficile ad intelligendum, de vno nobis simili homine, quod homo sit? Profundum autem & magnum misterium, si Verbũ quod existit deus factum esse nobis similis dicatur. Quando igitur, qui profunditatem nobis mysteriorum, & diuinas reuelationes tradiderunt, mysterium Christi tanquam diuinũ mysterium tradiderunt, & iam in ipsum fides tanquam in deum quomodo igitur non esset deus?

Sed huic simile est, & eandem habet sententiam: Mihi mi- Eph. 3 nimo omnium sanctorum data est gratia hæc, vt inter gentes euãgelizem imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucem proferam, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia condidit per Iesum Christum.

Viri, inquit, diligite vxores vestras, sicut & Christꝰ dilexit ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, vt sanctificaret mũdatam lauacro aquæ per Verbum,) Quale igitur verbum in Eph. 5. quo purgati sumus, abluti corpus aqua munda, nõne omnino illud, de quo inquit diuinus Paulus: Hoc est verbũ fidei quod prædicauimus, quod si cõfessus fueris in ore tuo dominũ Iesũ, Rom. 10. & credideris corde tuo quod Deus ipsum excitarit ex mortuis saluus eris Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Igitur si Christum confitentes in fide saluamur quomodo non Deus verus est, in quem si fidei sit verbũ purgati simus & sanctificati?

Ex epistola ad Philippenses.

QVid enim attamen omnimodo, siue per occasionem, siue Phil. 1. per veritatem Christus annunciatur.) Nunquid vt homo gratia venerabilis mundo prædicatur, quum Deum mundus agnoscat Christum fide colens? quomodo igitur non deus, qui in gloria deitatis mundo annunciatur?

Adiuuantes decertãtem fide Euangelij, & non territi in vllo ab aduersarijs, quæ illis quidem est causa perditionis, nobis autem salutis: & hoc à deo, quia vobis donatum est pro Christo non solum vt in eum credatis, verum etiam vt pro illo patiamini.) Si beneficij loco recipimus à deo credere in Christum neque errauimus propter hoc sed cognouimus eũ, qui natura & vere est deus: quomodo ergo dubitarit quis quod deus Christus?

Ex prima ad Timotheum.

CErtus sermo, & dignus quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus venit in mundum, vt peccato- 1. Tim. 1. res saluos faceret, quorum primus ego sum. Verum ideo misericordiam sum consecutus, vt in me prius ostenderet Iesus Christus omnem clementiam ad exprimendum exemplar ijs qui crediturì essent in ipso in vitam æternam.) Si peccatores saluat deus, & longanimiter tolerat peccata, expectans illorum pœnitentiam, & si omnis nostra fides in illum, & per fidem in ipsum vitam æternam luctifecimus quomodo non esset deus? quia & solum deum decuerit merito posse saluare mundum, vel eos qui in mundo, & longanimiter ferre peccãtes, & viuificare per fidem in ipsum.

Et ex confesso magnum est pietatis misterium, Deus mani- 1. Tim. 3.

festatus est in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, E prædicatus est gētibus fides illi habita est in mūdo, receptus est in gloria.) Quis igitur manifestatus in carne: an non manifestū omnino, quod Verbum ex Deo? Ita enim erit magnum pietatis sacramentum. Visus autem est angelis ascendens in cœlos, prędicatus est in gentibus per sanctos apostolos, creditus autem est in mundo. Minime autem dicimus, homo simpliciter nobis similis, sed vt deus in carne & sicut nos factus. Receptus autem est in gloria, vt dicentem audiat Deum & patrem: Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *Psal.109.*

Ex epistola ad Titum.

INdubitatus sermo, De his volo, vt confirmes, quo soliciti sint, vt bonis operibus præsint, qui crediderunt.) Nunquid igitur, qui deo crediderūt nō crediderūt in Christū? quū beatus Ioānes manifeste videatur dicere: Quotquot autē receperūt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri, ijs qui credūt in nomine eius. Quin & ipse beatus Paulus: Scientes autem, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidimus, vt iustificemur in ipso. Quando Deo igitur credūt, qui in Christum credunt, F quomodo non esse verus Deus? *Titum. 3.*

Ex Euangelio secundum Ioannem.

QVotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.) Duo deo digna ponit simul. Assumi enim non aliter à nobis Christum, nisi quia in ipsum est fides, manifestum ex hoc quod appositum, iis enim qui credunt, inquit, in nomine eius. Credimus autem in nomen eius, non hominem esse communem, & vnum quempiam ex nobis credentes, sed deum incarnatum. Nō est autem humanum, dare potestatem filios dei fieri, sed deo dignissimum & super creaturam. Quum igitur in illum sit fides, & ipse dat gratiam iuris & adoptionis filiorum, quomodo nō deus Christus? *Ioan.1.*

Hoc ædidit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.) Igitur vbi Christus signum fecit, & manifestauit gloriam, quum crediderunt in eum beati discipuli, num in hominem sanctum simpliciter, quia & ante signum secuti sunt eum admirantes vt sanctum, sed propter signum contuiti sunt illum habere virtutem, ac potestatem maiorem quàm homines, vnde crediderunt tanquam in deum. Sciendum autem, quod multi sancti fecerunt multa & admirabilia, & admirati quidem sunt multi, nullus autem in eos credidit.

Eandem habet sententiam:

Quum autem Hierosolymis esset pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius signa quæ faciebat. Non enim misit deus filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt seruetur mundus per eum. Qui credit in eum, non condemnatur: qui non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen vnigeniti filij dei.) Si salutis via est fides quæ in filium, quomodo *Ioan. 3.*

DIVI CYRILLI ARCHIEPI-

SCOPI ALEXANDRINI, AD PIENTISSIMAS reginas de recta in Dominum nostrum Iesum Christum Fide, liber alius.

DIuinæ cœlestisque prædicationis munere fungentibus per vocem Esaiæ præcipit vniuersorum Deus, dicens: Super montem excelsum ascende, qui euangelizas Zion, exalta in fortitudine vocem tuā, qui euangelizas Hierusalem, exaltate, ne timeatis. Dico enim eos qui in sacerdotij ordine positi sunt, & mysteriū Christi nostri omniū saluatoris loquūtur, nō abiectam nec humi repentem, nec torpore superatam, nec meticulosam habere mētem oportere: sed sublimem sensum, & quasi in monte sedentem, vt sic eximiam veritatis dogmatum pulchritudinem circū B spicientes, fidenter sermones faciant: tametsi quidam initiandi duri ac inhabiles, & quasi infrenes ac feroces equi. De quibus ipse beatus Dauid ad vniuersorum deum inquit: In camo & freno maxillas eorum constringes, qui non approximāt ad te. Si autem loqui oportet cum his, qui tali mente prædīti sunt, quomodo non fuerit periculosum eligere silentium, piisque vestris auribus non immittere sæpissime, quasi fluentum quoddā dulce & vinificum, sacrarum literarum scientiamād quod nobis & olim Deus promisit, dicens per vocem Esaiæ: Et hauriete aquā cum lætitia ex fontibus salutaris. Salutares autē fontes esse dicimus sanctos Prophetas, Euangelistas, & apostolos, qui supernè & de cœlo etiam salutarem mundo pluunt sermonē, suppeditante illis spiritu sancto, totumque sic lætificant mundum, in profunditatē sententiarum illius demittentes mentem, inuentam veritatem inde hauriimus. Agricolæ quidem ex agris redolentissimos flores suo tempore demerentes, & in corbiculis ponentes, afferunt ad dominos, iisque valde hilariter de fructibus gaudent, & occasionem nacti accedūt: nos autem quotquot doctorum suscepimus officium quasi ex agro scripturæ C diuinitus inspiratæ immarcessibile spectaculum afferimus, florum sermones, imo & eruditionem per spiritū quæ habet pietatis in Christum pulchritudinem non languescentem, beneque & opulente redolentem illius mysterium. Scriptum est enim, quod Christi bonus odor sumus deo. Assum itaque offerens sermonem vobis pientissimis Reginis, quem composui de recta, immaculataque fide, quam habemus erga dominum nostrum Iesum Christum. Vos enim potissimum decet, quæ tā sancte cultrices dei estis, & summa regni ornamenta, etiam corona charitatis in Christum decorari. Igitur reuerendis vestris verticibus iam adaptata est, & perpetuis vos honorib vniuersorum exhilarat deus. Vt autem multò maiore mysterio Christi fulgidæ sitis, habentem certam & inadulteratam scientiam, cōposui libellum per omnes scientias, ostendens, quod sicut est vnus deus pater, ex quo omnia: ita & vnus dominꝰ Iesus Christus, per quem omnia, vnus itaque & spiritus sanctus: & non feremus quod recte sentire putentur, qui in duos filios partiuntur vnum Christum, & filium & dominum. Non enim alium esse dicimus filium eum, qui ante omnia secula natus ex D substantia dei & patris: & alium qui in nouissimis temporibus natus est ex muliere, factus sub lege: sed vnum & eundem & ante vnionem cum carne, & post hoc etiam. Filius enim ex Deo patre secundum naturam, animato, & mente prædito sibi corpore assumpto: natus est enim carnaliter per sanctā dei genitricem Mariam, & nō in carnem versus. Absit, sed assumpsit illam, & nihilominus non cessauit esse deus. Mansit enim sic vniuersorum dominus. Hoc sentiendum docu mus. Sanctorum enim sermones sapientibus mandatis adigunt nos, vt id potissimum diligenter seruemus, quod in sacris scripturis commendatū est, & veritatem in diuinis dogmatib. consideremus, subtiliter intuentes ea quæ Christus locutus est, & destruentes quidem cogitationes, & omnium celsitudinem quæ exaltatur contra cognitionem dei, captiuum autem ducentes omnium intellectum ad obedientiam eius. Quum igitur omnes bene & recte confiteantur, quod & in forma & æqualitate dei ac patris existat Verbum, quod ex illo secundum naturam, nec arbitratus sit rapinam esse, quod æqualis sit deo, sed inanierit se forma serui sumpta, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliarit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Omnino quodammodo necessitas vult vt habeamus mentē piis cogitationibus plenam, quæ spectet vt bene iudicet eorum, quæ de illo scripta sunt, virtutē, vt in eodem deus simul & homo idem existere agnoscatur, & esse deus absque fictione. Inconuertibilis enim natura Verbi, etiam humiliationis mensuram non deuitans. Erubescit enim nullo modo propriæ carnis rationes, qui voluntariam exinanitionem propter nos substinuit. Oportet igitur illum & in diuinitatis dignitatibus videri conspicuum, & à nostra paruitate non prorsus alienum propter humanitatem, ita exigente dispensatione. Si enim deus existens Verbum factum est caro, hoc est homo, sicut & in hoc dicitur: effundam de spiritu meo super omnem carnem. Neminem turbet, etiam si dicantur aliqua de illo, à scriptura diuinitus inspirata, quæ hominibus cōueniunt. Circumspiciamus autem potius ipsius gloriam cœlestem ex virtutis eminentia, quæ Deo congruit, & summa. Quæ autem simpliciorū mentem potissimum perturbare posse verisimile est, ea pro viribus explanare tentabo, solutione ad manifestationem vnicuique verbo adiecta, deo nostram in hoc vitam dirigente. Dat enim verbum euangel zantibus virtute multa, sicut inquit diuinus Psaltes. Igitur in sermone à nobis facto ad sanctas virgines, dictorum magis obuiorum, & nihil difficultatis habentium ad comprehēdendum plurimam fecimus seiunctionem, proposito autem obscuriorum mentionem. Oportebat enim pientissimam vestram maiestatem, & hęc scire, & illa nō ignorare, quod vtroque modo recta scientia tanquam lux quæpiam in sanctissimas vestras mentes introducatur. Mens autē mea est singula interpretari, & quàm breuissimum esse in sermone. Præfertur autem ordine aliis, sermo de inimatione.

Esa. 40. *Psal. 22.* *Esa. 12. saluatores fontes apostol. & prophetæ.* *Argumentū libri.* *Ioel. 2.* *Psal. 67.* *2. Cor. 2.*

Sciendum igitur illud, Quando nominatur nobis Christus Iesus, Verbum ex Deo patre: hominem factum & incarnatum intelligere conuenit. Volo enim vos scire, quod omnis viri caput Christus: caput autem mulieris vir, caput verò Christi deus. Primus, homo ex terra terrenus, hoc est Adam. Secundus ex cœlo: manifestum autem quod is est Christus. *2. Cor. 10. & 15.* sed sicut portauimus imaginem terreni, portabimus & imaginem supercœlestis, sicut scriptum est.) Igitur primū factum est nostri generis caput, id est initium, is qui de terra & terrenus. Deinde autem secundus Adam dominatus est Christus: caput positus est: hoc est principium eorum qui per ipsum ad ipsum reformantur, vt fiant incorrupti per sanctificationem in spiritu. Igitur ipse quidē nostrum principium, hoc est caput secundū quod apparuit homo. Habet enim ipse caput, vt natura deꝰ patrem qui in cœlis. Natus est enim ex illo secundum naturam Deus existens, Verbum. Quod autem caput significet principium, adversitatem dubitantium animos inducet, quod virum mulieris caput esse factum dicit. Sumpta est enim ex illo: Vnus igitur Christus & deus, & dominus & caput habens vt Deus patrem in cœlis: factus autem nobis caput, eo quod secundum carnem nobis cognatus est.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter nos pauper factus est, quum esset diues, vt vos illius paupertate diuites efficiamini.) Vide obsecro, manifeste in his dictis, cum diuinæ & incorruptæ naturæ eminentia, conditionū humanitatis humilitatem, & ad hanc iungito dimissum vnigenitum, & nullus quidem deitatis diuitias interpretabitur. Valde inops est humanitas, cui omnia à deo data sunt, etiam quod est, supernè habet. Producta est enim à Deo, vt existeret aliquando. Sed diues vt deus, voluntario pauper factus est, & nobis similis, vt posthac hominis natura, in sua eminentia fastigium euecta, paupertatis confusionem amouear. Confusi- *2. Cor. 8.*

DIVI CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI
AD PIENTISSIMAS REGINAS DE RECTA FIDE
libri Finis.

tauit enim nos deus & pater in Christo,& considere fecit in
cœlestibus,sicut scriptum est:quò non peruenissemus,nisi pau-
pere natura vestitus esset,diues vt deus. Non enim pauper fu-
turus fuisset,qui secundum naturam propriam pauperiem fe-
rebat homo.Tribuitur autem hoc congruentissime ei qui verè
diues hoc est ex deo patre Verbo,quando factum est sicut nos.
Vnus igitur est Christus & filius.Christus nos redemit ex ma-
ledicto legis,factus pro nobis maledictum.Scriptum est enim:
Maledictus omnis,qui pendet à ligno.)Litera legis declarante
maledictum eum qui in præuaricatione & peccatis, nesciens
peccatũ,hoc est Christus,addictus est iudicio, sententiã iniustã
Gal. 3. ferẽs,& patiẽs quę maledictos oportebat,vt ipse qui pro vniuer
sis preciũ pẽdebat pro omnibus passus,omniũ inobediẽtię sol-
ueret crimina,& mundũ sanguine suo saluaret.Nõ factus esset
vnus precium pro omnibus, siquidem esset homo simpliciter.
At si intelligatur deus incarnatus,& carne propria passus parua
est erga ipsum omnis creatura,& sufficit ad redẽptionem mũ-
di,vnius carnis mors. Propria enim erat verbi ex Deo patre
nati.

Hebr. 2. Eum autem qui paulò minus ab angelis imminutus est vide-
mus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coro-
natum,vt gratia dei,pro omnibus gustet mortem. At diuinus
Paulus faciens sermones de nostri omnium saluatore Christo:
Quando autem introducit,inquit,primogenitum in orbẽ, di-
Heb. 1. cit:Et adorent illum omnes angeli dei.Et iterum: Qui quum
sit splẽdor gloriæ,& expressa imago substãtiæ eius,ferens om-
nia verbo virtutis purgatione peccatorum nostrorum facta,
sedet ad dexteram throni maiestatis in cœlestibus, tanto præ-
stantior factus angelis, quanto præcellentius præ illis hæ-
reditauit nomen. Cui enim dixit aliquando angelorum:
Filius meus es tu, ego hodie genui te? Igitur quando fa-
ctus vnigenitus, primogenitus & in multis fratribus tunc
& inductum dicit esse eum in orbem (nam secundum na-
turam suam erat extra creaturam dei) & imminutum asse-
rit ab angelis, quamuis præstantius præ illis sortitum nomẽ.
Nam nomen angelus ministerij significatiuum est, & seruilem
nobis subostendit conditionem. Dimittuntur enim angeli in
ministerium propter eos qui salutẽ hæreditaturi sunt. At filius
existentia ex patre, substantialémque & naturalem significat:
quoniam & vere natiuitatem factam esse credimus.Quomo-
do igitur imminutus est ab angelis, qui ab illis adoratur, qui
considet cum patre?sed est manifestum argumentum. Sedet
enim in humanitatis conditione, & assumpto corpore quod
mori poterat, propriúmque suum fecerat in illo voluntario
passus est, & summa gloria laudatur propter passionem,quod
per ipsum aboleuerit mortem,& inualidam reddiderit corrup-
tionem,vt pote ipsa incorruptio existens & viuens. Quando
igitur Iesum nominat, & imminutum esse dicit eum ab ange-
lis, non hominem seorsim & singularem,sed ipsum intelligi-
mus vnigenitum,cedentem dispentatiuè in dignitate angelis.
Quia vere factus est homo:qui imminutus est ab illorum emi-
nentia (eminentia autem angelorum est esse extra carnem,
& immortales) quam suscepit filius propter spontaneam hu-
miliationem: & qui parum ab angelis imminuitur, propter
humanitatis scilicet conditionẽ, in eminentia deitatis existens,
adoratur ab illis, & sedet in thronis circa quos illi stant glorifi-
cantes semper,& virtutum eum nominantes Dominum.

Hebr. 2. Quoniam igitur filij participes fuerunt sanguinis & carnis,&
ipse similiter particeps fuit illorum,vt per mortem aboleat ha-
bentem imperium mortis,hoc est diabolum,& liberet eos qui
metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti. Pueros
hic vocat,nos videlicet qui super terram sumus, sicut quasi ex
Psal. 81. persona patris in Psalmis dicitur: Ego dixi, dij estis, & filij ex-
celsi omnes.Quantum enim attinet ad id quod deo probatur,
& mansuetudinem quæ natura ei inest, omnes eramus filij, &
exciderat nullus ab eius proprietate:sed dicit Dauid,Sicut ho-
mines morimur, & sicut vnus principum cadimus: nempe
carnis passionibus propriam mentem subijcientes.Igitur quo-
modo facti sumus participes sanguinis & carnis? Anima enim
humana aliam habens naturam a carne in compositione cum
illo secundum vnionem vnum & rationale perfecit animal,
hoc est hominem.Sic igitur & Verbum Dei animatum carne
& nõ inanime, sicut quidam dicunt seipsum ineffabiliter vni-

E ens particeps fuit sanguinis & carnis similiter vt nos: per na-
tiuitatem autem manifestum, quod ex muliere. Vnus Igitur
Dominus Iesus Christus. Ita quod vniuit sibi humanitatem
Deus Verbum,mansit tamen id quod erat. Si autem ipse abo-
leuit mortis imperium vt vita,& ipse resurgens aboleuisse di-
citur mortem,& in omne nostrum genus incorruptionis be-
neficium transmisit. Sicut enim in Adam omnes morimur, ita
& in Christo omnes viuificabuntur. Et iterum: Sicut per ho- *1. Cor. 15.*
minem mors,ita per hominem resurrectio mortuorum. Quo-
niam est vltra conditionem humanitatis nostræ, calcare mor-
tem,vnione dicimus,hoc est communione cum carne & san-
guine Dei Verbum factum esse sicut nos hominem, mansisse
autem & si morte superius,Deus enim erat in carne.

Non enim angelos scilicet assumit, sed semen Abrahæ assu- *Heb. 2.*
mit.Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, vt miseri-
cors esset ac fidelis pontifex in his quæ ad deum forent agen-
da ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipsi con-
tigit tentatum esse,potest & his qui tentantur succurrere.) Se-
men Abrahæ assumere dicimus Dei Verbum. Quum enim
F natum sit ex Iuda secundum carnem, & assimilatum per om-
nia fratribus,secundũ quod dignatum est ferre formã serui &
in similitudine hominũ fieri, sicut dicit beatus Paulus. Appel-
latum enim sic & filius hominis, & factum est frater his qui
ex semine Abrahæ, hoc est his qui in sanguine & carne.
Quæ igitur est huius occasio? vt misericors esset ac fidelis põ-
tifex in his quæ ad Deum,Nam misericors quidem pontifex
factus est Christus erga nos,quod legali scripto condamnante
eos qui peccarant,& afferente sententiam, condemnandos esse
diuinæ legis præuaricatores Qui enim aspernatus fuerit legem *Heb. 11.*
Mose, absque misericordia sub duobus vel tribus testibus
moritur, Iustificat scilicet in fide Christus,& eis qui infirmati
erant remittit,quæ olim delinquerant.Factus igitur est miseri-
cors pontifex,legalem seueritatem vltra arguere non permit-
tens. Fidelis autem,quia constans & perpetuus, & dignus cu-
ius promissionibus habeatur fides.Sicut enim iterum dicit bea
tus Paulus de legalibus sacerdotibus: Et illi quidem plures fa-
cti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sine- *Heb. 7.*
rentur permanere:at hic quod idem permaneat in æternum,
G perpetuũ habet sacerdotium, vnde & saluare potest ad plenũ
eos,qui per ipsum accedunt ad deum,semper viuens ad hoc,
vt interpellet pro illis. Vide sanè quomodo non in condemna-
tionem eorum qui peccarant,factus est sacerdos, sed potius vt
misericors esset peccatis illorum.Porrò quis fuit modus tenta-
tionis & sacrificij eius? In quo contigit ipsum tentatum esse,
vt possit his qui tentantur succurrere.Constanter enim segessit
quum tentaretur & portaret crucẽ. Veruntamen filius seipsũ *Heb. 10.*
vt immaculatum sacrificium obtulit deo & patri, vt per suam
carnem iuuaret laborantes,& eos qui tentantur. Vna enim ob-
latione consummauit eos qui sanctificantur. Nunquid igitur
ipse factus est sacerdos secundũ humanitatem,quum ab omni-
bus sacrificia accipiat diuino modo: ipse verò sacrificium est
secundum carnem,Idem qui peccatis nostris miseretur secũ-
dum diuinitatis facultatem? Vnus igitur Dominus Iesus Chri-
stus.

Vos adoratis quod nescitis,nos adoramus quod scimus,quod *Ioan. 4.*
salus ex Iudæis est.)Dixerit quis fortasse, incongruum esse di-
uinæ & summæ naturæ verbi adorare. Iam quomodo, siquidẽ
H est verè deus Christus, illis se iunxisse videtur, quos adorare
oportet? Quid igitur dicimus ad hoc? siquidem nuda deitate
verbum quod ex deo prodiit venisse credimus in mundum:in
congrua igitur ei res fuerit:sed adoratur potius quàm quod ip-
se adoret alterum. Si autem forma serui sumpta, & adorantis
humanitatis conditionem non dehonestans appellatus est fi-
lius hominum, adoratio erit dispensationis, & magis decens
humiliationis mensuram, & non seorsim ipsam naturam Ver-
bi. Quoniam quomodo ex Iudæis est salus? Non enim dixe-
rit quis, sicut intelligitur & est Verbum, ex Iudæis ipsum esse:
sed secundũ quod his qui in carne & sanguine frater,eo quod
assumit semen Abrahæ. Vnus igitur Christus, etiam si adora-
re dicatur secundum humanitatem, quum ab omni creatura
adoretur vt Deus.

Paruo tempore vobiscum sum, & vado ad eum qui misit *Ioan. 14.*
me.) Vbi enim non est dei verbum, si implet omnia diuini-
tatis

tatis natura? quomodo igitur mittitur à patre? quomodo au-
tem & vadit ad illum? Igitur mittitur quidem iuxta humani-
tatem secundum modum & rationem missionis & apostolatus
vt prædicet quidem captiuis remissionem, cæcis verò visum.
Porrò vadit ad deum & patrem non æquali modo, sed quo-
dammodo ex corpore rediens in cœlum,vt pro nobis se osten-
dat vultui patris, sicut scriptum est. Si autem & de ipso Ver-
scripturæ mos. bo missio dicatur, ægre ferat nullus. Mos enim diuinæ scri-
pturæ est, talibus etiam interdum vti vocibus, & non locis,
nec circumscriptionibus diuinam & cœlestem subiicere natu-
ram: nouit enim eam esse incorpoream & incircumscriptam,
& alienam ab his imaginationibus locorum: sed potius ten-
tat nobis ea quæ super mentem nostram sunt humanis voci-
bus significare. Quia & ipse saluator dicebat mittere se ad nos
paracletum,quamuis sanctus spiritus omnia impleat. Spiritus
Sap. 1. enim domini,inquit,repleuit orbem terrarum.

Ioan. 8. Quando exaltabitis filium hominis, tunc scietis quod ego
sum.)Diuus Ioannes enarrans nobis causas Iudaicæ insaniæ,
qua Christo molesti erant,propter hoc,inquit, persequebãtur
Iudæi dominum,quia non solum soluebat sabbatum,sed & pa
trem suum esse dicebat deum, æqualem se faciens deo. Intro-
duxit autem & ipsos dicentes irreligiose. De bono opere nõ
lapidamus te,sed de blasphemia:quia tu quum sis homo, facis
teipsum deum. Igitur fidem in illum repudiabilem fecerunt,
hominem quidem ipsum facientes, eumqúe communem &
purum,nescientes quod deus existens Verbum susceperit se-
men Abrahæ,& particeps quidem fuerit sanguinis & carnis,si-
militer vt nos,licet non cessauerit esse deus. Inconuertibilis e-
nim secundum naturam est,& perpetuò deus. Quando igitur
dicit, exaltabitis filiũ hominis, tunc scietis quod ego sum. Nã
crucifixus quidem est humanè, reuixit autem diuinè: & credi
tus est propter resurrectionem, quod deus est & filius dei se-
cundum veritatem.Si autem creditum est à nobis, non quod
alium suscitarit, sed ipse magis suscitatus sit, omnino ferè ne-
cessarium propter dispensationem, proprium eius corpus in-
telligi,quod passum mortem,annunciantes & confitentes re-
surrectionem iustificamur per fidem. Igitur idem vnúsque &
& solus existens Christus Iesus, mori quidem vt homo secun-
dum carnem dicitur,surrexisse verò diuinè vt vita.

Accesserunt aliquando ad Christum Iudæi, dicentes: Si tu
es Christus, dic nobis palàm. Respondit illis Iesus: dixi vo-
bis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine patris
mei, hæc testimonium perhibent de me.) Quid obsecro &
hic dicunt qui in duos filios & in duos Christos vnum domi-
num Iesum Christum diuidunt? De vtro dicebant Iudæi: Si
tu es Christus, dic nobis palàm? Vter dicit: Opera quæ ego
facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de
me? Vtrius esse dicimus patrem deum? nunquid eius qui ex
muliere seorsum & propriè intelligitur,vel vnigeniti? quum fa
cere deitatis opera nõ conueniat humanæ naturę. Absit. Quia
autem Christus opera patris faciebat, non intelligitur homo
purus, sed potius Deus & sanguine & carne manens id quod
erat.Ita enim habens se, æqualia operatur cum suo genitore.
Neque vllus rectè sapiens huius sacramenti sermonem repre-
henderit.

Luc. 2. Puellus autem crescebat,& corroborabatur plenus sapien-
tia,& gratia dei erat in illo.Et iterũ Iesus proficiebat sapientia,
ætate,& gratia apud Deum & homines. Vnũ dicẽtes dominũ
nostrum Iesum Christum, & ei tribuentes humana & diuina:
inanitionis conditioni vere congruere tribuimus, corporale
incrementum aspicere,& etiam corroborari in particulis cor-
poris paulatim solidatis.Porrò videri impleri sapientia,propter
apparentiam quandam, quæ staturam corporis decebat. Et
hoc quidem,vt dixi,cum carnis dispensatione etiam humani-
tatis conditioni congruit.naturam autem verbi decet, semper
perfectum esse,& esse sapientiam dei. Igitur humanè dicitur,
quod ad inanitionẽ pertinet,illius autẽ similiter quæ deo con-
gruunt,sed diuinè.Etenim modus & ratio dispensationis cum
carne,habet illum esse sicut nos,& super nos, & excedentem
quidem creaturæ conditionẽ vt deum,seipso autem quodam-
modo minorem secundum quod apparuit homo. Vbi enim
humiliatio quam sustinuit volens si deuitaret humana? pro-
pria autem faciat ea cum propria carne,quemadmodum scili-

A cet bibere,& sitire & dici fatigare ex itinere. Quando igitur
audis puerum auctum,& corroboratum,plenum sapientia,ac-
cipe ad defensionem, dispensationis cum carne misterium.
Nam quod erat Deus in carne, fide dignus erit dicens ipse
beatus Euangelista:Et gratia dei erat in illo. Non enim vt gra-
tiam habens ab alio Deo, habere dicitur:sed quod gratiam ha-
buit puer, vt deum decet. Etenim erat & est deus Verbum
quod in carne prodijt,hoc est homo sicut nos.At quod dicitur,
gratiam habere, hoc est proficere in gratia apud Deum & ho-
mines, absurdum nullum, licet ipse pater, expectarit dispen-
sationem, & ipsum filium, propria facientem ea quæ carnis,
propter id quod vtile & congruum mysterio.

De die vel hora illa nullus nouit,neque angeli cœlorum,ne-
que filius,nisi pater.)Si Christum vnum,aiunt,confiteri nostis *Matt. 24.*
dei verbum incarnatum,hoc est hominem factum, quomodo
ignorauit consummationis diem? Dicimus itaque, quod igno-
rasse sacramenta quæ in deo,neque insolitum, neque aliter in-
decorum esset creaturæ. Quis enim nouit mentem domini, si-
cut scriptum est? Et quum dicitur parum ab angelis imminu-
tus esse filius, secundum quod factus est homo scilicet, quum
B diuinè sit vltra omnem creaturam: quid mirum etiam si cum
angelis ignorare dicatur hoc in deo sacramentum, quamuis e-
ius sapientia sit & virtus? Iam quomodo ignorauit sapientia
patris,quę in eo recondita,quũ & spiritus dicatur omnia scru-
tari,& profunda dei, spiritus autem sit dei: quomodo ipse i-
gnorauit quæ clare nouit spiritus suus? Igitur licet ignorare hu-
manè dicatur, nouit tamen diuinè. Proinde & interrogans:
Vbi positus est Lazarus, quasi nesciat secundum humanitatẽ.
Operatus est autem diuinè suscitato illo ex mortuis.Itaque ob-
seruemus pie distribuẽtem humana dispensationi cum carne,
& quæ deo congrua sunt, Verbo ex patre nato, facto nobis
simili.

Clamauit autem Iesus voce magna: Deus meus,deus meus
vt quid me dereliquisti?) Nunquid & ipsum Verbum ex deo *Matth. 27.*
natũ,auxilio opus habuisse dicimus:sed id valde stultum foret
dicere.Dominatur enim cum deo & patre, & firmat quidem
cœlos cum suo patre: Dominus verò virtutum nominatur, &
est secundum veritatem.Num infirmus fuit ad Iudæorum in-
C sidias,& expugnari non potuit ab eo crucifigentium manus,
quum dicat propheta Esaias ad omnes gentes? Quasi gutta à
cado,& quasi momentum stateræ reputatæ sunt,& quasi ina- *Esa. 40.*
ne reputabuntur? Cui assimilastis dominum, & cui similitudi-
ne assimilastis eum? Sciendum autem, quod ministri Iudæorũ,
habentes cohortem militum, ducemqúe proditorem accesse-
runt, ad comprehendẽdum eum, accurrit,dicens: Quem quæ
ritis? At illi ad hoc dixerũt: Iesum Nazarenum. Deinde ad eos
saluator: Ego sum. Et abierunt retrorsum,& ceciderunt in ter- *Ioan. 18.*
ram. Iam quomodo infirmus fuit,qui & sola voce se adorien-
tiũ infirmitatem redarguit? Quid igitur vult,dicẽs Deus meus,
dus meus,vt quid me dereliquisti? Dicimus igitur,quum pro-
auus Adam mandatum sibi datum conculcarit, & aspernatus
fuerit diuinam legem, fuit quodammodo natura diuina de-
relicta à Deo, factáque propter hoc maledicta, & morti ob-
noxia. Vbi autem lapsum reparaturus in incorruptionem, ve-
nit vnigenitus dei Verbum, & assumpsit semen Abrahę, &
similis factus est fratribus, oportebat cum antiquo illo ma-
ledicto,& introducta corruptione finire derelictionem,quam
D sustinuit principio humana natura. Itaque quasi derelicto-
rum vnus existens, secundum quod & ipse similiter no-
biscum particeps fuit sanguinis & carnis, dixit: Vt quid me
dereliquisti, id quod erat soluentis manifeste derelictionem
quæ nobis acciderat, & quasi placantis in hoc patrem & vo-
cantis ad beneuolentiã erga nos,tanquam erga seipsum & pri-
mum. Omnis enim boni & principium & author fuit nobis
Christus, adeóque, vt licet si quid dicat se accipere humanè à
patre hoc nostræ attulit naturæ. plenus enim ipse existebat,nul
liúsque rei indigens,vt deus.

Is affectus sit in vobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui quum
esset in forma dei,nõ rapinam arbitratus est, quod esset æqua- *Phil. 2.*
lis deo,sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in simi-
litudinem hominum constitutus, & figura repertus vt ho-
mo, humilem se ipsum præbuit factus obediens vsque ad
mortem, mortem autem crucis. Quapropter & deus illum

in summam extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu se flectat, cœlestium, ac terrestrium, & infernorum, omnísque lingua cõfiteatur, quod dominus sit Iesus Christus ad gloriam dei patris, Amen. Ecce obsecro deum Verbum, in forma & æqualitate patris non rapinam arbitratum esse, quod esset æqualis deo, inaniuisse autem se magis, voluntariúmque serui formam accepisse, & in similitudine hominum factum. Addit autẽ, quod humilem se exhibuit, obediens factus vsque ad mortem, mortem autem crucis. Igitur siquidem diuidere oportet in duos Christos & filios, vnum & solum Christum & dominum, sicut scilicet quibusdam videtur. Eum qui ex muliere hominem honorauit æqualitate suarum dignitatum dei verbum, & coniunxit sibi, secundum modum authoritatis, & societatem in nomine filij, quasi alius existens propriè ab illo filius. Quis igitur est, qui inaniuit seipsum, vel quomodo inanitus est? Nam siquidem, vt ipsi dicunt, is qui ex muliere seorsim intelligitur, homo dicitur passus esse, quomodo inanitus est, & quomodo ad humilitatem descendit, qui in æqualitate factus est cum deo verbo, secundum dignitatis, hoc est autoritatis modum, & hanc habens cum ipso copulam? Si autem de ipso deo Verbo, qui intelligitur iterum seorsim filius, inanitum esse, dicitur, quomodo inanitus est qui honorat alterum, sicut illi dicunt, & propriis ipsum dignitatibus circumtegens? Humiliatus autem est aliquo modo dans suæ gloriæ sublimitatem copulato. Si enim dicerent, quod glorificans alium ipse sustineat humilitatẽ vel inanitionem, nihil absurdum intelligere, quod is qui iniuria afficitur, exaltatur. Igitur necessarius, & qui ferè nos adigat sermo, vt opinari debeamus, quod inaniatur plenitudo, & in forma serui fiat, non quod natura seruilis, sed quod vltra cõditiones seruientis. Sit autem & in similitudine hominum, quod non sic habebat in natura priusquam fieret, & quod sublime humiliatur, ipsum credimus dei Verbum humanè in talibus fuisse secundum volitionem pro nobis, mansisse autem diuinè in suæ eminentiæ fastigiis. Hac ratione & superexaltatus esse dicitur, dum accepit nomen quod est super omne nomen, adoratúrque ab omnibus, & in gloriam dei nominatur esse dominus. Etenim quum existat in paterna eminentia dignitatibúsque ineffabilibus, vbi demisit se ad inanitionẽ, & humilis factus esse dicitur, ascendítque ad diuitias proprias natura sibi vnitas, manifestum autem quod humanæ naturæ paupertatem transcendit. Hac ratione dicitur accepisse humanè quod semper & irrepudiatè existat in ipso, hoc est quod sit deus, & vniuersorum dominus. Et siquidem honorificum patri, dominum habere vniuersorum proprium filium quomodo non est verum dicere, quod seruarit iterum ei, etiam formam serui accepta, liberam & supernaturalem dignitatem, nempe dominationem & potestatem super omnia?

Colos. 1. Gratias agens patri, qui idoneos nos fecit ad participationẽ sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum filij sibi dilecti, per quẽ habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorũ, qui est imago dei incõspicui, primogenitus vniuersæ creaturæ, quod per illũ creata sint omnia, quę in cœlis sunt, & quę in terra visibilia, & inuisibilia siue hroni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illũ creata sũt, & ipse est ante omnia, & omnia per illum consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primas tenens, quoniam in illo complacitum est patri vniuersam plenitudinem deitatis corporaliter inhabitare, & per eũ reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinẽ crucis eius per eundẽ, siue quę in terra sũt siue quę in cœlis.) Imaginẽ dicit inuisibilis Dei filiũ, qui secundũ naturã ex illo natus, hoc est Deum Verbũ, & etiam quod per illũ omnia producta sunt, siue visibilia, siue inuisibilia, tàm in cœlo, quã in terra. Et quod ipse ante omnia sit. In principio enim erat Verbum, & ipse est seculorum conditor, existentiamqúe habet omni tempore antiquiorem. Sed eum qui sic se habet secundũ propriam naturam, dicit datũ esse à patre in caput corporis ecclesiæ, ipsúmque esse primogenitũ ex mortuis. Iã quomodo Deus Verbum semper existens diceretur factus esse ille in quo omnia constituta sunt, primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium, nisi esset eius secundum veritatem proprium corpus ab ipso assumptum, quo mortem passo, ipse passus esse intelligatur? Nam quod in eo contigit verisimilem sermonem habeat, passum enim est quod proprium eius. Sic intelligitur primogenitus ex mortuis, quamuis secundum naturam immortalis sit, & ipsamet vita. Quando igitur datus est in caput corporis ecclesiæ? quum se demisit ad inanitionem, tunc dicitur & mortuus esse humane pro nobis, qui pati mortem nescius erat vt deus. Porrò dicente Paulò, quod in ipso inhabitauit omnis plenitudo, dicerent fortasse quidam Ecce alium Christum nouit seorsim eum, qui ex muliere homo, in quo habitauit tanquam alius ab illo Christus, & seorsim Verbum, vel spiritus plenitudo diuinitatis corporaliter. Sanè ad ista dicimus, quod spiritualis iste duos Christos haud norit, sed vnum prædicat, sicut & vnum spiritum, & vnum patrem. Nobis enim, inquit, vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per illum Age consideremus, examinantes vim verborum. Imaginem dei inuisibilis, eius per quem *2.Cor.8.* & in quo omnia, filium & qui ante secula vniuersorum constitutionem, datum esse dicit ecclesiæ caput, & vt sit primogenitus ex mortuis. Quoniam autem natura immortalis est, omnis quodammodo necessitas cogit dicere vnione dispensatiua & vera, Verbum ex Deo patre coniunctum esse humanitati nostræ, vnúmque sic nobis demonstratũ esse Christum, qui idem Deus sit & homo. In quo igitur habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter? Itaque proprie quidẽ & seorsim in natura Verbi putare hoc esse factum, valde stultum foret. Nam perinde esset ac si diceres, quod ipse vnigenitus habitauit in seipso. Credentes autem, quod Verbum caro factum est, non per translationem vel conuersionem: sed quod magis habitârit in nobis, & templum proprium fecerit vnito sibi secũdum veritatem corpore, quod animam habet rationalẽ pium erit dicere, quod habitationẽ in sancta carne Verbi, hoc est vnionem vere significans nobis diuinus Paulus. In ipso, inquit, inhabitare omnem plenitudinem deitatis, non per participationem, sed per habitudinem: hoc est non cõcessione gratiæ, sed corporaliter, hoc est substantialiter. Licet autem spiritus eius habitare dicatur in homine, non est tamẽ alius ab illo. Ab vna autẽ persona sæpe duplicis personæ habitus Verbi nobis nihílque offendit veritatem. Vt si dicatur de deo à diuinitus inspirata scriptura: Qui format spiritum hominis in ipso: quamuis quomodo non omnibus manifestum, quod non intelligatur ab homine alius spiritus eius, quã qui in ipso formatur? Dicit sanè alicubi beatus Dauid: Nocte cum corde meo exercebat, & scopebat spiritus meus. Iam quis erat ille, qui meditabatur cum ipsius corde, & proprium spiritũ scopebat? Oportebat igitur figuras sermonũ non tam anxie diiudicare, sed potius in rerum naturas inspicere, & ad ipsam veritatem ab illis transire. *Psal. 76.*

De obedientia Christi.

Rom. 5. IGitur sicut per vnum peccatum in omnes homines condẽnatio, ita & per vnius iustificationẽ in omnes homines iustificatio vitæ (Nã sicut per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt multi, hominis natura maledicta, & sententia mortis condemnata, propter primi parentis inobediẽtiam. Oportebat sanè redire ad illã irreprehensibilem obedientiæ demonstrationem, quę fiebat in principio, at hæc longe excedebat humanitatis conditiones (nullus enim mundus à peccatis) passa autem semel negligentiam, & ab intestinis victa infirmitatibus, inqúe propria carne ægrotans improbitatis sensu, & laborans effera peccati lege, quomodo omnino aufugeret? *Rom. 8.* Affectus enim carnis omnino inquit, inimicitia est erga Deum, & legi Dei non subditur: neque enim potest. Igitur deus & pater ingeniose omnia recapitulans in Christo, & magna mansuetudine humanæ naturæ rationem habens, & procurans reditum ac regressum ad id quod erat: emisit filium suum factũ ex muliere, vt simili nobis corpore sumpto quod proprium sibi fecerat, tanquam homo super terram inueniretur, nesciens peccatum. Ita omnino factus obediens Deo & patri, iustificet hominis naturam in se ipso, & ab mortis vinculis eximat, immortalitatis coronandam præmiis à Deo & patre. Nam absurdum est nos quidem hęredes factos supplicii primi parentis, corruptione per inobedientiã immissa, non autem fieri participes iusticiæ

iusticiæ secundi, qui ad vitam nos reuehit, per maximam illius obedientiam. Quando igitur dicit sacra scriptura per obedientiam vnius iustificatos esse multos, non hominem simpliciter quempiam nobis similem in hoc derelictum esse dicimus, sed incarnatum potius vnigenitum, & obedientem pro nobis factum patri. Non enim fecit peccatum, neque dolus inuentus est in ore eius, sicut scriptum est.

Rom. 5. Dico enim ministrum circuncisionis factum esse pro veritate dei, ad confirmandas promissiones patrum. Cæterum vt gentes pro misericordia glorificẽt deum.) Iudæorum esse promissiones à patribus datas, diuinus dicit Paulus. Prius autem & prophetæ clamauerunt de Christo, quod ipse futurus esset expectatio gentium. Itaque dominus noster Iesus Christus à patribus laudatus, factus quidem est circuncisioni, hoc est Iudęis minister, ad confirmationem eorum quæ promissa sunt per patres. Dictum est enim, quod iustus ex fide viuet. Cæterum & his qui ex gentibus spiritualis & viuifica benedictio est ita vt & ipsi misericordiã consecuti, per fidem deum glorificẽt. Porrò quamuis factus sit minister humanè, nihilominus tanquam Deus prædicatur his qui ex circuncisione & his qui ex gentibus. Vocati enim sunt ad vitam, qui non tanquam in vnum nobis similem simpliciter hominem, sed vt in Deum crediderunt in Christum, & non extra carnem, hoc est humanitatem. Verbum ex deo, esse confitentur, sed adorant eum incarnatum, & hominem factum. Sanè verbum fidei quod prædicamus explanat, dicens beatus Paulus: Quod si *Rom. 10.* dixeris in corde tuo domin⁹ Iesus Christus, & credideris quod deus ipsum suscitauit ex mortuis, saluus eris. Iã quomodo ex mortuis resurgere dicitur, qui natura immortalis existẽs vt de⁹, nisi quis acceperit sermones quod homo factus sit & sentiat, quod fecerit corpus hoc propriũ mortale? Et sustinuit quidem mortẽ in illo humanè, resurexit autẽ diuinè, vt in corruptio & vita. Siquidẽ arma militiæ nostræ nõ carnalia sunt sed potẽ- *2.Cor. 10.* tia dei, ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur, & omnem celsitudinem quæ extolitur aduersus scientiam dei, & captiuum ducimus omnem sensum ad obediendũ Christo.) Bellum sanctorum non est crassum & corporale, sed subtile ac spirituale.

Solent enim probatis moribus esse, & nõ carnalia arma mouere, nec cuspidibus lancearum, vel telorum vti: sed resistentes spiritualiter & valde strenuè his qui volũt diuinorum dogmatũ rectitudinem obliterare, reppellunt, id quod absque circumspectione illis probatur. Non enim carnalia sunt arma sanctorum, sed potentia deo. Nam deo moliuntur cogitationes, quæ nos ad absurdas imaginationes ab ducunt, & quodammodo student è medio tollere facinorosos quosdam barbaros, qui cum gloria dei contendere solent. Et si quis eorum qui solent loqui iniustitiam aduersus deum, in excelsum tollat cornu, hunc sententijs ad rectitudinem quasi deducunt translatum & reductum ad veritatis sermones. Igitur opus industria sanctorum dignum & deo placens fuerit semper subijcere dispensationis sermonibus, quod videtur obluctari gloriæ Christi. Verbum enim Deus existens, & in forma & æqualitate patris, seipsum demisit ad inanitionem, & factum est obediens vsque ad mortem. Itaque oportet strenuè subuertere omnem sensum, & quodammodo captiuum ducere ad obediendum illi. Enimuerò si quid dicatur etiam humanum, nullo modo offenderit naturam Verbi, quod in humanitate humile, si credatur similis nobis homo factum, & nihilominus non abiecisse quod sit deus: sed cum hoc quod mansit Deus, assumpsisse humanitatem, & subditum factum esse vsque ad mortem secundum carnem.

Canõ interpretandi sacras scripturas certissimus.

Heb. 3. Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum, quod fidelis sit ei qui ipsum constituit, quemadmodum & Moses in tota domo ipsius, Nam tanto maiore gloria, quâm Moses hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem is qui construxit domum, quàm domus, Omnis enim domus construitur ab aliquo: At qui condidit omnia, deus est. Et Moses quidem fidelis fuit in domo eius, Christus autem tanquam filius super domum eius, cuius domus nos sumus. Apostolus & pontifex confessionis nostræ à deo & patre factus est Iesus, hoc est homo, qui apparuit Verbum ex deo. Tũc enim nominatus est & Iesus, per vocem angeli. Et valde quidem humile esset nomen & res sacerdotij, & apostolatus *Psal. 20.* naturæ Verbi, sed non incongruum est humanitatis conditionibus. Nam sicut ipse filius alicubi dicit: Non venit vt ministretur ipsi, sed vt ministret, & det animam suam precium pro multis. Nam cuipiam ministrari à creatura illum decet, & meritò tanquam deum ac Dominum, & sub pedibus habentem omne quod natum est. Porrò ministrare humanum quidem est, & quantum attinet ad sermones dispensationis cum carne, non incongruum est ei, qui se ad humanitatem demisit, Vide sanè quomodo sacerdotio quidem fungitur humanè, & mediator positus est Dei & hominum. Mediator enim quodammodo est sacerdos. Sacrificij autem modum non sicut vnus quidem ex nobis sacerdotibus affert seruiliter, nihil ipse in hoc commune habens, vt illud suscipiat, sed sibi ipsi conciliat, & per se ipsum, & in ipso patri. Offert enim nostram confessionem, hoc est fidem, quam rectè consueuimus facere, dicentes: Credimus in vnum deum patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Iesum Christum filium eius, & in spiritum sanctum. Igitur & sacerdotem agere humane dicitur. Recipit sacrificium ipse diuinè idem existens simul deus & homo. Porrò dictus est fidelis, eo quod semper possit saluare eos qui per ipsum accedunt ad Deum. Fidelis autem & ipse nominatus est pater. Iam quod comparatur ministerio Moysi secundum humanitatem, quantam habeat eminentiam, per hoc quod est deus, didicerit quis absque magno sudore, considerans quod ille quidem tanquam seruus in domo fidelis: iste autem tanquam dominus super omnem domum ipsius, & quod extructor ac conditor sit Emanuel, cuius nos domus sumus. Incomparabilis autem est differentia conditoris & conditi, & eius qui secundum naturam est dominus cum eo, qui *Ioan. 6.* vere seruus & subditus est, ac intelligitur.

Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die) Descẽdisse inquit, sed de cœlo, missumqúe esse à deo & patre, quãuis omnia impleat, illud opinor demonstrans, & constituens omnibus manifestum quod Deus existens Verbum, descenderit dispensatiue ad humanitatem propter nos, non dimittendo quod erat natura Deus, sed assumendo magis id quod non erat, vt corpore quod sibi vnitum, & suum erat proprium, ad breue tempus dato morti, nihil perdat ex his quæ data sunt ipsi, sed seruet potius ac resuscitet illa in nouissimo die.

Vnde dicens quod faciat voluntatem patris, & minime suam, *Ioan. 7.* Iudæorum insaniam redarguit, & obliquè perstringit, quasi semper suam facientes voluntatem, & diuinam despicientes legem, nihilqúe facientes: quod domino probabatur. Nam & ante testificatus suam obedientiam, illorum accusauit inobedientiam. Dixit enim & alio loco ad illos, quasi persequi, & odio habere, iniustamqúe in illum sententiam pronunciare volentes: Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. Et si ego iudico, iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Itaque dispensatiue illa loquitur. Veruntamen & illud obsecro consideremus. Ex cœlo descendens vt deus datos sibi esse dicit à patre eos, qui in se crediderunt, vt nõ perdat illos, sed vt resuscitet in nouissimo die. Quomodo igitur suscitauit? nónne scilicet propter suam resurrectionem ex mortuis? Nam quum viuificasset, & ante alios scilicet suum templum, & mortis imperium concussisset per mortem suæ carnis, via facta est humanæ naturæ, ad resurrectionem, & ad hoc vt possit corruptioni præualere. Igitur proprium Dei Verbi, quod descendit de cœlo, per quod factus est primogenitus ex mortuis, vt sequatur & illum, qui resurrexit ad vitam, etiam hoc quod ei datum, & non iam propter præuaricationem protoplasti pereat, sed seruetur magis propter obedientiam Christi. Datos autem inquit, sibi eos, qui in ipsum fidem tenent ac ordinant, iterum vt homo factus. Nam propria hæreditas eius, omnia quæ à patre. Quoniam autem, vt dixi, particeps fuit sanguinis & carnis, iam credimus

vt Deo: itque hac ratione dationis nomen simul aduenit. Qui enim ante carnem, rex, & cum carne regnauit super nos. Vnde E & quasi principatum gerere oporteat, introductus est quando factus est, sicut nos Dominus, inquit, dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Igitur accepit humanè quæ ipsius sunt, quamuis omnibus vt deus dominetur.

De eo quod Christus sanctificatus est, & de sacerdotio ipsius.

Heb. 2. DEcebat enim eum propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, vt multis filijs in gloriam adductis, principem salutis ipsorum per afflictiones perfectum redderet, quandoquidem qui sanctificat & qui sanctificantur ex vno sunt omnes. Ob quam causam non erubescit fratres suos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.)

Existimant fortasse imperitiores quidã, & qui in duos Christos, & in duos filios vnum dominum Iesum Christum diuidere solent, quod dicatur perfectus reddi per passiones, is qui ex muliere homo seorsim intelligitur, & absque Verbo, quod est ex deo patre, & illum nobis salutis principem dicit, perficique ab ipso dei Verbo, traditum vt patiatur. F quasi alterum seorsim. Decere enim illum inquiunt maxime, quod eum propter omnia, & per eum omnia, eo quod & beatus Euangelista dicat: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Decebat igitur inquiunt, verbum, propter quod omnia, & per quod omnia, multis filijs ad gloriam adductis, principẽ salutis ipsorum, hoc est hominem simpliciter eum, qui per sanctam virginem, perfectum reddi per afflictiones. Quod autem sermo illorum insania plenus sit, quantum licet, etiam nunc ostendere tentabo. Nam primum quidem dum dicit, per quem, etiam de ipso positum est patre. Vnde & beatus Paulus: Fidelis inquit, deus, per quem vocati estis ad societatem filij eius. *1. Cor. 1.* Et iterum ijs qui per fidem ad liberam dignitatem vocati. *Gal. 3.* Nónne, inquit, non iam es seruus, sed filius: si autem filius, & hæres per deum. Quum igitur diuina scriptura in enunciatione illius dictionis nullum discrimen habeat, sed accipiat eam etiam de patre, nihil adhuc est quod cogat nos ad hoc, vt quasi de necessitate dictum illud per quem, ad personam filij referamus. Quoniam autem hoc est verum, nunc in præsentia relinquamus eius personam: sed scopum sacrarum literarum sequentes, & seruantes sermonẽ, qui ipsam dispensationem vnigeniti cum carne deceat. Patrem dicimus perfectum reddidisse per afflictiones filium hominem factum.

Sustinuit enim crucem ignominia cõtempta, omnino in bona voluntate Dei & patris, vt & nos volentes sequi eius vestigia strenuos efficiat, dum obedimus dicenti: *Matth. 10.* Ne timeatis ab his qui occidunt corpus, animam autem occidere non poterunt. Nam quoniam habituri erant afflictionem in mundo, & persecutionem passuri ab inimicis, certaturísque pro dogmatis veritatis, sudoréque & laboribus virtutem operaturi non sinit frangi metu, sed reddit audacissimos impulsus ipse per passiones, vt & nos prepararet dicens: *Ioan. 13.* Non est discipulus super magistrum, seruus super dominum suum. Sufficit enim discipulo, vt fiat sicut magister, & seruo sicut dominus suus. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. *Heb. 2.* Scopus enim fuit vnigenito carne sua pati pro nobis, & qualisnam huius rei occasio fuerit, docebit dicens diuinus Paulus: Nam quoniam pueri participes fuerunt sanguinis & carnis, & ipse similiter factus est particeps eorum vt per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum, & liberos redderet eos quicunque metu mortis per omnem vitam seruituti erant obnoxij. Itaque quoniam supra humanam naturam erat, abolere mortem: ab illa enim domabatur, & in antiquum illud maledictum tanto damno induxerat necessariò viuificum dei verbum, morti obnoxium, inductum est naturam hoc est humanam, vt & suã carnem mors quasi immansueta bestia aggressa, cessaret à tyrannide in nos sic abolenda. Igitur ipse est qui carne perfectus redditus propter nos humanè: perficiens autem nos diuinè, eo quod aboleuit mortis imperium. *Sap. 1.* Reliquit enim humanam naturam incorruptio in qua principio fuerat. Nã deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuentium. Condidit enim omnia vt essent & salutaria forent quæ producit mundus, & non esset in eis pharmacum mortis, neque inferni regnum super terram. Inuidia autem diaboli, mors intrauit in mundum: sic nos perficiens dicebat ad eum qui in cœlis est patrem & deum: Ego te clarificaui super terram opere perfecto quod dedisti mihi, vt faciam illud. Gloria enim vero deo & patri, quod per suum factũ aboleuit mortem. Itaque perfectio ei per afflictiones, nobis autẽ augmentũ eius quod deerat: id quod & factum est. Noua enim creatura ea quæ in Christo.

Quod autem non hominem simpliciter absque Verbo perfectum esse redditum dicat, sed pro nobis in humana forma prodeuntem vnigenitum, diuinus Paulus fidem faciet, dicens Quando enim sanctificans & qui sanctificantur ex vno omnes: propter quam causam non erubescit fratres suos vocare, dicens: Annuuciabo nomen tuum fratribus meis. Quis est sãctificans, & qui sanctificantur, & quomodo ex vno omnes, vel ex quo omnino dignum est videre. Igitur sanctificat quidem filius sanctus secundum naturam existens vt deus, sanctificamur autem nos ab ipso per spiritum, quomodo igitur ex vno omnes, tanquam ex conditore & factore? Atque adeò nessariam nos hinc mutuam habemus fraternitatem. Genito enim cum genito, secundum quod genita sunt, naturalis quædam est fraternitas. Quum autem filius natura non sit factus, & non frater creaturæ, secundum quod natura est Deus: quomodo igitur ex vno tam sanctificans quàm qui sanctificantur? Vnde ad propositorum manifestationem, sermo dispensationis cũ carne necessarius. Quando enim factus est nobis similis, tunc & ipse nobiscum ex vno dicitur & appellatur creaturarum frater, vt pote nobiscum humanam habens cognationem. Hac ratione, idque valde merito, non erubescit nos fratres nominare, alioqui vt mihi videtur, non ferens nominari frater, ab his qui per ipsum facti sunt, nisi factus esset eis similis veruntamen non relinquens id quod erat. Tunc enim & absque reprehentione etiam ipse nobiscũ laudabit quem laudant Seraphin, & omnis creatura adorat.

Et ex confesso magnum est pietatis sacramentum, deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est gẽtibus, fides illi habita est in mũdo, assumptus est in gloria.) *1. Tim. 3.* Si Deus existẽs Verbũ homo factus esse dicatur, nihilominus non reliquisse quod est deus, sed permanẽs semper in his in quibus erat: G magnum profecto tunc, & citra controuersiam pietatis est sacramentum. At si homo communis intelligatur Christus tanquam secundum solam equalitatem dignitatis, hoc est autoritatis, deo coniunctus) ita enim rudiores quidam sapiũt) quomodo in carne manifestatus est quamuis quomodo non omnibus manifestũ, quod omnis homo in carne est, neque aliter videatur quis. Quo autem modo dicit ipsum visum esse & sanctis angelis: Nunquid nos ipsos non vident angeli: Quid igitur in Christo insolitum vel quid admirabile, si nobis similem & nihil aliud spectarunt quidam sancti angeli? Et quomodo prædicatus est in gentibus & fides ei habita est ab his qui in mundo? Nam siquidem vt vnum nobis similem hominem simpliciter prædicarunt discipuli, & ab his qui in mundo tanquam talis sit, creditum est, in hominis seruitutem capti sumus & adorauimus creaturam, & ad hoc nos impulit ipse natura & vere vniuersorum Deus. Ipse enim nobis theologorũ ita ostẽdit chorũ. Si autẽ Christus suscitatus ex mortuis, sanctis dicebat apostolis: Ite, & docete omnes gẽtes baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. *Mat. vlt.* Et H credimus in ipsum baptizatíque sumꝰ, mortẽ eius annũciãtes, & resurrectionem confitentes, & hoc facere soliti, nullo modo rei sumus criminis, quod hominem colamꝰ. igitur homo Christus non est parua copula cum Deo Verbo honestatus, sed cõgressus potius cum humanitate secundum dispẽsatiuã vnionem, filius vnus & Dominus. Magnum enim tunc pietatis est mysterium. Manifestatus est enim in carne deus existens Verbum, iustificatus est autem in spiritu. Non enim fecit peccatũ dominus noster Iesus Christus, visus est autem & angelis, qui quum non ignorarent humanam eius natiuitatem, dicebant: Gloria in exelsis deo, in terra pax, & homnibꝰ bona volũtas. *Luc. 2.* Porrò predicatꝰ est gentibꝰ, & qui secundũ veritatẽ est filꝰ dei & patris & in carne apparẽs, ab his qui in mũdo sũt creditur.

Et testificatus est Ioãnes, dicẽs: Vidi spiritum descendentẽ in specie colũbæ de cœlo, & mãsit super eũ, & ego nõ nouerã eũ sed qui misit me vt baptisarẽ aqua, ille mihi dixit: Super quẽ vi-
deris

deris spiritũ descendentẽ, ac manentẽ super eũ, hic est qui baptizat spiritu sancto. A Ego vidi & testificatus sum hunc esse filiũ Dei.) Quum vnum dicat Emanuelem, & in duos Christos diuidentes non ferat, quidnam dicimus quum spiritus sanctus descenderit super ipsum de cœlo, & manserit super eum? Nunquid Verbum ex Deo patre opus habebat participatione spiritus sancti? Et quomodo non est fœdissimum sic sapere vel loqui? Proprius est enim eius spiritus, sicut & patris. Vnde & beatus Paulus: Quia autem estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba pater. Impium igitur vel cogitare solum, opus habuisse etiam ipsum ex Deo patre Verbum, participatione spiritus. *Christus quomodo ductus in desertum.* Et quod sic manifestam demonstrationem habet, stultum foret curiosius inquirere. Quomodo igitur super ipsum deuolauit spiritus? accepit enim humane, dispensatione cum carne efficiente, vt citra omnem reprehensionem spiritum acciperet, immò necessariò ad hoc ducente. Accepit enim non tam sibi quàm nobis, vt quandoquidem hominis mens à iuuentute ad malitiam diligenter intenta erat auolarat ab hominibus descendens nunc in illum, vt ad alterum generis initium diuertat, & iterum quiescat in nobis vt bene operantibus, & vitam B habentibus absque peccato, & ab omni crimine liberam in Christo. Veruntamen quamuis humane accipiat propter nos, sed vide dantem diuine. Super quem enim videris spiritum descendentem, inquit, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc autem est opus diuinum. Immittit enim his qui baptizantur Dominus noster Iesus Christus spiritum patris tanquam proprium. Et ad hoc nos inducit scribens diuinus Paulus: *Rom. 8.* Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Testificatus igitur est Ioannes hunc esse filium Dei. At si iterum quærere voluero eos, qui in duos diuidunt filios vnum Dominum Iesum Christum. Vnum monstrauit pater, & de vno locutus est beatus Euangelista: Hic est filius dei, de vtro igitur, dic obsecro, erit dictum? Nam siquidem propriè & seorsim de vnigenito & verbo, quod est ex patre, quomodo spiritum accipit? quum Deus existat natura, & proprium illum habeat. Si autem seorsim & proprie de homine qui est ex muliere, dicunt quod opus habuerit participatio spi- C ritus: quomodo idem est qui baptizat in illo? quum solam deceat summam naturam posse efficere particeps spiritus, eos qui ad se accedunt. Si autem idem accipit & dat, manifestum quod hoc fit secundum sermones dispensationis cum carne, & secundum quod natura & verè est Deus. Accipit quidem humanè, non tam sibi quàm hominum naturæ, per seipsum & in seipso primo afferens illum. Dat autem diuinè ex sua propria natura iis, qui digni sunt vt recipiant. Possent quidem ad prædictam sententiam, similia & æqualem habentia sensum apponi & alia, sed molestum est idem repetere. Scimus enim quod sufficit ingeniosis ad manifestationem si mihũ locorum vnius expositio. Vnde quoties dicitur Christus sanctificari, vel spiritũ accepisse, iuxta istum modũ intelligere cõuenit. Satius enim fuerit piè sentire, & sacrarum scripturarũ mentem inculpare tractare, quàm quum incidimus in ea, quæ rectè de gloria Christi dicta sunt, ita prophanè præcipitari.

Luc. 4. Iesus autem spiritu sancto plenus, regressus est à Iordane, & ductus est à spiritu in desertum, ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo, nihílque comedit in diebus illis. D Et consummatis illis esurijt.) Oportebat sanè iterum, vt pro nobis obsisteret, & quasi spoliaret olim victorem satanam, is qui propter hoc descendit in voluntariam exinanitionem, quo nos efficeret participes suæ plenitudinis, & in Adam factos infirmos ostenderet habere spirituale robur, cessarentqúe corporales, spiritualesqúe ægritudines in Christo, quæ in primum cõdito Adam, humano generi acciderunt. Nam quemadmodum per obedientiam eius iusti constituti sumus multi, quamuis inciderimus in condemnationẽ per illius inobedientiã: ita iterũ per robur quod in Christo intelligitur, nempe spirituale, damna primarum infirmitatum repulimus. Et qui lapsi eramus in Adam, vicimus in Christo. Opponit igitur se pro nobis vt homo, & vincit diuine: tentatur quoque vt vnus ex nobis inuadente satana, & existimante quod caro inualida simul adiungeret se ad expugnandum eum quem adoriebatur. Cæterum discedit confusus, humana natura ipsum noua ratione vincente in Christo, & mortuam habente legem peccati, quæ in membris carnis ferociebat. Abolita est enim in Christo. Insuper vt satis ieiunauit, & virtute diuina, absque potu & cibo carne incorrupta seruata, vix permisit ei, vt sua pateretur. Dicitur enim esurire. Et propter quam causam? vt per ambo egregie deus simul & homo cognosceretur. Vnus & idẽ scilicet & diuine super nos: & sicut nos, humane. Porro virtute spiritus duci dicitur in desertum, vt duci dicatur, non auferri, sed potius morari vel degere, quemadmodum scilicet & à nobis sæpius est dictum. Ille seipsum assequitur, recte dicitur, hoc est inculpate viuit & degit. Conuersabatur igitur in deserto, hoc est faciebat conuersationes, non corporaliter: nam absque potu & alimẽto corporibus necessario, virtute spiritus super naturam nostram perdurabat ad ieiunium. Veruntamen illud vide, vtilissima enim sententiæ vis est. Non ante sanctum baptismum tenebatur, sed neque ducebatur spiritu in desertum, in figurã nobis rem ponens. Nam impossibile est eos qui baptizati sunt, vel tentantis satanæ posse strenue ferre difficiles incursiones; vel etiam duci spiritualiter. Tempus autem congruum erat tam honestis operibus post sanctum baptismum. Corroborabimur enim sic spiritus sancti participatione, super neque gratia obsignati, ad robur videlicet spirituale, inuictiqúe erimus satanæ & quasi in fortitudine spiritus viuemus, accipientes desertum, quasi locum quendam extra mundanam turbam. Verbo enim omnipotenti parum fuerit vincere satanam, nobis autem magnum quiddam, vt per incarnationem eius eò perueniamus, & ad incorruptionẽ innouemur. Nã quemadmodũ per resurrectionem ex mortuis, superiores nostra corruptione facti sumus, ita per victoriã tẽtato Christo, iterum nos vicimus.

Habentes itaque pontificem magnum, qui pertransiit cœlos Iesum filium Dei, teneamus confessionem. *Heb. 4.* Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia, secundum similitudinem absque peccato.) Recte fidei cofessio exigitur à nobis in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Iesum Christum filium eius, & in sanctum spiritum. Hanc nos confessionem debere enunciare scribit beatus Paulus. Quoniam autem, citra controuersiam, est vnus filius Dei & patris, nempe Christus Iesus qui potest compati infirmitatibus nostris, & per omnia tentatus est secundum similitudinem absque peccato: quis esset postea nobis magnus noster pontifex, & non quasi externum offerens sacrificium, sicut mos est aliis, sed existens ipse, ille agnus, illa fragrantissima hostia, spirituale holocaustoma, turtur loquacissima, simplex columba, panis viuus, aureum turibulum? Christi enim sumus bonus odor Deo, sicut scriptum est. *2. Cor. 2.* Vide autem, oro, apostolicarum sentẽtiarum profunditatem. Non habemus, inquit, põtificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatũ per omnia secundum similitudinem absque peccato.

Psal. 102. Si enim non esset Verbum Dei factum, homo, inquit, sciuisset vtique & sic humanam infirmitatem vt Deus. Ipse enim nouit figmentum nostrum, vt scriptum est (etsi quidem humanũ quiddam & de ipso dicere licet) etiam nondum in hanc vocatum foret nostrarum passionum experientiam. Vbi autem nostram indutum est carnem, tentatum est per omnia, nihilominus, non dicimus, quod ignorarit, sed quod præexistente diuina cognitione etiam per ipsam experientiam voluerit discere. Factum autem est compatiens, non ex eo quod tentatum est, minime. Erat enim misericors natura, & est deus. Vbi autem cum hoc quod est deus etiam factum est nobis simile, etiam humano more hæc de ipso dicuntur. Penetrasse autem ipsum cœlos corporaliter simul & diuine, dicit. Nam ascendit quidem, vt sapientissimus Paulus alicubi dicit, quo nunc compareat vultui dei pro nobis. Pertransit quidem & alio modo cœlos, eo quod sancti angeli minores facti, & gloriã eius scilicet secuti sunt. Est enim vtique vt Deus super omnem principatũ, potestatẽ, & dominationem. Et omne nomẽ quod nominatur, siue in hoc seculo, siue in futuro Nã vt filius sedet cum patre suo, licet factus sit nobis similis dispensatiue.

Heb. 5. Et nullus accipit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, sicut & Aaron: ita & Christus non semetipsum glorificauit vt fieret pontifex, sed qui dixit ad eum: Filius meus es tu,

ego hodie genui te.)Qui se demisit ad inanitionem, expectat vocationem à patre, quæ ad sacerdotium ducat decentissimũ & cõsuetissimum non suæ naturæ, sed ei qua nobis est similis, hoc est humanæ, in qua quandoquidẽ æqualis factus est, sustinet quæ illi accidunt, nihil inde ignominiosior, sed honestè potius vtens vnà cum carne, dispensatione. Etenim quemadmodum quum natura dominus existens, mansit id quod erat, quamuis factus sit in forma serui: sic dicimus quod quamuis innumeros habeat in cœlo offerentes sibi spirituales & mentales scilicet & incruẽtas hostias, hymnos & glorificationes ac sacerdotium nostro simile factum acceptum, vbique custodiens quæ humanitatis conditiones decent & ei conformia. Assumitur quidem sicut & Aaron, sed non æquali modo. Namille iniungitur ad ministerium, & erat seruus: at ille tanquã filius vocatus secundum ordinem Melchicedech ministrat patri. Ministerij autem modum diuinus Paulus sic enarrat, scribens de Christo nostri omnium saluatore. Qui non secundum legem carnalis mandati factus est, sed secundum virtutem vitæ indissolubilis. Igitur incomparabiliter melior est sacrificij modus, & ille quidem, vt dixi, minister erat, quamuis vocatus ad sacerdotium. Hic autem & sic filius Dei ac patris. Tanquam natura quidem Deus, ac Verbum iuxta natiuitatẽ quæ fuit ante secula. Nobis autẽ similis sicut homo, secũdum nouissimam & in carne natiuitatem, cuius esset capax, & hodie (nobis etenim tempus significat præsens) propriam itaque & carnalem eius natiuitatem pater facit. Scit enim proprium esse filium eum, qui ex ipso diuine & ex muliere humanè natus.

Hebr. 5. Qui in diebus carnis suæ quum & precationes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum, à morte saluare, cum clamorẽ valido & lachrimis obtulisset & exauditus esset pro reuerentia: tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est obedientiam, & perfectus redditus omnibus, qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ, cognomitatus à Deo pontifex secundum ordinem Melchicedech.) Sapientissimus Paulus scribit, & dicit his qui in fide iustificati sunt, Imitatores mei sitis, sicut & ego Christi. Quin & diuinus Petrus: Qualis enim gloria, inquit, si quum peccantes alapis cædimini sufferetis. At si quũ benefacitis, tamen malis afficimini, sustertis. Hæc enim est gratia apud Deum, quia Christus mortuus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequeremini vestigia eius. Fuit enim mens vnigenito, qui nostram similitudinem gessit, pati humane, & docere quidem familiares suos, quomodo tentationum insidias aggredi oporteat, & quales esse conueniat eos qui propter deum persecutiones patiuntur, & periculis animæ & sanguinis se exposuerint, & præterea ostendere vult obedientiæ nobilem finem, vt & nos optimi ac sapientes corũ quæ illi dispensatiuè acciderunt, inueniamur imitatores, vestigiaque eius insequi studentes probatam verè vitã agamus. Igitur nos, qua decet vt mentem habeamus inuulnerabilem, qui decreuimus omnino pati velle pro dilectione erga eum, & pericula pro pietate existimare vitam, ex his quæ ipse sustinuit, ac fecit propter nos in humanitate, docere vult. Verũtamen nõ permittit viriliter agentes, temerè suas animas præcipitare, neque negligẽter relinquere quod agendum, & ea per quæ verisimile seruari possent, præter spem solum expectari ab his qui sponte affligũt. Persuadet autem magis contendere ad preces, & facere iuges ad deum supplicationes. Hæc docet, precationésque & suplicationes in diebus carnis suæ, offerens apud illum qui seruare ipsum poterat à morte. Vide autẽ quomodo res plena fuit iustitia quę decet alios. Nam audere aliquid contra tentationes, fortitudinis quidem habet gloriam, Videtur autem quodammodo non omnino expers esse suspicioni, videri scilicet timuisse quidem & correptus esse, & Deum rogare qui posit saluare, quod reuerentiæ habet indicium.

Matth. 10. Alioqui propter quam causam præcepit discipulis: Quando autem persecuti vos fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam. quomodo autẽ & idem sapientissimus Paulus, quamuis dicat manifestè, Quis nos separabit à dilectione Christi? afflictio num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? fugiens ducem Damasci, sportula demissus est per murum? Igitur oportebat ipsum Christum se nobis omnis boni magistrũ & doctorem exhibere. Accedit igitur cum magno clamore ac supplicatione tanquam nobis similis factus. Exaudi tus autem, tanquam vere & natura filius, non inobediens. Ego enim, inquit, sciebam, quod semper me audis. Nam vt & nostras preces acceptas fieri curaret, ipse primus rem orditur, quasi latas faciens humanę naturę patris aures, & quodammodo addictissimas constituens eorum qui propter ipsum periclitantur, precibus. Igitur nos eramus in ipso, sicut in secundo generis principio, qui cum clamore valido, & non sine lacrimis aderantes, & aboleri mortis imperium, roborarique vitam olim naturæ donatum precantes, porrò quod obedire Deo clarum & egregium habeat finem, iterum in ipso videbimus: ex his, inquit, quę passus est, docuit obedientiam. Simile enim, ac si dicat, Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: sed non mansit humilis, valde enim exaltatus est, accepto nomine quod est super nomen, quod in humano habitu sit Verbum. Optima sane nobis rei figura, nobilémque ac admirabilem efficiens obedientiam, ac omne bonum concilians. Igitur typus ac exemplar nobis erat, quod cum clamore valido & lacrimis, oraret quum tentaretur Emanuel, non ante incarnationem, sed in diebus carnis suæ, quando & hoc facere absque reprehensione licebat dicabat, quod glorię deitatis nihil præiudicabat, sed permissum, vt dispensatio cum carne hoc faceret. Alioqui quomodo absorbuisset mortem vita? at ille etiam nos faciens audaciſſimos, & dicens: Ne timeatis ab his qui occidunt corpus: quomodo captus esset passionum seruitute, vel quomodo infirmatus esset carne sua, vt morte repellere vellet, qui ab omnibus aliam amouit, qui sola voce eos qui in monumentis excitaturum se promittit, & incomprehensibilem illam rem ostendit. *Matt. 10.*

Acclamabat enim Lazaro quidem: Veni foras. Filio verò viduæ: Adolescens, tibi dico surge. Si autem quidam sunt, qui audent dicere, quod sit homo seorsim, qui ex sancta virgine preces & supplicationes cum clamore valido & lacrymis obtulerit illi, qui seruare ipsum poterat ex morte, ij iuste audient, quod velint sentire ea quæ à sanctis literis abludunt. Dicente enim eis vno apostolo sancto: Hi sunt qui segregant animales spiritum non habentes. Deinde dicant & hoc, vtrum nudum hominem dicunt illum, vel sicut dicere ausi fuerunt, habentem æqualitatem dignitatis vel autoritatis, qua cum Verbo ex deo similiter coniunctus. Itaque siquidem hominem purum nobis similem esse dicunt, ex confesso hominem adorant, qui adorant illum. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. *Matth. 9.* At si dixerint, quod vocatus sit ad æqualitatem dignitatis hoc est autoritatis, quæ cum deo Verbo. Iam accedit patrem cum clamore valido, & lacrymis fusis, & orat eum qui seruat, nihil quę impedit etiam ipsius Verbi cogitare tantam mensuram, quanta scilicet esse creditur, & habentis cum illo æqualitatem dignitatis, hoc est autoritatis. Igitur congruit & ipsi formidare mortem, periculum suspicari flere in tentationibus & opus habere alterius manu, vt seruetur, & ad hæc discere obedientiam ex his quæ tentando passus est. Verum hoc est absurde & loqui & sentire. Fortissimum enim est Verbum dei & morte superius alienum quę à passionibus, & prorsus humani metus expers. Porrò etiam talem habens naturam pro nobis passus est. Igitur neque nudus homo est Christus, neque absque carne Verbum, vnitum verò humanitati nostræ, pareretur sine passione, carne sua quæ homines. Igitur facta sunt in exemplum nobis humanè, sicut dixi in principio, vt vestigia eius insequamur. Hoc enim fecit, quando seipsum semel obtulit. Lex enim constituit sacerdotes infirmitatem habentes. Verbum autem juramenti, quod post legem, filiũ in æternum perfectum, vnica quidem oblatione, nempe, ea qua per propriũ corpus consummauit in æternum eos qui sanctificantur dominus noster Iesus Christus. Obtulit enim seipsum pro nobis in boni odoris fragrantiam Deo & patri, & consummauit spiritualiter per fidem, ac sanctificationem, quum legalis cultus perficiat nihil. Etenim cessarunt figuræ quidem, quod imperfectum in vmbra veteris testamenti quieuit: facta est autem necessariò melioris spei & introductio, per quam appropinquamus deo nostro, mediatore Christo qui in ordine

qui in ordine factus est pontificali, propter similitudinem nostram. Veruntamen hoc vide: De illo inquit diuinus Paulus, quod crucifixus est ex infirmitate. Iam quomodo lex quidem constituit sacerdotes habentes infirmitatem? Verbum verò iuramenti eius quod post legem filium in secula perfectum, quasi non possit scilicet infirmus esse. Hoc enim opinor est, quod perfecte habet, id est quod in omni bono perfectum est, eo quod non est sicut illis qui in lege, quibus non erat frequens etiam interdum infirmos esse. Vnde quodammodo idem infirmitate quidem melior esse creditur vt filius perfectus, crucifigitur autem ex infirmitate. Igitur consequens quidem est vt intelligatur, quod infirmus fuerit carnaliter sustinens crucé, & vt Deus maior quàm qui infirmus sit. Spiritus enim promptus, caro autem infirma. At si dicant infirmitatem significare in peccatis esse eos, qui secundum legem ministrabant, non obluctabor, sed assentior, recte & sic sentire volentibus. Itaque hi qui secundum legem sacrificabant, opus habebant hostijs non vna, sed multis: vt pote offerentes quotidie pro suis & populi ignorantiis, eo quod sæpissime infirmi sint, & languore laborent, quo variis peccatis sunt obnoxij: at ille superior peccato existens vt Deus, obtulit seipsum, & factus est noster pontifex, humanè quidem dictus ministrare: sacrificat autem deo patri suum corpus. Igitur non fert peccata, nec patitur vt deus, quia nõ esset naturæ genitæ, quæ non habet substantialiter immutabilitatem & semper posse fugere peccatum. Proinde deus est perfectissimus, nihil subsidij habens ab alio, vt firmus sit in sanctitate, & fructus eius naturæ est, vt delinquere nequeat.

Hebr. 8. Cæterum eorum quæ dicimus illud est caput: talem habemus pontificem, qui sedet ad dextram throni maiestatis in cœlis sanctorum administrator, & tabernaculi veri quod fixit dominus, & non homo.) Excitatum est in deserto vetus tabernaculum per sapientissimum Mosem, & factum secundum exemplar ipsi in monte demonstratum, & illud quidem his qui secundum legem sacerdotio funguntur cõgruentissimum: Christo autem dignum & simile domicilium est superna ciuitas, hoc est cœlum, quod est diuinum & summum tabernaculum, & non humanæ artis inuentum, sed sacrum & diuinitus extructũ. Illic qui fecit, obtulit deo & patri eos, qui in illum credunt. Sanctificatus autem per spiritum scilicet: Nullus enim venit, inquit, ad patrem, nisi per me, & hic est ei ministerij modus, de quo hic dicitur. Diuina autem res est (licet verbis nostris, hoc est humanis significetur) posse sanctificare suo spiritu credẽtes misericordia & gratia iustificatos, & quodammodo ministrare deo, quos mundo quidem mori, viuificari autem spiritu, & in vere probabili vita refulgere: quomodo non res Deo digna? Quod autem licet dicatur ministrare, non minor sit patre, neque minus nobilis illo, euidenter commonstrat quod ipse in diuinis tribunalibus sedet, & ad dexteram constitutus est genitoris. Si enim verum est, quod omnis sacerdos stat semper ministrando, nec vnquam intelligitur simul sedens & æqualis gloriæ cum eo cui seruit deo: quomodo non insolito modo sacerdos est Christus, qui & in deitatis soliis sedet vt deus, & minister est vt homo? At si quis sycophantarum veritatem & cauillantium dicat: Profectò sedet ad dextram patris qui hominem coniunxit Deo secundum solam æqualitatem dignitatis. is nõ vltra vnius generis esse dicet, sanctę trinitatis thronum, qui solam illam summam decet. Sed iam aliquis quartus hic erit, si nouitius & genitus introducitur, post consubstantialem & sanctam trinitatem.

Iean. 6. At Christus accedens pontifex futurorũ bonorum per maius ac perfectius tabernaculum non manufactum, hoc est non huius structuræ, neque persanguinem hircorum, ac vitulorum sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta.) Quo nam modo per maius & perfectius tabernaculum fuerit apud nos põtifex dominus noster Iesus Christus, dudum præmonstrauit noster sermo. Quod autem sacerdotii illius modus incomparabiliter melior eo qui in lege, multóque sit excellentior, hinc habe. Quæ enim in lege facta esse figuram & vmbram, istum autem veritatem, & immaculatum sacrificium nullus dubitarit. Sed obserua, quomodo admirabilis noster pontifex, qui sedet ad dexteram throni in cœlestibus, per suum sanguinem intrauit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Quomodo igitur qui ad dextram patris vt deus, proprium sanguinem habere dicetur, nisi crediderimus quod filius secundum naturam ex deo patre appellatus sit & filius hominis, & suum sanguinem dederit in precium pro vita omnium, sicque inuenit mundo æternam redemptionem? Nondum enim dixerit quis, quod esset consequens & decens Emanuelem sæpe occidendum, loco brutorum animalium, quum sufficiat ad redẽptionem eorum qui in mundo, quod semel passus est. At si, quemadmodum nonnulli sentiunt, homo esset seorsim, æqualitate quidem dignitatis, hoc est autoritate coniunctus deo non secundum subsistentiam, sed crederetur seorsim esse, non esset sanguis eius qui sedet cum patre in redemptionem mundi datus, sed alterius potius, qui habitudinalem cum illo habeat copulam. Nam quemadmodum duo quidem principes dignitatum æqualitate nihil inter se differentes, prorsus non vnum intelliguntur, sed duo secundum veritatem: ita & coniunctum alicubi secundum dignitatem diuisis naturis, hoc est subsistentiis non vnum esset, sed duo: & vnus sanguis forte verè vnius est, & non alterius. Itaque non sufficit ad vnionẽ veram dicere coniunctum esse deo hominem dignitatis, hoc est æqualitatis autoritate. Non enim in manu facta intrauit sancta Christus, neque in exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, nunc vt cõpareat vultui dei pro nobis, deo dicẽte: Cœlum mihi thronus. Requiescere etiam ipsum in supernis spiritibus dicimus filium, habentem cœlum tanquam sanctum tabernaculum, & non sicut sacrificantes super terram corporaliter, & per sanguinem sacrificia perficientes in exemplaria verorum, quæ fiũt quemadmodum in lege decrerum erat. Quomodo autem comparet nũc vultui patris pro nobis? an non semper & ante incarnationem erat conspicuus, quamuis intueri facile quod idem sit conditor sapientia Dei & patris, per quem omnia producta sunt? Vnde sicut sapientia dicit: Ego eram cui gratulabatur. Quotidie autem lætabar in cõspectu eius in omni tempore, quando lætabatur orbe profecto, & lætabatur in filiis hominum. Quando igitur ei gratulabatur pater, in cuius conspectu erat quotidie hilaris & lętificans? Quomodo cõspicuus est nunc conspectui dei? Igitur conspicuum fit nouo modo, non iam nudum & absque carne Verbum, sicut scilicet à principio erat, sed in forma ac natura nostra. Dicimus enim sic ipsum pro nobis nunc apparere, & quasi ab oculis dei ac patris, hominis naturam adduxisse. Quamuis propter transgressionem Adæ factam olim deteriorem. Nos igitur commendat conspectui patris quasi in seipso & primo, secundum quod natus est homo, vt nos patri offerat, & ab antiquis liberet criminibus, inque nouitatem vitæ in spiritu transferat, & postea vt dignus videri his qui à patre tanquam in filiorum ordine assumpti sunt.

Esaiæ vlt.

Prou. 8.

De eo quod dominus noster Iesus Christus dicitur gloriam accepisse.

Gal. 1. PAulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrem, qui suscitauit illum ex mortuis.) Sufficit quidem ad demonstrandum, quod Dominus noster Iesus Christus nulla externa & aduentitia gloria opus habeat, quum vnà cum Deo & patre prædicantes illum sacerdotes emittat. Non enim seipsos prædicabãt, sed Iesum christum Dominũ in gloriam dei patris. Quoniam autem necessarium nobis est diuinas sequi literas, & in nullo ab earum præscripto discedere: age dicamus, quomodo deus & pater dicatur filium gloriæ coronare. Igitur ipse beatus Paulus alicubi inquit de principibus huius seculi: Si enim cognouissent, non ipsum Dominum gloriæ crucifixissent. Sciuit igitur dominum esse gloriæ eum, qui crucifixus est. Quomodo ergo Dominus gloriam accipit à patre? Nónne manifestum est, quod is sermo iterum dispensatiuè factus est? Nam accipit quidem vt homo, & est etiam sic gloriæ Dominus vt Deus, & diuinæ naturæ eius diuitiæ in bonis quæ super naturam sunt, à nobis videntur. Conditionem autem paupertatis nostræ in hoc dicitur accepisse, quod licet diues esset, propter nos pauper factus sit. Proinde cogitationes nostras recte instituamus, & assuescamus de hac re sapere quæ oportet, & non ignorabimus diuitem

1. Cor. 2.

vt deum in paupertate noſtra.

Ioan. 5. Pater diligit filium, & omnia ei dedit in manus.) Filius iterum accipit vt homo, verum pater ipſe non ponit eum extra omnia quæ in ipſo. Dans enim ea filio, cum ipſo vniuerſis dominatur, ſubiiciens per illum humanum genus ſuæ deitatis ſceptro, quamuis ſine freno ad defectionem propenſum. Etenim ſicut alicubi ſapientiſſimus Paulus inquit, Deus erat in Chriſto, mundũ illi concilians. Nec tamẽ propterea dicimus, quod alius Chriſtus præter eum qui ex ſancta virgine, habitans in homine mundum illi conciliarit. Sic enim imperitiores quidam intelligunt, quod conciliarit ſibi mundum Deus pater in Chriſto. Factus eſt enim nobis mediator, homo factus filius, & quaſi pacis conciliator, non alteri concilians eorum qui in mundo obedientiam, ſed quaſi in vna perſona deo & patri. Chriſto enim conciliati ſumus per illum, & in ipſo omnium ſaluatori Deo, quamuis & dicebat: Venite omnes *Matth. 12.* laborantes & onerati, & ego reficiam vos. Quod autem eum accedentibus, non cum alio quodam ſit conſiliatic, quàm cum eo qui natura & verè Deus eſt, ſufficiente argumento oſtendit, dicens: Qui credit in me, videt eum qui miſit me. Et iterum: *Ioan. 14.* Creditis in Deum, & in me credite.

Pater, venit hora, glorifica filium tuum, vt & filius tuus glo- *Ioan. 17.* rificet te: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam.) Filius quidem nominatus eſt aduocatus & propitiatio. Nam patrem nobis placatum facit, & omnis boni nobis autor inuenitur. Cæterum illud videamus, quomodo glorificet pater filium, quomodo idem ab illo glorificetur. Vnde horam, hoc eſt tempus veniſſe dicit, quo oportebat ipſum omnino pro mundi vita crucem ſuſtinere, & erat neceſſarium glorificari filium à patre etiam per reſurrectionem à mortuis, teſtimonium accipientem quod ſit cum illo conſubſtantialis & viuificus, morteque ſuperior, & naturam præſtantiorem quàm vt corrumpatur ſortitus. Glorificatur autem & ipſe pater tanquam habens filium per omnia aſſimilem, ciuſdémque gloriæ & operationis cum ipſo: & hoc oſtẽdit filius abolita morte, & reſuſcitato ex mortuis templo ſuo. Porrò poteſtatem ſuper omnia tanquam nobis ſimilis accipit iterum, & humane, quũ regnet in omnibus diuinè, & diſtribuit quidem pater his qui dati ſunt filio, vitam *Ioan. 11.* æternam. Ipſe enim ita eſt, quia dicit: Ego ſum reſurrectio & vita. Proinde licet dicatur à Deo accepiſſe gloriam & poteſtatem ac regnum ſuper omnia, referendum eſt hoc acceptiſſe ad conditiones humanitatis. Sciendum autem, quod & gloriæ eſt dominus vt deus, & eiuſdem cum patre throni, & nullo modo minor quàm is qui genuit, excellentia & gloria, quantum attinet ad diuinitatis naturam. Erimus enim ſic pij, omnem ſenſum vertentes, vt obediantur illi, & cogitationes demolientes & omnem celſitudinem, quæ ſe contra ſcientiam eius extollunt.

Actor. 2. Dextra igitur dei exaltatus promiſſione ſpiritus ſancti accepta à patre effudit hoc quod videtis & auditis. Nõ enim Dauid aſcendit in cœlum. Dicit autem ille: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Totum in illis videre licet incarnationis myſterium. Nam exiſtens in forma & æqualitate patris, deus Verbum quod ex illo, fortiſſima dextra, & manus vera, inanitus quidem dicitur propter humanitatem: exaltatus verò rurſus, non in extremam dignitatem, & qua olim caruerit, conſcendens: ſed rediens ad gloriam & eminentiam ſibi implantatam, & in ipſo ſemper exiſtentem. Exaltatur enim humanè, quamuis ſecundum naturam exiſtat altiſſimus. Factus eſt enim homo. Et hoc opinor eſt naturæ cõditio, & ina- *1. Tim. 3.* nitio quæ dicitur: Quin deus homo factus, quamuis nihil habitus ſit quàm ſolus homo, & ita videbatur, prædicatus eſt in gentibus, & fides habita eſt ei in mundo. Honoratus itẽ vt verè filius Dei ac patris, ſummæque nobilitatis gloriam recepit, Deus eſſe creditus: nec inſolita res illa ei eſt, ſed verum dicimus ſummiſſum in humanitate & exaltatum videri, quamuis ſumma etiam gloria conſpicuum. Iam quantum ad naturam hominis & conditiones noſtras attinet, omnia ſint ſuperna à Deo hac ratione & valde meritò ad dextram patris exaltatus eſſe dici ur quamuis exiſtat manus & vniuerſorum opifex dextera. Vide obſecro, iterum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum

humanè quidem ſpiritum accipere implere autem diuinè pro- B
miſſionem patris, per hoc quod credentibus immittit ſpiritum
neque hunc vt alienum, ſed vt ſuum proprium. Dicit enim per
vnum ex prophetis: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem *Ioel. 2.*
carnem. Implet autem hoc Chriſtus, ſpiritum tanquam proprium, vocatis immittendo. Quamuis particeps poſſe efficere
quoſdam ſancti ſpiritus, minime hominis fuerit, ſed eius potius
qui dans ſecundum naturam eſt. Vnde filius & ipſe ſpiritum
deus, ea quæ dei & patris ſunt operatus eſt. Humanum igitur
eſt accipere, diuinum autem & ſuper hominem de ſua plenitudine, & in alios ſpiritus donum effundere. Ea propter Deus
eſt in humana forma factum Verbum, & propter hoc cum
Deo & patre eiuſdem throni.

De eo quod Chriſtus in virtute patris ex mortuis reſurrexiſſe dicitur.

DIuinus Paulus ſcribit de patriarcha Abraham: Non eſt autem ſcriptum propter illum ſolum, quod imputata ei *Rom. 4.*
fuerit fides ad iuſtitiam, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui exitauit Ieſum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus fuit propter peccata noſtra, & excitatus eſt propter iuſtificationem noſtram.) Meritò ſolius ac
totius deitatis opus fuerit, quod à Deo & patre per filium & in
ſpiritu: atque ita ſi datur pater viuificare, operabitur omnino
idem per filium in ſancto ſpiritu, licet operetur vitam filius in
his qui vita opus habent, ſed non ſine conſubſtantiali patre.
Nam habet in ſeipſo eum qui genuit. Vnde & manifeſtè dicit
Ame ipſo nihil loquor pater autem in me manens ipſe facit
opera. Et quamuis ſpiritus hoc dicatur facere, operabitur omnino vt ſpiritus vitæ, iam vitam ſecundum naturam dicimus
deum & patrem & filium, qui ex ipſo genitus eſt. Vnde dicitur quidem patre reſuſcitare Chriſtum ex mortuis, non inuenimus autem filium ocioſum in reſuſcitatione ſui corporis.

Proinde dicebat Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus *Ioan. 2.*
diebus ſuſcitabo illud. Vide autem quomodo quum beatus
Paulus dicat, quod imputetur & nobis fides ad iuſtitiam, qui
credimus in eum qui excitauit Ieſum ex mortuis, nõ in ſolum
patrem & Deum fides facta eſt, ſed etiã in Dominũ noſtrum
Ieſum Chriſtum. Præterea opinor & illud quoque videndum
Factus eſt homo vnigenitus, & ſuſtinuit quidem carnaliter G
mortem, reuixit tamen non ſecundum carnis, hoc eſt humanitatis virtutem, ſed tanquam in virtute deitatis viuificantis
mortuos, & vocantis ea quæ non ſunt tanquam ſint. Referenda igitur viuificatio, & valde meritò, non ipſi corporis naturæ
licet factum ſit proprium Verbi ex deo nati, ſed ſummæ virtuti ac naturæ quæ ſuper omnem creaturam, vt in perſona dei
& patris, ex quo prodijt filius æqualis & ſimilis ei per omnia:
procedit autem ab ambobus etiam viuificator ſpiritus. Porrò
traditum eſſe dicit Chriſtum propter peccata noſtra, & ſuſci- *Rom. 4.*
tatum eſſe propter iuſtificationem noſtram. Etenim quemadmodum contigit ipſum in carne ſua mortem pro nobis pati,
vt poſtea infirmet mortis imperium: ita reuixit iterum pro
nobis renouans nobis reditum ad immortalitatẽ, & tranſgreſſionis in Adam crimina abolẽs. Iuſtificati enim ſumꝰ in Chriſto, qui abolet veteris illius maledicti vim per magnam ſuam
obedientiam liberáque ab antiquis criminibus naturam. Nõ
enim fecit peccatum ſed in illo grata deo fuit, quamuis & cõdemnata, quemadmodum iam in principio prædiximus.

An ignoratis, quod quicunque baptizati ſumus in Chriſtum H *Rom. 6.*
Ieſum in mortem eius baptizati ſumus: ſepulti igitur cum illo
vnà per baptiſmum ſumus in mortem, vt quemadmodum
Chriſtus excitatus eſt à morte per gloriam patris, ita & nos in
nouitate vitæ ambulemus.) Dominus noſter Ieſus Chriſtus,
quum ſpoliaſſet mortem, & abſoluiſſet multitudinem detentorum ſpiritũ, ex cauernis qui illic reuixit tertio die, & ſactis
dicipulis dicebat: Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos *Matth. vlt.*
in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Si baptizamur igitur
quaſi in vnum nomen patris ita & in vnum nomen filij, & in
mortem eius, & in ſpiritum ſanctum. Docent igitur qui vnũ
Dominum Ieſũ Chriſtum in duos diuidunt filios, hominẽque
deo copulatum eſſe dicentes, ſecundum æqualitatem dignitatis, hoc eſt autoritatis diuiſis naturis, in cuius mortem baptiſati ſumus? Si igitur ſecundum, qui eſt Verbum dei prædicabimus, ſtatim incorruptibilis naturæ corruptionẽ aſſere-

mus.

mus, & mortem vitæ quæ eſt ſecundum naturam. Quod ſi dixerint, quod intelligatur is, qui ex muliere ſecundum ac propriè, A
ac per ſe quomodo illud dicunt? manifeſte quod omnino ipſe ſit qui cum patre coordinatus & ſancto ſpiritu: fortaſsis & depulſo à vera deitate Verbo, quod ex Deo natum, ſiquidem eſt mortis capax, quia & in mortem baptizati ſumus. Sed vide omnino qui mentem habes exercitatam, cogitationum abſurditatem. Igitur neceſſarium intelligere, quod Verbum dei factum nobis ſimile, ſponte paſſum ſit in carne: nam ſic baptizati ſumus in eius mortem, quod filius vnus ſit, ſecundum deitatis quidem naturam impaſsibilis, paſſibilis autem ſecundum carnem. Quod autem & nos in nouitatẽ vitæ tranſfert Chriſtus per reſurrectionem, quomodo quis dubitârit? Commendat enim nos ſibijpſi, & patri, quaſi ex mortuis viuentes, ſicut ſcriptum eſt, & mortuos quidem peccato, viuentes autem iuſtitiæ.

Rom. 8. Si autem ſpiritus eius, qui excitauit Ieſum Chriſtum habitat in vobis, is qui excitauit ex mortuis Ieſum Chriſtum, viui ficabit mortalia veſtra corpora, per ſpiritum ipſius in habitantem in vobis.) Vnigenitus quidem dej. Verbum ſecundum na B
turam eſt vita. Vbi autem indutus eſt corpus morti obnoxium gratia quidẽ dei per ſuam carnem, pro vniuerſo guſtauit mortem, ſed diuine etiam reſurrexit, ſecundum quod non erat poſſibile illum detineri à morte. Et hac ratione ſecundum ſermones quos dudũ reddidimus, excitatus eſſe dicitur à patre. Verũtamen illud iterum age obſecro videamus ſi placet. Viuificaturum dixit patrem etiam noſtra corpora per ſpiritum illius inhabitantem in nobis. Quod hoc verum ſit, nullus dubitarit, ſed ille ipſe viuificator ſpiritus eſt & Chriſti. Scriptum eſt: Vos autem non eſtis in carne ſed ſpiritu, ſiquidem ſpiritus dei habitat in vobis. Si autem quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt *Act. 16.* eius, Et iterum de ſanctis apoſtolis: Quum veniſſent autem per Myſiam, tentabãt in Bythiniam proficiſci, & non permiſit eos ſpiritus Ieſus. Quando igitur proprius eſt ſpiritus, & eius qui excitatus eſt, quamuis dei & patris viuificantis nos in ſpiritu, quomodo dubitatur quod facta quidem ſit humanitatis reſurrectio? Operatus autem opus iſtud ſit cum ſuo patre, deus Verbum, quod ex illo ſecundum naturam cuius & proprius eſt *2. Cor. 13.* viuificator ſpiritus.

Nunquid experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſti? qui erga nos non infirmus eſt, ſed potens eſt in nobis? Etenim crucifixus eſt in infirmitate, ſed viuit in veritate Dei. Equidem & nos infirmi ſumus cum illo, ſed viuemus cum illo ex virtute dei erga nos.) Offendebantur credentes quidam in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, forteſſe ſermonibus, quibus ab aliquibus in tales cogitationes perducti fuerant: Si deus eſſet vere & filius ſecundum naturam omnipotentis dei, quomodo non effugiſſet occidentium inſidias? quomodo etiam ignominioſiſſimam crucis mortem pertuliſſet? non intelligeretur, & valde meritò, infirmus fuiſſe ſicut nos, & victus à manu crucifigentium. Ad talia dicit diuinus Paulus: Nam ſi volueritis probare quid ſit, & quantus qui in me loquitur, expendentes ipſi quæ humana ſunt, ſufficientem inuenietis cognitionem: nõ enim infirmus fuit in nobis, ſed effecit potentiſſima per ſuum ſpiritum, ita vt potuerimus vincere omnẽ tentationem, idque valde facile, & obluctari ſtrenuè afflictionum moleſtiis. Quid igitur ô Paule dixerit quis? Non dicis infirmitatis opus eſſe ſuſtinere crucem? Nunquid iudicium hoc fuerit diuinæ virtutis? Minime inquit. Nam confiteor quidem ipſum infirmum fuiſſe in carne, viuere autem iterum ex virtute Dei: Dei enim erat natura. Quomodo igitur infirmus fuit, permittẽs corpori ſuo propter nos & mortem guſtare, vt per mortẽ aboleret mortis habentẽ imperium, hoc eſt diabolum, & liberos rederet eos, qui per omnẽ vitam metu mortis obnoxij erant ſeruituti? Igitur quando paruo tempore infirmum fuiſſe, ſecundum quidẽ carnem inquam, ſalutis occaſio fuit hominibus per vniuerſum mundum. Quomodo non oportebat pati infirmitatem, vt per ipſam abolita morte in admirationẽ ſit iterum ſuo viuificato templo, non ex infirmitate hoc faciens carnali, ſed tanquam ex virtute Dei? Eſt autem ipſe virtus patris reſurrectio & vita. Quapropter viuit ſemper, viuens enim eſt, Quod autem & nos victuri ſimus cum ipſo, qui infirmi cum ipſo fuimus, ſecũdum quod moriẽdum, tametſi in ſpe ſimus vitæ æternæ, quomodo dubitaretur: Reuixit enim ex mortuis, factus natura via ad vitam. Dictus eſt enim primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium.

Nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam? Pater ſalua me ex hac hora, ſed propter hoc veni in horam hanc. Pater glori- *Ioan. 12.* fica filium tuum. Et iterum: Cœpit mœſtus eſſe, ac tædere & dicere, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Et iterum exclamãs voce magna Ieſus, dixit: Pater in manus tuas commẽdo ſpiritũ meum. Qui Apollinarij opinionem ſequuntur, & quæ illi videtur ſapere volunt, dicũt, tẽplum ſine anima & mẽte vnitum eſſe Verbo, quid dicerent, ſi Euangeliſtæ talia de omnium ſaluatore noſtro Chriſto ſcripſiſſent? Qualis enim mœroris, & eorum quæ metum indicant, capax omnino eſſet diuina & ſũma Verbi natura? deuitabit enim omnino talia, neque vnquã noſtras ſuſtinebit afflictiones. Porrò corpus abſque anima & mente mœrorem non accipit, ſed neque moleſtum quippiam ſentiet, neque mœrorem ex prouidentia eorum quæ imminẽt. Patitur autem talia vt videtur, opinor, omnibus rationalis anima mente conſiderans, & quæ iam præſentia & quæ futura. Igitur quomodo dicit Emanuel: Nunc turbata eſt anima mea. Quomodo item cœpit triſtis eſſe & tædere? quomodo denique in manus dei & patris, ſpiritum commendauit? Siquidem res hæc aliena à diuinitate eſt, ſoliuſque & inanimatæ carnis eſt. Manifeſtum autem, quod vnigenitus factus eſt homo aſſumpto corpore, non ſine anima & mente, ſed animato anima & rationali, & perfecte habente ſecundum quod ipſum Verbum decet. Et quemadmodum propria facit omnia quæ proprij corporis, ita & quæ animæ. Nam oportebat ipſum videri nobis ſimile factum in omni quod carnis & animæ. Et quemadmodum diſpẽſatiuè permiſit propriè carni, etiam pati nonnunquam propria: ita iterum permittebat & animæ propria pati, & inanitionis conditionẽ vbique ſeruauit, quamuis deus exiſtat natura, & ſuper omnem creaturam. Porrò ſuum ſpiritum deo & patri commendat, hoc eſt animam ſibi vnitam, vt iterum per hoc beneficium nobis exhibeat. Olim enim liberatæ à corporibus animæ hominum, in ſubterranea receptacula dimittebantur, implentes mortis prõptuaria. Vbi autem Chriſtus ſuum ſpiritum patri commendauit, etiam hanc nobis præparauit viam. Non enim ingredimur in infernum, abſit: ſequemur autem potius ſecũdum hoc ipſi, & fideli conditori noſtras commendantes animas in bona ſpe. Suſcitabit enim omnes Chriſtus.

Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & *Ioan. 6.* qui manducat me, & ille viuet propter me.) Libenter quærerem ex his, qui vnum diuiduut in duos Chriſtos, vter ſit qui miſſus à deo & patre, & viuens propter illum, exiſtátque propter hoc viuificus. Nam ſiquidem nudum, & ſecundũ ſeipſum Verbum quod ex ipſo, quomodo manducatur à nobis viuamus propter ipſum? Deus enim natura incorporeus eſt. Si autem ſolum & ſecundum ipſum hominem eſſe dicunt miſſum, quomodo igitur eſt viuificus, qui viuit propter patrem? Quãuis quomodo non omnes qui ſuper terram ſunt, inter viuentes ſumus, viuificante nos deo ac patre? Quandoquidem verum eſt quod viuimus in ipſo, & mouemur, & ſumus. Quum *Act. 17.* igitur omnes viuamus propter patrem, quomodo ſolum vnius hominis corpus viuificum eſt propter hoc? Hanc operationem vtique habent & alia: quandoquidem omnes, vt dixi, ſumus & viuimus propter patrem. Quid igitur dicimus ad hæc? Verbum dei prodiens in humana forma appellatum eſt apoſtolus. Miſſum eſt enim vt prædicet captiuis remiſſionem, & cæcis viſum. Viuit autem propter patrem. Etenim natum eſt ex viuente patre. Oportebat omnibus modis ſecundum naturam eſſe vitam eum, qui ex viuente, & vitam ex deo ac patre prognatum filium. Poſtquam autem proprium fecit corpus, quod è ſancta virgine ſumptum, viuificum fecit illud, & meritò. Corpus eſt enim vitæ omnia viuificantis, propterea vnus filius, & Chriſtus, & Dominus, non eſt diuidendus in duos filios: quandoquidem ipſe eſt vita quidem, vt eſt ex vita & viuente patre, viuificus autem propter proprium corpus, vt nobis ſimilis, & homo factus, eſt Deus.

Quemadmodum enim pater habet vitam in ſe ipſo: & po- *Ioan. 5.* teſtatẽ dedit illi iudiciũ facere, quia filius hominis eſt. Quomodo opinatur quis patrem habere vitam in ſemetipſo? nunquid

extrinsecus, & aduentitiã & ab alio datam: & quomodo hoc non esset detrimentum, vel sapere, vel dicere? Sermo enim ille non mediocrem habet ineffabilis naturæ negationem. Nam primo quidem non simplex esset natura vniuersorum Deus: sed magis compositus. Siquidem alia ab ipso in ipso esset vita. Esse autem maior illo, & incomparabiliter melior ille qui non habenti dedisset vitam quandoquidem omnino accepisse colligeretur. Atqui, vt dixi, absurdissimum esset opinari, Deum & patrem habere sic externè adductam vitam. Habet igiturin se ipso vitam non acquisitam, vel aduentitiam, sed fructum naturaliter & substantialiter in ipso existentem. Ita autem & filio dedit habere vitam. Hoc enim opinor, quis recte dixerit. Proinde habet tanquam ex seipso secundum naturam existens in seipso vitam secundum quod intelligitur deus. Accipiant autẽ iuxta humanitatem, quæ & ipsa iudicat quamuis iudex existat vt deus, Et quis sit accipiendi modus, docebit dicens ipse quia filius hominis est, Non enim proprium est hominis à se habere posse vitam. Quia autem proprium factum est viuentis Verbi, vnitum illi corpus hac ratione & valde meritò tãquam habẽs ipsius viuificam operationem, accepisse dicitur vitam. Proprium autem iterum facit hoc sibi ille, cuius & proprium factum est corpus assumptum.

Quod licet filius hominis dicatur Christus, nihilominus sit verè Deus.

DOminus noster Iesus Christus alicubi dicit: Nunquid veniens filius hominis inueniet fidem super terram? Age iterum inquirẽtes mentem dictorum spectemꝰ, quam nam quæsiturus sit fidem Dominus noster Iesus Christus. vbi, de cœlis redierit. Nam siquidem à nobis credi vult, quod deus non sit neque verè filius, sed homo nihil amplius habens quàm nos: quomodo dubitauerit quis, quod talem opinionem, hoc est, fidem non apud nos magis inueniat quàm apud Paganos & Iudæos? Nam idololatræ quidam, & qui creaturam supra creatorem colunt, crucem audientes, quam propter nos sustinuit, & mortem, rident miseri. Et si quis ipsum nominat Deum, resiliunt statim, & hominis cultum esse affirmant. Etiam ij qui ex circuncisione adoriuntur Christum dicentes manifeste: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu quum homo sis, teipsum facis deum. Quando igitur non eam quæ apud errantes est, fidem inquirit, sed eam potius, quã nos recte tenemus: omnino necessarium est propensos ad veritatẽ, confiteri, quod deus sit secundum naturam, qui & filius hominis propter nos factus est, vt ne miscentes nos errantibus, per ignorantiam sapere velimus, parum glorificantes Christum, quemadmodum scilicet & illi.

Dicit alicubi Christus: Neque enim pater iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum sicut dicebamus: Sicut enim pater habet vitam in seipso, ita & filio dedit habere vitã in seipso, & potestatem dedit ei iudicandi, quia filius hominis. Quin & beatus Dauid psallit, quia deus iudex est, scripsique alicubi, & illius discipulus vnus est legislator & iudex. *Ioan. 5.*

Igitur non decebat quenquem iudicare quàm solum deum omnium. Quomodo igitur dedit hoc filio hominis? Itaque siquidem est vt vnus ex nobis, quomodo verax erit dicens: Gloriam meam alieri non dabo? Dei enim gloria est, esse iudicem. Si autem dans filio, non expers iudicandi factus est ille propter identitatẽ substantiæ, & est qui accepit filius hominis. Quomodo non omnibus manifestum, quod deus quidem est Verbum propter ineffabilẽ ex deo patre natiuitatem, & idem est etiam filius hominis, eo quod vnitum est carni, & sicut nos sustinuerit natiuitatẽ ex muliere. Quum igitur dicit ad Iudæos Quur me quæritis occidere hominem, qui veritatem loquutus sum vobis?

Et iterum: Et nullus ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis Et iterum: Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, Et quãdo dicit de seipso: Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui cum sanctis angelis.

Et iterum: Quem dicunt homines esse filium hominis? Nónne & simpliciter quoties homo dicitur à diuinitus inspirata scriptura, non priuatim & seorsim hominem esse dicimus seperantes Verbum ex deo patre: sed credimus magis quod & deus sit verus, factus autem filius hominis propter nos dispẽsatiuè, cum hoc quod manserit deus, & vnus est dominus Iesus Christus. Impium vero seperare in duos Christos, & duos filios, post indiuulsam vnionem, Nónne & vltra omnem mentẽ & rationem est ac summam? Et esset quidem non difficile his qui omnia quæ de Christo scripta sunt volentibus examinare, & plurimarum sententiarum facere additionem. Sed scimus quod scriptum est: Da sapienti occasionem & sapiens erit. Nam vniuersorum deus per sanctũ spirirum pientissimas vestras deducet mentes, ad hoc vt recte possint sentire, Etenim Christus, inuẽta in vobis fide immobili & impolluta, opulẽte supernis bonis coronabit, & beatissimas efficiet, Omnis enim spes nostra in Christo est, per quem & cum quo patri gloria vnà cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

DIVI CYRILLI AD REGINAS DE RECTA IN CHRISTVM fide Posterioris libri finis.

INDEX RERVM SENTENTIARVM, ET VERBORVM, IN OMNIA D. CYRILLI ALEXANdrini opera, copiosus & locuples, singulis numeris singulas columnas, & literis eiusdem columnæ locum indicantibus.

Aaron & filij eius 69. D
Aaron typus Christi 105. C
Aaron figura Christi 289. C to. 2.
Aaron est nota Christi 23. G
Aaron typus Christi mediatoris & sacerdotis 359. H to. 2.
Aaronis filij typus Apostolorum 105. C
Abel pastor fuit, cur 7. E
Abel gregis sui præstantiora sacrificauit 7. G
Abel industria quadam oues suas fecundiores reddidit 7. F
Abel fratri suo Cain parebat 6. D
Abraham præcox ficus In deserto 563. G to. 2.
Abraham certo sciebat deum stare promissis 40. H
Abraham quo animo erat filium suum sacrificaturus 41. A
Abraham non habebat Ismaelem pro filio 32. F
Abraham à Chaldeis Idololatris recedit 520. F to. 2.
Abraham Isaac sacrificaturus cur seruos reliquerit ad Radicem montis 39. H
Abraham quomodo à Melchisedech benedictionem acceperit 28. F
Abraham laude dignus 40. G
Abraham apposuit panes ex simila 146. A
Abraham cur descenderit in Ægyptum 495. H to. 2.
Abraham quo tempore vixerit 517. B to. 2.
Abraham Gentilis ante circuncisionem 58. B
Abraham vidit diem domini 818. B
Abraham vnum excelsum Deum testatur 520. G to. 2.
Abrahę encomia 40 G
Abrahæ virtutes 807. E
Abrahæ filij secundum spiritum grati 805. C
Abrahæ electio 563. E to. 2.
Abrahę filij qui dicantur 31. h
Abrahæ fides quomodo reputatur 31. E
Abrahæ egressus de terra & cognatione sua quid 499. H to. 2.
Abrahæ filij 677. B to. 2.
Abrahæ cognitio augetur fide 520. h to. 2.
Abideni testimonium de diluuio Noe 516. h to. 2.
Abominatio, quid 508. G to. 2.
Abscondit se christus, quomodo 819. G
Abstinentia à cibis non vituperanda 624. G to. 2.
Abstinentiæ Christianæ quando faciendæ 134. C
Abstinere à malis non est 548. F
Acacius etiam ab orientalibus reprehensus 128 h to. 2
Acacius Berdensis episcopus sanctissimus 57. C to. 2.
Acacij episcopi ætas 119. G to. 2.
Accessus nobis ad Patrem per Christum patet 358. C to 2.
Accidens ingenitum nullum est in Deo 368. F to. 2.
Achaz ecclesiæ thesauros rapuit 277. A
Achaz mercede conduxit aduersarios Ibidem
Achaz Dei osor & Idololatra 386. C
Achaz Iussit Deus petere signum 221. D
Achaz rex Israel Idololatra 217. B
Adam legi subditus, cur 2. D
Adam corruit errore suo 3. E
Adæ præuaricatio nostram corrupit substantiam 187. G to. 2.
Adami primi & secundi differentia 5. D
Adipes sacrificiorum quid 97. B
Adonis quomodo enutritus 292.
Adonis venator Ibidem
Adonis à Marte interfectus 292. F
Adonidis mortem planxerunt græci 292. F
Adoptati sumus in filios Dei, quomodo 401. A to. 2.
Adoptionis filius 164. F
Ad Adoptionem filiorum dei & fraternitatem Christi vocati sumus 11. E
Adorat Christus vt homo 673. F
Adorare Deum Hierosolymis tantũ dicebant Iudæi 672. C
Adoratur Christus vt Deus 673. F
Adoratur Christus ab angelis & hominibus 694. C
Adoratio est via ad seruitutis opera 674. h
Adorationem respuit omnis creatura 264. h to. 2.
~~Adorationem soli deo tribuit scriptura~~ 237. A to. 2.
Adoratione vna & diuinitas & humanitas Christi est adoranda 111. F to. 2.
Aduena quid 270. A
Aduentus Christi præfinitus ante lapsum Adę 409. B
Aduentus Christi causa 840. F
Aduentum Christi multi sitiuerunt 329. G
Aduentu secundo quid facturus sit Christus 795. E
Aduentu Christi phana altaria & templa corruerunt 331. E
Adulteri puniebantur presenti morte lege Moysis 137. B
Adulti ad pietatem magis apti 509. D to. 2.
Adunatio verbi Dei 170. A to. 2.
Adunatio quot modis dicatur 170. A to. 2.
Adustio animæ 118. D
Ædes tabernaculi duplex 130. C
Ædes tabernaculi duę quid 130. D
Ædes prima tabernaculi typus ecclesiæ militantis 130. D
Ægiptus insula dicitur, cur 304. h
Ægiptus & typus huius mundi 723. h
Ægiptij & Israeliticæ filius quis 149. E
Ægiptij ad fidem conuersi 262. A
Ægiptij quales 293. A
Ægiptij cruciatus pro signo habitus 293. C
Ægiptij cur Babyloniis in exitium dat 293. D
Ægiptij Persas & Assyrios superstitione vicerunt 296. F
Ægiptij superstitiosissimi 261. A
Ægipti Regionem quomodo cœperit angustus Cæsar 261. B
Ægiptiorum mos de cadaueribus vitandis 506. C to. 2
Ægiptiorum regio ad fidem Christi conuersa 296. F.
Ægrotauit Ezechias, cur 395. E
Ænigmata Pythagorę 650. D to. 2.
Æmulatores Christi 420. F
Æneas regnauit apud latinos, quando 518. A t. 2.
Æsculapius fulmine ictus 604. G to. 2.
Æsculapius quis fuerit 604. F to. 2.
Ætate tertia Christus venit 39. H
Æternitas deo solo prædicatur 324. E to. 2.
Æternitas filij 275. E to. 2
Æternitatis christi authoritates scripturæ 884. E
Ætius & eius error 239. h to. 2.
Affectiones nostræ sacrificandæ 508. F to. 2.
Agar 32 E
Agar Iudæorum typus 35. F
Agnus qui holocaustum efficitur 121. D
Agricola dicitur pater 943. B
Agricolarũ mos in vitium propaginibus amputandis 294. A
Agricultura Dei 569. D
Allę terræ sunt sacrorum antistites 324. G
Alapa Christo data quid morbis profuerit 958. D

Altare deo constituit Noe 14. B
Altare aureum 752. h
Altaria sancta calcare 169. C
Altaria qui coram nat ab illis debet arceri. 87. G to. 2.
Amadriadæ nymphæ 584. G
Ambitiosos Zebedei filios Christus correxit quomodo 300. G to. 2.
Amat homines christus quando 856. E
Amantes impune perierunt 598. B to. 2.
Amicitia Christi nihil maius aut melius 952. A
Amicitiam & litem non esse principia rerum contra Empedoclem. 543. F to. 2.
Amicitiam Dei consequutus est Abraham quomodo 952. C
Amicus dei Abraham. 41. B
Amici Dei sunt iusti 952. D
Ammonitæ Christo se prostrarunt 260. h
Amorem in Deum rebus omnibus antepositi Abraham 41. B.
Anacharsis vnus septem sapientum 573. C to .2.
Anathematismi de incarnatione Verbi 26. B. to. 2.
Angelus occidit ex Assyriis 185. Chiliades 238. B
Angelus magni consilij 236 G
Angelus magni consilij 251. G to. 2.
Angelus apparuit Gedeoni 568 h to. 2.
Angelus ille est non homo qui Christum sequitur 132. E
Angeli custodes 125. A to. 2.
Angeli an amarint filias hominum 649. A to. 2.
Angeli possunt mori, & non esse 286. B to. 2.
Angeli cecinerunt Christo nascente 442. B
Angeli ex nihilo producti 3. G
Angeli incorporei 737. B
Angeli an possunt illuminare mentes hominum 623. F
Angeli natura mortales ex sententia Platonis & Iuliani, 539. E to. 2.
Angeli boni & mali scientiam boni & mali habent, quomodo. 534. D to. 2.
Angeli hominum custodes 568. G to. 2
Angeli orant 286. C to. 2.
Angeli legem administrarunt Ibidem
Angeli creandi officium non habuerunt 540. E to. 2.
Angelorum creationem tacet Moses, cur 557. B
Angelorum casus 3. G
Angelis deus gloriam suam non dat 539. G to. 2.
Angelis melior christus, quomodo 285. A to. 2.
Angularis lapis cur dicatur 349. D
Anima vidua 142. C
Anima Christi non est separata à diuinitate 845. G.
Anima 579. F to. 2.
Anima nostra quomodo curetur à Deo 463. E
Anima repudiata 143. E
Anima meretrix 143. E
Anima quid 71. F
Anima fœdis voluptatibus exposita horto dissipato similis 551. h
Anima nostra ante corpus non fuit 627. F
Anima famæ gratiæ opressa peregrinatur 496. E to. 2.
Anima dei Christus 160. h
Anima de populo terræ quę 74. B
Anima christi descendit in infernum 689. B to. 2.
Anima suo corpori adunatur, quomodo 170. B to. 2.
Anima & spiritus quomodo differunt 71. H
Anima peccatis afflicta consolatur quomodo 496. G to. 2.
Anima defuncta 140. G
Anima leprosus quis 119. E
Animæ morticinia 77. A
Animæ salus omnibus rebus anteponenda 64. G
Animæ mors 816. h
Animæ mors quæ 132. G
Animæ vulnera 117. C
Animæ an fuerunt in cœlo creatæ ante corpora humana, 625. B
Animæ non intereunt cum corporibus 247. F
Animæ virtus 639. E to. 2.
Anima imago mentis Ibipem.
Animam suam seruare 502. B to. 2.
Animam & corpus vere assumpsit christus 688. F to. 2.
Animam rationalem cum corpore humano assumpsit Christus 844. F
Animalium mundorum & immundorum Ratio 110. B
Animus iudæorum instar lapidis 798. D
Impœnitentia 799. G
Animi officium 542. B
Anniuersariæ sanctorum laudes quomodo constitutæ 606. A tom. 2.
Antichristi typus Beniamin 65. 23.
Antichristus dicet se deum 63. B
Antichristus à feris immanibus non differt 65. B
Antiocheni concilij de Christo sententia 49. A to. 2.
Antiochi inhumanitas in Iudæos 239. F
Antiochus Hierusalem occupauit, & vasa diripuit 239. E
Apollinaris impietas 845. A
Apolinarius scismaticus iudicatus, cur 30. D to. 2.
Apolinarius ait Christum suscepisse corpus phantasticum 71. F to. 2.
Apolinarii error de Christo 50. B to. 2.
Apollinaristæ confutantur 687. E to. 2.
Apollo 524. h to. 2.
Apologia Cyrilli 83. E to. 2.
Apologia dei contra Iudæos 182. B
Apostasia 165. A
Apostoli & Euangelistæ sunt etiam fundamenta fidei nostræ 442. C
Apostoli & doctores fluuii vocati 371. E
Apostoli & prophetæ summa fiducia prædicarunt 419. G
Apostoli vbiuis gentium Christum prædicarunt 442. C
Apostoli prædicarunt per orbem vniuersum 418. D
Apostoli multi ex terra Zabulon & Neptalim fuerunt 233 G
Apostoli conuerturntur ad Gentes Christi mandato 52. G
Apostoli quomodo iudices & consiliarii 177. A
Apostoli non sine mercede operati sunt 59. G
Apostoli celeres ad credendum christo 234. E
Apostoli lugent peccata nostra 107. G
Apostoli & discipuli Christi mundi erant quomodo 111. F
Apostolorum typus filii Aaronis erant 105. C
Apostolorum semen arenæ par 54. D
Apostolis reclamarunt iudæi 410. D
Apostolos vocat Galileos Iulianus 529 D to. 2.
Appellationes christo conuenientes 173. B to. 2.
Aqua viuificans est gratia spititus 674. h
Aqua viua 781. A
Aqua 1. D
Aqua quid 365. B
Aqua viuifica & difficiens omnis fæcunditatis 374. C
aqua dei verbum 263. E
aqua putei quid 57. B
aqua viua scientia dei Ibidem
aqua viua 120. E
aqua & sanguine purificatus leprosus 120. G
aqua vitæ spiritus est 481. A to. 2.
aquæ Siloan quid conferant 227. h
aquilæ 113. C
aquæ ductus quid 412. E
ara ignoto deo constructa 57. D
arabia Persarum regio 479. h
araneæ natura 278. A to. 2.
arbelus primus appellatus Deus 563. E
arbitrium liberum 173. A
arbitrium liberum 4. E
arbor bona quæ 157. B
arbor mala Ibidem.
arbor loquuta est apollonio 552. G to. 2.
area vbinam quieuerit 14. B
arca Noe vbi apulerit 516. F to. 2.
arca trinitatem significat 16. H
arca Noe figura baptismi 171. F
Archa Noe 14. A

Arca dei deaurata, quid 751. G
Architectus sapiens 189. D
Argentum probatum 174. C
Argentum reprobum 174. D
Argiui Nepruno sacrificarunt 569. D to. 2.
Ariani deteriores Iudæis 333. C to. 2.
Ariani 603. E
Ariani verba & eorum confutatio 919. h
Ariani Platonizant in Trinitate 528. G to. 2.
arianorum & Iudæorum collatio 673. h
arianorum opinio falsa 682. D to. 2.
arianorum dolus 355. h to. 2.
arianorum stultæ & aniles quæstiones 222. C to. 2.
arianorum captiones Ibidem.
arianorum cauillus de æqualitate patris & filij Confutatio 928. F
arianorum versutia & malicia 193. B to. 2.
arianorum confutatio 917. C
arianorum de natura Christi sententia 359. G to. 2.
ariel, quid 354. B
aries christi typus 35. H
aries figura Christi 672. h to. 2.
aries pro Isaac immolatus quid 40. E
aries pro peccatis quomodo mercandus 80. G
aries typus Christi 80. G
aristides iniudus 598. D to. 2.
aristoteles æmulus Platonis 565. A to. 2.
aristoteles & Plato in quibus dissentiant 533. D to. 2.
aristotelis sententia de mundo 534. A to. 2.
aruon vibs munitissima 282. B
arrogantia & iactantia assyriorum exponitur 391. h
arrogantia babyloniorum arguitur 464. E
arrogantiæ exemplum 721. D
arrogantiam semper ad examen reuocat Deus 245. C
ars scriptoria quàm admiranda 440. G
artes qui feliciter tenent, dij non sunt 621. B to. 2.
artus in frustra concidere 69. A
aser 63.
asina quid 39. H
asina quid 876. G
asinæ fessor 307. F
asinus, id est, populus gentilis baptismo sanctificatus, 374. D
aspidum foramina & cubilia 257. D
aspidum & basiliscum calcant, qui 332 G
assyrij deos multos colebant 517. B to. 2.
assyrij virga furoris dei 244. G
assyrij hæreticorum typus 394. B
assyrij comparantur apibus, cur 222. C
assyrij ab angelo trucidati 394. A
assyrii quamdiu obsiderint Samariam & Iudæam. 393. B
assyriorum 185 Chiliades angel. manu consumpta 275. G
assyriorum multitudo vitibus comparatur 294. B
assyriorum coniuratio in Iudæos 248. F
assyriorum spolia eripuit Christus 227. E
assyriorum ex castris soli decem cum Rhapsace remanserunt, 247. F
astrologi arguuntur 678. A to. 2
astrologi 464. h
astrologi erroris & mendaciorum officinas habent. Ibidem
astrorum motus quid doceat 544. G to. 2.
athanasii epistola ad Epictetum adulterata 188 G to. 2
athanasius quomodo ab arianis infestatus calumniis & mendaciis 92. F to. 2.
athanasii encomium 6. B to. 2.
athanasii epistola ad Epictetum ab hæreticis corrupta 45. B to. 2. & 50. C to. 2.
athenienses quomodo à Paulo persuasi fuerint 920 F
atria secreta & recondita 91. G
attica lingua 620. E to. 2
auaritia quid 346. C
auaritia Iudæorum Ibidem.
auaritia Iudæorum 241. A
auari omnibus vitiis obnoxii 183 G
auari dicuntur scribæ & Pharisæi 63. E
auari studium inane 204 F
auarorum inexplebilis sitis 203. F
auditores tantum prædicationis & non factores 813. C
auditores verbi dei hortatur 80 E
augustinus 785. B
aues in sacrificio Abrahæ cur integræ remanserint 36. E
Aues voraces 113. C
aues immundæ quæ sunt Chaldæis 33. B
aues 113. C
aues in scriptura prohibitæ, quid 659. G to. 2.
auium volatus quid Chaldæis 35. a
aures in deo 592. E to. 2.
auris dextra Malchi amputata, quid 995. G
aurem purificare quid 122. B

B

Babel turrim ædificantibus restitit deus 20. G
Babylon confidens 463. h
Babilonis ruina 269. B
Babylonis turris ædificantes iure deridendi 20. H
Babylonem Cyro tradidit Deus cur 265. A
Babylonica fornax typus ecclesiæ 56. h to. 2.
Babylonii populati ab idumæa 309. F
Babylonii blasphemi in Deum 316. G
Babylonii inexpugnabiles 265. C
Babylonii captiui 270. B
Babyloii vasa iræ 274. C
Babyloniorum vecordia 268. E
Bachus à Perseo occisus, & in delphis sepultus 670. C to. 2.
Balaam benedixit Israeli præter opinionem 279. F
Balæ ancillæ filii Rachelæ adscribuntur 62. B
Balac mulieres formosiores regni sui dimisit in exercitum Israelitarum 279. G
Balac mercede conduxit Balaam vt populo dei malediceret 279. F.
Balthasar 306. C
Baptisma iustificat nos 86. A to. 2.
Baptismus datus, cur 626, C to. 2.
Baptismus Ioannis ad Christi baptismum vim præparationis obtinebat 662. A
Baptismus 73. A
Baptismus ianua est Paradisi 768. h
Baptismus Ieuis nubes nominatur 296. E
Baptismus 171. E
Baptismi effectus 171. G
Baptismi figuræ 825. A
Baptizari in spiritu sancto 695. F to. 2
Baptizati sumus 199. F
Baptizatus vitulum offert 73. C
Barbam radere 121. C
Barbam & crines tondere, species est dedecoris & luctus 223. G
Basin ceu bosor, quid 382. C
Basilius citatur 143. G to. 2
Beati quinam sint habendi 534. C
Beatitudo perfecta differtur in diem iudicii 107. H
Bel apud Iudæos Saturnus appellatus 457. D
Bellum quantum dulce 321. B
Bellum pro gloria dei contra parentes susceptum est Iude dignum. 31. h to. 2.
Belli calamitas hierosolimitanis indicitur 502. B
Benedictio Iacob christo conueniens 49. B
Benedictio Noe 14. C
Benedictionis Esau ad Iacob collatio 50. A
Benedictionem consequutus est Iacob quomodo. 47. G
Benedictiones 155 E
Beneficia Iudæis à deo collata 194. B
Beneficia Dei erga genus humanum 408. F
Beniamin 62. A
Bestiæ malæ sunt contrariæ potestates 159. E

Bestiæ agri pro hominibus efferatis & agrestibus 433. A
Biduum quid 96. E
Bigami & digami hæretici 59. F
Blasphemiæ Iudæorum in Christum 512. F
Blasphemiæ Iudæorum in christum 886
Blasphemiæ Iudæorum in christum 194. A
Blasphemi Iudæi in christum 784. h
Bonitas est sola dei affectio 541. D to. 2.
Bonitas dei quomodo communicetur 260. E to. 2.
Bonitatis adiectionem Deitas non patitur 905. C
Bonitatis fons est ipsa deitas Ibidem.
Bonus est Pater secundum naturam sic & filius 915. h
Bonus solus deus 340. G to. 2.
Bonus quomodo solus deus 237. C to. 2.
Boni publici prætextu christum destruere deliberant Iudæi 867. F
Boni natura, quæ 260. E to. 2.
Boni sacrificia deo non placebant cur, 515. E
Bonum polliceri iuramento idque non reddere peccatum est, 78. A
Bonum 579. F to. 2.
Bonum & malum cognoscere, quid 553. B to. 2
Boni primogenito non licebat arare 135. F
Boni sibi & aliis prosunt 515. E to. 2.
Bona ecclesiastica, quæ pauperum sunt, Orientales contendebant in vsum militum expendi 127. G. to. 2
Bonorum & malorum diuersa vita studia vnde diuersa etiam sequuntur premia 80. F
Bos pro populo Iudaico 374. D
Brachium dei christus 236. F
Brachium dei filius dicitur, quomodo 338. B to. 2.
Brachium dextrum 98. D
Brachium separationis quis comedit 109. A
Bruta Deo seruiunt, naturam sequentes 276. h to. 2.

C

Cadauer corpus suum nominauit christus non proprie sed per similitudinem 654. D
Cadmus quando vixit 517. C to. 2.
Cæcitas peccati 824. F
Cæcus à christo illuminatus, quid, 824. D
Cæci nati fides 823 h
Cæci animo veritatem cernere nequeunt. 1003. F
Cædar & naberth regiones, quæ 561. B
Cælibem vitam multi seligunt vt facilius deo adhæreant 59. G
Cœlum in tempore factum 545. B. to. 2.
Cœlum sedes dei Ibidem
Cœlum enarrat gloriam dei, quomodo. Ibidem
Cœlum pro summitate 575. F to. 2.
Cœlum quomodo thronus dei 544. G to. 2.
Cœlum natura corruptibile 545. A to. 2.
Cœlum tangibile & visibile secundum Platonem 538. D to. 2.
Cœlum dicitur Iupiter 536. h to. 2.
Cœli corporea species ex quatuor elementis 534. A to. 2.
Cœli secundum Aristotelem constat ex quinta essentia 534. A to. 2.
Cæsar idololatra 613. C to. 2.
Cæsaris cum christo collatio 611. h to. 2
Cain Iudæorum populo comparatur 8 G
Cain fruges deteriores deo sacrificauit 7. G
Cain & Abel præcreantur 6. C
Cain primus homicida 6. D
Cain ad agriculturam cur se vouerit 7. E
Cain suo labore agros fecit frugiferos 7. E
Cain septem vindictis obnoxius fuit, Iudæi vero compluribus 9. C
Caiphas aliis Iudæis immanior 868. G
Caiphas sacerdotium emit ab Herode 868. G
Caiphas insidiarum in christum artifex 996. G
Calamitas iudæorum 205. C
Calceaneum leuare aduersus christum 898. C
Calciamentum domini est euangelium 780. E
Caldea insuperabilis 264. h
Caldæi incesti 566. A to. 2.
Caldæi à deo euersi cyri manu 469 B
Caldæorum mos in stabiliendis fœderibus 679. E to. 2.
Caluitium ignominiæ symbolum 280. F
Calumnias & mendacia excitat Satan 92. E to. 2
Caluus & Recaluus 119. E
Cam agricola 7. E
Cam caliditatem designat 12. F
Cam 19. F
Cam primus inuidus 7. h
Cam insanus 19. G
Cameli qui 112. E
Campestre 103. G
Campestri lineo cingitur quis 85. B
Candelabrum, quid 752. G
Canis officium 538. A
Canes mortui & cæci erant Iudæi 538. A
Canistrum perfectionis 93. B
Capilli capitis, quid 223. G
Capilli & vngues mulieris 112. A
Capillos radere quid 121. A
Capillos seruare 121. A
Capra christi typus 35. G
Captiuitas iudæorum cur à deo permissa 184. h
Captiuitas Babylonica Israelitis accidit, cur, 511. E to. 2.
Captiui fuerunt Iudæi apud Babylonios septuaginta annos 238. D
Caput vngendum oleo 134. B
Caput viri christus, & caput christi deus, quomodo 406. B tom. 2.
Caput apertum 119. G
Caracter patris non est assus 440. G to. 2.
Caracter diuinus in Christo 693. D
Carbo quid 114. A
carbo figura verbi carnem induentis 170. D to. 2.
Carboni comparatur christus 214. A
Carbones igniti 131. F
Carbones frigidi seu emortui 131. F
Carenus episcopus 194. B. to. 2
Carmelus in iudæa 373. C
caro christi seorsim considerata non prodest ad sanctificandum 981. D
Caro, quid 161. A to. 2.
Caro christi non viuificat vt caro 456. B to. 2.
Caro christi si posset separari à deitate non esse viuifica 747. F
Caro animantium non prodest 747. F
Caro dei viuifica effecta est 741. B
Caro nostra viuificatur carne christi Ibidem
Caro christi ponit animam suam 845 G
Caro christi sanctificata 124. E
Caro quomodo insolescit aduersus spiritum 129. G
Caro christi non est mutata in deitatem post resurrectionem. 187. G to. 2.
Caro christi sanctificata per spiritum Sanctum. 986, D
caro viuificat, quomodo. 696. G to. 2.
caro quid contra nos valeat 724. E
carnis christi communio 153 C to. 2.
carnis affectus vitare non est facile 532 h
carnis resurrectio. 329. D
carnis nomine aliquando totus homo significatur 161. A tom. 2.
carnis cura nulla christianis habenda 718. B
carnis inobedientia & corruptio vnde 553. D to. 2.
carnis passiones & legem peccati induit christus 961. C
carnem & animam christus obtulit pro nobis. 689. A tom. 2.
carnem christi tangunt qui 85. D
carnem suam per spiritum intelligit christus 747. G
carnem christi tangentes sanctificantur 86. B

Carnem suam ad palpandum cur prebuerit christus iam rediuiuus 1026. C
Carne & sanguine christi reficiuntur christiani. 111. F
Carnes solidæ sacerdotibus deputantur 94. C
Carnes sanctæ 96. G
Carnes sanctas inficit quis 96. G
Carnes sanctas verbi dei non edit fœmina 86. D
Castigat suos deus 302. B
Castrandi seipsum modus 134. D
Catechumeni à mensa prohibentur, cur 1019 h
Cauea, quid 240. G
Cauponare verbum dei 175. E
Causa criminis examinanda, priusquam ferenda sententia, 788. F
Cecrops rex primus Athenienssium 517. C tom. 2
Celestinus romanæ ecclesiæ episcopus 14. B to. 2
Centenarius numerus, quid 1030. D
Centurionis fides commendatur 859. G
Cæremoniæ 769. A
Ceruus quid 384. E
Chananæi omnes bellis afflicti, cur 318. D
Chananæi à cam ortum habuere 19. H
Chananæi iudæorum typus 42 B
Chananæi perpetuis suppliciis subditi 19. h
Character hypostaseos dei patris est filius 718. D
Character dei in nobis. 355 F to. 2
Charitas iudæorum extincta 17. C
Charitas est legis perfectio 548. F
Charitas christi erga nos 477. A
Charitas 73. B
Charitas nostra erga deum qualis esse debeat 951 D
Charitas christi erga nos quanta Ibidem
Charitas erga Deum strictius vincit, quàm maniçæ ferreæ, 452. G
Charitas omni constat virtute 905. A
Charitas hilari animo exerceri debet 550. A
Charitas erga proximum 708. G
Charitatis magnitudo 133. D tom. 2
Charitatem non erubuit Iudas 900. F
Christicolarum vitam sanctissimam 46. C
Christus cur carnem passionibus obnoxiam induerit 100. F tom 2
Christus homo non erat theophoros 276. E tom. 2
Christus est hostia pro peccatis 90. D
Christus sacerdos magnus 142. A
Christus pontifex extitit & à lege antiqua nos liberauit, 23. G
Christus ecclesiam sanguine suo condidit 23. G
Christus de sanctis ortum non habuit 141. B
Christus semper in sanctis 141. C
Christus vbique sanctus est 141. C
Christus est filius dei 753. D
Christus à prophetis visus 295. G
Christus cur citius carnem sumpserit ex Iudæis quàm ex gentibus 563. G tom. 2
Christus est panis & aqua viuifica, quæ cum labore & sudore reperiuntur 363. h
Christus non est animal 744. E
Christus non viuificatur à patre cum sit vita 744. E
Christus non adoratur vt homo 692. h tom. 2
Christus per fæmora Noe significatur 20. E
Christus vitulus 35. G
Christus á cœna sua non bibit vinum 106. B
christus non Synagogæ sed gentibus iunctus 42. B
christus oues dispersas congregauit 427. F
christus filius Adæ 8. h
Christus vere deus & homo 221. A
christus venit in hunc mundum 227. G
Christus ita cognominatus per dispensationem tom. 2 98. B
christus nobiscum sacrificari dicitur 27. E
christus verus Noe, quomodo 15. E
christus quid petat à nobis 15. E
christus nostra requies & gloria 15. E
christus non est author mali 834. D
christus iudæis ignotus 39. G
christus cur Emanuel nominatus 226. D
christus ex virgine natus 221. A
christus nostrę religionis pontifex 30 C
christis typus cyrus 25. B
christi typus Zorobabel 26. A
christus sponsus 142. D
christus vnus quomodo 169. B to. 2
christus vitulus est qui extra castra oblatus est 72. G
christus peccata populi comedit 91. E
christus in nobis habitat per spiritum 931. E
christus est in patre, quomodo 853. A
christus nomen super omne nomen accepit 399. E to. 2
christus propter nos similis nobis extitit 11. F
christus nos deo patri obtulit in odorem suauitatis tom. 2 18. D
christus in nobis est per spiritum 453. B to. 2
christus vnus est in duabus naturis 303. H to. 2
christus reuera homo extitit in terra 514. C
christus est super omnes creaturas 664.
christus solus in matre non est pollutus 141. A
christus est magnus sacerdos 139. E
christus deus & homo, vnus & idem numero 65. C to. 2
christus finis est & legis & prophetarum 622 C to. 2
christus quam animam inhabitat 140. H
christus vnigenitus & primogenitus 687. F to. 2
christus est lux, sapientia & scientiæ largitor 352. E to. 2
christus non est nouus deus 629. B to. 2
christus à Mose prædictus ibidem
christus vndecimo seculo carnem assumpsit 14. D
christus nos in ecclesiam tanquam in aream introduxit 17. B tom. 2.
christus petra 569. B to. 2
christus habitat in nobis participatione 944. F
christus noluit ex regina matre nasci 611. E to. 2
christus rex 414, B
christus multis modis descriptus in veteri lege 406. A
christus melior angelis, quomodo 285. A to. 2
christus patrem suum deum appellat, quomodo 334. C to. 2
christus accipit à patre quatenus homo 669. C
christus, quid 167. E to. 2
christus vitula 35. G
christus formatur in nobis quomodo 441. C
christus est perfectus deus in carne & perfectus homo in spiritu 109. B to. 2
christus ex semine dauid 690. C to. 2
christi discipuli quomodo esse poterimus 846. C
christi venturi prophetiæ 787. B
christi appellationes ante eius incarnationem 472. F
christi appellatio magis dei verbo congruit 167. F to. 2
christi species despectione omnibus 514. A
christi præsentiam optarunt iudæi 778. C
christi corpus non destituitur deitatis proprietatibus ergo viuificat 695. H to. 2 & infra.
christi nomen sanctis omnibus competit 7. H to. 2
christi & Mosis 12. E to. 2
christi omnipotentia 294. A to. 2
christi origo an fuerit nota 771. F
christi voces cuiusmodi 192. F to. 2
christo debemus nostram vitam 518. B
christum qui sequitur non est homo sed angelus dei 132. E
christi sequentibus quid agendum 505. C
christum superne esse 356. F to. 2
christum esse deum, testimonia ex euangelistis 664. G to. 2
christos duos facere volunt hæretici, cur 17. C to. 2
christiani à græcis cur defecerint 532. E to. 2
christiani cum Iacobo benedicuntur 49. H
Christus coessentialis patri & nobis quomodo 74. C to. 2
Christiani benedicuntur cum Abrahamo 43. A

Christiani bis formati 441. C
Christiani vitam sanctam instituerunt quomodo 590. B tom. 2.
Christiani sublimes 18. C
Christiani legis diuinæ Iudæis obseruantiores 47. E
Christiani cum christo regnaturi 927. h
Christiani iudæorum vitæ formam imitati 48. G
Christi charitas erga genus humanum 630. C tom. 2
Christiani dominamur à christo 782. B
Christiani multo plures quàm Iudæi 18. A
Christiani benedictionem consequuti opera christi 52. H
Christianorum vita quæ sit 1. C
Christianorum vox ab ipsa iudæorum diuersa 48. H
Christianorum fælicitas 347. G
Christianorum terra ab hæreticis vastata 166. D
Christianorum victoria 28. H
Christianorum munera mystica 29. A
Christianorum genus è libro vitę deleri non potest 11. F
Christianus populus supplantator 56. G
Cibus mundus 111. E
Cibum mundum prebent veraces 111. G
Ciborum delectus 532. h, to. 2
Cibi lege prohibiti 658. B to. 2
Ciborum delectus 623. F. tom. 2
Cingulum Pontificis duplex quid 102. A
Cinon incestus & fur 598. C tom. 2
Circonciditur octauo die, quî 767. G
Circoncidi propter carnis immunditias vanum 675. h tom. 2
Circoncisi sumus in spiritusancto 37. C
Circoncisi sumus, quomodo 729 A
Circuncisio cordis quæ 89. A
Circoncisio spiritualis 769 B
Circoncisio vera spiritus 676. E
Circoncisio 766. A
Circoncisio est Ianua ad perfectionem 767. F
Circuncisio & sabbathi solennitas à iudæis tantum obseruantur 38 B
Circoncisio spiritualis nobis commendata est. Ibidem.
Circoncisio Mosis non sufficit 767. h
Cisternæ quid 499. E tom. 2
Citienses Insulæ 317. A
Ciuitas dei, quæ 293. D
Ciuitas dei viuentis est ecclesia 481. A
Clamor christi, quid 889. B
Clarificauit nomen suum pater in filio, quando. 880. h
Clarificatur filius à spiritu sancto 964. h
clarificari filium hominis, quid 902. B
clarificatione an filius egeat 971. E
claritas patris 881. A
clementis testimonium de sepulchris deorum 671. E tom. 2
Clibanus quid 92. H
clibanus ignis quid 36. E
Coccum tortum 120. E
cognitio dei quid prosit hominibus 7. f
Cognitio dei est vera philosophia 595. E tom. 2
cognitio dei 913. A
Cognitio boni insita homini 558. C tom. 2
cognitio christi est munus & donum dei 748 F
Cognitio dei doceri non potest 536. E to. 2
cognitio Dei 973. A
cognitio filii habetur tantum per spiritum sanctum 340. tom. 2.
cognitio dei vnde colligatur 496. G
cognitio christi quomodo eminentior 394. B tom. 2
cognitio dei diuersa & in creaturis, quomodo 308. H tom. 2
cognitio dei incomprehensibilis, etiam angelis Ibidem
cognitio dei est viuifica 70. D tom. 2
cognitionis mensuram excedit mysterium dei 317 D. tom. 2
cognoscere christum est ingens donum 983. h
cognosci deus nisi à seipso non potest 326. A tom. 2
colles quid 242. C
colles quid 365. A
columba simplicitatis & imprudentiæ est imago 556. F
columba dimissa ex arca 14. B
columba 36. E
columba quid 18. B
columbarum pullos geminos offerre quid 71. E
columna, quid 301. B
comparatio sit tantum inter ea quæ sunt eiusdem naturæ 241. D tom. 2
compotationis finis 306. D
comprehendi potuit christus in vtero virginis quomodo, 66. A tom. 2
concilium iudæorum 866. C
concilii nicæni authoritas 353. A tom. 2
concordia aliquando mala, exempla 817. h
concupiscentia quandiu spiritui dominatur imperfectum remanet opus christi 107. E
concupiscentia quomodo fugienda 127. F
confessio peccatorum remissionem eorum meretur 78. D
confessio cyrilli de duabus in christo naturis 39. h tom. 2
confessio peccatorum nuda 119. F
confitenda peccata 434. B
confiteri peccata oportet qui vult iustificari 434. A
confusionis linguarum causa 580. G to. 2
confusione plena omnia apud Iudæos 243. E
coniector 189. B
coniector non fuit seruus Abrahæ 680. E to. 2
coniectores & Aruspices habuit Manasses 466. B
consanguinitas Abrahæ non prodest ad salutem 805. D
conscientiæ stimulus quantum vrgeat 993. B
consilium Iudæorum quid illis profuerit 228. h
consilium capere cum deo quid 360. E
consortium prauum fidelibus cauendum 514. to. 2
consubstantiale nomen in scriptura fundatum. 354. D to. 2
consubstantialem patri filium à simili ostendit, 238. D. tom. 2.
consubstantialitas patris & filij 235. F tom. 2
Consuetudo praua inuitum trahit 81. A to 2
Consummatæ & concisæ res 351. H
Contemplatio dei rebus omnibus preciosor 55. B to 2
Contemplatio catholica 726. A
Contemplatio philosophia potior 530. D to 2
Contemptus honoris 714. A
Continentia possibilis 142. A
Continentia 593. G to. 2
continentiæ lex cur data fuerit 495. E to. 2
continentia premia sunt eximia 535. E
contriti corde qui 568. E
contumacia iudæorum 230. A
contumacium hominum contra deum finis 224. E
contumelioſi 185. C
contumelioſa verba in christum à iudæis prolata 491. H
conuersio à peccatis triplex est sacrificium 121. D
conuitia in deum proferre non veretur Iulianus 529. C to. 2
conuiuium christi in monte 711. H
cor deforme habent qui 518. D
cor hominis est clibanus 93. A
cordis abdita qui nouit est verus deus 655. G
cordis occulta solius est dei scrutari 702. B
cordis durities pernitioſa 728. H
corda hominum scrutatur solus deus 330. A to. 2
cornu 200. G
cornua altaris quatuor 79. E
corona iniuriæ 344. E
corpus christi sanctificatur coniunctione verbi 981. C
corpus christi nostris corporibus cognatum & consubstantiale 152. h to. 2
corpus christi non destituitur deitatis proprietatibus: ergo viuificat 695. H

corpus

Corpus Christi ianuis clausis penetrauit ad suos discipulos 1021. B
Corpus & membra Christi sumus 742. D
Corpus christi quia viuificat deus est 745. C
Corpus christi formatum verbo dei & virtute spiritus sancti, 226. B
Corpus christi conficitur ex frumento, cur 879. F
Corpus terrenum cur susceperit christus 124. E
Corpora non sunt sine loco & circunscriptione 380. G tom. 2
Coruus quid 18. A
Coruus demissus 14. B
Coruo Iudæi comparantur 18. B
Coturnix legem denotabat 725 A
Craticula 93. B
Creat deus verbo suo 557. C to. 2
Creare est in fonte virtutis 277. A to. 2
Creare quid 267. F to. 2
Creamur a deo ad vitam æternam 527. E
Creare solius dei opus est 540. h to. 2
Creatio protoparentis 441. B
Creator & creatura longissime omnium distant 346. C tom. 2
Creationis hominis & agriculturæ simile 4. F
Creatura aut factura non est filius 408. F to. 2
Creatura nihil est si creatori conferatur 903, E
Creare & generare diuersa sunt in deo Ibidem.
Creatura est quicquid natura non est deus 615. G
Creaturæ inanimæ creatori suo morem gerunt 2. A
Creaturæ ad genus humanum redimendum inutiles 640. h tom. 2
Creaturæ dei authorem suum declarant 2. B
Creaturæ per spiritum productæ 484. E t. 2
Creaturis omnibus adest spiritus Ibidem.
Creaturarum lux est christus 618. B
Creaturarum omnium vnus est creator 543. G tom. 2
Credimus in christum: cur 434. A
Credere in deum, quid 814. A
Credere in deum oportet, quomodo 908. h
Credentes in christum sanctificantur ab eo 229. D
Credentes in se seruat deus 413. A
Credenti vita æterna proposita 670. A
Crescere de christo, minui vero de Ioanne, quid, tom 2 330. D
Crimen suum annunciarunt Iudæi quomodo 191. h
Crudeliores Iudæi quam prophani 1004. F
Crux duorum latronum 1011. E
Crux christi conciliatrix 259. h
Crucis signum quid in memoriam reducat 602, A to. 2
Cultus spiritualis sincerus & verus 433. D
Cultus varia genera ante natiuitatem Christi 611. G to. 2
Cultus purus & immaculatus deo fieri debet 508. F tom. 2
Cultus deo acceptus qualis 570. A to. 2
Cultus diuinus 559, G tom. 2
Cunctatio in bonis quærendis fugienda 648. F
Cupiditas 105 B
Cupiditatibus suis homines quam deo seruire malunt 228. E
Curam omnium gerit deus etiam minimorum 540. G to. 2
Curiositas iudæorum 1015. G
Curare infirmum sabbatho, non est vitium 686. C
Cydarus quid 102. D
Cymium cum pane comedere quid 353. B
Cyrillus a celestino papa laudatur 28. F to. 2
Cyrillus hereſiarcha dictus ab orientalibus cur 131. B tom. 2
Cyrillus iniuriis & vinculis affectus 38. D to. 2
Cyrilli scripta ab orientalibus episcopis reiecta, 119. G tom. 2.
Cyrilli studium & vigilantia pro fide 85. B to. 2
Cyrilli scopus pro fide in christum 18. C tom. 2
Cyrus typus christi 25. B
Cyrus vnctus 446. B
Cyrus babylonem expugnauit 264. h
Cyrus babylonem vt occupauit 305. B
Cyrus cur christus appellatus 147. F to. 2
Cyrus accepit à Iudæis se Babylonem euersum 469. C
Cyrus populum Israeliticum liberauit 265. B
Cyrus contra babylonios à deo incitatus 430. C
Cyrus bigener 24. H
Cyri opera 25. A
Cyri regis res gestas ad christum traductæ 24. H

D

Dæmones truces & immites 77. A to. 2
Dæmones infesti creaturis 559. E to. 2
Dæmones ad omnem rem illicitam proni 13. A
Dæmones quomodo debellandi 290. D
Dæmones iniusti, scelerati, pernitiosi & sanguinarii 456 F
Dæmones gloriam dei rapiunt 567. h to. 2
Dæmones malitia 609. B tom. 2
Dæmonum fuerunt damasci seu Syriæ robur 227. E
Dagon 458. A
Damascus quid 32. F
Damascus quid 226. D
Damascus qualis ciuitas 286. A
Damnatorum & beatorum premia contraria 79. E tom. 2
Damnatorum pænæ 78. C to. 2
Dan 62. C
Dardanus ex ioue natus 600. F tom. 2
Dauid sæpius in peccatum relapsus peccati veniam obtinuit, 792. E
Dauidis nomine christus intelligitur 503 F
De & ex, quomodo differunt 342. B to. 2
Debitum qui remittit fratrisuo Arietem vel agnam sacrificat 73. C
Decalogi explicatio 582. C to. 2
Dedicatio templi hierusalem ter facta 847. F
Definitio quomodo fieri debeat 370. A tom. 2
Degeneres christi 142. D
Depositum seruant qui deum imitantur 82. C
Depositum abiurare quid 83. E
Descendit filius dei, quomodo 160. E tom. 2
Descendit christus de cœlo quomodo 44. F to. 2
Descendere dicitur deus, quomodo 576. G tom. 2
Dosensus dei, quid 788. F
Desertum quid 412. E
Deserta Hierusalem, cur 167. F
Desperatio nulla fuit in orationibus christi 478. C
Desperatio Cain 6, D
Destructionis hierusalem causa 175. G
Destitutionis nostræ causa 224. F
Detractio cauenda 874. A
Deuorant Iudæos, qui 239. G
Deus non est author mali 776. h
Deus non habet duos filios cœteruos 508. G
Deus bifariam indicatur 365. C tom. 2
deus nouit sanctorum hominum vitam 10. G
deus verus de deo vero 159. G to. 2
deus etiam uoce prophetica humano more loquitur 473. B
deus vnus 159 E tom. 2
deus non potest assimilari creaturis suis 405. A
deus solus est legislator 397. A to. 2
deus non tantum expoliator & dispositor materiæ mundi. 537. A tom. 2
deus vnus ab omnibus sanctis glorificatur 532. F to. 2
deus ignis 672. E to. 2
deus non est passibilis 685. A tom. 2
deus ab omni passione alienus 584. E tom. 2
deus vnus 634. D to. 2
deus more philosophico proprie substantia non dicitur 219. E tom. 2.

Deus secundum naturam dominus 635. h
Deus nõ concluditur in sola Iudæa, sed totius vniuersi deus est 559. h to. 2.
Deus ex deo, secundum naturam 468. G
Deus factus est homo, cur 929. D
Deus filium suum tradidit peccatis nostris 39.
Deus est pater spiritus nostri & carnis etiam 138. A
Deus in circonscriptus ab orpheo describitur 524. G to. 2.
Deus oculus super oculum 650. D to. 2.
Deus omnia bene fecit 551. F to. 2.
Deus cur deliberauerit in creatione hominis 537. D to. 2.
Deus non habitat in manufactis templis circonscriptè & definite 591. E
Deus vnus secundum Mosem & prophetas 628. h t. 2
Deus cur non solo nutu nos liberauit 643. F to. 2.
Deus creauit hominem quomodo 2. C
Dei & hominis anthiteses 355. F to. 2.
Dei verbis non credere, est deum mandacij ac cusare 659. h
Deo non subesse graue est 581. A to. 2.
Deum non esse cœlum, 544. F to. 2.
Deum curam omnium gerere etiam minimorum 540. G to. 2
Deum vnum docet Moses, 556. G to. 2.
Deum esse omnium Deum 559. F to. 2.
Deum esse simplicem actum vel energiam 386. A to. 2
Deum de deo lumen de lumine, credendum non exprimendum 516. F
Deum cum Idolis confert 186. D
Deorum gentilium officia 567. F to. 2
Dii gentilium, qui 606. C to. 2
Dij & filij dei per adoptionem 646. D to. 2
Dij multi appellatione 629. A to. 2
Dij conspicui dij occulti & mentales 542. A to. 2
Dij gentium passionibus obnoxij quomodo 593. A to. 2
Dii gentium consiliis & voluntatibus diuersi Ibidem
Dij græcorum contratij 524. G to 2
Dii gentilium qui 619. G. to. 2
Dij gentium parcis subditi 530. C to. 2
Dii gentium nihil habent quod non sit extrema matia dignum 609. C tom. 2
Deorum Allegoria 524, h to. 2
Deos meretricantes adorant gentiles 607. F to. 2
Deiparam virginem veteres appellarunt cur 20. E to. 2
Deitas imperfecta sine filio 236. E to. 2
Deitas vna in trinitatem dilatatur 521. D
Deitas, quid 473. C to. 2
Deitas filii probatur ex imperio 404 F to. 2
Deitas vna natura 580. E to. 2
Deitatis natura operibus comprehendi potest 704. F
Deitatis proprietates sunt in filio sicut in patre tom. 2 428. E
Deitatis natura non suscipit differentias nisi secundum relationem 241. C to. 2
Deitatis natura in patre & filio & spiritu sancto tom. 2 635. E
Dextra dei, quid Ad dexteram dei sedere quid 938. B
Dextera patris quid 35. G
Dextera dei 441. A.
Dextra & brachium patris cur filius dicatur 266. C to. 2
Diabolus persequitur, quos, 432. E
Diabolus ad imaginem dei factus 810 A
Diabolus per serpentem loquutus Euæ 551. h to. 2
Diabolus cogit ad male agendum, exempla 901. D
Diabolus factus est bonus à Deo, sed sponte sua malus est effectus 811. E
Diabolus accusator erit in iudicio. 77. A to. 2
Diabolus per Iulianum loquutus 590. A to 2
Diaboli filii sunt Iudæi 806. B
Diabolo se obiecit christus, cur 284. E to. 2
Diana 524. h to. 2
Dicendi methodus qua vsi sunt apostoli 560 G
Didrachma deo offerri, quid 674 G
Dies domini 185. B
Dies cognitionis dei, quis 929. A
Dies verus quis 822. C
Diem domini vidit Abraham 818. A
Digitus dei, quid 338. B to. 2
Dilexit genus humanum christus, quomodo 892. G
Dilectio filii dei in nos vbi maxime reluceat 150. A to. 2
Dilectio Christi erga nos 904. G
Dilectio impiorum fugienda 953. E
Dilectio spiritualis est ciuitas munita 39. G to. 2
Dilectio dei erga genus humanum 330. C to. 2
Dilectio perfecta, quæ 951. B
Dilectio apostolorum erga proximum Ibidem.
Dilectio cur tantopere à christo commendetur 905. A
Diluuium cur euenerit 523. h
Diluuium Noe 516. F to. 2
Diluuium 14. A
Dimidium mane & dimidium vesperæ quid 87. G
Diodorus errorem vnum fugiens in contrarium cucurrit 186. A to. 2
Diplomata cyri ad Iudæos 469. C
Disciplina christi, quid 934. D
Discipuli officium 678. B
Discipuli christi totius orbis parentes 54. C
Discipuli Christi quomodo dicantur 41. C
Discordia est aliquando bona exempla 827. h
Discordia inter consanguineos 242. D
Discordiam facit Paulus 828. E
Disputare non licet cum hæreticis 394. C
Dissidium quid 18. A tom. 2
Dissimilia loco & ratione quæ dicantur 234. C tom. 2
Distinctio personatum in sacrificiis offerendis quid 67. G
Dies per nephas 571. F
Dies cum esset christus factus est pauper, quomodo intelligendum 149. C to. 2
Dives 152. E
Diuinationibus & vaticiniis Iudæi addicti 183. E
Diuites præponuntur virtute claris viris 734. D
Diuitiæ huius seculi non sunt propriæ sed alienæ 80. F
Diuitiæ non absoluent possessores suos à peccatis 255 h
Diuitiæ veræ quæ 80. F
Diuitiæ vitiorum magis quam virtutum ministræ 616. F, tom. 2,
Diuitiæ admirantur à quibus 498. D to. 2
Diuitiæ sunt voluptatum ministræ 12. H
Diuitiæ nihil proderunt damnatis 323. E
Diuitiarum insolentia 183. G
Diuersa, diuersam habent operationem 262. D to. 2.
Diuinitas verbi in carnem non est conuersa 633. B
Diuinitas semper eadem 819. F
Diuinitas christi probatur dictis apostolicis 176. h to. 2
Diuinitatis christi confessio orthodoxa 7. G to. 2
Diuinitatis scrutator temerarius est 912. E
Diuinitatis Christi testimonia ex nouo test 309. C to. 2
Diuinitatem christi non cognouerunt Iudæi 227. h
Diuinitatem perspicere quando liceat 912. E
Diuina imago quomodo in nobis 495. E to. 2
Diuina curiose non sunt quærenda 551. E to. 2
Diuinæ gloriæ præstantia 211. G
Diuinæ præstantiæ & excellentiæ signa 254. D
Diuinos & pythones non consulendos 232. E
Diuinum sermonem explicat vnus è Christi pastoribus 27. D,
Diuinus 189. B
Doctoris vitiosi doctrina contemnitur 812. G
Doctores sancti sunt propugnacula ecclesiæ 525. C
Doctores sunt lapides precioſi Ibidem
Doctores Iudæorum quo morbo laborant 171. G
Doctrina vitiosa doctoris contemnitur 812. G
Doctrinam libenter ab omnibus esse recipiendam 832. E
Doctrinæ non intellectæ sæpius detrahitur 746. A

Dogmata noua fugienda 353. A to 2.
Dolor secundum deum salutem operatur 406. D
Doloris filius Beniamin 65. A
Dominus dicitur spirus sanctus 485. A to. 2.
Domus patris Christi: quid 316. E
Domus venditio quæ 153. C
Domum patrem & gentem suam reliquit Iacob 53. C
Domum ædificandi modus 153. B
Domum in vicis habet quis 153. C
Dona septem spiritus sancti 254. A
Dona spiritus sancti 483. E to. 2.
Dona Dei non æqualiter omnibus contingunt 503. h to. 2.
Dormire super lapidem 54. B
Dormiebat Christo lazarus in sepulchro 857. A
Dorotheus episcopus Nestorianus hæreticus 33. D to. 2.
Dos Christi sponsæ qualis 61. A
Draco & serpens 337. D
Dubitatio Thomæ quid nobis profuerit 1026. A

E

Ebrietas 105. A
Ebrietas animæ 105. C
Ebrietas bona 106. A
Ebrietatis effectus 105. B
Ecclesia variis tempestatibus agitata 453 B
Ecclesia christi 329. B
Ecclesia insulis comparatur 453. B
Ecclesia est mons intelligentiæ 295. E
Ecclesia gentium vidua ante Christi passionem 520. G
Ecclesia virgo dicitur 142. B
Ecclesia omni tempore accedentes ad se recipit 563. E
Ecclesia quomodo inconcussa & immota 526. A
Ecclesia dei qualis sit 26. A
Ecclesia christi pulchriot Iudæorum synagoga 26. B
Ecclesia quid 66. A
Ecclesia à Iudæis ad gentes conuersa 52 G
Ecclesiæ fundamentum 410. A tom. 2,
Ecclesiæ laus 180 E
Ecclesiæ fundamentum Christus 525. A
Ecclesiæ pastores non debent esse exactores 193. B
Ecclesiam dei grassari & depredari peccatum est inexpiabile 274. B
Ecclesiam virginem accipit vxorem christus 142. B
Eccesiasticis dispensatoribus exhortatio 79. h
Ecstasis gentibus accidit 409. A
Edom dicitur Esau, quomodo 46. A
Educatio praua corrumpit mores 578. D. t. 2
Egressus Abrahæ de terra & cognatione sua, quid 499. h tom. 2.
Iectus est Cain à facie domini sic & Iudæi Ibidem.
Elamitæ qui 313. A
Eleemosinam qui dat hædum offert 73. C
Electus est christus quomodo 415. E
Elimenta mundi adorarunt iudæi 468. E
Elementa per se non subsistumt sed verbo & virtute dei 537. C to 2
Eli quando mortuus 514. A to. 2.
Eliachim rex iude constitutus 221. C
Elias propheratuit quando 518. B to. 2
Eliezer quid 32. F
Elizeus quo tempore vixit 518. B to. 2
Emanuel propiciatorium nobis factus est per fidem 174. C tom. 2.
Emanuel vnus, quomodo 169. D to. 2
Emanuel noui testamenti sequester 225. B
Emanuel cur ita dicatur filius 167. H to. 2.
Emanuel nouum nomen 324. H to. 2
Emanuel gregem regit rationis participem 8. H
Emanuel mortem subiit vt omnes in vnum congregaret 455. F
Emanuelem vocare Christum 221. A
Empedoclis nugæ 624. G to. 2
Encenia, quid 847. E
Enoch translatus 10. C
Enoc appellatus est deus 11. F
Enoch vrbem ædificauit 11. E
Enoch filius Seth Ibidem
Enoch à deo translatus 359. h to. 2.
Enos dictus deus 649. B to. 2.
Ephesina synodus quando incepit celebrari 54. D to. 2.
Ephesini concilij epistolæ 196. E to. 2.
Epicuri sententia 322. C
Episcopi rationem pro suis omnibus reddituri 16. g to. 2.
Episcopi officium 538. A
Epistola apostolorum ad gentes 662. D to. 2
Epistolæ synodales 195. E to. 2.
Equus loquutus est Achilli 551. h to. 2.
Equorum magnus numerus in Ægypto 368. G
Eremus 125. B
Eremus terra Babylonica 305. B
Erroris arguebantur Christiani à Iuliano 515. G to 2.
Errores antiquorum manifesti de Deo 536. h to. 2.
Esaias prophetare incepit, quando 211. F
Esaias typus apostolorum 215. E
Esau & Iacob moribus impares, quomodo 45. D
Esau quid 45. A
Esuriuit Christus, quomodo 66. C to. 2.
Ethnicorum testimonia de Deitate verbi 527. F to. 2.
Euangelica oratio qualis 248. h
Euangelicæ prædicationis effectus 171. F
Euangelistæ rei gestæ tempus præoccupant 855. E
Euangelium omnia bona consilia præstat 232. F
Euangelium docuerunt apostoli quomodo 488. F
Euangelij prædicatio quam legis multo fortior 343. F
Euangelij gloria & laus 172. h
Eucharistia 73. B
Eucharistia 100. E to. 2.
Eucharistia quantum pro sit dignè manducantibus 741. A
Eucharistia quomodo sumenda 148. E
Eucharistia efficacia 743. F
Eucharistiæ communione Christus est in nobis, & è conuerso 944. F
Eucharistiam qui suscipiunt immortalitatem animæ consequuntur 737. C
Eunomius hostis scripturarum 280. G to. 2.
Eunomij impietas ex ighorantia 280. h to. 2.
Eunomij cauilatio 226. C to. 2. 230. A to. 2.
Eunomij indocta argumentatio & expositio scripturæ tom. 2. 282. B
Eunomij cauillus de consubst & 241. & 242. A 239. E to. 2. 238. B to. 2.
Eunomij impietas 607. F
Eiusdem erroris confutatio ibidem.
Eunomij quæstiones impiæ & impudentes 232. F to. 2.
Ex Deo esse, quid 335. h to. 2.
Exactor 271. E
Exactor Satanas à christo contritus 271. F
Exactores animi 193. C
Exactores 192. A
Exaltari filius dicitur, quomodo 282. C to. 2.
Excommunicati & procisi à corpore christi 946. E
Exempla seruitutis 804. h
Exempla quomodo pœnitentibus sit imponenda pœnitentia, 791. G
Exempla quid referant 63, E to. 2.
Exempla fidei non satis firmæ 803. E
Exemplis scripturæ probatur dei verbum Carne Induta deum semper fuisse 174. C to. 2.
Exercitus fumo comparatur 278. B
Exhortatio ad hæreticis occurrendum 68. F tom. 2.
Exhortatio ad pœnitentiam 240. E

Exhortatio ad mundi ſolicitudines vitendas 135. H
Exhortatio ad vitam honeſtam & ſolitariam aggrediendas 499. F to. 2.
Exhortatio ad Inobedientes 243.E
Exhortatio ad epiſcopos 717.E
Exhortatio ad ſolitariam vitam agendam 983.H
Exiuit à Deo filius,quid 968. G
Exire à Deo patre,dicitur filius,quid 334.B to. 2.
Exinaniuit ſeipſum Chriſtus,quomodo 9. A to. 2.
Exinaniuit ſe Chriſtus, ideo humano more de ſe loquitur 25. A to.2.
Exinaniuit ſe Chriſtus, 475. E
Exinanitum Dei quomodo dicatur 169. A to.2.
Exinanitio Chriſti 455. E to.2.
Exinanitio filij Dei 360.G to.2.
Exiſtentia pro vita poſita 164.E to.2.
Expectare Deum 496. E
Expectare dominum pro fratribus 127.F
Expectare Deum quid 231.E
Externa ſacrificia neque Deo vero, neque diis alienis, grata 666. A to. 2.
Exteriora deo non offeruntur 92.H
Exul ab eccleſia 150.D
Exul Cain à facie dei 151. E
Ezechias æger 394. D
Ezechias quomodo vicerit Babylonios 682. A to.2.
Ezechias ſucceſſit Achaz 277,C
Ezechiæ oratio ad Deum 390.C
Ezechiæ preces ad Deum in Rhapſacem 246.D
Ezechiæ virtutes 394.D

F

Fabulas noſtris tradit Iulianus 530.A to.2
Fabuloſa apud græcos 530. B to.2.
Facies & Imago Chriſti eſt gloria charitatis 906.A
Facies retricæ 280. G
Fames verbi Dei fractis & infirmis contingit 407. E
Fames dura quæ 232. H
Fatigatus eſt Chriſtus quatenus homo 674.E
Fatigatus dicitur Chriſtus,quomodo 673. H
Fatigatus eſt Chriſtus,cur 150.B to.2.
Fatum an imponat nobis neceſſitatem 887.E
Fatum non præcipitauit Iudam 980. F
Fatum non nobis dominatur 173. C
Fatali neceſſitati nemo ſubiectus 776 G
Fata an Chriſto impoſuerint neceſſitatem 775.G
Fax & lignum fumigans 218. C
Fecit pro oſtendit 290.A to.2.
Fœlicitas conſiſtit in contemplatione Dei 584.H to. 2.
Fœlicitas noſtra in contemplatione Dei 550. C to.2.
Fera 77. B
Ferarum nomine quinam intelligi debeant 537. C
Feriæ Chriſtianæ 661. B to 2.
Fermentum quid 94.C
Fermentum typus malitiæ 661. B
Feſtum, quid 506.A to.2.
Feſtum diem acturi,quo curare debeant 901. B
Feſta ſanctorum quomodo conſtituta 606. A
Feſta ſolennia ter in anno celebrabant Iudei 870.C
Feſtis diebus contra ludis incombentes 871. F
Fideles templum Dei ſunt 654.D
Fidelia Dauidis, quid 529.C
Fidelitas Marthæ 872.E
Fideles ſunt de genere Chriſti 142.D
Fides in Chriſtum eſt opus Dei 722.B
Fides non ſufficit ad ſalutem niſi fuerit charitati coniuncta 947. G
Fides primorum Iudæorum inualida 888. H
Fides ab apoſtolis data 6.B to.2
Fides Abrahæ quę 31. E
Fides neceſſaria eſt ad ſcripturarum intelligentiam 335.h to.2
Fides Mariæ ſororis Marthæ infirma 860,h
Fides reguli & Marthæ conueniunt 857. G
Fides, quid 972.G
Fides Abrahæ noſtra eſt 524.E to.2.
Fides imperfecta cum operibus nihil aut parum prodeſt 157.B to. 2.
Fides D.Petri eſt inconcuſſum fundamentum eccleſiæ chriſtianæ 410. A to.2
Fides nuda ſine operibus non ſaluat hominem 896.F
Fides armis omnibus fortior 908.G
Fidei cauſa mors ſubeunda 16. h to.2.
Fidei ſimplicitas in chriſto eſt virginitas 142. B
Fidei traditio abſolutiſſima 160.E to.2.
Fidei confeſſio Nicenæ ſynodi 158. D to.2.
Fidei non ſatis firmæ exempla 803.E
Fidei claritate deſtituitur Hieruſalem 376.D
Fidei articulus de Chriſto 297.A to.2.
Fidei doctrina non omnibus ſimili modo tradenda 658. B
Fidei Ignis & lucerna ſemper accendi debet 85.A
Fidei meritum 409. C to.2
Fide Chriſti adoptantur qui baptizantur in nomine trinitatis 631. h
Fide debiles quomodo docendi 156. G
Fide conſtantes modis omnibus à dæmone turbantur 33. B tom. 2.
fidem emere ſine argento 528. E
fieri non ſemper eſſendi principium ſignificat 290. D tom. 2.
fieri & factum eſſe dicitur aliquando de Deo 288.F to. 2.
figura Chriſti Iſaac 31. h
figuras veritati præpoſuerunt Iudæi 707.E
figuræ Iſraelitis datæ,cur 493 D to.2
figura veteris teſtamenti,ſunt elementa noui 707. f
figuræ paſſionis Chriſti 883. E
figuræ ſunt ſcientiarum elementa 521.A to.2
figuræ cur prius à Deo propoſitæ 521.A to.2
filia Sion 575.h
filius non poteſt patri reddere æquiualens 138 B
filius eſt in patre naturaliter,& pater eſt in filio propter identitatem ſubſtantiæ 921.A
filius patrem cognoſcit,quomodo 843. f
filius non eſt creatura 265. A to. 2.
filios duos non genuit Deus 909. A
filius eſt naturaliter Deus ex Deo 666 A
filius cur in ſinu patris eſſe dicatur 638. D
filius an ſit perfectus vt Pater 642.E
filius à patre inſeparabilis 221.D to.2
filius minor & æqualis patri dicitur quomodo 243.h to.2
filius eſt æqualis patri 843. G
filius eſt ex ſubſtantia patris, non extra productus tom.2. 258.A
filius verbum dicitur 647.f to.2
filius dextera patris Ibidem.
filius virtus Dei Ibidem.
Filius dominus Ibidem.
filius vox patris ab orpheo dictus 527.G to. 2.
filius eſt omnium opifex 732. G
filius non eſt creatura neque factura 408.F to. 2.
filius quomodo in patre 249.A to.2
filius non eſt factus 416.h to.2.
filius creatura non eſt 276.G to.2.
filius eſt ex ſubſtantia Patris 688. G
filius eſt conſubſtantialis patri 603. F
filius æqualis eſt patri penes diuinitatem 939.h
filius eſt omnia naturaliter quæ pater eſt 694.D
filius eſt aliud quam creatura 616.E
filius rogat patrem,quomodo 925.C
filius à Patre nec loco nec ratione ſeparari poteſt tom.2. 234. D
filius Dei incarnatus non eſt alius ab eo qui creauit omnia 508. G
filius vita eſt vt pater 696 E
filius in patre,quomodo 213.B to.2
filius mens de mente 528.h to. 2

filius venit in nomine patris,quid 332.G to.2
filius non intelligitur abſque patre 633. B to.2.
filius non adorat quatenus deus eſt 673. E
filius non eſt aliud natura quàm deus 694. A
filius eſt immutabilis 689. A
filius an minor ſit patre 688. F
filius non eſt minor patre 729. C
filius dei factus homo creatura appellatur per diſpenſationem 271. F to. 2.
Filius eſt in patre & pater in filio 711
Filius eſt conſubſtantialis patri 235. h to 2
Filius eſt ſimilis patri 255. E to. 2.
Filius à ſeipſo nihil facere dicit, quomodo 697 A
Filius eſt caracter ſubſtantiæ Dei patris quomodo intelligendum. 719. G
Filius & pater tantum appellatione differunt 965. B
Filius eſt coæternus & conſubſtantialis patri 387. G to. 2.
Filius non eſt diſſimilis patri, nec minor eo 604. h
Filius eſt vnum cum patre natura & ſubſtantia 850. C
Filium recenter natum aſſerunt hæretici 7 F to. 2.
Filij Abrahæ qui 31. F
Filij non patiuntur damnationem pro parentibus. 821. B
Filij Enoch dij appellati 12. F
Filij temporaria afficiuntur pœna propter delicta parentum 821. A
Filij dei ſumus per filium 402. B to. 2.
Filij Noe 19. F
Filij Seth non communicabant cum filiis Cain multo tempore, 13. B
Filij Seth quantum detrimenti paſſi ſunt propter commercium quod cum filiis Cain habuerunt 13. B
Filij dei ſumus adoptione 631. F
Filios pro patribus punit deus,quomodo 564.G to.2.
Filios duos credit Neſtorius 191. F to. 2.
Filiatio verbi 605. A
Finem legis adepti inſanierunt Iudæi 47. F
Flet Chriſtus quandiu permanemus in peccatis 106. B
Flet Chriſtus peccata noſtra 106. B
Flent Apoſtoli peccata noſtra 107. G
Fleuit chriſtus, cur 150. A to. 2.
flere & fugere mulieris eſt 317. D
fletus pro mortuis debet eſſe moderatus 861 C
fletus Mariæ duplicem habet mercedem 1020. E
flos dicitur Chriſtus 253. D
flumen Cauſus Pythagoram ſalutauit 552. E to. 2.
flumina deſerta 487. h
fluuius factus eſt Chriſtus in ſe credentibus 371. E
fœmina & puer ſemper ſunt proni ad metum 318. A
fœminarum intellectus eſt mollis ac tardus 672. A
fœmoralia linea gerere quid 103. H
fons aquæ viuæ deus eſt 57. C
fons vitæ Chriſtus 38 C
fontes ſalutis apoſtoli & euangeliſtæ 263.E
Fontes aquarum Ibidem
fornicatio ſpiritualis eſt idololatria 808. G
formari in homine chriſtus poteſt, quomodo 1024. E
fortitudo & prudentia boua ſunt iis qui bene vtuntur tom 2. 510.C
fortuna 173. C
fragiles fuiſſe apoſtolos ante ſpiritus ſancti gratiam receptam 1000.
frater noſter eſt chriſtus, quomodo, 416. F to. 2.
fratres chriſti 140. E
fremitus in chriſto humanam naturam demonſtrat 861. A
fructus maturus eſt agri pulchritudo 674. B to.2.
frumentum chriſtus eſt 879. E
frumentum quid 158. A
fugiendi belli tempore 224. G
fugientem Chriſtum ſequi debemus 709. D
fuga chriſti in deſertum 870. A
fundamentum fidei chriſtus 442. C
fundamentum ſe dicit chriſtus, cur 273. C to. 2.
fundamentum chriſtus ante initium mundi 274.D to.2.
fumus ab aquilone Salmanaſar 278. B
fur eſt diabolus 840. F
fur & latro eſt, qui 836. G
furis conditio 836. G
furor ſcribarum & phariſæorum temperatus 500. E
furori iudæorum cædit chriſtus 851. h
futurorum præcognitio ſoli deo competit 279. h to. 2.

G

Gabaonitæ ab Iſraelitis occiſi 351. E
Gad quid 63. F
Gad 63. E
Galbanum ſerpentes noxios fugat 129. D
Gallileæ duæ 530. A to. 2.
Gallinæ duæ 119. H
Gamalielis prophetia 240. h
Gaudere & lætari deus dicitur 543. G tom. 2.
Gaudium impiorum dat mærorem 406. D
Gedeon iudæos liberauit è manibus madianitarum 235. F
Generat deus ex ſe vere & proprie, creaturæ vero ad eius imitationem 258. C to. 2.
Generare & creare diuerſa ſunt in deo 277. C to. 2.
Generare proprie de deo dicitur 333. A to. 2.
Generare abuſiue de homine dicitur, proprie vero de deo. 159 h & 270 D to. 2.
Generandi & operandi diſcrimen 227. E to. 2.
Generatio Cain non reperitur 10. D
Generatio verbi fide tantum comprehendi poteſt tom. 2. 221. A
Generationem deo negantes, dei perfectionem adimunt 225. C to. 2.
Generatio diuina non patitur inciſiones diminutiones, paſſiones & ſeparationes 229. A to. 2.
Generatio & natura diuina exemplis perfecti exprimi nequit. 240. G to. 2.
Generatio diuina finem non habet 224. h to. 2.
Generatio chriſti non poteſt ignorari 516. F
Generationis filij ex patre nulla eſt cauſa in ſcriptura tom. 2. 269. B
Geneſeos librum taxat Iulianus 533. A
Generationis diuinæ modus quantum ſuperet humanum intellectum. 224. F to. 2.
Generis humani reſtauratio, vnde 1. A
Genus humanum dicitur cæcus 824. F
Germani impatientes iugi 576. E to.2
Germani audaces & homicidæ 566. A to. 2.
Genuerítne deus voluntario an inuoluntario 384. E
Genitum, aliquando filio conuenit, aliquando vero minime 217. B to. 2.
Gignere & condere differunt 375. G to. 2.
Gignens & genitum vnum 938. B tom. 2.
Gentes tranſformati 531. h
Gentes non deſpexit deus, etiam ſi prophetas Iudæis primũ miſerit 562. B to. 2.
Gentes contemptibiles, cur 403. F
Gentes in vmbra mortis ambularunt ante notitiam euangelicam 234. F
Gentes multo plures conuerſi ad fidem quàm Iudæi 234. G
Gentes ad eccleſiam dei vocati vndecima ætate 14. D
Gentes tranſformati in alteram naturam notitia Chriſti 256. h
Gentiles Hieruſalem veniebant adoraturi 878. A
Gentium eccleſia ſterilis & deſertum dicitur, cur 384. G
Gentium vocatio 340. G
Gentium eccleſia olim deſerta & ſterilis 510. D
Gentium fines ingredi apoſtolis prohibuit Chriſtus 878. C
Gentium multitudo ad finem ſola gratia vocata 180. F
Gentium terra vbi ſita 413. C
Gentium magna diſiunctio 261. B
Gentium ad fines ſe conuertunt apoſtoli 42. C

Gentium illuminatio 170. D
Gentium ecclesiæ typus est Rachel 60. F
Gentibus opem dedit deus sed patienter 420. G
Gentiles fide christiana illuminati non relapsi sunt in idololatriam 541. A
Gentilium pastores veritatem assequi non possunt 57. C
Gigas 188. G
Gigantes qui & quales 13. B
Gigantes in pœnam peccati nati 649. C to. 2.
Gigantes agrestes Ibidem.
Gladium habuit Petrus & iure 995. G
Gladio cadere 160. E
Gladius Ibidem
Gladio vti non vult Christus 995. h
glans 216. h
gloria Dei, quid 467. h
gloria Iacob 287. F
gloria Dei est facere omnia 541. C tom. 2.
gloria mundi fugienda 714. A
gloria filij antequam mundus fieret 257. B
gloriæ christi non derogant attributa humana 303. h to 2.
gloriam meam alteri non dabo, quomodo intelligendum 416. G
glorificatus est deus in solo filio 473. C
glorificatur à patre filius, quomodo 456. C t. 2.
glorificatur deus in nobis, quomodo 902. D
glorificatio soli Deo debetur 310. B to. 2.
glorificationem accepit christus, quando 902. D
gloriari nemo debet proprio bono 623. h
gnostæ vates, qui 297. B
græci semper pueri 519. E to, 2.
græci literas tardius acceperunt 519. F to. 2.
græci idololatræ 179, h
græcorum orationes aquæ comparantur 298. A
græcorum fabulæ 532. F to 2
grammaticam iudæis primus tradidit Moses 618. D. to. 2.
Grando, id est, diuina ira vastauit hierusalem 374. B
gratia & veritas, quid 529 B
gratiæ diuinæ inopia quid 495. G t. 2.
gregorius 785. B
grex translatus Israel 341. B

H

Hæredes Abrahæ qui 31. F
Hæreticus lupus est dicendus 841. D
Hæretici sibi repugnant 499. C to. 2
Hæretici cur proferant scripturæ testimonia 256. F to. 2
Hæretici vitulis similes 353. D to. 2
Hæretici montibus similes 411. F
Hæretici suum errorem aperte fateri nolunt 239. h to. 2.
Hæretici christum quasi vnum de numero sanctorum faciunt 238. C to. 2.
Hæretici phisicis rationibus metiuntur naturam diuinam, 240. E to. 2.
Hæretici scripturæ locis sibi consonis vtuntur 45. B tom. 2.
Heretici cur non ruminant 112. G
Hæretici victi similes sunt nautis imperitis periclitantibus 46. C tom. 2.
Hæretici morti obnoxios se reddunt 18. A
Hæretici spiritus sancti gratiam recipere nequeunt 926. B
Hæretici panem vinum non offerunt 146. C
Hæretici dialecticos agentes secundum dialecticam indocti reperiuntur 242. B t. 2.
Hæretici vndique venena colligunt 613. D
Hæretici scripturarum sensum peruertunt 241. A t. 2.
Hæretici citius puniendi quàm qui contra reges blasphemias euomunt 35. h to. 2
Hæretici mulieribus turpitudini deditis persimiles 215. to. 2.
Hæretici & scelerati declarandi 353. D tom. 2.
Hæretici peruertunt sensum scripturæ 244. E tom. 2.
Hæretici multa confitentur nobiscum 51. E tom. 2.
Hebræorum assumptio etiã est vocatio gentium 563. F t. 2.
Hæreticorum sectatores, parasitis similes 46. D tom. 2.
Hæreticorum & diaboli voluntas eadem 252. G to. 2.
Hæreticorum mos 185. D to. 2
Hæreticorum morbus 367. E tom. 2.
Hæreticorum tegiuersatio 225. B tom. 2.
Hæreticorum temeritas & presumptio 308. F to. 2
Hæreticorum typus Assyrij 394. B
Hæreticorum peruersitas in citandis scripturis 342 B to. 2.
Hæreticorum amentia in scripturarum interpretatione 341. C tom. 2.
Hæreticorum doctrina de christo 161. A tom. 2.
Hæreticis contradicendum 68. F to. 2.
Hermes & Moses idem sentiunt de creatione elementorum 538. A to. 2.
Hermes trismegistus 526. A to. 2.
Hermetis de excellentia dei sententia 526. D to. 2.
Herodiani qui 255. F
Herodiani christum adulari volentes ab eo arguuntur & repelluntur Ibidem.
Hesiodus quando 518. B to. 2.
Hieroboamus vitulos aureos adorare persuasit 237. D
Hierogliphi Ægyptiorum 650. C to. 2.
Hierosolima Ezechiæ tempore à deo conseruata, cur 238. A
Hierusalem ab Achaz conseruata quomodo 217. C
Hierusalem 179 E
Hierusalem typus ecclesiæ christi 394. B
Hierusalem corruit cur 133. B
Hierusalem 22. D
Hierusalem visio pacis 22. D
Hierusalem derelicta 167. E
Hierusalem Romanis tributaria 300. E
Hierusalem Ægyptiis terrori Ibidem.
Hierusalem cur Sodoma & Gomorrha dicta 169. A
Hierusalem typus Christi 133. A
Hierusalem est anima cristianorum 167. G
Hierusalem quando à Babiloniis excisa 398. C
Hierusalem filia Sion & virgo dicitur cur 391. G
Hircus in eremum pulsus qualis 127. G
Hircus meatis offertur ad altare qualis 127. G
Hircus enigmatice quid 652. E to. 2.
Hircus oblatus pro peccato est typus Christi 133. D
Hircus emissarius est typus Barrabam 133. D
Hircus in eremum mittitur quid 125. A
Hirci emissarij misterium 58. D to. 2.
Hirco assimilatur Christus 651. G to. 2.
Hirci duo allegorice 133. E
Holocaustum offere ad altare domini quomodo 131. E
Holocaustum Christi quantum profuerit 69. B
Holocausta deo acepta 536. H
Homerus quando scripserit 616. E to. 2
Homerus 236. F
Homerus quando 318. B to 2
Homo omnia in se habet 90. C
Homo quatenus homo non recipit maius & minus 732. E
Homo est in deo, quomodo 853. A
Homo in anima & corpore quomodo sit perfecte conditus 553. B to 2.
Homo quid magis appetat 12. H
Homo est Imago & gloria dei quomodo 340. F to. 2
Homo creatus est cæteris creaturis iam à deo productis 2. B
Homo an sit conditus ad solam imaginem filij 402. A to. 2.
Homo cæteris creaturis Præstantior 184. E
Homo pius liberatur ab omni malo 572. F to. 2
Homo appellatur nomine bruti cuius sequitur passiones 253. A tom. 2.
Homo quatenus est creatura dei, bonus est 809. C
Homo creaturis omnibus pulchrior 271. h to. 2.
Homo imago dei 2. D
Homo liber creatus à deo 3. H
Homo purus redempter mundi esse non potuit 69. C to. 2.
Hominis infirmitas & inconstantia 355. G t 2.
Hominis creationem necessariam 2. B
Hominis casus 495. G to. 2
homini nihil defuit ad bene beatéque viuendum 20. F

Homini quid

Homini quid melius datum fuerit à Deo 539. F tom. 2
Hominem lapsurum sciebat deus, & quomodo illum in pristinam fœlicitatem restitueret Ibidem
Hominem à deo indiuisum 191. F to. 2
Hominem creauit in tantam calamitatem venturum cur 3. E
Hominem lapsum in meliorem conditionẽ restituit deus 4. E
Hominem impium Sathana nuncupat Christus 8. H
Hominem creauit Deus quando 2. B
Homines qui vere dicantur 77. A
Homines improbi qui 329. A
Homines Improbi, qui 329. A
Homines dæmonibus non subiicit deus 567. E tom. 2
Homines dij libati 571. E to. 2. Exempla Ibidem.
Homines natura serui, sed filii dei per gratiam 269. A tom. 2
Homines dii appellantur 539. h tom. 2
Homines ante christi aduentum à Brutis non discrepantes 408. h
Homines à natiuitate peccati labe polluuntur 115. H
Homines pueros non offendunt dæmones 572. F to. 2
Homines apud deum parui sunt momenti 903. E
Homerus summum deum testatur 525. A tom. 2
Homicidas abhorret deus 170. D
Honor mundi fugiendus 714. A
Honore paterno dignus est filius 693. A
Horæ diei sunt apostoli 856. G
Horror quis maximus 176. F
Horrendum incidere in manus domini 176. F
Hortus, quid 993.
Hortus christi ecclesia facta est 551. E
Hosanna, quid 876. E
Hospites triginta vno die Saturno mactati 457. D
Hostes debellare quomodo oporteat 289. A
Hostium victorum immanitas 323. E
Hostium dei sententia 176. E
Hostia pro peccatis quid 90. D
Hostia duplex in Christo 68. G
Hostia spiritualis 433. B
Hostiarum multa genera 89. D
Humanitatem Christi qui deserunt 20. E
Humanitati nostræ vnitum est totum ex deo Verbum 688. h tom. 2.
Humanum genus in varia peccata præcipitatum, 427. F
Humanum genus in duas gentes diuisum 256. G
Humanum genus iam euersum à suo solo creatore restitui oportuit 6. B
Humanum genus morti addictum 3. E
Humanum genus non tantum restitutum sed in melius commutatum 1. C
Humanum ingenium nullum est comparatione dei 1. D
Humani ingenii imbecilitas in diuinis enunciẽdis 6308 F to. 2
Humanæ naturæ liberatio 329. A to. 2
Humano sanguine dii libati 571. E tom. 2
Humano more loquutus est Christus 296 h to. 2
Humerale pontificis quid 102. A
Humiles & simplices à deo illuminati 834. B
Humiles qui 480. F
Humiles populi, qui 278. D
Humilitas 722. A
Humilitatis exempla 832. E
Humilitatis exempla 834. B
Hymnos & laudes celebrant media nocte Silas & Paulus, 510. A
Hyemis tempestas est diaboli tyrannis 751. E
Hypocrisis scribarum & pharisæorum 546. B
Hypocrisis Achaz 220. E
Hypocrisis intollerabilis coram Deo 89. C to, 2
Hypostases non admisit Paulinus episcopus 31. E to. 2
Hypostases diuinæ 601. C
Hyssopus 120. E

I

Iacob pastores charan docet 57. A
Iacobi & christianorum collocatio 46. B
Iacob cognouit trinitatem 522. A to. 2
Iacob descendit in Ægyptum 507. G
Iacob doctior patribus
Iacob & filii eius descenderunt in Ægyptum quid, 505. B t. 2
Iocob quid 45. C
Iacob quid 45. B
Iocob & Esau Gentium & Iudæorum typus 45. B
Iacob Christianorum typus 48. F
Iocob arte pastoritia peritus 55. h
Iacob ad Laban superstitioni deditum mittitur 52. F
Iacob luctatus est cum Christo 648. G to. 2
Iacob solus Lapidem voluit 58. A
Iacobi & Mosis oratio 56. F
Iactantia persarum arguitur 392. F
Iactantia tollenda 996. h
Ianuis clausis ingreditur Christus 1021. D
Iapheth 19. F
Iapheth amplificationem interpretatur 12. F
Iaser vrbs Moabitarum 284.
Idææ Platonis 542. D to. 2
Idæas secundo Deo tribuit Plato 543. G
Identitas substantiæ non læditur cum personarum trinitatem confitemur 603. E
Idololatræ quid colant 440. G
Idololatræ proprios liberos sacrificant 587. h
Idololatræ Iudæi 178. A
Idololatræ nonnulli ante diluuium 562. D
Idololatræ pessimi 626. C to. 2
Idololatræ in contumeliam venturi 459 G
Idolum quid Ibidem
Idololatræ homines rudes & ignari 455. G
Oracula vbique 456. E
Idololatrarum insania, 460. E
Idololatria quouis peccato execrabilior 465. A
Idololatria à Christo euersa 270. C
Idololatria non fuit ante diluuium 519. h
Idololatriæ varia initia Ibidem.
Idololatræ dæmones & homines adorant 404. G
Idololatriæ nullus fructus 178. B
Idolothyta cur citius quàm libros gentilium fugiamus 619. G tom. 2
Idola sua Iudæi absondunt 186. A
Idola non sunt dii 439. h
Idolorum effictio quid pepererit samaritanis 245. B
Idumæa pro Iudæa 382. B
Idumæi duri & immisericordes 309. E
Idumæi ab Esau nati 308. G
Iechonias successit Eliachim 222. C
Ieiunium Christianorum qualo esse debeat 134. B
Ieiunandum quando 134. A
Ieiunantis opera qualia esse debeant 548. F
Ieiunantes cur non recipiantur à deo 546. D
Iesus 692. F to. 2
Iesus quid 168. F tom. 2
Iesus cur ita dicatur 472. G
Iesus cur dicatur Christus 472. H
Ignarus filius nunquam fuit 790.
Ignauia Iudæorum inexcusabilis 201. B
Ignis domini 129. B
Ignis hominum 129. B
Ignis domini quomodo componitur 129. C
Ignis specie cur deus descenderit supra montem Sina tom. 2. 71. E
Ignis quid 69. B
Ignis spirituſſancti 131. G
Ignis alienus 131. G
Ignis duplex calor 639. F to. 2
Ignis semper ardens super altare 85. A
Ignis peccatorum punitorius 128. F
Ignis non est deus 915. G
Ignis alienus 672. E tom. 2
Ignem alienum offerre 367. E tom. 2
Ignorantiam cur sibi attribuerit christus 292. h to. 2

Ignorare aut nescire dominum dicitur, quis 843. F
Ignorantes venia digni 760. E
Ignorantium iustorum quærela 152 E
Illuminatio sanctorum 624. F
Illuminationis cæci mysterium 822. B
Imago terreni & cœlestis 688. h to. 2
Imago dei homo quomodo reformata. 340. F t. 2
Imago terrestris 336. h to. 2
Imago cœlestis Ibidem.
Imago filii est spiritus sanctus. Ibidem.
Imago dei homo esse non potest nisi participatione Spiritus sancti 259. G to. 2
Imago diuina quomodo in nobis 495. E to. 2
Imago perfecta, quæ 315. F to. 2
Imago patris est filius 918. B
Imago & exemplar idem sunt 431. E to. 2
Imago dei perfecta solus filius est 264. G to. 2
Imaginis descriptio 693. D
Imagines & picturæ ad quid conducant 692. B tom. 2
Imagines irritet Iulianus 601 G to. 2
Imbecillitas nulla in filio 689. D
Imitatores Christi quid facere debeant 505. B
Imitari Deum oportet, quomodo 591. G to. 2
Imitari Christum quomodo 838. B
Immortalis proprie solus est Deus 286. C
Immortales sunt homines sed per gratiam 286. C to. 2
Immundus quis 96 G
Immúdus possidetur a dæmonibus Ideoque communis 99. F
Immundum contingere quid 97. A
Immundum contingere 76. G
Immundum contingit quis 76. h
Immutabilis Deus 684. h to. 2
Imperatoris studium quale esse debeat 32. G to. 2
Imperfectum semper ad perfectionem tendit 303. E to 2
Imperfectum nihil est apud deum 252. G
Imperium quomodo christus acceperit 414. D
Impietas in Deum punita non pecunia tantum sed capite 599. E to. 2
Impij & peccatores an possint miracula facere 827. G
Impij fiunt deteriores doctrina 816. F
Impiorum inquisitio rigida & exacta erit in die Iudicij 323. F
Improbitas & ferocia quarundam gentium vnde 573. C to. 2
Improbitas non inest nobis à natura 573. A to. 2
Improbi obscuritate gaudent 917. C
Incarnatio verbi ab initio 273. D to. 2
Incarnatio verbi dei non diuidit eum in duas personas 754. A
Incarnatio Christi 85. D to. 2
Incarnatio verbi Dei opus diuinæ sapientiæ 512. E
Incarnationis causa, quæ Ibidem
Incarnationis mysterium irritũ facere voluerunt Iudæi 252. F
Incarnationis Christi mysterium nouit Iulianus 602. D to. 2
Incarnationis verbi cognitio, omnibus aliis figuris antiquior 641. C to. 2
Incarnationis filij Dei necessitas 271. h to. 2
Incarnationis mysterium intellexit Iacob, quando 7. G to. 2
Incarnationis christi causa 473. D
Incarnationis christi mysterium ignorant Iudæi 696. h
Incarnationis mysterium 633. A to. 2 639. h to. 2
Incarnationem christi multi oppugnarunt hæretici 682. D t. 2
Inclinatio christi in terram scribendi causa quid 788. E
Inconstantia Israelitarum 494. A tom. 2
Incredulitas israelitarum & iudæorum 885. D
Incredulitatis fructus pessimi 711. G
Incredulitatem iudæorum ægreferebant apostoli 38. B
Incrediuli & pertinaces iudæi 835. F
Incredvli non videbunt vitam, quomodo intelligendum, 670. A
Incredulorum sensus obcæcauit satan 515 F tom. 2
Indigna præscribit Iulianus 531 E tom. 2
Induuntur a Moyse qui 101 A
Indumenta Sacerdotum 100 H
Indumentorum quatuor speciebus ornari debet pontifex. 124. G
Indumentorum Aaronis & filiorum eius differentia 103. F
Infamiæ nota 223. F
Infantes semper esse non decet 593. C
Infernus insatiabilis 360. E tom. 2
Inferni cruciatus nemo potest sermone complecti 78. A to. 2
Inferni anima 205 B
Infernum etiam diabolus horret 78. D to. 2
Infideles & ignari iudæi 848. E
Infideles summa subitura sunt supplicia 737. D
Infirmitas christi, quæ 270. A tom. 2
Ingenitum patrem an nouerit filius 368. h to. 2
Ingenitum quid 307. F tom. 2
Ingenitum substantia non est, sed modi substantiæ significatiuum 217. B to. 2
Ingenitum, quid 215. E to. 2
Ingenitum non est substantia patris 372. h 374. C
Ingratitudo iudæorum 449. A
Ingratitudo iudæorum 240. E
Ingressus domini in hierusalem humilimus 876. F
Inimicos fugat, quis 159. G
Inimici vitandi 708. F
Iniuria priuata postponenda dilectioni priuatæ. 16. G to. 2.
Iniuriam nobis illatam, an vindicare liceat 995. E
Iniuriarum impatientes sunt pusilanimes & ambitiosi 953. G
Iniurias à Iudæis obiectas cur nõ retonderit Christus 746. B
Iniuriis lacessantes supplicia non vitabunt 657. A
Inobedientia erga parentes 19. F
Insidias non timet deus 574. D tom. 2
Insomnia & visiones à mortuis Christiani non curant, 670. A tom. 2
Insulæ variis modis intelliguntur 307 G
Intellectus siue cogitationes 176. G to. 2
Interiora offeruntur deo in Holocaustum 92. G
Interrogat Christus non vt ignarus 993. D
Intestina & pedes lauare quid 69. C
Inuenta non reddere peccatum 83. h
Inuidiæ exempla 875. E
Inuidia Iudæorum in Christum & Christianos 866. D
Inuisibilis Christus est, quibus 927. G
Inuocare Deum quid 531. E
Ioannes euangelista quid 67. h to. 2.
Ioannes euangelista dictus barbarus 642. D to. 2.
Ioannes Baptista est lucerna ardens 144. h
Ioannes fuit baptista, apostolus & propheta 640. G
Ioannes in Christo duas confitetur naturas 42. C to. 2
Ioannes bap. 619. F
Ioannes baptista quomodo maior inter natos mulierum 247. F to. 2
Ioannes Antiochenæ ecclesiæ episcopus negligentiæ arguitur 88. h to. 2
Ioannes damascenus 89. B to. 2
Iob crimen deo impingere videtur, cur 83. F to. 2
Iordanem transiuimus sacro baptismate 418. C
Ioseph 62. A
Ioseph & virgo ex tribu Dauid prosati 632. E to. 2
Iosephus 167. F
Iosias arma parat contra Pharaonem 222. C
Ira diuina 582. A
Irascitur deus, cur ibidem
Iræ morbus 597. B to. 2
Iracundiam contumeliam & odium summopere esse vitanda 819. h
Irasci & emulari dei 587. E to. 2
Isaac ligna quibus sacrificaretur gerebat 40. E
Isaac typus Christi 31. H
Isaac mortem effugit quid 40. E
Isaac cognouit trinitatem 522. A to. 2
Isachar 64. F
Isachar 62. A
Israel à deo genitus 164. F
Israel primus dei filius 34. d
Israel terrenus rebus deo sacrificare putauit, quod non fuit acceptum 9. A
Israel dei cultum neglexerit 16.
Israel primùm deinde gentiles ad salutem vocati sunt tom. 2 562. C
Israel à Lutis superatus 164. h
Israel Gentibus inferior 45. E
Israel cum Esau comparatur 46 B
Israel 23.
Israel primogenitus 560. G to. 2
Israelis curam habuit Deus 591. to. 2
Israelita 151. E
Israelitæ sunt christiani omnes 628. G to. 2
Israelitæ à finitimis ciuitatibus oppressi, cur 247. F
Israelitæ fornicati cum filiabus Moab 279. G
Israelitæ dei promissionem non sunt consequuti sed gentes 34. G
israelitæ & iudæi christum non sunt sequuti 39. h
israelitæ cur Mosis ac dei populi appellati sint 168. G to 2
israelitæ studiose vixerunt quamdiu Gentium consortium fugerunt 15. H
israelitæ muliebri forma corrupti Beelphegor Idolum coluerunt 279 F
israelitæ omnes non exciderunt à deo 374. A
israelitæ simul habitauerunt post restitutionem Babylonicam 283. E
israelitæ immorigeri 229. A
israelitæ propter peccata sua multa passi sunt 170. A
israelitæ multi crediderunt in christum 461. E
israelitæ cur à deo repudiati 340. E
israelitæ bellis & præliis vexati, cur 303. G
israelitæ deos ægiptios coluerunt 352. G
israelitæ eorum duxerunt è gentibus 58. B
israelitæ Iosuæ verbis incredvli 746. B
israelitarum in religione inconstantia & fragelitas 291. E
israelitarum infirmitas & impietas 163. h
Iuda 23. E
Iuda vocatur aliquando christus 331. h
iudas nulla necessitate periit 980. F
Iudas à christo electus 897. B
iudas si voluisset non tradidisset christum ibidem
iudas non erat de otibus christi 849. A
iudas galilæus 839. F
iudæ tribus cum dimidio tribus manasse hierosolymis remãsit 222. B
iudæa cur à romanis vastata 372. h
iudæa vastata à Babyloniis cur 264. h
iudæus visibilis & inuisibilis 89. A
iudæus carnalis & spiritualis 461. C
iudæus quis vere dici debeat 552. F
iudæi desti turi à sepimento 202. A
iudæi aliquando conuertentur 37. D
iudæi voluptatibus dediti 204. h
iudæi iure subsanandi 20. h
iudæi mali & diuites quomodo 517. B
iudæi à Romanis deleti 773. B
iudæi legis pedagogia mansuefacti 256. G
Gentes brutis similes 256. G
iudæi oui & capræ similes 257. A
iudæi & græci sociati ibidem
iudæi se solos dei cultores gloriabantur licet mãdata eius non seruarent 817. C
iudæi christianos persequuti sunt vt Ismael Isaacum 38. A
iudæi à Romanis consumpti 510. C
iudæi exesi Samaritanis 814. C
iudæi vitiis onusti 165. A
iudæi occiderunt omnium dominum 9. C
iudæi in apostasiam lapsi 422. A
iudæi ab Abrahæ moribus alieni 806. D
iudæi sunt recepturi fidem 426. D
iudæi portionem perexiguam in ecclesia possident 580. C
iudæi erubescent quando 334. B
iudæi non considerant legalem viuendi rationem 405. D
iudæi merito repudiati, cur 347. G
iudæi bifariam pereclitati 348. h
iudæi ecclesiæ filii 53. A
iudæi solum hierosolimis sacrificant 657. A
iudæi citius Cæsarem quàm christum regem nominarunt 227. h
iudæi & gentiles vnus populus in christo 58. C
iudæi non steterc promissis, 48. E
iudæi quot calamitates passi 165. D
iudæi non possunt sanari 166. B
iudæi & gentes vna ecclesia 53. A
iudæi cur repudiati 180. G
iudæi iram diuinam in se transfuderunt idolis sacrificando. 312. h
iudæi erroribus obcæcati 422. D
iudæi à moribus patriarcharum longe diffiti 465. D
iudæi cæci 215 G
iudæi sunt benedictionis expertes 50. B
iudæorum falsa opinio de christo 734. B
iudæorum scopus 359 E
iudæorum in christianos cauillus 29. C
iudæorum iniustitia 208. E
iudæorum natio misere deleta, cur 868. h
iudæorum imbecillitas, vnde 458. D
iudæorum populus per bouem intelligitur 374. D
iudæorum increpatio 654. B
iudæorum casus an nostro fuerit melior 73. A
iudæorum terra à quibus vastata 166. C
iudæorum lapsus 682. A
iudæorum ebrietas 204. G
iudæorum proceres idololatræ 808. G
iudæis quid contigerit post assentionem Christi 342. C
iudæis quid acciderit ob sua delicta in christum 252. G
iudæis prius euangelium prædicare christum decebat 252. F
iudæos amauit deus 46. D
index iustus christus est 63. E
iudicis officium, quod 363. E
iudices qui ex personæ potius quàm ex factis iudicant 516. E
iudices seniores iudicium peruertentes 240. G
iudicum officium 614. C to. 2
iudicat filius 691. G
iudicum filio datum quomodo intelligendum 692. E
iudicium irreprehensibile exercere cuius interfit 255. E
iudicium extremum 76. G tom. 2
iudicium dei omnia reteget etiam cogitationes 81. B to. 2
iudicium dei acre contra delinquentes 311. F
iudicium rectum vbique vtile 171. G
iudicium & iustitiam custodientes beati 534. D
iudicii nomine iustitiam subindicat scriptura 333. A
iudicii extremi premonitio 128. F
iudicii diem ignorat christus quomodo 292. E t. 2
iulianus in suam legem peccat 531. h to. 2
iulianus ait christum esse nothum 585 D to. 2
iulianus aduersus christi gloriam pugnauit 514. to. 2
iulianus tres lib. scripsit contra euangelia Ibidem
iulianus solam Platonis sententiam recipit 565. A to. 2
iupiter incestuosus 532. F tom. 2
iupiter 603. G tom. 2
iuramentum chaldæorum quale 33. A
iurat deus 587. E to. 2
iurant idololatræ per elementa 587. G
iurauit Abrahæ deus cur. 33. C
iurare 78. A
iurare per fidem 601. C to. 2
iurare dei 35. F
iurandi mos apud christianos 587. G
iustificatio nostra christus est 5. D
iustificatur impius à christo 558. C
iustitia quid 31. h
iustitia dei deprehenditur, vnde 590. B
iustitia & veritas 256. F
iustitiæ fructus quomodo sacrificandi 506. B to. 2
iniustitiæ nexus 548 E
iustus non perpetuo mœrore afficitur 32. G
iustus non timet 158. D

iusti vnius causa ciuitatis totius miseretur deus. 557. D
iustum cum impiis non perdit deus 323G
iusti numquam derelicti 50. D
iusti quàm pauci 502. A to. 2
iustorum & iniustorum varia conditio 152. E
iuuenes qui 241. D
iuuenibus iudæorum cur non delectatus sit deus 241. D

L

Labam quid 58. B
Labore bonum quoduis acquiritur. 55. E to. 2
Labores & sudores israelitarum in Ægypto sine mercede fuerunt 505. B to. 2
Labores innumeros tulit christus pro ecclesia 60. G
Labores & opera carnis animæ non prosunt 505. C to. 2
Lachrymæ christi 861. B
Lachrymis nullus erat locus legis Moysis transgressoribus, 137. A
Lætatur in bonis deus 588. G to. 2
Lapis à Iacobo eiectus christum significat 54. D
Lapis electus & sumptuosus 349. D
Lapidem honore afficit Iacob 54. A
Lapide fiebat circuncisio 768. E
Lapsus protoparentis 640. F tom. 2
Laterum constructio quid 507. E tom. 2
Latona 524. h to. 2
Latronum duorum sors diuisa 126 A
Lauare quid 100. F
Lazarus rediuiuus 427. E
Lazari solutio ab apostolis facta quid 865. D
Lazari ægritudo quomodo non fuerit ad mortem. 855. G
Lazari resuscitatio quid mystice designet 864. G
Lazarum interficere volebant iudæi, cur 875. E
Lectio scripturæ sacræ quàm vtilis 618. C tom. 2
Lectionem scripturæ sacræ quid agredi valeat 99. G
Legatos idolorum sacrificos 266. D
Lepra animæ non purgatur sine ligno crucis 120. E
Lepra quæ in adustione floruerit 118. C
Lepra purgati officium Ibidem.
Lepra capitis 119. E
Lepra & peccatum 117. A
Lepra manus Mosis quid 175. G to. 2
Lepræ color viuus 118. B
Lepræ species secunda 118. A
Lepræ sex species 116. H
Leprosus sacerdoti offertur 119. H
Leprosi in capite 119. E
Leprosorum mundandorum lex 61. C tom. 2
Leuita quid 153. D
Leuitæ decimam partem ex decimis Aaroni offerebant 23. G
Leuitas & procliuitas iudæorum 522. D
Lex cur amota 353. A
Lex est præcultrix 352. h
Lex euangelica iustificat impium 406. C
Lex mosis neminem iustificauit 351. G
Lex natura deus est 317. C tom. 2
Lex est iusticiæ dispensatrix 455. E
Lex non erat veritas sed eius vmbra tantum 256. F
Lex antiqua euangelicæ cædat necesse est 36. H
Lex Mosis euangelicæ seruit 37. B
Lex, prophete & euangelium vnum sunt 100 H
Lex æterna quomodo 660. h tom. 2
Lex pedagogus noster ad christum 44. F
Lex peccati in Paulo 187. H tom 2.
Lex gratiæ non mortem peccatoris sed pœnitentiam quærit, 137. C
Lex euangelica cur ab initio data non fuerit 493. C to. 2
Lex quid proferat 44. E
Lex mosaica inutilis non est sed imperfecta 904. E
Lex pernicioſa non fuit primis parentibus 550. A to. 2
Lex noua docuit trinitatem 394. D t. 2
Lex etiam olim non seruata ad literam 662. C tom. 2
Lex antiqua pictura erat veteris legis 64. tom. 2
Lex dei quid complectatur 614. C to. 2
Lex secundum literam non est æterna 88. F
Lex naturæ 562. A to. 2
Lex peccati 344. E tom. 2
Lex spiritus Ibidem
Lex mosaica quid doceat 172. F
Lex typus veri cultus 172. F
Legis veteris & noui testamenti differentia 21. C
Legis vmbras non destruxit christus 493. B to 2
Legis nouæ & veteris collatio 137. A
Legis Solonis & Licurgi desertoribus pœna impoſita 590. D tom. 2
Legis anima 89. A
Legis & prophetarum finis christus 226. A
Legis sermo est lucerna ardens 144. H
Legis discrimina à sacerdote petenda 87. G
Legis infractores puniebantur 765. A
Legis mosaicæ pondus non ferendum 235. G
Legis nouæ & antiquæ differentia
Legis plenitudo christus 660. h tom. 2
Legis & euangelii discrimen 318. D tom. 2
Legis lectio an officiat christianis 230. C
Legi nihil addi vel minui 662. C tom. 2
Legem meliorem dedit christus quam Moses 630 D to. 2
Legem dedit deus 21. B
Legem Adæ cur posuerit deus 548. h to. 2
Legem deus imposuit creaturis suis omnibus 2. A
Legem scire quomodo liceat 230. C
Legem homini dedit deus vt sciret se deum habere dominum 2. D
Lege homines ad christum educati 44. G
Leges non bonæ 661. D to. 2
Leges & prophetæ à iudeis male interpretate 175. E
Leges Mosaicæ probantur legibus græcorum 583. F to. 2
Leges statuere deo soli conuenit 344. F to. 2
Legum vtilitas & necessitas 549. A to. 2
Legibus dei obediunt omnes creaturæ 546. C
Legibus diuinis gubernãtur angeli ibidem
Legislator est solus deus 397. A to. 2
Legislator Moses est primus 614. C to. 2
Legislatoris mos 890 B
Legislatoris scopus 590. C to. 2
Legislatores puniendo non irascuntur 590. C to.
Libanus quid 252. H
Libanum dilucidum Christo offerendum 129. D
Liber nouus quis 225. B
Liber vnus est scriptura sacra 356. F
Libros gentilium christiani legunt 618. B
Liberalitas 73. B
Libertas animi quomodo dignosci poterit 572. H to. 2
Libertatem veram assequi volentes, quid faceret debeant, 509. C to. 2
Liberum arbitrium 640. E tom. 2
Liberum arbitrium 643 G to. 2
Liberum arbitrium primis parentibus datum 548 E to. 2
554. C to. 2
Liberum arbitrium protoparentes habuerunt 554. C to 2
Liberum arbitrium omnibus hominibus datum 897. A
Liberum arbitrium homini datum 494. D to. 2
Liberum arbitrium vnicuique datum 887. H
Liberum arbitrium hominis 754. B
Liberum arbitrium hominis nemo potest negare 735. G
Liberi arbitrii natura an sit in filio 255. E to. 2
Liberi arbitrii probatio 777 B
Libero arbitrio sublati hominis dignotas 777. A
Libido quid peperit hominibus 13. D
Libidinosi cum Esau comparandi 46. A
Lignum cedrinum 120
Lignum scientiæ boni & mali 2D
Lignum in medio paradisi cur prohibitum 550. B to. 2
Lignorum strues quid 96. B
Lilio & Rosa comparantur Christus 49 B

Lingua iudæorum impia contra christum 191. G
Linguæ donum 620. E to. 2
Linguæ cur apparuerint aduenientе spiritu sancto 1024. h
Linguarum diuersitas in Babylone quid 21 A
Linguis claris & disertis non oblectatur deus 615 E to. 2
Litera quæ occidit in euangelio 111. F
Literæ superficies omnibus modis non est vera 330. C
Literæ sacræ prophanis quantum antecellant 619. F tom. 2
Literas sacras euoluere cuius interest 96. G
Locus sanctus 148. E
Locus sanctus 91. F
Logium quid 102. B
Loquitur Christus in Paulo & alijs sanctis quomodo 918. C
Loquebatur Pater in Filio aliter quam Christus in Paulo 918. C
Loqui temere non decet 894. B
Loth quanta sanctitate præditus 501. B tom. 2
Lotio pedum apostolorum 893. A
Lucerna 144. G
Lucerna tabernaculi testimonij 700. h
Lucerna ardens & lucens fuit Ioannes baptista 700. F G
Lucerna splendet quomodo 145. A B
Lucifer stella 272. G
Lucifer inter angelos insignis 273 C
Luna 2. A
Luna dicitur Diana 537. A to. 2
Lumen gentium est nouum testamentum 417. C
Lumen de lumine in filio quid 159. G to. 2
Lutum à christo factum 824. G
Luti confectio & innuctio, quid 827. F
Lux Israelis pro igne assiriis 147. E
Lux christi semper lucet 566. B
Lux sunt apostoli sed participatione 793.
Lux spiritualis est christus 792. h
Lux vera christus 620. F
Lux est christus non participatione sed à natura 617. C
Lux gentium christus 476. G
Lux mundi sunt sancti 620. E
Lux domini 181. D
Lux christi est infinita 625. A
Lux perfecta est verbum 604. G
Lux Israelis christus 559. E
Lux est Dei verbum 617. B
Lux est christus 352. E to. 2
Lucem improbis esse inuisam 661. B
Luxuria apud græcos exosa 624. h to. 2
Luxus & superfluitatis retributio 197. A

M

Macedo idololátra 613 C tom. 2
Macedonianorum error 632. E
Machinas 250 B
Madianitæ & Gepharæi sunt gentes finitimæ Hierusalem 561. A
Madianitæ quomodo perierunt 249. C
Madianitæ quomodo Iudæos afflixerint 249. C
Madianitis traditi Iudæi 235. E
Magdalena cur à contactu Christi fuerit prohibita Thomas vero minimè 1026. D
Magistri vocatur Christus à Pharisæis 787. G
Magister verba summo precio habere solent discipuli 803 G
Magistratum nominat Cyrilus cum reuerentia 681. B to. 2
Magistratuum ecclesiasticorum gradus 533. C
Magnus nemo appellatus post Christi aduentum 140. E
Magnus non scandalizatur 139. G
Magi qui dicti 139. h
Magi deridentur 464. G
Magorum terra in oriente 479 h
Magos adoraturos christum 477. C
Maior omnibus pater est 332. B to. 2
Maledictionem prohibuit Moses 830. A
Maledictum & peccatum christus an fuerit factus 103. G to. 2
Maledicus quis 149. D
Malignus animus 740. E
Malicia & pertinacia Iudæorum 175. h
Malitiæ nostræ vis perficitur duplici modo, quomodo 498. D
Malus homo, est sicut serpens 730. C
Malum scit deus sed non practice 555. E tom. 2
Mali nostri ipsi causa sumus 496. h tom. 2
Mali authorem facere deum impietas est grauissima 811. C
Mali non est author christus 834. D
Mali author non est deus 776. h
Mali sibi & aliis obsunt 515. E tom. 2
Mala Israelitarum sunt idolorum iumenta 546. B
Mala sint ne à deo 447. E
Mala iudaicæ regionis 167. F
Malorum adami & bonorum christi participes sumus quomodo 254. C
Manasses pœnitentiam egit 792. E
Mandatum quod synodus ephesina dedit legatis constantinopolin proficiscentibus 120. G tom. 2
Mandata dei non seruare est deum odisse 934. A 946. G
Mandata seruat quis 931. h
Mandata christi veteribus meliora 904. F
Mandatorum christi nouitas, quæ 904. G
Mandragoræ quid 63. h
Mandragoras pro nobis comedit christus, id est, summum cœpit 63. h
Mandragoris à lia sorore acceptis Ioseph peperit rachel 64. h
Manichæi 236. E
Manichæorum falsa opinio 682 D tom. 2
Manichæorum hæresis confutatur 683. h t. 2
Manna est panis cœli ceu angelorum 550. C
Manna erat figura corporis christi 723. F
Manna intelligibile est christus 724. h
Manna cur non reseruatum sit in crastinum 725. D
Manna, quid designabat 1039. E
Mannæ & corporis christi differentia 745. C
Mansiones multæ in domo dei, quid 909. B
Mansuetudo dei & par eius potentiæ & magnitudini 83. E t. 2
Mansuetudo christi etiam iniuriis lacessiti 815. h
Mansuetudinis argumentum 549. D
Mansuetudinis exemplum verum est christus 999. G
Mansuetudinis nomen quibus conueniat 543.
Manus dei quæ 481. A
Manus sacrificantis quid 98. A
Manne loquutus est angelus 569. A to. 2
Manus officiosa 535. E
Manus consummatas habet quis 140. F
Manus in deo 592. E tom. 2
Manuum christi affixio est nobis credentibus murus infractus & inaccessus 481. C
Marath aqua ligno dulcis facta quid 1038. D
Marcus prædicator Ægyptiorum 261. A
Mare sedatum à christo 500. G
Mare Galilææ est latus tyberiadis 233. h
Mare pro lacu in scripturis solitum 261. D
Margaritæ quærendæ 55. E
Maria virgo an fuerit ex tribu iuda 631. h tom 2
Maria mater dei appellãda ex traditione apostolorum 6. B t. 2
Maria virgo cur turtures non agnum obtulerit 116. G
Maria dicitur deipara, quomodo 8. h to. 2
Maria cur prima nuncia mittatur ad apostolos 1020. F
Maria deipara & christipara dicitur 8. G
Maria peperit filium suum primogenitum, & non peperit secundum post illum 731. F
Maria virgo an deipara dici debeat 6. A
Maria peccatrix 854. B
Mariæ virginis encomia 72. E tom. 2
Mariam esse deiparam, sustinere paratus est Cyril vsque ad mortem 14. B tom. 2
Mariam deiparam vocant omnes episcopi orientis & occidentis ecclesiæ 16. E to. 2
Mariam negare deiparam, est negare emanuelem esse verum deum 32 E tom. 2

Marius filiam suam immolauit 603.E to 2
Mars 524. H to. 2
Martires laudamus quomodo 606. A to. 2
Martires christi satana fortiores 420. G
Martires nunquam peribunt 848. A
Martirium qui patitur hircum offert 73. C
Masculus quis 87.E
Mater 138. A
matrimonio iuncti particulare sacrificium offerunt 537.A
maxilla asini triplicem habebat munditiam 1072. E
maximus Nestorij successor 39.F to.2
medea 571. H to. 2
medicus noster Christus est 114. B
medicus animarum christus 626.A to 2
medici non defuerunt apud hebreos 615. F to. 2
mediator est christus quando & cur 357.D to. 2
mediator impie intelligitur christus à quibusdam 356 H to. 2
mediator dei & hominum christus esse non potest nisi sit de⁹ 272.E to. 2
mediator dei & hominum homo christus quomodo 262. D to. 2
mediator vnus christus,quomodo 321. C to. 2
mediator dei & hominum christus 911. F
mediator,& minister quomodo factus est christus 733. A
mediatores inter deum & homines Moses & Aaron 977.C
mediatores plures, quomodo 321 C to. 2
mediator Mosis quid 706. C
Melchisedech homo fuit 23. F
melchisedech tipus Christi 22. B
melchisedech quis fuerit 22 C
melchisedech 520. G to. 2
melchisedech homo 27. G
melch sedech christi figura.& sine patre, & matre erat 1056. A
melchisedech non natura sed sacerdotij dignitate Abraham excelluit 29. D
melchisedech non spiritus tantum sed verus homo 26. C
melchisedech quid 26. G
membra humana deo tribuerunt prophetæ 298.A to. 2
memoria quid 442. A
memoria dei facit intelligentes 1061. D
memoriale sacrificium offerre quid 87. F
mendacij pater est diabolus 810. B
mendax Pharao 509.A to. 2
mendaces iudæi cur dicantur à christo 774.A
mendicitas iudeorum 190. C
mendicitatis iudeorum predictio 223. H
mens 579. F to. 2
mens humana labilis 492. E
mens humana infirma 398. D
mens sine verbo semper esse non potest 275 F to. 2
mens radix verbi 382. C to. 2
mens,est verus agricola 1062. A
mens sola supra sensilia & temporalia 1069. A
mens altum sapiens,quid efficit 1040. H
mentis humanę fames 1055.B
mentis fructus,& fœtus est fides in christum 1052.G
mentis cœcitate capti iudæi 346.A
mentem dei comprehendere nemo potest 402. C
mentales deos non esse in deo 542.D to. 2
menses, dies,tempora & annos obseruant,qui 508 H to.2
merces impiorum 1.2. E
merces operibus proposita 1031. E
merces operum 681. B
merces proposita credentibus in christum filium dei 694. D to. 2
merces christi est passionis eius fructus 402. A
mercedem habet iustificationem credere deo. 733. D
mercede non caret fides nostra 64. F
mercurius 524 h to.2
meodach successit sennacherib 397. C
meretricis laqueus & cassis pulchritudo 319. H
meritricius animus 195. H
mentum fidej 409.C to.2
merita sanctorum posteritati fauent 393. D
messis quid 329. B. to. 2
metuenda,quæ 76. G to 2
metus animorum expectantium iudicium 77. C to 2
milesius 518. B to. 2
milites hebreorum quales 594. A to. 2
mille quid significat 1068.
minos tyrannus iniustus 599 h to. 2
ministri Christi magna est dignitas 880. E
munctum 129. C
miraculum fecere voluit theudas magus 839. F
miraculum quinque panum 712. F
miracula nos sæpius ad fidem adducunt 174. G to.2
miracula cur fecerit christus 231. G
miracula cur ediderit moses 174 D to,2
miracula christi naturam excedunt humanam 1021. B
miracula christi,qualia 600. H to. 2
miracula operatus est moses virga sua 253. D
miracula christi quid efficiant 915 G
miraculorum potestatem patri attribuit christus, cur, 916. E
miraculis deus videri potest 913. A
miraculis & passionibus se hominem & Deum manifestauit 75. G to. 2
miseria 3. E
misericordia dei erga peccatores 434 B
misericodia dei erga Ezechiam 395. G
misericordię dei expertes esse oportuit Iudæos,cur 423 H
misericordiam assequuti sunt gentiles cur 423. H
misericors pontifex factus est Christus erga nos 732. E
missio filij quid 333.B to. 2
missus à patre Christus 987. E
mittitur filius à patre quomodo 760 H
moabitę superstitiosissimi augures 285.B
moabitæ ab Idolis suis derelicti ibidem
moabitæ Idololatræ 303. D
monachi à Deo seruantur in tentationibus 432. E
monachorum studium & vita qualis esse debeat 5.C to.2
mons quid significat 1040.F.
mons sanctus 257. D
mons sanctus pro celesti hierusalem 543. G
mons quem dominus conscendit 781. C
monumentum nouum, quid 1016 G
mors omnibus æqua 607. G to.2
mors est peccati purgatio 151. G
mors duplex 816. G
mors non formidanda 816 H
mors vitæ contraria 132. F
mors Rachelis ecclesiæ cessationem præ se fert 66. A
mors animi tantum timenda 182. A to. 2
mors à transgressione Adæ. 627, H
mors utilis peccantibus 555. F to 2
mors à deo bene ordinata. Ibidem.
mors christi mundo salutaris 723. D
mors christi qualis 602. D to 2
morti omnes obnoxij in adamo 6. A
mortem Christi præfigurant mandragoræ 63. H
morte suę carnis deus depulit mortem 725. A
morticinium contingere quid 77. A
morticinium & peccatum idem 77. C
mortus est christus cur 516 H
mortuus est pro nobis,qui pati mortem nescius erat,vt deus 744.E
mortus est christus vt homo surrexit diuine vt vita 741 B
mortuus christus,non vt homo nobis similis, sed vt deus in carne 725. B
mortuus est christus,vt mortuis ac viuis dominetur 726. C
mortuum fuisse Chastum credere necesse est 1017. A
mortui mundo, qui 767.E
mortui excitabuntur incorrupti,& nos liberabimur. 721. B
[redacted] 405, A
mortuorum adoratio vnde 394. B

mortuorum

Mortuorum status 396.h
Mortuorum flendorum exempla 861B
Mortuos pro viuis consulere nephatium 232. E
Mortuos flere debemus quomodo 861. B
Mortuos suscitat filius sicut & Pater 691. F
Mos diuinæ scripturæ,quis 741.A
Mores diuersi in hominibus,quomodo 576. h to. 2
Mores corrumpit praua educatio 578.D to. 2
Morum peruersitas à Deo non est facta 580.G tom.2
Moses erat tardioris linguæ,quid 1036.F
Moses Aarone senior, quid 1036.G
Moses ad apostolatum prouectus timuit,quid 1037. A B
Moses quid ostendit 1050. A
Moses typus christi 359.E to.2
Moses quo tempore vixerit 517.C to. 2
Moses deus Ægyptiorum 519.F to. 2
Moyses lauat,quem 100 F
Moyses semper cum Iesu 100.G
Moysis & Christi,legis & euangelij discrimen 343.F to. 2
Moysis virtutes 598. D tom.2
Mosis & hesiodi in factura mundi comparatio 536.G to.2
Mosis personam gerit Christus 1049.C
Mosis socer Iethro quid designat 1049. B
Mosis tempus quod 1040. E
Mosis & Platonis comparatio 535. D to. 2
Mosis scopus in scribendo 535. D to.2
Mosis testimonia de Deo 530.D to.2
Mosis & christi discrimen 319.h to.2
Mosis cum Christo collatio 630.B to. 2
Mosis discipulos falso se dicunt Iudæi 830.A
Mosaica scripta græcorum longe antiquiora 519.E to. 2
Motor orbium cœlestium est Deus 403 E
Mulier cur creata fuerit, 2.D
Mulier ad iumentum accedens,quid 1052.F
Mulier strudula & loqux ad deceptionem idonea 510.C
Mulier est veri adiutorium,quomodo 547.F tom. 2
Mulier de costa formata,cur Ibidem
Mulieris superbæ habitus & ingenium 195. h
Mulieris tactus immundus 76.G
Mulierrs origo secundum hesiodum 546.C to. 2
Mulier voluptatis figura 495.F tom.2
Mulieris creatio 2.D
Mulieres philosophæ 608.G to. 2
Mulieres resurrectionem Christi euangelizantes 341.D
Mulieres ad plorandum faciles 1012. G
Mulieres omnes christiparæ dici possunt 8. G to.2
Mulieris bonæ indolis studium 196. F
Mulieres cur resurrectionem christi viderint & euangelizauerint prius apostolis 342.B
Mulieres 195.F
Muliebri forma corrupti Israelitæ idololatræ facti sunt 279.G
Mundana vita negligenda 499.h to. 2
Mundatur vere quis,quomodo 110.B
Mundus qualis 113.A
Mundus & vita humana mari comparari potest 418.D
Mundus non est animal contra platonem 540.E to. 2
Mundus an fuerit creatus à Deo 534. D to. 2
Mundus an sit æternus 533.C tom.2
Mundus quid, 962. D
Mundus saluatus est mortuo pro eo emanuele 725. B
Mundi creationem quam apte tractet Moses 537.B to. 2
Mundi figura ,qualis 533.B to. 2
Mundi totius conditor deus 558.B
Mundi natura secundum hermetem 541.C to.2
Mundi qui 112. G
Mundum vincit quis 722. C
Mundi sunt apostoli,quomodo 947.E
Munera Christianorum 29. A
Murus æneus Emanuel 328. h
Muri vibis hierico vltrò ceciderunt ad clamorem populi Israelitici 686.D
Muri ecclesiæ 562.B
Murium statuas adorarunt idololatræ 595.E
Muscis comparantur Ægiptij cur 222.D
Mutabilia Diabolum superare nequeunt 284.E to.2
Myrrha Cumiri filia & concubina 292. E
Mysterium dei cognitionis mensuram excedit 317. D to. 2
Mysterium & doctrina Christi à multis nō capitur 85. C to.2
Mysterium christi,id est, missa, est origo nostræ sanctificationis 988. G
Mysterium profundum, & magnum quod 734. A B
Mysteria patris reuelauit nobis christus 735. h
Mysteria scripturæ quibus detegenda 69. A
Mysteria scripturæ factæ non debent indignis aperiri. 797. A
Mysteriorum profunditas 734. B

N

Nabuchodonosor exitatus contra iudæos, cur 361. A
Nabuchodonosor iudæam vi occupauit 222. B
Nabuchodonosor pugnauit contra Sedechiam 222. D
Nabuchodonosor Ægyptum occupauit 291. G
Nabuchodonosor & Balthasar crudeles in omnes gentes 274. C
Nasci desuper 656. h
Natalis sui diem sancti non celebrant 115. G
Natalis sui diem prophetæ execrantur 115. G
Natatoria siloe, quid 824.h
Natiuitas diuina docetur à sole & radiis eius 383. G to. 2
Natiuitas christi 611. F tom. 2
Natiuitas diuina docetur ex enunciatione verbi 383. E to. 2
Natiuitatis nomen de filio dei proprie dicitur 159. h to. 2
Natiuitatis christi vaticinia 399. E
Natiuitatem spiritualem non intelligit Nicodemus 656. G
Natiuitatem alicuius pueri celebrare peccatorum est 115. F
Natura duplex in christo considerauda 237. B tom.2
Natura diuina vere & proprie fœcunda 228. F tom. 2
Natura humana in christo reparata 290. D to.2
Natura impulit nos absque voluntate 138. D tom. 2
Natura mala à deo non est producta 579. F to. 2
Natura corporis quæ sita sunt appetit 355. G
Natura nostra in christo vere liberata 633. C
Natura duplex in christo 73. C tom.2
Naturæ diuinæ proprium 59. G
Naturam humanam sanctificauit christus 221 C
Naturam humanam in se pati dimisit christus 880. F
Naturæ in christo non sunt confusæ 186. D tom. 2
Naturæ duæ in christo 8. h tom. 2
Naturatum differentia in christo 179. G to. 2
Naturatum in christo differentia non sublata 19 F tom.2
Natus & passus est christus pro nostra salute 19. G to. 2
Natum esse & factum esse indiferenter ponuntur 288.G to.2
Naue post mortem Moysis accepit principatum, quid 1040. F tom. 2
Naues carthaginis, quid 317. A
Naues tarsis quid 561. D
Necessitati non subest deus vt volunt hæretici 232.F t. 2
Negare se quid 518. B
Negatio terna petri confessione terna compensatur 1031. F
Negligentia Iudæorum 538. B
Nemrim vbi sita 281. A
Nemrim fœcunda & pugnax Ibidem
Neomenia est christi aduentus 751. E
Neptalim 62. C
Neptunus 524. h tom. 2
Nestorius taxatur 683. F t. 2
Nestorius Mari turbulento comparandus 72. F tom. 2
Nestorius fit lupus pro pastore 86. D to. 2
Nestorius à quibus sequatur 34. A to. 2
Nestorius scripturæ & incarnationis mysterium se solum intelligere sibi persuadebat 34 B tom. 2
Nestorius, vt pharisæi, christo aduersatur 93. D tom.2
Nestorius discipulus Diodori & eius error 186.A to.2
Nestorius contumax 36. F tom. 2.

Nestorius incautus speculator 85 B to. 2
Nestorius duos credit filios 191. F to. 2
Nestorius depositus 57. C to. 2
Nestorius de fide male sentire declaratur 27. G to. 2
Nestorius & eius impietas 13. 14 & infra to. 2
Nestorius magis suipsius quàm christi amator & sectator 280. G to. 2
Nestorij depositio 36. G to. 2
nestorij erroris repetitio 47. G to. 2
nestorij impietas 209. D to. 2
nestorij opinio de christo 48. E to. 2
nestorio fauent episcopi orientales 131. G to. 2
nestorio fauisse videtur Ioannes Antiochi episcopus 128. F
nicena Synodus & eius confessio de christi diuinitate 19. E tom. 2
nicænæ synodo christus adfuit 157 D to. 2
nicodemus ad fidem propensus 655. H
nicodemus credidit in Iesum 785. D
niniuæ à quo 517. B to. 2
niniuus primus rex assyriorum 517. A to. 2
nobiles & clari ex obscuris 607. H to. 2
nobilitas consanguinitatis nos deo non coniungit 535. G
nobilitatis nomen non sufficit nisi fuerit cum virtute coniunctum 465. D
Noe deo gratus ob suas virtutes 13. D
noe 516. F to. 2
noe sacrificat deo 14. E
noe ex tribu Seth ortum habuit 14. C
noe undecimus ex Adam 14. D
noe requies interpretatur 12. F
noe multa presagiebat 12, F
nomen dei trifariam dicitur 852. E
nomen super omne nomen accipere 359 E to 2
nomen nouum dedit nobis christus
nomina multa deo & creaturis conueniunt sed non eodam modo 281 B to. 2
nomina rerum omnium, quid 343. E to 2
nota sunt omnia apud Deum 46. G
nothus non est christus 586. A to 2
notitia dei cur detur hominibus 992
notitia dei ex pulchritudine creaturarum 404 F
notitiam dei filijs Israel Moses dedit 300. H
noua dogmata fugienda 352. A to 2
noua omnia fecit christus 1. B
nouacula noua & inebriata quid 223. F
nouatiani error retunditur 789. D
nox post mortem 823. E
noctem faciebant iudæi ne apostolis crederetur 1030
nubes syon christus 199. H
nubes leuis est caro christi 295. G
nubes baptismi typus 295. H
nubei dei 202. A
nubes intelligibiles quæ 447. H
nubis columna quid significat 1038 B
nudi & discalciati cur ambulauerint iudæi 304. F
nullus nostrum in se ipso viuit 726. B
numa Pompilius 601. B to. 2
nupsit Isaac non chananæa sed mesopotamiæ gentili iussu patris 42. B
nuptias cur christus benedixerit 26. A tom. 2

O

Obdurat deus & excæcat quomodo 888. E
Obedientia sua christus adæ crimina deleuit 15. G
Obedientia christi 446. A
Obedientiæ fructus 173. B
Oblatio rerum larga esse debet 88. E to. 2
Oblatio grata deo, quæ 9. B
Obliuiscitur & despicit deus eum cuius non miseretur 543. E
Obmurmurabat christo iudaicus populus 359 G
Obscuritate gaudent impij 917. C
Occidendum ad altare quomodo 123 F
Occisores, qui liberabantur Pontifice mortuo, qui, & quid 1039. G
Oculi infirmi Liæ iudæorum cæcitatem referunt 60. h
Oculi in deo 592. E tom. 2
Oculorum gloria quid 245. D
Oculos sibi eruunt, qui 835. E
Odit peccatorem deus 588 F tom. 2
Odium animo conceptum orationes nostras impedit 820. F
Odor christi benedictionis nostræ causa fuit 49. A
Odor est christus quo deum sapimus 49. B
Odor vnguenti Iudæ fuit in mortem 873. C
Offerre sine ministerio sacerdotis quid 69. D
Officia Martis Mercurij & Palladis 567. F tom. 2
Oleum quid 89. E
Oleum de oliuis expressum quid 145. B
Oleum non habent stultæ virgines 144. h
Oleum infusum quale 140. F
Oleum septies respergere 122. C
Oleum dei 141. D
Oleum lucernæ 144. h
Oleo indigent christiani 144. h
Oliua est pacis argumentum 18. B
Oliuæ ramum in ore sumpsit columba quid 18. B
Omnis spiritus, qui non est ex deo quis 722. a
Omnipotens spiritus, ergo & filius etiam à quo procedit 964. h
Omnipotens est Christus 694. C
Omnipotentem deum esse negant qui dicunt omnia fieri astrorum motu 776. F
ὁμοιούσιο Ibidem
ὁμοούσιος 183. C to. 2
Onocentauri sunt syluestres asini 269. C
Onyx 129. D
Opposita de eodem prædicantur 308. F to. 2
Oppressum liberare 172. h
Opus Christi sumus 567. E
Opera christi non nisi à deo, qui ipse est fieri possunt 852. h
Opera omnia ad Dei gloriam redundant 457.
Opera bona non negligenda 945. C
Opera spiritus sancti sunt etiam patris & filij 483. F to. 2
Opera Christi sunt operibus Mosis multo excellentiora 432. G
Opera bona facienda 548. F
Opera fidei à quibus efficiantur 925. A
Opera nostra Deum alloqui videntur 547. h
Opera trinitatis ad extra sunt indiuisa 743. G
Opera carnis Dæmoniis tantum lucrum afferunt 505. C to 2
Opera trinitatis sunt indiuisa 110. B to. 2
Operum apostolorum fructus 341. E
Operatur Pater per Filium 924. F
Operationes eædem, eiusdem sunt essentiæ & 337. C to. 2
Or erat Iudex, quid 1039. G
Oratio decenter facta non caret premio 389. D
Oratio pura 147. G
Oratio Ezechiæ 196. E
Oratio profunditas 561. B
Orationes fidelium cur non exaudiantur aliquando 924. G
Orationes nostræ quomodo faciendæ 970. D
Orationes nostras suscipit sicut pater 923. H
Orationes nostræ cur à deo tardius exaudiantur 724. F
Orationibus incumbentes mentem in celum erigere debent 863. F
Oratores etiam impios laudant 255. F
Oratores & poetæ grecorum nihil docent necessarium 433. A
Orat christus pro quibus 127. F
Orant angeli 286. C to. 2
Orauit christus, cur 150. B to. 2
Orauit christus vt lazarum resuscitaret 863. H
Orbis totius ordo 454. B
Orbis vniuersus est veluti passerculi nidus ante deum 246. A

Ordinati sunt apostoli à christo 1022. C
Orientem solem adorant, qui 755. E
Orientalium episcoporum petitiones quæ 124. h & infra tom. 2
Orientalium fidei confessio 120. E tom. 2
Origo christi satis nota 772. E
Originem christi ignorabant iudæi 774. A
Originem humanitatis christi nouerunt Iudæi, quomodo 774. C
Orpheus oëagri filius 524. E tom. 2
Orphei palinodia Ibidem
Os obtectum 119. G
Osanna benedictus, qui venit in nomine domini, quid 730. F
Osor dei nemo dici gaudet 587. F
Ofores dei scribæ & Pharisæi 540. F
Ossa Elisæi cur immunda videbantur 1074. B
Ossa animi in scriptura quid 551. F
Ouis virtutum fæcunditatem designat 121. D
Ouis & christi collatio 516. E
Ouis natura 192. h
Ouem offerre quid 71. E
Oues vocat christus 838. A
Oues dei quæ 77. B
Oues christi 837. A
Ozias lepra affectus, cur 217. B
Ozeas, qui & Azarias, valde pius & religiosus, qualis fuerit, 210. D
Ozias cultor pietatis 276. G
Ozias potens & formidabilis Ibidem
Ozias interpretatur virtus dei 1061. d

P

Pabulum animæ verbum dei 495. G tom. 2
Pallas cynomya deorum 592. G to.
Pallas prudenter agit 592. G to. 2
Pallas anceps consilij Ibidem
Pallas 524. h tom. 2
Palmes abscisus, quis 946. B
Palmites vitis 944. F
Palmites infructuosi 945 B
Palmitum purgatio Ibidem. D
Panis animæ sermo dei 146. A
Panis vnus, vnum corpus sumus multi 721. a
Panis vitæ christus 363. G
Panis verus cuncta vitificans est christus 723. G
Panis vitæ christus datur tantum habitantibus in ecclesia 378. C
Panis & vini penuria in Ægypto 297. D
Panis & aquæ iudæorum infirmitas 188. E
Panem viuum non offerunt hæretici 146. C
Pane non manna nutriti sunt iudæi Iordanæ traiecto, quid 727. E
Panes quinque, quid 712. h
Panes duodecim oblati quid 145. C
Panes propositionis quibus conueniant 148. E
Panes ex simila angelis appositi Abra 146. A
Panes ex farina Loth obtulit angelis 146. A
Panes propositionis comedit dauid, quid 752. F
Panes propositionis typus corporis christi 145. D
Pauper nigrum, quid 353. A
Paracletus ad nos quomodo mittitur 741. a
Paradisus, est scriptura mosaica 1039. h
Parentes honorare 138. A
Parentibus non obsequentibus quid accidat 19. F
Participans est aliud quam participatum 617. C
pascha non celebrant, qui 870. C
pasiphae 600. E to. 2
passeres viui, quid 61. D to. 2
passio Christi in carne 69. B
passio christi mortem & vitam confert diuerso Respectu 75. F
passio christi ab Esaia descripta 515. H
passio christi est voluntaria & non voluntaria 729. D
passionis christi figuræ 883. E
passionis christi dies & hora notatur cur 1007. H
passiones christi 296. E to. 2
passiones cum carne induit christus 153. D
passiones corporis in se transtulit christus 74. C to. 2
passiones in christo per dispensationem fuerunt
passiones in christo cur & quomodo fuerint 297 C to. 2
passibilis deus christus carne diuinè impassibilis 725. B
passibilis christus, quomodo 65 C to. 2
passurum christum patet authoritate prophetarum 885. A
Passus est christus, quomodo 17. B to. 2
passus est christus extra portam 514. D
passus est christus humano modo : resurrexit diuino 724. F
pastophorium quid 314. D
pastor verus, qui 1067. E
pastor bonus 836. h
pastor verus est christus, quomodo 837. D
pastor deficiens à veritate quàm diligenter ab errore reuocari debet 28. h to. 2
pastor bonus fuit christus quando 841. C
pastoris vita qualis esse debeat 838. D
pastoris & furis differentia 840. E
Pastoris legitimi signa 836. H
Pastorem se dicit christus 836. G
Pastores negligentes 842. B
Pastores vineæ corruptores 168. H
Pastores ecclesiastici eiiciuntur 570. C
Pastores cæci effecti 168. H
pastores ecclesiastici arguuntur 570. B
pastores alieni 838. B
pastores ecclesiastici Ibidem
pastores spirituales christi sunt discipuli 56. H
pastores iniqui 841. A 842. A
pastores ecclesiastici christum sequi debent 841. C
pastores ecclesiæ non debent esse exactores 193. B
pastores in labore & sudore durare debent 57. C
pastores dormientes cum synagoga 541. B
pastorum munus erga populum 194 C
pastorum ingenia differunt 58. A
pater maior est filio, quomodo 243. E to. 2
pater nisi generaret filium minoris esset dignitatis quam creaturæ 328. G to. 2
Patientia quiduis boni conciliat 56. F to. 2
Pater & creator cur dicatur deus 159. F to. 2
Pater ex seipso inuisibiliter & absque corruptione filium generat 227. F tom. 2
Patet cooperari filio dicitur, quomodo 614. A
Pater & filius non sunt duo principia 798. B
Pater non dicitur filius nec è conuerso 601. C
pater & filius in diuinis sola proprietate differunt 233. B to. 2
pater maior filio, quomodo intelligendum 938. C
pater non fuit ante filium 224. E to. 2
Pater non suscipit maius aut minus sic nec filius 606. A
Pater 137. D
Pater & filius vnum sunt & duo quomodo 249. B to. 2
Pater cognoscit filium, quomodo 843. F
Pater noster à nobis dicitur Deus, cur 1020. h
Pater & filius numero non sunt Idem 601. D
Patris nomen Deo conuenientius tribuitur quàm ingenti 217. A to. 2
Pater & filij sunt eadem attributa 323. h to. 2
Patris nomen ab æterno Deo tribuitur 226.
Patris appellatio soli Deo competit proprie 315. h to. 2
Patris proprietas pater in filio 634. B to. 2
Patris & filij est vna essentia & operatio eadem 234. B to. 2
Patientia, sancti meliores efficit 515. E
Patientia Christi à præfectis Iudæorum male iudicati tom. 2 515. G
Patientiæ laudes 820. E
Patientiam Christi nobis proponere debemus 819. G
Patriam reliquerunt Apostoli 56. h

Patriarchæ vbique esse & totum orbem intueri non existimabant 54. A
Paulus inter sapientes sapiens & inter pueros puer 85. A
Paulus ipse solus Athenien sibus puteum aperuit 58. A
Paulus sensum alegoricum quærit 109. C
Paulus hypocrita vocatur à Iuliano 561. D to. 2
Paulus Emisseus 188. G to. 2
Paulus docet Athenienses licet eloquentes 57. D
Pauli episcopi homelia de incar. verbi 75. B to. 2
Paulo patet reuelauit Christum Iesum 733. C
Pauper possit an emere arietem & absolui à peccato 81. C
Pauper Christus quomodo factus est 727. a
Paupertas non absoluet pauperem à peccatis 255. h
Pauperes spiritu, qui 544. G
Pax Dei 158. D
Pax pro Christo sumpta 334. D
Pacis verus administer iesus Christus 524. F
Pacis princeps Christus 236. G
Pacis largitione probatur Christus esse deus 317. B to. 2
Pacis vbertas flumini comparata 470. C
Pacem habere in Christo, quid 970. A
Pacem continuam assecuti sunt Christiani 50. C
Pacem cum Deo facere quid 978. A
Pacificator & iustificator solus christus 332. E
Peccare quam sit pernitiosum 197. B
Peccare populum fecit Christus quomodo 75. F
Peccare in sanctis & extra sancta 84. F
Peccare à sanctis quid 79. F
Peccantibus vltro & obstinate non datur resipiscendi locus 80. h to 2
Peccantibus libenter quid accidat 223. E
Peccantibus non communicandum 75. F
Peccator sepultus est, quomodo 864. h
Peccatores iustificantur in spiritu sancto 485. C to. 2
Peccatores imaginem Dei labefactant 82. D
Peccatores corripit Deus 244. F
Peccatores mere pauperes 322. B
Peccatores cur starim non puniantur à Deo 895. E
Peccatores perditi dicuntur 83. h
Peccatores qua methodo progrediantur 493. A to. 2
Peccatores omnes contaminantur in patre 141. B
Peccatores quomodo corripiendi 75. h
Peccatores loqui non decet 119. G
Peccatotes in hac & futura vita puniuntur 686. A
Peccatores omnes sumus 360. E to. 2
Peccatores & prophani dei verba memorare non debent 500. h
Peccatorum mores 178. D
Peccatoribus propitius est Deus 524. F
Peccatum 3. E
Peccatum accipere grauius est quàm morte multari 151. G
Peccatum duplex 499. G to. 2
Peccatum capitis 121. C
Peccatum originale 141. A
Peccatum Adæ & Euæ quid peperierit 3. E
Peccatum non esset si omnia fato fierent 776. G
Peccatum hominis non est deo imputandum 4. G
Peccati premium 6. A
Peccati & delicti discrimen 92. E
Peccati causam in deum reiicere, quid 497. A to. 2
Peccati mortes multæ 137. C
Peccati author in nos exercet tyrannidem 251. B
Peccati author Satan 495. F to. 2
Peccati symbolum, est lepra 1072. C
Peccato perpetrato, quid faciendum 238. C
Peccata remittendi potestas est solius Dei 1025. B
Peccata impediunt imitationem christi 339 h to. 2
Peccata sua Phariseus non est confessus 434. C
Peccata solus Deus potest remittere 314. C to. 2
Peccata septem commisit Cain fratrem suum occidendo 8. E
Peccata proximi qui tacet ipse peccat 76. E
Peccata sua funiculo trahunt qui 207. F
Peccata manducare 91. E
Peccata confitenda 78. B
Peccata populo annunciare cur opporteat 546. B
Peccata omnia totius generis humani in christo soluta 15. F
Peccata confiteri oportet qui vult iustificari 434. A
Peccatorum remissio quo pacto facta 723. F. G
Pectusculum manducat quis 108. H
Pectusculum quid 98. A
Pecunia dominica 81. A
Pecunia proba 81. B
Pedes in deo 592. E to. 2.
Pedes purificare quid 122, B
Pedum crines 223. G
Pellem hostiæ christi detrahere quid 68. H
Perditionis filij, qui 69. C to. 2
Peregrinationis Abrahæ moralis explicatio 496. F to. 2
Perfecti à deo docentur 144. E
Perfectio legis, christus 732. F
Perfectio quomodo acquirenda 504. F tom. 2
Persarum expeditiones 392. E
Persarum terra vbi sita 479. h
Persequuti sunt christiani à Iudæis 52. F
Persecutionem esse fugiendam 870. A
Persecutionem facile patientur omnes christiani pietatem sectantes 497. B
Persecutione instante quid faciendum 960. D
Persecutiones æquo animo ferendæ 953. F
Persecutores sunt de sua salute monendi 953. F
Persecutionibus obnoxij sunt christiani 50. D
Persecutores in tenebris ambulant 623. E
Persecutores christi, christum ignorant 956. G
Personam respicere non nouit Deus 255. E
Personarum pluralitas 602. A
Personarum pluralitas in deitate à Mosæ iudaica tom. 2 636. F
Pertinacia Iudæorum 182 C
Pertinacia Israelitarum 473. D
Pertinaces Iudæi 347. E
Petendum nomine christi 967. G
Petra super quam fundata est ecclesia 410. A tom. 2
Petra scandali quid 732. F
Petra scandali quibus christus est, & quibus non. 442. D
Petra quid
Petra christus, quæ portabat Israelem, quomodo 726. C
Petra spiritualis quæ 726. C
Petra christus 378. C
Petram induerunt qui 1056. B
Petrus ordine maior inter apostolos 750. B
Petrus non erat hypocrita 663. E t 2
Petrus Apostolus visionem animalium in linteo interpretatur allegorice 110. C
Petrus episcopos & pastores docet 57. A
Petrus & Paulus vbi prædicauerunt 260 h
Petrus apostolus circuncisioni præpositus 384. F
Phæton solis filius 517. C tom. 2
Phanis & aris abundat Ægyptus 301. A
Pharao, est diabolus cadens sub intelligentiam 1035. G
Pharao Assyriam inuadit 222. C
Pharao Satanæ typus 507. h to. 2
Pharao vas furoris 274. C
Philippicus celestini papæ vicarius in synodo ephesina. 122. B tom. 2
Philippus rudior & hebetior aliis apostolis 710. B
Philipus cur deum patrem videre voluerit 919. A
Philipus presbiter 194. B to. 2
Per Philisteos cur deus non traduxerit hebreos. 1038. A
Philosophia vera consistit in cognitione dei 595. E to. 2
Philosophi amentibus similes inter se dissident 555. G to. 2
Philosophi strabi 529. A to. 2
Philosophi etiam apud barbaras nationes 573. D to. 2
Philosophi theologiam probatiorem in Egypto didicere 519. E to. 2
Philosophorum opiniones de mundo ibidem
Philosophorum de deo opiniones 515. B to.

Philosophi de deo diuersi ibidem
Phinees zelus quomodo probatus 583. E to. 2
Phinees quare honorem accepit 589. C to. 2
Phicturæ nostræ pietatem docent 602. C to. 2
Pietas & obseruantia filiorum in suos parentes 19. E
Pietas abiecta ante christi aduentum 182. B
Pietas est regni stabilimentum 681. C to. 2
Pietatis in deum fructus 682. B to. 2
Pietatis legem exercet Iacob vt Moses 56. E
Pietatis mysterium Christus 683. G to. 2
Pietate Iosias stabiliuit regnum suum Ibidem
Piorum via 332. G
Piorum consolatio 323. F
Pios tantum ac sanctos viros aduersabitur Antichristus 65. B
Pilosus Esau quid 45 B
Pinam iecoris offert quis 98. B
Piscina baptismi typus 218. B
Piscina probatica 825. C
Piscinæ aqua mouebatur pentecostes die 685. A
Piscis bonus quis 113. B
Pisces duo quid 712. H
pisces non squamati nec penulati 659. F
pisces mundi 113. B
piscantibus discipulis nox erat, quid 1027. C
piscium nomine homines intelligit Christus 116. D
piscium vnguentum 872. F
plagæ in Ægyptum 507. E to. 2
plagæ Ægyptiacæ 163. h
plagarum numerus in lege quantus & quid 1039. F
planicies, quid 1040. F
plato propter metum tacuit veritatem 528. G to. 2
plato ineffabilem deum testatur 526. C to. 2
plato ineptit in prosopopæia Dei 539. G to. 2
plato gladiatoris filius 608. G to. 2
plato & Aristot. in quibus dissentiant 533 D to 2
platonis opinio de dijs gentium 530. B to. 2
platonis sententia de mundo quod sit animal 534. A to. 2
platonis testimonium de creatione mundi 5222. D
platonis opuno de trinitate 637. A
plenitudo diuinitatis in patre & filio 390. C
plenitudo deitatis in Christo inhabitat corporaliter 743. h
plenitudo vniuersa in Christo inhabitat 728. G
plurarchi de deo opinio 535. h to. 2
pluuia est spiritus consolatio 364. G
pluuia an sit laborum retributio 155. G
pluuia sanctis data 155. h
pluuiæ effectus 156. G
poculum furoris domini quinam ebiberint & quomodo 503. G
poculum domini 503. E
pœna imposita contemptoribus mandatorum dei 136. h
pœnitentia 3. B
pœnitentia 498. A to. 2
pœnitentia diuinam iram amolitur 242. h
pœnitentes exhortantur 152. G
pœnitentia non deneganda post lapsum 789. C
pœnitentiam qui agit hostiam iugluat 90. C
pœtæ & oratores apud græcos testes erant dæmonibus & idolis 427. h
pontifex quid 101. C
pontifex & minister Christus dispensatiue propter humanitatem 729. B
pontifex misericors erga nos factus est Christus 732. F
pontifex Eleazar 1049. D
pontifex erat Aaron 1039. D
pontifex ingreditur in sancta sanctorum 126. D
pontifex à peccato non excusatur 72. E
pontifex ad omnia expertus esse debet 102. A
pontifex & apostolus nobis factus est quando humanam sum psit naturam 99. F
pontificum legalium analogæ 1074. C
pontificis magni amictus 140. G
pontificis indumentorum significatio 103. E
pontificis munus 104. E
pontificis filius patris officio succedebat apud Iudæos 868. F
pontificalis virtus magna 899. B
populus solius dei est 324. G to. 2
porphirius christianæ religionis aduersatius 525. A to. 2
porphirij testimonium 521. A to. 2
porphirij de dæmonibus sententia 569. B to. 2
porticus salomonis 847 F
possessio sacerdotalis nunquam ablata 154. A
potens est pater sic & filius 915. h
potentia gentium quæ 570. D
potestas Christo vt homini data 696. E
potestas dæmonis victa 409. A
potestatem infinitam habet Deus 558 D
potestarem à patre accepit Christus quomodo 669. A
potus Ægiptiorum frigidus 298. B
præceptores discipulorum suorum gloriam sibi deputant 52. B to. 2
præceptum super naturam 554. B to. 2
præcepta dei non metu seruanda 136. h
præcepta legis Mosaicæ, quæ 494. B
prædicandi modus est loqui veritatem 954. B
prædestinatio 887. F
prædicatio verbi dei quàm sit dulcis & optabilis 437. A
prædicatio fidei fructum non facit vbi predicator cõtemnitur 682. C
prædicationis labor non amittitur etiam si auditores non proficiant 953. h
prædicatione non delectantur rudæi 448. E
prædicatione Petri 3000 hominum fidem catholicam amplexi sunt 592. h
prædicatione peracta orandum est 786. B
prædicatores quomodo celebres esse possunt 401. C.
prædicatores verbi Dei angeli dicuntur aliquando 399. h
præmium seu merces boni sacerdotis 92. G
præmium fidei quod. 734. A
premiorum iustus retributor christus, quomodo 301. A to. 2
præscientiæ dei causa 274 B to. 2
præciosa omnia rara 267. G
primas tenet in omnibus christus 728. G
primatus Petri 750. A
principatus refugium 191. E
primatus christi 521. B
primitiæ quid 71. G
primitiæ sanctorum est spiritus 344 G to. 2
primogenitus & vnigenitus cur dicatur christus 98. D to. 2
primogenitus & vnigenitus de christo enũciantur, quomodo 198. C tom. 2
primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium, christus. 743. h
primogenitus virginis christus dicitur, quomodo 299. F to. 2
primogenitus christus 692. G tom. 2
primogenitus est filius 415. F to. 2
primogenitus vniuersæ creaturæ christus. 728. F
primogenitus & vnigenitus simul christus quomodo 181 B t. 2
princeps mundi, quis 882. A
princeps quis 72. h
princeps pacis christus 236. G
principis sacerdotum filia 273. E
principes adolescentuli qui 190. A
principes & pharisæi gloriantur non credidisse in christum 784. E
principes non sunt imitandi si vitiis inhæreant Ibidem F
principes iudæorum execrabilis vitæ exempla fuerunt 205. D
principes sunt veritatis præcones 408. E
principes olim dij vocati 606. D tom. 2
principatus christi super humerum 236. F
principium vnum sunt pater, verbum, & spiritus 798. C
principium est ante omnem creaturam 328. E tom. 2
principium christus est, quomodo 798. A
principium non habuit Deus 438. B
principum mores imitantur subditi 206. A
principum primogenitus ex mortuis Christus 728. F. G

principium, & author boni, Christus 742.d
principii nomine pater significatur 600. G
principii non est principium 599. F
principio caret christus, sed non quatenus homo 66.B to. 2
principia creationis 1. C
procedens deus ex deo spiritus est 489. A to.2
proclus constantinopolitanus episcopus 164. H
proclus episcopus hæreticorum diligens impugnator 53 A to.2
profectus naturalis qualis sit 303.F to.2
proficere christus dicitur quomodo 302.C
proficere dicitur christus quomodo 634.B
promissio Abrahæ facta à iudæis ad gentes transiit 341.A
promissio Dei ad Abraham non solum in Israele sed etiam in gentibus 43. H
promissio non solum Abrahæ sed etiam omnibus credentib⁹ 31. G
promissionis terram multi iudæi non sunt ingressi 768.G
promissionem consequentur qui 44. E
promissionem dei consequuti sunt gentes & non iudæi 34. D
prophetam suscitabo quid 630. D to. 2
prophetæ nomen, deo non conuenit qui per prophetas loquitur 891. G
prophetæ & apostoli arietem vendunt 84. G
prophetæ sunt admiratione digni, cur 337. A to 2
prophetæ non discrepant à Mose 623. B to. 2
prophetarum & sacerdotum impietas 435.F
prophetæ in israel non fuerunt à captiuitate babilonica preter Gamalielem 240.H
prophetarum verbis cur non sit creditum 415. G
prophetiæ spiritus an cessarit 604. E to 2
prophetauerit ne Caiphas 869. B
propheta non semper intelligit quæ prænunciat Ibidem
propitiationis dies christianorum quæ 134. A
propitiatorium est christus 723.F 29. A
proprietates humanitatis christi 447.H to.2
proselyti sunt accedentes ad fidem 526, C
proserpina ab orco rapta 517.D to 2
prouidentia dei in rebus omnibus 589.A to. 2
prouidentia dei etiam erga minimas creaturas 265. B to. 2
prouidentia etiam erga minimas creaturas 325. C to.2
prouidentia dei 540. G to. 2
prouidentia dei incomprehensa 406.B
pseudoprophetarum mos 603. G to. 2
pseudo prophetarum apud Ægiptios varia genera 297 B
publicanus iustificatus est, cur 434. C
pudor est iis qui à dei consortio refugiunt 457. A
puer & puella alienigena quid 1051. D
pueri dei, qui 231. F
pulchritudo est laqueus & cassis meretricis 319. H
pullus asinæ, quid 876. G
punitionis magnitudo consideratur ex iniuria illata tom. 2 287. E
purgatus quis 120. G
pusillus scandalizatur 139. H
puteus iuramenti quid 53. B
putei profunditas quid 57. C
pythagoras zoroastis æmulus 552,G to. 2
pythagoræ consuetudo 552 F to. 2
pythagoræ error 624. G to. 2
pythagoræ de deo vno sententiæ 526. B to .2
pythagoræ discipulorum mos 371. H
pythius delirus 603. G to. 2

Q

Quadragesimus numerus plagarum non excedendus quid 1039. F
Quærebant christum Iudæi sed non recte 871. F
Querendum non est cum Iudæis quomodo Christus possit nobis dare carnem suam ad manducandum 740. F
Queritur deus quomodo 530. D
Quæstiones ecclesiasticæ in ecclesiis agitandæ. 53.C tom.2
Quæstiones curiosas scrutari, quàm pernitiosum 30. D to. 2
Quæstiones dubias in medium adducere non est vtile 30. B tom. 2
Quæstionibus captiosis & versutis melius est non respõdere Ibidem
Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes 721. a
Quercus dodonea 552. G tom.2
Quinquagenarius 189. C
Quinquagenarius numerus quid 1030. D
Quinque sensus 80 E
Quomodo non quærendum in operibus Christi 740. G

R

Rabsacis exercitus quam numerosus 68. D tom. 2
Rachel ouis dei 58. A
Radix montis, est virtus actiua 1040. F
Rami palmarum, quid 875. h
Rami duo in candelabro 752. G
Ratio naturalis homines cogit, vt deum esse intelligant 7. F
Rebecca quid 42. C
Rebecca ecclesiæ typus 45. A & 52. F
Rebecca sterilis 45. A
Rebellio quorundam nihil detrahit gloriæ dei 561. C tom.2
Rebelles & effrenos coercet deus, laboris & doloris necessitate 288. F
Recidiuatio in peccatum cauenda 790. A
Recidiuationis in peccatum exempla 790. B
Reconciliamur cum deo, quando 475. G
Redemptio, laus & benedictio nulla in inferno 396. H
Redemptionis remedium aliquandiu dilatum 4, h
Regeneratio nostra fit per aquam & spiritum sanctum 450. C
Reginarum vna regis vxor altera soror 682 B to. 2
Regnum Israel diuisum Roboami tempore 222. B
Regnum dei stabile 237. A
Regnum Iudæorum deficit sub Herode 631. F to.2
Regnum tradit Deo & patri filius 581. D to.2
Regni stabilimentum est pietas 681. C to. 2
Regulus à morbo animi & filius eius à morbo corporis, sanantur simul 683. G
Relatione sola distinguntur personæ trinitatis 279.E to.2
Religio est reipub. stabilimentum 32. G to.2
Reliquiæ Israel quæ 219. E
Remissio peccatorum assequi potest quot modis 73. A
Remittendi peccata potestas apostolis data 1025. B
Repromissio facta iis tantum qui seruant mandata 931. G
Repudiatus Christus à Iudæis cur 352. F
Repudiatus est christus à Iudæis 206. F
Repudij Synagogæ causa 61. A
Requies pro morte 392. G
Rerum, aliæ substantiæ, aliæ accidentia 374. B to.2
Residuum in syon 198. C
Residuum Israel 459. E
Respiscentia Iudæorum in aduersis 186. D
Respiscentes ab errore quomodo sint recipiendi 53. b to.2
Respiciatne Deus hominem 160. F
Respici à deo qui cupit qualis esse debeat 549. C
Resurrectio carnis 696. F
Resurrectio mortuorum 33 6. H
Resurrectio lazari credendi occasionem dedit iudæis 875. E
Resurrectio carnis 626. C
Resurrectio & vita est christus 859. E
Resurrectione & ascensione glorificandus erat Christus 878. B
Resurrexit christus diuino modo passus est humano 724. F
Resurrexit christus virtute propria 236. H
Resurexit christus tertia die 329. D
Resurgere in virtute & gloria, quid 1027. E
Reuelatio fit per spiritum sanctum 336. E to.2
Resurrectionem christi annunciant mulieres 341. D

Reuelationes non sine interuallo factæ 210. C
Reuelauit Pater filium Paulo 733. C
Rex vltimus ex tribu Iuda Herodes 631. G to. 2
Rex à deo constitutus est Christus quomodo 976. G
Regis adolescendi predictio 189. A
Reges Hierusalem certis temporum vicibus idolatræ 237. D
Reges romanorum quales 297. C
Regum presidium est Christus 681. B to. 2
Rhapsaces blaphemus in deum 238. B
Rhapsacis conuicia in deum 246. D
Romani ciuilis 566. A to. 2
Romani locum & gentem romanorum deleuerunt 868. E
Romulus & rhemus 518. C tom. 2
Ros cæli & pinguedo terræ nobis christus est 49. C
Ros quid 337. A
Ruffa iuuenca, quid 1049. a
Ruffus Esau quid 45. B
Ruina & malitia dæmonum 568. E tom. 2
Ruminant qui 112. E
Ruminare prudentiæ symbolum 659. E to. 2
Ruminationem reuocat quis 112. E

S

Sabba regio est vltra terram Arrabum 561. A
Sabbatismus 763. h
Sabbatismus à deo reiectus 535. G
Sabbathum & circuncisionem tantum obseruabant iudæi, 38. B
Sabbatum non soluebat christus 741. A B
Sabbatum mystikum quid 1040. G
Sabbathi obseruatio 765. B
Sabbathi obseruatio in veteri lege, qualis 535. E
Sabbatizare spiritualiter 552. F
Sabellij error 249. B tom. 2
Saccum induit Ezechias cur 389. B
Sacerdos quis dici potest 98. B
Sacerdos pro se primum offert cur 72. F
Sacerdos quid 153. D
Sacerdos christus factus est secunum humanitatem 732. G
Sacerdos ad quid assumitur 729. a
Sacerdos magnus qui peccata dimittit 138. D
Sacerdos magnus an peccare possit 139. F
Sacerdos est laude dignus, quando non patitur migrari cõtra gloriam dei 87. F tom. 2
Sacerdotis spectus 98. D
Sacerdotis numus 91. F
Sacerdotis officio vsus non fuisset christus nisi humanam naturam assumpsisset 26. D
Sacerdotes peccata populi comedunt 91. E
Sacerdotes quales esse debeant 84. F to. 2
Sacerdotes casti esse debent 85. B
Sacerdotes legales nihil possidebant 104 H
Sacerdotes quales esse debeant 105. A
Sacerdotes Iudæorum impij 435. E
Sacerdotum differentia 103. F
Sacerdotum indumenta 100. H
Sacerdotum quisque speculator à deo constitutus est tom. 2 85. A
Sacerdotium legale perfectos homines non fecit 30. B
Sacerdotum ad ordinationem quid requiratur 101. A
Sacerdotibus quid vitandum 105. B
Sacerdotalis possessio nonquam ablata 154. A
Sacerdotium venundabatur apud iudæos 868. F
Sacramenta nouæ legis plus profunt illa veteris 73. A
Sacramentorum virtus 626. B to. 2
Sacrificium deus amat quale 540 F to. 2
Sacrificium Noe post diluuium 18. D
Sacrificium in oleo 93. C
Sacrificium salutare offert quis 94. A
Sacrificium offerre in conspectu domini 90. D
Sacrificium pontificis iudæorum erat christi figura 75. E
Sacrificium salutare quid 97. D
Sacrificium non offert homo sed manus 98. A
Sacrificium ex fragmentis 88. E
Sacrificium Abelis cur deus intendat potius quàm Cain 9. B
Sacrificia dispensatiue data 570. B tom. 2
Sacrificia quare olim data 666. D tom. 2
Sacrificia legalia deo exosa 667. E tom. 2
Sacrificia qui offerunt, quales esse debent Ibidem
Sacrificia leuitarum obscura 65. D
Sacrificia christianorum, qualia 672. F to. 2
Sacrificia incruenta deo grata 673. D to. 2
Sacrificia Abelis & Cain, qua 7. G
Sacrificia christianorum qualia 674. C
Sacrificia legalia deo non accepta 169. C
Sacrificia quælibet sunt quodammodo typus christi 78. D
Sacrificia non precepit Moses sed deus 666. B tom. 2
Sacrificiorum leges 67. F
Sacrificiorum differentia quid 71. E
Sacificiorum reliquiæ in craftinum non reseruandæ 95. E
Sacrificiis vsi sunt prisci, cur 570. A tom. 2
Sacrificant in Ægypto qui 508. h tom. 2
Sacrificauit filium suum Ieconias 540. G
sacrificare pure deo quo deceat 506. C to. 2
Sacrificandum quomodo 70. A
Sacrificabatur vitulus ad ostium tabernaculi quid 68. E
Sacrificandi mos apud Ægyptios 506. C to. 2
Sacrificans homo humanum genus designat 67. H
Sacrificantes se cultum deo gratissimum faciunt 508. F to.2
Salix, quid 512. E tom. 2
Salomon declinauit à Deo in senectute sua 617. A to.2
Salomon enumeratur inter prophetas & quomodo lapsus, 616. h tom. 2
Salomon cur sapiens dicatur 616 h tom. 2
Salomon coætaneus Homeri 616. E to. 2
Salus humani generis & voluntas patris 951. A
Salus nostra est opus totius trinitatis 733. C
Salus & iustitia Dei, quid 496. h
Salutis viam aperiunt christi discipuli 56. H
Salutis hominum quàm proprij corporis cura maior est habenda 680. E
Salutaris mundo mors christi 723. D
Salutatio ad Mariam virginem 72. E tom. 2
Salutatio quanti facienda 45. C to. 2
Salutationis amici magna vis 58 C tom. 2
Samaria fornicata est 222. B
Samaria facta tributaria 249. D
Samaria deleta Ezechiæ tempore 248. G
Samaritanæ ostendit se christus 674. h
Samaritani in monte Garizin adorabant dominum 672. C
Samaritani nomen apud iudæos contumeliosum 815. E
Samaritani coram vitulis aureis se prostrarunt & à charitate in deum resiluerunt 286. A
Samaritani maiores iudæorum patres suos appellabant 671. B
Samaritanorum leuitas 681. D
Samaritanorum ciuitatem cur incendi permiserit deus 238. B
Samaritanorum mores 814. D
Samosatenus 235. E tom. 2
Samuel deo consecratus 136. G
Samuel interpretatur dei obedientia 1040. h
Samuel, & phinees dei iustitiæ administri 1073. B
Sanaar quid 1055. a
Sanctificati, quid 985. A
Sanctificare est solius dei Ibidem.
Sanctificat se christus, quomodo Ibidem.
Sanctus quis in hac vita 135. G
Sanctus est christus non participatione sed natura tom. 2 488. E
Sanctus nemo qui soli deo non vacat 135. G
Sanctus & mundus solius est dei 99 F
Sancta vita quæ 135 G
Sancti sunt gentes bellatrices 268. G

sancti sunt lux mundi quomodo 620. E
sancti quomodo considerandi 734. D
sanctorum illuminatio 624. F
sanctorum gloria verbis describi non potest 67. F to. 2
sanctorum inuocatio 67. G to. 2
sanctorum scopus 69. B to. 2
sanctorum memoria iuste obseruatur 655. G to. 2
sanctos venerati noluit Iulianus 606. A to. 2
sancta non sunt communia sed separata 99. E
sancta dauidis quid 529. C
sancta quæ dicuntur 135. E
sanctificat & sanctificatur Christus 181. C to. 2
sanctificare quid 136. F
sanctificatur christus; quomodo 985. B
sanctificantur omnia per spiritum 484. H
sanctificatus est christus, quomodo 415. E
sanctificationis varij modi 448. H to 2
sanctificatione duplici indiget homo 656. H
sancti spiritus virtus igni comparata 627. E to. 2
sanguis sacrificiorum quid 97. C
sangui's & aqua è latere christi quid 1016. E
sanguis hostiæ, est symbolum diuini sanguinis 1070. B
sanguis christi sanctificauit 724. H 725. A
sanguis christi preciosus, & corpus viuificatur 72. A
sanguinis humani effusione delectantur dæmones 458. A
sanguinis christi effusio, est peccatorum nostrorum remissio 5. A
sanguine christi cuncta sunt in terra, & in cœlis pacificata 728. G
sanguine christi reconciliati sumus deo 723. G
sanguine suo iustificat christus in se credentes 724. A
sanitatem accepit christus 236. H
sapiens sapienter interrogandus 717. A
sapientes apud semetipsos 207. H
sapientes altum ruituri sunt 410. D
sapientia est christus 352. E to. 2
sapientia humana fragilis 760. E
sapientiam dat spiritus sanctus 481. D to. 2
Satra 32. E
saraceni & Arabes in apostasiam prolapsi 419. F
sartago 88. E
satan seipsum destruit 54. C to 2
satan non patitur nos exire terram suam 507. H to. 2
satanas est princeps peccatorum 882. A
satanas superbiæ pater 246. A
satanæ tyrannidi genus humanum obligatum 630. B tom. 2
satanæ quando resistere non datur 289. A
satanæ vires dissoluentur 331. E
satanæ vafritiæ erga homines 194. A
satanæ descriptio 338 A
satanæ domus à christo deuicta 485. A
satanę seruit qui respuit christum 228. F
satanæ calliditates in eius confusionem versæ 367. E
satanæ mœrores 368. E
satietas animæ 158. B
saturnus filiorum vorator 532. F tom. 2
Saul morbo caduco laborabat 1040. G
saul, est lex naturalis, quomodo 1040. G
saul, est verus populus 1066. d
scala cœlestis quid 53. C
scammas habere 113. B
scientiæ largitor christus 352. E tom. 2
scire omnia est solius dei 412. h
scindere vestimenta sua solebant iudæi quando 1015. F
scindendorum vestimentorum mos 389. A
scortationis synagogæ modus 523. E
scribæ & pharisæi arrogantes & auari 315 E
scribæ literati seu grammatici dicuntur 379. F
scribæ & pharisæi fastu quodam turgidi 379. F
scribæ & pharisæi incredvli 354. A
scribarum officium 243. F
scribarum & pharisæorum officium 434. D
scribarum & pharisæorum auaritia 193. A
scripsit christus in terra 789. A
scriptura de christo duobus modis loquitur 357. A tom. 2.
Scriptura congruis temporibus attribuenda. 396. E to. 2
Scriptura sacra literali & spirituali sensu constat 89 A
Scriptura sacra omni diligentia & cura exponenda 244. G tom. 2
Scriptura sacra studiosis non difficilis 650. A tom. 2
Scriptura sacra diuersis nominibus deum appellare consueuit 226. C
Scriptura verbis abutitur nonnunquam 270. C to. 2
Scriptura de christo loquitur quatenus est homo & quatenus est deus 108. E to. 2
Scripturæ sacræ studium vitam æternam consiliat 157. A to. 2
Scripturæ sacræ lectionem quis aggredi possit 99. G
Scripturæ mos 160. F tom. 2
Scripturæ authoritate pharisæi sententias suas præmuniunt 787. G
Scripturæ duplici ratione de christo loquuntur 357. A C tom. 2
Scripturæ scopus Ibidem
Scripturæ non intelliguntur nisi à credentibus 335. h to. 2
Scripturæ testimonia proferunt hæretici, cur 256. F tom. 2
Scripturæ sensum tria præbent, quæ 284. G tom. 2
Scripturarum lectio apud Iudæos imperita fuit 704. G
Scripta mosis antiquiora 529. C to. 2
Securus est solus iustus 158. C
Sedechias successit Ieconiæ 222. D
Sedechias cum suis liberis captus à Babyloniis cum fugeret in Hierusalem 312. F
Sedechias captiuus ductus in terram Caldeorum cum Iudæis illustrioribus 461. A
Sedere Deus dicitur quomodo 327. G tom. 2
Sedere in terra quid 462. A
Segor vbi sita 280. h
Segor 503. G tom. 2
Segregatus in templo dei 136. E
Segregari quid 136. E
Sem & Iapheth sapientes 19. H
Sem perfectionem significat 12. F
sem 19. F
semen & filij apostolorum, qui 437. B
semiramis nini coniunx 517. B to. 2
semitæ rectæ ad Christum 47. F
senacherib interpretatur tentatio exiccans 1062. B
senacherib à suis filijs interfectus 290. A
senes piscibus comparantur 351. E to. 2
septima dies 724. H
septimana 16. F
sepulcra deorum vbi 670 D to 2
seraphim velare faciem & pedes 21. E
sermo de trinitate, qualis 329. B
sermo de christo duplex 356. H to. 2
sermo domini in Iacob, quis 237. C
serpens volens Ezechias 277. C.
serpens per se mulieri loquutus 552. H to. 2
serpens est, homo malus 730. C
serpentes in deserto mordebant filios Israel, quid 730. C
seruit deo, qui 433. C
seruiunt Iudæi licet redempti à deo 470. B
seruire deo, quis vere possit 433. C
seruitus humani generis dissoluta 418. B
seruitus inuoluntaria semper comitatur voluptatibus incumbentes 499. E to. 2
seruitus Israelitarum in Ægypto, quid 489. C to. 2
seruitutis animi exempla 804. h
seruitutem pharaonis nolebant relinquere Israelitæ 507. E tom. 2.
seruus peccati 160. A
seruus abrahæ quid 42. D
seruus Abrahæ non nominatur cur 42. C
seruus peccati à christo liberetur oportet 805. B
seruus peccati 804. E
seruus corporalis Ibidem

serui animo sed corpore liberi Ibidem
serui formam cur gestauerit christus 231. G
serui ministerium suscepit christus 895 E
Serui formam assumpsit Christus 290. A
serui duo Abrahæ cum asina christum expectant 39. G
serui Abrahæ qui 39. F
seruis suis nõ aperuit Abraham se filium suum sacrificare velle 40. E
seth 10. A
seth Adamo similis ibidem
siclus sanctus exprobrata fides 81. C
siclus sanctus quomodo perquirendus 81. A
siclo comparatur Christus 80. G
siclo sancto emere arietem quid 81. C
signum erectum 259. h
signum tollere quid 381. A
siloam typus regni Dei 228. E
siloam aquam placide fluere 228. D
simeon iustus 732. F
simeon longanimis expectator christi, eũ tandem amplexus est 834. A
simila & panes azimos quid 71. F
simila quæ erat offerenda ex quibus agris colligenda 81. A
similia inter se comparantur, heterogenea non possunt tom. 2 233. D
similibus licet inæqualibus diuina interpretantur 328. F to. 2
similitudo Patris & filij 758 C to. 2
simoniaci 837. B
simplicitas fidei in Christo est virginitas 142. B
simulacrum nullum in templo numæ 601. B to. 2
sinus patris quid 638. B
sion lugentibus data 569. B
sion pro christi ecclesia 461. C
sirenes 269. C
societas spiritus quæ 83. E
societas nobis est cum Patre & filio & spiritu sancto 83. E
societatem spiritus dissoluit qui peccat 83 F
socrates qualis fuerit 597. A to. 2
socrates iracundissimus Ibidem
sacrates mulierosus Ibidem
socratis vxores Ibidem
socrates marmorarius obstetricis filius 608. E to. 2
socratis mors 591. E tom. 2
sodomæ incendium, vnde 169. A
sodomorum incolæ voluptatibus incumbentes 501. A
sol 2. A
sol retrograditur decem gradibus 395. G
sol iustitiæ christus 365. D
sol dicitur Apollo 537. A tom. 2
sol iustitiæ versatur in intelligentia 1065. d
solis retrogressio propter Ezechiã nota per vniuersum orbem nota 397. D
solem & lunam adorarunt Israelitæ 164. E
solitaria vita est semita ad christum 432. G
solitaria vita eligenda 459. h to. 2
solitariam vitam ad agendam, consilium 983. h
solitudinis vtilitas 351. F to. 2
solon & Lycurgus leges condiderunt 583. F tom. 2
somnias fuit ærarij quæstor 314. C
sponsum venturum intempesta nocte 716 G
sophi cur magi sunt dicti 444 F
sophistæ & sapientis discrimen 594. C tom 2
sophoclis de deo dictum 527. E tom. 2
sors vna qualibet moratur 125 B
sors duplex Ibidem
sortes 124. H
spadones, qui 358. C
speculatores 1009. C
spelunca Lot, est ecclesia 1056. B
sperantes in se adiuuat deus 278. D
spes omnium christus, quomodo 321. D tom. 2
Spes bonorum cum sitit id quod expectat cunctatione colliquescit 495. F
spina replemur, quomodo 224. G
spinæ in nobiles arbores conuersæ quid 533. D
spinæ coronæ, quid 1004. h
spiritus sanctus à christo non est alienus 1023. E
spiritus ad nos transit, quomodo Ibidem.
spiritus nequam cum mulieribus rem non habent Ibidem
spiritus sanctus quod sit deus 557. C to. 2
spiritus sanctus est patris & filii 450. C tom. 2
spiritus renouat creaturam 482. C tom. 2
spiritus sanctus datur hominibus, quomodo 336. G to. 2
spiritus, qui non est ex deo quis 722. a
spiritus sanctus aliter datus ante ascensionem christi aliter post 781. D
spiritus loquitur in sanctis 483. G tom. 2
spiritus sanctus est anima mundi 528. F tom. 2
de spiritu sancto ethnicorum testimonia Ibidem
spiritus sanctus est deus 933 B
spiritus sanctus ante christi ascensionem cur non datus 781. B
spiritus sanctus quomodo ante christi ascensionem fuerit datus 781. C
spiritus dicitur christus propter identitatem substantiæ 485. B tom. 2
spiritus sanctus anima homini non est factus 494. D to. 2
spiritus natura sanctus 481. A to. 1
spiritus est liber & non seruus 488. F tom. 2
spiritus deificat ergo deus est 482. B tom. 2
spiritus sanctus deus est ex deo 482. C tom. 2. 487 F tom. 2
spiritus christi deus est 487. G tom. 2
spiritus est veritas 487. h tom. 2
spiritus est conditor 488. G tom. 2
spiritus sanctus æqualiter à patre sicut à filio procedit 958. D
spiritus proprius filii 402. B tom. 2
spiritus veritas dicitur 748. E
spiritus quomodo carni dominatur 129. A
spiritus nutrimenta quæ 129. A
spiritus est in filio, quomodo 645. C
spiritus qui habitat in nobis, spiritus adoptionis est 646 B
spiritus sanctus est solius dei, non alicuius creaturæ tom. 2 322. D
spiritus sanctus probatur esse deus 343. h tom. 2
spiritus sanctus deus verus est. 335. G
spiritus est sanctus non participatione sed natura 342. A to. 2
spiritus cur manserit in christo 645. A
spiritus sanctus ad nos quomodo mittitur 741. a
spiritus sanctus quomodo christum glorificauerit 25. C to. 2
spiritus loquitur per Esaiam 485. B to. 2
spiritum christus accepit quomodo 254. B
spiritum appellat se christus 747. G
spiritum sanctum recipiunt qui 926. B
spiritus à natura deitatis non est alienus 927. E
spiritum descendentem super filium dei cur viderit Ioannes 645. A
sputum christi quid 824. G
spiritum sanctum receperunt apostoli quando 1023. G
spiritu dei omnia opus habent 528. h tom. 2
spiritu suo renouauit deus omnem terram 339. E tom. 2
spirituum discrimen 336. G
splendor gloriæ, & character substantiæ eius christus est, 728. h
sponsa christi ecclesia 61. A
sponsa humanæ vitæ est natura 654. E
sponsus naturæ est christus 654. E
sponsa christi perpetua gentium ecclesia 61. B
stactes 129. D
statua salis facta est vxor Loth 504. E to. 2
statuarii quo ordine prosequantur 493. A to. 2
stella christo præstitit obsequium non autem illi necessitatem imposuit 775. G
stella ex Iacob 633. A t. 2
stellæ 2. A
stellæ natura quæ nato domino apparuit 775. h
sterilitas Rachelis quid 63. G
stercus quid 72. G

ſtolam mutare 85. B
ſtylo hominis ſcribere 225. C
Subiecta deo omnis creatura 317. C to 2
Subiecto chriſti eius æqualitatẽ cũ patre non minuit. 304. Gt. 2
Subiici patri dicitur filius quomodo 304. G to 2
Subſcriptores in ſinodo epheſina 121. A to. 2
Subſtantia & caracter patris eſt filius 914. C
Subſtantia & ſubſiſtentia differunt quomodo 362. C
Subſtantia definitur, quomodo 307. E to 2
Subſtantiæ proprietates 372. H to 2
ſufflatione cur apoſtolis datus fuerit ſpiritus 1024 E
Suillas carnes edere Iudæis interdictum 584 G
Superbia 283. G
Superbia iudæorum 831 G
Superbia Deo exoſa 245. D
Superbia iudæorum deuicta 376. H
Superbia fugienda 714. A
Superbi exterminati 177. A
Superbi 185. C
Superbis reſiſtit deus 244. F
Supercilia radere 121. C
Superliminare commotum, quid 212 H
Superne, quid 363 H tom. 2
Superſtitio gentium deos pene innumeros habuit 536 F to 2
Superſtitiones & naniæ gentium 607. F to. 2
Supplantauit Eſau Iacob ſic Chriſtiani Iudæos 56 G
Suplantator ſatanæ Iacob dici poteſt 486. B
Surrexit Chriſtus diuine vt vita mortuus vt homo 741. B
Surdi & ceci ſunt idololatræ 422 C
Suſanna 795. G
Suſannæ hiſtoria canonica 66. D
Silua quid 373. C
Simbolum apoſtolorum 7. E to. 2
Simbolum fidei in Nicea ſynodo, cõfirmatum, rebus omnibus anteponendum 45. A to 2
Simbolum nicænum 353 B to 2
Symbolum naturæ, eſt luna 1040. F
Symboli nicæni expoſitio 157. A to 2
Synagoga Chriſtum repudiauit 870. B
Synagoga ad idololatriam conuerſa 174 A
Sinagoga deum contempſit 173 D
Synagoga proſtituta & proterua 174. A
Synagoga ex ſtripe gentilium duxit exordium 60. G
Synagoga punita quia chriſtum non nouit 504. F
Synagoge inconſtantia & mutatio 173. D
Synagoge typus lia 60. E
Synagoge amplitudo 194. C
Synagogam conuocare quid 101. B
Synodus Epheſina maximè turbulenta & diuiſa 118. C to 2
Synodo adeſſe recuſantes qui 33 A to 2
Syon in monte ædificata 179. H
Syria idolis plena 227. E

T

Tabernaculum figura Chriſti quomodo 751. F
Taciturnitas ſermone imperito multo præſtantior 717. A
Taneos ſophos & principes 298. B 299. F
Tangi non vult chriſtus poſt reſurrectionem cur 1019. H
Tarſis inſula indica 562. A
Thorus Rhodius 552. G tom. 2
Tauri dicuntur prædicatores 365. A
Templum dei ſumus 451. F
Templum hieroſolimitanũ à ſalomone extructum 617 A to 2
Templum dei non deorum ſumus 933 D
Templum dei verum eſt caro Chriſti 133. B
Templum hieroſolimitanum à iudæis ſuccenſum. 430. B
Templum domini hieroſolimis ſitum quàm celebre 878. A
Teplum dei verum 329. D to 2
Templo Chriſtus eſt maior 326 B to 2
Templa viſitanda diebus ſolennibus 847. F
Temporum diſtinctio dat ſenſum ſcripturæ 291. E to 2
Temporalia negligere debet qui vult aſſequi ſpiritualia 678 C
Tenebr9 quid 618. B
Tenebræ in lucem factæ 421. D
Tentat Abraham Deus cur 40. G
Tentauit Deus Abraham quomodo 39. E
Tentatio non fit abs re 176. G
Tentationis tempore quid agendum 478 C
Tentationis tempore quid faciendum 314. A
Ternarius numerus 1030. D
Terra dicitur Ceres 536. H to. 2
Terra chriſtianorum vaſtatur abheræticis 166. D
Terra ſua habitanti Abraham cur ceus non apparuit 1055. B
Terra ſanctorum propoſita deum amplectantibus 543 H
Terra quælibet fertilis per chriſtum 374
Terra bona & terra reproba 156. E
Terra imperat deus 2. A
Terram maledixit deus 255. H
Terrenus qualis, tales, & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes 721. A
Terreni imaginem portauimus, & portabimus imaginem cœleſtis 721. B
Tertio die ex ſacrificiis manducare peccatum erat 95. H
Teſtamentum nouum cur ſic nominetur 417. H
Teſtamentũ verũ & nouũ omnem ſcientiã complectit 96. E
Teſtimoniũ perhibuit pater filis per Spiritũ, & per vocẽ 722. C
Teſtimonium dei, quàm hominum maius eſt 722. C
Thebani ſagittari peritiſſimi 304. H
Theodoretus cyrilum cur Ibidem
Theodoreti epiſtola ad Ioan Antioch. epiſcopum 135. F to. 2
Theodoreti epiſcopi epiſtola 130. B to. 2
Theologiæ ſtudium non omnibus conuenit 519. H
Theologiam perfectam ſignificant tria milia 1068. C
vt Theologus ſatis Ioannes locutus eſt 729. D
τετοκος quid 18. B to. 2
Theſaurus Cyrilli 215 to. 2
Theſauros eccleſiæ rapuit achaz 277. A
Thomas etiam abſens, quomodo gratia ſpiritus ſancti particeps factus fuerit 1025. A
Thomæ confeſſio de trinitate 335 E to. 2
Thus deo gratum 147. G
Timidi ſunt omnes vitiis obnoxij 1054. A
Timorem omnem deponendum fideli bus 229, C
Timore dei obſepta anima fertis eſt & inuicta 281. C
Toparchæ, qui 387. G
Traditiones patrum recipiendæ 687. C
Traditionibus apoſtolorum credendum Ibidem
Thrahit credentes deus 735. G
Tres perſonas in vuitatem naturæ colimus 17. A
Troia expugnata quando 518 A to. 2
Tributa exiguntur à chriſto 475. E
Trinitas magis adoranda quàm exquirenda 379. D to. 2
Trinitas 976 E
Trinitas & vnitas 580. F to. 2
Trinitas adoratur 486 A to. 2
Trinitatis opera ſunt indiuiſa 743. G
Trinitatis opera ſunt indiuiſa 110. B to. 2
Trinitatis coniectura 556, E to. 2
Trinitatis dogmata nemo profunde ſcrutetur 1054. B
Trinitatem quomodo philoſophi crediderint 636. G to. 2
Trinitatem conſubſtantialem cognouit Moſes 522. A to. 2
Trinitatis mentio in principio geneſeos Ibidem
Trinitatem docuit lex noua 394 D to. 2
Trinitatem adoramus 556. H to. 2
Trinitatem conſubſtantialem cognouit Abraham 521 C to. 2
Tropos apollonis vnde dictus 670 D to. 2
Tripodis aureat dandæ ſapienti giſtoria 525. B to. 2
Triſte nihil eſt in eccleſia chriſti 564. F
Triſtis chriſtus ad mortem quomodo 170 B to. 2
Tropus vbi ſuperfluus 471. F
Tuba cauere debent antiſtites 343. F
Tumultuatio apud Iudæos antequam obſideretur à Iud. 242 B
Tunica inconſutilis 101. 2. G
Tunica linea induitur Chriſtus 124. E
Tunicæ duæ Pontificis quid 101. C
Turcæ, Sarracem & Iudæi melius chriſtianis viuerent ſi apud illos prouulgatum eſſet euangelium 771. E

Turbatus ſpiritu chriſtus 898. c
Turris Babilonica cur aggreſſa fuerit 575 c to. 2
Turris Babilonicæ ethnicorum teſtimonia 517. a to. 2
Turris Babilonicæ ædificatio, quid 1055. a
Turtures offerre quid 71. c
Typus irritus 169, c
Typus chriſtianorum Iacob 54. b
Tyrannis Diaboli deuicta 268. g
Tyrus quomodo capta 316. h
Tyrij mercatores Ibidem
Tyrij prædati à Babyloniis 185 d
Tyriorum arrogantia quid conſequuta ſit 318. c

V

vallis intelligitur caro noſtra 1061. a
vallis, eſt caro morte humiliata 1040. e
vallis ſyon, quid 312. e
vanitas quid 501. a to. 2
vaſa aurea & argentea Ægyptiorum 510. c to. 2
vaticinij genera 603. g to. 2
vaticinia quare ceſſarunt 603. g to. 2
velum tabernaculi 751. g
velum templi 1014. b
venatio Eſau quid 48. c
venit Chriſtus in hunc mundum, quomodo 615. a
venturi Chriſti prophetiæ 782. b
ventriloqui qui 444. e
ver in montibus 508. g
verbum dei eſſe æternum 219. f to. 2
verbum regnat in omnibus ſeculis Ibidem
verbum non eſt patris frater ſed filius licet ab æterno cum patre fuerit 220. f to. 2
verbum non eſt ex nihilo productum 601. b
verbum ſuſcepit ſemen Abrahæ 741. b
verbum cur noſtram naturam induerit 358. a to. 2
verbum ex deo expers paſſionum eſt 725. b
verbum aliud mentis aliud linguæ 223. g to. 2
verbum à patris natura non eſt alienum 600 f
verbum caro factum 653. d to. 2
verbum ex deo natum 742. b
verbum incarnatum Spiritus monſtrauit in Iordane 722, c
verbum dei quomodo diſſeminari debeat 156. g
verbum dei omnibus non eſt credendum 143. g
verbum dei obſcuritate velatum vbique 65. g
verbum caro factum 236. f
verbum ex deo patre, factum ex muliere 727. f g
verbum deſurſum eſt, & de cœlo, & ex deo 721. b
verbum ex deo particeps factum eſt carnis, & ſanguinis 721. c
verbum factum eſt, in carne viſibile 721. e
verbum non eſt creatura quia per ipſum omnia facta ſunt 612. g
verbum in carnem non eſt conuerſum 684. g to. 2
verbum chriſti adulterant Iudæi 193 d
verbum homo factus non reliquit quod erat 641. b to.
verbum deus verus 726. a
verbum tuum prope eſt quid 726. b
verbum eſſe ab æterno 685. c to. 2
verbum non eſſe pronunciatum 686. a
verbum caro factum eſt, quid Ibidem
verbum dei non cognouerunt Iudæi 334. b
verbum carne induta humano more loquutus eſt tom. 2 295. e
verbum dei conſeruat & viuificat in vitam æternam 40. b
verbum quatenus deus non adorat Patrem 674. f
verbum apud deum non in principio exponitur tom. 2 636. e
verbum ſemper eſt in mente & ex mente & eius eſt fructus 382. b to. 2
verbum à corpore non ſeparatum ab incarnationis tempore 690. a to. 2
verbum caro factum, quomodo intelligendum 417. d to. 2
verbum dei factum homo 184. g to. 2
verbum quomodo carnem aſſumpſit 74. d to. 2
verbũ dei nõ ſcinditur in duas perſonas per incarnationẽ 754. a
verbum diuinum quomodo ab hermete doceatur 527. l: to. 2
verbum caro factum, quid 20. e to. 2
verbum caro factum eſt quomodo intelligendum 102. c to. 2
verbum dei cur homo appellatus ſit 168. h to. 2
verbum per quod mundus factus eſt, aliud eſt à mundo 628. h
verbum dei pluuia eſt 155. h
verbi nutu omnia producta 2. b
verbi appellationes 603. f
verbi nomine cur filius dei intelligatur 281. a to. 2
verbi natiuitas ineffabilis & diuina 634. a to. 2
verbi vera vnio cum carne 726. c
verbi patri eſſe coæternum 599. f
verbo carne induta, hominis proprietates tribuuntur propter nos 283. c to. 2
verba rei naturam non permutant 288. h to. 2
veritas vix ſtudioſis contingit 548. f
verbis plerumque abitur ſcriptura 288. h to. 2
veritas non oritur ex ore pagani 564. h
veritatis deffendendæ præmia, exempla 833. b
veritatis maieſtas 264. f to. 2
veritatis pater eſt deus 810 b
Veritatis conſequendæ varij modi 308. G to. 2
Veſpaſianus & Titus Iudæos debellarunt 240. E
Veſpaſianus poſt deſtructam hieruſalem etiam Ægiptios in ſuam poteſtatem redegit 297. A
Veſtimenta diſſuta 119. G
Veſtimenta Chriſti in quatuor partes diuiſa, quid 1012. F
Vetus lex abolita, quomodo 724 G
Vetera eiicere 160. G
Via trium dierum, quid 506. B to. 2
Via grandis reſtat nobis 23. A
Via regia 357. A to. 2
Via cœli quærenda 910. B
Viæ publicæ & viæ aſperæ 400. G
via euangelij quomodo differat à via legis 451. f
viæ domini ſunt prophetarum libri 910. b
viarum initium cur dicatur dominus 299. e
victimæ pro peccatis 71. h
victoriæ multæ per deum conſequutæ 614. a
victoriam aſſequitur quis 45. b
videre chriſti eſt miſereri 820. h
videre chriſtum non licet niſi iis qui puro corde mandata eius cuſtodiunt 401. a
vidua cur à chriſto pro ſponſa non recipiatur 142. c
vigilantia vtilis 313. b
in vilitate deus factus eſt homo 728. f
vincit mundum quis 722. c
vinea domini cur incenſa 194. d
vineæ collatio cum iſrael 100. g
vineæ deſtitutio 101. d
vineam dei demoliti ſunt paſtores 654. g
vineam ſuam alijs agricolis locauit chriſtus rediuiuus 540.
vinitores pacis ſunt, qui 1061. c
vinum eſt hoſtia inctuenta chriſti 329. c
vinum non bibunt Apoſtoli 107. g
vinum non bibit Chriſtus à cœna ſua 106. b
vinum bibit Chriſtus antequam accederet ad altare Crucis 105 d
vinum & ficera 346. a
vinum non bibit Chriſtus ob peccata noſtra 107. f
virga de radice Ieſſe 253. b
virga chriſtus eſt, quomodo Ibidem
virga humeri 234. h
virga pro rapacitate procerum 235. h
virga Moſis in ſerpentem mutata quid 1036. d
virga Aaronis ex nuce iuglande fuit cur 1049. c
virginitas Mariæ probatur 641. a to. 2
virgo deſponſata viro, eſt anima ad pietatem vocata 1052.

Virgo peperit filium suum primogenitum, & non peperit secundum post illum 731. f
Virgo maria prophetissa dicitur 226. b
Virgines nubiles exhortantur 56. e
Virtutem tuto incolere quandiu quis poterit 225. a
Virtutes omnes non prosunt sine charitate 905. d
Virtutes non sunt à natura 548. g tom. 2
Virtutum dominus, Christus nominatur 742. b
Visio dei est fœlicitas 932. e
Visio Petri quid sibi voluerit 659. h
Visus est Christus angelus ascendens in cœlos 735. a
Visus solus ad fidem sufficiet 678. e
Vita est filius per naturam 614. d
Vita imperfecta quæ non placet deo 503. h
Vitæ quomodo mortua dicatur in christo 12. h to. 2
Vita sanctorum deo nota 10. d
Vnctus fuit Cyrus tanquam rex 446. b
Vitæ puræque 385 d
Vita quænam excellentior 502. d to. 2
Vitæ increata per naturam 615. e
Vita est pater ità & filius 915 h
Vita perditionis est lubrica 734. a
Vita est in iis filius quæ vita indigent 616. f
Vitæ filius factus est homo vt vitam amissam restauraret 271. f to. 2
Vita est christus, & natura immortalis 744. a
Vita Christus, quomodo 321 a to. 2 331 f to. 2
Vitæ nostræ dux solus christus est imitandus 784. G
Vitæ nostræ spacium dicitur dies 823. E
Vitam æternam congrue petimus quando 974. a
Vitis filius nuncupatur 943. b
Vitis & agricolæ proprietas ibidem
Vitij effecta sunt millia 1063. e
Vitium cultores fuerunt Ægyptij 297. c
Vitiis omnibus dediti Iudæi 314. a
Vitulus à sacerdote oblatus quid 72 f
Vitulus figura Christi 35. g
Vitulus Christi typus 67. h
Vitulus masculus 68. e
Vitulus cæteris animalibus preciosior 124. h
Vitulus moraliter interpretatus 69. c
Vitulum membratim diuidere quid 69. a
vitulum offert homo quid 71. c
Vituli ab Ægyptijs colebantur 508. f to. 2
Viuificare id quod vitæ indignum est, soli deo conuenit 721. a
Viuifica est caro Christi, quam ipse in cibum dat nobis 723. a
Viuificat Pater in spiritu 485. c to. 2
Viuificum est corpus Christi 721. a
Viuificus est spiritus sanctus 483. e to. 2
Viuificus, & vita est Christus 721. a
Viuit nullus nostrum in se ipso 726. b
Vlcus animæ 118. c
Vltio à deo sumpta 176. f
Vmbra tantum à Mose ministrata 529. b
Vmbra inutilis 199. c
Vmbræ minister 417. c
Vmbras non destruit peccator nec faber 493. b to. 2
Vnctio quid olim portendebat 167. d to. 2
Vndecima hora operarii in vineam missi 14. d
Vndecima ætate gentes ad dei cognitionem vocati 14. d
Vnguentum & vnctio, quid 329. c
Vngulam diuidunt hæretici, sed non ruminant 112 f
Vnigenitus factus est homo 726. d
Vnigenitus vt deus. est Christus: primogenitus propter humanam naturam 730. a
Vnigenitus & primogenitus dei filius, cur ita dicatur? 98. d to. 2
Vnigenitus filius est imago dei & conditor omnium 728. g
Vnigenitus, quid 181. b to. 2
Vnigenitum de creatura non potest dici 299. e to. 2
Vnio in Christo quomodo intelligenda 51. g to. 2
Vnitas dei & hominis non separatur in Christo 691. h to. 2
Vnus Christus Ibidem
Vnitur nobis Christus vt homo 989. d
Vnus deus cur in tribus personis adoretur 250. a to. 2
Vnus est Christus non duo 746. d
Vnus filius dei est 725. d
Vnus est filius, & deus & Iesus 721. e
Vnum est cum patre Christus identitate substantiæ 989. g
Vnum quomodo nos esse oporteat 253. b to. 2
Vnum esse cum deo, quid 254. a to. 2
Vnum corpus sumus multi 721. a
Vnum sunt omnes christiani 988. f 989 b
Vnum est cum patre filius, quomodo 848. f
vnum est cum patre filius, vnanimitate & voluntatis cõcordia 361. b to. 2
Vnum sunt & duo Pater & Filius, quomodo 249. b to. 2
Vnum Euangelium est prædicatum in vniuerso orbi 733. c
Vocabula rebus imposita ad significandas earum essentias 280. g to. 2
Volatilia voracia 113. c
Voleas an nolens vtrum pater genuerit filium 230. a to. 2
Volucribus comparatur Christus, cur 181. a to. 2
Voluntas patris & filij est eadem 733. a
Voluntas patris est filius 608. f
Voluntate parentes non generant sed natura 232. e to. 2
Voluptas animam labefactat 171. g
Voluptas obcæcat mentem, quomodo 595 f to. 2
Voluptatis & luxus finis 204. g
Voluptatis effœminatorum finis 205. c
voluptatum typus, vineæ & ficus 499. e to. 2
Voluptates quam obsunt 576. h to. 2
Voluptates mentis humanæ & hostes 313. b
Voluptatibus indulgentes festis diebus 871. f
Voluptuaria vita relinquenda 500. f to. 2
Votum 136. f
Vox dei fide digna 429. b
Voce sua Christus fugauit dæmones 256. e
Voces mediæ de Christo 192. g to. 2
Vocum Christi differentia, qualis 191. h to. 2
Vrbs ceu ciuitas munita Christus 331. g
vria sacerdos domini & propheta 225. d
vrsa præ se fert immanitatis imaginem 556. g
vrsæ suis catulis orbatæ quid faciant 5567. f
vrsus & leo carniuora animalia 257. b
vtilitas humilis natiuitatis Christi 611. f to. 2
vulcanus 524. h to. 2
vulnus recindendum, quando 29. a to. 2
vultures qui 113. c
vxor Abrahæ ad pharaonem introducta, cur 496. e to. 2
vxor Abrahæ animæ nostræ typus 496 f to. 2
vxor abrahæ à libidine ægyptiorum eripitur 496. g to. g
vxorum pluralitas 59. e

X

Xenium apostolorum ad Christum 596. e
Xenia deo offerenda 562. b
Xenophontis de Deo sententia 527. f to. 2
Xistus 194. b to. 2

Z

Zabulon 62. a
Zacharias interpretatur memoria dei 1061. dicitur dei potentia 1062. b
Zacharias filius barachiæ sacerdos & legis doctor 225. d
Zamolxis seruus Pythagoræ philosophus 608, g
Zebedei filijs honores petentibus, quomodo satisfecerit Christus 300. e to 2
Zelotes deus quomodo dicatur 584. f to. 2
Zelotes deus cur dicatur 563. h to. 2
Zelus phinees deo probatus 588, e to. 2.
zelus domini 237. a
zona seu cingulum 256. f
Zorobabel 270. b
Zorobabel typus Christi 26. A
Zorobabel est mens actiua tanquam bellitosior 1070 C
Zorobabel interpretatur, seminatio confusionis 1067. h
Zorobabel quotuplex accipitur 1067. h 1068. e f

INDEX LOCORVM SANCTAE SCRIPTVRAE
A D. CYRILLO CITATORVM
atque explicatorum.

GENESEOS

Cap. 1 IN principio creauit Deus cœlum & terram 1. c & to. 2. 537. b
Educat herbam fœni terra, & lignum pomiferum habens semen secundum genus suum 676. f
Cuius semen in semetipso sit super terram 614. d
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram 8. f & 602. a to. 2 216, f 279. g 414. b 523. f g 580. f 635. f 647. e
Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona 777. a
2 Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ 2. c 644. h 930 b
Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi to. 2 547. f g h
3 De fructu ligni quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus to. 2 548. b 549. a & seq.
In dolore paries: & Adæ maledicta terra in opere tuo 3. e
Terra es, & in terram reuerteris 632. h
Fecit Deus tunicas pelliceas, & induit eas Adam & mulierem eius 101. a
Ecce Adam sicut vnus ex nobis factus est to. 2 556.
4 Cognouit autem Adam Euam vxorem suam to. 2. 554. b
Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius to. 2 673. b c d
Omnis qui occiderit Cain septem vindicta dissoluet to. 2 1035. a
Cognouit Cain vxorem suam, & concepit & peperit Enoch 10 b
Vocauitque nomen eius Seth 10. a
Fossedi hominem per Deum 6. c
5 Seth genuit Enos 10. b
Genuit Adam filium ad similitudinem & imaginem suam 10. a
6 Vt enim, qui ex Enoch, qui deus cognominatus fuerat procreati sunt 15. h
7 In arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & cetera 14. a
Remansit autem solus Noe 628. f
8 Sedit arca super montes Armeniæ 14. b
9 Trecentorum inquit cubitorum facies longitudinem arcæ 16. g
Misit enim coruum ex arca, vt videret, si cessauerit aqua, qui non reuersus est 18. a
Exiuit Noe de arca & omnes qui cum eo erant 18. c d
Misit etenim primam & secundam columbam quæ exploraret 18. b
Erant igitur filij Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham & Iapheth 19. f
Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Seth 20. b
Qui etenim sanguinem hominis effudit, suus etiam effundetur 693. b
11 Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni to. 2 1035.
Venite, & descendentes confundamus eorum qui illic linguas to. 2 392. h
Descendit autem dominus vt videret ciuitatem & turrim 788. f tom. 2 574. b c & seq. & 567. g
Apparuit autem dominus abram, & dixit ei, semini tuo dabo terram hanc to. 2 1035.
Facta autem est fames in terra, & descendit Abraham in Aegyptum to. 2 1035.
13 Ascendit autẽ Abraham ex Aegypto ipse & vxor eius to. 2 1035.
14 Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæorum to. 2 1035. d
Melchisedech sacerdotem dei altissimi esse accepimus 26. c
At vero Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum 22. a b
15 Domine quid dabis cum sine filio peream 32. c
Suspice cœlum & numera stellas si potes sic erit semen tuum 627. e
Accipe mihi vitulam triennem, & turturem & columbam 32. g h
Ego sum Deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum tom. 2 678. c
Tolle vitulam triennem, capram, arietem, turturem atque columbã 34. c to. 2 1036. c
Et erit testamentum meum super carnem vestram in testamentum æternum 17 766. a b
Domine si inueni gratiam coram te, ne prætereas puerum tuũ to. 2. 18 521. c
Non delebo propter decem 47. d
Saluans salua tuam ipsius animam, ne respexeris retrorsum tom. 2 19 502. b c
Non potero seruari in monte, ne me mala comprehendant, & moriar to. 2. 1036. b
Pluit dominus à domino ignem ac sulphur 602. c
Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo to. 2 1036. c
Eijce ancillam & filium eius 37. d 21
Quamobrem vidit Sara filium Agar Aegyptiæ ludẽtem cum Isaac filio suo 34. a
Per memetipsum iuraui, dixit dominus to. 2 647. f 22
Deus tentauit Abraham, dixitque ei Abraham 38. c d
Pone manum tuam super femur meum 41. d 24
Rebecca etenim seruium camelosque libenter potauit 42. c d
In Isaac vocabitur tibi semen 44. g 25
Hæ sunt generationes Isaac filij Abrahæ 43. f
Diligebat Isaac Esau 46. d
Populus populum superabit, & maior natu seruiet minori 43. c d
Pelliculasque hædorum circundedit manibus & colli nuda protexit 27 to. 2 1037. e
Manus quidem manus Esau 48. g
Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus 49 a
Deus autem meus benedicat te fili 52. h
Seruient tibi gentes, & adorabunt te principes 49. c
In pinguedine terræ erit benedictio tua 49. a
Factum est autem, inquit, cum Isaac senuisset 47 f
Dixitque Esau in mente sua vtinam appropinquent dies mortis patris mei 51. g
Cumque Iacob surrexisset, profectus est in terram orientis 55. f 29
Dixit enim Labam ad Iacob. Quoniam frater meus es 58. c d
Lia maior natu quatuor filios, Rubem scilicet, Simeonem, Leui atque Iudam peperit 61. b
Liæ oculi imbecilles fuere, Rachel pulchra facie 60. g
Da mihi de mandragoris 63. b
Rachel cum beniamin pareret, mortem obijt 65. a
Ex Bala Dan & Nephtalin 63. e
Dimitte me, ascendit enim aurora to. 2 71 g 179. g 32.
Ipse vero claudicabat pede to. 2 161. b
Onerantes iumenta, ite in terram Chanaam, & tollite inde patrem 45 vestrum to. 2 1035. f
Deus qui me alit ex infantia mea vsque ad hunc diem, & angelus 48 qui liberat me ex omnibus malis, benedicat pueros istos t. 2. 251. g h
Non auferetur sceptrũ de Iuda nec dux de femore eius donec veniat 49 Silo 823. h & to. 2 631. e

EXODI.

VEnite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur to. 2 cap. 1 103. 5. g
Discessit Moyses à facie Pharaonis, & habitauit in terra Madiam 2 56. e
Quid est hoc quod est in manu tua, respondit virga & ait illi. Projce 3 in terram to. 2 175. a
Ego sum qui sum, qui est, misit me ad vos 799. f g to. 2 224. f 4
Sacerdoti autem Madiam, erant septem filiæ pascentes oues patris sui Iethro 56. e
Tulit ergo Moises vxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinam to. 2 1037. b
Obsecro domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius to. 2 1036. f

4. Quam cùm immisisset in sinum protulit leprosam instar niuis to.2 1036.b
Iterum infer manum tuam in sinum tuum to.2 175.f
Accepit Sephora petram acutissimam, & circuncidit præputium filij sui 767.b
Filius meus primogenitus Israel 8.b
5. Emitte populum meum, vt mihi festum agant in deserto to.2 506.a & 1037.a
Deus hebræorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum in solitudinem to.2 1037.d
Et mensuram laterum quam prius faciebant imponetis super eos 1037.c to.2
7. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum to.2 1036.g
10. Hostias quoque & holocausta dabis nobis quæ offeramus domino deo nostro to.2 1038.a
12. Omnis alienigena non comedat ex eo & omnem seruum & emptũ argento, circuncides prius 768.h
Sint lumbi vestri præcincti & calciamenta in pedibus vestris to.2 672.g
13. Celebrabis hunc morem sacrorum, mense isto septem diebus azimis vesces to.2 1042.a b c d
Non duxit eos dominus per viam terræ philistinorum quæ vicina est to.2 1038.b
14. Stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel & erat nubes tenebrosa to.2 1036.c
Deus autem eos præcedebat interdiu quidem in columna nubis to.2 1038.c
15. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt to.2 1038.d
16. Egrediatur populus & colligat quæ sufficiunt per singulos dies 724.
Quousque non vultis audire mandata mea, & legẽ meã cognoscere 765.b
Vtinam mortui essemus in terra Aegyptius quãdo sedebam super ollas carnium to.2 1039.
Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum to.2 1039.e
Sume aureum vas vnum, mitte ibi manna quantum potest capere Gomor 726.a
17. Sitiuit ergo populus præ aquæ penuria, & murmurauit to.2 1038.d
Elige viros & egressus pugna contra Amalec to.2 1039.f
18. Esto tu populo in his quæ ad deum pertinent vt referas ea quæ dicuntur to.2 1049.b
19. Et vocauit Mosem in cacumen eius to.2 1040.f
Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras 706.c
Moses loquebatur, & respondebat dominus ei voce 703.e
20. Ego sum dominus deus tuus to.2 582.d
Non erunt tibi dij alieni præter me to.2 580.e
Sex dies operaberis: & facies omnia opera tua: septimo autem die sabbathum domini est to.2 1071.c
Non facies omne opus in eo to.2 1040.g
Honora patrem tuum & matrem tuam 568.g
Memento vt diem sabbati sanctifices 764.e f
Si altare lapideũ feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus to.2 1071.e
21. Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ to.2 1051.
Si bos cornu percusserit virum aut mulierem & mortui fuerint lapidibus obruetur tom.2.1052.h
Si autem bos alienus, bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit tom.2.1053.b.
Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ morte moriatur tom.2.1053.b.
Si quis aperuerit cisternã, & eam non operuerit &c. tom.2.1054.b
22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, tom.2.1053.c.
Si ignis egressus inuenerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum to.2 1054.c
Si immissum sit iumentum, vt depascat agrum alienum to.2 1054.e
Qui coierit cum iumento, morte moriatur to.2 1051.g
Diis non maledices to.2 623.e f
23. Innocentem & iustum non occides 698.b
Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis tom.2 1043.g.h

Non enim erit sine fœtu, neque sterilis inter filios Israel 59.e
Et facies propitiatorium impositione auri puri duorum cubitorum 10.2 174.c 25.
Et deaurabis eam auro purissimo intus & foris 1751.g
Tabernaculũ vero ita facies decem cortinas de bysso retorta tom.2 1071.b
Noui te præter omnes & gratiam inuenisti apud me 636.f 33.
Ecce inquit locus est apud me, & stabilis supra petram to.2 1045.b
Nisi tu ipse preeas mihi, ne educas me hinc 578.c
Et videbis posteriora mea to.2 1045.c
Dabo vobis pluuiam tempore suo 155.g
Impletisque sermonibus, posuit velamen super faciem suam tom.2 1045.b
Aaron solus semel in anno non sine sanguine vt lex iubebat sancta sanctorum ingrediebatur 23.h 36.
Mense primo in neomenia mensis vno die eriges tabernaculum 750.d 40.
Et pones in eo arcam testimonij, & teges eam velo 751.g
Et pones altare aureum, in quo adoleatur incensum coram arca testimonij 752.h
Allata mensa, pones super eam quæ rite præcepta sunt candelabrum stabit cum lucernis suis. 752.f

LEVITICI

Si homo munus offerat deo, offerat ex bobus & pecudibus. 67.f. Cap. 1.
De agnis & hædis ad holocaustum masculum & absque macula efferet 754.d.
Et tunc imponet manum suam super caput hostiæ 681.f.
Si vero anima offerat munus, similam offerat ex clibano 70.b. 2.
Venerunt parentes eius, vt offerrent pro eo hostiam 116.g.
Anima quæcunque peccat coram domino non voluntate 71.h. 4.
Si vero princeps peccauerit 72.h.
Si pontifex qui vnctus est peccauerit, vt populũ peccare faceret 72.e.
Anima si qua ignorauerit, & peccauerit non volens à sanctis domini, offeret 79.e. 5.
Et anima quæ iurauerit pronuncians labijs suis malefacere 77.c.d.
Anima quæcunque tetigerit omnem rem immundam 76.f.
Anima quæcunque peccauerit, & prætererit præcepta domini 82.a. 6.
Præcipe Aaron, & filiis eius, dicens: hæc est lex holocausti 84.h.
Hæc est lex sacrificij quod offerent filij Aaron Sacerdotis ante altare coram domino 85.d.
Hoc minus Aaron & filiorum eius, quod offerunt domino in die qua vnxeris eum 87.g
Omnis qui tetigerit ex illa sanctificabitur 86.a b
Hæc est lex nostri peccati 88.g
Loquere ad filios Israel, & dices: omnem adipem boum & ouium. 97.b 7.
Hæc est lex sacrificij salutaris quod offertur domino. Siquidem pro laudatione 93.D
Offeret adipes qui super pectusculum sunt 98.a
Omnis mundus manducabit carnes & anima quæcunque manducauerit carnes sacrificij salutaris 96
Qui tetigerit morticinia eorum immundus erit vsque ad vesperam & qui tetigerit immundum super mortuo. to.2.1072.b 11
Mulier quæcunque conceperit semen, & pepererit masculum 114.c 12
Quia aperte immundus est & confidenter pronunciabit eum mundum 1072.c 13
Præcipæ filiis Israel vt afferant tibi oleum purissimum 700.h 14.
Et accipient purgatos duos pullos mundos &c. to.2 180.
Et statuet cum sacerdos qui mundat eum 122.a
Loquere ad Aaron fratrem tuum vt non intret omni hora in sanctuarium 123.F 16.
Semel enim in anno Pontifex populum derelinquens ingreditur ad eum locum 126 D
Scriptum insuper est vt duos hircos ieiunans populus offerat ad sacrificium 133.c
Et accipiet duos hircos de capris pro peccato to.2.651.G
Et accipiet duos capros, sistétque eos coram domino ad ostium tabernaculi testimonij to.2 58.d & seq. cap.
Qui habet dabitur ei 125.a
Quinto autẽ anno comedetis fructus congregantes poma to.2.1055.h 19
Iumentum tuum non facies coire cum animali alterius generis tom 2 1046.D

Ne maledicas surdo neque offendiculum facias coram cæco tom.2 1055.D
20 Estote sancti quia & ego sanctus sum dominus deus vester 135.e
Seruate præcepta mea & facite ea 136.g
Homo quicunque adulterauerit vxorem viri & vxorem proximi sui 136.g
21 Et sacerdos magnus ex fratribus suis 139.e
Qui infusum est oleum chrismatis super caput eius 140.F
Qui consummatas manus habet 140.F
Et vestimenta sua non disrumpet 140.g
Et ad omnem animam defunctam non intrabit 140.g
Quia magnus sacerdos est 140.h
Vxorem virginem de genere suo accipiet 42.a
24 Accipietis etiam similam & coquetis ex eo duodecim panes. 739.F
Præcipe filijs Israel, vt deferant tibi oleum de oliuis mundũ 144.f
Et sumetis similaginem, & facietis de ea 12. panes 145.c
Et superponetur superpositionem thus mundum 174.g
Et exiit filius mulieris Israelitidis 148.h
Homo si maledixerit Deum peccatum accipiet 151.f
Quod si in ciuitate murata vendiderit quis domum, per annum integrum habeat copiam redimendi 152.h
25 Sex annos seres agros tuos, & sex annos putabis vites tuas. In septimo vero requies erit agrorum sabbata domino 765.e
26 Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis 155.f
Manducabis vetera, & vetera veterum 95.g
Et ligna camporum dabunt fructum suum 157.a
Et vindemia comprehendat sationem 156.a
Et manducabitis panem in satietate 158.f
Et dabo pacem super terram nostram 158.c
Et dormietis, & non erit qui vos exterreat 158.d
Post hæc exterminabo bestias malas de terra vestra & pugna non transibit per terram vestram 159.e f
Et cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio 166.e
Et ponam tabernaculum meum in vobis 160.h
Et eritis mihi populus 161.a
Et habitabitis tuti super terram vestram 188.c

NVMERORVM

Cap.1. Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas to.2 1047.f
3 Numera filios leui per domos patrum suorum & familias to.2 1047.f
Sanctus erit: crescentes cæsarie capitis eius to.2 1048.
Igitur qua die erectum est tabernaculum operuit illud nubes & to.2 1047.d
Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco to.2.1048.e
10 Fac tibi duas tabulas argenteas ductiles quibus conuocare possis multitudinem to.2.1048.g
Arcaque fœderis domini præcedebat eos per dies tres prouidens castrorum locum to.2 .1048.e
11 Ore enim ad os loquor ei & palam 636.f
Et accensus in eos ignis domini deuorauit extremam partem castrorũ to.2.1048.f
Flebant enim hebræi Aegyptiæ memores copiæ, & diuinorum obliti bonorum 711.f
12 Quare ergo non timuistis, Aaron & maria detrahere seruo meo Moysi to.2 1049.c
15 Separabitis primitias domino de pinsendis panibus sicut de areis primitias separabitis ita & de pulmentis 739.e
Eum qui ligna colligebat in sabbato deus iussit cum lapidibus obrui to.2.1040.h Num.15. & 1041.a b c d
17 Sequẽti die egressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo leui 1049.c to.2
18 Et quidem de filijs Leui sacerdotum accipientes 29.d
19 Tollentque de cineribus combustionis 1072.b to.2
Præcipe filiis Israel, vt adducãt ad te vaccam rufam ætatis integræ 1049.a to.2
25. Et moratus est Israel in Setim & prophanus est populus 587.h to.2
26 Numerate omnem summam filiorum Israel, à vingiti annis & supra: nullusque remansit ex eis nisi Chaleb, filius Iephoniæ & Iosue filius Num. 1047.g tom.2
Die autem sabbathi auferetis duos agnos anniculos immaculatos 1071.to.2 28
Dederũtque millenos de singulis tribubus id duodecim millia expeditorum 1049.d to.2 31
Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum boum, asinorum ouium. &c. 1050.b c d. tom.2.
Dumque vidissent Iazer & galaad aptas animalibus alendis terras 1051.e. tom.2. 32
Debuerat enim profugus vsque ad mortem pontificis in vrbe residere 1055.g to.2 35

DEVTERONOMII

Dominus deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia 627.e Cap.1.
Leuabo in cœlum manum meam & iuro dextera mea 587.e to.2
Vt scias quod ego sum deus & non est præter me 635.f to.2 3
Ignis consumens deus noster est 71.e & 915.h to.2 4
Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies 675.h 6
Dominus deus tuus, dominus vnus est 913.b
Dominum deum tuum adorabis & illi soli seruies 236.f to.2 10
Non accipies personam in iudicium, quoniam iudiciũ dei est 698.c
Cum tibi venditus fuerit frater tuus hebræus aut hebræa & sex annis seruierit tibi 1051.f to.2 15
Non poteris alterius gentis hominem regem facere 1055 g.to.2
In lege scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est 795 g. 17.
Bene omnia sunt loquuti, prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum 706.b c d 18.
Prophetam suscitabo eis 630.D to.2
In trium ore aut duorum omne verbum stare 618.D 19.
Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt, quis est homo qui ædificauit domum nouam & cætera 1054.A to.2 20.
Si dormierit quis cum vxore alterius, vterque morietur 1052.E F tom.2 22.
Non arabis simul in vitulo & asino 1047.E to.2
Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Ita vt duntaxat quadragenarium numerum 055.F to.2 25.
Ego occidam & viuere faciam 78.A B 32.
Leuabo in cœlum manum meã & iurabo dextra mea 647.F to.2
Generatio praua & adultera hæc domino retribuitis 709.A & 809.A
Date Leui manifestationem eius 161 D tom.2 33.

IOSVE

Surge & transi Iordanem istum 1056.F Cap. 1.
Fac tibi cultros lapideos, & circuncide filios Israel 1071.E to.2 5.
Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem aialon 1056.F 10.
Et in sepulchro eius posuerunt cultros lapideos, quibus circuncidit filios Israel 769.A B 24.

IVDICVM

Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla asini & egressæ sunt ex eo aquæ 1072.E 1073.A to.2 Cap.15.

I. REGVM

Cum Anna esset amaro animo 627.F Cap. 1.
Et peperit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus 1056.H 15.
Vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras 1056.G 16.
Facta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis iugiter, quia Saul occidit Gabaonitas 1057.C D & 1058.A B C D & 1059.F G 21.

2. REGVM

Surgite, fugiamus: neque enim nobis erit effugium à facie Absalon 1057.A 15.
Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua & infixit eas in corde Absalon 1057.B 18.

24. Et dedit dominus mortem in Israel, à mane, vsque ad horã prandij 1059.H.& E 1060.

3. REGVM

17. Samuel relicto tabernaculo fixit altare I.Reg.7. & Elias autem diuiso templo Aram excitauit 1072.E
Surge & vade in Sarephtas & manebis ibi præcepi enim mulieri vt pascat te ibi 1060.
19. Cúmque venisset illuc, mansit in spelunca, & ecce sermo domini ad eum 1060.G

4. REGVM

2. Aduerte mihi vas nouum & mittite in illud sal 1060.H to.2
13. Quod cum tetigisset ossa Elisei reuixit homo 1060.H to.2
20. Fleuit Ezechias fletu magno 627.F

1. PARALIPOMENVM

Cap. 17. Samuel Agag interfecit I Reg. is Phinees Israelitam cum madianitide numer. 25. Filij Leui occiderunt quasi tria millia fratrum suorum. Exod. 32. Dauid prohibitus tamen est ædificare templum domino, quia vir sanguinum 1073.A B to. 2

2 PARALIPOMENON

Aedificauit que Ozias turres in Hierusalem super portam anguli 1061. A tom. 2
Et excidit cisternas multas, quoniam erant ei multa pecora 1061.B
26. C tom. 2
Et erat Ozias quærens dominum in diebus Zachariæ intelligentis 1061 D E 1062. A tom. 2
32. Et elatus fuit in oculis omnium gentium 1064.H to.2
Et precatus est rex Ezechias, & Esaias filius Ammos, & clamauerunt ad cœlum 1062.g.H.to.2
Et vidit Ezechias quod venit sennacherib, ad bellum gerendum in Hierusalem. 1062.B.C.D.& 1063.E F tom.2.
Et multi ferebant munera domino in Hierusalem, & dona Ezechiæ regi Iudæ 1064 F.G.tom.2
Et sepelij[erunt] Ezechiam in ascensu sepulchrorũ filiorum Dauid, & in gloriam & honorem dederunt ei in morte eius 1066.C,D. 1067. E.F.G. tom.2.
Et nõ secũdum retributionem quam retribuit ei deus, retribuit Ezechiæ 1065.B C & 1066.A B to. 2

3. ESDRÆ

ET quando egressus est adolescens attollens faciem in cœlum ex aduerso Hierusalem, benedixit regem cœli 1067. h & 1068.e f
Et cum audiuissent inimici tribus Iudæ & Beniamin, accesserunt ad
Cap. 3. cognoscendum quænam esset vox tubarum 1070.b c d to.2
Erant autem omnes ex Israel ab annos duodecim nato, absque pue-
5. ris & fœminis exierunt quadraginta tria millia & sexaginta 1069.a b c d & 1070.a tom.2

TOBIÆ

Cap. 4 Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram

IOB.

cap. 25 Nemo mundus à sorde 141. a
42. Quis est qui celat me consilium, continens autem verba in corde putat me celare 655. b

PSALMORVM

2 Filius meus es tu, ego hodie genui te 601. d 607. g 690. e to. 2
Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius 702.
Signatum est super nos lumen vultus tui lumine 622. a & 719. b
Scuto bonæ voluntatis coronasti nos 110 f
Quia non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi? 823. e f

Exaudiuit dominus vocem fletus mei, exaudiuit dominus deprecationem meam 831. e f 5.
Concepit dolorem & peperit iniquitatem 554. b 6.
Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia facta tua mirabilia 569 a
Quorum os maledictione & amaritudine plenum est 570. d
Iustus enim dominus, & iustitias dilexit æquitatem vidit vultus 7.
eius, rectus dominus deus noster & non est iniquitas in eo. 811. g 9.
Disperdit deus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, 621. d
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte 157. c to. 2 10.
Contritio & miseria in viis eorum, & viam pacis non cognouerũt 565. c 11.
Omnes pariter declinauerunt, & nequam sunt 568. e
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem 67. e to. 2 12.
Et posuit tenebras in occultationem in circuitu eius 703. g 13.
Quoniam tu illuminas lucernam meam domine 621. a
Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt 774. e
Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum 637. d 15. 17.
In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ, verba eorum 18.
Quoniam pones eos dorsum 684. f 20.
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies nocte, & non ad insipientiam mihi 863. g h
Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit, 712. e 22.
Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit 840. e
Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius 714. d 23.
Dominus virtutum ipse est rex gloriæ 688. h 257. a d to. 2
In ipso speraui cor meum, & adiutus sum: & refloruit caro mea 757. a 27.
Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem 980. f 29.
In chamo & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te 585. b 737. b 31.
Verbo domini cœli firmati sunt 310. e 478. d to. 2 32.
Qui finxit sigillatim corda eorum 655. g
Oculi domini super iustos 714. c 33.
Quis est homo qui vult vitã, & diligens dies videre bonos 670. b
Declina à malo & fac bonũ, cohibe linguam tuam à malo 777. b
Gustate & videte, quia suauis est dominus 758. e & 040. h
Accedite ad eum & illuminamini 620. h
Castra ponet angelus domini circa timentes se & eruet eos ibidem
Homines & iumenta saluos facies domine 77. a 35.
Quoniam apud te fons vitæ 615. f
In luce tua videbimus lucem 617. a
Retribuebant mihi mala pro bonis 671. h
Aduena ego sum in terra 11. e 37.
In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam deus 38.
meus volui 738. b 39.
Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum 897. a b c 40.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum Sititit in te anima mea 781. a' 41.
Emitte lucem tuam & veritatem tuam 602. c 621. b
Et declinasti semitas nostras à via tua 662. to. 2
Non enim in gladio suo possederunt terram 622. b 43.
Eructauit cor meum verbum bonum 382. b to. 2
Pro patribus nati sunt filij tui 574. a 953. a 44.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate 492. f to. 2
Propterea vnxit te deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis 98. b & 256. f g h & 642. b to. 2
Sedes tua deus in seculum seculi 694. a
Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ 663. f
Vacate, & cognoscite, quia ego sum dominus 591. h to. 2 45.
Fluminis impetus exhilarant ciuitatem dei 594. a
Quoniam dy fortes terræ vehementer eleuati sunt 992. e 46.
Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris 567. f 47.
Audite

48. Audite hæc omnes gentes auscultate omnes qui inhabitatis orbem 595. g
Vocauerunt nomina sua in terris suis 11. e
Homo cum in honore esset non intellexit 630. a
49. Deus manifeste veniet, & non silebit 667. e to. 2
Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos 906. b
Si esuriero non dicam tibi. Meæ sunt omnes animantes agri 591. e
56 Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ & lingua eorum gladius acutus 810. a
58. Non occides nos, nequando obliuiscamur legis tuæ 9. d
64. Non occidet dominus fame animam iustam prouerb. 10. parasti escã eorum & quia sic præparatio tua 710, b
65 Oculi eius ad gentes respiciunt 755. e
Probasti nos deus, igne nos examinasti 51. e
67. Deus cum egredereris in conspectu populi: cũ pertransires in deserto 751. b
Omnis terra adoret te deus, & psallat tibi. 67. f to. 2
Date gloriam deo: magnificentia & virtus eius in nubibus 691. b
Manda deus virtuti tuæ: confirma hoc deus quod operatus es in nobis 680. f
Currus dei decem millibus multiplex chiliades diligentium 594. d
68. Obscurentur oculi eorum ne videant & dorsum eorum semper incurua 954. b 734. a
Probrum expectauit anima mea & miseriam 577. a
Non me demergat tempestas aquæ, 709. b
In lege eorum scriptum est quia odio habuerunt me gratis 835. g
Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur
71. luna 1042. e to. 2
Reges Tharsis & insulæ munera offerunt 562. b
In consilio tuo deduxisti me 680. f
Quia ego confirmaui columnas eius 1022. d
Tu terribilis es, & quis resistet tibi ab ira tua 994. b
Panem de cœlo dedit eis, panem angelorum manducauit homo 724. & 737. b
Et deduxit tanquam oues populum suum & duxit eos tanquam gregem in deserto 579. g
78. Aprehendisti manum dexteram meam, in consilio tuo deduxisti me 382. g to. 2
Venerunt o Deus gentes in hæreditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum 581. b
79. Domine deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus oculi domini super iustos 820. b
80. Non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum ibidẽ
Exurge deus, iudica terram, & quoniam deus index est hunc humiliat, & hunc exaltat 691. g
81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes 612. g 631. e f 221. a
257. c 405. c 539. b 629. b 739. b tom. 2
Beati qui habitant in domo tua domine 3. h
84. Vt habitet gloria in terra nostra 593. d
86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei 573. b
88. Quis in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit domino in filijs dei. 637. a. 920. e. 280. e.
Gloria potentiæ eorum tu es, & non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, ibidem, & 43.
In lumine vultus tui ambulabunt. 622. b.
90. Angelis suis de te mandabit, vt custodient te in omnibus vijs tuis. 566. a.
91. Plantati in domo domini, in tabernaculis dei nostri florebunt, ibidem
93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. 760. f.
94. Venite, adoremus & procidamus ante eum, & ploremus coram domino. 677. a.
Iursui in ira mea, si ingredientur in requiem meam. 749. b.
95. Beatus homo, quem tu corripueris, domine, & de lege tua decueris eum: vt mitiges ei à diebus malis. 946. a. b. c.
Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini. 386. a.
96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. 622. a,
98. Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. 555. f.
101. Ipsi peribunt, tu autem permanes, 286. b. 685. a. to. 2
Et omnes vt vestimentum veterascent. 665. a.
Tu autem idem ipse es 599. g 615. g 665. A
102. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius 624. g

Emittes spiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ 478. b & 482. g
Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua 393. c 574. A tom. 2
Non secundum iniquitates nostras fecit nobis 574. C
Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis 103.
557. B to 2.
Omnia in sapientia fecisti 433. A to. 2
Draco iste quem fecisti ad illudendum ei 810. D & 811. E
Emitte populum meum, Exod. 8 quando diuidebat altissimus gen- 105.
tes Deut. facta est pars domini populus Iacob. 32. & 630. C
Quoties exacerbauerunt eum in deserto, adiram concitauerunt eum in terra siticulosa 578. D
Emisit verbum suum, & sanauit eos, 579. F 647. h
Cœli enarrãt gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firma- 108.
mentum 549. D to. 2
Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum 109.
tuorum 638. b
Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum 600. f 861. b
Ex vtero ante luciferum genui te 608. g 638. b
Exortum est in tenebris lumen rectis corde 822. d 111.
Misit præterea in tenebris lumen rectis 622. b
Auerte oculos meos ne videant vanitatem to. 2.
Iustus es domine, & recta iudicia tua 679. f
Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis 793. d
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo 746. b
In via tua viuam. Viam mandatorum tuorum cucurri 581. d
In corde meo abscondi eloquia tua, ignitum eloquium tuum vehe-
menter, 946. b
Reuela oculos, & considerabo mirabilia de lege tua 629. d
Priusquam humiliarer ego deliqui 625. c
Iustitia tua, iustitia in seculum & lex tua veritas 589. d
Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei 130
834 C.D.
Preparaui lucernam christo meo. ibidem 131
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, & hic habitabo quoniam elegi 86.
eam 564. e.
Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tuæ fugiam 918. a. b. c. d. 138.
Mirabilis facta est scientia tua ex me 913. a.
Pone domine custodiam ori meo ostium circũstantiæ labiis meis 582. a
Qui posuit fines tuos pacem adipe frumenti satiat te 879. f.
Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel. 771. e.
Laudate eum cœli cœlorum 776. b.
Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini 148.
561. d.

PROVERBIORVM.

Deus sapientia terram fundauit 273. a. tom. 2. cap. 3.
Honora dominum ex tuis iustis laboribus 676. g. 5.
Coram oculi dei sunt viæ viri, omnesque semitas eius considerat 576. f. tom. 2.
Mors & vita in manu linguæ 576. f. to. 2 8.
Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua 263. b. & seq. & 267. e. & seq. & 271. e.
Ante omnes colles genuit me ibid. g. 273. a. b.
Quotidie lætabar coram eo omni tempore 628. e.
Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ eius 80. f. 13.
Iustus suiipsius in sermone accusator est, & laudet te proximus tuus, 18.
& non os tuum 698. d.
Pestilente flagellato mulctato, stultus sapientior erit & paruulus 19.
799. g. h.
Gloria enim domini obscurat orationem, vel est celare verbum 668. f. 25.
Diuitiæ iniuste congestæ euomentur é domo eius 571. f. 28.

CANTICI CANTICORVM

Meliora sunt vbera tua vino 593. c. cap. 1.
Ego flos campi, & lilium conuallium 572. g. 2.
Comedite & bibite & inebriamini qui prope estis 712. f. 5.

SAPIENTIÆ

Cap. 1. *In malignam animam sapientia non ingredietur* 607. *h*
spiritus domini repleuit orbem terrarum &c. 477. *b.* 639. *to* 2.
Inuidia enim diaboli mors intrauit in mundum 628. *g.*
Igemus iustum, quia inutilis nobis est 554 *b.*

ECCLESIATICI

Cap. 15. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum* 777. *b.*
Cibabit illum pane vitæ & intellectus: & aqu sapientiæ salutaris potabit illum 881. *a.*
93. *Init ium necessuriæ rei vitæ hominum aqua, ignis ferrum, sal, lac & panis* 775, *c.*

ESAIÆ

Cap. 1. *Audi cælum, & ausculta terra, quia dominus locutus est* 153. *f.*
Filios genui & exaltaui 413. *b. tom.* 2.
Nouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui 154 *g.*
Væ genti improbæ, populo vitijs onusto 155. *a.*
Terra vestra vastata est, vrbes vestræ igni crematæ sunt 156. *c.*
Derelinquetur filia Sion vt casa in vinea 166. *d.*
Et nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen 167 *g.* 564. *g.*
Audite verbum domini principes Sodomæ, attende legem populus Gomorrhæ 168. *f.*
Festa vestra odit anima mea 169. *d.*
Satietas ac tædium vestri me cæpit 170. *a.*
Lauamini, mundi estote 170. *d.*
Discite bene facere, exquirite iudicium 172. *e.*
Et si volueritis, & si audieritis, bona terræ commedetis 173. *a.*
Quomodo facta est meretrix Sion ciuitas fidelis 183. *d.* 554. *a.*
Argentum vestrum reprobum canponestui miscent vinum 174. *c.*
Idcirco ait hic dominator dominus Sabaoth, væ potentibus Israel 175 *g.*
Et inducam manum meam tibi 176. *f.* 565. *a.*
Inobedientes perdam, & perdam omnes iniustos 177. *a.*
Quapropter rubore suffundeatur in idolis suis 177. *c*
Et erit fortitudo eorum velut culmus stuppæ 178. *c*
2. *Erit in extremis diebus spectabilis mons domini* 179. *g* 560. *e*
Adeste ascendamus in montem domini sanctum 180. *f*
Et iudicabit inter gentes & arguet populum frequentem 180. *h*
Et nunc domus Iacob, venite & ambulemus in luce domini 181 *c* & 622. *c*
Quoniam repleta est vt ab initio regio illorum vaticinationibus, vt terra alienigenarum 182. *d*
Impleta est enim regio illorum argento & auro 183. *f*
Et nunc mirate in petras, & abdimini in terram, a facie timoris domini 184. *g*
Dies domini Sabaoth super omnem contumeliosum 185. *b*
Et manu facta abscondent cum intulerint in specu & in scissuras petrarum 186. *a*
Auferetur etiam ab illis fortitudo panis & fortitudo aquæ 187. *h*
3 *Auferet similiter & gigantem & prapotentem* 188. *g*
Auferet etiam præterea inquit prophetam & coniectorem 189. *a*
Substituam adolescentulos principes, & derisores dominabũtur illis 190. *a*
Et concidet populus, homo ad hominem 190. *b*
Quia apprehendet vir fratrem suum vel familiarem patris sui 190. *c*
Quia dimittetur Ierusalem, & Iudæa concidet 191. *f*
Populemi qui vos beatos prædicant 93. *c*
Sed nunc se ad Iudicium constituet dominus 194. *b*
Hæc dicit dominus, pro eo quod elatæ sunt filiæ sion 195. *f*
Et auferet dominus gloriam vestitus earum 196. *d*
Et erit pro odore suaui fœtor 196. *h*
4 *Et apprehendent mulieres septem vnum virum dicentes, Panem nostrum edemus* 197. *c*
Quia eluet dominus sordes filiorum & filiarum Sion 198. *d*
Et veniet & omnem locum montis Sion & omnia quæ in circuitu eius sunt obumbrabit nubes die 199 *g*
5 *Vinea erat dilecto in cornu in loco opimo, & sepem circundedi* 200 *g*
Ædificaui turrin in medio eius. 200. *f*
Nunc annunciabo quid faciam vineæ meæ 200. *c*
Vinea domini Sabaoth domus Israel est 202. *c d*
Væ iis qui iungunt domum cum domo 203. *f*
Si enim fuerint domus multæ magnæ & pulchræ desertæ erunt, 204. *e*
Væ iis qui expergiscuntur mane, & sectantur siceram 204. *f*
Captiuus igitur populus meus factus est quia dominum non cognouit 205. *a*
Et pascentur direpti vt tauri 206. *b*
Vę dicentibus malum bonum, & bonum malum 207, & 587. *f*
Væ his qui inter vos ad bibendum vinum 208. *e*
Propterea quemadmodum exuretur stipula a carbone ignis 208. *g*
Non enim voluerunt legem domini Sabaoth 209. *a*
In omnibus iis non auersa est ira, sed adhuc manus eius excelsa 209. *c*
Et factum est in anno quo mortuus est Oζias *rex: vidi dominum* 6 *Sabaoth sedentem in solio excelso & eleuato* 210. *c*
Et commotum est superliminare a voce qua clamabant & domus repleta est fumo 212. *g* 643. *f*
Et dixi, ô me miserum, quia compunctus sum 213. *a*
Et missus est ad me vnus de Seraphin 170. & 213. *tom.* 2
Et audiui vocem domini dicentis, quem mittam? 214. *c*
Et dixit, Proficiscere, & dic populo, Audietis, & non intelligetis 215. *f* & 728. *f*
Et dixit: Quousque domine, donec vastentur vrbes 215. *h*
Et adhuc in illa est decimatio, & rursus erũt direptioni vt therebinthus 216. *f*
Et factum est in diebus Achaz filij Ioatham 217. *a* 7
Et renunciatum est domui Dauid à dicentibus, conspirauit terram cũ Ephraim 217. *d*
Et dixit dominus ad Esaiam, egredere in occursum Achaz 218 *a*
Et filius Aram & filius Rhomeliæ quia consultarunt consilium prauum 218. *d*
Sed caput Aram Damascus & caput damasci Rhasim 219. *e*
Et perrexit dominus loqui Achazo dicens postula tibi 219. *h*
Et dixit, audite domus Dauid, num parum vobis molestiam exibere hominibus 220. *f*
Ecce virgo prægnans erit & pariet filium 220. *g.* 772. *e*
Et erit in die illa sibillabit deus muscis quæ dominabuntur parti fluminis Ægibti 222. *b*
In die illa, radet deus nouacula magna & inebriata 223. *e*
Erit etiam in die illa, alet homo buculam & duas oues 223. *g*
Et erit in die illa omnia loca, in quibus sunt mille vites 224. *e*
Et omnis mons aratus arabitur & non veniet eo terror 224. *g*
Antequam puer cognoscat bonum aut malum eliget bonum 760. *e*
Si non credideritis, nec intelligetis 741. *a*
Et dixit dominus ad me, Sume tibi librum nouum magnum 225. *a* 8
Et accessit ad prophetissam, & in vtero concepit & peperit filium 226. *a.*
Et dixit mihi dominus voca nomen eius velociter spoliato 226. *c*
Et perrexit dominus loqui mihi, quoniam non vult populus iste aquã Siloam fluentem placide 227. *f*
Nobiscum Deus, scitote gentes, & vincimini 228. *g*
Sic dicit dominus forti manui, immorigeri sunt 229. *a*
At timorem eorum ne timueritis, nec turbemini 229. *c*
Domus Iacobi in laqueo & in volutabro, sedentes in Hierusalem 230. *a*
Et dicet, Expectabo deum qui auertit faciem suam à domo Iacob, 230 *d*
Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus 231. *f*
Et si dixerint nobis, requirite vates de terra vocem edentes 231. *h*
Et inuadet vos dura fames, & erit vt esuriatis 232. *g*
Hoc primum bibe, cuo fac regio Zabulon 233. *f* 9
Hi lætabuntur coram te, quasi qui lætantur in messe 234. *g*
Propterea tolletur iugum ipsis impositum, & virga super colum ipsorum 234. *h*
Quia omnes tollam congregatam fraude 235. *f*
Mortem immisit deus in Iacob, & inuasit in Israel 237. *b*
Allidet deus consurgentes contra montem Sion, & montes dissipabit 238. *d*
In his omnibus non auersus est furor, sed etiamnum manus excelsa est 239. *g.*
Et abstulit dominus Israeli caput & caudam 240. *f*
Proinde iuuenibus eorum non delectabitur deus 241. *b.*
In omnibus his non auersus est furor, sed adhuc manus excelsa. 242. *a*
Et vocabitur magni consilij angelus 892. *e f.*
10. *Vlulate sculptilia in Hierusalem & Samaria* 245. *a.*
Et erit, quando expediuerit dominus omne opus suum in montem Sion & Hierusalem 245. *c.*
Num gloriabitur sine illo qui secet ea? 246. *b*
Et erit lux Israelis, pro igne, & sanctificabit eum igne ardenti, & edet sicut fœnum siluam 246. *c*
Et erit die illa non deinceps residuum in Israel 247. *g.*
Et erit populus Israelis velut arena maris reliquiæ eorum seruabuntur 248. *e.*
Tunc enim tunc verbum conscindens in iusticia 248. *g*
Propterea hæc dicit dominus Sabaoth ne metue populemi 248.
Et excitabit deus in eo secundum plagam Madiam 249. *b.*
Veniet enim in ciuitatem angelus, & transibit per mageddo 250. *b.*
Consolamini hodie in via vt maneat 250. *e*
Ecce dominator dominus Sabaoth conturbabit gloriosos fortitudine 252.
11. *Et egredietur virga ex radice Ieſſe & flos è radice ascendet* 253. *a* & 772. D
Non opinione iudicabit neque ex sermone redarguet 254. *d*
Non arguet ex sermone 255. *f*
Spiritu labiorum auferet impium 256. *e*
Cum pascet lupus cum agno & pardus cum accubabit hœdo 256. *g*
Sed & vitulus & taurus & vitulus & leo simul pascentur, 257. *a*
Et puer parulus in foramina Aspidum 257. *d*
Et erit die illa radix Ieſſe & qui consurgit vt sit princeps gentium 258. *a*
Erit autem requies eius honor 258. *b*
Et die illa perget dominus ostendere manum suam 258. *d*
Et tollet signum in gentes & congregabit perditos Israelis 259. *f*
Et extendentur in manibus alienigenarum 260, *f*
Filij autem Ammon primi obedient 260. *h*
Et vastabit dominus mare Ægypti 261. *a*
Quid tibi faciam Ephrain? quid tibi faciam Iuda 574. *c*
Et dices die illo predicabo te domine 262. *a*
12. *Et haurite aquam cum lætitia ex fontibus salutis* 263. *g* & 672. *d* & to. 2. 737. *b*
Et dices die illa: hymnis celebrate dominum 263. *f*
Conquirens quere: & apud me habita 740. *e*
13. *Visio quam vidit Esaias filius Ammos contra babylonem* 264. *e*
In monte campestri tollite signum 264. *h*
Væ gentium multarum in montibus similis gentium multarum 266. *a*
Plorate: prope enim est dies domini 266. *c*
Ecce enim dies domini venit insanabilis furoris & iræ 267. *e*
Et erunt superstites pretiosores auro obrizo 267. *g*
Cœlum enim irascetur & terra cõcutietur à fundamentis suis propter furorem iræ domini Sabaoth 267. *g*
Et erunt reliqui quasi damula fugiens 267. *h*
14 *Sed requiescentes tibi bestiæ & implebuntur domus sonitu* 269. *d*
Accipient eos gentes & introducent in locum suum 270. *a*
Et vtris hoc luctu in regem Babylonis 270. *d*
Omnis terra clamat cum lætitia & ligna libani lætabuntur in te 271. *f*
Infernus subtus exacerbatus est tibi occurrens 271. *h*
Quomodo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens 272. *g* & 811. *h*
Tu autem dicebas in animo tuo in cœlum ascendam 272. *h*
Omnes reges terræ dormierunt in honore 273. *d*
Quemadmodum vestis conspersa non est munda 274. *a*
Semel improbum preparæ liberos tuos vt occidantur vt culpas patris tui, 274. *g*
Hæc dixit dominus sabaoth: vt dixi, ita erit 275. *g*
Hoc est consilium quod decreuit dominus de omni terra, 276. *e*
Anno quo mortuus est Achazus, factum est verbum hoc 276. *f*
Ex semine serpentis egredientur progenies aspidum. 277. *c*
Et pascentur mendici per ipsum 277. *d*
Plorate portæ vrbium clament vrbes turbatæ 278. *b*
Et quid respondebunt reges gentium quia dominus fundauit sion, 278. *c*
Inducam enim in vallem Arabes & capient eam 281. *a* 16.
Num petra deserta est mons Sion 282. *a*
Deinde vero Arnon plura consule 282. *b*
Et instaurabitur cum misericordia solium 282. *d*
Audiuimus insolentiam Moab, valde insolens est 283. *f*
Superbiam sustuli 283. *g*
Non sic diuinatio tua, non sic 283. *g*
Plorabit Moab in Moabitide enim omnes plorabunt 285. *h*
Et non reuerebuntur campi Esebon 184. *e*
Non contingit te errare per eremum 284. *f*
Propterea plorabo velut Iaser, vitim sebannæ 284. *f*
Propterea venter meus super Moab velut cythara sonabit 284. *h*
Et erit tibi dedecori ac pudori, quod laborauerit Moab super aris 285. *a*
Hoc est verbum quod locutus est dominus super Moab 285. *b*
Et nunc dico in tribus annis annorum mercenarij 285. *c*
Verbum contra damascum 286. *a* 17.
Ecce Damascus tolletur à ciuitatibus 286. *c*
Et non amplius erunt munitiones vt confugiat illuc Ephrain 286. *d*
Hæc dicit dominus Sabaoth; erit die illa defectio gloriæ Iacob, 287. *f*
Et erit perinde ac si quis congreget messem stantem 287. *h*
Hæc dicit dominus deus Israel die illo confidet homo ei qui fecit eum 288. *e*
Die illa erunt derelictæ vrbes tuę 288. *g*
Propterea plantabis plantationem infidelem 289. *a*
Væ multitudini gentium multarum 289. *c*
Ad vesperum erit luctus antequam sit diluculum 290. *b*
Væ terræ nauium, aliis vltra flumina Æthyopiæ 291. *e*
Nunc fluuij terræ omnes vt regio habitata 293. *b*
Quasi in signum à monte leuabitur quasi tubæ vox 293. *c*
Quia sic dixit mihi dominus, securitas erit in mea ciuitate 293. *d*
Quando consummatus est flos & immatura vua vua florebit 294. *a*
Tempore illo adducentur munera domino Sabaoth à populo afflicto 294. *c*
Ecce dominus incidet nubi Leui 295. *f* 19
Et concitabuntur Ægypty aduersus Ægyptios 296. *g*
Et interrogabunt dees suos & imagines suas 296. *h*
Hæc dicit dominus Sabaoth: & bibent Ægyptij aquam quæ iuxta mare 297. *c*
Quomodo dicetis regi filij intelligentium nos 298. *c*
Et stulti erunt principes Taneos 298. *b*
Defecerunt principes taneos 299. *f*
Die vero illa erunt Ægyptii velut mulieres in timore 299. *h*
Die illa quinque ciuitates in Ægypto loquentur linguæ chananææ, 300. *f*
Die illa erit altare domino in regione Ægyptiorum 301. *a*
Quia clamabunt ad dominum propter afflictantes se 301. *e*
Et percutiet dominus Ægyptios plaga magna 302. *b*
Die illa erit via Ægyptius ad Assyrios 302. *d*
Die illa erit Israel tertius ac inter Ægyptios & Assyrios benedictus in terra 303. *e*
Anno quo ingressus Tanatham in Azothum 303. *g* 20.
Et erubescent victi super Æthyopas 304 *h*
Prævaricans prævaricator inquus iniqua agit 305. *d* 21.
In me elamitæ & Persarum legati in me venient 306. *a*
Parate mensam, bibite, edite, 306. *c*
Quia sic dixit dominus mihi. Idest tibi constitue speculatorem 307. *e*
Audi auditionem multam, & voca Vriam inspeculã domini 307. *g*
Cecidit Babylon & omnes imagines eius 308. *e*
Audite derelicti & dolentes, 308. *f*
Ad me clamat de Siir 309. *f*
Custodite propugnacula, custodiam mane & nocte 309. *g*
Si quæsieris, quære & apud me habita 309. *h*
Quia sic dixit mihi dominus: adhuc annus quasi annus mercenarij 310. *f*
Quid factum est tibi quod nunc ascendistis omnes tecta vana 311. *f*
Omnes principes tui fugerunt 312. *e* 22

Ideireo dixi dimitte me, amare flebo 312. f
Erant à paruo ad magnum 312. g
Elamitæ vero acceperunt Pharetras 312. h
Et viderunt quod plures sunt 313. b
Et vocauit dominus Sabaoth die illa ad duplum 313. d
Hæc dicit dominus Sabaoth, vade in pastophorium 314. c
Et erit die illa vocabo puerum meum Eliachim 315. e.
Hæc dicit dominus Sabaoth: mouebitur homo firmatus loco fido 316. f
23 Vlulate naues Carthaginis quia perierunt 316. f
Qui similes facti sunt qui habitant in insula 317. b
Erubesce Sion dixit mare 317. c
Quando autem auditum fuerit in Ægypto 717. d
Transite in carthaginem: vlulate qui habitatis in hac insula 317. d
Nunquid hæc vestra contumelia ab initio 318. a
Mercatores eius clari, principes terræ 318. b
Cole terram tuam 318. c
Sed exercituum dominus precepit chanaam 318. d
Et si abieris ad citienses 319. e
Vlulate nauigia carthaginis 319. f
Et erit in die illa, derelinquetur tyrus 319. g
Et erit post septuaginta annos erit Cyrus quasi canticum meretricum, 319. g
Et erit post septuaginta annos inuiset dominus Tyrum 320. e
24. Ecce dominus dissipabit orbem terrarum 321. f
Et erit populus vel sacerdos & seruus vt dominus 321. a
Luxit terra & corruptus est orbis 321. c
Propterea quod transgressi sunt legem & mutauerunt precepta 321. d
Propterea pauperes habitabunt in terra 322. b
Lugebit vinum lugebit vitis 322. c
Quemadmodum siquis racemat oliuam 323. e
Qui vero in terra superstites erunt exilarabuntur cum gloria domini 323. f
Turbabitur aqua maris propterea gloria domini in insulis excitt maris 324. e
Dominus deus Israel ab alis terræ portenta audiuimus 314. g
Quia ianuæ cœli apertæ sunt & concutientur fundamenta terræ, 325. a
Et inducet deus super ornatum cœli magnum 325. b
Quia regnauit dominus in Sion & in Ierusalem 326. c
25. Domine deus meus celebrabo te 328. e
Quia redegisti vrbes in tumulum 328. g
Propterea benedicet tibi populus mendicus 329. e
Et faciet Sabaoth omnibus gentibus super montem hoc 329. b
Absorpsit mors potens & rursum abstulit deus omnem lachrimam ab omni facie 329. d
Et dicent die illa, ecce deus noster in quo speraiumus 330. a
Et conculcabitur moabitis quemadmodum calcant aream plaustru, 330. c
26. Die illo cantabunt carmen istud in terra Iudæi dicentes ecce ciuitas minuta 331. f
Aperite portas ingrediatur populus 331. b
Deus magnus, æternus humiliando deduxit habitantes in excelsis, 332. e
Via piorum recta facta 332.
De nocte vigilat spiritus meus ad te deus 333. a & tom. 2. 174. A
Iniquitatem dicitis qui inhabitatis terram 333. b
Et excelsum brachium tuum & non cognouerunt 333. d
Domine dominus noster pacem da nobis 334. c
Mortui vitam non vident 335. e
Domine in afflictione recordati sumus tui 335. b
Propter timorem tuum domine nos vterum gessimus & parturiuimus 336. g & 572. f
Non cademus sed cadent habitantes in terra 336. h
Vade populo mi ingredere in conclauia tua 337. b
Resurgent mortui & suscitabuntur qui sunt in monumentis 626. d
27. Die illo inducet deus gladiũ sanctum & magnum & fortẽ, 337. d
Die illo vineæ bonæ desiderium incipere contra eam 338.
Nihil est quod non apprehendit eam 338. d
Propter hoc igitur fecit dominus deus omnia quecunque ordinauit 340. f
Faciamus pacem cum eo 340. g
Nunquid vt ipse percussit sic & ipse cædetur 341. e
Nonne tamen eras qui meditabaris spiritu duro interficere illos spiritu furoris 341. g
Propter hoc auferetur iniquitas Iacob 341. h
Translatus rex dimittetur vbi grex derelictus 341. b
Mulieres venientes à spectaculo adeste, 341. d
Et erit in die illo, obsepiet dominus à fossa fluminis 342. c
Et erit die illo clangent tuba magna 343. e
Væ coronæ iniuriæ, mercenarii Ephrain 343, g 28.
Ecce forte & durum ira domini 344. g
Die illo dominus sabaoth corona spei 345. a
Et flos cadet de spe gloriæ 345. a
Hi enim vino errauerunt, errauerunt præsicera 345. d
Execratio deuorabit hoc consilium 346. b
Qui annunciabimus mala & cui annunciabimus nunciam 346. b
Ablactati à lacte aulsi ab vbere 347. f
Quia loquentur populo huic dicentes hæc est requies bibent 348. e
Et erit eis verbum dei afflictio super afflictionem 34.8 f
Adhuc paululum adhuc paululum, vt vadant 348. g
Propter hoc audite verbum domini viri afflicti 348. h
Propter hoc sic dicit dominus: ecce ego immitto in fundamenta sion 349. c & 753. C
Et qui credunt frustra mendaces sunt 350. a
Discite, audite coangustati non possumus pugnare 350. c
Et vos ne lætemini neque roborentur vobis vincula 351. f
Auribus percipite & audite vocem meam 351. h
Nunquid tota die debet arans arare 352. f
Et erudieris Iudicio dei tui & lætaberis 353. a
Consilium inite, extollite vanam consolationem 353. c
Væ ciuitati Ariel quam Dauid expugnauit 353. d 29.
Et erunt sicut puluis de rota, diuitiæ impiorum 355. e
Visitatio enim erit cum tonitru & commatione 355. f
Et erunt vt somniantis in somno diuitiæ gentium omnium 355. f
Deficite & ebstupescite & inebriamini 355. g
Et erunt nobis omnia ista verba velut sermones libri signati huius, 356. e
Propter hoc ecce rursus transferam populum istum 357. a
Væ iis qui profundum consilium capiunt 357. a
Nonne vt lutum figuli reputabimini 357. c
Nonne iam breui transferetur libanus 357. d
Et audient die illa surdi, sermoni libelli 358. b
Defecit iniquus & periit superbus 358. c
Propterea hæc dicit dominus super domum Iacob quam segregauit Abraham 359. e
Et cognoscent spiritu errantes intelligentiam 359. g
Væ filiis de generibus hæc dicit dominus 359. h
Nunc ergo sede & scribe in buxo hæc & in lib. 361. e
Quia non credidistis sermonibus his 363. a
Sic dicit dominus sanctus Israel: cum conuersus ingemueris 363. b
Vana fortitudo vestra facta est & noluistis audire 362. c
Et rursus expectat deus vt misereatur vestri 363. e
Et dabit vobis dominus panem afflictionis 363. g
In afflictione & angustia, Leo & catulus leonis inde 361. a 29.
Et offeres idola argentea & deaurata imminuta comminues 364. e
Tunc erit pluuia simili terræ tuæ. 364. f
Quin & panis germinis terræ tuæ erit abundans & pinguis 264. h
Et erit super monte excelso & super omni colli sublimi 365. a
Et erit lux lunæ quasi lux solis 365. b
Ecce nomen domini venit post multum temporis ardens furor cum 30. gloria 366. a
Num semper oportet vos lætari? & semper ingredi sancta mea 367. e
Per vocem enim domini vincentur Assyrii plaga ea 367. f
Non enim ante dies lues 367. g
Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium 368. f 31,
Dominus autem adducet manum suam in eos 368. h
Quia sic dixit mihi dominus quemadmodum si clamarit leo 368. h

Conuertimini qui profundum consilium consultatis & iniquum, 369. c
Quia die illa auferent homines manu facta argentea & aurea 369. e
Petra enim circundabitur quasi vallo 370. a
Occulti videbunt Hierusalem ciuitatem diuitem tabernacula quæ non quatientur 765. c
Stultus stulte loquetur: & cor eius vana intelliget 726. c
32. Hæc dicit dominus beatus qui habet in sion semen 370. b
Et non erunt amplius confisi hominibus sed aures dabunt ad audiendum 371. f
Mulieres diuites surgite, & audite vocem meam 372. f
Consummata est vindemia cessauit semen vt non amplius veniat, 372. g
Donec adueniat in vos spiritus ab excelso 373. b
Et grando si descenderit, non inuadet vos 374. b
Beati ferentes per omnem aquam 374. c
Aperiam in parabolis os meum psal. 77. Et erit homo occultans sermones suos 726. e
33. Væ iis qui miseræ faciunt vos 375. e
Domine miserere nostri tibi enim confisi sumus 375. f
Propter vocem timoris tui obstupuerunt populi 375. g
Sanctus Deus qui habitat in excelsis 376. e
Ecce timore vestro ipsi timebunt 376. f
Luxit terra erubuit libanus. 376. h
Non exurgam dixit dominus, nunc glorioſe prædicabor 377. b
Audient qui longe sunt quæ feci 377. e
Quis annunciabit vobis quod ignis ardeat 378. b
Ambulans in iustitia loquens rectam viam 378. b
Vbi sunt literati? vbi consiliarij 378. d
Ecce sion ciuitas salutare nostrum 379. h
Non ambulabis per hanc viam neque ambulabit nauigium insonũ, 380. f
Dirupti sunt funiculi tui quia non prenaluerunt 360. h
Igitur mihi claudi prædam agent 381. a
34 Accedite gentes & audite principes 381. c
Ecce ad iudicandam descendet 382. b
Quia sacrificium in Bosor domino 382. c
Dies enim iudicij domini & annus retributionis iudicij sion 382. d
Principes eius non erunt reges enim & principes 383. f
Et renascentur in ciuitatibus eorum spinea ligna 383. g
Et seruauit terra filios eius in securitate 383. h
35 Lætare desertum sitiens exultet solitudo 384. g
Corroboramini manus remissæ 384. h
Quia rupta est in deserto aqua 385. c
Illic erit via pura & via sancta vocabitur 385. d
Non erit Ibeleo nec parua bestia illuc ascendet 765. A
Lætitia æterna super caput eorum 653. b
Confortate manus dissolutas, & renouabit te 15. f
36 Factum est autem quarto decimo anno regnante Ezechia 386. b
Et exiuit ad eum filius Eliachim filius Cherciæ 386. d
Quod si dicetis domino deo nostro confidimus 387. f
Serui sunt qui confidunt in Ægyptiis 387. g
Et dixit ei Eliachim & Somnas scriba & Ioach. 387. g
Et stetit Rhapsaces 388. e
Ne decipiat vos Ezechias dicens deus vester liberabit vos 386. f
Si vultis benedici, egredimini ad me, & comedite vnusquisque de vinea sua & ficu sua, & bibite aquam cisternæ vestræ tom. 2 498. D & 499. E
37 Et intrauit Eliachim Chelciæ œconomus 389. a
Et misit Eliachim œconomum 389 b
Et dixit eis Esaias Sic referetis domino vestro 389. d
Et reuersus est rhapsaces 390. a
Et accepit Ezechias librum à nunciis 390. c
Vere quidem vastarunt reges Assyriorum orbem terræ vniuersum 390. b
Et missus est Esaias filius Ammos ad Ezechiam 391. e
Hic est sermo quem locutus est de illo deus contemnit te 391. f
Nonne hæc audisti olim quæ ego feci 392. f.
Nunc autem requiem tuam & exitum tuum & introitum tuum ego noui 392. g.
Et injiciam circulum in naso tuo 392. h.
Hoc autem tibi signum, comede hoc anno quæ seminasti 393. a.
Propterea sic dicit dominus contra regem assyriorum nequaquam intrabit ciuitatem hanc 393. g
Hæc dicit dominus protegam ciuitatem hanc 393. c. 38.
Et egressus est angelus domini & occidit ex castris Assyriorũ centum & octoginta millia 394. a.
Factum est autem eo tempore ægrotauit Ezechias 394. d.
Et factum est verbũ domini ad Esaiam dicens: Vade & dic Ezechiæ 395. f.
Ego dixi in excelso dierum meorum 365. e. 39
Quasi irundo sic vociferabor 396. g.
Non enim qui apud inferos sunt laudabunt te 396. b.
Et dixit Esaias ad Ezechiam: capite massam ficuum 397. b.
Tempore illo misit merdach filius Ladam 397. c. 40
Et venit Esaias ad regem Ezechiam, dixitque ei quid narrant omnes isti? 398. a.
Et ait Ezechias Esaiæ bonus sermo domini 398. d.
Consolamini populum meum dicit deus 399. e.
Vox clamantis in deserto parate viam domini 400. e 618. d 700. g
Vox dicentis clama, & dixi quid clamabo? 401. a.
Montem excelsum conscende 401. c.
Quis mensus est manu aquam? 402. b.
Ecce merces cum eo & opus coram eo 402. d.
Siquidem omnes gentes velut stilla & scintilla è situla 403 e.
Qui continet circulum terræ 404. f.
Qui reddit principes vt nihil regant 404. g.
Nunc igitur cui me assimilastis 405. a.
Non enim dicas Iacob & quis locutus est Israel 405. c.
Et nunc nonne cognouistis neque audiuistis 406. a
Qui dat esurientibus fortitudinem 406. c
Ecce deus noster, ecce dominus in virtute veniet, & brachium cum robore tom. 2 667. E
Non esuriet, neque laborabit, neque est inuentio prudentiæ eius 59. g h. 41
Væ gens peccatrix populus peccatorum plenus, semen prauum 630. d
Dicite: Pusillanimes confortamini, & nolite timere 15. f
Renouamini ad me insulæ. Principes enim mutabunt fortitudinem 407. g
Quis suscitauit ab oriente iusticiam 408. f
Dabit in conspectu gentium, & reges stupefaciet 408. h
Ego deus primus & in tempora ventura ego sum 409. d
Et dicet, potior fuit vir faber & ærarius qui percutit malleo 409. e
Tu autem Israel puer meus Iacob, quem elegi 410. a
Ecce pudefient & erubescent omnes qui aduersantur tibi. 410. c
Ecce feci te quasi rotas plaustri triturantes 411. e
Tu vero lætaberis in sanctis Israel 411 g
Sed aperiam in montibus flumina & in medio camporum fontes, 411. h 563. G
Appropinquat iudicium vestrum dicit deus 412. g
Appropinquent & annunciant vobis quæ contingent 412. h 42
Ego vero excitaui eum ab Aquilone 413. d
Veniant principes & vt lutum figuli 413. d
Principatum sioni dabo & Ierusalem consolabor in via 414. a
Iacob puer meus, suscipiam eum 414. c
Sic dicit dominus deus qui fecit cœlum & fixit illud 415. g
Ego dominus deus tuus 415. g
Ego dominus deus tuus, hoc meum nomen gloriam meam alteri non dabo 416. g & to. 2. 457. c
Cantate domino canticum nouum principatus eius 417. d
Lætare solitudo & vici eius, villæ & qui habitant Cædar, 419. e
Dominus deus virtutum ingredietur & conteret bellum 419. h
Expellam & arefaciam simul & ponam fluuios insulas & paludes siccabo 420. h
Et ducam cæcos in via quam non nouerunt 421. c
Ipsi autem conuersi sunt retrorsum. Ignominia afficimini 422. a
Surdi audite, cæci respicite, vt videatis 422. c
Dominus deus voluit, vt iniustus haberetur, & magnis prædicaretur laudibus 423. e
Et vidi, & populus fuit vastatus & direptus 423. f

Quis in vobis qui auribus percipias hæc 424. e
Quis dedit in direptionem Iacob 414. f
Et nunc sic dicit dominus deus qui fecit te Iacob, qui formauit te Israel 425. b.
Feci commutationem tuam Ægyptum & Æthiopiam 416. a.
Ab oriente adducam semen tuum 427. e.
Nam in gloria mea creaui eum & formaui & feci eum 427. g.
Quis annunciabit hæc? aut quæ a principio sunt, renunciabit nobis 428. g.
Estote mihi testes, & ego testis, dicit dominus deus 429. a.
Ego deus, & non est preter me qui seruet 429. c.
Sic dicit dominus deus, qui redimit vos sanctus Israel 430. a.
Ego deus vester sanctus, qui ostendi Israel regem vestrum 431. c.
Sic dicit dominus qui dat in mari viam 431. g.
Ne memineritis priorum, & antiqua ne colligatis 432. f.
Non iam vocauit te Iacob, nec laborare te feci Israel 433. b.
Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas 434. a*
Patres vestri primi, & principes vestri inique preuaricati sunt in me 434. c.
Glorificabunt me bestiæ agri dracones & struthiones 673. a.
Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini 1. a.
Lictu prior iniquitates tuas 78. b.
Nunc vero audi puer mi Iacob & Israel quem elegi 435. g.
Sic ait dominus deus qui fecit te, & qui formauit te de vtero 436. e.
Ne timeas puer mi Iacob & dilecto Israel 436. g.
Sic ait dominus deus Israel qui liberabit ipsum 437. d.
Nonne ab initio auribus accepistis 438. c
Testes vos estis num est deus preter me? 438. d
Et non adierunt tunc, qui confirmarunt 439. e
Congregentur omnes & stent simul & pudefiant 439. h.
Cum elegisset faber lignum statuit illud in mensura 440. e
Memento horum Iacob & Israel quia puer meus es tu 441. a
Letamini cœli quia misertus est deus Israelis 442. b
Ecce enim deleui velut nubem iniquitates tuas 442. a
sic dicit dominus qui redemit & qui formauit ab vtero 443. f
Qui dicit Ierusalem, habitaberis, 444. g
Qui dicit abysso desolaberis, & fluuios tuos excicabo 444. a
Sic dicit dominus deus christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram 445. e
Letetur cœlum supra & nubes spargat iusticiam 447. f
Ego dominus deus, qui creauit te faciens meliorem 448. g
Nunquid arans arabit terram totum diem? 448. h
Nunquid dicet lutum figulo quid facis quod non operaris 449. c
Quia sic dicit dominus deus sanctus Israel qui fecit ventura 450. a
Ego suscitaui illum cum Iusticia Regem 451. d
Sic ait dominus deus sabaoth laborauit Aegyptus 451 h
Innouamini ad me insulæ Israel seruat a domino salute æterna, 453. b
Sic dicit dominus qui fecit cœlum hic deus qui ostendit terram, 454. a
Congregamini & venite, consulite simul qui seruamini ex gentibus 455. e
Si annunciant, appropinquent vt sciant simul 455. h
Ego sum deus & non est alius per me ipsum iuro 456. d
665. b tom. 2. 444. h
Pudefiant omnes qui se a deo separant 457. a
Vere tu es deus absconditus saluator Israel 771. h
Viri sublimes ad transibunt & tui erunt serui 633. A
Non frustra creata est sed vt habitatur 628.
Hæc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram 249. e
Non sum loquutus in occulto, nec in recondito loco terrarum 745. e
Non in vanum creauit eam terram scilicet 2. B
Cecidit Bel contritus Dagon 457. c
Portatis ea alligata velut onus laboranti & esurienti 458. b
Audite me domus Iacob & residuum Israel 458. d
Qui me comparastis videte & excogitate 459. f
Mementote horum & ingemiscite 460. e
Audite me qui perdidistis cor 461. a
Descende sede super terram virgo filia Babylonis 461. c
Non vltra tradet te hominibus 462. e
Sede compuncta ingredere tenebræ filia caldeorum 462. e
Nunc vero audi hæc o delicata sedens confidens 463. f 47
Eduxisti corde tuo ego sum & non alia 464. e
Sta nunc incantationibus tuis & multis veneficiis 464. g
Audite hæc domus Iacob, qui cstis nomine Israelis 465. a 48.
Scio ego quod durus sis & nervus feriens collum tuum 466. c
Ne dicas quod idola mihi fecerint 466. d
Audi me Iacob & Israel quem ego voco 467. h
Vocabo eos & stabunt simul & congregabuntur omnes 468. g
Sic dicit dominus qui liberauit te sanctus Israel: ego sum deus tuus 469. d
Vox letitiæ annunciate, & audiatur 470. d
Manus mea celos firmauit 668. g
Non dabo gloriam meam alij 604. f
Audite me insulæ, & attendite gentes 471. g 49.
Et ego dixi, frustra laboraui & in vanum 473. d
Et nunc sic dicit dominus, qui formauit me ab vtero seruum sibi 474. d
Ecce posui te in lucem gentium, vt sis salus, vsque ad extremum terræ 476. f
Sic dicit dominus qui erunt te deus Israel sanctificate eum 476. h
Et dedit te in testamentum gentium vt constituas terram 477. d
Dixit enim sion: dereliquit me dominus & dominus oblitus est mei 480. g
Ecce super manus meas depinxi muros, & coram me est semper 471. a
Attolle undique oculos tuos, & vide omnes, 492. b
Sic dicit dominus tollo ad gentes manum meam 483. g
Quoniam deserta tua, & dissipata & qua corruerunt 483. g
Num detrahet quæ gigantis spolia? 484. f
Sic dicit dominus, si quis captiuum duxerit gigantem 485. a 50
Ego autem iudicium tuum iudicabo & ego filios tuos liberabo 485. c
Sic dicit dominus alijs liber repudijs matris vestræ? 486. b
Quoniam veni, & non erat homo inuocaui & non erat audiens 487. e
Dominus dat mihi linguam disciplina 488. f
Ego autem non renuo, neque contradico dorsum meum prebui ad flagella 489. a
Quis est qui litigat mecum resistat mihi simul 060. a
Ecce dominus succurrit mihi, quem malo afficiet me 490. b
Quis est inter vos qui timeat dominum 491. e
Vos qui ambulatis in tenebris quibus non est lux 461. g
Et ecce omnes vos ignem accenditis & fumatis flammam 492. f
Audite me vos qui quod iustum est persequimini & qui dominum queritis 51 492. b
Et nunc consolabor te sion, & consolatus sum omnia deserta eius 493. d
Audi me populo mi, & reges mihi auscultate 494. b
Appropinquat cito iusticia mea & egredietur salus mea 495 f
Tollite in cœlum oculos vestros inspicite in terram deorsum 496. e
Audite me qui scitis iudicium, populo mi 497. a
Excitare, excitare Hierusalem & induc fortitudinem brachy tui, 497. d
Nonne tu es qui vastas mare aquam abissi multam 498. c
Nam à domino reducentur, & venient in sion cum lætitia 499 e
Ego sum, qui consolor te 499. g
Quia ego deus tuus qui conturbo mare 500. f
Exitare, exitare, exurge Ierusalem 501 c
Duo ista contraria sunt tibi, & quis tecum contristabitur? 502. a
Ruina & contritio, fames & gladius 502. b
Propter hoc audi humiliata & ebria 502. e
Excitare, excitare sion, induere fortitudine tua sion 505 a
Quia hæc dicit dominus: gratis venditi estis 507. e 52
Sic dicit dominus in Ægyptum descendit populus meus prius 507. f
Propter vos semper nomen meum male audit inter gentes 507. h
Idco sciet populus meus nomen meum in die illa 508. e
Quia auditam faciam salutem tuam dicens: Sion regnabit deus tuus 509. a
Erumpent lætitiam simul deserta Ierusalem 510. b
Recedite, recedite, exite illinc exite illinc & immundum ne tangite 511. e

Ipse cui loquor adsum, vt ver super montes 751. f
Ecce intelliget puer meus, & in altum exaltetur 511. h
53 *Domine quis credidit auditui nostræ? & brachium domini cui patefactum est* 512. h
Non est species ei neque gloria & vidimus eum 513. c
Homo in plaga existens, & sciens ferre infirmitatem 514. b
Hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet 514. c to. 2. 279. A
Et ipse propter afflictionem non aperit os sum 515. g
Generationem eius quis enarrabit? 516. f
Quia tollitur de terra vita eius 516. g
Et dabo improbos pro sepultura eius 517. a
Quia iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius 517. c
Quia vult dominus purgare eum à plaga 517. d
Si detis pro peccato vestro anima vestra videbit semen longæum 517. d
Inter iniquos reputatus est to. 2. 60. g
Generationem eius quis enarrabit? quia sublata est à terra vita eius 596. g
Oblatus est quia ipse voluit 775 f
Tanquam ouis ad occisionem ductus est & sicut agnus coram tondente se 640. h
Lætare sterilis quæ non paris 519. h 870 b
54 *Erumpe & clama* 570. f
Quia plures filij deserte quam habentis virum 520. g
Ne timeas quod pudefacta es 521. c
Dilata locum tentorij tui & tabernaculorum tuorum 521. a 570. a
Non quasi mulierem derelictam & parvo animo predictam vocauit te dominus 522. c
Ab aqua tempore aquæ huc mihi est: quia iurauit ei tempore illo terræ 523. h
Ecce ego preparo tibi carbunculum lapidem tuum 525. a
Recede ab iniusto, & non timebis & tremor non appropinquabit tibi 526. b
Ecce ego creaui te, non ærarius sufflans primas 526. e
55 *Qui sititis venite ad aquam, & quod quod argentum non habetis* 527. g
Et feriam vobiscum fœdus æternum sancta dauidis fidelia 529. a
Quærite deum & cum inuenietis eum inuocate 530. c
Non enim sunt consilia mea sicut consilia vestra 531. e. d. 740. g. to. 2. 687. h
Etenim quemadmodum cum descendit pluuia vel nix de cælo 532. e
Et prosperabo vias meas & præcepta mea 532. g
Montes enim & colles exilient expectantes vos cum gaudio 533. b
56 *Hæc dicit dominus, custodite iudicium, facite iusticiam* 534. a
Beatus vir qui facit hæc & homo qui retinet hæc 534. c
Ne dicat alienigena ijs qui apositus est ad dominum 539. f
Et alienigenis, qui adduxi sunt domino, vt seruiant ei 539. f
Quia congregabo ad eum congregationem 537. b
57 *Videte vt iustus periit & nemo excipit corde* 536. e
Vos autem accedite huc filij iniqui semen adulti &c. 539. g
Exhortemini in ad idola super arbores frondosas 540. f
Putabas, si recesseris à me plus te habiturum 540. h
Et conuertisti, & humilis facta es vsque ad inferos 541. d
Neque recordata es mei neque me reposuisti in mente tua 543. c
At qui ampleti untur me, possedabunt terram 543. g
Hæc dicit dominus altissimus, qui in altis habitat in æternum 544. f.
Propter peccatum paululum tristitia affeci eum, & per. &c. 547. a
58 *Clama pro viribus, ne parcas, instar tubæ intende vo. &c.* 546. a
Me die de die quærunt & scire vias meas cupiunt 549. c
Petunt nunc iudicium iustum & appropinquare deo. &c. 546. d
Quare mihi ieiunatis sicut hodie, vt audiatur in cla. &c. 547. f
Non tale ego ieiunum elegi dicit dominus 547. h
Tunc erumpet matutinum lumen tuum & sanitates tua 548. g
si abstuleris abs te nexum, & sisfragium & verbum &c. 549. b
Os domini loquutum est 553. a
Si auerteris pedem tuum à sabathis 552. f
Euehit te ad bona terræ & nutriet te hæreditate Iacob patris tui 553. a
Et impleueris ita vt desiderat anima tua 551. g
Et ædificabuntur tibi deserta in æternum 551. g
59 *Nonne potest manus mea seruare* 553. b c d
Expectantibus illis lucem 555. g
Quia consumpta est in vijs eorum veritas 557. c d
Nam opera eorum opera iniquitatis 555. E
Ova aspidum ruperunt & c. 554 B to. 2. 132. G
Et Veniet propter Sion liberator 558. b c. d
Expectauimus iudicium & non est salus 556. H
Illuminare illuminare hierusalem venit enim & c. 558. D 559. E 62. c 60
Nec patebit tibi Sol lucem interdiu neque lunæ &c. 556. d
Et Ædificabunt alienigenæ muros tuos & reges eorum & c. 562. C
Et complebuntur dies luctus tui & populus tuus omnis iustus 366. d
Et pro ære feram tibi aurum pro ferro feram tibi argentum 564. G
Et ibunt ad te timentes filij eorum qui humilie te reddiderũt 563. H
Et gloria Libani ad te veniet in cypariso & pinu & cedro 563. G
Tolle circumcirca oculos tuos & vide congregatos liberos tuos 559 H
Et non audietur vltra iniustitia in terra tua, neque contritio 595. c
Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita 564. F
Qui sunt isti qui vt nubes volant & vt columbæ cum pullis 261
Etenim propter iram percussi te & propter misericordiã &c 562. d
Exultet anima mea in domino induit enim me vesti. &c. 571.
Induit me vestimento salutis, & tunica letitiæ 45. A 61
Et vocabuntur progenies iustitiæ plantatio domini in gloriam 569. D
Et venient alienigene pascentes oues tuas 570. A
spiritus domini super me eo quod vnxit me 567. G
Ego enim sum dominus &c. 779. f
Propter Sion non tacebo & propter hierusalem non quiescam 572. H 62
Dicite filia Sion, Ecce tibi saluator aduenit 575. H
Ite per portas meas & viam facite populo meo, &c. 575. F
Nec vltra vocaberis derelicta nec terra tua vocabitur deserta 573. c
Et vt habitat inuenis cum virgine sic habitabunt filij tecum 573. D
si correxeris & feceris hierusalem laudem super terram 574
Et super muros tuos hierusalem constituit custodes 574. B
Et dixit dominus nonne populus meus est liberi mei &c. 578. b 63
Quis hic est qui venit ex edom rubor vestium ex bosor? 576. g h
Misericordiæ domini recordatus sum virtutum domini &c. 578. a
Et recordatus est dierum æternorũ vbi est qui eduxit de terra 579. e
Conuertere è cœlo & vide e domo sancta tua & gloria 579. g
Reuertere propter seruos tuos: propter tribus hæreditatis tuæ 580. g
Quis est iste qui venit de edom tinctis vsteibus in de bozra? 1027. f
Oculus enim non vidit nec auris audiuit nec cor hominis comprehendit 567. h tom 2. 609. b 64
Ecce tu iratus es & nos peccauimus, propterea errauimus & facti sumus velut immundi omnes 582. a b
A seculo non audiuimus: neque oculi nostri viderunt deum 581. e
Et nunc domine pater noster tu es nos lutum opera manuum 582. a
Si aperueris cœlum tremor inuadet montes à te 581. f
Facta est deserta sion quasi solitudo facta est hierusalem 583. e f
Populus hic exorabans me in conspectu meo semper 584. f g h 65
Et erunt in silua ouilia gregum & vallis achor in requietem 585. e
At qui seruiunt ei vocabuntur nomine meo quia benedicent 587. d
sic dicet dominus quemadmodum iumento acino in botro 585. b
Non remittam pœnã vestram facti estis mihi in saturitatem 587. b
Quamobrem hæc dicit dominus ecce qui seruiunt mihi comedent vos autem esurietis 586. d
Quia ecce ego facio exultationem & populo meo lætitiam 588. g
Ves qui reliquistis me & obliti montis sancti mei & parantes demonij mensam 586. c
Ecce scriptum est in conspectu meo non tacebo donec reddam 585. a
Obliuiscentur tribulationis primæ nec ascendet in cor eorum 764. g
Et ædificabunt domos & ipsi inhabitabunt 589. b
Tunc lupi & agni pascentur simul & leo quasi bos comedet 590. b
Apparui his qui me non querunt inuentus sum his &c. 583. h
Audite verbum domini qui tremitis ad sermonem eius &c. 591. b 66
Cœlum mihi solium ac terra scabellum pedum meorum 590. d
Lætare Hierusalem & festum celebrate in ea omnes &c. 593. b
Venio vt congregem omnes gentes & linguas 595. f
Nunquid ego qui alios parere facio ipse non pariã dicit dominus 850. c
Et minabitur incredulis ecce enim dominus quasi ignis veniet 594. d
Parvuli eorum in humeris tollentur 594. b
Antequam parturiens parturiat: antequam veniat labor 592. g
Et adiuentabunt sancti: & videbunt membra hominum &c. 596. b
Et adducunt fratres vestros ex omnibus gentibus &c. 596. e f
Vox clamantis de ciuitate, vox de templo 592. f
Qui mihi seruient nomen nouum inter eos vocabitur, quod in terra benedicetur 1. B
Et quam mihi domum ædificastis dicit dominus: aut quis est locus quietis meæ? 746. c

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Et ipsi elegerunt vias suas & abominationes suas quas anima eorũ voluit 591.g
Quemadmodum enim cœlum nouum & terra noua, quæ ego facio in conspectu meo permanent 596.g

IEREMIÆ

Cap. 1. ET nunc mitto te in Ægiptum & eiicies Pharaonem Exod. Non dic quia ego iunior sum quia ibis ad quoscunque ego te mittam 667.g
2 Populus verò meus mutauit gloriam suam, ex quo nullã consequetur vtilitatem 16.e
Transite ad insulas Cethim & videte to.2 132.b
Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & cætera 57.c. 781.b
Ligno dicunt pater meus es tu & lapidi tu genuisti me 568.e
4 Circũcidimini deo & circuncidimini duritiam cordis vestri 766.d
5 Ecce populus meus stultus ac vecors oculos habent & non vident 685. c
Cursate vias Hierusalem & quærite in plateis 557.d to. 2 588.g
6 O ciuitas mendax nihil nisi violentia in ea 588.g
8 Quomodo dicitis sapientes nos sumus & verbum domini nobiscum est 704.E
Confusi sunt sapientes perterriti & capti sunt & sapientia nulla est in eis 758. c
Auersa es à me: & retro abibis 749. A
10 Stulte pastores egerunt & dominum non quæsierunt 759.E
Pastores multi demoliti sunt vineam meam 652.g 759. E
12 Fratres etiam tui & domus patris tui spreuerunt te & ipsi clamauerunt post te 755.g
17 Custodite animas vestras & nolite portare pondera in die sabati, 765 c
Benedictus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius 734.
19 Ducebant filios eorum per ignem quod non mandaui eis neque ascendit in cor meum 680.g
20 Maledictus dies in qua natus sũ, & in qua dixerũt ecce masculus, 1153g
21 Reliquit domum suam, dimisit hæreditatem suam 714.c
22 Nolite flere mortuum nec plorate ipsum 611. E
Per memetipsum iuro, dixit dominus to. 2. 587. E
23 Ego cælum & terram impleo to. 2. 339. F
Væ qui prophetatis in cordibus vestris 625. d
Deus appropinquans ego sum & non deus de longe. 689. A
Liberabo te in die illa ait dominus & non traderis in manus virorũ
39 quos tu formidas 627.g
Væ qui opus domini facitis negligenter 679.g
48 Dominus qui fecit terram in virtute sua to. 2. 424. H
Vos qui procul estis memores estote domini 560.f

BARVCH

Cap. 3. Quia tu sedens in seculum, & nos peribimus seculo to. 2. 685. A
Gigantes venerunt ad implere furorem meum. 13. C

EZECHIELIS

Cap. 1. Ecce vox facta est super firmamentũ quod erat super caput eorũ 637.c
Qui audit audiat & qui non credit non credat 619.g
3 Lacerati à bestiis nõ comedi ab infantia mea vsque nũc to.2.1054.c
4 Et erũt in montibus ceu columbæ quærulantes 556.f
7 8 Et videbam & ecce viginti quinque viri quorum terga ad dominum templum 755.E
Et habes fiduciã in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo &c.
10 duæ mulieres filiæ vnius matris fuerunt & fornicatæ sunt in Ægypto 808.g
15 Ecce quod in annos amputatur de ea igni datum est in escã 945 c
16 Pater tuus à morrhæus & mater tua cethæa 809. c
18 Anima quæ peccauerit ipsa morietur filius nõ portabit iniquitatem patris 821. b
28 Tu signaculum similitudinis 720.g
Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dic ad eos: Si quando in-
33 duxero gladium &c. to. 2. 84. g h & seq.
34 O pastores israel ecce lac comeditis & oues meas nõ pascitis 570.c
36 Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, vidi aquam egredientem de templo à latere dextro 825. A b c

DANIELIS

Cap. 7 Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat 669. B
Honor & regnum ei datum est 604. G
Fluuius ignis currebat ante ipsum 129. b
12 Multi qui dormiunt in puluere exigilabunt 857. B

OSEE

Rectæ sunt viæ domini & iusti ambulabunt in ipsis & ego sepio viam eius vallo 708. H Cap. 2
Multos dies sedebunt filij Israel sine rege sine sacrificio & sine altari 3
779. g
Et oblita es legis dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego 888. F 4
Misericordiam volo & non sacrificium to. 2. 672. G
Viuificabit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos 652. E
Væ eis qui resilierunt à me redemi eos ipse autem aduersum me fal- 7
sa locuti 758. D
Et erat Ephrain quasi columba amens non habens cor 556. G
Quid facietis in die solemnitatis domini & in die festo eius 756. H 9
Perditio tua ex te Israel tantummodo in me auxilium tuum 777. b 13
Occurram illis velut vrsa orbata 556. F
Dedi eis regem in ira mea to. 2. 610. B
Quis sapiẽs, & intelliget hæc & intelligẽs etiã cognoscet hæc. 650. A

IOELIS

Effundam de spiritu meo super omnem carnem 632. g t. 2. 738. b Cap. 2
Dirumpite corda vestra & non vestimenta vestra 580. F 753 c

AMOS

Et pulsabũt capita pauperum viã humilium deprauauerunt 588. G Cap. 12
Non argue malos ne te odio habeant 756. E 5
Domos politas ædificabitis & non habitabitis in eis 589. C
Et mittam famem super terram non famen panis 128. h 8
Et erigam tabernaculum dauid quod credidit 757. A 9

MICHÆÆ

Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam es minima 772. e Cap. 5

HABACVC

Domine audiui auditum & timui 560. h Cap. 3

AGGÆI

In anno secundo Darij regis, in mẽse sexto in die vna mẽsis, &c. 25. d Cap. 1
Quis in vobis qui vidit domum istam in gloria sua 26. a b

ZACHARIÆ

Confide Sion, non deficiant manus tuæ 15. F Cap. 2.
Fructuose inhabitabitur hierusalem à multitudine hominũ & iu-
mentorum 568. G
Septem autem huius lapidis sunt oculi to. 2. 1068. G H 3
Et duæ oliuæ super illud vna à dextris lapidis & vna à sinistris eius 4
752. G
Manus Zorobabel fundauerunt domum istam & manus eius perfici- 4
ent eam to. 2. 1068 G
Quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius alias voluuntur 9
in terra 727. F
Omnes qui de vniuersis gentibus reliqui fuerint quæ venerunt 14
contra hierusalem 756. H

MALACHIÆ

Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam 619. E Cap. 3
Videte videte quia ego sum & non mutor 689. A
Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ 621. A 751. 4

MATTHÆI

Quod enim natum in ea ex spiritu sancto est to. 2. 715.
Saluum faciet populum suum à peccatis eorum 15. F Cap. 1
Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri to. 2. 11. G
Post me venit vir, qui ante me factus quia prior me erat to. 2. 163. E 3
Et purgauit aream suam & cõgregabit triticum in horreis suis &c.
to. 2. 244. G
Ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni to. 2. 695. F
Ne ceperitis dicere intra vos patrem habemus Abraham potens est
enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ 805. D
Laudabant rhetia sua, erant enim piscatores 713. A 4
Vos estis lux mundi 713. b 5
Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur 593. C
Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram 553. A
Beati pauperes spiritu quia ipsorum est regnum cœlorum 568. G
Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eũ & proiice abs te. 1010. d
Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera bona vestra
& glorificent patrem vestrum qui in cœlis est 817. c
Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio qui autem dixerit fratri ra-
cha. 820. f
Nõ veni legẽ aut prophetas soluere sed adimplere t. 2. 491. F & seq.
Tu autem cum oraueris. Intra in cubiculum tuum & clauso ostio o- 6
ra patrem tuum in abscondito 786. c
Nolite solliciti esse quid manducabitis aut quid bibitis 718. c
Non omnis qui dicit mihi domine domine sed qui facit voluntatem 7
meam 656. f Nolite

Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas vestras ante porcos 797. A to. 2. 626. B
Veniunt in vestimentis ouium intus autem sunt lupi rapaces 841. d
Amen dico vobis non cognoui vos 718. A
8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos 864. h
Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam 748. h
9 Ingressus Iesus corripuit manũ eius & suscitauit puellam t. 2. 723. E
Non indigent sani medico 114. a
Messis quidem multa, operarij autem pauci to. 2. 715. H
10 Quicunque confitebitur me coram hominibus cõfitebor & ego ipsum coram patre meo 705. d tom. 2. 57. A
Non enim veni mittere pacem in terram sed gladium 828. f
Non estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis 713. d
Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere 817. A
Omnis enim qui non accipit crucem suam & sequitur me non est me dignus 1010. c
11 Non surrexit maior in natũ mulierum 637. A to. 2. 245. H & seq.
Etiam dico vobis plusquam prophetam 640. b
Omnia enim mihi tradita sunt à patre meo 800. b to. 2. 293. C D
& seq. & 295. H 729. C
Nemo nouit filiũ nisi pater & nemo patrem nouit nisi filius, 690. d
Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ to. 2, 268. H. & 269. A
Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati. 15. e
Tollite iugum meum super vos to. 2. 716. F
Discite à me quia mitis sum & humilis corde 646. c
12 Quum immundus spiritus exierit ab homine loca siticulosa peragrat 580. h
Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ violant & sine crimine sunt 769. b c
Maligna & adultera generatio signum querit nec dabitur ei 653. e
Si ego spiritu Dei eiicio dæmonia, nonne peruenit ad vos regnum Dei, to. 2. 479. H
13 Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congreganti 729, b 743. e
Omnis scriba doctus in regno cœlorũ diuiti homini similis est 725. A
Quia propheta in patria sua honorem non habet 682. c
Alia autem ceciderunt in terram bonam & dabant fructum aliud centesim & si alicui fuerint centum oues 1030. D
Vere filius dei & tu es 642. b c d
15 Non quod ingreditur in es coinquinat hominem to. 2. 624. E
Non est bonum vt panem filiorum canibus immittamus 671. f g
Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel 558. b 594. a
16 Tu es filius dei viuentis to. 2. 74. a & 75. f & 735. h
Dabo tibi claues regni cœlorum 576. f
Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam tom 2. 410. a
17 Hic est filius meus, in quo bene complacui tom 2. 695. e
A quibus reges terræ capiunt censum? 676. h
19 Si vis ad vitam ingredi serua mandata 776. g
Nullus bonus nisi vnus Deus 237. c d
Cum filius hominis sedebit in throno gloriæ suæ 567. e
20 Cur tota die hic otiosi statis? 14. d
Multi sunt vocati, pauci vero electi 749. c
Sedere autem à dextris meis, aut à sinistris meis, non est meum dare tom. 2. 300. e f & seq.
12 Amen amen dico vobis tolletur regnum dei à vobis 571. g
Publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei 784. b
Domus mea domus orationis vocabitur 561. c
22 Hic est hæres venite interficiamus ipsum 704. a
Erratis nescientes scripturas & virtutem dei 677. a
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta 878. d
Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ 590. a
Quæ dicunt facite quæ autem faciunt nolite facere dicunt enim & non faciunt 784. f
Ne vocetis magistrum super terram, vnus enim est magister vester Christus tom 2. 703. f.
24 Vbi cadauer ibi & congregabuntur aquilæ 654. d
In diebus illis sol obtenebrabitur & luna non dabit lumen suum 566 b
Horam illam nullus nouit, neque filius hominis tom 2. 141. a 291. c & seq. 742. b
Amen dico vobis nescio vos 10. d

Abite à me maledicti in ignem æternum 594. d
Euge serue bone & fidelis in paucis fuisti fidelis 572. g
Gratis accepistis & gratis date mathei 10. & abiens fodit in terram 678. d
Accipite & manducate, hoc est corpus meum bibite ex hoc omnes 741. a b
Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei 26
tom 2. 327. g h 717. b
Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille 3. f
Pater si possibile est, transeat à me calix iste 730. a b tom 2. 297. b
Sanguis eius super nos & super filios nostros 93. d
Deus meus, Deus, cur me dereliquisti? tom 2. 297. d 742. c 27
Vere filius dei erat iste 844. h
Præcedam vos in galilæam ibi me videbitis 684. g 28
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra 669. a 297. c d & se.
Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti 56. f
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi tom 2. 474 a

MARCI

Et venerunt ad eum ferentes paralyticum 702. c Cap 2.
Qui erubuerit me & meos sermones, filius hominis hunc erubescet to. 2. 665. a
Nemo bonus, nisi vnus deus to. 2. 236. E. 2. 258. D. & c. copiose 10
Vigilate quia nescitis horam qua dominus vester venturus sit 716. g 13

LVCE.

In mense autem sexto missus est angelus 634. e Cap 1.
Aue gratia plena, dominus tecum to. 2. 104. E
Ecce concipies in vtero, & paries filium. 15. f
Et vocabis nomen eius Iesum to. 2. 692. F.
Fecit potentiam in brachio suo 887. e
Accidit autem quum essent ibi completi sunt dies pariendi to. 2. 2
60731. f
Nunc dimittis seruum tuum domine 569. b.
Et Iesus proficiebat sapientia ætate & gratia apud deum & homines 634. b to. 2. 181. B. 302. C. D. & seq. 741. d
Eratis natura filij iræ ephes. 2. geminæ viperarum quis ostendit 3
vobis fugere à ventura ira 670. c.
Non enim solo pane viuit homo 590. c
Et accidit quum esset in quadam ciuitate & ecce vir plenus lepra 5
731. g tom 2.
Et erat ibi homo cuius manus dextera erat arida 702. c 6
Suscitauit Lazarum Christus archisinagogi filiam & viduæ filium 7
to. 2. 723. f
Adolescens tibi dico surge to. 2. 668.
Qui me spernit spernit & eum qui misit me 773. a b 10
Si in digito dei eijcio dæmonia venit ergo in vos regnũ Dei to. 238. B 11
Ignem veni mittere in terram Ibidem 12
Seruus sciens voluntatẽ domini & non fecit vapulabit multis 785. b
Et portaretur ab angelis in sinu abrahæ 638. c 16
Domine adauge nobis fidem 857. c 17
Veruntamen filius hominis quando veniet putasne inueniet fidem 18
super terram to. 2. 736. G
Quod impossibile est apud homines possibile est apud deum 70. D
Quomodo dicunt christum dauidis esse filium 731. G to. 2
Vos qui secuti estis me in tentationibus meis quãdo in regeneratione 20
709. D
Pater si possibile est transeat a me poculum istum to. 2. 714. B 22
Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua 983. H
Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso 576 F
Pater in manus tuas commendo spiritum meum 114. A
At illi obtulerunt partem piscis assi & fauũ mellis & quum manducasset coram eis 1028. E F

IOANNIS

In principio erat Verbum 599 E to. 2. 75. E F 328 E F & seq. Cap. 1.
Et deus erat Verbum 603. e
Et verbum erat apud deum 601. b. c
Hoc erat in principio apud deum 607. E F
Omnia per ipsũ facta sũt & sine ipso factũ est nihil 612. F to. 2. 612 E
Quod factum est in ipso vita erat 614. c
Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine 619. b
Et vita erat lux hominum & lux in tenebris lucet 616. f
Et tenebræ eum non comprehenderunt 604. h

Non erat ille lux 620. E 617. b
Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum 620. f g 793. A to. 2. 237. d 729. d
Et mundus per ipsum factus est 628. h
Et mundus ipsum non cognouit 629. b
In propria venit & sui eum non receperunt 630. A
Quotquot autem receperunt eũ dedit eis potestatẽ filios dei fieri 630 e
Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis 631. g
Verbum caro factum est 23. g 632. g tom. 2. 7. h. 20. e & 67. h 74. d 144. f 160. h 178. d copiosa 730 A
Et habitauit in nobis tom. 2. 75. e f
Et vidimus gloriam eius tanquam vnigeniti Ibidem
Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre 633. d
Hic est de quo dicebã qui post me vẽturus est ante me fuit to. 2. 730. a
Hic est de quo dixi post me venit vir qui ante me factus est 634. d 641. b to. 2. 697. c
Et gratiam pro gratia quia lex per moisem data est 936. E
A plenitudine eius nos omnes accepimus 603. 636. g 643. e
Quem scripsit moses in lege & prophetis 569. b
Veniunt ad me angeli de cœlo & ascendunt & descendunt in filium hominis 664. g
Deum nemo vidit vnquam vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit 637. 773. c d to. 2. 260. F
Et testimonium perhibuit Ioannes dicens quia vidit spiritum dei descendentem 641. d
Et qui missi fuerant erant ex phariseis 630. h
Et interrogauerunt eum quid ergo? Helias es tu? 639. f
Et hoc est testimoniũ Io. quando miserunt Iudæi à hierosolimis 639. e
Altera die videt Ioannes Iesum venientẽ ad se & ait. 640. g 647. g
Altera die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo 647. g
Et audierunt eum duo discipuli loquentem 647. h
Conuersus autem christus & videns eos sequentes se 647. h
Qui dixerunt ei Rabbi quod esse dicitur interpretatum magister vbi habitas 648. f
Dicit eis venite & videte 648. e
Venerunt & viderunt vbi maneret & manserunt apud illum die illo 948. g
Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus 648. h
Intuitus autem eum Iesus dixit tu es Simon filius Iona 649. h
Tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus 648. a
In crastinum autem voluit exire in galileam & inuenit Philippum 649. a
Inuenit Philippus nathanael & dicit ei 649. b
Dicit ei Nathanael A naz areth potest aliquid boni esse 649. d
Vidit Iesus Nathanael venientem ad se & ait ecce vere Israelita 649. d
Dixit ei Nathanael Vnde me nosti 650. a
Priusquam philippus vocaret cum esses sub ficu 650. b
Rabbi tu es filius dei tu es rex Israel 650. b
Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis maius his videbis 650. c
Amen amen dico vobis videbitis cœlum apertum 650. d
2 Et die tertia nuptiæ factæ sunt in chana galileæ 650.
Quid mihi & tibi mulier nondum enim venit hora mea 651. f
Quodcunque dixerit vobis facite 651. f
Implete hydrias aqua & impleuerunt eas vsque ad summũ 651. g
Hoc fecit initium signorum suorum Iesus in cana galileæ 651 h to. 2 735. g
Et inuenit in templo vendentes & ementes oues & colũbas 652. g
Et cũ fecisset flagellũ quasi de funibus omnes eiecit de tẽplo 652. h
Omnia quæ pater habet mea sunt 609. c
Ea quod ipse nosset omnes & quia opus ei non erat 655. g
Illum oportet crescere me autem minui 663. g
Qui desursum venit super omnes est 663. h
Qui dicit se in lumine esse & fratrem suum oderit: adhuc in tenebris est 623. e
Auferte ista hinc & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis 653. a
Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc 554. b
Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud 653. d
Quod signum ostendis nobis quod hæc facis 653. c 654. c
Recordati sunt discipuli eius quia scriptum est psal. 68. zelus domus tuæ comedit me 653. c
Cum autem esset hierosolimis in pasca in die festo 655. e to. 2. 735. g
Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis 655. f 3
Erat autem homo ex phariseis nicodemus nomine 655. h
& 656. E
Amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit de super 656. f
Rabbi scimus quia à deo venisti magister 656. f
Quomodo potest homo nasci quum sit senex 656. g
Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto 656. h
Quod natum est ex carne caro est & quod natum ex spiritu, spiritus est 657. b
Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci de super 657. c
Quomodo possunt hæc fieri 657. d
Tu es magister in Israel & hæc ignoras 657. d
Quod scimus loquimur & quod vidimus testamur 658. b
Et testimonium nostrum non accipitis 658. c
si terrena dixi vobis & non creditis quomodo si dixero vobis cœlestia credetis 658. e. to. 2. 730. b
Qui de cœlo venit super omnes est 665. e
Et quod vidit & audiuit hoc testatur 666. a
Testimonium eius nemo accepit 666. b
Qui autem accepit eius testimonium signauit quia deus, verax est 666. c
Non loquor a me sed qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar Iohan. 12. & omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis 666. d
Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum 660. f
Qui credit in filium non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est 660. h
Ego ex deo processi & veni 667. h
Non enim ad mensuram dat deus spiritum 668. E
Pater diligit filium & omnia in manum eius dedit 668. g
Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis tom. 2. 44. e & 107. 167. a
Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur 665. c
Hoc autem est iudicium quia lux venit in mundum 661. A
Qui autem facit veritatem venit ad lucem 661. c
Facta igitur est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione 662. b
Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam 661. d
Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret 659. b
Omnis enim qui male agit: odit lucem nec venit ad lucem 661. b
Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto Num. 21. ita exaltari oportet filium hominis 960. f
Qui credit in filium non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est 711. g
Vos misistis ad iohannem & testimonium perhibuit 699. f
Illum oportet crescere, me autem minui to. 2. 330. D
Qui superne venit, super omnes est tom. 2. 331. E 363. H & 411. F
Amen amen dico vobis qui audit sermonem meum, & credit ei qui misit me to. 2. 736. f
Non enim venit iudicare mundum sed vt saluetur mundus per ipsum 636. g
Et sicut moses exaltauit serpentem in deserto. Ita oportet exaltari filium hominis to. 2. 730. c
Qui enim à deo missus est verba dei loquitur 667. f
Quia non ex mensura dignis hominibus spiritũ præbet 604. E 634. a
Qui credit in filium habet vitam æternam 669. d 738. D
Sed ira dei manet super ipsum 670. c
Vt ergo cognouit Iesus, quia pharisæi audierunt quod Iesus plures discipulos facit & baptizat 670. d 4
Oportebat autem eum transire per mediam samariam 671. f
Erat autem Ibi fons Iacob Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat 671. h
Venit mulier de samaria haurire aquam 672. g
Quomodo tu cum Iudæus sis bibere à me poscis 672. g
Domine neque in quo haurias habes & puteus altus est 622. A
Si scires donum dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere 57. b
Ego sum qui loquor tecum 677. d
Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam 673. d
Vade & voca virum tuum & veni huc 674. A
Non habeo virum bene dixisti quia non habeo virum 674. b

Patres

Patres nostri in monte hoc adorauerunt 674. c
Mulier crede mihi quia venit hora quando neque in monte hoc 674. d
Sed venit hora & nũc est q tando veri adoratores adorabũt patrem in spiritu & v ritate 977. b
Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus to 2. 18. c. 464. H. 693. B. 717. D. 237. A. 975. e
Spiritus est deus & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare 756. g
Reliquit ergo hydriam suam mulier & abiit in ciuitatem 678. c
Venite & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci 678. d.
Scio quia Messias venit qui dicitur christus 677. c
Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum 679. e
Quum venissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret 682. a
Ex ciuitate autem illa multi samaritanorum crediderunt in eum 681. d
Et mirabantur quia cum muliere loquebatur 678. b
Nunquid attulit aliquis ei manducare 679. b
Rabbi manduca 679. g
Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me 680. e
Nisi signa & prodigia videritis non creditis. 683. E
Et continuo venerunt discipuli eius 678. b
Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. 679. h
Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me 48. f
Leuate oculos vestros & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem 681. A
Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum hunc 672. b
Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum 672. c d
Nonne vos dicitis: quod adhuc quatuor menses sunt: & messis venit 680. h
In hoc etiam verum est verbum quia alius est qui seminat & alius qui metit 681.
Quia iam non propter tuam loquelam credimus 682. b
Video quia propheta es tu 674. b
Venit ergo iterum in cana Galilææ vbi fecit aquam vinum 682. d
In hoc cognoscitur spiritus dei omnis spiritus qui confitetur &c. rom. 2. 722. A
Et qui metit mercedem accipit & congregat fructum in vitam, 681. b
Nemo tamen dicit: quid queris aut quid loqueris cum ea, 678. c
Cognouit ergo pater, quod illa hora erat: in qua dixisset sibi Iesus tom. 2 736. E
Post duos autem dies exijt inde et abiit in galilæam 682. c
Quum ergo venissent in galilæam acceperunt eum galilæi 682. c
Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur in capernaum 683. E
Domine descende priusquam moriatur filius meus 383. f
Vade filius tuus viuit. 685. f
Credidit homo sermoni quem dixit Iesus & ibat 685. g
Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit 683. h
Hora autem erat quasi sexta 672. f
5 Post hæc erat dies festus Iudæorum & ascendit Iesus hierosolimam 683. b
Erat autem quidam homo ibi 38. annos habens in infirmitate 684. g
Vis saluus fieri? 684. h
Domine hominẽ non habeo vt cum conturbata fuerit aqua mittat me in piscinam 684. b
Surge tolle grabatum tuum & ambula 685. b
Ecce sanus factus es iam noli peccare 686. b
Abiit homo ille & nunciauit Iudæis quia Iesus esset 686. b
Quis est homo ille qui dixit tibi tolle grabatum tuum 686. a
Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum 685. c
Qui me sanum fecit, ille mihi dixit tolle grabatum tuum 685. d
Propterea persequebantur Iudæi Iesum quia hæc faciebat in sabbato 686. c
Scrutamini scripturas quia in ipsis vos putatis vitã habere 690. g
Si ego perhibeo testimonium de meipso 698. d
Neque vocem eius vnquam audistis neque speciem eius vidistis 702. b
Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit 695. e
Quia venit hora & nunc est quando mortui audient vocem filij dei 995. f
Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit & filio 695. h tom. 2 261. a b & seq. 294. a b 332. e
Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt 696. f g.
Non possum ego à meipso facere quicquam sed sicut audio iudico 696. h to. 2 464. f g h
Et maiora his demonstrabit ei opera vt vos miremini 691. e
Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat sic & filius quos vult viuificat 691 f
Non enim pater iudicat quenquam sed omne iudicium dedit filio 691. g
Ego autem non ab homine accipio testimonium 699. g
Ille erat lucerna ardens & lucens 620. & 700. f
Propterea ergo magis quærebant Iudæi eum interficere 687. g
Amẽ amen dico vobis, non potest filius à seipso quicquã facere 687. h
Quomodo potestis vos credere qui gloriã ab inuicem accipitis 705.
Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem 705. d
Pater meus vsque modo operatur & ego operor 613. a
Ego veni in nomine patris mei 705. b
Ego & pater vnum sumus qui videt me videt & patrem meum 689. c
Pater enim diligit filium 690. c
Et omnia demonstrat ei quæ ipse facit 690. c
Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem 664. e
Ego autem habeo testimonium maius Iohanne 701 d
Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis 707.
Quæ enim pater facit hæc & filius similiter facit 760. g
Claritatem ab hominibus non accipio sed cognoui vos 704. h
Et scimus quia filius dei venit & dedit nobis mẽtem vt cognoscamus verum: 744. f
Si enim crederetis Mosi crederetis vtique mihi 706. a
Post hæc abiit Iesus trans mare galilææ quod est tiberiadis 707. g 6
Dicit ei vnus ex discipulis suis Andreas frater Simonis petri 711. e
Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis 710. e
Quum subleuasset ergo oculos Iesus & vidisset quia multitudo magna venit ad eum 709. d
Facite homines discumbere erat autem fœnum multum in loco 711. h
Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant 713. A
Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille 722. A
Sed pater meus dat vobis panem de cælo verum 723. f
Illi ergo homines quum vidissent quod fecerat signum, dicebant. 713. d
Ego sum panis vitæ patres vestri manducauerunt manna in deserto 737. A
Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam, 736. h
Nonne hic est Iesus filius Ioseph cuius nouimus patrem & matrem 734. b
Operamini cibum non qui perit. Sed qui permanet in vitam æternam 718. b c
Amẽ amen dico vobis, Non Moyses dedit vobis panem de cælo, 822. d
Domine da nobis semper panem hunc 726. b
Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis 728. f
Ego sum panis vitæ. 726. d
Non quia patrem vidit quisquam nisi is qui à deo est 736. g
Nemo potest venire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eum 563. E
Amen amen dico vobis queritis me non quia vidistis signum 717. b
Quẽ filius hominis dabit vobis hunc omnẽ pater signauit deus. 718. d
Altera autem die turba quæ stabat trans mare vidit quia nauicula non erat 716. h
Vt autem sero factum est descenderunt discipuli eius ad mare 715. E
Ego à me ipso nihil facio to. 2. 106. D

Qui venit ad me non esuriet & qui credit in me non sitiet vnquam 727. g
Omnis qui audiuit à patre & didicit venit ad me 735. g
Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt 748. ζ
Quum remigassent ergo stadia quasi viginti quinque aut triginta 715. h
Verba quæ ego loquutus sunt vobis spiritus & vita sunt 747. h
Durus est hic sermo: quis potest audire eum? 746. b
Hic est panis qui de cœlo descendit 745. c
Spiritus est qui vinificat: caro nihil prodest 981. e 747 f. & t. 2. 100.
Ego sum panis vitæ qui de cœlo descendi & mundo vitam præbeo 615. h 737. c d.
Voluerunt ergo eum accipere in naui & statim nauis fuit in terra 716. e
Hæc dixit in Synagoga docens in capernaum 745. d.
Domine ad quem ibimus: verba vitæ æternæ habes 750. a
Nunquid & vos vultis abire? 749. c
Hoc vos scandalizat? si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius 746. d
Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem 741. a & 660. e
III. e
Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem 742. b
Caro enim mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus 742. c
Et panis quem ego dabo caro mea est 738. a
Murmurabant ergo Iudæi de illo quia dixisset ego sum panis qui de cœlo descendi 733. e
Quomodo potest hic nobis dare suam carnem ad manducandum 740. e
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non ambulabant cum eo 749. a
Sicut misit me viuens pater & ego viuo propter patrem 745. g
Et sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa 709. b
Quia descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam 729. c d
Et eum qui venit ad me non eiiciam foras 729. a
Operamini cibum non qui perit sed cibum manentem in vitam æternam tom. 2 723. e
Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille to. 2 736. f
Nolite murmurare inuicem nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum 735. f
Ipse enim sciebat quid esset facturus 710. c
Et tenebræ iam factæ erant & non venerat ad eos Iesus 715. g
Ego sum lux mundi 617. b 618. a b c
Quod ergo tu facis signum vt videamus & credamus tibi? 722. c
Scriptum est in prophetis & erunt omnes docibiles dei 735. g
Quid faciemus vt operemur opus dei 721. d
Rabbi quando huc venisti 717. a
Omne quod dat mihi pater ad me veniet 728. g. h.
Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est 754. b
Et nos credimus & cognoscimus quia tu es christus filius dei 753. b.
7. *Post hæc ambulabat Iesus in Galilæam non enim volebat in iudæam ambulare* 757. c
Transi hinc & vade in iudæam 755. f
Vos ascendite ad diem festum ego autem non ascendo 756. g
Quo hic iturus est quia non inueniemus eum 779. f
Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus 781. c d
In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus 780 g h
Adhuc modicum tempus vobiscum sum & vado ad eum qui me misit 778. c
Nunquid in dispersionem gentium iturus est 779. h
Mirabantur enim Iudæi dicentes quomodo hic scit literas quum non didicerit 759. h
Ego scio eum & si dixero quia nescio eum ero similis vobis mendax 773. c
Iudei ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille 758. b
Et me scitis & vnde sim scitis & à meipso non veni 772. f
De turba autem multi crediderunt in eum & dicebant Christus quum venerit 777. c. d
Dæmonium habes: quis te quærit interficere 762. b
Vnum opus feci: & omnes miramini 762. c
Propterea moses dedit vobis circuncisionem non quia ex Mose est 762. d
Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Mosis 763. g
Noli iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate 763. g
Hypocritæ vnusquisque vestrum non soluit bouem suum aut asinum à præsepio luc. 13. & si circuncisionem homo accipit in sabbato, 686.
Vt autem ascenderunt fratres eius tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste 757 b
Nonne moses dedit vobis legem & nemo ex vobis facit legem 761. d
Qui autem gloriam quærit eius qui misit illum hic verax est 761. c
Rectè iudicate filij hominum psal. 57. & nolite iudicare secundum faciem 788. h
Ecce palam loquitur & nihil ei dicunt, Nunquid vere cognouerunt principes quia hic est christus 77. A b c 770. d
Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso 785. d
Nemo tamẽ palam loquebatur de illo propter metum iudæorum 759. e
Tempus meum nondum aduenit tempus autem vestrum semper est paratum 755 g h
Non potest mundus odisse vos me autem odit 755. h
Qui à seipso loquitur gloriam propriam quærit 761. b
Iam autem solemnitate mediante ascendit Iesus in templum & docebat 759. f
Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me 760. f
Hic est vere propheta aly dicebant hic est christus 782. A
Nunquam sic loquutus est homo sicut hic loquitur 783. g
Et vbi ego sum vos non potestis venire 778. d
Quærebant ergo eum apprehendere & nemo misit in illum manus 775. E
Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc 778. A, b
Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina vtrum ex deo sit 761. A
si quis sitit veniat ad me & bibat 584. E
Et murmur multus erat de eo in turba 758. c
Sed hunc scimus vnde sit, christus autem cum venerit nemo scit vnde sit 771. F
ANaz aret potest aliquid boni esse Iohan 1. Nunquid à galilæa venit christus 782. d
Iesus autem perrexit in mõtem oliueti & diluculo iterum venit in templum 786. b
Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio 787. f g 8
Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terram 788. E
Audientes hæc, vnum post vnum exibant incipientes à senioribus 789. c
Vos secundum carnem iudicatis ego non iudico quenquam 794. d
Vos de mundo hoc estis ego non sum de hoc mundo 798. c
Scio ego patrem & verbum eius seruo 610. a
Si permanseritis in sermone meo Vere discipuli mei eritis 802. d
Ego vado & quæretis me & in peccato vestro moriemini 797. b
Tu quis es, dixit eis Iesus principium qui & loquor vobis 800. g
Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum 801. d to. 2. 741. b
Quæretis me & non inuenietis & quo ego vado vos non potestis venire 708. b
Nos ex fornicatione nati non sumus vnum patrem habemus deum, 808. f
Scio quia abrahæ filii estis sed quæritis me interficere 805. c
Amen amen dico vobis, priusquam Abraham fieret ego sum tom. 2. 107. E
Semen Abrahæ sumus nemini seruiuimus vnquam 803. g h
si filij abrahæ estis opera Abrahæ facite nunc autem quæritis me interficere 806. c d
Vos ex patre diabolo estis & desideria patris vestri vultis facere 809. c
Tu de te ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum 794. A.
Ego à meipso non loquor, sed quæ à patre audiui, hæc nuncio vobis. to. 2. 279. b

Nonne

Nonne bene dicimus quia samaritanus es & dæmonium habes. 814. b
Ego dæmonium non habeo sed honorifico patrem meum & vos inhonoraslis me 815. e. f. g h.
Amen dico vobis si non credideritis quia ego sum moriemini in peccatis 557. a
Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est 817. b
Scio patrem & verbum eius seruo 607. g
Vbi est pater tuus, respõdit Iesus neque me scitis neque patrem meum 796. e
Ego autem si veritatem dico vobis non creditis mihi 812. f
Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris 584. e
Ego sum lux mundi quandiu sum in mundo lux sum mundi 566. c
Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitæ 622. c
Homines dilexerunt magis tenebras quàm lucem omnis qui prauа agit odit lucem 621. c
Nunc autem me quæritis hominem occidere qui veritatem vobis loquutus sum tom. 2 108. 26. ab 767. h
Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti 818. d
Abraham mortuus est & Prophetæ & tu dicis si quis sermonem meũ seruauerit & cætera 816. g
9 *Et prætertens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate* 820. h
Neque hic peccauit neque parẽtes eius sed vt manifestentur opera dei in illo 821. c d
Expuit in terram & fecit lutum ex sputo & liniuit lutum super oculos eius 823
Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius 826. d
Dà gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est 829. b c
Nonne hic est qui sedebat & mendicabat 826. A b c
In peccatis natus es totus & tu doces nos 831. g
In iudicium ego in hunc mundum veni 630 c
Non crediderunt ergo indigi de illo quia cæcus fuisset 828. g
Maledixerunt ergo ei & dixerunt tu discipulus illius sis 829. d & 830. A b c d
Nos scimus quia Moysi loquutus est dominus hunc autem nescimus, 570. b
In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant 834. a b
Si cæci essetis non haberetis peccatum 835. b 836. e
Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est & latro 836. f. g
10. *Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ouium* 839. f. g
Per me si quis introierit saluabitur & ingredietur & egredietur 839. h
Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas & cognoscunt me meæ 843. e. f
Propterea me diligit pater quia ego pono animam meam & iterum sumo eam 844. f. g
Aliis oues habeo quæ non sunt de ouili hoc 586. b
Et proprias oues vocat nominatim & educit eas 838. a, b
Facta sunt autem encænia in hierosolimis & hyems erat 847. e
Sed vos non creditis quia non estis ex ouibus meis oues meæ vocem meam audiunt 848. g
Ego ex deo processi & veni ego in patre & pater in me 721. b
Si tu es Christus dic nobis palam 741. c to. 2
Pater meus qui dedit mihi, omnibus maior est. to. 2 333. b
Ego & pater vnum sumus 602. a to. 2. 25. a. 49. b. 2. 6. e
Ego enim in patre & pater in me est 744. b
Si non facio opera patris mei nolite mihi credere 583. b
Pater meus maior me est to. 2 441. b. c. d
Nemo tollet eam à me sed ego pono eam iterum sumam eam 775. g
Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos 845. d & 846. a b c d
Sustulerunt ergo lapides iudæi vt lapidarent eum 850. d
Nonne scriptum est in lege vestra quia ego dixi dij estis & filij excelsi omnes 852. e f g
Quem pater sanctificauit & misit in mundum 852. g h
Quærebant ergo eum apprehendere & exiit de manibus eorum 853. b
Quia Iohannes quidem nullum signum fecit & omnia quæcunque dixit Iohannes de hoc vera erant 853. c
Erat autem quidam languens Lazarus à bethania de castello mariæ & marthæ sororum eius 853 d 854. a b c d 855. e f g h
Vt ergo audiuit Iesus quia Lazarus infirmabatur tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus 856. f g h
II. *Lazarus amicus noster dormit sed vado vt à somno excitem eum* 857. a
Et cum hoc dixisset abiit & vocauit mariam sororem suam silentio 860. f g
Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus videns eum cecidit ad pedes eius 860. h
Et lacrimatus est Iesus 861. c d to. 2 295. f g.
Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus 858. d
Ego sum resurrectio & vita 744. d
Ecce quomodo amabat eum 862. b c d
Pater gratias ago tibi quoniam audisti me, ego autem scieb am 863. f
Propter circonfusam turbam vt credat quia tu me misisti 712. g
Et statim prodiit qui fuerat mortuus 864 g
Soluite eum & sinite abire 865. d
Col'egerunt ergo pontifices & Pharisei consilium 866. b c d
Venient romani & tollent locum nostrum & gentem 867. E f g h
Vnus autem ex ipsis caiphas nomine, quum esset pontifex anni illius 868. b c d
Hoc autem à semetipso non dixit sed quum esset pontifex anni illius 869. A b c d
Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos. 870. A
Abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur ephrem, 870. b
Quid putatis: quia non venit diem ad festum hunc 871. f
Quid facimus quia hic homo multa signa facit 554. c. d
Dicit ergo thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos Eamus & nos & moriamur cum eo 857. e
Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento 877 b c
12. *Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderunt in die festo* 877. d
Turba ergo quæ stabat & audierat dicebat tonitruum esse factum 881. d
Nunc iudicium est mundi nunc princeps huius mundi eiicietur foras 882. a b
Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum 882 & 883. c. f g h.
Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum 884. e f g
Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei 888. h & 889. a b
Qui credit in me non credit in me, sed in eum qui misit me 889. c
Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non iudico eum. 890. b c d
Ego enim ex meipso non sum loquutus sed qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit 891. e
Quæ ergo loquor ego sicut dixit mihi pater sic loquor 891. g. h
Si exaltatus fuero omnia contraham ad meipsum 709. b
Qui mihi ministrat me sequatur & vbi ego sum ibi sit & minister meus 750. c
Ego lux in hunc mundum veni 725. b
Procidens dormiuit vt leo & vt catulus leonis excitauit eum 884. h
Adhuc modicum lumen in vobis est ambulate dum lucem habetis 885. a. b
Quum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum 785. d
Credite in lucem vt filij lucis sitis 622. d
Nunc iudicium est mundi huius nunc princeps mundi huius eiicietur foras 569. a
Nisi granum tritici cadens in terrã mortuum fuerit, ipsum solum manet 10. a
Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denarijs & datum est egenis 873. c. e. & 874. a. b.
Cognouit ergo turba multa ex Iudeis quia illic est & venerunt non propter Iesum tantum 874.

In crastinum autem turba multa quæ conuenerat ad diem festum 875. h
Hosanna benedictus qui venit in nomine domini 876. e
Qui odit animam suam custodit eam 833. b c d
Non propter me hæc vox factum est 611. f
Et ego cùi sublatus fuero de terra omnes traham ad meipsum 577. a
Non propter me vox ista facta est sed propter vos 704. e to. 2 279. g
Amen amen dico vobis Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit 168. f
Hæc non cognouerunt discipuli eius principio sed quando glorificatus est Iesus to. 2. 725. b
Puerigerentes ramos palmarum exibant in occursum ei & clamabãt 730. d
Glorificaui & iterum glorificabo 910. d
Pater quos dedisti mihi volo: vt vbi sum ego: & illi sint mecum 880. e
Nunc anima mea turbata est & quid dicam? pater saluifica me ex hac hora 880. g. h
13 Ante diem festum paschæ sciens Iesus quia venit eius hora 892. g
In finem dilexit eos ibid.
Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos 904. e. f. g. h
In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inicem 905. a. b. c. d
Dicit ei Simon Petrus domine quo vadis? 906. b
Respondit Iesus quo ego vado non potes me sequi modo, sequeris autem post ea 906. c. d
Dicit ei Petrus quare non possum te sequi modo animam meam pro te ponam 907. f
Respondit Iesus animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi non cantabit gallus &c. 907. h
Non de omnibus dico: ego scio quos elegerim 897. g. h
Si e mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret 756. f
Amodo dico vobis priusque fiat vt quum factum fuerit credatis quia ego sum 897. d
Amen amen dico vobis qui accipit si quem misero: me accipit 897. 898. a
Et cœna facta quum diabolus iam misisset in cor Iudæ simonis Scariothis 893. a. b
Venit ergo ad Simonem petrum & dixit ei petrus domine tu mihi lauas pedes? 893. d
Si non lauero te non habebis partem mecum 894. a
Domine non tantum pedes meos sed & manus & caput 894. b
Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet sed est mundus totus 894. d
Postquam ergo lauit pedes eorum & accepit vestimenta sua 895. f. g. h.
Aspiciebant ergo discipuli ad inuicem hæsitantes de quo diceret 899. e
Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu quem diligebat Iesus 899. f. g
Et quum intinxisset panem dedit Simoni Iudæ simonis Scarioris 899. h.
Et intrauit in eum Sathanas 900. e. f
Dicit ei Iesus, quod facis fac citius hoc autem nemo sciuit a discumbentium 900. g. h
Quidam autem putabant quia loculos habebat Iudas 901. c
Quum ergo accepisset buccellam ille exiuit continuo 901. d
Nunc clarificatus est filius hominis & deus clarificatus est in eo 902. b c d
Filioli adhuc modicum vobiscum sum 903. e f
Quæritis me & sicut dixi Iudæis quo ego vado vos non potestis venire 903. g. h
Si quis petierit in nomine meo hoc faciam 924. f
14 Si diligitis me, mandata mea seruate, 924. g
Adhuc te loquente dicam quid est? 924. h
Et ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis 925. c
In domo patris mei mansiones multæ sunt 909. c
Et quo ego vado scitis & viam scitis 910. b c
Nescimus quo vadis: & quomodo possumus viam scire 910. d
Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris 934. d
Hæc locutus sum vobis apud vos manens 935. g
Adhuc modicum & mundus iam me nõ videt vos autem videtis me 927. g
In illo die vos cognoscetis quia ego in patre meo & vos in me, & ego in vobis 928. f g h
Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis 913. c d & 914. a b
Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me 914. c d & 915. e f g,
Qui videt me, videt & patrem tom 2. 49. b 216 e 191. h 662. d
Ego in patre, & pater in me 613. a
Quia pater maior me est 938. d & 939. e f g & 940. e f
Pusillo tempore vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me to. 2. 741. a.
si quis diligit me sermonem meum seruabit & pater meus diliget eum 632. f 934. a b
Ego in patre, & pater in me est tom. 2248. e & seq. copiose.
Domine quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum & non mundo 932. f g h
Ego sum veritas: 608. e 615. g tom, 2. 263. e
Amen amen dico vobis, opera quæ facio & ipse faciet 923. e f g h
Credite quia ego in patre, & pater in me est 916. h
Surgite eamus hinc 942. a b
Qui videt me, videt & patrem tom. 2 108
Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis 936. f g tom. 2.
Non turbetur cor vestrum 908. f.
Credetis in deum, & in me credite 908. g h
Alioqui propter opera ipsa credite 917. b c d
Quia pater maior me est tom. 2. 241. a b & sequent. copiose
Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me 931. g
Ego à me mihil facio: sed pater qui in me manet, ipse operatur facit tom 2. 290. a.
Audistis quia ego dixi vobis vado & venio ad vos 937. a b
si diligeretis me gauderetis vtique quia vado ad patrem 937. c
Multæ sunt mansiones apud patrem 735. e
Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor pater aut in me manens &c. 916. g
Non relinquam vos orphanos veniam ad vos 926. c
Si cognouiscetis me & patrem meum cognouiscetis 611. h
Et amodo cognoscetis eum & vidistis eum 912. h
Et nunc dixi vobis priusquam fiat vt quum factum fuerit credatis 941. b
Iam non multa loquar vobiscum venit enim princeps mundi huius 941. c
Ego sum vitis vera & pater meus agricola est 942. c & 943. e f g
Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis 953. c
Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem 953. d
Manete in me & ego in vobis sicut palmes non potest facere fructum ãsemetipso &c. 947. g h
Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit 954. b
Si de mundo essetis: mundus quod suum est diligeret &c. 954. d
Mementote sermonis, quem ego dixi vobis non est seruus maior domino suo 955. g
Maledicti benedicimus, persequutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus 955. g h
Sed hæc omnia facient vobis propter nomen quia nesciunt eum qui misit me 956. g
Si non venissiem & loquutus non fuissem eis peccatum non haberent 722. b 956. h
Qui me oderit: & patrem meum odit 957. c d
Si opora non fecissem in eis quæ nemo alius fecit peccatũ non haberẽt 958. b
Quum autem venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre 958. c d & 959. e f
Hæc locutus sum vobis vt non scandalizemini 959. g
Absque synagogis facient vos sed venit hora, vt omnis qui interficit vos 959. h.
Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos: manete in dilectione mea 949. d

Hæc loquutus

Hæc locutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit: & gaudium vestrum impleatur 950. d & 951 a b
Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos 951. c
Vos amici mei estis: si feceritis quæ ego præcipio vobis 952. b
Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiuia patre meo nota feci vobis 952. c d
Si manseris in me & verba mea manserint in vobis 946. g
Nunc autem non habent excusationem de peccato eorum 737. c
Iam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis 946. d.
Sine me nihil potestis facere ibidem. b
In hoc clarificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis 949. a
16 Et quum venerit ille arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio 962. c. d
Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo 963. g
Ille me clarificabit quia de meo accipiet & annunciabit vobis 964. g. h
Omnia quæcunque habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet 965 b
Modicum & iam non videbitis me & iterum modicum & videbitis me 966. a. b
Quid est hoc quod dicit nobis modicum & non videbitis me 966. c
Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare 966. d
Mulier cum parit triſtitiam habet quia venit hora eius 967. e
Et in illo die me non interrogabitis quicquam 967. g
Hæc in prouerbus loquutus sum vobis venit hora quum iam non in prouerbijs loquar vobis 968. e. f
In illo die in nomine meo petetis & non dico vobis quia ego rogabo patrem 968. g
Exiui à patre & veni in mundum 968. g. h
Ecce nunc palam loqueris: & prouerbium nullum dicis 969. b
Modo creditis ecce venit hora & iam venit: vt dispergamini vnusquisque in propria 969. c
Hæc loquutus sum vobis vt in me pacem habeatis in mundo pressuram habebitis 970. a. b
Et hæc faciet vobis quia non nouerunt patrem nec me 960. f
Sed hæc loquutus sum vobis vt quum venerit hora eorum reminiscamini 960. h
Hæc autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram 960 h
Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam 961. b. c
Pater glorifica filium tuum vt & filius tuus glorificet te 559. e
669. to. 2. 295. F. 305. D. & seq. 693. c.
17 Vt cognoscant te solum verum deũ & quem misisti Iesum Christum to. 2. 301. c. d. & seq.
Ego claritatem quam tu dedisti mihi dedi eis vt sint vnum 989. c. d
Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum & illi sint mecum 990. c
Pater iuste mundus te non cognouit: ego autem te cognoui 991. f. g. h
Non pro his tantum rogo sed etiam pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me 987. f. g. h
Sicut tu pater in me: & ego in te vt & ipsi in nobis vnum sint 988. g. h
Vt mundus credat quod tu me misisti, & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut nos vnum to. 2. 718. c
Ego pro eis rogo non pro mundo sed pro ijs quos dedisti mihi quia tui sunt 977. c
Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum 978. d
Quum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mihi 979. h
Et nemo ex eis periit nisi filius perditionis vt scriptura impleatur 980. h.
Hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis 981. b. c
Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum & solum deum & quem misisti Iesum Christum 796. f. g
849 D. to. 2. 70. D. 584. H. 718. B.
In mundo pressuram habebitis sed confidite quia ego vici mundum 970. b
Subleuatis oculis in cœlum, dixit pater venit hora clarifica filium tuum 970. d
Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis vt omne quod dedisti ei &c. 971. h
Hæc est autem vita æterna vt cognoscant te solum deum verum & 972. h & 973. a. b
Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam 973. d 974. a b c d tom. 2
Modicum & non videbitis me 716. f
Manifestaui nomen tuum hominibus 736. f
Omnia quæ habet pater mea sunt omnia mea tua sunt & tua mea 606. b
Et pro ipsis ego sanctifico meipsum vt sint & ipsi sanctificati 731. e
Pro eis sanctifico meipsum: 943. b 18
De mundo non sunt sicut ego non sum de mundo sanctifica eos in veritate 983. f
Et notum feci eis nomeu tuum: & notum faciam 992. f g
Egressus est iesus trans torrentem cedron, vbi erat hortus 992. h
Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter &c. 993. b c
Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum processit & dixit eis 993. d
Et abierunt retrorsum & ceciderunt in terram to. 2. 742. c
Iterum ergo eos interrogauit quem queritis: illi autem dixerunt nazarenum 994. c d
Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum & percussit pontificis seruum 995. e f g
Mitte gladium tuum in vaginam calicem quem dedit mihi pater & c 995. h & 996 e f
Cohors ergo & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum 996. g
Miserunt autem eum ligatum ad caipham pontificem 996. h
Discipulus autem ille erat notus pontifici: & introiuit cũ Iesu 997. a
Petrus autem stabat ad ostium foris exiuit ergo discipulus alius 997. a
Dixit ergo petro ancilla ostiaria Nunquid & discipulis es hominis istius? 997 b.
Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat 997. c
Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis, & de doctrina eius 997. d
Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in Synagoga 998. a b
Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis 998. c
Hæc autem cum dixisset, vnus ministrorum assistens, dedit alapam Iesu 998. d
Si male loquutus sum testimoniũ perhibe de malo si autem bene quid me cedis? 999 f g
Misit igitur eum Annas ligatum ad caiphan pontificem 999. h & 1000. e f
Adducunt ergo Iesum à caipha in prætorium: erat autem mane 1000. g h
Exiuit ergo pilatus ad eos foras & dixit quam accusationem affertis 1001. b
Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum 1001 b
Accipite vos eum, & secundum legem vestram iudicate eum 1001. c
Nobis non licet interficere quemquam 1001. d
Et dixit ei tu es rex Iudæorum 1002. a
Atemetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me 1002. b
Nunquid ego iudæus sum, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi 1002. c
Regnum meum nõ est de hoc mũdo si ex hoc mũdo esset regnum meum 1002. d
Dixit itaque ei pilatus, ergo rex es tu 1003. e
Tu dicis quia rex sum ego, ego in hoc natus sum: & ad hoc veni in mundum 1003. f
Est autem consuetudo vobis vt vnũ dimittam vobis in pascha 1003 g
Clamauerunt rursum omnes dicentes non hunc sed barrabam, erat autem barrabas latro 1004. e f
Tunc ergo apprehendit pilatus Iesum & flagellauit: & milites plectentes coronam de spinis 1004.

Et exiuit iterum pilatus foras & dixit eis: ecce adduco vobis eum foras 1005 b
Exiuit ergo portans spinæam coronam, & purpureum vestimentum 1005. c
Accipite eum vos & crucifigite, ego enim non inuenio in eo causam 1006. a
Nos legem habemus: & secundum legem nostram debet mori 1006. c
Quia filium dei se fecit 1007. e
Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit 1007. e
Mihi non loqueris? nescis quia habeo potestatem crucifigere te 1007. g
Et exinde quærebat pilatus dimittere eum 1008. g
Pilatus ergo quum audisset hunc sermonem, adducit foras iesum 1008. h
Illi clamabant: tolle tolle crucifige eum 1009. a
Non habemus regem nisi cæsarem 1009. b
Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur 1009. d
Susceperunt autem Iesum & duxerunt & baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur caluariæ locum 1010. a b
Erat autem scripum, Iesus Nazarenus rex Iudeorum 1011. f
Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum 1011. h
Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum 1011 h
Milites ergo quum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius 1012. e f g
Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius 1012. h
Quum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum adstantem quem diligebat 1013. a
Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt 1013. b c
Quum ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est 1013 d
Postquam autem expirauit velum templi scissum est a summo vsque deorsum 1014. b. c. d & 1015. e f
Iudæi ergo quoniam parasceue erat vt non remanerent in cruce corpora sabbato 1015. g
Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura 1015. h
Post hæc autem cognouit Pilatum Ioseph ab arimathia eo quod esset discipulus Iesu 1016. f
Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum 1016. f
Acceperunt ergo corpus & ligauerunt illud linteis cum aromatibus 1016. g
Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum quia iuxta erat monumentum 1017. a
10 Vna autem Sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent 1017. b. c.
Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsum Maria autem ad monumentum foris plorans 1017. d
Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentum 1018. b
Quia tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerunt eum 1018. c
Mulier quid ploras? quem queris? illa existimans quia hortulanus esset 1018. d
Conuersa illa dicit ei rabboni, quod dicitur magister 1019. f
Noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum 1019. f. g
Venit maria Magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum 1021. a
Quum esset sero die illa vna Sabbatorum, & fores essent clausæ 1021. b. c
Hoc cum dixisset ostendit eis manus & latus 1021. d
Gauisi sunt ergo discipuli viso domino 1022. a
Dixit ergo eis iterum pax vobis: sicut misit me pater & ego mitto vos 1022. c
Hoc quum dixisset insufflauit, & dixit eis accipite spiritũ sanctum 1023. e to. 2. 472. G. 718. D.
Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & thomas cum eis 1026. b. c. d
Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum quæ non sunt scripta in libro hoc 1028. h to. 2. 731. E.
Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didymus, non erat cum eis quando venit Iesus 1025. d
Respondit Thomas & dixit ei dominus meus & deus meus 1027. g
Quia vidisti me Thoma credidisti beati qui non viderũt & crediderunt 1028. g
Vado ad patrem meum & patrem vestrum to. 2. 106. D. 226. C. 236. B. C.
Quum ergo prandissent dicit Simoni Petro Iesus simon Ionæ diligis me? 21 1031. f g
Amen amen dico tibi quum esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas 1032. e
Conuersus autem Petrus vidit illum discipulus quem diligebat Iesus 1032. f
Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his & scripsit hæc 1032. g
Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus quæ si scribantur per singula 1032. h

ACTORVM.

NAm quum complerentur dies pentecostes, erant &c. 21. a Cap. 2
Cœperũt loqui variis linguis apostoli prout spiritus sactus dabat eloqui illis 1024. g. h.
Sciat igitur omnis domus Israel, quia dominum ipsum & Christum fecit deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis to. 2. 289. D. & seq. copiose.
Si enim dixeris in ore tuo quia dominus Iesus & credideris in corde tuo quia deus suscitauit ipsum à mortuis saluus eris 1026. a
Nunc fratres noui vos ex ignorantia fecisse sicut & principes vestri 3 592. g
Non est nomen aliud sub cœlo, quod hominibus datum est, in quo nos 4 saluari oportet 6. a
Et vos implestis mensuram patrum vestrorum 14. C 7
Petrus vero apostolus quum esset in ioppe ascendit in superiora 9 110. a
Quod deus mundauit, tu commune ne dixeris 99. e to. 2. 659. H 10
Visum est spiritui sancto & nobis nullũ onus vobis imponere 560. g 15
Et non diuisit eos spiritus Iesu 645. c to. 2. 322. D. 16
In ipso enim viuimus & mouemur & sumus 669. d 920. f 17

AD ROMANOS.

PAulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus segregatus in Euãgelium dei Cap. 1. to. 2. 309. C. 705. A
Gratia vobis & pax à deo patre, & à domino Iesu Christo to. 2. 309. D.
Per quem accepimus gratiam & Apostolatum vt obediatur fidei to. 2. 731. b
Testis enim est mihi deus, quem colo spiritu meo in Euangelio filij eius to. 2. 732. E
Inspectabilia enim eius ex creatione mundi operibus intellecta perspiciuntur 581. c
Credentes se esse sapientes stulti facti sunt 771. g. h
Nam per legem cognitio peccati, nunc autem absque lege iustitia dei 3 manifestata est &c. to. 2. 705. C
Est autem verax omnis autem homo mandax 773. a
Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei: iustificati gratis ipsius gratia 589. a
Lex subintrauit vt abundaret delictum 822. c
Quem proposuit propitiatorium per fidẽ in ipsius sanguine to. 2. 723 f
Pro eo quod credidit deo, qui vita restituit mortuos, & vocat ea quæ non sunt tanquam sunt tom. 2. 706
Non enim per legem promissio facta est Abrahæ & semini eius 31. f
Commendat suam charitatem erga nos deus, quia quum nos adhuc peccatores essemus tom 2. 723. b
Igitur sicut per vnum peccatum in omnes homines condemnatio &c. tom 2. 744. g
Iustificati igitur ex fide pacem habeamus erga deum tom 2. 732. e
Ab Adam vsque ad moysem regnauit mors 5. b 627. b
Christus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictũ 5. b
Sicut enim inquit per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi 15. g
Nam quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis to. 2. 695. g

Nam si insciy facti sumus illi similitudine mortis eius to 2. 724 e
Quis me liberabit de corpore mortis huius 625. c
7. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt iungeremini alteri ex mortuis suscitato, vt fructum afferamus deo to. 2 706. a
Itaque ego ipse mente quidem seruio legi dei, carne vero legi peccati tom 2. 725. c
8. Viuificabit & mortalia corpora nostra propter inhabitãtem spiritum eius 632. e
Ad adoptionem filiorum dei vocati sumus 11. e
Quos præsciuit etiã præfiniuit vt cõformes sint imagini filij dei 594. a
Spiritus dei habitat in vobis 646. b
De peccato damnauit peccatum 659. g
Si christus in vobis corpus quidem mortuum propter peccatum spiritus verò vita propter iusticiam 929. d
Qui suscitauit Iesum christum à mortuis is corpora vestra mortua viuificabit per spiritum suum 931, e
Qui filio suo non pepercit 39. e
Affectus enim carnis omnino inimicitia est erga deum & legi dei non subditur neque enim potest 744. h tom 2
Deus misso filio suo in similitudine carnis peccati, condemnauit peccatum in carne to. 2. 688. f
Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum 4. g
Vos non estis in carne sed in spiritu dei siquidem spiritus dei habitat in vobis 748. f g
Quis poterit nos à charitate Christi separare 703. g 709. d to. 2,
9. Ecce ego pono in sion lapidem offendiculi & petram scandali 732. f
Tristitia mihi est & irremissus dolor cordi pro fratribus meis ibid.
Non omnes qui ex Israel hi Israel 560. e
10. Corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad salutem 859. g. h
Ne dicas in corde tuo quis ascendet in cœlum? 558. c to. 2. 726. b
Prope est verbum in ore tuo hoc est verbum fidei quod predicamus to. 2. 732. g
Impletio legis & prophetarum Christus 707. g. to. 2. 677. A
11 Nam ignorantes dei iustitiam & propriam quærentes iustitiam to. 2. 732. f
Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem to. 2. 72 f
Quum plenitudo gentium ingressa fuerit tunc vniuersus saluabitur Israel 596. g 684. f
Cõclusit deus omnia in incredulitate hominũ omniũ misereatur 636. g
Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit? 1. d
Qui enim naturalibus ramis non peperit nec insertis parcet 749. e
Et cæcitas ex parte in Israel facta est 748. f
Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso facta sunt omnia 629. b
Nunc autem misericordiam consequuti estis propter illorum incredulitatem 768. e
12 Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo 627. g
13 Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitierit potum da illi 816. e
Induite dominum nostrum Iesum Christum & carnis curam ne gerite 572. e
Nox præcessit dies autem apropinquauit 787. e
15. Factus autem primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem 5. b. to. 15.
Dico Christum ministrum fuisse circuncisionis propter virtutem dei 558. b
16 Ei autem qui potens est vos confirmare secundum Euangelium meum to. 2. 732. h

AD CORINTHIÓS

Cap. 1 Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est sapientia nobis à deo to. 2. 723. g
2. Sapientiam loquimur in perfectis sapientia verò non huius seculi neque principum seculi huius, qui abolentur to. 2. 706. h
Quia Christi bonus odor sumus deo to. 2 407. e
Sicut enim nemo hominũ quæ hominis sunt nouit nisi spiritus hominis qui in eo est 611. g
Nullus ea quæ sunt dei nouit nisi spiritus dei 935. h
Christus dei virtus & sapientia 611. f
3. Omnia spiritus scrutatur etiam profunditates dei 689. b
Si quis enim superstruat fundamento ligna fœnum 594. h
Ego plantaui apollo rigauit deus autem incrementum dedit ibid.
Litera enim occidit, spiritus vero viuificat to. 2. 474. c
Nescitis quia templum dei estis & spiritus dei habitat in vobis 927. e
Si qui templum dei violauerit disperdet eum deus ibidem.
In Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui ibidem.
Filioli quos iterum parturio Gal. 14. in Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui 657. b
Imitatores mei estote sicut & ego Christi 838. d
Quid enim habes quod non accepisti 616. g. 635. h
Si quis frater nominatur fornicator aut auarus 97. a. 5
Vt diem festum agamus, non in fermento veteri to. 2. 661. c
Si omnes sumus in Christo qui mortuus est & resurrexit 641. a
Vnus enim deus pater & vnus dominus Iesus Christus 618. d 8. 909. a. to. 2. 236. 6. 919. g
Scio enim quod nullus deus nisi vnus, & quod nullum sit idolum in mundo to. 2. 619. g
Multi sunt vocati dij 610. c
Quamuis multi appellentur in cœlo & in terra dij: vnigenitus tamen deus 638. a
Scimus quod nullum idolum est in mundo & vullus deus nisi vnus to. 2. 708. f
Calix benedictionis cui benedicimus nonne communio est sanguinis Christi to. 2. 72. a 10.
Biberunt ex spiritali quæ sequebatur petra petra autem erat Christus to. 2. 726. c
Quia omnes vnum corpus sumus in Christo quia & si multi sumus: vnum tamen in eo sumus 944. f. g
In nebula & mari baptizabantur 631. h tom 2. 698. a
Omnis enim viri caput Christus est, caput autem mulieris est vir, caput vero Christi Deus tom 2. 406. a b & seq. 11
Nam omnis viri caput Christus est 40. f 12.
Charitas enim non querit quæ sua sunt 708. g 13.
Nunc autem videmus nos in speculo & in anigmate 703. g
Cui timorem, timorẽ cui honorem honorem Roma. 13. & prophetarum 14. Spiritus prophetis subjciuntur 723. e
Quum vero subiecta sibi omnia fuerint, tunc & ipse quoque filius subjcietur ei, qui sibi cuncta subiecit tom 2. 304. e f & seq. 15.
Sicut in duimus imaginem terrestris, induamus & imaginem cælestis tom 2. 336. h 688. h
Sicut per hominem mors ita per hominem resurrectio mortuorum tom 2. 740. e
Factus est primus homo Adam in animam viuentem secundus autem homo in spiritum viuificantem tom 2. 721. b
Primus homo de terra terrenus tom 2. 44. e
Per hominem mors, & per homine resurrectio mortuorum 5. c
Sicut in Adã omnes morimur: ita in Christo viuificabimur to 2. 13. a
In eo enim quòd omnia ei subiecit nihil dimisit non subiectũ ei 612. g
Secundus hic Adam est non à terra sed à cœlo 641. a
Quod seminatum est in infirmitate resurget in gloria 127. e

2. AD CORINTHIOS

Cap. 1.
Quin ipsi in nobis ipsis sententiam mortis acceperamus to 2. 721. c 2.
Deo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ manifestat per nos in omni loco tom 2. 709. b 3.
Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandem imaginem transformamur 962. b
Latet enim velum in corde ipsorum & cæcitas ex parte 725. c
Eius oculis posse veteris testamenti velamen auferri, qui conuersus ad dominum fuerit 99. g.
Quod si adhuc velatum est, in his in quibus Deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei to. 2. 70. g d 4.
In quibus deus huius seculi excecauit mentes 629. e
Eum qui peccatum nouit, peccatum pro nobis fecit. tom 2. 60 g 5.
Noua est omnis creatura in christo 651. e
Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi 627. g
Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt 1. b
Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis 568. f 9
Et hoc quidem eratis sed abluti estis: sed sanctificati estis to. 2. 733. a
Vnus dominus Iesus Christus 747. A

Scitis enim gratiam domini nostri Iesu christi quod propter nos pauper factus est tom 2. 738. d
Quoniam propter vos egenus factus est vt illius inopia diuites essemus. 633. d
9. Prout serit homo ita & metet 575. e
10. Non enim corpora sunt arma nostra sed spiritualia 752. e
11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo 41. c
Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles 686. b
12. Nam si is qui venit alium Iesum prædicat: quem non prædicamus 733. b
13. An experimentum quæritis christi loquenti ne in is 932. e

AD GALATAS

Cap. 1. Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesu Christum tom 2. 727. f
Non ab hominibus sed per Iesum Christum 619. f
At vbi probatum fuit deo qui me segregauit ab vtero matris meæ 733. c tom 2.
Si enim hominibus placerem christi seruus non essem 705. c
Non ab homine hoc ego accepi ministerium: sed per reuelationem Iesu Christi 735. b
Miror quod à Christo qui vocauit per gratiam a deo cito transferimini tt. 2. 733. c
2. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Christo viuam to. 2. 710. d
Scientes autem quod non iustificetur homo ex operibus legis to. 733. d
3. Maledictus omnis qui pendet in ligno to. 2. 739. e
Factus est pro nobis maledictio to. 2. 270. a
Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum 24 f
4. Vbi vero plenitudo temporis venit, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege &c. to. 2. 10. d
Misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater 631. h. g. 926. b
Filioli quos iterum parturio donec in vobis formetur Christus 1024. e. to. 2. 472. h. 487. g
Hæc sunt enim duo testamenta 35. e.
Quum essemus pueri sub elementa mundi in seruitutem to. 727. g
Non sumus ancillæ filij: sed liberæ qua libertatae Christus nos liberauit 807. f
5. Qui autem Christi Iesu sunt carnem crucifixerunt 571. h
Circuncisio nihil est & præputium nihil est 575. g
Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini à gratia ecidistis 685. b
6 Non gloriamur nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem nobis mundus crufixus est & ego mundo 667. e. to. 2. 711. f
In quo alteram iudicas teipsum condemnas rom. 2. fratres si preocupatus fuerit aliquis in aliquo delicto 789 b
Donec tempus habemus operemur bonum 712. c

AD EPHESIOS

Cap. 1. Obsignati sumus spiritum redemptionis in omnium cordibus impressus 595. b
Plenitudo eius qui omnia in omnibus implet to. 2. 390. b
Secundum efficanciam roboris fortitudinis eius quam operatus est in Christo suscitans eum ex mortuis &c. to. 2. 711. g
In quo cum audieritis & vos sermonem veritatis euangelium salutis nostræ to. 2. 734. a
Instaurauit omnia in Christo quæ in cœlis, & quæ in terra sunt 1. a
2 Memento te inquiens vos gentes qui preputium vocamini 560. f
Et eramus filij natura iræ sicut & cæteri to. 106. a
Nunc autem in Christo Iesu vos qui quundam eratis longinqui &c. to. 2. 724. g
Ad circo memores estote, quod olim vos gentes in carne dicta præputium ab ea quæ vocatur circunsio in carne, quę manu facta est to. 2. 711. g
3 Vnus dominus vna fides vnum baptisma vnus deus & pater omniũ tom 2. 727. h
Huius rei gratia ego paulus vinctus sum christi Iesu pro vobis gentibus tom 2. 734. b
Ab eo enim & in cœlo & in terra omnis paternitas est 605. a
Vt inolescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei 645. b
Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu christi 699. d
Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur 693 c
Vnus Dominus, vnum baptisma, vna fides tom 2. 701. a 4
Vnum corpus & vnus spiritus sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ 989. b
Ira enim viri iustitiam dei non operatur Iacob 1. sol non occidat sicut super iramcundiam vestrum 816. b
Imitatores dei sitis sicut filij dilecti & ambulate in charitate sunt & 5
Christus dilexit nos, &c. tom 2. 326. f
Viri diligite vxores vestras sicut & christus dilexit ecclesiam & semetipsum exposuit pro ea 734. c
Quàm pulchri pedes euangelizantium pacem annunciantium bona 6
Esa. 52. Calciati pedes in preparationem euangelij 760.

AD PHILIPPENSES

Melius est mihi resolui & esse cum christo sed propter vos permanere in carne est necessarium 982. d Cap. 1
Quid enim attamen omni morbo siue per occasionem, siue per veritatẽ to. 2 734. c
Adiuuantes decertantem fide euangelij & non territi in vllo ab aduersarijs to. 2 734. c
Hoc sentite in vobis quod & in christo Iesu, qui cum in forma dei essēt nou rapinam arbitratus est, quòd deo æqualis esset 602. a 643. g 644. f to, 2. 9 a 20. h 95. h 161. a b 172. g h 243. g 249. d 438. b 2
Propterea & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen to. 2 256. f g h & seq. 262. a
Cui omne genu flectetur, terrestrium, & cæt. 6. a
Is affectus sit in nobis quod & in christo Iesu: qui cum esset in formæ dei to. 2 728. e
Si qua societas spiritus, si quæ viscera miserationis 83. b
Eadem vobis dicere tum mihi & molestum non est tum vobis tutum 647. g 3
Omnia arbitratus sum stercora vt christum lucri facerem 725. d tom. 2 712. e
Pax dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra 936. g 4

AD COLOSSENCES

Gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum to. 2 28. g Cap. 1
Primogenitus omnis creaturæ to. 2 298. b c & seq. copiose
In quo omnis cognitionis atque sapientiæ thesauri sunt reconditi 612. e 3
In Christo enim Iesu non est seruus neque liber barbarus schyta griæcus & Iudæus 561. b

1. AD THESSALONICENSES.

Sonabit buccina & mortui subscitabuntur. 1. corin. 15. in nubibus rapiemur obuiam domino in ærem 654. d Cap. 4
In nubibus in occursum domini in aerem 567. f

2. AD THESSALONICENSES.

Quoniam delectionem veritatis ad salutem suam non receperunt 705, b Cap. 2.

1. AD THIMOTHEVM.

Certus sermo & dignus quem modis omnibus amplectemur to. 2. 734. e Cap. 1
Iusto non est lex posita 82. c
Vnus deus, & vnus mediator dei & hominum Iesus Christus, qui dedit seipsum in redemptionem pro omnibus to. 2. 321. c. d. 357. 725. a
Deus apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est inter gentes, fides illi habita est in mundo, assumptus est in gloria tom. 2. 95 g 171. g
Et ex confesso magnum est pietatis mysterium tom 2. 735. e
4. Attende enim tibi & doctrinæ 629. c tom 2. 20. g
Omnis cibus bonus, & nihil reijcendum tom 2. 92 4. e
Sanctificatur enim verbo & appellatione dei 712. g
5. Peccantes in conspectu omnium argue: vt etiam reliqui timeant 717 c
6. Qui solus habet immortalitatem tom 2. 262. b

2. AD THIMOTHEVM

Cap. 1 O Thimothee bonũ depositum custodi 82. d
Noli erubescere testimonium domini nostri Iesu Christi, nec me vinctum eius &c. 4. g
2. Nouit dominus qui sunt eius 795. e
Laborantem agricolam oportet primum fruges degustare 952. g

AD TITVM

Cap. 1. Confitentur se nosse deum: factis autem negant 807. h
2. Apparuit gratia dei saluatoris tom 2. 322. c
3. Iustificati sumus, non ex operibus nostris, quæ fecimus 15. e
Indubitatus sermo de his volo vt confirmeris quo soliciti siu to. 2. 735. e

AD HEBRÆOS

Cap. 1. Multifariam multisque modis olim loquutus est deus patribus per prophetas tom 2. 728. h
Nouissimis istis diebus locutus est in filio 176. a
Qui cum sit splendor patris 602. b tom 2. 231. h 233. b 691 f
Quando autem introducit primogenitum in orbem terrarum: & adorent eum omnes angeli Dei tom 2. 712. g h
Cui eim dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te tom 2 739. g
Sedet in dextera magnitudinis in excelsis, tanto melior factus angelis tom 2. 284. f g & seq. copiose
Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi 619. f
Non enim angelos aprehendit, sed semen abrahæ 633. c tom 2. 104. h
2. Vnde in omnibus debuit fratribus similis fieri 698. a
Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & similiter participauit eodem 738. a tom 2. 184. h
Qui enim sãctificat, & qui sãctificatur, ex vno oẽs sũt 27. e t 2. 729. a
Vnde debuit per omnia assimilari fratribus to. 2. 640. f
Eum autem qui paulominus ab angelis imminutus est to. 2. 739. f
Propter passionem mortis, gloria & honore coronatur 6. a
Vt per. mortem destrueret eum qui habebat mertis imperium diabolum & liberaret omnes 929. c
3. Considerate apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum to. 2. 12. e. & 148. g. h. 162. a. & 289. bc
4. Viuus est enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti 655. g
Melchisedech sine patre sine matre, sinèque genealogia esse 127. e. h. 29. b
7. Lex hominis constituit sacerdotes infirmitatem habentes 72. e
Et illi quidem plures fuerunt sacerdotes to. 2. 740. g
8. Cæterum eorum quæ discimus illud est caput quod talem habemus pontificem to. 2. 729. b
9. Non enim in sancta manufacta Christus introiuit nec in exemplaria verorum 961. d
Nam si ministerio damnationis gloria multo magis ministerium iustitiæ gloria super abundabit 637. a
10. Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis &c. 791. f. g. h. & 792. e. f. g. multis authoritatibus scripturæ citatis
Ideo ingressurus in mundum dicit sacrificium & oblationem noluisti to. 2. 724. b
Si quis duobus aut tribus testibus legem mosaicam spernit 660. e
11. Transtulit Enoch dominus 11. g
Fide consummati sunt non acceptis repromissionibus 681s. c
12. Qui enim aspernatus fuerit legẽ mosis absque misericordia sub duobus vel tribus testibus moritur to. 2. 740. f
Confortate manus dissolutas genua debilia roborate 707. h
Inde Noe instructus, arcam ad salutem domus suæ construxit in qua sicut Petrus 16. g
Aspersione sanguinis christi ad deum accesimus. 10. a
Igitur nos quoque tanta tristium mube septi deposito omni onere & peccato 729. B
13 Non habemus hic ciuitatem permanentem 11, e
3. Iesus christus heri & hodie, idem ipse in secula to. 2. 49 c, & 107 f 697. b. 713. c

1. IACOBI.

Sit sermo vester sale conditus col. 4 si sermo cum intelligentia est tibi ô fili respõde ecclesi. Si quis fidelis in vobis videtur qui non refrenat linguam suam Iacob 1. 717. Cap. 1.
Omne datum & omne donum perfectum desursum est 664. F
Neminem tẽtat deus sed vnusquisque à sua cupiditate distractus atque seductus 766. D
Fratres nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu christi gloriæ to. 2. 323. F 2.
Orate pro inuicem vt saluemini 865. c

1. PETRI

Scientes quod non corruptibilibus argento & auro redempti sitis to. 2 728. g. Cap. 1.
Atque adeò inquit fidem nostram & spem esse in deum to. 2. 722. A
Vos estis genus electum regale sacerdotium gens sancta 621. D 2
Vocabo non populum meum populum meum & dicam non populo meo. 587. F
Liuore ipsius sanati sumus & delicta nostra ipse in suo corpore portauit 738. b
Quia Christus semel pro peccatis mortuus est iustus pro iniustis to. 2. 725. a 3

2. PETRI.

Donec dies irradiet, & lucifer oriatur in cordibus vestris t. 2. 352. f Cap. 2
A quo quis superatur huius & seruus est 804. e. f. g. h

1. IOANNIS.

Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus nostris to. 2. 698. a. 721. a Cap. 1.
Si quis peccauerit paracletum habemus ad patrem Iesum Christum 925. d 2.
Ipse propiciatio est pro peccatis nostris non pro nostris autem tantum sed etiam pro totius mundi 977. d
Qui patrem negat negat & filium & qui filium negat is nec patrem quidem tenet 921. c. d
Vos vnctionem habetis à sancto to. 2. 8. e & 10. a
Omnis qui negat filium neque patrem habet to. 2. 686. a 3
Qui facit peccaum ex diabolo est quoniam ab initio diabolus peccat 810. d
Et istud est mandatum eius vt credamus nomini filij eius Iesu Christi to 2. 722. a
In hoc enim cognoscimus quia in nobis est, quia ex spiritu eius dedit nobis 669. d 4
Et nos spectauimus, & testamur quod pater misit filium saluatorem mundi to. 2. 722. b
Omnis qui credit quod Iesus est christus ex deo natus est to. 2. 722. b 5
Scimus quia filius dei venit & dedit nobis sensum vt verum deum cognoscamus 940. g. to. 2 699. e. 714. d

FINIS.

Por comisión de los Señores inquisidores fiscal del Santo Oficio con forme al cuerdo exp[ur]
g[a]torio

Dr. Alle Fray Juan or[d]z